4

GALENI

OMNIVM OPERVM SEXTA CLASSIS.

Curandi rationem, & viam Sexta contineri Classe cognoscet is, qui versa pagina eius libros intuebitur: cui non minus, quàm ceteris omnibus & lucis, & ornamenti ex opera nostra, summoque studio accessisse omnes, qui legent, facile intelligent.

CVM PRIVILEGIIS.

Abbas D. Julius emit, 1603.



VENETIIS,

Apud Vincentium Valgrisium.

M D LXII.

Sexta Claſsis hæc continet, quæ ſequuntur.

Quæ autem ſunt ab Oribaſio conſcripta, quamuis ſeparatim iamdiu impreſſa fuerint, tamen quia in alijs Galeni editionibus erant, ideo ne quid in hiſce noſtris deſideraretur, adiungenda curauimus.

GAL. METHODI MEDENDI

ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBRI QVATVORDECIM,

Thoma Linacro Anglo interprete.

Ad græcorum codicum fidem diligenter collati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Theſſalum ac reliquos methodicos reprehendit, qui in ſanitate ac morbo dignoſcendo plurimum aberrarunt, docetq; principia methodi, qua morbus tum dignoſci, tum curari debet.

Retardatam ex de cauſa fuiſſe horum librorum editionem, quòd ignauiſſimi ad bonas artes excolendas, maiorumq; ſtudia amplexanda, Galeni tempore homines extiterint. *Cap. I.*

QVANQVAM & tu ſæpe alias, chariſſime Hiero, & alij quidam amici me nunc hortantur, ut ſibi medendi methodum conſcribam: & ego ſane, tum uobis in primis gratificari, tum uero poſteros pro uiribus iuuare cupio: ſemper tamen ſum cunctatus, ac diſtuli, idque multis de cauſis, quas nunc quoque ſatius (opinor) fuerit prius, quàm opus ipſum aggrediar, exponere: ſunt enim ad ea, quæ poſt dicentur, ſane non inutiles. Earum igitur omnium illa præcipua fuit, quòd fruſtra me ſcripturum timebam: cum nemo prope °dixerim, hac noſtra ætate ueritatis inquiſitioni ſit deditus, ſed pecuniam, & ciuilem potentiam, & inexplebiles uoluptatum delicias omnes euſque ſuſpi-
C ciant, ut, ſiquis ſapientiæ quoduis ſtudium ſectetur, pro inſano hunc habeant: quippe qui primam ipſam & uere ſapientiam, quæ diuinarum humanarumq; rerum eſt ſcientia, ne eſſe quidem omnino exiſtiment: Medicinam uero, Rhetoricen, Geometriam, Arithmeticen, Muſicen, ac reliquas id genus artes eſſe quidem autument, ceterum finem earum ſtudioſe perſequendum minime cenſeant. Me uero ex ijs, qui me unice diligere ſunt uiſi, non nulli ſæpe increpant, quòd plus iuſto ueritatis ſtudio ſim addictus, quaſi nec mihi ipſi uſui, nec ipſis in tota uita ſim futurus, niſi & ab hoc tanto ueritatis indagandæ ſtudio deſiſtam, & mane ſalutando circumeam, & ueſperi apud potentes cœnem: His enim artibus tum amari, tum amicitias conciliari, tum uero pro artificibus haberi: nequaquam † ex ijs, quæ in propria profeſſione ſint conſequuti. Neq; enim eſſe, qui de ea iudicent, ubi omnes totum diem diuerſis ſtudijs tranſigant, mane quidem omnes ſimul ſalutationibus occupati, poſt autem diſtracti, ad forum quidem & lites non exigua turba: ad ſaltationes autem & aurigas alia maior: iam uel aleæ, uel amoribus, uel balneis, uel ebrietati, uel comeſſationi, uel demum alicui corporis uoluptati deditus ſane non exiguus numerus: ueſperi uero rurſum omnes ad ſympoſia ſimul collecti: ubi poſtquam [uino] ſe impleuere, non lyra citharave, aut aliud muſicum inſtrumentum in orbem circunfertur,
D (quod ſicut olim in eiuſmodi congreſſu tetigiſſe, honeſtum, ſic contra, non tetigiſſe admodum erat turpe) ſed nec ſermones ulli habentur, quales in ſympoſijs agitari ſolere ueteres prodiderunt, nec aliud honeſtum quicquam: immo inuicem ſibi propinant, & de magnitudine poculorum certant, utpote inter quos optimus cenſetur, non qui plurimis inſtrumentis muſicis, aut etiam ſermone philoſophico uti nouit, ſed qui multos, eosq; maximos calices exiccauit, adeo, ut mihi mane etiamnum ebrij ex his pleriq; uideantur: non nulli uero etiam euidenter adeo uinum olere, quàm ſi modo hauſiſſent. Eoq; iure fit, ut, cum ægrotare cœperint, medicos aduocent, non quidem optimos, utpote quos per ſanitatem noſcere nunquam ſtuduerunt, ſed eos, quos maxime familiares habent, quiq; ipſis maxime adulantur: qui & frigidā dabunt, ſi hanc popoſcerint, & lauabunt, cum iuſſerint, & niuem uinumq; porrigent: poſtremo quicquid iubebitur, mancipiorum ritu facient, contra, quàm ueteres illi medici ab Aeſculapio oriundi, qui, tanquā duces militibus, & reges ſubditis, imperere ægris uoluerunt, nequaquā uero Getarū, & Tibiorū, & Phrygū, & Thracū emptitiorū ritu parere, atq; obſequi. Itaq;, non qui melius artē callet, ſed qui adulari aptius nouit, apud iſtos magis in pretio eſt: huic q; oīa plana peruiaq; ſunt: huic ædiū fores patēt: hic breui efficiť diues, plurimūq; poteſt: huic diſcipuli multi a cubiculis, ubi iam fuerint exoleti, traduntur. Quod Theſſalus ille intelligens, nō ſolū cetera Romæ diuitibus aſſentabatur, ſed ēt artē ſex mēſibus traditurū ſe profeſſus quàm plurimos diſcipulos facile comparauit. Si .n.

Τὸ τῆς οἰκείας παρασκευῆς.

neq; Geometriæ, neq; Astronomiæ, neq; Dialectices, neq; Musices, nec ullius deniq; bonarum discipli E narum indigent, qui medici sunt futuri, (quemadmodum Thessalus iste generosissimus promittebat,) nec etiam longam experientiam, & operum artis usum desiderant, cui non promptum sit artem aggredi, ceu facile medico futuro? Atque hinc adeo fit, ut nunc etiam sutores, & tinctores, & fabri tum materiarij, tum ferrarij, proprio magisterio relicto, in medicinæ artis opera insiliant. Nã, qui pictoribus & unguentarijs mixturas suas præparant, etiam de primo loco certant. Atq; ob hæc ipse medendi methodum scribere sum cunctatus: quam utiq; & uiri ueteres inceperunt, & posteri eorum perficere sunt conati. Atq; olim quidem non parua lis er. . eorum, qui in Co atq; Cnido habitabant, utri uidelicet inuentorũ multitudine reliquos superarent. quippe geminum hoc genus Asclepiadarum adhuc in Asia supererat, deficiente nimirum, quod in Rhodo uiguerat. Certabant autem cum his honestum illud certamen, quod Hesiodus prædicabat, etiam medici, qui Italiam incolebant, Philistion, Empedocles, Pausanias, & horum sectatores: eranq; tres hæ certantium inter se nobilium medicorum scholæ. Plurimos quidem atq; optimos discipulos Coæ fortuna contulit: ab hoc Cnidiæ. Nec tamen in paruo habenda pretio erat, & quæ in Italia noscebatur. At horum nemo nec mane potentium fores ipsos salutaturus, nec uesperi cœnaturus frequentabat, sed sicut Hesiodus cecinit.

Nanq; alium ditem cernens, cui deest, quod agatur, F »
Ipse solum uertit tauris, & semina ponit, »

Ita & illi inter se perpetuo certabant, non utiq; de aranda serendave terra, (quippe quæ, ut Asclepiadarum genere inferiora, sic Ascræo poetæ erant non indecora) sed de Apollinis Aesculapijque arte tum exercenda, tum uero semper augenda, ac pro uiribus perficienda. Nunc uero honestum illud certamen intercidit, aut certe minimum eius inter homines adhuc superest. Regnat autem inhonestum, nec est, qui hoc auertat, aut malo medeatur, ut Hesiodus,

Lis ne te inducat mala deuitare laborem, »
Dulce malum alterius cui sit. »
Hæc enim lis, ut Hesiodo etiam diuinior poeta cecinit, »
Armatur primum tenuis, mox improba cælo »
Inserit alta caput, terris uestigia figens. »

In Thessalum summæ arrogantiæ, atq; inscitiæ hominem, qui se Hippocratem, a quo Academici, Peripatetici, ac Stoici ratiocinationes de natura mutuati sunt, gloriatus est superasse. Cap. 2.

HVius litis stimulis agitatus ille Thessalus Hippocratem ac reliquos Asclepiadas maledictis incesG sit, ac totius terrarum orbis theatrum in suis ipsius libris constituens, inibi iudicatur, uincitq;, & contra omnem antiquitatem coronatur, ipseq; a se uictor declaratur. Hæc facit tum in eo libro, quem de Communitatibus scripsit, tum in Syncriticis: quin in reliquis quoq; omnibus contumeliosus esse non desistit, ueluti in epistola, quam ad Neronem mittit, his ipsis inter initia uerbis usus: Cum nouam » sectam cõdiderim, & quæ sola uera sit, propterea, quòd, qui ante me medici fuerunt, oẽs nihil utile pro- » diderunt uel ad sanitatem tuendam, uel morbos propulsandos. Pergens autem in epistola, Hippocra- » tes, inquit, noxia præcepta tradidit. Ausus est & Aphorismis eius cum summo dedecore contradicere. Et, cum ostendat se in Hippocratica disciplina nec a quoquam institutum, nec eius opera sub præceptore legisse, tamen non ueretur etiam, talis cum sit, palmam sibi ipsi tribuere. Quo magis aliquæ esse meæ partes uidentur (quanquam alias parum assueti improbos acerbe taxare) aliquid contra hunc ob ueterum cõtumeliam dicere. Quid improbe, quæ bona sunt, calumniari tentas, ut multitudini placeas, cum liceret tibi in ueritatis contemplatione excellere, si diligens esses, ac ueritatis amator? Quid ita ruditatis auditorum patrocinio abuteris ad ueterum blasphemiam? Num paternæ artis socios, impudentissime Thessale, iudices medicorum statues? Istis scilicet iudicibus uinces proculdubio, siue contra Hippocratem, siue contra Dioclem, siue contra Praxagorã, siue contra reliquos oẽs ueteres dixe- H ris. Quin potius uiros antiquos, Dialecticos, scientes, qui uerum falsumq; discernere sunt periti, qui consequens ac repugnans distinguere, qui demonstrandi methodum a pueris sunt meditati, hos, inquã iudices in consessum introducito. His sedentibus aude quippiam Hippocratem accusare. His pronunciaturis aggredere scelesta illa tua barbataq; uoce contra Hippocratem, primum illud differere, Non oportere de hominis natura curiosum esse: deinde, siquis hoc donet, male illum de ea inquisiuisse, ac falso omnia præcepisse. Ergo quis iudex erit? Num Plato? quando huic saltem iniurius esse minime es ausus. Ego uero ne discipulos quidem eius refugiam, non Speusippum, non Xenocratem. Aristotelis uero, uel rogem, iudicium subeas, & cum eo Theophrasti. Optem utique, & Zenonẽ, & Chrysippum, & eorum, qui hos sectantur, quemlibet iudicem eligas. Horum nemo, uir audacissime, Hippocratis de natura hominis scita damnauit: quæ tu mihi nec legisse unquam uideris: nec, si legisti intellexisse: &, si intellexisti, iudicare certe de ijs minime gentium potuisti, ut qui sub patre male lanas carpente, in gynæcio sis altus. Nec enim putes nos, uel egregium genus tuum, uel claram doctrinam, latere: Nec te Hippocrati & reliquis ueteribus in surdo theatro maledicere, sed, qui sis, & unde uenias, quo genere ortus, qua educatione usus, qua disciplina imbutus, prius ostende: atque ita demũ dicito, Illud ipsum prius uir audacissime monitus, non esse cuiuis in ulla bene instituta ciuitate cõ

cessum,

A cessum, publice dicere: sed, si quis uir clarus est, qui genus possit, & educationem, tum uero eruditio
nem concionatore dignam ostendere, huic dicere permittunt leges. Tu, cum nihil horum ostendere
habeas, audes tamen, homo generosissime, Hippocratem accusare: facisq; in nugacibus libellis tuis
Græcos sedere iudices: fers autem ipse sententiam, nec illorum expectas. Et palmam tibi ipsi das mo
do de omnibus Medicis, modo de omnibus in uniuersum Græcis. Hæc enim insignis audacia sapien-
tissimi scilicet Thessali est, omnes se medicos uicisse, sed seipso litigatore, seipso agonotheta, seipso iudi
ce: post hos etiam reliquos Græcos in certamen prouocasse, Rhetoras, Geometras, Grammaticos,
Astronomos, Philosophos: inter quos constitutum, ac lanificis elocutione usum, censere se omnium
primum esse: quippe medicinam reliquas omnes artes præcellere, se uero Medicos omnes superasse:
quod unum forte fortuna recte collegit. Si enim medicina est omnium artium præstantissima, in ea ue-
ro Thessalus primas partes obtinet, utiq; omnium hominum ita sit primus, ac Socratem & Lycurgum
præcellat, ceterosq; omnes, quos Pythius uel ut uiros bonos, uel ut sapiẽtes, uel ut musarum ministros,
uel ut Iouis famulos, uel deniq; ut alio quolibet munere dijs gratos laudabit. Agedum igitur Thessalo
hymnos de cetero omnes cantent, scribantq; uictoriæ carmina: & publicum orbis theatrum consti-
tuatur: acceditoq; aliquis, qui canat eum, qui in textrina sit altus, uicisse Demosthenem, Lysiam, &
B reliquos Rhetoras: superasse Platonem, Socratem, & ceteros Philosophos: palmam eripuisse Lycur-
go, Soloni, & alijs legislatoribus: uictorem deniq; totius hominum generis coronatum esse, Rheto-
rum, Philosophorum, Legislatorum. Nam, si Geometras, etiam & Grammaticos, ac Musicos nomina-
tim post tantos titulos commemorem, contumeliosus in hominem uidear. Vbi enim Lycurgus, So-
lon, Plato, Socrates, & Pythagoras dant manus, num pulchrum etiam sit Hipparchi, Archimedis,
Aristoxeni, Aristarchi & aliorum quorundam id genus meminisse, hominum (ut Thessalus dicat) nul-
lius precij? Sed quis tam magniloquus poeta nobis existet, qui hæc canat? Quis nunc dabitur Home-
rus, qui hexametro tono hanc Thessali uictoriam celebret? aut quis Lyricus, qui ueluti Pindarus altẽ
in dithyrambis canat, quiq;, sicut olim Bacchi, ita nunc Thessali præconium efferat? An horum potius
nullum requirimus, sed eorum, qui iambos scribunt, Archilochum aliquem, aut Hipponactem, aut
ex Tragica scena quempiam, qui sic hominem compellet?

" Quiesce dum miserrime in stratis tuis,
" Nanq; haud uides, quæ te putas nosse probe.

Orestis mihi somnium narras Thessale. Qualenam id theatrum est, in quo tu uinces Hippocratem?
Qui iudices erunt? Quinam præmia proponent? Visne, primum Platonis suffragium legamus? fortas
" C se.n. hunc iudicem non reijcies. Atqui ille hæc ad uerbum ait: Animæ igitur naturam apte putas intel
" ligi posse, non cognita totius natura? Immo, siquidem Hippocrati uni ex Asclepiadarum genere fides
" est habenda, ne corporis quidem naturam absq; hac methodo. Recte ais amice: oportet tamen cum
" Hippocrate sermonem conferentes, num cum eo concordet, æstimemus. Sane quidem. Igitur de na-
" tura considerare, quid est, quod Hippocrates rectaq; ratio dicit? Num ad hunc modum de cuiusque
" rei natura primum illud perpendi oportet, sitne, de quo uolumus uel ipsi scientes esse, uel alios facere
" scientes posse, simplex, an uarias species habeat? Mox, si simplex sit, facultas eius æstimanda est, quam
" uidelicet ad quid agendum obtineat, aut quam ad patiendum ab alio sit sortitum. Sin plures habeat
" species, his enumeratis, quod in una feceris, id in unaquaq; exigere oportebit: nempe quid illa facere
" per suam naturam sit apta, uel quid ab alio pati. Audistin uir bone Platonem simili methodo animæ na
turam inueniendam esse censere, qua corporis naturam Hippocrates? An adhuc uis, multas hominis
dictiones ex multis librorum eius locis deligam, in quibus ille Hippocratem omnium, qui ante se fue
runt, maxime admiratur? An potius, cum id alibi fecerim (nempe in eo opere, in quo de Hippocra-
tis, & Platonis placitis disserui) illuc, qui id scire uolet, remittam: ubi, ut arbitror, clarissime ostendi
mus, in plurimis maximisque rebus horum hominum inter se consensum: atque alio me conferens,
D alium tibi iam aduocem in testem, cœtum nempe Peripateticum: qui & ipse Hippocratis physiologiæ
principia confirmat? Quin de hoc quoq; proditum a me in alijs commentarijs est: quorum unus de
elementis secundum Hippocratem inscribitur: post hunc alij tres de temperamentis: mox alij duo, al-
ter de inæquali intemperie, qui etiam ad tractationem de temperamentis pertinet: alter de optima cor
poris constitutione: deinde etiam tres de naturalibus facultatibus. hos igitur siquis leget, clare per-
spiciet rationum Hippocratis de natura Aristotelem interpretem esse. Quin etiam de morborũ discri-
mine, quot hi, quiq; sint, ac de symptomatis pari modo, præterea de horum utrorumq; causis primus
omnium, quos nouimus, Hippocrates recte principia dedisse uidetur. post eum uero Aristoteles fusis-
sime ea est interpretatus. Hæc ita esse intelliget, qui commentarios nostros, quos de singulis horũ scri-
psimus, legere non grauabitur. Quare, si Peripatetici iudicium exercebunt, Hippocrates (arbitror) uin-
cet: Thessalus, ut impudens, & nequam, eijcietur. Sin Stoicis philosophis in consessum admissis iudi-
cium permittetur, ex ijs placitis, quæ ipsimet statuunt, Hippocrati palmam dabunt. quippe calidũ, frigi
dum, siccum, & humidum primus Hippocrates inuexit: post eum Aristoteles demonstratione asseruit.
Eadem Chrysippi sectatores parata cum accepissent, minime sunt obluctati, sed omnia ex horum mi-
stura constare confirmant, atq; hæc inter se mutuo agere ac pati, artificemq; naturã esse. omnia deniq;
alia Hippocratis dogmata de natura recipiunt, nisi quod in re tenui est illis cũ Aristotele dissensio. quippe

cum recte Hippocrates affirmet totum corpus esse (ut græce dicitur) σύμπνουν καὶ σύρρουν, quasi conspi- E
rabile & confluxile dicas, omnesq; animalis particulas mutuo a se affici, recipiunt quidem hoc utriq; ,
diffident tamen in eo, quòd Aristoteles qualitates tantum in se mutuo transire, omninoq; misceri, Stoi-
ci non has modo , sed etiam substantias ipsas existiment . Quòd aũt hoc definire Medico superuacuũ
sit, quodq; ad medicinæ opus abunde sit, si tantum concedantur ea, quæ ab utrisq; sunt demonstrata, itẽ
quòd qualitates uirtutesq; in mistis totæ sint totis permistæ, hæc & ante a me sunt demonstrata, &, si res
poscet, nunc demonstrabuntur . Quare & Platonis, & Peripateticorum, & Stoicorum iudicio , Hippo-
cratis physiologiæ uictoria dabitur . Immo uero ex eius physiologia omnes ante dicti sapientiæ profes
sores ostendunt neminem posse morbos commode curare , qui corporis uniuersi naturam non perspe-
xerit . Nunquid igitur, si de palma sub horum sapientiæ professorum iudicio certasset Thessalus , uicis-
set, qui omnis suæ physiologiæ Hippocratem auctorem habent ? Quid autem , si Geometris , Astrono-
mis, Musicis, aut Rhetoribus iudicium concedet , putemus'ne hos Hippocrate prætermisso alij ulli pal-
mam daturos ? Ego sane nec alium quemuis primas esse laturum arbitror, omniumq; minime impudẽ-
tissimum Thessalum , ut quo nemo Geometriam , Astronomiam , Musicen , ac Rhetoricem magis de-
honestarit . Itaq; hac saltem ratione apud hos in parum amico theatro certauerit . Verum hos fortassis
in theatrum minime inducet, utpote quos ipse prior inimicos reddiderit , sed ijs sapientiæ professorum F
duntaxat, qui in Dialectice sunt periti, ut qui ueræ falsæq; orationis iudicandæ facultatem exercuerint,
iudicum partes concedet . Atqui , si Platonem , Aristotelem , & Chrysippum, ceu parum in hac facul
tate exercitatos transibimus, quosnam, quæso, alios inueniemus ? Quare si nec aliarum artium profes-
sores iudices admittet, nec, qui in Dialectice ceteris omnibus sapientiæ professoribus præstiterunt, il-
li suffragabuntur, qui tandem erunt, qui eum uicisse iudicabunt? Qui illi frequens theatrum constituẽt?
Qui uictorem renunciabunt ? Qui deniq; coronabunt? Ipse uidelicet seipsum . id quod in illis egregijs
libris suis fecit, in quibus seipsum iudicauit, coronauit, uictoremq; declarauit .

Aduersus Thessalum , qui nulla methodo duos in totum morbos , fluxum .s. & clausum asseuerauit . *Cap. 3.*

AT fortassis illud sibi gloriæ memoriæq; inter homines occasionem fore est arbitratus, si optimis ui
ris lacessitis, nos sibi respondere cogeret. Verum ita & Zoilus celeber clarusq; sit, qui Homeri sta
tuam flagellauit, & Salmoneus , qui Iouem est imitatus , reliquaq; flagitiosorum hominum non exigua
turba, qui uel meliores non sunt reueriti, uel in deos ipsos fuerunt contumeliosi . Verum hi non bonam
de se opinionem reliquerunt : nec æmulatur quisquam , qui compos sit mentis , nec Homeromastiga G
Zoilum , nec dementem Salmoneum , quamuis maledicis Zoilus in admiratione sit , & Salmoneus sa-
crilegis . Sed quid hos memoro ? Cum & qui loculos præcidunt , similia perditorum studia , & prodi-
tores prodirorum suspiciant : nec est prorsus quispiam , qui proprium cœtum , in quo palmam merea-
tur , non desideret . Adeo si Thessalus inter coquos , tinctores , lanificos , sutores , textores , ac fullo-
nes de uictoria certans scripsisset , utiq; & retulisset de Hippocrate uictoriam , & nemo nostrum ei re-
pugnasset . Nunc , cum omnes homines iudices facit , ex horum autem numero sunt & Plato , & Ari-
stoteles, & Theophrastus, & Chrysippus, nequaquam omne pũctum solus feret, sed alicui fortassis pro-
uocare ad alium iudicem licebit. Quanquam enim Hippocrates certare cum Thessalo, ut pote indigno
se, nolet, at forte Erasistratus non negliget multoq; minus Herophilus , atque his etiam minus Ascle-
piades, alijq; multi iuniorum medicorum , quibus est ad contentionem natura propensior, minime im-
pune abire contumeliam sinent , qua pariter omnes Græcos Thessalus aspergit , sed producto in me-
dium homine omnes eius libros crassissima ignorantia refertos Græcis ostendent : qui tot ac tantis li-
bris scriptis , & tot nugacissimorum uersuum millibus effusis , nusquam in ullo operum suorum de-
monstrationem ullam afferre tentauit , sed tyranni ritu duos tantum esse in omni uictus ratione mor-
bos iubet , nempe fluxum , & clausum , non intelligens se differentiam quandam morborum dixisse , H
quam utique prisci (ut ostendemus) probe norunt . Ceterum nemo tam rudis fuit , ut differentias
morborum ipsos esse morbos putaret : ac remediorum indicationem ab ijs sumeret substantia ipsa
prætermissa . Atqui hic Thessali paruus scilicet error , quem uel puer in liberalibus disciplinis altus
statim aduertisset . hic , inquam , paruus error eo insolentiæ hominem euexit , ut magnum & præcla-
rum aliquid inuenisse se putaret : perinde ac si quis , cum omne animal rationale esse , aut irrationale
dixerit , non animalium differentias , sed aliud quippiam dixisse se putet , cum .s. huic illud quoque
similiter sit dictum , Omne animal mortale , est uel immortale . Quippe oppositio , quæ in singulis dif-
ferentijs notatur , coniuncta de omnibus speciebus dicitur . Omne enim animal , aut mansuetum est ,
aut ferum . Omne animal , aut pedatum est , aut apes . Omne animal , aut cornutum est, aut cornuum
expers . Nec est inter differentias inuenire oppositionem ullam, quæ sit altera præstantior , aut potior ,
nec quæ magis omnibus insit particularibus . Verum non conuenit, cum de animalium numero quæ-
ritur, unã differentiarum oppositionem respondere. Hoc .n. pacto duo erunt animalia uniuersa, nec ul-
lum magis rationale, uel irrationale, q̃ mortale, uel immortale , aut ferũ, uel mansuetũ , aut reliquarum
oppositionum quælibet. Quòd si quis differentijs omissis (sicut plane ratio exigit) equũ, bouem, canem,
hominem , aquilam, apim , formicam , leonem , & ouem respondeat, reliquaq; omnia per species ani-

malia

A malia connumeret, constat hunc quærenti, quot sint in totum animalia, recte respondisse. Quin, si mul-
ta quidē sermone animalia memoret, testetur autem enumerare se omnia non posse, sic quoq; commo-
dissime responderit. Similis agitata quæstio de morborum numero, & omnibus antiquis Medicis
est, alijs septem eos in totum esse affirmantibus: alijs plures his paucioresve dicentibus: omnibus ta-
men ad species, quæ in substantia, non quæ in differentia essent, respectum habentibus. Nemo enim ita
erat indoctus, aut Logicæ speculationis rudis, ut differentiam specierum pro substantia loquendo usur-
paret: quemadmodum Thessalus iste, qui e gynæcio exiliens, tantis uiris maledicit, ipse nec genus ha-
bens, quod referat, nec educationem, nec eruditionem, qualem illorum quisq;: quorum alius Ari-
stotelis, alius Platonis, alius Theophrasti, aut denique alterius cuiusquam eorum, qui in Logi-
ca contemplatione fuere exercitati, familiaris fuit. Veluti igitur rogatus quispiam, quot sint in uni-
uersum uocis elementa, si duo ea esse responderit, quippe aut uocalem omninò, aut consonantem esse,
quicquid uocis sit elementum, is uerum quidem dixerit, ceterum ad quæstionem non responderit: Ad
eundem modum, arbitror, si quis omnium morborum numerum comprehendere studens, speciē qui-
dem ullam morborum, ueluti phlegmonem, scirrhum, uel œdema, referre non curet, solas autem diffe-
rentias memoret, siue clausum & fluidum, siue rarum & densum, siue durum & molle, siue tensum & la-
B xum, uerum hic quoque dixerit, minime tamen ad quæstionem responderit. Primum nanque in eo
error est, quòd non omnis differentia generi addita, ad speciei constitutionem aliquid cōducit, sed quæ
ex generis propria diuisione nascitur. quippe hæ demum differentiæ sunt, quæ species constituant: re-
liquæ omnes, alienæ. Etenim animalis propriæ differentiæ sunt, mortale & immortale, rationale & irra
tionale, mansuetū & ferum, aliaq; id genus. Molle uero ac durum, graue & leue, rarum & densum, ma-
gnum & paruum, animalis differentiæ non sunt, sed substantiæ. Itaq; etiam si cum animali, uel molle uel
durum, uel densum uel rarum, uel magnum uel paruum componas, ad speciem constituendam nihil sa-
ne plus contulerint. sin uel rationale & immortale, uel rationale & mortale animali adieceris, efficitur
iam illic deus, hic homo. Ita uero, & si rationali animali duas illas differentias peculiares addideris, quæ
sunt gressile & bipes, sic quoq; speciem quampiam effeceris, nempe hominem. Vnde fieri non potest,
ut ullius rei specificas differentias inueniat, qui eam definitione, siue substantiæ ipsius oratione ad un-
guem non circumscripserit. Alius deinde error incidere solet ijs, quibus parum exercitata ratio est, quod
cum unam aliquam differentiarum oppositionem inuenerint, speciem aliquam propositi generis se pu-
tent inuenisse: ceu paulo ante de uocis elementis est dictum. Siquidem, qui uocalem & consonantem
dixit, nondum omnia humanæ uocis elementa dixit, sed duas tantum primas & generales differētias.
C Quòd si uocales rursus in longas, breues, ancipitesq; diducens: tum consonantes in semiuocales & mu
tas: itemq; tum longas, tum breues uocales bifariam, ancipites uero trifariam: sed & mutas primum
in aspiratas, tenues, ac medias: dein rursus tripartito harum singulas: mox semiuocales propria (ne
frustra multis morer) sectione secet, ita quatuor uiginti & elementa uocis, qua Græci utuntur, inueniat
quippe id tantum dixisse, quòd elementorum uocis quædam uocales sint, quædam consonantes, nondū
omnium elementorum artificem, aut plane scientem auditorem reddidit, sed, siquis, ubi in longas, bre-
ues, & ancipites diduxerit, adijciat duas esse breues, nempe ε, & ο, duas præterea longas η, & ω, tres
uero ancipites α, ι, υ, sic sane artificem auditorem de omnibus uocabulis effecerit. itemq; de consonis
ad eundē modū. Itidem, siquis tradere de morborum numero instituat, quot hi in uniuersum sint, non
debet, arbitror, is in prima statim differentia subsistere, sed diuisa ea procedere, donec ad aliquam infir-
marum specierū, & quæ amplius in aliam distrahi non possit, perueniat. Id uero, quàm haud cuique sit
promptū, sed ei duntaxat, qui in diuidendi methodo magnopere sit exercitatus, intelligere quisque po-
terit, primum si omnia legerit, quæ de eo genere methodi in principio Philebi a Platone sunt prodita,
dein si Sophistam etiam & Politicum legerit. Iam uero difficilior adhuc res uidebitur, siquis primum
Aristotelis librum de partibus animalium legerit. Conatur enim in eo libro omnes animalium diffe-
D rentias enumerare. at, ubi multas dubitationes mouit, uix tandem suspecte ac timide pronunciare quip
piam audet. Et, cum Aristoteles & Plato tantam tamq; difficilem rem esse censuerint genera in pro-
prias differentias exacte diuidere, ac post hos Theophrastus, & alij philosophi rationē absoluere ten-
tauerint, utpote ne apud illos quidem satis adhuc constantē, homo audacissimus Thessalus absolute, ci-
traq; ullam rationem adhibitam pronuncians, credendū sibi censet duos in totū esse in uictus ratione
morbos, & eos quidem simplices, ac primos, & ueluti elemētares: nam tertiū ab his ratione gignit, ex
ambobus compositum. At si ulla methodo hæc, sicut iactas, inuestigasti, cur hanc nobis non dixisti? Sed
cōtra plane, q̃ pro grauitate nominis, quod tibi arrogas homo temerarie, atq; a methodo alienissime,
rem pronunciasti. qui ne principium quidem ipsum unquā attigeris a quo cœpisse necesse sit eum, qui
recte cuiuslibet rei species, & differentias peculiares sit inuenturus. De re .n. qualibet, ò puer, unū prin
cipium optimum, nosse id oportet, de quo proposita quæstio est, aut prorsus est aberrandum, Plato quo
dam loco ait, non ad diuidendum modo quiduis, ab ipsa quæsitæ rei essentia uobis esse inchoandum
censens, sed etiam in omni disquirenda re eiusmodi semper principio utendum. Ergo hic quoque
(arbitror) par erat, ubi, quid morbus sit, quid symptoma, & quid passio, diligenter prius dixisses,
ac dein qua conueniant, differantque ipsorum singula, definiuisses, sic demum tentare in proprias ea
differentias diducere, secundum eam, quam sapientiæ professores tradiderunt, methodum: aut,

siquam potiorem ea, quæ ab ijs prodita est, explorasses, hanc ipsam prius astruere: tum illud ostende- B
re, ac Græcos docere, hunc, qui in textrina sit altus, superasse Aristotelem, & Platonem in methodis lo
gicis, humo affixisse Theophrastum, & Stoicos in Dialectice, clarissime ostendisse omnes eorum secta
tores, ne primos quidem morbos, qui essent, unquam nouisse: dico & Herophilum illum Dialecticũ,
& condiscipulum eius Philotimum, & præceptorem eius Praxagoram, qui ab Aesculapio originẽ tra-
xit, &, qui cum his & ante hos fuerunt, Erasistratum, Dioclem, Mnesitheum, Dieuchen, Philistionẽ,
Plistonicum, ipsum deniq; Hippocratem. Porrò simplici uerbo dicere omnes in uictu morbos esse
duos, non methodo, non demonstratione, non ratione ulla probabili, non lenimento aliquo, non alia
re prorsus [orarioni] adhibita, præterquam eiusmodi in ueteres blasphemia, id facere imperantis ho-
minis est, non docentis. Esto uero taceas, qua Logica methodo insistens, hæc inueneris: at certe, unde
saltem de ueritate sermonis iudicasti, adhibitum aliquid oportuit. Nam inueniendi eius, quod quæri-
tur, Logicæ methodi facultatem præstant: At, quæ fidem ijs faciant, quæ recte sunt inuenta, duo sunt
apud omnes homines instrumenta, nempe ratio, & experientia. Quippe ad eũ, qui interrogauerit, Cur
huic febricitanti frigidæ bibendæ potestatem feceris, duplex responsio est: Altera, quæ ortum natu-
ramq; febris docet, ac de morborum temporibus disserit, tum ad eundem modum aquæ frigidæ natu-
ram explanat, ubi hæc proposuit, conatur docere in hoc morbo, atq; hoc tempore aquam frigidam cõ- F
gruum remedium esse: Altera de nullius horum natura sollicita, ad experientiam confugit. nempe q
in tali morbo atq; tempore sæpe frigidam profecisse uidit. Debebat igitur (opinor) & Thessalus uel
experimentum, uel rationem assertioni suæ probationem adhibuisse, non, sicuti tyrannus imperare, ac
sibi citra demonstrationem credendum exigere. At quam (inquiunt) audire demonstrationem postu-
las? Ita enim contra nos interrogant eius sectatores: neq; id iniuria, ut qui nec eo unquam peruene-
rint, ut notionem demonstrationis tenerent, cum nec Geometriam, nec Arithmeticen, nec Dialecti-
cen, nec Resolutoriam, nec deniq; Logicam ullam speculationem attigerint. Quocirca respondendum
his ita est: Nimis sero, quid demonstratio sit, discere postulatis: nec fieri potest, ut breui tempore spe-
culationem, quæ subtilitatem mentis desiderat, assequamini: præsertim qui nec subtiles rationes audi
re sitis assueti, & peruersi in diuturno errore uersati. Sed istos mittamus, ut qui ne intelligere quidem,
quæ ueræ disciplinæ sint, ualeant, nedum ipsas discere, aut recte iudicare.

Quæ sit uera methodus inuenienda in unaquaque facultate ueritatis, & quàm ab ea Thessalij, & plerique ueterum medicorum aberrarint. *Cap.* 4.

NOs uero unà cum ijs, qui exercitati sunt, & demonstrationem intelligunt, & natura sunt sagaces,
(neq; enim Thessalios asinos docere profitemur) ad id, quod propositum nobis ab initio est, ac- G
cingamur: ac statim unà cum ipsa medendi methodo tradenda, etiam causas ipsas, unde errarint medi
corum plurimi, qui tradere eam sunt conati, exponamus. quippe ad firmiorem ueritatis fidem id quo-
que non parum conducere uidetur. Ac primũ quidem illud cauebimus, ne simul de ambobus tum me-
thodo, quæ ratione nititur, tum experientia, quæ ratione non utitur, agamus. Non enim de omni reme
diorum inuentione nunc loqui statuimus, sed tantum de ea, quæ hæc methodo explorat: ita utique, ut
de Empirice ipsa & a nobis in alio opere est proditum, & ab ipsis Empiricis medicis, quos uocant, plu-
rimum elaboratum. Atq; utinam rationales omnes medici propositum ita premerent, nec experientiã
& rationem miscerent, atq; in unum confunderent, sed quam utraq; uim habeat, quantumq; ad proposi
tum artis finem conducat, seorsum tractarent, atq; perpenderent. Ergo methodo quippiam inquirere
inuenireq;, ex aduerso opponitur ei, quod est fortuito, temereq; reperire. Est autem id cum uia qua-
dam, & ordine ita, ut in disquisitione aliquid primum sit, aliquid secundum, & tertium, & quartum, at-
que ita de reliquis omnibus deinceps, quoad demum ad ipsum, quod ab initio est propositum, sit per-
uentum. Ac Empirici quidem rationabiliter fatentur nec inueniendi, nec docendi apud ipsos esse ne-
cessarium ordinem. nam nec arte ulla ratione ve experientiam niti: immo unius fortunæ fauorem ad
ea, quæ quærit, inuenienda requirere. Qui uero rationem, inuentionis suæ auctorem statuerunt, ac or H
dinem, unamq; uiam, quæ ad finem ducat, proposuerunt, ijs fuerat quidem necessariũ a primo aliquo
auspicatis, de quo inter omnes homines conueniret, sic transire ad reliqua. Ceterum hanc rationem
non sequitur pleraq; medicorum pars. immo principia quoq; ipsa controuersa sumit, nec illa demon-
stratione confirmat, tum ad reliqua simili modo transit, legislatorum ritu sanciens uerius, quàm demõ
strans. Quæ omnia inde adeo his accidunt, quòd nihil prius de demonstratione sunt meditati: sed simul
& inquisitis insistunt, & ad eorum fidem demonstratione uti audent, simile profecto quiddam ijs mo-
lientes, qui sphæram, aut cubum, aut conum, aut cylindrum, aliudve id genus metiri aggrediuntur,
cum tamen omnis Geometricæ ac Logisticæ rationis sint ignari, immo uero nec cubiti palmive, aut
pedis mensuram præparatam habeant: ac deinde ijs, qui uel demonstrationem ab ipsis exigunt, uel ta-
cere censent, irascuntur. Veluti enim in illo ridiculus erit is, qui rectanguli trigoni, cuius alterum (exẽ
pli causa) latus circa rectum angulum quinque sit pedum, alterum duodecim, dicat aream non esse
triginta pedum, sed quadraginta, nec eius rei demonstrationem ullam afferat, ita hic quoque ridicu-
lus est, qui quicquam affirmat, quod demonstrare non possit. Ergo, sicuti in demonstratione de trian-
gulo (neque enim recedendum nobis ab exemplo est, qui indoctos istos methodicos a disputatione
nostra iam abegimus) ipsum, quod propositum est, ex duabus his propositionibus colligebatur, una,
quæ

A quæ ſpatium id, quod lateribus pedum quinque & pedum duodecim continetur, ſexaginta pedum ef-
fici dicit: altera, quæ triangulum dimidium eius eſſe ſpatij proponit, atque oſtendit: harum utraq; rur
ſus ut demonſtrationis fidem reciperet, alijs propoſitionibus egebat: mox illæ alijs, quoad peruen-
tum ad primas eſſet: hæ uero nec ex alijs, nec per demonſtrationem, ſed ex ſe fidem faciunt, ſic arbi-
tror & in ijs omnibus, quæ in medicina demonſtrantur, ad primas & indemonſtrabiles propoſitio-
nes, & quæ ex ſe fidem faciant, omnia eſſe perducenda. Ac, ſi omnes de medendi methodo ſic dicere
aliquid inſtituiſſent, prorſus, ſicuti inter Arithmeticos, Geometras, & Logiſticos, ita inter ipſos quo-
que conueniſſet: quippe apud quos diſcere ab ipſo ſtatim initio licet, quid quoque nomine, quo uſu-
ri ſunt, ſignificetur: quas præterea propoſitiones indemonſtrabiles (quæ axiomata uocant) ad diſce-
ptationem ſint ſumpturi: ueluti lineam eſſe longitudinem citra latitudinem: ſuperficiem, quæ longitu
dinem latitudinemque tantum habeat: & triangulum eſſe hoc, quadrangulũ illud: ac reliqua ad eun-
dem modum. Ab ijs, ubi axiomata eiuſmodi uſurpanda ſibi eſſe prædixerint, quòd ſcilicet, quæ eidem
ſunt æqualia, inter ſe etiam eſſe æqualia: &, ſi æqualibus æqualia ſint adiecta, tota fore æqualia, po-
ſtea demonſtrare theoremata iam tentant, nihil extra ea, quæ a principio præſumpſerunt, adijcientes.
Plerique tamen medicorum, ſicut ipſe ſcis Hiero chariſſime, interrogati, undenam principium inuen
B tionis ſuæ ſumpſerint, tantum abeſt, ut indemonſtrabilia principia, & quæ omnibus hominibus in cõ
feſſo ſint, proferant, ut nec, quo ſibi ipſis conſona reſpondeant, inueniant: ſed ſurſum ac deorſum Eu-
ripi more agantur, contraria quiſque in progreſſu ſermonis ijs, quæ ab initio ſtatuerunt, afferentes.
Siquidem ſapientiſſimus iſte Theſſalus, cum apparentes eſſe communitates dixiſſet, paulopoſt non ſo-
lum non alium quenquam priorum medicorum uidiſſe eas aſſeuerat, ſed nec ipſum, qui primus eas pe-
perit, Themiſonem. Huius nanque unius eſſe monſtroſas illas communitates fatetur, ceu patris legi-
timos filios. Poſt hos uero, qui ſecuti ſunt omnes, & inter ſe, & ab ipſo Theſſalo diſſentiunt, nec eaſ-
dem communitates tradentes, nec omnino inter ſe uel in uno concordantes. Id quod ſæpenumero
tibi, ipſis etiam Methodicis præſentibus, oſtendi: fortaſſeq; aliquando maius ocium nactus, de * in- * διαφωνίας.
conſtantia eorum ſcribam. At nunc tantum ſaltem ad rem propoſitam ſumi expedit, oportuiſſe eos,
præſertim ſectæ auctores, expoſuiſſe prius, de qua re ſingula nomina dici uellent. ſicut Empirici fa-
ciunt, qui apparere ea dicunt, quæ ſub ſenſum cadunt: noſci uero, quæ memoria tenentur: apparere
ſimul & noſci, quæ & ante aliquando ſub ſenſum uenerunt, & nunc ſimili modo ueniunt. Num igitur
ita ipſi quoq; apparere communitates dicunt, ceu ſenſu cognitas? An, & quæ ratione comprehendi-
mus, apparentia nominant? Empirici nanque non admodum concedunt quicquam ex ijs, quæ ſola ra
C tione noſci uidentur, apparens dici. Rurſus ueteres philoſophi duplex eſſe genus apparentium decer
nunt, Vnum, quod ipſi Empirici comprobant, nempe eorum, quæ ſenſu aliquo noſcuntur, ueluti albi,
nigri, duri, mollis, calidi, frigidi, & ſimilium: Alterum indemonſtrabile, eorum nimirum, quæ intelli
gentiæ primo occurſu patent: ueluti, quæ eidem ſunt æqualia, ea etiã inter ſe eſſe æqualia: &, ſi æqua-
libus æqualia addantur, tota etiam æqualia fieri: &, ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ reſtant, etiam
æqualia fore. Huius eſſe generis aiunt, & ꝙ nihil citra cauſam fiat, & quòd omnia ex ente quopiam,
& quòd ex eo, quod omnino non ſit, nihil fiat: ſimili modo, nihil corrumpi in id, quod ante non ſit:
item, quòd affirmare, uel negare de quoque ſit neceſſe: aliaque id genus non pauca, de quibus in lo-
gicis tractatibus agitur, & ipſe in commentarijs de demonſtratione, quàm potui, dixi clariſſime. De
his inter eiuſmodi principia, cuiuſmodi logica nuncupamus, quidam Philoſophorum contendunt, at-
que ambigunt. hi tamen hactenus ſaltem ſunt modeſti, quòd omni demonſtrationi fidem ſuam abro-
gant, intelligentes (arbitror) tametſi id non dicant, illud ſaltem ſe certo ſcire nihil omnino demon-
ſtrari poſſe, ſi logicis principijs fides non ſit adhibita. At, qui euſq; rudes amentesque ſunt, ut ne id
quidem intelligere queant, hi demonſtrare quidem conantur, ceterum quæ, qualiáve [& quot] de-
monſtrationis principia ſint, nec noſcere, nec quærere uolunt, nec alium docentem audire ſuſtinent:
D ſed abſolute pronunciant, & uerba loquuntur, quæ nec quid ſignificent, ipſi clare explicare ualeant.
Merito igitur eorum æmulis centum uoluminum opera ſcribuntur, partim inueſtigantibus, de quo
quodq; dici nomen Theſſalus uoluerit, partim nihil tale inuenientibus, cui omnia ab eo particulatim
dicta conſentiant. Nam, quæ demum apparentes illæ communitates ſint, aut quo modo apparentes,
dicere non poſſunt, ne ſi iterum atque iterum totidem libros ſcripſerint. quippe quod apparet, aut
ſub ſenſum omnino cadat, oportet, aut ſub intelligentiam, uno ſemel occurſu utrunque ſine ulla de-
monſtrationis ope. quod uero intellectui ſe uno occurſu non exhibet, protinus id controuerſum eſt,
ac demonſtratione eget, nec artem ullam a tali principio incepiſſe conuenit. Hæc ſi in logicis metho-
dis exercuiſſent, & ipſi ea intelligerent, & tempus noſtrum fruſtra non contererent. Nunc, quoniam
inexercitati rudesq;, per amentiam audent demonſtratione uti prius, quàm, quid ea ſit, didicerint, ne
ceſſe eſt cum ſimilibus ſui, omnes aberrent, prorſusq; nugentur: ac eos, qui recte demonſtrant, minime
intelligant, ſed tempus inaniter conſumant. Ergo cum his nequaquam, ut cũ rationalibus animalibus,
uel diſputandum amplius eſt, uel ijſdem impenſe contradicendum prius, quàm didiciſſe, quænam res
demonſtratio ſit, uelint: & quatenus exercitatum eſſe oportet, qui ea probe ſit uſurus.

De descriptione nominis morbi, ac de methodo nominum recte imponendorum. Cap. 5. E

TEcum uero omnem deinceps sermonem conferam, ipsis usus methodis, quas in commentarijs de demonstratione tradidi. Quippe non solum principia omnis demonstrationis esse ea, quæ tum sensui, tum intelligentiæ manifeste se exhibent, sed etiam in omni re quærenda nomen ipsum assumi in disputationem oportere, in illis docuimus. Nunc neutrum præcipere statui, nec quemadmodum inuenire, nec quemadmodum demonstrare conueniat: sed ijs, qui iam didicerunt, & exercitati sunt, simul aliquem laboris opportunum fructum reddere, inuenta nimirum non tenui re, quam nunc instituimus: simul, siqui sunt quibus artium maxima cordi est, quæ circa animum hominis uersatur, ipsos quoque in minoribus prius exercitare conuenit. Quippe id tenaciter seruare in omni methodo oportet, ut in ea te multis sæpe leuioribus problematis, prius exerceas, quàm maioribus manum admoueas. Hoc igitur nobis ueræ disciplinæ principium esto. quod utique statim inter initia facturi fueramus, tum artē ipsi inquirentes, tum alijs præeuntes, qui adhuc peruersi non essent. Quoniam omnis morbi curationem inuenire propositum est, necesse est morborum numerum prius sciri. At, quoniam fieri nequit, ut aut differētias generis ullius, aut species inuenias, ipso, q̄ diuiditur, nō plane explorato, oportet profecto nūc etiam, quid morbus sit, narremus, quo sic diuisionem eius rite adeamus. Qua igitur ratione id methodo inueniamus? Quanam alia, nisi ea, quam in libris de demonstratione præcepimus? Nempe ut de notione ipsa prius conueniat, cum sine hac, propositæ rei substantiam inuenire non liceat. Ipsam uero notionem, quæ omnibus in confesso sit, sumendam diximus, ut quæ alias principium iure non dicatur. Quæ igitur est de ægrotando omnibus hominibus confessa notio, Et de qua maxime subiecta re uerbū hoc ægrotare enunciant? Nunquid, ubi citra offensam omnium corporis partium actiones obeunt, & ualere se tunc dicunt, & minime medicis egere putant: ubi uero naturalium corporis actionū senserint quāpiam uel male geri, uel prorsus non geri, & ægrotare se illa parte corporis existimant, cuius actionem læsam uident, & medicum de remedio consulunt? Ego sane omnes homines ita uideo tum morbi, tum sanitatis nomen usurpare. Quinetiam eam, quam dixi, notionem omnes obseruant, nō in his modo nominibus, sed etiam nihilo minus in omnibus, quæ cum his coniugata sunt, tum nominibus, tum uerbis. Quippe cum & ualere illum existiment, cui nullius partis actio sit uitiata: & ægrotare, cui sit uitiata: & ualentem eum nominent, cuius omnes corporis partes actiones suas secundum naturam edāt: & ægrotantem, cui male affecta pars aliqua sit. Nec quisquam omnino Græcorum aut alijs nominibus utitur; aut de alia re enunciat iam dictorum nominum quoduis, id quod diffuse in medicinalium nominum interpretatione ostendimus. Atque hoc saltem mihi per omnem disceptationem memoria teneri maxime uelim, nominum quidem interpretationem ex Græcorum me consuetudine facturum (sicut in com- G mentarijs de demonstratione dixi) ipsius autem rerum essentiæ tum inuentionem, tum inquisitionem; tum demonstrationem, non ex ijs, quæ multitudini uidentur, immo ex sumptionibus scientificis, quæ lēmata græcę uocant, de quorum inueniendi ratione in illis est proditum. Ergo accepto eo, quod omnes confitentur, principio, nempe illud in medendi methodo propositum esse, ut ægrota corpora in sanitatem uindices. id uero est, ut naturales partium actiones, siquæ uitiatæ sint corrigas. Iam, quod deinceps est, inquiramus, quot numero in totum res sint, quæ loco inter se sibi sunt propinquę: necubi aliqua procedente sermone, uel pro morbis accipiamus, cum sint his similia: uel ut sanitatem, cum ad huius naturam prope accedant. Proponamus autē claritatis causa particulas aliquas, in quibus confirmetur, quod dicimus, ac primum quidem ante ceteras oculum. De hoc igitur omnibus hominibus non medicis modo, sed etiam alijs quibuslibet conuenit, eius opus esse, ut uideat. Seu uero opus, seu actionem inter loquendum dicam, in præsentia saltem non refert. Ad eundem modum, nec, si quis aspicere, oculorum esse opus dixerit: nec, si quis aspectum, aut uisum, aut uisionem, aut quomodocunq; aliter nominet, quicquam refert. quādo etiam, si quis soloecismum committens nominet, ad rei ipsius scientiam nihil id afferat incommodi, modo, de qua re nomen pronunciet, clare explicet. In hoc enim præcipua doctrinæ uis est. Nominetur igitur oculus pars corporis. neque hic referat, partem ne an particulam quis dixe- H rit. Quicquid enim totum complet, atque integrat, id totius uidelicet corporis, quod complet, particula, siue pars nominatur. Est enim pars ex ijs, quæ ad aliquid dicuntur. quippe pars totius, integriq; pars dicitur: æque profecto, ut totum & integrum per relationem ad partes & particulas proprias nominatur. Estque sicuti dextrum ad sinistrum, & sinistrum ad dextrum, ita & totum ad partem, & pars se habēs ad totum. Ergo siquis hac seruata notione malit partem dicere, quam particulam, aut siquis cōtra, particulam potius, quàm partem, is mihi ad rerum inuentionem impedimento non sit, ceterum imperitum se linguæ latinæ* prodit. Quemadmodum certe, siquis integrum a toto secernat, is quoque linguæ* latinæ est ignarus. Dictum uero alibi (ut scis) diffuse de nominum usu est. Ac nunc, quantum satis ad rē sit propositam, adijciam, illud duntaxat indicans, non oportere nominibus seduci, nec, qui in ijs dissentiūt, hos statim in rebus quoque ipsis dissentire putare. In quo genere omnes (ut uno uerbo dicam) non medicos modo nostræ tempestatis, sed etiam philosophorum plerosque parum exercitatos uides: ut quorum paucissimi nominum* diuersitatem a rerum diuersitate distinguere norint. Verum huius quoque rei methodum in Logicis speculationibus tradidimus. cuius opportunitas, si quādo alias, utique nūc quoque ad usum uenit. Quænam igitur fuit ea methodus? Nempe ut a rerum incipias differentia, non autē nominum. tum ostendas quatuor, exempli gratia, esse res, quæ in uicino sunt positæ. post deinde, ut de-

†Legitur utrobique græcæ.

*διαφορίας.

monstratione

A monstratione confirmes neq; plura esse, neq; pauciora, quæ in proposita disceptatione contineantur.
postremo ut accommodato rerum cuiq; suo nomine sic reliquum sermonem absoluas, nec mutans de-
hinc, nec transferens nomen ullum, sed, cui rei ipse ab initio imposueris, de eadem perpetuo usurpās.
Quippe ita & dilucida doctrina efficitur, atq; a cauillationibus, quas homonymia parit, libera: &, quod
frustra est additum, facile deprehenditur, &, quod deficit, cito inuenitur: &, quæ consonant dissonātq;,
maxime in eiusmodi explicationibus, exacte discernuntur.

Quidnam actio & passio exemplo uisus, & oculi: quid latio, & alteratio, pars, & instrumentum. *Cap. 6.*

ERgo illud repetamus denuo. Visus, oculorum actio est: locutio, linguæ: incessus, crurum. Ipsa rur-
sus actio, motus est actiuus. Iam horum ipsorum motus, prioris habitus est immutatio: Actiuus,
qui a se editur: Passiuus, qui ab alio quopiam extrinsecus posito excitatur. ueluti uolatio, actio est ani-
malis uolatilis: & incessus, animalis gressilis. quod autem ab alio sic agitur, ut locum mutet, id utique
non agit, sed patitur. Egit nanq;, qui ex Piræo Sunium commeauit: quippe motus actiue est, id est ex
seipso, & propria natura. contra, passus est, qui ex Piræo Sunium nauigauit, utpote qui naui uectus est.
At, quoniam motum prioris esse habitus mutationem diximus, ea uero immutatio dupliciter fit, nem-
B pe aut in qualitate, aut loco, utiq; mutatio, quæ in loco agitur, latio dicitur: quæ in qualitate, alteratio.
ita uidelicet ut latio sit immutatio, uel demutatio, uel mutatio prioris loci (de industria enim multis
sum usus nominibus, maxime scilicet insinuare studens, q licet unius rei multas definitiones efficere,
quæ uocibus tantum, non etiam notionibus differant) alteratio uero, uel mutatio in qualitate, uel de-
mutatio eius, quæ prius fuit, qualitatis, uel immutatio in qualitate, uel transmutatio qualitatis, uel quo
modocunq; aliter auditori, quod dicitur, clarum fore speraueris. quippe huc tibi uarietas interpreta-
tionis sit utilis. Ergo uisio (nam redeundum ad oculum est) actio partis est: oculus uero ipse animalis
est particula. nam particulam, an partem dicas (ut prædiximus) nihil refert. Instrumentum uero ap-
pello animalis partem, quæ perfectam edere actionem possit: ueluti oculus uisionem, & lingua loque-
lam, & crura itionem. Ad eundem modum & arteria, & uena, & neruus, tum instrumenta, tum partes
animalis sunt. Pro hoc nanq; nominum usu non a nobis modo, sed etiam ueteribus definito, oculus qui
dem & pars animalis, & particula, & instrumentum uocabitur: cornea uero tunica, particula quidem,
& pars, non autem instrumentum. Simili modo & quæ rhagoides, & quæ arachnoides, & quæ amphi-
blestroides græce dicuntur. quippe quarum singulæ primum quidem ac maxime oculi particulæ sunt.
&, quia is etiam faciei pars est, itidem & illæ faciei sunt partes, sed secunda quadam ratione. ita uero
C & totius corporis partes sunt propterea, q facies ipsa totius corporis est particula. Homœomeres ue-
ro, id est similaris pars, est, sicut ipsum clare indicat nomen, quæ undiq; in similes diuiditur particulas:
ueluti in oculo uitreus humor, & crystallinus, & tunicarum propria cuiusq; substantia. Porrò hæc latius
indicata sunt in dissectionum commentarijs. Hic uero ea tantum dixisse sat est, quorum ad id, quod in-
stat, meminisse est opus. Est autem opus ostendere in singulis particulis plura inesse, quæ inter se dissi-
deant, nec tamen a medicis sint percepta. hoc autem utile esse prædiximus ad nomina nobis recte uten
da, utiq; cuius causa nunc id tractandum suscepimus. Indicabitur autem & ad ipsam nobis propositam
methodum maxime necessarium. Est enim instrumētum oculus, actio uero uisio: una ex particulis eius
similaris, ac primum uisionis instrumentum, crystallinus humor: sicuti in libris, ubi de ijs egimus, mon
stratum est. id nanque est, quod alterari debet ab aliquo extrinsecus occurrentium colorum, ut ani-
mal uideat. alterari uero non potuit, nisi purum omnino perspicuumq; esset. At purum ita perlucidum-
que esse non posset sine eo, quod nunc obtinet, temperamento. Quippe ostensum est unamquanq; re-
rum talem esse, qualis est propter calidi, frigidi, humidi, & sicci temperamentum. Ideoque, siquid
horum magnopere immutatum sit, aut plane non uidebit, aut male uidebit animal. Verum hoc no-
bis parum adhuc constat, modo artem quærere orsis. nec oportet aliquid ex ijs, quæ post sunt inqui-
D renda, uelut scitum præsumere. nec ipse huius gratia, eorum, quæ de crystallino alibi demonstraui,
mentionem feci, sed claritatis causa eorum, quæ nunc sunt dicenda. Videntes enim oculum probe
munus suum obire, ac rursus nequaquam uidere, atque illud sanitatem eius, hoc morbum, uel uitium,
uel, quicquid libet, uocantes, (nihil enim ad rem propositam refert) quærimus deinceps, quæ demum
sit eius noxæ causa.

Aduersus Thessalum, Iulianum, Olympicum & reliquos methodicos, de sanitatis ac morbi definitione. *Cap. 7.*

VNde, inquies, ad hoc noti? Certe ex indemonstrabili axiomate, de quo tamen inter omnes con-
uenit propterea, q intelligentiæ euidens est. Quod ergo est id axioma? Nihil absque causa fieri.
quippe hoc non concesso, non datur aut læsæ uisionis, aut prorsus amissæ causam requirere. Sed, quo-
niam id ex ijs est, quæ intelligentiæ sunt manifesta, præsumentes iam aliquam subesse læsionis causam,
ad eius inquisitionem uenimus. Ergo hanc causam seu affectū aliquem corporis, seu corpus certo mo-
do affectum appellare uelis, nihil sane ad rem propositam interest. Illud omnino fateberis, aut mor-
bum ipsum hanc esse: aut, si quidem morbus est ipsa actionis læsio, affectum, qui huic officit, morbi cau-
sam esse. Existitq; hoc loco rursus de nomine controuersia, ipsum ne oculorum affectum, a quo uisus læ
ditur, morbū uocemus, an ipsum actionis uitium. Verum, siue quis actionem uitiatā morbum dici uelit,
utique

utique multo prius statuat, necesse est, sanitatem esse naturaliter se habentem actionem: siue affectum, E
qui actioni incommodat, multo quoque ante, qui secundum naturam est, siue hunc affectum, siue cōsti-
tutionem dici uelit, sanitatis uocabulo appellet. Quippe committere, ut cum in actionibus posueris sa-
nitatem, in affectibus existimes statuendum morbum: aut contra, cum in partium constitutione sanita-
tem, in actionis uitio morbum, tum reliquis methodicis, tum uero principe huius insaniæ Thessalo di-
gna sententia est. Etenim omnes fere, qui sunt indocti huius insanique dogmatis sectatores, sanitatem
esse naturalium actionum firmitatem ac robur aiunt: morbum uero nequaquam actionis læsionem &
infirmitatem, sed alij corporis quendam affectum, alij corpus certo modo affectum. Qua quęnam, obse
cro, maior dementia sit? Hoc enim uel quiuis deprehendat, non oportere in altero sanitatem, in alterō
morbum, sed in eodem omnino genere ambo constitui. Siquidem contraria sunt, quæ in eodem gene-
re plurimum inter se dissident: ueluti candidum, & nigrum etenim unum est horum genus, color. Ideo-
que, si contraria inter se sunt sanitas, & morbus, in quocunque genere eorum, quæ naturaliter se habēt,
statuetur sanitas: in eodem, cum præter naturam se habet, ponetur morbus. Quare, si sanitas actio ē, quę
secundum naturam se habeat, omnino morbus præter naturam actio fuerit. Sin autem affectio quæpiā,
aut constitutio naturaliter se habens, sanitas est, & morbus affectio, constitutiove præter naturam ne-
cessario fuerit. Ac Thessalus quidem finire morbum ne aggressus quidem usquam est, quin potius ha- F
riolandum nobis reliquit, de qua re uocabulum id enunciet. Quod enim nihil interesse censeat inter
morbum & pathos, iam tibi ex ipsius hominis commentarijs ostēdimus, in quibus translatitie ambo po
nit, transfertque utrunque in alterius locum, ceu nihil intersit, hoc, an illo modo loquaris. Eius uero se
ctatores uniuersi sursum deorsumque aguntur, ratiocinantes, ac se tegentes, omniaque faciētes, ut uel
obscure loquantur, uel omnino nihil, ut Thessalus ipse, atque ante hunc Themiso, qui fundamentum il-
lis huius insaniæ iecit. Quòd si tibi ea, quæ Proclus, & Rheginus, & Antipater, ad hæc, quæ Eudemus,
Mnæseus, Philo, & Dionysius in hoc genere prodiderunt, dicere uelim, utique a proposita tractatione,
quæ & scientifica est, & ipsum, quod utile sit, docere conatur, imprudens excidam. Verum de horum dis
sidentia licebit, aliquando fortasse etiam in sequentibus, mentionem facere: unaque cum his Menema
chi, qui omnes eorū res astutius turbauit, atque confudit: & nugacis Olympici, cumque hoc etiam A-
pollonidæ: & Sorani, &, qui adhuc uiuit, Iuliani. quem utique & nos conuenimus, ut uiua uidelicet ho-
minis uoce meras nugas condiscerem. sed nec is explicare potuit, quid † [morbus pathosve] esset. Cu- † Pathos & morbus.
ius rei uel maximum signum est, quod, cum uiginti plus anni iam sint, ex quo illum Alexandriæ conue-
nimus, scripseritque iterum atque iterum institutiones, (nam has assidue transponit, transformatq; nun
quam ijs, quas scripsit, contentus) nusquam tamen earum est ausus, quid morbus sit, prodere, tametsi G
certe adeo ea, quæ nihil ad rem pertinent, in ijs agitet, ut etiam illud inquirat, Sit ne pictura medicis ex
usu. & tamen, tam multa taliaque cum scribat, nec dissimulare queat, (sicut nec Menemachus) quin me
thodicæ sectæ absurditatem clare norit, ne in hodiernum quidem diem in institutionibus suis usquam
scripsit, quid morbum pathosve nominet. Mihi certe ipsum interroganti adeo multa obscuraque respō
dit, ut nihil eorum, quæ dixit, plane intelligerem, cogererque illud tantum homini dicere, quod mihi de
sciscere ab Olympico uideretur, quāquam is auus doctrinæ ipsius fuerat. Nam Iulianus hic Apolloni-
dæ Cyprij, ille Olympici discipulus fuerat. Ergo Olympicus (uti dixi) sanitatem * morbumque finire *pathosque
ausus, illam esse affectum dixit, qui absentia sit morbi. Rursus * morbum mutationē a naturali in id, quod *pathos
præter naturam sit, stabilem. Quorum sane utrique permulta insunt a ratione aliena, quæ & tunc Iulia-
no exposui, & nunc summatim dicam. Quod enim (inquam) confusionem facit, id est, quod Olympicus
non illud tantum absolute dicit, sanitatem affectum esse positum extra morbum, sed etiam illud defini-
tioni adijcit, quem affectum definimus naturalium actionum constantiam, & firmitudinem, haud enim
coniicere ualeo, in sola ne actionum constantia, an in corporis affectu, an in ambobus sanitatem statu-
at. sed forte, ut utique cum reliquis methodicis assolet confuse alieneque abuti Græcorum uocibus, ita
nunc quoque affectum non ad corpus, sed ad actiones refert: ut nimirum ad hunc modum definitionē H
intelligas: Sanitas affectio est actionis in absentia morbi. Porrò iustum, arbitror, fuerat alterum duorū
definitioni adiecisse, aut actionum, aut corporis, ut uidelicet aut ita se haberet finitio: Sanitas est affe-
ctus actionum in absentia morbi: aut certe talis: Sanitas est affectio corporis in absentia morbi.
Quinetiam, si ambo iungere uoluisset, ita quoque licuisset ut dilucide, sic breuiter dicere: Sani-
tas est affectio tum actionum, tum corporis in absentia morbi. Quid autem, cum subijcit, Quem
affectum definimus constantiam, ac robur actionum naturam suam tuentium, utrumne pars hæc
putanda est eius, quod prædictum est, iungendaque tota definitio est ad hunc modum? Sanitas
est affectus corporis in absentia morbi, & constantia actionum, quæ secundum naturam se habent,
ac robur. an ista ipsa per se ipsam perfecta definitio est, ac, quid sanitas sit, docens, prout sane non nullis
methodicorum placuit, qui sanitatē esse dixerunt constantiam secundum naturam se habentium actio
num. Verum si hæc absoluta est, haud scio, quid doceat, ea quæ ante dicta est, quæ affectum esse sanitatē
pręcipit. Quippe illud, quod dixit, in absentia morbi, eiusmodi plane est, quod uel puer rideat: cum, si
ita definire permittetur, manifestum sit & morbum fore affectum corporis in absentia sanitatis. ita ui-
delicet, ut utraque definitio, non quid sit, id quod quæritur, sed quid non sit doceat. Sed mittamus (in-
quam) si placet & hęc cum sint ad rem non admodum necessaria. Illud certę præterire dissimulareq; nō
licet

A licet, quòd in sanitatis explicatione omnia actionibus tribuantur, uel solis, uel etiam confundendo in-
uoluendoq;, ac obscure quodam modo miscendo ipsum affectionis uocabulum, quemadmodum fe-
* pathus cit Olympicus: in ipsius uero * morbi definitione, nulla sit actionum mentio. nam illud dicere satis ha-
* pathos buit, * morbum esse mutationem corporis a naturali statu ad eum, qui præter naturam sit, constantem
& stabilem. At debuerat, inquam, aut in actionibus, aut in affectibus utrunque constituere. Quid uero
mihi responderit, & sæpe tibi iam mi Hiero narraui, & nunc repetere non erit alienum. Nihil (inquit)
miri est in actionum quidem constantia cum robore sanitatem poni: in affectu autem corporis præter
naturam, morbum. Neq; enim cõtraria sunt, ut tu reris, inquit. Est enim eorum aliquid medium, quod
nec sanitas sit, nec morbus. Quo ego sermone audito, abij stupefactus simul ac dolens. fatendum enim
est, quod accidit. Antea enim neminem unquam eorum, qui in ea opinione prorsus sunt stupidi, conue
neram: tum autem primum conueniens merito obstupui, non ꝙ is solus adeo sine sensu esset, sed quòd
multo se etiam agrestiores tot haberet discipulos, qui, cum statim in initio doctrinæ suæ methodicos
ita errare uiderent, tamen a secta non desciscerent: aut, si omnino non uiderent, prorsus essent attoni-
ti. Nam quid, quæso, ad rem, morbum sanitati non esse contrarium propterea, quòd aliquid eorum sit
medium? Patet enim hac scilicet ratione non fore album nigro contrarium propterea, quòd eorũ sint
B media flauum, & fuscum, & rubrum, & pallidum, & reliquorum colorum singuli: nec calidum frigido,
quippe horum quoq; sunt media, tepidum, & temperatum. Ac sapientes istos methodicos, cũ nec leui,
nec spernendo lapsu sic sint inter initia statim lapsi, speremus ne ueritatem ullam eorum, quæ sequãtur,
posse intelligere? minime profecto: quippe, quæ in arte medica spectantur, omnia ex his pendere doce
bimus, idq; merito. siquidem in ijs artibus, quæ methodo aliqua traduntur, earum constituendarũ prin
cipium est finis ipsius notio. Ac in huius quidem notitia, alijs quoq; permultis uarie est erratũ, alijs me-
dicinæ finem esse affirmantibus, ut plurimum sanare: alijs ea facere, quæ sint ad sanitatem conducibi-
lia: alijs morborum causas adimere: alijs pro se quẽq; omnia peragere: alijs, prout cuiq; succurrit. ac
de his definire seorsum conueniet. Nemo tamen adeo fuit stupidus, ut in alio genere poneret sanitatẽ,
in alio morbum: sed uel actionibus naturaliter se habentibus tribuit, uel partiũ constitutionibus, quos
aliqui affectus uocant. Siue autem in actionibus naturaliter editis sit sanitas, in ijs, quæ præter naturã
sunt, erit morbus: siue in constitutionibus naturaliter se habentibus, in ijsdem præter naturam se haben
tibus erit morbus: siue in affectibus, in his ipsis erit & inualetudo. Neq; enim profunda ulla spectatio-
ne ad hoc est opus: tantum sufficit non esse peruersum. Nam quis, obsecro, dubitet, si uidere sanitas sit,
morbum esse uel cæcutire, uel omnino non uidere? Quis non intelligit, si audire sanitas sit, esse morbũ
C uel ægre audire, uel prorsus non audire? Pari modo, si concoquere, bona ualetudo est, male concoque
re, uel plane non concoquere inualetudo est. Et si suo aliquem arbitrio moueri sanitas est, utiq; morbus
fuerit & conuulsio, & palpitatio, quem palmon uocant, & neruorum resolutio, & tremor: & denique
quicquid uoluntarium motum uel penitus destruit, uel etiam certo modo impedit. Ad hæc, si natura-
liter sentire sanitatis opus sit, insensibilitas, & difficilis sensus, & stupor, & dolor ægritudines erunt. Rur
sus, si ordinate respirare sanitas est, utiq; spirandi defectus, uel difficultas morbus est. Atqui, si hi mor-
bi sunt, dubium non est particularum affectus, ex quibus hæc æduntur, morborũ esse causas, nec opor-
tere aut phlegmonen, aut scirrhum, aut erysipelas, aut abscessum, aut ulcus, aut œdema morbos dice-
re. Quòd si hæ ægritudines sunt, manifestum est nullum illorum esse morbum. Quippe duo rerum ge-
nera sunt nusquam inter se similium, sed omnifariam dissidentium, & tota natura differentium. alterum
horum generum corpus uocant, alterum actionem. Ergo oculus, & lingua, & auris, & crus, atq; id ge-
nus singula, corpora sunt certo modo affecta: uisus, auditus, sermo, incessus, actiones prædictorum sunt
corporum. Si itaq; in certo quodam corporum habitu ægritudo constituitur, certe in certo quodam
actionum habitu non statuetur. Quando, si in hoc morbus consistat, planum rursus est in corporũ affe
ctu non esse. Verum, quòd affectus ipse causa sit, actio uero id, quod ab affectu corporis efficitur, id ue-
D ro est, quod omnium maxime & fatendum medico sit, & tenendum. Adeo, quisquis hoc ignorat, is in
re labitur, quæ plane est ex necessarijs. At, qui uel actionis læsionem uel corporis affectum, morbum,
uel quoquo nomine appellat, quanquam parum conuenienter nominat, potest tamen de rebus ipsis re
ctam habere sententiam. Contingit autem non ex nominum, sed rerum recta opinione, recta morbo-
rum curatio. Iam hoc ipsum multos medicorũ ignorantes inuenias, putantesq; in rebus dissidere eos,
qui corporum affectus morbos esse censent, ab ijs, qui in actionis uitio eosdem constituunt. Atq; ho-
rum omnium errorum (quod & sæpe iam dictum est, & post dicetur) unica causa est, quòd, qui inueni-
re quiduis logice sunt aggressi, non fuere in logica methodo exercitati, sed simul, ueluti ratione cogita
tioneq; exercitati fuissent, ab experientia desciuerunt: simul, cum in illis inexercitati fuissent, magno-
pere sunt lapsi: siquidem millies eos de nominibus tanquam de rebus litigantes inuenio. Rursum, ubi
rem quampiam maximam ignorarint, nomen se ignorare putantes, ueluti in eo, quod nunc est proposi
tum, discernere nequeunt corporis quidem statum causæ rationem sustinere: actionem eius, quod ab
eo perficitur: sed nec, quod sanatur, id esse corporis affectum. quippe comitatur necessario hunc natu
raliter se habentem naturalis actio. Contra, si a natura recesserit, actio statim præter naturã se habeat,
necesse est. Porrò in hoc totum uertitur, estq; hoc principium, ac ueluti primum quoddam elementum
omnis methodi, quæ de medendo instituitur. Ceterum, an hoc ipsum appellare morbum oporteat, an
actionis

actionis uitium, id est de nomine dubitare. Dicemus autem aliquid & de nominum usu, sicut in alijs B prius iam fecimus. Verum nunc de ipsis nondum distinguo, quo uidelicet hoc ipsum, rerum fide magis comprobem, ostendamq;, quodnam sit huius de medendo methodi principium & radix. In quo cũ alij multi ex ijs, qui rationales se dogmaticosq; appellant, tum uero probi isti methodici sunt falsi. atq; illud quidem ijs, qui prudentes sunt, iam quodam modo apparet nihil esse aliud, quod a medicis curetur, quàm corporum affectum, ueluti proximo libro monstrabitur.

De causarum, affectuum, actionum, ac symptomatum generibus, ex quibus uniuersa dignoscendorum ac curandorum morborum methodus pendet. *Cap. 8.*

NVnc illud nobis propositum erat, ut ignorantiam eorum corrigeremus, qui, quot in uniuersum res sint, quæ in præsenti disputatione proximæ inter se habeantur, ignorant. Videtur enim unum harum genus esse ipsorum corporum, alterum actionum. Ac corporum quidem genus præcedere actiones, easq; gignere: has uero sequi, idq;, si corpora naturaliter se habeant, inculpabiles ac naturales: sin præter naturam sint affecta, aut nullas prorsus, aut omnino certe impeditas. Tertium præter hæc genus est causarum, quæ hos affectus creant. nam, quam rationem habet affectus ad actionem, hanc alterum quippiam ad ipsum affectum omnino habeat, oportet, illo duntaxat euarians, quòd affectus cum actione unà consistit, nec potest usquam aut proba actio esse sine corporis naturali affectu: aut uitiosa, F nisi cum corpus sit uitio affectum. Eius autem affectus, qui actionem impedit, causæ possunt quidẽ non etiam esse: possunt autem & adhuc nunc manere. Ergo diuersæ omnino ab affectibus causæ sunt. Ac tertium hoc iam inuentum genus diuersum est, & ab actione, & eo, qui hanc gignit, affectu. Ab hoc quartum aliud genus est [affectus] eorum, quæ, cum corporibus & naturaliter, & præter naturam se habentibus insint, actioni nec commodant, nec incommodant: sicut, exempli causa, color corporis ex diuturna in Sole mora niger ex candido factus: aut contra, ubi uersatus in umbra quis sit, ex nigro candidus: aut ruber lotis: aut pallidus expauefactis. Quippe hæc nec actiones sunt, nec corporis affectus, qui sint actionis causæ: multoq; minus ipsæ causæ, quæ affectus, qui præter naturã sunt, creant: sed sunt symptomata, quæ diuersas corporum alterationes necessario sequuntur, siue hæ secundum naturã, siue præter naturam se habeant. Ergo, cum quatuor definita genera iam sint, ex quibus uel noscendis, uel non noscendis, probe secusve incipiendam esse medendi artẽ monstrabimus, liceat de cetero cuiuis, prout uolet, ijs nomina imponere: ueluti affectum corporum præter naturam se habentẽ, cum actionem aliquam uitiat, morbum, si placet, appellato: Ipsum uero functionis uitium, insigne quoddam morbi symptoma. Quæ alia ratione accidunt, ceu colores, ea quoq;, si uolet, appellato symptomata, ceterum ea A.l.1.f.s.d.1. c.1.p.57.a. distinguat a functionum uitio, & si illa insignia, morbi symptomata uocet, hæc familiaria propriaq; no- G minet. Quædam etiam præter hæc, si uolet, nec familiaria, nec propria, sed forte quadam incidentia. Quartum uero ab ijs genus statuito, quod sit insalubrium, siue (ut ita dicam) morbificarum causarum. Atq; harum, quæ quidem in ipso animali corpore consistunt, * internas nominet: quæ extrinsecus, * externas. [nisi malit (ut nunc uulgus medicorum insueuit) illas antecedentes, has primitiuas uocare.] Positis autem pro arbitrio uel hoc uel alio modo nominibus, dummodo clare, & ex usu legẽtium, nec mutet postea, nec transponat eorum usum, sed perpetuo per omnem disputationem obseruet, quo, & quæ dicat, facile intelligamus, & refutationes redargutionesq; omnes ad aliquid clarum distinctũq; referamus. Qualiter, inquis, & ad quem modum? (nam idipsum quoq; indicãdum adhuc arbitror propter stupidos istos methodicos) nempe esto, dicat aliquis, phlegmonen affectum esse præter naturã: ipsam uero læsam phlegmone laborantis particulæ functionem morbi insigne symptoma, ueluti pedũ quidem [læsum] ingressum, oculorum uisum, aurium auditum: ruborem autem, tensionem, & renixum, & tumorem, qui præter naturam sit, ac phlegmonis succedat, diuersum quoddam genus siue symptomatum, siue accidentium, siue quo alio nomine appellare malit: illud modo sciat, clareq; definiat, non esse idem genus cum uitio actionis. Rursus sanguinis redundantiam (si forte hæc fuit) internam phlegmones causam: externam uero, & quæ hanc præcessit, ciborum abundantiam. Ergo, sicuti ipse exempla H sermonis habendi clara posui, & quatuor genera distinxi, ac * notiones eorum dixi, ita & Thessalo, arbitror, faciendum fuit, præsertim post tot & tantos uiros, quos se uicisse prædicauit, nouam sectam condituro. Nunc uero nec ipse apertum quicquam attulit, nec sectatorum eius quisquam.

* προηγούμενα
* προκατάρχοντα.
* Al. causas.

Refelluntur, quæ Olympicus ac Thessalus de ea, quæ est inter pathos & symptoma, differentia prodiderunt. *Cap. 9.*

OLympicus enim, cum ausus sit definire, quid pathos sit, non eius, sed symptomatis retulit notionem. In summa igitur, nec quid pathos sit, nec quatenus a morbo differat, intelligunt. Verũ hoc nos in sequentibus docebimus, simul enim omnia dici non possunt. Verum concesso ijs idem esse morbum ac pathos, inspiciamus ea, quæ dicit Olympicus. Pathos (inquit) est conuersio corporis a naturali habitu in eum, qui præter naturam est, permanens. Post paululum progressus ait. Sciendum est differre a symptomate pathos, quòd pathos, ut pauloante dixi, affectus corporis est præter naturam permanens: symptoma, quod huic accidit, quodq; in ijs, quæ præter naturam sunt, specialem ac magis etiam particularem figurationem habet. Hæc est egregia interpretatio sapientis Olympici, qui pathos ac symptoma finire est ausus. Quæ sane tot uitijs scatet, ut mihi in mentem ueniat illud stulti ad cribrum, negantis inuenire se, quid eius obturet, aut non obturet. Quid enim primum ex ipsis dicas, aut quid omittas?

A tas? quippe omnia refutare, quæ perperam sunt dicta, longum sit. Num omnis mutatio ab eo, quod secundum naturam se habet, ad id, quod præter naturam est, morbum censetis? si modo permanentia illi adsit? At uos tum coloris uitium, tum atrophiam. i. affectum, in quo corpus non nutritur, symptomatis nequaquam *morbis annumeratis. Quid autem cacochymia. i. uitiosus succus? quid cachexia. i. malus corporis habitus? quid succi defectus? quid uero ipsa redundantia? non ne præter naturã sunt? Si ergo permanẽtia his accedat, inter morbos numerabuntur. Atqui ne ipsi id uultis, & merito sane. Etenim supra id, qđ præter naturam sit affectus, adijci oportet ẽt aliquã ab eo lædi actionem. nam, quoad illesæ hæ oẽs seruãtur, ẽt si millies corpus sit alteratum mutatumq;, nullus tamen eorũ affectuũ adhuc morbus est. Quod.n. curationẽ desiderat, aliud plane nõ est, quàm affectus, qui uitiat actionem. Siquidẽ qđ primũ maximeq; oĩum desideramus, id naturalis est actio: ꝓpter hãc, & naturalem siue affectũ, siue constitutionẽ nominare uelis. Videre nanq;, & audire, & loqui, & ingredi indigemus, non aũt oculis, auribus, lingua, aut cruribus. nam, si uidere alia particula liceret, quis oculorum esset usus? Et, si alio quouis instrumento audire liceret, quę aurium esset utilitas? Pari modo & lingua & cruribus minime profecto esset opus, si loqui atq; ingredi sine his possemus. Ac uidere quidem, nostra ipsorum causa indigemus: oculis non nostra, sed ideo, ut uideamus. Iam linguam, aures, crura nõ propterea requirimus, ut *instru-

*Al. ociosis.

B mentis & multis affluamus partibus, sed loquelæ gratia, & auditus, & incessus. quippe demortua quauis particula, quæ abscindi potest, ueluti digito, pede, aut summa manu non patimur hanc ociosam gestare, ac ueluti pondus alienum circunferre, illud clare hoc ipso declarantes, haud quaquam nos particulis illis, sed functionibus egere. Veluti igitur totam particulam actionis causa requirimus, eodẽ (arbitror) modo naturalem quoque eius constitutionẽ actionis gratia desideramus. Sicuti enim supra diximus, causæ uicem ad actionem constitutio præstat. Quæ uero constitutionem, unde actio nascitur, necessario sequuntur, sanis quidem nobis accidentia, ægrotantibus symptomata nuncupantur. Atq; hæc quatuor genera sunt omnium, quæ in corpore nostro habentur, seu secundum naturam nos, seu præter naturam habeamus, actiones, constitutiones, quæ has præcedunt, quæ sequũtur. his dehinc nomina, qui uolet, imponito, singulis seorsum: &, si Dionem, aut Theonem appellare uelit eorum quodlibet, mea nihil refert: illud modo intelligat seruetq; ubique, quatuor in uniuersum res esse, quę sitæ inter se proxime sint. Et, quoniam huc sermonis ueni, uideor mihi hoc iuste exigere, ut sicuti nos illis permittimus, quæ uelint, nomina indere, ita illi inuicem nos usitatis & antiquis uti sinant. Alioqui sane graue atque adeo iniurium sit, si illis soloecismum committere tyrannorum ritu licebit, nobis uel græce, [uel latine] loqui non concedetur. Vocanto, si placet, sanitatem, ipsarum functionum constantiam. quanquam

C ostensum a nobis est affectum constitutionemque partium, cuius ope functiones secundum naturam edimus, hygian. i. sanitatem ab omnibus Græcis appellari. Atque, id cum statuerint sanitatem, morbum tamen censento non actionis uitium, sed qui præter naturam sit affectum. Tanquam ergo nos illos nec græce [latine ue] nec dialectice nominantes, non impedimus, ita illi nobis permittant & græce [latineve] & dialectice non omnem qui præter naturam sit, affectum, sed qui actioni incommodat, morbum nominare: qui præter naturam sit, nec tamen actionem obturbet, non morbum, sed morbi symptoma. Rursus, sicut illi permanentiam adijciunt, nec indicant, quot horas eiusmodi affectus moratus, morbus sit censendus, ita illi nobis concedant illud permanentiæ nomen subtrahere. Nam, siquis siue tribus horis, siue quatuor, siue horæ tantum dimidio, toto corpore uehementer sit arreptus sic, ut neque sentiat, neque moueatur, hunc nos apoplecton siue attonitum dicimus: Aeque, siquis conuulsus toto corpore sit, hunc etiam comitiali morbo laborare. nulla nec horarum, nec dierum ratione habita. quippe nomina id genus, naturæ rei, non temporis modi sunt indicia: non aliter quàm album & nigrum, & calidum & frigidum. alioqui mirum mehercule sit, si aqua calida, calida non sit, nisi perpetuum diem talis perduret. aut qui sex horis febricitauit, non febricitauerit: oportuisse enim ut febricitauerit, durasse malum. quanquam, quod tempus

D id sit, quod durationem illam, iusta ne fuerit an secus, determinet, nemo eorum tradidit: utrum ne dierum aliquis numerus sit, [an mensium,] an horarum: aut cur durabilem dicant, cum licuerit diuturnum dicere: aut cur hoc quidem mutantes non nulli eorum, difficile solubilem dicant. At certe hoc non generaliter morbi, sed longi morbi proprium est: perinde ac facile solubile, breuis. Verum existimare referre, ægre solubilem, an durabilem, an diutinum dixeris, non ne extremæ est ruditatis? Iam illud profecto magis mirum, quòd ipsi uelut a graui somno experrecti, distinguere pathos a sympto-
" mate aggrediuntur: cum auctor stupiditatis eorum in secundo de methodo, sic scribat: Eadem nan-
" que, cum præcedunt, pathe dicuntur: cum succedunt, symptomata. Quamuis etiam longe mirabilius hoc ipsum sit, quàm ea, quæ ab illis dicuntur, utique iecinoris phlegmonem, si primo statim die irruat, pathos esse concedere: sin alteri cuipiam secundo, aut tertio die succedat, abire in symptoma, quanquam quid diem secundam memoro? cum melius sit horam secundam a morbi inuasione dicere. An enim in secundo die phlegmone iecinoris in symptoma migrabit, in secunda ab initio hora non migrabit, nec symptoma erit? cum illud saltem, quod est, alicui, quod præcessit, superuenire illi omnino competet. At, quod tam celeriter, inquiunt, superuenit, ab eo, quod una irruit non distat. Rursum igitur dictum ab illo clare oportuit, quot horis determinet, distinguatque, quod superuenit, ab eo, quod unà inuadit. Ac Thessalus quidem eiusmodi est. Olympicus uero, ceu in

arcem

arcem ipsam sapientiæ euectus, non ita pathos a symptomate discernit, sed pathos id esse, quod dictũ est, symptoma uero, quod huic accidit, mirifice uidelicet ac dilucide * essentiã eius interpretatus: quippe, quid ipsum symptoma, quod pathos comitatur, sit, adijcere (ut arbitror) ac definire oportuit, nũ corporis aliquis affectus, num læsio quæpiam actionis, num pariter utrunque esset. At ille quidem minime id dicit, sed nobis uidelicet diuinare est opus. Illud uero, quod definitioni apposuit, nempe specialem atque etiam magis particularem in ijs, quæ præter naturam sunt, figurationem habens, quam non excellentiam claritatis habet, atque etiam nominum græcam perlepidamque interpretationem? Si magis specialem quandam figurationem, in ijs, quę præter naturam sunt, symptoma habet, quid ergo est, quod magis generalem notam habet? non enim dixit, an sine collatione ad generale, magis speciale liceat inuenire. Sin ad nihil omnino referens, magis speciale pronunciat; oppido quàm diligẽter clareque interpretatur. quanquam & paucis, & dilucidis uerbis dicere ei licebat omnia, quę circa corpus animalis præter naturam sunt, uel morbum esse, uel causam, uel symptoma. Quibus omnibus cum illud præter naturam sit commune, morbus actioni officit, causa ipsum præcedit, symptoma eum sequitur, ipsum uidelicet natura duplex, alterum actionis læsio: alterum affectio quædam morbum sequens. Verum (ut dixi) siquis omnes eorum errores excutere uelit, finem dicendi non inueniat: ipseque, mi Hiero optime, scis eorum nos ne millesimam quidem ipsorum partem refutare conatos. Ergo, si illud tantum adiecero, primum hunc librum hoc loco claudam: nempe quod in ipso statim methodi principio non pauci medicorum falluntur, utique qui Thessali ac Themisonis sunt æmuli, quique methodicos se appellant, insignibus ac maximis erroribus: cum his uero nó pauci eorum, qui se analogisticos, dogmaticos ac logicos nominãt. Siquidem, nisi quis omnes affectus, a quibus actio læditur, inuenerit, numerum ipsum morborum, quantus qualisque sit, ad unguem definire non potest. Id cum quidam eorum facere nunquam uel tentauerint, tyrannorum more, quæ ipsis uidentur, citra demonstrationem pronũciant. Alij non modo ipsi non demonstrant, sed nec a demonstrantibus discunt. Ac plurima (ut scis) medicorum pars, qui nunc sunt in pretio, eiusmodi est. nec id fortasse mirum. Nam, ubi philosophorũ plerique citra demonstrationem credendum sibi postulant, quid de medicis mirere, quibus nec uacat ueritatis inquisitioni uacare? ut qui mane in salutationibus (ita enim appellant) sint occupati, uesperi cibo distenti, ac ebrij. Verum ego ueteris tibicinis exẽplo, mi Hiero, uel cum musis ipsis certauero. cũ alioqui turpe putem, tibicinem, qui præsertim haud magnam rem prospere moliebatur, adeo repertũ fuisse laudis cupidum: me autem, qui medendi methodum ab antiquis inquisitam, non tamẽ hactenus exacte proditam, inuestigare absoluereq; ualeam, propter eã, quæ hac tempestate regnat, ignauiam, grauari atq; cunctari ac differre. Quare contra nunc affectus, quàm ante, mihi uideor. Non enim proprium uobis, qui me ad medendi artem totam ordine perscribendam hortati estis, hoc munus dedico. Ac primus liber hic mihi finiatur: totius, quod sequitur, operis secundus ad hunc modũ deinceps incipitor.

* Al. causam.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST,

DE MOR IS CVRANDIS,

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENT. LIBRI.

Quid sit morbus, ac quæ prima ipsius genera: & quo pacto statuendæ sint indicationes, quibus uniuersa morborum curandorum methodus, tanquam fundamentis subsistit.

Affectum, a quo immediate actio læditur, proprie dici morbum, quando & ad ipsum remouendum uniuersa curatio dirigitur. *Cap. I.*

QVæ corporibus nostris a naturæ suæ modo egressis, Hiero optime, accidunt, eorum quatuor traditæ differẽtiæ sunt: Vna ipsius functionis uitiatæ. Altera, eius qui hanc peperit, affectus: Tertia causarum, quæ ipsum præcesserunt affectum Quarta symptomatum, quæ hunc necessario consequuntur. Quod itaq; uel cũcta hæc esse morbũ oporteat, uel horum quædam, uel certe ex his unũ, id promptum colligere cuiuis est. Cum enim ægrotantibus præter hæc nihil insit, utique præter hæc morbus non fuerit. Quod ergo reliquum est, aut omnia hæc collecta morbus erit, aut horum quædam, aut unum saltem omnino. Sed enim omnium esse collectionem, præter id, quod neminem usquam habuit auctorem, etiam dici non potest. Nam quæ, quæso, morbi causa, aut quod morbi symptoma erit, si omnium pariter, col-

A collectio morbus cenſebitur? Neutrum profecto erit. Ergo duo præter morbos genera relinqui neceſ-
ſum eſt: alterum cauſarum, quæ hos creant: alterum eorum, quæ neceſſario ſequuntur, non tamen ho-
mini officiunt. Verum, ſi hæc abſtuleris, reliquum eſt, ut in altero duorũ ſtatuatur morbus, aut ipſis fun-
ctionibus afflictis, aut, qui has edunt, affectibus. Fuitq; & antiqua ſane de hoc controuerſia, & hodie
diſſident inter ſe omnes, non modo medici, ſed etiam philoſophi: alij ipſius actionis uitia, alij affe-
ctus, unde actio prodit, morbos nominantes. Et diſſidere uiros in rebus tam obſcuris minime eſt mi-
rum: non intelligere tamen eos, quòd de nomine contendant, ſane taxatione eſt dignum. Quippe, ſi
inter omnes conuenit, ad affectum, qui functioni obeſt, curationis conſilia dirigi, quid ad artis officia
conferat definiuiſſe, affectus ne, an læſa functio morbus ſit appellandus? Vtrouis enim modo appel-
lantibus æger ſanitati reſtituetur, modo quis affectui commodis præſidijs occurrat. Hic nanq; eſt, quẽ
alterare mutareq;, & prorſus ſubmouere oportet, non uitium functionis. Nemo enim ipſam claudica-
tionem ſanat, (id enim eſſet ridiculum) ſed affectum, qui hanc efficit, ueluti phlegmonen, ſi huius ui-
tio claudicatur, atq; hanc & perfundit, & cataplaſma ſuperimponit, & ſcarificat, & per halitum digerit,
& omni ratione diſcutere tentat: vtpote cũ hac abolita, reddatur rectus inceſſus: nec hac ſubmota clau-
dicationem corrigere prorſus ſit opus, cum nec remaneat quicquam prauæ functionis, ſi, qui huic ob-
B fuit, prorſus ſit amotus affectus. Quoad uero huius quicquam relinquitur, neceſſum eſt ad portionem
eius, actionem uitioſe edi. Hunc itaq; affectum, ſeu morbum appellaſſe, ſeu pathos, [uitiumve,] ſeu
morbi cauſam, ſeu pathus[uitijve] cauſam quis uelit, id nihil ad curationem nec proſit, nec obſit. Sed,
neque ſi Theonem aut Dionem hunc uocet quis, modo rite ſanet, nec hic quidem ægrotanti officiat.
Quinimmo, ſiquis prorſus innominato eo, tamen quæ ex uſu ægrotantis ſunt, adhibeat remedia, non
ſolum hic nihil offendet, ſed etiam belliſſime curabit. Verum, qui alterum docere uolet, quæ ipſe te-
net, huic prorſus nominibus propter res uti eſt opus. In quorum uſu claritas quaſi meta ſpectanda erit.
Nam, qui ſic nominare quæque ſtudet, ut qui diſcit, clariſſime intelligat, is optimus præceptor fuerit.
A.l.1 f.1.d.1. c.1.p.52.e. Quoniam igitur & nos iam docẽdi munus ingredimur, neceſſe eſt alicubi rebus nomina imponamus:
an uero dilucide, id uos æſtimetis, licet. Ergo affectus, qui actionem uitiat, morbus appelletur. Hunc
ſiquid ſequitur, ſymptoma. Quod illum excitat, cauſa.

Qua ratione veteres medici nomina morbis impoſuerint, & quibus ex libris morborum, ac ſymptomatum numerus, & cauſa declarentur. *Cap.* 2.

HIs ita diſtinctis, inſpicienda diligenter eſt nominum diuerſitas, quæ ægritudinibus impoſuerunt
ipſorum primi auctores. Subinde enim a læſa particula ſunt indita, ut Græcis Pleuritis, id eſt la-
C terum compunctio. Peripneumonia, id eſt pulmonum phlegmone. Iſchias, id eſt coxendicum mor-
bus. Podagra, id eſt pedum uitium. Nephritis, id eſt renum uitium. Arthritis, id eſt articulorum uitiũ.
A.l.3.f.1.d.1. c.8.p.58.d. Ophthalmia, id eſt oculorum phlegmone. & Cephalalgia, id eſt capitis dolor. & Dyſenteria, id eſt
inteſtinorum tormina. Subinde ab ipſo ſymptomate, ut Eileos, id eſt tenuioris inteſtini morbus. Ti-
neſmos, id eſt deſidendi aſſidua cupiditas. Spaſmos, id eſt conuulſio. Palmos, id eſt palpitatio. & Tro-
mos, id eſt tremor. Paralyſis, id eſt neruorum reſolutio. & Apepſia, id eſt cruditas. Dyſpnœa, id eſt
difficultas ſpirandi, uel inordinata ſpiratio. Apnœa, id eſt defectus ſpirandi. & Agrypnia, id eſt uigi-
lia. & Paraphroſyne, id eſt delirium. & Coma, id eſt ſopor. Sæpe ab ambobus ſimul, ut Cephalalgia.
& Otalgia, id eſt aurium dolor. & Cardialgia, id eſt cordis dolor. Odontalgia, id eſt dentium dolor.
Hyſteralgia, id eſt uteri dolor. Sæpenumero a cauſa putata, ut melancholia, ab omnibus: choleræ,
ijs qui ſunt a Cnido medicis. Hinc etiam fortaſſis & Leucophlegmatias hyderos, quæ aquæ intercutis
eſt ſpecies, nomen accepit. Non nunquam a ſimilitudine ad aliquid extra poſitum, vt Elephas, ſiue
Elephantiaſis, Cancer, Polypus. Staphyle, id eſt vua. Leuce, id eſt uitiligo alba. Myrmecia, id eſt
Formica, ſiue ſeſſilis uerruca. Atheroma, id eſt tuber, cui pulticulæ ſimile quid ineſt, quam Græci A-
theran dicunt. Steatoma, quod ſeuo ſimile quid continet. Staphyloma, id eſt oculi morbus, cũ in ſum-
D ma tunica quiddam acino ſimile eminet. Meliceris. Anthrax, id eſt carbo. Alopecia, id eſt areæ in ca-
pite. Ophiaſis, id eſt uitium ſerpentis formam repræſentans. Sycoſis, id eſt ficus. Satyriaſmi, & Pria-
piſmi, pudendi præter naturam erectiones. Ipſorum uero morborum, quæ nec locum affectum nomi
*A l. οὐκ ὀλίγα i. non pauca. ne repræſentent, nec cauſam, quæ eos effecit, *perpauca ſunt nomina. Phlegmone. Gangræna. Scir-
rhus, id eſt durities uix ſentiens. Eryſipelas. Apoſtema, id eſt abſceſſus. Oedema, qui tumor eſt laxus
citra dolorem. Empyema, id eſt collectum in thorace pus. Vlcus. Exarthrema, id eſt luxatio. Catag-
ma, id eſt oſſis fractura. Spaſma, id eſt conuulſum. Rhegma, id eſt ruptum. Coloboma, id eſt mutilum,
ſiue curtum. Dothien, id eſt furunculus. Ionthos, id eſt uarus. Phyma, id eſt laxarum partium phleg-
mone. Quanquam horum quoq; non nulla partim locum corporis ſiue particulam afflictam ſubindi-
care uidentur, partim a prægrauante ſymptomate nominari. Quòd ſiquid citra huiuſmodi inſinuatio-
nem eſt nominatum, at certe differentias ſuas multiformes habet: ueluti ulcus tametſi ipſo nomine uni
tatis ſolutionem in carnoſa parte non indicet, atq; ita afflictam partẽ unà inſinuet, at particulares eius
differentiæ uarie ſunt nominatæ, Chironium, Telephium, Cancer, Herpes, Phagedæna, omniaque id
genus, partim ab ijs, qui primum ea ſanarunt, ut Chironium: partim ab ipſis, qui iiſdem ſunt affecti, vt
Telephium. Cancer autem a ſimilitudine ad animantem. Phagedęna a ſymptomate: ſimiliter Herpes.
Verum Phagedæna ulcus omnino eſt, idque depaſcens, ſiue exedens, ſiue quomodocunque appellaſſe

libet: Herpes non ſemper ulcus eſt, quotiesq; cum exulceratione eſt, non utiq; ſeruata ueteri ſede, uici E nas partes depaſcit, ſed, ſicuti nomen ipſum indicat, ritu ſerpentis beſtiæ, relicto priore loco tranſit ad alterum. Cauum uero ulcus, & ſordidum, & purum, & æquale, & quod hyperſarcon græce dicitur ideſt cuius ſupercreſcit caro, hæc magis proprias ſortita ſunt appellationes, non tamen ſimiliter omnes, ſed æquabile a propria nimirum differentia, ſicuti & cauum, & ſupercreſcens. At cruentum, & purum, & ſordidum, non a proprijs differentijs, ſed ab externis ſymptomatis ſunt appellata. Ergo, cum tam impar nominum impoſitio ueteribus fuerit, multoq; etiam magis cum Epinyctida, & Acrochordona, id eſt penſilem uerrucam, & Nyctalopa dicant: primum, quod noctu eſt enatum: alterum, quod ſummã occupat cutem: tertium, quod noctu uiſum aufert, aliaq; eiuſmodi multa faciant: nam ſi omnia numerem, (quod ipſe fugere iuſſi) ſuperuacua perſequi uidear: Id omni modo agendum eſt ei, quem ueritatis ſtudium tenet, ut ab ea, quam nomina imaginationem faciunt, recedens, ad ipſam rerum ſubſtantiam ſe conferat, atq; hanc inſpiciat: tum, quot in uniuerſum ſint & morbi, & ſymptomata, & proximæ ſiue internæ horum cauſæ, requirat. Nos igitur id alijs commentarijs fecimus, quorum unus de ægritudinum numero eſt, inſcriptus autem eſt de morborum differentia: alter de ſymptomatum eſt differentia. Adeo uero in eo opere cauſas horum utriuſq; ſeorſum explorare ſtuduimus (dico tum morbi, tum ſymptomatis cuiuſq;) ut ad præſentem diſputationem nihil amplius deſideretur, ſed præparata F omnia iam ſint. Itaq; ne legenda quidem, quæ hic dicemus, ulli ſuaſerim, prius, quàm in illis ſit exercitatus. Quippe, ſiquis illis tam numeroſis theorematis neglectis huc ſe contulerit, nec ipſe fructum percipiet, &, quæ recte ſunt tradita, temere incuſabit.

A.l.3. f.3.t.4 c.5.p.427.B.

Quid differat morbus & pathos, & quòd omnis morbi dignotio ex ijs pendeat, quæ corpori ſecundum naturam inſunt. *Cap. 3.*

AC in illis quidem particulatim omnia, tum morbos, tum ſymptomata, tum cauſas inquiro. Hic duobus adhuc additis, quæ neceſſaria erunt ijs, qui medendi artem exercebunt, tum me ad uſum inuentorum prodendum conferam. Quænam ſunt, inquies, duo illa, quæ dicere paro? Certe unum, quid inter morbum, & quod Græci pathos uocant, interſit, indicabit: Alterum, quòd ſine corporis elementis, ex quibus primum conſiſtit, noſcendis, non poſſint morbi inueniri, oſtendet. Hæc igitur nos accuratiſſime tradere ſtudebimus. Qui ea legent, oro, ne prius ad ipſam methodum medendi ſe conferãt quàm & ipſi, quot in totum morbi ſint, per ſe inquiſierint, &, quæ prodita a nobis ſunt, curioſe inſpexerint. Ergo ceu hæc fecerint, incipiam, quæ promiſi. Tres eſſe in corpore affectus præter naturam oſtẽſum iam eſt, Cauſas, morbos, ſymptomata. Cauſas, ueluti redundantiam uel corruptelam. Morbos, G ut phlegmonen, ulcus. Symptomata, ut malum colorẽ, & gracilitatem. Diuerſa ab his ſunt, quæ immodice a corpore excernuntur, aut quæ præter naturam retinentur, & functionum uitia: omnia ſcilicet communi nomine ſymptomata dicta, ceterum non uni generi ſubiecta. Quippe affectus quidam corporis eſt uitioſus color. Quod excernitur aut retinetur, affectus non eſt, ſed affectum ſequitur. Similiter actio uel læſa, uel integra, affectus ſane non eſt: particulæ autem, unde editur, affectum neceſſario comitatur. Ac œdema quidem & phlegmone ex ijs ſunt, quæ abſolute eſſe dicuntur: Eodem modo & redundantia (ſi ea ſit) ſanguinis, & corporis pallor. Actio uero ex eorum numero non eſt, quæ eſſe abſolute dicuntur, aut certe non ſimiliter, ſicut iam comprehenſa. Siquidem nullo temporis ſpatio manẽt eius partes, ſicuti profecto nec ſermonis, nec ẽt motus ullius, ſed horum quilibet in ipſo (ut ſic dicam) fieri eſſe ſuum obtinet. Cum uero duplex ſit motus, genus, unum in loco, aliud in qualitate, prius latio, ſecundum alteratio dicitur. Ac omnis quidem actio, motus eſt actiuus. Omnis alteratio, eius, quod alteratur, motus eſt paſſiuus. patitur nanq;, quod alteratur. Ergo affectus, dum alterantur, mouentur. Cum a motu ceſſauerint, iam alterati ſunt, non autem amplius alterantur. Quicquid.n. quocunq; modo ſe habet, aliquo omnino affectu eſt præditum. Quod autem in cõſtanti ægreq; auferibili affectu eſt, id habitu iam quodam affectum eſt. Sane alteratur is, qui nigreſit: alteratus eſt, qui iam obnigruit, H ſiue (ut ſic dicam) nigrefactus eſt. Itaq; alteratio generatio eſt qualitatis, aut affectus, aut quomodocunq; appellare uelis. Nec, ſi alterationem eſſe depoſitionem, uel mutationem eius, quod prius fuit, dicas, id pugnet cum eo, quod dixi, alterationem generationem eſſe qualitatis: Cum ambo in idem recidant. Nam, & quæ prior in corpore qualitas fuit, mutatur, & nunc noua gignitur. Quippe eius, qui in Sole uerſatur, candor mutatur, nigritia gignitur. † [Rurſus eius, qui igni ſe calefacit,] frigus mutatur, calor fit. Quoties uero cuiuſpiam, quod ſubſtantia non ſit, generationem eſſe dicimus, non idem eo ſermone ſignificamus, ſicut cum abſolute generationem proferimus. Nam, quæ abſolute generatio nominatur, uia eſt in ſubſtantiam. Quæ uero huius, uel illius generatio dicitur, uia eſt in illius (ut ſic loquar) entiam, ſiue ſubſiſtentiam. Verum hoc, ueluti extra rem, ſit dictum. Quod uero propoſitum nobis in diſputatione maxime fuit, ferme iam definitum eſt, nempe aliqua in generatione, & mutatione, & alteratione, & ut ſemel dicam, in motu ipſam eſſentiam habere: aliqua in ipſius ſubſtantiæ conſtãtia. Ac ſanitas quidem, & morbus, & quęcunq; ſymptomatum cauſarumq; affectus, uel habitus ſunt, ex permanentium cõſtantiumq; numero ſunt. Actiones oẽs alterationesq;, in quacunq; re fuerint, in ipſo fieri eſſentiam ſuam poſſident. Et corpus, ſecundum quodcunq; mouetur, ſecundũ idẽ patitur, motusq; eius pathos, ſiue paſſio eſt. Sane priſci motus omnes, etiam qui naturaliter ſe habent, niſi actiui ſint, pathe

† In quibuſdã cod. hæc non habentur.

græce,

A græce, id est passiones, nominãt: sicuti etiam ipsos actiuos motus, actiones. Eo pacto & Plato sensuum alterationes, pathe, id est passiones, appellat: cum iunioribus aliter (nescio quomodo) sit uisum, ut uidelicet, de solo eo, qui præter naturam sit, motu id nomen usurpent. Ac a ueteribus quidem pathos priuatim de omni extrinsecus motu dicebatur: nunc per abusum etiam affectus, qui ex passione iam prouenere, nec amplius in motu sunt, pathe, id est passiones, appellant: † non tamen diuturniores, aut ægrius auferibiles. Sed eiusmodi nomenclaturæ a iunioribus sunt inuectæ. Diximus autem alibi diffusius de medicinalium nominum usu. Nec illud nobis ad considerationem propositum nunc est, sed tantum, quemadmodum ipsi utemur, claritatis gratia distinguere necessarium est uisum. Nam contrarium sanitati affectum, a quo lædi actionem dicimus, morbum tantum appellamus, siue diutinus hic, siue breuis sit, siue momento duret. Ex reliquis affectibus, qui præter naturam sunt, eos, qui hunc præcedunt, causæq; rationem obtinent, causas tantum dicimus, non pathe. Qui illum sequuntur, si actionum offensæ sunt, & symptomata, & pathe: Eodem modo & immodicas uel inanitiones, uel retentiones. Qui uero affectus sunt, ueluti uitiosus color, supra passionis & symptomatis appellationẽ, etiam affectus, uel affectiones uocamus, ita nimirum, ut sunt. Omnium igitur horum commune id est, quòd præter naturam sunt, & causæ, & morbi, & symptomatis. Proprium autem morbi quidem est B actioni incommodare: symptomatis hunc sequi: causæ præcedere. Ergo nec is, qui morbum esse motum præter naturam dixit, intellexit, quid diceret: quemadmodum in proximo libro docuimus methodicorum non nullos definiuisse, adiecta ex superabundanti, constantia: Nec is, qui mutationem esse ab eo, quod secundum naturam, ad id, quod præter naturam, uoluit. Quippe quæ non magis morbi, quàm causæ & symptomatis definitio est: quando omnia ea affectus sunt præter naturam. Verum, si breuis spatij sunt, constat acuta esse: sin ægre auelluntur, diuturna. Noson autem, an Nosema dicas, nihil interest, quemadmodum etiam non interest, Pathos, an Pathema dicas. Atqui pathus, id est passionis, appellationem de morbo dixisse ueteres, quemadmodum & Arrhostian, id est infirmitatem, & Asthenian, id est imbecillitatẽ, ostensum nobis est in ijs, quæ de medicinalibus uocabulis scripsimus. In quibus illud quoq; traditum est, nihil referre dicere † [ualetudinem infirmam, an infirmitatem ualetudinis.] Nam & ipsos, qui ægrotant, appellant non solum Nosuntas, id est ægre habentes, sed & Asthenuntas, id est parum ualentes, & Camnontas, id est laborantes. Reliquum nunc fuerit, ut, cuius causa hæc omnia diximus, in medium adducto, ad aliquid eorũ, quæ proxime tractanda sunt, deinceps transeamus. Id quid sit, rogas? Certe non aliud, quàm quod sæpius iam ante dictum est, Primum ac maxime id medicos studere, idq; fere proprium eorum munus esse, ut morbos adimant. Quippe simul C cum hoc non modo actionis uitium statim euanescit, sed etiam reliqua omnia symptomata tolluntur. Siquidem primum ac maxime actionis ipsius, quæ secundum naturam edatur, omnes egemus, propter illam uero & sanitatis. Sed & functionis incommodum amoliri omnes cupimus, ob id uero etiam morbum ipsum. Ceterum non functionis uitio, sed morbo ipsi, id est affectui præter naturam, qui actioni incommodat, applicamus remedia. Quisquis igitur ex ijs, quæ particulis naturaliter insunt, & quæ temere accidunt, & quæ actionis sunt causæ, distinguere non potest, quo modo credibile est, ut ipse affectum, ex quo primum actio læditur, inuenire possit? Nam, quæ temere corporibus accidunt, etiam si millies sint alterata, nocere profecto actioni non possunt, quandiu a quibus fiebat, omnia naturã suam tuentur. Horum uero si uel unumquodlibet sit alteratum, actionem quoq; ipsam statim lædi intantum est necesse, inquantum ab eo, cum secundum naturam se haberet, est adiuta.

† Antiqui cod. quos uidi & impressi legunt. οὐ μὴν χρονιώτερόν γε οὐδὲ δυσλυτώτερον ἡ διάθεσις τῆς ἕξεως, ἀσθένεια οὐδὲ ἀρρωστία .i. nō tamen diuturnior aut ægrius auferibilis est affectio, quàm habitus: quẽadmodũ nec imbecillitas. Linacer tamẽ meliorem lectionem uidetur habuisse.

† Arrhostian an Arrhostema:

Tribus exemplis ostenditur dignotionem morbi ac curationem, ex intellectione affectus, qui secundum naturam inest, pendere. *Cap. 4.*

AC mihi quidem res tota explicata iam est, clareq; ostensum, ijs præsertim, qui intelligere uera possunt, fieri non posse, ut omnium morborum numerum methodo quis comprehendat, nisi idem D omnium causarum actionis numerum, corpore secundum naturam se habente, norit. Nihil tamen ex iam dictis intelligere adhuc possunt, quicunq; uel * rudiores sunt, & ingenio crassiore, uel methodicæ sectæ nugis innutriti. Denuo igitur, quod nunc generatim dictum intelligentibus est, illis quoq; speciatim exponamus, unum aliquod atq; alterum ueluti exemplum sermoni proponentes. Cur lingua sapores percipit, nec ulla pars alia? Num propter colorem, aut situm, aut magnitudinem, aut figuram? Quippe ea affecta, nec commode sapores sentiente, aut colorem eius ad naturam suam reducemus, si uidelicet huic actionem debet, aut iam dictorũ quoduis, si ab illo agendi uim accipit. Quòd si propter aliud ab ijs quippiam, constat, si illo tantum tenus ad naturalem habitum sit restituta, nullo etiam reliquorum fore opus. Nam esto, exempli gratia, densitas certa pororum causa sit, cur succi saporem diiudicet. Nunquid horũ symmetriam, quæ in sanitate uisitur, tuebimur? rursusq; ametriam, id est a iusto modo recessum, quoties laborat, corrigemus? Esto (si placet) mediocris calor causa sit, cur saporem intelligat: Num hic quoq; manifestũ est ceteris neglectis unã adhibendã curã, ut illud seruemus, a quo agendi facultatẽ accepit? Iam, si propterea, quod ita in sicco humidoq; attemperata sit, idcirco sentiat, quis non reliquis posthabitis huc tantum intendat, ut neq; iusto siccior sit, nec etiam humidior? Quis rursus, si hoc uerum est, non facile prompteq; colligat duos esse uniuersos linguæ morbos, alterũ siccũ, alterum humidum? Veluti rursum, si per moderatum calorem & frigus habet, quod sentiat, quis non hic quoque

* σκαιότεροι.

duos esse morbos eius intelligat, caloris frigorisq; a modò recessum ? Non aliter quoq; , si propter te- E
nuium meatuum competentiam sensum est nacta, promptum profecto hic quoq; colligere est, omni-
no eam ex horum contrario habitu esse uitiandam, duplexq; uitium fore, densitudinem eiusmodi mea-
tuum, & raritudinem. Sed num etiam plura dicam, quo stupidos istos inducam, ut, si nihil aliud, illud
saltem intelligant, non posse quenquam nec inuenire, nec demóstratione asserere morborum numerũ,
qui nó ex ijs, quæ particulis insunt, tum quæ causæ actionis sint, tum quæ temere accidant, norit? Num
etiam alterum adhuc tertiumq; exemplum adijciam ? Sæpe nanq; multitudine exemplorum, stupido-
rum animi ueluti a somno excitantur. Age igitur ita homines interrogemus : Idcirco ne corpus calida,
frigida, dura, mollia, lenia, & aspera, omnia deniq; tangibilia sentit, quòd candidum colore est, aut ni-
grum, aut rufum, aut uno uerbo, quòd talis coloris est ? An propter horum nihil, sed aliud quippiam?
Neminem enim arbitror latere, quin, si quid probe sentiendi munere utetur, id tantum illi tuendum
custodiendumq; sit, ex quo uno probe sentiendi facultatem accepit. Nam, si ex eo quòd candidum
fuit, id dotis obtinuit, eius nimirum tuendi maxima erat habenda cura, sicut nigri fugiendi. Sin con-
tra ex eo, quòd nigrum fuit, sentiendi uim habuit, omnes, arbitror, alios colores fugere formidareque
oportebat. Ad eundem modum, & si inde adeo sentit, quòd flauum, uel rufum est, fugiendi, arbi-
tror, alij colores sunt, ceu sensum uel penitus abolentes, uel uitiantes. Præterea, si eo, quòd durũ sit, F
sensu est præditum, si molle fiat, deterius sentiet: Aeque ut, si eo, quòd densum sit, si ad raritudinem
mutetur. Iam, si tenuium meatuum symmetriæ acceptam sentiendi uim refert, ubi ab hac recesserit,
uitiabitur. Et generaliter, ut sentiat, id tantum ipsum adsit, oportet, unde sensum obtinuit: atque id
tantum corrigatur, unde sensus est læsus, cum a natura recessit. Num igitur tertio exemplo est opus ?
an hæc abunde satisfaciunt ? Sane prudentibus uel hæc superuacua puto, ut qui uniuersale intelligere
sine exemplis possint : rudibus autem, & * auersis, & contentiosis, ne si tertium quidem addam exem- * exanis.
plum, quicquam fortasse profecero. Verumtamen, quando duo iam dicta sunt, & inaniter tempus
nostrum semper terunt, non fuerit alienum, unum etiamnum ijs exemplum adijcere. Proponatur ita-
que iam, quemadmodum uentriculus male concoquens nobis sit corrigendus. Verba autem facie-
mus, non solum contra methodicos, sed etiam contra eos rationalium, qui non cognita ipsius actio-
nis prima causa, quam continentem etiam nominare sunt soliti, methodo quadam ac ratione constitui
posse artem putant. Esto igitur quispiam dicat (ab ijs enim, quæ obuiam promptamq; absurditatem
exhibent, cœpisse præstat, quo eos, si fieri potest, ad ea, quæ confusa magis sunt, intelligenda sensim
perducamus.) Esto, inquam, aliquis dicat hunc quempiam, qui nunc cruditate laborat, quòd multos
deinceps dies solo lacte est altus, uentris colorem mutasse, albumq; ex rubro reddidisse, idcircoq; uen- G
tris sui functionem uitiasse. Fortasse iam rides, & iure profecto rides. Verum, si scias, quàm sit simile
& huic de coloribus citra ullam demonstrationem adhibitam quiduis pronunciare, & tibi de exiguo-
rum meatuum (uerbi gratia) symmetria, aut alio quolibet affectu, non, arbitror, iure ridebis. Nam aut
in tete risum uertes, aut non in hunc. Nam esto impudens sit, qui causam minus probe concoquendi
colori imputet, dicatq; quòd, quoniã ex naturali colore uẽtriculus ruber est, nunc uero redditus est pla
ne albus, idcirco cruditate laboret, est necesse. Libens sane audiam, quid tu contra hunc obijcias. Ego
.n. aliam rationẽ non inuenio, q̃ ut iubeam, qui ita dicet, prius ostendat, an omnino propter colorem, iu-
stam ac naturalem actionẽ uentriculus edat. Tu si quam aliam habes, libens audiam. Sed nec habes,
nec habere aliam contradicendi rationem potes contra eum, qui colorẽ cruditatis uentriculi causam
esse dicit, quàm exigere ut doceat, quo modo ex naturali colore consecutus, ut concoqueret uentricu-
lus, sit. An igitur huic, qui colori cruditatis causam imputat, fides non adhibebitur ante, quàm doceat
ẽt hoc nomine agere uentriculũ, tu, cum uel tenuium meatuum symmetriæ uitio, uel alij cuipiam hanc
ascribas, credi tibi postulabis prius, quàm doceas, quo pacto ex symmetria in illo genere agat ? At non
hoc aio, inquit, nec aliud quicquam esse concoctionis continentẽ causam, sed prorsus id ignorare me
fateor. Atqui, si ei, qui colori actionis causam tribuit, necesse est, etiam, eidem læsionem actionis impu- H
tet : qui uero tenuium meatuum symmetriam actionis causam dicit, etiam horum ipsorum a iusto mo-
do recessum, eandem uitiare fateatur : tum, qui temperamento quatuor qualitatum, caloris, frigoris,
humoris, & siccitatis, actionis causam assignat, etiam eorundem ipsorũ intemperiei offensam eius ascri-
bat, utiq; & tibi necesse erit eo, quod secundum naturam est, prius præsumpto, ita, quod præter natu-
ram est, inquirere : aut si ipsum, quod secundum naturam est, non nosti, nec quod egressum a natura est,
nosti. Etenim uos etiam ipsos audio contra Empiricos dicere, fieri non posse, ut, qui id, quod secundũ
naturam sit, non norit, dignoscere id, quod præter naturam sit, possit. At nosco, inquit, quod secun-
dum naturam se habet. Quæro, totumne, an partem eius aliquam ? Atq; pars ipsa, quam nosti, estne
actionis ipsius causa, an uẽtriculo inest ociose? Nam quid demum eius nosti ? situm uidelicet, & magni-
tudinem, & contextum, & figuram ? At nihil horum actionis est causa. Sed nec Empiricos horũ quic-
quam latet : quippe qui & se partium dissectione, cum occasio hanc offert, uti fatentur, & ex illa se hæc
intelligere, non tamen actiones ususq; particularum. At noui, inquit, & actionem. Est enim circumple
xus & attritio. At, nisi causam eius noueris, nec morbum intellexeris. Nam, si quatuor qualitatum
mediocris temperies, actionis sit causa, earum intemperies omnino uitij causa erit. Tu uero reris
phlegmonen, & scirrhum, & œdema, & abscessum, aliaq; , quæ oculis usurpari possunt, solos esse uẽtri-

culi

A culi morbos, quamuis ne hæc ipsa quidem, ueluti Empiriei, solis oculis, manibus, & reliquis sensibus apprehendas: sed ad ipsam essentiam eorum tentas ascendere, atq; hane diligenter disquirere, uidelicet non contentus ijs symptomatis, quæ sensui apparent. Quæ tamen symptomata Empiricis definiunt, ac circunscribunt suam syndromen. Sic .n. ipsi appellandam censent symptomatum congeriem, quæ in affecto sunt loco. Sed nec curationis indicationem ex apparentibus symptomatis accipis. Non .n. an tumor præter naturam, nec, an renitens, nec, an cum dolore, nec, an ruber, sed, an sit in finibus arteriarum impactio ex coincidentia, consideras, ac curationem (ut ipse fateris) ad hoc referens exploras. An non ea est Erasistrati docendi ratio, ubi de febribus agit? sicuti rursus alia Dioclis, alia Praxagoræ, alia Asclepiadis? Itaq; non a symptomatis, quæ in phlegmones apparent loco, indicatio præsidij his sumitur, sed ab ipsa substantia. Neq; enim, an tumor a natura egressus, neq;, an renitentia, neque, an dolor pulsatilis, sed, an & coincidentia, & impactio in finibus * pulsatilium, aut obstructio in exitu uenarum, aut putredo aliqua succorum, aut corpusculorum ratione contemplabilium, in laxitatibus æque ratione speculabilibus intentio sit, æstimant. Quare hi omnes ab affectu phlegmone laborantis partis, non a symptomatis, quæ hanc sequuntur, præsidiorum indicationem sumunt. Ad eundem, arbitror, modum, & siquis calidum, frigidum, humidum, & siccum causatur. Verum hic, etiam si uen-

* arteriarum.

B triculus citra phlegmonen, aut ulcus, aut abscessum, aut alia id genus, eo tantum, quòd frigidior euaserit, non recte concoquat, tamen remedijs non destituitur. At, qui phlegmonas, scirrhos, aliaq;, quæ oculis uidere licet, tantum esse morbos putant, ridicule plane cruditates, quæ sine ijs fiunt, ex imbecillitate uentriculi incidere dicunt, ceu affectum aliquem priuatum seiunctumq; imbecillitatem esse uelint, non autem, uelut in suppurantibus, aut scirrho grauatis, aut phlegmone affectis, aut alia quauis ratione laborantibus, inesse. Quippe omnia hæc uitia, siue in uentriculo, siue in iecinore, siue in pectore, siue in alio quouis accidant, illico partem, in qua sunt, ad propriam functionem edendam imbecilliorem reddunt. Sed id non satis illis erat ad indicanda remedia: alioqui frustra inquirunt affectus, frustraq; ad ipsam morbi essentiam subeunt, tanquam non aliter detur idonei compotes esse remedij. Non igitur, qui imbecillitatem * uitium esse dicunt, ubi nullo ex ijs, quæ ipsi * morbos definiunt, affecto uentriculo animal cruditate laborat, ij, dum a nobis refellantur, expectant, sed ipsi seipsos redarguunt, cum non proprium aliquod, sed commune omnium dicant, quodq; nec illis ipsis iudicibus, remediorum inuentionem indicare facile possit. Quippe illud, roborare imbecillitatem, nomen nudum, ac ueluti meta potius est, quo curans dirigit, non curatio. Nam quid faciendo ijs, qui inualidi ad actionem sunt, robur uindices, non dicunt. At in hoc curatio consistebat, &, nisi uentriculi affectu inuento, ut remedio

* πάθος.
* νόσοι.

C rum sis compos, fieri non potest. Quippe, si refrixit, calfaciendus est: si humentior est effectus, siccandus est: pari modo, si immodice incaluit, refrigerandus est: si siccatus, humectandus est. Atque hæ quatuor simplices curationis rationes sunt. Alteræ quatuor compositæ sunt. Si frigidiore ac sicciore temperamento redditus uentriculus est, calfaciendus simul humectandusq; est. Sin humidior & calidior iusto euasit, siccandus ac refrigerandus est. Pari modo, si calidior ac siccior est effectus, tum refrigerandus, tum humectandus est. Sin humidior ac frigidior, quàm pro natura est, siccandus ac calfaciendus est. † [Quare octo tum uentriculi ipsius affectus sunt, quas illi imbecillitates dicunt:] tum octo medendi rationes.

† In antiquis legitur, ut Linacer uertit. Ex impressis tamen ita uerti potest. quare & octo sũt ipsius uentriculi affectus, qui sunt causæ ipsius (ut ipsi dicunt) imbecillitatis.

Aduersus eos medicos, qui naturalis actionis causam negarunt inquirendam, ut methodus dignoscendi & curandi morbi constitueretur. Cap. 5.

NEc, sicut Empiricis, sic ulli dogmatizantium dicere licet, sint hæc, an non sint, nihil esse opus intelligere. Funditus nanq; logicam sectam subuertent, si ignorato affectu, curationis tamen facultatẽ abunde sibi superesse dicant. Etenim ab usu ipso omnes, quomodo curandum sit, intelligent, si ab ipsius D rei natura indicationem non sument. Ac Empirici quidem, & quòd inuenire posse non putent quicquã eorum, quæ abstrusa sunt, & quòd id etiam, si inuentum sit, non desiderent, (quippe obseruatas a se esse curationes in apparentibus concursibus) merito nec scire se, an octo affectus sint, quibus uentriculus imbecillus fit, aiunt, & citra eiusmodi superuacuam morositatem remedijs se abundare. Qui uero & rationem se habere profitentur, cuius ope etiam abstrusa inquirant, & ipsorum inuentionem præsidiorum præstare indicationem dicunt, hos quomodo non pudeat dicere, aut non nosse se, an octo affectus sint, aut eos ad medendum se non requirere? Neque enim id tantum dicere satis est, non nosse se, sed refellere par est eos, qui se scire affirmant, ceu parum uera professos. Quoad uero nec ipsi id faciunt, alijque non pauci demonstrationis fide confirmant omne corpus pro certo quatuor qualitatum temperamento opus suum edere, rationabilius est illis accedere: nisi forte, qui nuda afferunt uerba, plus sibi credi postulabunt, quàm qui cum demonstrationum fide loquuntur. Atqui illi, si non aliud, saltem suadere ac docere auditorem student, non cogere iubereq;: Hi totum contra, tyrannorum ritu iubent, ne quæramus actionis causam. Verum nos hoc nomine Dionisium, Phalarim, ceterosq; tyrannos odio prosequimur, quòd iubent imperantq;, non suadent, ac docent, sicut Solon, Draco, & Lycurgus. At, inquit, ego intra limites artis maneo: uos & ab ijs exceditis, & ad naturalis philosophiæ principia nos reducere conamini. An igitur homo lepidissime, ne hoc quidem ipsum demon-

demonstrabis, qui nam uidelicet medicinæ artis sint limites, quæq; nouisse expediat ei, qui ratione, re- E
mediorum inuentionem molietur, sed terrifico uultu tuo nos reddere attonitos putas? Audio quidem
& te illud dicere, non oportere actionis inquiri causam. Audio & Empiricos dicere, nec actiones ip-
sas esse considerandas. Audio non minus illum, qui dicit, non tantum has esse æstimandas, sed etiam
causas, unde nascantur, quærendas. Num igitur ex eo esse me iniquorum iudicum numero iubes, qui
prius, quàm omnes, qui inter se dissideant, audierint, uni statim ferunt suffragium? An primum, quæ
uestrum quisq; dicat, seorsum audire uis, dein conferre, atq; perpendere, quis tum sibi, tum apparenti-
bus consentiat: quis rursus nec secum, nec cum ijs, quæ apparent? Atqui, si ita faciam, Empiricos au-
diam, etsi, quæ dicunt, stabiliter non demonstrent, saltem ea lenire conantes. Vos ne id quidem faci-
tis. Nam sane libenter audierim, quis uestrum uel lenimen aliquod, uel demonstrationem aliquam af-
ferre sit conatus, cur actionis causam inquiri non expediat, Quæ enim a me methodus supra est posita,
inquirendam esse demonstrauit. Vos, quòd inquirenda non sit, nec demonstrationem ullam, nec ratio-
nem ullam probabilem afferre conamini, sed tantum elato supercilio tetrice nos obiurgatis, abscedere
a summa physiologia iubentes, nec sic quærere hominis naturam intelligere, ut philosophi faciunt, qui
ad prima usque elementa ratione ascendunt. Illud quoq; uobis uel dixisse tantum satis uidetur, nempe
arteriam, & uenam, & neruum, principia continentia, & ueluti elementa eius physiologiæ, quæ de ho- F
mine instituitur, ponenda esse. In quo quidam Herophilum laudauit, quòd ita ad uerbum dixerit: Esto
hæc prima esse, tametsi prima non sint. Sed, qui ad demonstrationem prouocat, ac hypotheses istorum,
qui sic opinantur, pugnare secum ostendit, hunc auersamini ac fugitis, prorsusq; nõ auditis, & contem-
nere simulatis, ibiq; rationem fastiditis, ijdem scilicet, qui contra Empiricos rationem demonstratio-
nemq; extollitis. Nam, quòd secum dissideant rationes omnium, qui uel ex dimidio dogmatizant, etiã
ijs, qui tenuiter in demonstrandi methodo sunt exercitati, facile perspicere licet. Cum enim phlegmo-
ne uentriculus laborat, atq; inde adeo concoquere non ualet, quænam phlegmones causa sit, quæren-
dum censent, atq; inde præsidiorum copiam coniectant spreta Empiricorum inuentione. Cum uero
citra phlegmonen, aliudve id genus uitium, solius intemperantiæ culpa concoquere non ualet, hic rur-
sus auxiliorum facultatem ab experientia petunt. Atqui hæc secum non conueniunt, cum Empiricorũ
opinio sibi constet, præterea demonstret efficiatq;, quod uolunt, ex ijs, quæ uos ipsi non inficiamini,
lemmatis. Quippe, si fieri ullo modo potest, ut ex ijs, quæ apparent, symptomatis curandi ratio conie-
ctetur ignorato affectu, utiq; non hic possibile, in alio fuerit parum possibile, sed æque in omnibus pos-
sibile erit. Ergo ne hoc quidem loco rationem ullam afferre poteritis, quo minus, ubi affectum ex-
plorare nequitis, experientia ipsa satis sit ad remediorum inuentionem. Omnia igitur tyrannorum ri- G
tu imperatis: uti uero demonstratione nec ipsi uultis, (præstat enim ita fortasse dicere, quàm non pos-
se uos) nec ijs, qui uti tum uolunt, tum possunt, acceditis. Itaq; quid aliud sunt disceptationes uestræ,
quàm lites, & contentio, & prouocatio ad conuitia, & pugnas? cuiusmodi præceptorum uestrorũ qui-
dam perpetuo exercuit, aut irridens, si quis calidi, uel frigidi mentionem faceret, tanquam balneatori-
bus magis, quàm medicis ea nomina conuenirent: aut uehementer increpans quasi longissime a me-
dendi arte digressum: aut Erasistrati grauem illam auctoritatem obijciens. Verum hæc, ut primo au-
ditu oblectabant, ita, cum secundo & tertio audiui, molesta sane fuerunt, ceu scurris, quàm medicis ma
gis congrua. Si enim semel auctoritas eorum, qui ultra non esse procedendum iubent, legitimus testis
esse ad demonstrationem putabitur, omnia iam meræ nugæ erunt, nec finis in disputatione ullus, nisi,
qui nunc uisitur, inimicitia, pugna, conuitium. Quippe, qui a logicis demonstrationibus digressi credi
quippiam censent propterea, quòd Herophilus, aut Erasistratus ita iussit, hos necesse est omnis generis
conuitia pugnasq; sequi, admiranda scilicet disputationum, quæ nunc habentur, præmia. Fingamus .n.
alius dicat, huic, qui commode non concoquat, uentriculum frigidam & siccam intemperiem contra-
xisse, proindeq; humectandum, ac calfaciendum esse: Alius, quòd naturalis eius habitus mutatus ad
frigidius, & humidius sit, calidum siccumq; uictum adhibendum suadeat: Tertius autem quispiam ac- H
cedens, quòd, quæ comprehensa sunt, non recte sint dicta, id ne tentet quidem ostendere, sed tantum
eos, qui dixerint, obiurget, quasi superflua scrutentur, & testes adhibeat Erasistratum, uel Herophilum,
nonne (ut dixi) dissidij hinc mutuiq; conuitij initium excitabitur? Quippe illos contra necesse est
Athenæum, & Mnesitheum, & Dioclem, & Plistonicum, & Hippocratem, & Philistionem, & sexcentos
alios tales opponere testes. Si enim testibus decidenda lis erit, non modico hi uincent. Nam, quòd tum
* insalubris intemperamenti plures sint species, tum cuiusq; earum diuersa curatio, ubi non Hippocra-
tis modo, & plurimorum aliorum medicorum, sed etiam Platonis, Aristotelis, Theophrasti, Zenonis,
Chrisippi, & omnium illustrium philosophorum testimonio comprobarint, utiq;, & quòd citra natu-
ram corporis exacte inuentam fieri nequeat, ut uel de morborum differentia quicquam inuenias, uel
auxiliorum conuenientium copiæ sis compos, ijsdem ipsis tum philosophis, tum medicis confirma-
bunt, hisq; non tyrannorum ritu, sicut isti, iubentibus, sed euidenti ratione probantibus. Contra hæc
igitur, qui calidum, & frigidum, balneatorum, non medicorum dicunt esse uocabula, dicterijs uideli-
cet utentur, & risus mouebunt, moriones, phrygas, aut scholasticos narrantes. Quippe conscij sibi
sunt non modo nihil demonstratione confirmatum scire, sed nec, quid demum demonstratio sit, intelli-
gere. Ergo ex his dicterijs necesse est, oriatur dissidij initium. Vt enim primum omnium memorem,

* νοσώδους .i. morbosi, ut ipse alias uertit.

quæ

A quæ nugantes ſine demonſtratione dicere non dubitant, conſidera, quo pacto neceſſe ſit ex eo pugnam ſubſequi. Nam, ubi contra dicta eorum nuda, & demonſtrarionis expertia, ac contra teſtes ipſos, quibus credendum cenſent, alij rum celebriores, tum longe plures teſtes opponunt, neceſſe eſt uel cedere, uinciq; utroq; nomine, & quòd demonſtrare recuſarunt, & quòd numero reſtium ſinr impares: uel per fricta fronte Eraſiſtratum omnibus illis teſtibus dicere maioris eſſe fidei. Siquidem hic neceſſum eſt alterum negare eſſe maioris fidei aut Hippocrare, & Mneſithæo medicis, aut Ariſtotele, & Plarone philoſophis: alterum eſſe maioris fidei inſtare: deinde uarie ultro citro tam immodeſta, conrentioſaq; contradictione iactata alterum eorum impelli, ut dicat † [non eſſe, alterum bene ſane, ſi ru Eraſiſtratum in ordinem redigas.] Hæc enim quotidie fieri in medicorum diſputationibus, ò Hiero, uides. Ea uero ſemel data porta, omnia iam muliercularum uerba ingeruntur: &, cum mutuis ſe maledictis aſperſerinr inutiliter amiſſo tempore diſcedunt. Arque hanc turpitudinem, non eſt, quòd dicat aliquis non eſſe ab ijs, qui demonſtrationem fugiunt, inceptam. Fugiunt autem multifariam, ut ſcis: alij cum grauitate tantum increpantes: alij ſcurrile aliquid commenti: alij in riſum ſannaſq; diſceptarione abrepta. Quòd ſiquis ſermoni ſtare, demonſtrationesq; audire audet, primum quidem omnino non inrelligit: neq; enim poteſt, qui demonſtratiuæ methodi ſit imperitus, eos, qui ipſa utuntur, inrelligere. Quòd ſi

† Alias non tibi ſane ita bene erit, ſi Eraſiſtratum negligas.

B aliquatenus intelligit, at, quòd dogma ſuum, in quo eſt innutritus, propugnare omnino decreuit, contra tendere aggreſſus, dein deprehenſus, quæ nec rite cludant, nec colligant, ſed uana nugaciaq; ſinr, dicere, iraſcitur, & deuouet Dialecticos, ceu malorum auctores, quòd uidelicet pituitam a naribus ipſorum detergent, ipſisq; mederi conâtur, adhibiris ſcilicet non melle, & placentis, ſed allijs, & cæpis, quæ etiam pituita tentatos gallinaceos ſanare ſolent. Quippe millies affuiſti ijs, cum a diuerſe cludentibus argumentis non aliter, quàm ab ipſo allio, & cæpis cogerentur lachrymari. Nec re profecto laret multos ſæpe nobis priuatim faſſos, ſentire iam ſe ſuam ſectam, quàm ſit abſurda, nec tamen hanc poſſe publice mutare, cum alioqui nec alia noſſent, unde haberentur in pretio, & iam uulgo propter hæc & noti & in pretio forent. Itaq; ob hæc ipſe quoq; ſæpius diſtuli commentarios de medendi methodo ſcribere, pro comperto plane habens pauciſſimos huius tempeſtaris ab ijs adiutum iri. Etenim, niſi magna quæpiam miraq; mutatio humanarum rerum fiat, actum de bonis ſtudijs eſt, utpote confuſis ac corruptis nemine ueritatem ipſam, ſed tanrum ſcientiæ famam quærente. Optime enim profecto ſcis ne quinq; quidem usquam inueniſſe nos, qui eſſe potius, quàm uideri docti cuperent. Atqui, niſi quis ſapientiam ipſam propter ſeipſam expetar, ne tempus quidẽ ullum inueniet, quo ſe in Logica methodo exerceat, immo diuitijs, & famæ, & potentiæ ciuili inhians, in horum ambitu uitam omnẽ conſumet.

C *Aduerſus eos, qui morbos a ſola plerunq; intemperie fieri negarunt: & quot ſint prima morborum genera, quæ in ſimilaribus, & inſtrumentalibus partibus oriuntur.* Cap. 6.

ERgo dimiſſis his, rurſus ad propoſitum redeamus. Eſt autem ab initio propoſitum illud, qui omnem morborum numerum methodo non inuenerit, hunc maxime in ipſis medendi methodi foribus lapſurum: cum conſtet totidem eſſe medendi rationes, quot ſint morborum ideæ. Ergo ſic in enumerandis morbis egiſſe, ur neq; priuatis proprietatibus attentus infinitos ſtatuat, nec in primis ſtatim generibus ſubſiſtat, id in prompru cuiq; non eſt, ſed ei tantum, ſicur antea dictum eſt, qui in diuidendi methodis ſit exercitatiſſimus. Principium uero diuiſionis eorum eſt, ut etiam aliubi diximus, ut eſſentiæ ratio rei diuidendæ conſtituatur. Igitur illud monſtratum nobis eſt, morbum omnino unum ex ijs eſſe, quæ præter naturam ſint. Hæc autem quatuor cum ſint, actio offenſa: affectus, unde actio prouenit: affectus ipſius cauſa: & quæ hunc ſubſequuntur ſymptomata: ſiue functionem ipſam uitiatam, ſiue, unde hæc prouenit, affectum, morbum nominare uelis, nihil id medendi methodum immutare oſtenſum eſt: modo unum illud intelligatur, primam ipſam curationem, quam etiam non nulli continentem appellant, affectus eſſe, qui actioni incommodat. Porrò oſtenſum a nobis diximus, rationa-

D bilius hunc morbum appellari, non tamen uetare nos, quin, ſicuti id cordi ſit, actionis noxam morbum nominet: affectum, qui hanc creet, morbi cauſam. Præſumpto igitur, quòd morbus uocetur affectus is præter naturam, qui functioni officiat, inquiſiuimus deinceps, quor in uniuerſum morbi eſſent. Vbi clarum obiter fecimus, ſiquis uia ordineq; proceſſurus ſir, nec (ſicur uulgus medicorum facit) tyranni ritu imperaturus, huic primum inueniendum eſſe affectum illum, qui functionis effectrix ſit cauſa. Hunc ſane nos eucraſian diximus eſſe calidi, frigidi, humidi, ac ſicci. Proindeq; primum morbum in ſimilaribus eſſe ex horum intemperie oſtendimus. Alius quiſpiam corpuſculorum, & meatuum ſymmetriam ſtatuet, proptereaq; ex indebito meatuum ipſorum modo ægrotare animantes. Ceterum, ſiquis nec ipſe actionis cauſam, in quonam entium ſit genere, audebit ſtatuere, nec ijs, qui ſtatuunt, contradicet, ac nihilo ſecius tamen ratione methodoq; ſe procedere arbitrabirur, hunc egregie improbum eſſe diximus, ut qui nec tutum ſe ab Empiricorum accuſatione facere poſſit, & ſecum plane pugnet, quippe eiuſmodi homines ex dimidio logicos eſſe, qui, qua ratione phlegmone, ſcirrhus, œdema, & alia id genus fiant, mulro labore diſquirunt, lædi autẽ ẽt citra hæc oĩa ex ſola intẽperie actionẽ non intelligunt, ſed empirice talia curant. Quiſquis igitur, quantum hi aberrẽt ſcire uolet, tum quot morbos trãſiliant, quãtoq; plures ignorẽt, quàm norint, librum de morborum differentijs perlegat. Intelliget enim Hippocratem primum omnium recta inſtitiſſe uia. Quæ cum a poſteris abſoluẽda

fuerat, non modo nemo eorum absoluit, sed pleriq; etiam, quæ probe fuere inuenta, corruperunt. Pro- E
xime autem, ut uiam, quæ inchoara est ab eo, perficerent absoluerentq;, Aristoteles, & Theophrastus
accesserunt: &, si fateri uerum oportet, potestate absoluerunt: cum constituerint aliud esse in corpori-
bus similaribus morbi genus, aliud in ijs, quæ instrumentalia dicantur: Quippe a similaribus functio-
nes edi, eoq; esse cuiusq; instrumenti unam tantum similarem: Reliquas uero, quæ cum hac quoduis
instrumentum perficiunt, eas usus alicuius gratia, illius, quæ prima erat, actionis causa factas esse: Sed
& horum tamen rursus cuiusq; esse per se actionem, ueluti in oculis. Satius enim fortassis sit, quæ in a-
lijs diffuse ostendimus, strictim hic commemoremus. Ipsum uisus instrumentum est crystallinus hu-
mor: reliquæ oculi partes, eius causa sunt factæ. Quarum omnium usus narrauimus in decimo operis
de partium utilitate libro. Ceterum, quanquam crystallini maxime causa omnes sunt factæ, singulæ
tamen earum aliquam seorsum actionem sunt nactæ: ac uena quidem, & arteria, & neruus toti animan
ti communem. Membranulæ oculi omnes, cum sint nutrimenti participes, omnino naturalibus facul-
tatibus sunt præditæ, ac perinde etiam functionibus, quæ ab his proficiscuntur. Quoties igitur cry-
stallinus humor ex intemperie laborat, omnino læditur oculorum functio: ceterum non est eorum,
ut organa sunt, morbus. At, quod hypochyma uocant, nullius similarium est morbus, sed oculi to-
tius, ut instrumenti. Ad eundem modum, si in finibus uenarum, quæ in cauo iecinoris habentur, ob- F
structio ex lentis, aut crassis succis subhæsit, digestio quidem in corpus per has morabitur, ægritudo
tamen totius iecinoris, ceu instrumenti censebitur nulla similarium eius partium ægrotante. Quòd si
intemperies uenas eius infestauerit, ipsarum quidem illarum morbus primum erit, ex accidente uero
etiam iecinoris. Ac Erasistratus quidem in phlegmones substantia tradenda est lapsus, cum nec in par
ticulis, quæ phlegmone laborant, in finibus * pulsatilium impactio necessario cernatur, nec arteriæ * arteriarum.
spiritum tantum, cum in naturali habitu sunt, contineant: ueluti in tractatione de his ostendimus. Si
igitur phlegmone eius generis morbus fit, cuius autumat, & scirrhus eius generis, cuius ille opinatur,
& reliquorum singuli, sicut ipse obscure, & multi sequaces eius clarius explicare conantur, utique so
lidas ipsas partes liberas propemodum a morbis relinquit, nisi quatenus ulcerari, collidi, incidique ua
leant, atque id genus aliud quippiam pati. Laborare uero eas se totis, eiusmodi morbis, quales nos
octo intemperantias ostendimus, id nusquam dicit. Atqui corpora uniuersa, etiam quæ difficillime af-
ficiuntur, ueluti æs, lapis, ferrum, saltem calfieri, frigefieri, siccari, humescereque cernuntur, ut utique
mirum sit, si tantum arteria, & uena, & neruus, nihil eiusmodi sentient. Atque hoc etiam magis mi-
rum, si patientur quidem, functionem tamen legitimam edent. ueluti (si ita fors tulit) in corde facul-
tas quædam est, (ut ipse quoq; Erasistratus confirmat) qua laxatur, & contrahitur. Hanc autem lædi G
profecto oportet, si uiuenti animali cor sit exemptum, quemadmodum sæpe factum in sacrificijs uide-
mus. Quippe, si non læditur, perpetuo mouebitur, nec tantum ad tempus aliquod, ut nunc cernitur.
Manifestum est igitur læsam esse, proindeque mouere desinere. Illud igitur consideratu non inutile e-
rat, cum potest saltem facultas ea lædi, etiam ante, quàm cor sit exemptum, quænam sit eius læsio. quę-
nam alia, præter intemperiem? Nam neque figura eius mutata apparet, nec cauitas, nec ligamentum,
nec osculum, nec alia ulla pars perdita, sed tantum naturalis temperies mutata. Ergo omnes hi simila-
rium partium morbi omnino, ut dictum est, ab illo sunt omissi. Siquidem, ubi sanguis in finibus arte-
riarum impactus actionem uitiat, id arterias ipsas, quatenus instrumenta sunt, male habet. Vt uero si-
milares particulæ sunt, octo quidem secundum nudas qualitates intemperies habent, octoque rursus
cum fluxione. Oportet igitur, quisquis horum cum certa scientia demonstrationes coepisse uelit, a li-
bro de elementis incipiat: post deinde reliquos singillatim (ut dictum est) legat. Sunt uero proximi
huic commentarij de temperamentis. Ab ijs proximus est, qui de inæquali intẽperie inscribitur. Mox,
qui de naturalibus facultatibus. Alijque, qui de animæ affectibus sunt proditi: idque de unoquoque
deinceps, & seorsum. Hos excipiunt, qui de particularum usu sunt inscripti: quos sequuntur, qui de
morborum, symptomatumque differentijs titulum habent. Plerique uero medicorum, nec tantum H
experientiæ applicantes animum (cum tamen liceret ex Empiricorum institutione bonis esse medi-
cis) & perfectioris rationis cupidi, cum aut ijs, quæ citra demonstrationem sunt enunciata, credant,
aut uitiosis demonstrationibus fallantur, non solum nihil excogitant boni, sed etiam, quæ per expe-
rientiam sunt cognita, corrumpunt. Siquidem ratio non leue momentum obtinet ad experientiam
uel ornandam, uel corrumpendam: sed, quantum recta ratio ornando adijcit, tantum, uel etiam am-
plius, uitiosa detrahit. Atque hæc me sæpe medicorum vulgo prædicantem audis, qui prius, quàm in
methodis Logicis se exercuerint, uel, cum demonstrare aliquid tentant, seipsos fallunt: uel, cum di-
uidere quiduis in species, ac differentias, hic quoque imperitorum coquorum ritu non per membra
incidunt, sed conterunt, collidunt, ac dilaniant, ueluti in eo, quod nunc est propositum. Consulo
igitur (ut scis) talibus omnibus, experientiæ animum intendant: cum non leue instet periculum ijs,
qui supra uires aliquid moliuntur, ne & id non consequantur, &, quæ intelligere alias possent, omni-
no amittant. Ergo cum ijs, qui tum recto sunt ingenio, tum discere parati, ipsi rursus sermonem con-
feramus, illud tantum ex ijs, quæ inter initia diximus, commonentes, non esse committendum, ut
utraque simul confundantur, misceanturq;, & quæ per experientiam sunt inuenta, & quæ sola ratione
sunt inuestigata, sed cum utrunq; seorsum sit tractatum, post ambo coniungantur. Ergo, cum ipsi de ex-
perimentali

[* Alias secta.] A perimentali* inuentione alibi egerimus, de logica in his commentarijs disserere proposuimus. At mihi uideor ijs præsertim, qui commentarios nostros de morborum symptomatumque differentijs perlegerunt, cum quibus scilicet mihi deinceps sermo erit, iam clare ostendisse maxime in ipsis statim foribus lapsum Thessalum esse. Lapsus enim non leui lapsu & Asclepiades erat, ubi inter initia de elemẽtis corporis male sensit: Ceterum multo & maiore & grauiore Thessalus, quippe qui omnes in uictus ratione morbos, in duos similiter illi, contulit affectus, multos uero medicinalium scoporũ ademit, quibus ille est usus. Pessimum autem grauissimumque illud admisit, quòd nec ipsas actionum noxas, nec affectus, qui earum causæ sunt, morbos censet, sed solis uacuationibus, uel statis, uel præcipitatis intentos esse uult, cũ nec, quid sit plus iusto sisti præcipitarive uacuationẽ, clare nos doceat. Quippe uel ad uires, uel ad causam, uel ad affectum, uel ad id, quod per sanitatem semper est obseruatum, referri iudicium oportet. Ex quo factum arbitror, ut pugna inter eius sequaces non parua sit orta, ut qui tum de reliquis omnibus inter se dissideant, tum de eorum, quæ pathe uocant, & notione & subsistentia. Verum, si nunc de pugna eorum historiam moueam, deflectam ad inutilia sermonem. Omnem igitur deinceps sermonem faciam, ceu cum illis agam, qui commentarios de morborum ac symptomatum differentijs, præterea de causis eorum legerint: ad hæc, qui ea omnia, quorum paulo ante memini, reuoluerint. Atque hinc or-
B diar. Quoniam actiones omnes a similaribus corporibus proficisci ostendimus, reliquas uero omnes singulorum instrumentorum particulas usum quempiam ipsis præbere, duplex sane morborum genus erit, alterum in partibus similaribus, alterum in totis organis. In similaribus intemperantiæ: in totis organis unũ in figura spectatur, aliud in particularũ numero aliud in cuiusq; quãtitate obseruatur, quartũ in positura. Vtrarunque uero partium, id est similarium instrumentaliumq;, communis est ipsa unitatis diuisio. Ergo sex in uniuersum morborum sunt genera. Vnum ipsorum similarium proprium, nempe intemperies: quatuor, ut modo dictum est, instrumentorum cuiusque: & cum his sextum, quod tum similaribus, tum instrumentalibus est commune ipsius unitatis solutio. Horum cuiusq; differẽtiæ ad ultimas usq; species in libro de morborum differentia sunt traditæ.

Quid sit indicatio, & quo pacto ex intellectione eorum, quæ multitudine differunt, ac specie unum sunt, methodus communis indicationis oriatur de affectibus passionibusq; ac symptomatis amouendis. Cap. 7.

His sic se habentibus, iam de medendi indicationibus est dicendum, sed hoc ipso indicationis uocabulo prius exposito. † [Quippe ipsam sequentis, siue agendi insinuationem,] indicationem dicimus. [† τὴν γὰρ οἷον ἔμφασιν τῆς ἀκολουθίας.] Nam inuenitur quidem & ab ipsa experientia id, quod consequens faciendumve sit, ceterum non
C ita, quasi in præcedenti aliquo designatum. proindeq; nemo Empiricorum dicit id isto indicari: quanquam certe hoc sequi illud dicunt, & hoc præcedere illud, & consistere hoc cum illo. Denique omnem artem horum obseruationem memoriamq; esse dicunt, nempe quid cũ quo, & quid a quo, & quid post quid identidẽ sit uisum. Ergo ex ipsa rei natura ordiri, atq; ab ipsa, quod sequẽs sit, citra experientiã inuenire, id est indicatione inuenire. Definito iam hoc quoq;, ac rursus, quod ante diximus, ad memoriam reuocato, omnem medendi methodum seiunctam ab experientia procedere, nec recte facere eos, qui ambas doctrinas Empiricam, Logicamq; in unum cogunt, atq; confundunt, quæ reliqua sunt, prosequamur. Fuerit autem omnium, quæ reliqua sunt, ordine primum, quod & proposita iam proxime sequitur. Sequitur autem primum, ac maxime illud, quòd omnis medendi methodus, per indicationẽ fit. Quippe, quicquid ab experientia seiunctum est, id totum indicatio nominatur. Quare, quisquis condere medẽdi methodũ ad unguẽ parat, huic a primis est indicationibus auspicandũ, atq; hinc ad eas, quæ deinceps, sunt transeundum, rursusq; ab his ad proximas. Itaq; pergenti, non prius desistẽdum, quàm ipsius compos sit finis. Porrò finis propositæ nunc nobis tractationis est, inuenire cuiusque morbi remedia, Quod nam igitur viæ, quæ huc perducit, statuetur principium? Nempe morbi ipsius cognitio, qualis scilicet is natura sit: vt prius est ostensum. Quippe, si id, quod curatur, is est, ratio profecto est ab ipso quo-
D que indicationes esse incipiendas. Ergo primum, quæ generalis communisq; morborum omnium indicatio sit, inuestigandum est: ab hac deinde ad alias speciatim descendẽdum. Quippe necesse est omnes morbos vnius eiusdemq; participatione morbos appellari, veluti, arbitror, & hominem, & bouem, & canem, & reliquorum singula. Vnum nanq; idemq; in omnibus hominibus habetur, cuius gratia omnes eandem appellationem hominis sortiuntur. Pari modo canibus vnum idemq; omnibus inest, cui cogitatione innitimur, cum canem intelligere volumus. Similiterq; in omnibus equis vnum idemq; inest propter quod omnes equi dicuntur. In homonymis autem hoc clarius perspicere licet. Nam omnibus quadrupedibus animalibus, quæ latrant, vnum idemq; inest, utique quòd & quadrupedia sunt, & latrabilia. At marinis illis rapacibus belluis, quas ipsas quoq; canes appellamus, vnum rursus idemq; inest, quod terrestribus non est, ita, vt his cum illis in canum natura nulla sit, nisi tantum nominis, conuenientia. At hominis cum homine, veluti Socratis cum Alcibiade, non nominis modo, verumetiam eorum, quæ ijs insunt, societas est. Nam & animalia, & bipedes, & pedestres, & rationales, & mortales sunt: denique nihil vlli singularium hominũ, qua homo est, inesse deprehẽdas, quod non & reliquis hominibus insit. Ceterum terrestribus canibus, ab ijs, qui sunt marini, multa insunt diuersa, seu corporis spectes formam, seu animi mores. Quippe ille cicur est, hominisq; amans: hic insidiator, & ferus: Ille terrestris, hic marinus: Ille quadrupes, hic* non. Rursus, ille latrabilis, hic ad latrandum minime habilis. At non terre-

[* ἄπους est in antiquis .i. sine pedibus.]

strium

ſtrium canum hic latrabilis eſt,ille non:nec rurſus hic quadrupes, alter non quadrupes,ſed omnibus ip E
ſis una forma ineſt, qua canes nominantur.Nec uero ſubſtantijs modo id ineſſe uidetur,uerumetiam ip
ſis accidentibus,uel ut affectus ſunt,uel ut actiones, uel ut paſſiones . Verbi gratia , homo inambulans
ab homine inambulante nihil differt ſecundum ipſam inambulationem , ſed nec uſtus ab uſto, nec cæ-
ſus a cæſo,nec albus ab albo, nec niger a nigro . Verum in maioris minorisq; ratione ſinguli horum nō
paruam obtinent differentiam , ueluti magis minusve albus . Verum quatenus albus , unum idemque
cum altero albo poſſidet,ita nimirum, ut, qua homo eſt , unum idemq; cum alio quolibet eſt homine.
Et in ſingulis deniq; ſignificatorum unum idem omnibus ineſt . Ita igitur & ipſum ægrotare , & ualere
ſe habent. Illud enim ægrotantibus omnibus ineſt, hoc ualentibus,utiq; unum idemq; utrunque.Et,ue
luti nomine hominis unum,ita etiam nomine ſanitatis unum ſignificatur.Declarat autem & quotidia-
nus inter nos ſermo,q,in quibus homonymia non eſt,in his unum eſt,quod ſignificatur . Si enim dicat
quiſpiam uulneratum ſibi eſſe lapide caput,nemini,qui audiat,ſermo eſt obſcurus, aut ambiguus , ſicut
eſt,cum dicitur deuoratum eſſe a cane Coriſcum. Siquidē a quo cane, ſtatim rogabit auditor, propter-
ea uidelicet,quòd duo ſunt canum genera,terreſtre alterum:alterum marinum. At non,quo lapide,aut
quod caput,rogabit : cum & omnis lapidis,qua lapis eſt,una ſpecies ſit,& omnis capitis,qua caput.Ca
nis uero, ut canis,ſane non una, ſicut nec linguæ,qua lingua : quando & tibiæ , & calceamenti , & ani- F
mantis pars lingua eſt . Ac,ſiquem audias miniſtro iubentem,ut linguam afferat,incertum eſt,quam lin
guam dicat : Sin uentrem,aut ueſicam, aut iecur afferre iubeat,non item . Ergo ſingulis ſignificatis una
certa ſubiecta res eſt, non tamen cuique uoci una res ſubijcitur . Interdum enim tantummodo ſignifi-
catur per uocem,nec quicquam ſubijcitur. Verum de his , quæ ita dicuntur,diſſerere, præſentis propo
ſiti non eſt. Quibus autem non tantum ſignificatur aliquid, ſed etiam res aliqua ſubiecta eſt , his quot-
quot ſignificata fuerint,totidem ſunt & rerum ideæ . Ac uocis quidem unum ſignificantis una neceſſa-
rio erit & rei ſpecies : numero tamen plures has eſſe licet,ſicuti α. Eoq; ſeptē eſſe uocales dicimus:ele-
menta Græcorum idiomate quatuor & uiginti, ad communem uidelicet omniū ſpeciem , quæ una eſt,
referentes,non ad particulares, quæ chartis,lignis, membranis,& lapidibus ſunt ſcriptæ : quarum ma-
ximus numerus eſt , nec potis numerari , peneq; in infinitum extenſus . nam poſſunt in toto temporis
ſpatio infinita ſcribi tum α,tum β, tum γ . Eodem modo & reliquarum literarum ſingulæ . Verum ea in
uniuerſum quatuor eſſe & uiginti numero dicimus, non particulares intelligentes, ſed tantum ſpecies,
quibus (ut arbitror) ipſa nomina indimus. Quippe non hoc, quod in charta ſcribitur, α dicitur : illud,
quod in ligno pingitur, non α dicitur : immo tum hoc,tum illud:idq; ſiue deſcribas in terra,ſiue in lapi-
de : ſiue ſcalpas,ſiue coloribus pingas . Sed nec pueros docet quiſpiam multa α,& β,& γ,& reliquorum G
ſingula,immo quodq; horum unum,ſimul autem omnia uigintiquatuor. Simili genere,ſi equum unum
puero indices, aut camelum,ubi alium rurſus equum , aut camelum aſpexit , non rogat , quod animal
id ſit, ſed illum equum, hunc camelum nominat. atque illum, quem prius,cum hoc,quem nunc cernit,
eundem eſſe dicit , quanuis fortaſſis alter mortuus iam ſit , alter (hic uidelicet quem cernit) ſuperſit .
Iam uinum homines heri hodieque idem bibiſſe ſe dicunt : nempe ſpecie idem . Interim tria ſe uina ho
die bibiſſe narrant, aut etiam unum, ad ſpeciem ubiq; reſpicientes . Præterea quindenas fores uno ſi-
gillo obſignatas, ad ſpeciem ſcilicet in omnibus his ſermonem referentes . Adeoque eſt euidens,ac o-
mnibus natura inſitum tum hominibus , tum brutis , ut aliud quid ceu in ſubſtantia ſubiectum , aliud
ceu ſpecie unum intelligant, ut uel aſinorum (qui tamen omnium brutorum ſtupidiſſimi uidentur) a-
liud eſſe ſpecie unum , aliud numero,notitiam non fugiat . Conſpecta nanque camelo , aſinus ſe retra-
hit, & fugit , ac timet,ſi nunquam antea camelum conſpexit . Sin autem uidere iam aſſueuit , quamuis
aliam aliamq; illi demonſtres , tamen propter conſuetudinem non amplius timet,ſed ueluti unam ſpe-
ciem intuetur & illam,cui inſueuit, & hanc, quæ nunc primum apparet . Ad eundem modum nec ho-
mines timet propter conſuetudinem , ſed hos quoq; uelut unam ſpeciem uidet . Verum , ſi curatorem
inſpexit,non ſolum ut hominem , ſed etiam ut hunc hominem agnoſcit , & micat auribus , & caudam H
quatit,& rudit,& laſciuit,cum eum aſpexit,utiq; indicans ſe familiarem agnoſcere . Hunc itaq; tum ut
hominem,tum ut familiarem noſcit : Eum autem,quem primum iam uidet,ut hominem ſimiliter,ut fa
miliarem non ſimiliter. Quare non nos modo,uerum aſini quoq; iam aliud ut numero idem tum uidēt,
tum etiam noſcunt,ac meminerunt : aliud ut ſpecie. Ac Dionem curatorem (eſto enim ita uocetur)ali
ter ut hominem,aliter plane,ut curatorem ſuum agnoſcunt uernaculi aſini,utiq; communem eius cum
alijs hominibus ſpeciem , ut hominis,capientes : priuatam uero ac ſecretam,ut Dionis tantum . Ergo
tantum abeſt, ut ueteres philoſophos laudem, tanquam amplum aliquid magnæq; ſubtilitatis inuene-
rint , quod idem ac diuerſum, unum ac non unum , non ſolum numero , ſed etiam ſpecie ſit inaudien-
dum , ut etiam ipſis aſinis hoc ineſſe natura dicam. Sane adiiciunt ueteres philoſophi non tantum nu-
mero , ac ſpecie aliquid idem dici , uerum etiam genere . Verum id iam ad rem propoſitam non deſi-
dero . Mihi enim unicum illud ſatisfacit , quòd ipſis aſinis ſtupidiores oſtendi , qui non concedunt a-
liud ſpecie unum, aliud numero dici : magiſque his etiam,qui unum eſſe phreniticum,& unum Empi-
ricum dicunt,unum tamen eſſe hominem non concedunt: aut qui non intelligūt ſpecie quidem unum
eſſe hominem,numero non unum , nec Socratem unum eſſe , tum ſpecie , tum numero : phreniticum
autem ſpecie eſſe unum , multitudine non unum : cum fieri non poſſit ut Dion , Socrates , Theon ,

& Coriſcus,

A & Coriscus,pariter,si ita fors tulit,phreniti laborantes,cum quatuor sint,vnus multitudine sint,sed spe
cie vnus,multitudine non vnus.Absurdius autem multo est,quod Empirici dicunt,cum vnum esse Em
piricum dicunt,deinde rogati,quomodo vnum dicant eum,qui viuit,cum eo,qui mortuus est, & cum,
qui est in Græcia,cum eo,qui est in Aegypto,mirificum responsum afferunt: Quatenus, inquiunt, Em
piricus est,hactenus etiam vnus est. Hoc enim extremæ stupiditatis est,si adiectis illis quatenus & ha-
ctenus nec quæ ipsimet loquuntur, intelligunt. Si enim hactenus Serapion, & Menodotus vnus sunt,
qua Empirici sunt,profecto in alijs vnus non erunt.Quando si omnifariam unus essent,superuacue, ar
bitror, ac frustra addita essent illa quatenus & hactenus cum promptum esset simpliciter dicere vnum
esse Serapionem & Menodotum:ita nimirum,vt,si de ipso tantum Menodoto loquens,adiectione non
egeres,sed absoluto sermone diceres,Menodotus est unus.Ergo,si unus absoluto sermone est Menodo
tus, Serapion aũt & Menodotus nõ absoluto sermone vnus, sed quatenus Empirici, omnino profecto
ipsis alia quæpiam inerunt,quibus duo sunt,& non unus ambo.Efficiturq; hoc illud,quod antiqui phi-
losophi dixerunt,aliud numero & idem,& unum esse,aliud specie: Nec esse mirum,si Menodotus Sera-
pioni in aliquo idem sit atque unus,in aliquo non idem,neq; vnus:quatenus enim Empiricus,idẽ:qua-
tenus autem hic resimus,ille naso adunco,aut candidus,aut niger,aut magnus,aut paruus,non idem.
B Nunquid igitur sic est vterq; eorum homo,ut vel naso est adunco,uel resimus,an sic, ut Empiricus est?
An hoc quoq; puer intelligat,ꝙ qua homo,unus sunt:qua hic resimus,ille grypus,nõ unus?Num igitur
extremi stuporis est,aut pertinaciæ,aut,nescio,quo nomine merito appellem, fateri unum esse phreniti
cum, qua phreniticus, simili modo lethargicum, & pleuriticum, hominem uero, qua homo est, non
unum?Præterea Empiricum unum dicere,qua est Empiricus:equum uero,vt equus est,non unum? Cũ
audire liceat Aristotelem,& Theophrastum affirmantes, specie quidem posse alterum alteri idem esse,
numero uero non idem. Atque etiam ante hos illum,qui ipsos huiusmodi significatorum distinctionẽ
docuit,audire dicentem nihil esse miri unum esse multa,& multa unum. Quippe adeo dilucide omnem
hanc disceptationem Plato in principio Philebi absoluit, ut mihi uel ipsis stupidis uideatur esse diluci-
dus. Asini nanque norunt tum hominem,tum camelum, tum bouem:præterea hunc hominem quendã
hunc camelum,hunc bouem. Eodem modo uiam norunt, non tantum absolute ut uiam, sed etiam ut
hanc aliquam uiam. Nam in ingressu uiæ,quam non nouit,asinum statue,attendeq;, ut illam perambu-
let,ac totam peragat, in neutram partem declinans, nisi sicubi in diuersa scinditur, utique declarans se
speciem ipsam uiæ meminisse,& clare agnoscere. Quippe inambulat eam,quæ trita est:quatenus autẽ
ignorat,fallitur. Neque enim ex recordatione eius, quæ insectilis, unaq; numero est, hanc, quam non
C nouit, peragere potest. Manifestum uero est eum hanc uiam, qua nunc primum insistit, quatenus uia
est, ut specie noscẽtem inambulare:quatenus uero numero una est, eatenus ignorare,propterea,quòd
& nusquam ad non tritam diuertat,& qua in duas scinditur,nesciat,utra sit eundum. Quod tamen om-
nino non ignoraret, si secundo, aut tertio,nunc per hanc ingrederetur. Nam,quoniam alterum nouit,
alterum non nouit,propterea uidelicet,quòd communem uiæ speciem cognoscit, propriam autem hu
ius,uel illius ignorat,utique,quatenus nouit, non fallitur: quippe qui tritæ insistit: quatenus ignorat,
fallitur subinde in triuijs, nescius, quam eligat. Duplicem ergo cognitionem habent & asini, commu
nium specierũ alteram,priuatarũ alteram.†[In summa,]siue unam speciẽ appellare commune illud ue-
lis,siue genus,siue communitatem,si illius hanc, quam ipse nunc interpretor, notionem custodias, de
nominibus contendes,rem tamen mutare non poteris. Et de nominum quidem impositione alius for
tasse quispiam tecum contendet,utique qui æque in rerũ contemplatione,ut tu,parum est exercitatus.
Ceterũ nos saltem non contendemus.Illud potius te monebimus meminisse,quod Plato ait: Multa.n.
unũ esse,& unum multa.Mirificũ sane dictũ.Nec facile est contendere cũ eo,qui horũ utrũ libet statuat
Etenim,si hoc obserues,non erit,quòd contẽdas,ut nũc contendis,partim ignorãtia, partim adductus
pertinacia. Sed,siue quis unũ esse phreniticũ dicat,unũ esse consenties:siue multa, ita quoq; cõsenties.
D Simili modo & Empiricũ,& Dogmaticũ,& Methodicũ. Non aliter sane & medicũ unũ esse,ac multos
dices,unũ quidem, qua medicum,non unũ uero particulari multitudine. Non enim de Empirico lo-
quens,illud quatenus adhibebis,de medico loquens id tolles. Neq; rursus de medico loquẽs adijcies,
de hoĩe loquẽs auferes. Nec phreniticũ unũ esse dices,qua phreniticus,ægrotantẽ uero nõ unũ. Siqui
dem hic quoq;, qua ægrotans est,unus est. Dedisce igitur tandem nugas illas,quibus in aliis libris ca-
ptiose utens censes ostendi tibi ipsum hominem solum,& seorsum a particularibus hominibus:tanquã
ipse ostendere possis Empiricum citra Menodotũ,& Serapionem,& alios particulares Empiricos: aut
etiam phreniticum seorsum a particularibus phreniticis. Vbi igitur est error, undeq; hæc mutatio, ut
asinis adeo ipsis sint stolidiores? Nempe unde in alijs quoque infinitis falluntur. Quippe ubi a notio-
nibus ad rerum substantias transire tentant: deinde per Logicæ contemplationis imperitiam fallũtur,
utique subuertentes cum rerum addubitatione etiam ipsas notiones. Siquidem excipit eos hic quæ-
stio de generibus,& speciebus,quæ non modo homines,qui in Logicis methodis non sunt exercitati,
sed etiam,nisi acriter intendant,aliquos ex ijs,qui sunt exercitati,potest fallere. Ceterum non oportet
propterea,quòd de rerum substantia dubitant,a manifestis recedere notionibus: nec putare consultũ
aliquid inuenisse utrosuis,uel Empiricos si unum dicant,non adiecto,quo significato unum sit: uel Me-
thodicos,si pro genere,uel specie,uel communi,communitatem usurpent. Mihi enim melius uisum est
notione

notione ipsa clare iam definita (nempe qua phrenitici sunt, hac esse omnes unum : qua uero hic iuue- E
nis, ille senex, aut gracilis, aut obesus, aut uir, aut mulier, hac multos) ueteri elocutione de cetero uti, ac
cum Aristotele, Theophrasto, & Platone loquendo periclitari, qui omnia id genus specie esse unum di
cunt, multitudine uero non unum, non phreniticum modo, aut lethargicum, aut Empiricum, sed etiam
Dogmaticum, & Methodicum, & hominem, & equum, & uirum, & mulierem, & reliquorum singula.
Quod si ad particularia descenderis, ueluti hanc mulierem, quæ indicari digito potest, hanc sane non
possis specie quidem unam dicere, multitudine uero multas. Quippe hæc mulier, quæ indicari digito
potest, una est utroq; modo, & specie, & multitudine: quod etiam aliter numero dicere solemus. Hi ue-
ro ita non faciunt, sed alij communitates nominant, ceu uero non magis dubitari de ijs, quàm generi-
bus, & speciebus possit. Alij, quatenus hoc quippiam est, unum esse dicunt: quatenus autem non unū
nequaquam explicant. Etenim par erat hos quoque, quemádmodum ostendunt, quod Menodotus, &
Serapio, & Theodas, & Glaucias, & Apollonius, & Callicles, & Diodorus, & Heraclides, & Lycus,
unus omnes sunt, qua Empirici, ita rursus, quemadmodum non unus omnes, sed multi sunt, exponere.
Siquidem in his exponendis alicubi plane deprehendissent idem tum unum, tum multa non modo es-
se, sed etiam dici posse. Menodorus nanq; & Serapio, qua Empirici sunt, unus sunt, immo uero & qua
medici, & qua homines. Quid ueto qua animalia? Nam id quæri ab his operæprecium est. Num hacte F
nus quoq; Menodotus & Serapio unus sunt? Nam, si id negent, nec nos concedemus, quatenus Empi-
rici sunt, eatenus duos homines esse unum. Sin concedant hac quoq; duos esse unum, nempe quatenus
ambo sunt animalia, protinus illud subijciemus: Recte igitur ab antiquis philosophis dictum est aliud
numero, aliud specie, aliud genere esse, quod tum idem, tum unum est. Dehinc rursus interrogabimus:
Phreniticus Menodotus, phreniticus Serapio, idem ne est, an diuersus? Si respondent eatenus† [unū
phreniticum esse, unumq; & eundem ambos] qua phrenitici, rursus percontabimur: Quid autem, qua
ægrotantes? num hac quoq; ambo unus sunt? Si negent, neque nos illis concedemus, qua phrenitici.
Sin annuent, utiq; rem aliquam ponemus, cuius una sit species, de qua omnes homines morbi nomen
enunciant. Non enim phrenitis res aliqua fuerit, cui una sit idea, atq; eatenus omnes, qui ea sunt affe-
cti, unum efficiens. Morbus autem similiter unum nō faciet eos, quos occupauerit. At nulla est, inquit,
ita distincta species, aut animalis, aut morbi, sicut hominis, & phrenitidis. Quid ais improbe? An ni-
hil tibi significare uidentur hæ uoces, animal, & morbus, sed similiter efferri, ut blityri, & scindapsus?
An significant quidem, uerum nulla res substat, quæ uocibus respondeat, ueluti in Scylla, & Centau-
rus? an etiam significant, atq; id, quod significatur, unum est? Quippe, si nulla sit res, quæ ijs uocibus
animal, & morbus indicetur, non recte dicis hominem esse animal, aut phrenitim morbum. Sin est res G
aliqua, & uere dicis, tum hunc, qui aduenit, animal esse, tum hunc, qui decumbit, ægrotare, est utiq; om-
nino aliquid eorum, quæ ipsis insunt, de quo uocem utranq; enuncias. Verum ad hæc intelligenda, pa-
rum es exercitatus, tametsi ea ex primis sint, quæ in Logicis institutionibus tradantur. Ceterum quid
hoc ad ipsam ueritatem? Non enim profecto ex ijs, quæ tu non intelligis, iudicanda ueritas est, sed ex
ijs, quæ quispiam intelligit, qui & natura prudens sit, & ea didicerit, ac exercuerit, nec idem contentio-
sus sit, sed ueritatem amet. quorum nullum in te est, quanquam mediusfidius haud scio, an ista, natura
prudentem desiderent. Quis enim nescit non idem significare Socratem, ac resimum, sed Socratem to
tius esse subiectæ substantiæ nomen, reliquorum autem nominum nullum de tota corporis substantia
dici, non simum, non uentrosum, non caluum, sed horum aliud figuræ nasi esse nomen, aliud defectus
capillorum in capite, aliud magnitudinis esse uentris? Atq; hæc sunt, quæ respectu partium dicuntur.
At, si candidum aut nigrum Socratem dicam, de omnibus arbitror corporis partibus nomina pronun-
ciem, ceterum non totam substantiam, sed unum ex ijs, quæ illi accidunt, indicem, nempe colorē. Quin
etiam, si obesum dicam, aut gracilem, durum aut mollem, hirtum aut glabrum, aut cetera id genus, quæ
Socrati accidunt, ne sic quidem de omni eius substantia appellationes affero, sed unum aliquid eorum,
quæ ipsi accidunt, ostendo. Ad eundem modum & sedere ipsum, & inambulare, & moueri, & dormire, H
& uigilare, & singula id genus nomina de nulla profecto substātia dicimus, sed aliquid eorum, quæ So-
crati insunt, his significamus. Quæ nimirum in superioribus uel actiones esse, uel passiones, uel affectus
quosdam diximus. Satius ergo fuerit, nunc quoq; sub hac te formula exerceam, quemadmodum etiā
in superioribus ostendimus, non a nominibus, sed a rebus orsum. Incipe uero a teipso primum, æstima-
que, simplex ne res sis, an composita: Vtrū ne pes sis, an nasus, an oculus, an caput. Constat enim nul-
lum te horum esse, sed nec sine his. Verum & ex his & ex reliquis partibus uniuersis, quarum singulæ
debitam habeant posituram, totus es compositus. Esto igitur nomen Themiso. At, cū Themisona clau
dum esse aio, eo, ꝙ dico claudum, pedum affectum significo. Themiso uero totius est nomen. Quinetiā
simus cæcusq; a parte dicitur Themiso. Rufus uero & crassus non a parte, sed ab affectibus, qui toti in-
sunt, non aliter, quàm inambulans, sedens, disputans, & uiuens. Num igitur intelligis non esse hæc to
tius substantiæ tuæ signa, sed alia a parte quapiam esse nominata, alia ab uno affectu? Cum uero bonū
te iustumve quispiam dicit, num etiam prospicis hæc esse affectuum nomina, qui in animo tuo consi-
stunt? Atqui, si noris, ꝙ hæc ad portionem se habēt cum albo & nigro (quippe sicuti ista corporis, ita
illa animi affectionum sunt nomina) intelliges, arbitror, & artificem & inertem [uel siquod nomen ar-
tifici est contrarium.] ab animi affectibus esse imposita. Iam, si artifex unde nomen accepit, scias, scies,

† Al. unum & eundē ambos esse.

A arbitror, medicus quoq; unde sit appellatus. At, hunc si, unde dictus sit, cognoris, non est, quòd magnopere labores, ut inuenias, cui demum inditum sit nomen Empirici. Sane ipsum, quod a uobis exigo, nec adeo difficile, nec magnum est. Quippe ipsa prædicamenta diuidere logicæ speculationis est initium. Cuius esse uos omnino expertes facile declarant ea, quæ temere nugamini. Vel nunc igitur resipiscentes, posthac incipite, quæ corpori accidunt, nominare, ueluti quòd hic albus est & niger, aut certe uehementer calidus adeo, ut ægre ferre calorem possit. Deinde calorem ipsum, qui adeo auctus sit, ut occasione eius corpus laboret, nec probe perfungi actione possit, permittite uolenti appellare febrem. Siquidem omnes homines eum, qui ita sit calidus, febricitare dicunt. Nec sane tem magnam facietis nomen mutantes, nisi quòd tempus uestrum perdetis. Illud potius uir bone facito: Cum Themisonem febricitare dices, & Dionem febricitare, & multos deinceps ad eum modum febricitantes nominabis, perpende diligenter, nunquid in ijs omnibus unum idemq; sit ipsum (ut sic dicam) febricitare, an diuersum. Inuenies enim unum esse idemq; specie: multitudine autem, quod etiam numero dicimus, non unum. Cum aliter tibi nec, ut respondeas, fas sit, nec intelligas. Ergo, qui febricitat, is, qua febricitat, unus plane est: quando, & qui delirat, quatenus delirat, etiam est unus. Quid uero & qui simul febricitat & delirat? nunquid & is unus est, qua simul & febricitat & delirat? Sane id neminem

A.1.4. f.1.t.1. c.1.p.753.a.

B latere arbitror. Ponatur igitur ambobus ijs unum nomen, febricitanti, dico, ac deliranti, uoceturque phreneticus, qui ita laborat. Quòd si non intelligis, quemadmodum ambobus unum nomen sit positum, admonebo te fortasse nominum, quæ ipse usurpas. Quippe equum aliquid appellas, nempe animal (ut ita dicam) hinnibile, siue quod ad hinnitum sit habile. An igitur interesse censes, equum dicas, an animal, quod ad hinniendum sit habile? Ego sane non censeo. Atqui, si id ita est, ambobus illis nominibus, & animali, & hinnibili, quo utiq; breuior esset sermo, equum indidisti. Ad hunc etiam modũ, si, quod pedestre & bipes animal sit, pro tribus nominibus uno interpretari uelis, hominem uocabis. Et sane solutio cuiusq; nominis in suam * orationem, ad eum modum absoluitur. Quinetiam, ut conijcias componasq; * orationem in unum nomen, non aliter, quàm iam dicto fit modo: cum uidelicet & simplicium cuiusq; notionem secundum ipsius nomen tenes, & simul ex duobus simplicibus rursus alteram notionem efficere compositam potes: mox illi nomen imponere: subinde rursus ipsi compositæ alio simplici adiecto, ubi ex tribus iam simplicibus unam notionem feceris, huic quoq; nomen aliquod imponere. Quomodo, inquies, & qua ratione id? Siquidem non grauabor exercendo eos, qui resipiscere a diuturna ista ignorantia non recusant, longius progredi. Calor, simplicis rei nomen est. Præterea actionis læsio, simplex quædam res est. At tantus calor, quantus iam actioni officiat, non etiam sim-

* λόγον

C plex res est. Quòd si etiam totum uexet corpus, multo profecto minus iam simplex est. Ergo, quo minus multis utantur homines, ad compendium alioqui natura procliues, eiusmodi calorem febrem uocant. Quippe expeditius dictu est febricitare Dionem, quàm tantum in toto corpore caloris habere, ut multas functiones corrumpat. Ergo, cum affectum ipsum significare uolunt, febrim: cum uero eum, qui affectu laborat, ab affectu ipso nomen declinant, uocantq; febricitantem, ad eum modum, quo a candore candidum, & a nigrore nigrum. Itaq; compositæ rei nomen febris est, atq; hoc etiam magis febricitans. Simplex autem est delirium: uerum, si simplex hoc cũ composito copules, homo ipse phreniticus, affectus phrenitis nominatur: Quemadmodum & homo ipse, ne animal rationale mortale dicamus, breuitatis causa homo est nominatus, ipso hominis uocabulo * orationis uim quandam comprehendente. Atq; id est, quod ueteres philosophi * orationem nominis dicere appellant. Ceterũ non ducunt in infinitum, sed usq; ad simplicia subeunt. Nam, cum hominem in animal & rationale & mortale solueris, postea ipsum animal solues in substantiam sensilem: at non ipsam substantiam amplius soluere poteris, nec etiam sensile. Quippe simplex primumq; est horum utrunq;. Quo fit, ut mihi mirari subeat de ijs, qui phreniticum & hominem esse concedunt: morbum uero & animal esse non concedunt. Quippe quod perinde est, ac si composita esse des, de simplicibus dubites: quasi non priora

D compositis natura simplicia sint. At non uidi (inquit) ipsum per se animal. Sed nec hominem insulse uidisti, & tamen teipsum ais hominem esse. An illud fateberis, animal autẽ esse te non fateberis? Nusquam (inquit) uidi per se morbum. Sed nec phrenitim unquam solam uidisti, sed in Theone, aut Dione, aut alio quopiam homine. Quare hoc plane puerile est, eo, quòd nusquam morbum ipsum per se solum uideris, idcirco putare morbum non esse. Quippe ita nec febrim, nec phrenitim, nec aliud quippiam id genus esse dabis, vt quorum nullum usquam ipsum per se solum uideris. Sane expediebat potius non ita, sed, ut dictum supra est, a rebus ipsis cœpisse, cogitationeq; ipsa spectasse, quot essent in totum simplicia: mox proprio nomine cuiq; imposito, ex ipsis iam composita nectere. Ergo subiecto corpori nouum hoc primum insit, quòd sentit. Num, cui id inest, animal non appellabis? Non, inquies. Atqui de nomine hoc pacto hæsitabis. Sed nec sensile corpus esse concedes? Iam ita de rebus ipsis falso opinaberis. At, si & corpus aliquid sensile esse, & nomen hoc animal de eiusmodi corpore dici concedes, audebis postea dicere animal nihil esse? Ergo nec album aliquid erit, nec inambulans, nec currẽs. Quippe ab ijs, quæ ipsi accidunt, dicitur corpus album, inambulans, & currens. Ipsorum uero accidentium hoc albedo, illud inambulatio, tertium cursus dicitur. Eodem modo sensus, unum quid est ex ijs, quæ corporibus accidunt: sentiens uero ipsum est corpus. Hoc uero etiã animal nominatur. Quis igitur, vbi sentiens corpus aspexit, omisso hoc nomine, animal, aliud quærat, quòd de eo dicat? Num

corpus duntaxat intelligitur, tanquam Centaurus, an res quoq; aliqua huic appellationi est subiecta? B Patet proculdubio esse subiectam aliquam. Age quid sensus? intelligitur ne tantum, an aliquid est eorum, quæ corpori insunt? Mihi nero etiam id clarum esse uidetur: nempe sensum unum esse ex ijs, quæ corpori insunt. Atqui, si neq; corpus tantummodo intelligitur, sed etiam subsistit: nec etiam sensus, immo is quoq; subsistit: qui fiet, vt ambo coniuncta compositum efficiant non ens? Nam id iam perridiculum sit, corpus quidem esse ac sensum, nihil tamen esse sentiens corpus. Sicut illud magis ridiculum, sentiens quidem corpus esse, animal autem nihil esse: ceu aliud quiddam animal sit, & non hoc. Aut quicquam intersit,* oratione, an nomine indicare aliquid uelis. Aeque absurdum sit & morbum negare aliquid esse. Quippe, si affectus nihil sit, morbus quoq; nihil erit. Sin affectus aliquid esse detur, utiq; & morbus aliquid fuerit. Quicunq; enim affectus functioni officit, is est morbus. At non potes (inquiunt) ostendere mihi ipsum per se morbum. Immo nec phrenitim uir bone, nec febrim, quæ tamen & ipsa esse fateris, sicuti multa alia. Nam micrologiam nominum, quam philosophi quidam scite sunt commenti, sed quæ omnem in uita loquendi consuetudinem subuertit sic, ut ne ipsi quidem in suis ipsorum operibus ea uti possint, impræsentiarum omitto, vt qui & alibi de ipsis diffusius egerim, & in opere de elementis, quæcunque sunt necessaria, dixerim. Intelligo autem micrologiam, qua diuidunt in genera, græca illa τὸ ὄν, τὸ ὑπάρχον, & τὸ ὑφεστός: [latine ens, & subsistés, siue substans dixeris] quip F pe, quæ* translatitie nobis tum hic, tum in sequentibus [latine] ponentur. Vt autem omnes in omnibus refutem, fieri omnino non potest. Sed enim, quod non modo propria morbi notio sit, sed etiam res aliqua subiecta, quæ hanc appellationem sit sortita, satisfaciant ad præsens, quæ hactenus sunt dicta. Clarius autem idem ipsum in progressu sermonis intelligetur, ubi de primis indicationibus absoluta disputatio erit. Quæcunque uero nunc dicta de morbo sunt, ea mihi & de symptomate, & passione esse dicta censeo: præterea sanitate, & paritate, & robore, & potentia, omnibusque alijs, quorum nomina & notiones de rebus quibusdã subiectis sunt dicta. Oĩa nanq; hæc corporibus insunt, partim ut affectus, partim ut actiones, partim ut passiones: præterea quædã ceu naturaliter insint, quædam ceu præter naturã. Indicatio quoque ex singulis eorum seorsum præbetur, a plurimis tamen medicorum prætermissa.

*ἀδιαφόρως. i. nullo discrimine.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS,

LIBER TERTIVS. G

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet, qua uia, ac ratione ulcera curanda sint, quæcunque maligna non sunt.

Prima fundamenta methodi, qua unitatis solutio curanda est. Cap. I.

SI igitur Hiero, indicatio, quæ ab ipsa rei natura primum oritur, quod agendum sit, inuenit, necesse est remediorum inueniendorum initium ex morborum ipsorum natura sumi. Siquidem absurdum sit aliud esse, quod curandi rationem præscribat, aliud, quod curetur. Etenim indicare de se quidque magis potest, quàm de alio. Hoc autem clarius fiet in sequentibus. Verum, quoniam omnibus in confesso est primas indicationes ex affectibus esse sumendas, certe laborandum pluribus frustra non est, ut hinc esse incipiẽdum doceam. Illud potius monstrare tentemus, neq; totum hoc esse, nec prorsus magnam aliquam H partem, ueluti Methodici putant, sed minimam, & tantum initium. Igitur ijdem ipsi aiunt calculum, qui in uesica sit, propterea, quod toto genere præter naturam sit, ablationem sui indicare. Ad eundem modum* uerrucas, & myrmecias, & atheromata, & steatomata, & meliceridas, & alia id genus. At intestinum, quod iam in scrotum decidit, omniaq;, quæ luxata sunt, quod uidelicet loco ipso præter naturam se habent, reponenda se in suum locum docent. Atqui tantum abest, ut horum quippiam artificij cuiusquam sit, ut etiam priuatorum cuiq; patere possit. quippe qui membrum, quod luxatum sentiunt, reduci in artus iubent: præterea uerrucam tolli, & ulcus ad cicatricem duci, & aluum fluentem sisti. Verum, quibus hæc rationibus fiant, id sane nesciunt. atq; id est, quod adijci a medico debet. Itaque indicatio, quæ a morbis sumitur, principium tantum est, & (ut sic dicam) carcer, unde medendi ratio promouet, nulla prorsus ipsius medicinæ artis adhuc portio, aut certe nec magna nec propria, sed quæ etiam plebi sit communis. Ergo, cui facultas est illa inueniendi, ex quibus perfici possit, quod a prima indicatione suggeritur, is merito morborum est curator. Qui si per experientiam inuenit, obseruator & empiricus est nominandus: sin ratione quadam & methodo, logicus, & methodicus, & dogmaticus. Ergo plebeius quidem (altius enim idem repetendum est) medicum adit, reponi sibi membrum iubens: aut os, quod forte fractum est, formari atque componi: aut melicerida sibi tolli. Verum, quo

*ἀκροχορδόνας id est verrucas pensiles.

A pacto horum quodq; peragatur, id ſane inuenire medicæ artis eſt munus. Ac Empirici quidem per experientiam inueniri omnia contendunt. Nos partim experientia, partim ratione. Cum neque illa inuenire omnia queat, neq; ſola ratio. Veruntamen confuſam miſtamq; tradendam eſſe doctrinam non cenſemus, ſed ſeorſum empiricam, & ſeorſum logicam, quo facile appareat, quam habeat utraq; uim. Nũc uero de ea, quæ ratione paritur, inuentione dicere ſtatuimus. Num igitur eſt nobis methodus aliqua, qua uſis inuenire prædictorum ſingula liceat? dico, quod ſuperuacaneum genere ſit, adimere: &, quod motum loco ſit, id proprio loco reddere: & quod, unitatis ſolutum ſit unire. An empiricem ad hæc requiremus? Ego ſane methodum eſſe aliquam, qua quæſita inuenias, plane mihi perſuaſi: eiuſque principium eſſe id, quod ſinguli morbi faciendam dictant. Vnitatis nanque ſolutio unitionem poſtulat. Ea in oſſe fractura dicitur, græce Catagma: in carnoſa parte ulcus: ſicuti etiam uulnus, & ruptio, quod Rhegma: & conuulſio, quod Spaſma dicitur. Vulnus quidem ſolutio, quædam ex uulnerando in carnoſa parte relicta. Ruptio, & conuulſio citra uulnerationem facta. Prior enim carnoſæ partis diuiſio eſt, poſterior neruoſæ. His omnibus unitio molienda indicatur. Quæ an præſtari ubique poſſit, an in multis nõ poſſit, hoc utique internoſcere primum iam artificis eſt. Quippe nemo plebeius nouit nec neruoſam tranſuerſi ſepti partem, nec inteſtina tenuia non poſſe, quem indicant, finem recipere. Sed & de præputio, &
B de tenui buccarum parte, quod ſimiliter ſe habet, idem ignorat. Præterea an caries in oſſe, quæ Teredõ græce dicitur, ſanari queat, ſicut eroſio in carne, compertum non habet. Iam, an coaleſcere fractura poſſit, ueluti uulnus, præterea an callo agglutinari poſſit, non intelligit. Pari modo in capitis fracturis uulgus omnino non nouit, ſit ne expectanda calli generatio, an aliter curandum. Porrò multo adhuc magis ignorat, an corde uulnerato, aut pulmone, aut uentriculo, aut iecinore, fiducia ſanationis ſit. Nec in ſumma quicquam ultra primam * indicationem uulgatis quiſquam nouit. Itaq; hoc ipſum primum artis eſt opus, ut intelligas, ſperare ne† [id, quò tendis] debeas, an ſecus. Eius rei duplex cognitio eſt; nec poteſt addi tertia: Altera per experientiam, cui longo uſu eſt opus. Altera per ipſius rei naturam. ſiquidem hæc tum cuiuſq; particulæ ſubſtantiam æſtimabit, tum actionem, tum uſum, ſitumq;. A quibus procedens, non ſolum, quod ſanari nõ poteſt, præuidebit, ſed etiam de inueniendis ei remedijs deliberabit, quod recipere ſanitatem poteſt.

* σκοπὸν, & ubicunque dictionem hanc aſteriſco notatam uideris, ſcopos græce legitur.
† τὸ τέλος.

De inuentione remediorum, quæ cauum ulcus carne implent. Cap. 2.

COnſtat autem, quòd a ſimpliciſſimis incipiet. Porrò nihil eſt ſimplicius ulcere, quod in ſumma carnoſa parte ſit. Huius ergo, ſi quidem ulcus tantum ſit, curationis ſcopus unitio eſt. Sin etiam cum cauitate ſit, duplex eius propoſitus eſt finis: ſicuti etiam duplex eſt affectus, nempe ulcus, quod eſt uni-
C tatis ſolutio, & cauitas, quæ ex amiſſa aliqua animalis propria ſubſtantia eſt contracta. In quo genere ſæpe fieri non poteſt, ut alterius propoſitorum finium ſis compos: ueluti ſi non modo caro ipſa, ſed etiam ſubditum illi os perierit. Quippe impleri ad unguem cauitas eiuſmodi non poteſt, cicatrice induci certe poteſt. ſed hæc ulceris ſanatio eſt, cauitas autem inſanabilis remanebit. Hoc igitur ipſum aut per experientiam, aut rationis ope dignoſci omnino oportebit. At Theſſalus nec his utitur, nec tertium quicquam adijcit: & tamen nugari non erubeſcit. Sed id mittamus. Illud potius doceat imitator Theſſali medicus, quo pacto cauum in carnoſa parte ulcus nullo ex ijs, quæ ſubſunt, læſo ſanabimus. Sarcotico (inquit) medicamento, id eſt quod carne impleat, impoſito. Bene ſane, magna facilitas, fortaſſe autem ſtupiditas potius erat dicendum, ſi, cum ſarcoticum dixit, ſatisfeciſſe ſe quæſtioni putat. Quippe, ſi ſarcoticum iam ſcimus, quid amplius requirimus? Dic nobis, quod illud ſarcoticum ſit, quo es uſurus? Thus reor, inquies, aut irim, aut ariſtolochiam, aut erui farinam, aut panacem. nã de ſiccis medicamentis principio mentionem faciam. Age igitur, hæc medicamenta quo pacto inueniſti? Experientia, inquis. Quid igitur eſt, quod per te amplius eſt adiectum? Siquidem, quod cauum implendum ſit, id quidem uel priuatus nouit. At, ex quibus id, & per q̃ medicamenta fiat, experiẽtia docuit. Theſſalus uero nec ut empiricus, nec ut logicus, medicamentum id nouit. Vt empiricus, quia uidelicet non uult: Vt logicus, quia nõ
D poteſt. Nam ego eum ut empiricum id ſcire plane noui. Cum enim duo ſint omnis inuentionis inſtrumenta, nempe experientia & ratio, qui quod inuentum eſt, nouit, ſed tamen rationẽ eius dicere [in promptu] non habet, is prodit ſe per experientiam id inueniſſe. Vt igitur, quantum erret, intelligat, auriũ nobis operam pauliſper accõmodet. Volo enim paucis cum ſolius experientiæ profeſſore agere. Etenim hunc quoque dicere par eſt, quo pacto ſiccum hoc, quod carnem producat, medicamentum inuenerit: quod utique Cephalicon nominant. Porrò componitur id ex iride, & ariſtolochia, & eruo, & thure, & manna, [id eſt purgamento thuris.] Eſt autem & aliud, quod præter iam dicta corticem panacis recipit ſicuti etiam aliud, cui elota cadmia admiſcetur. Dicat itaque mihi, hæc quomodo ſint inuenta. Et quid (inquit) attinet de inuentione eorum quærere, ac non recte potius inuentis uti? Atque hæc quidem initio ſtatim reſpondent: † [poſt uero interim ex ſomnijs inuenta eſſe potuiſſe talia dicunt:] interim forte quapiam aliud fuiſſe in aliud effuſum: mox aliquem uti miſto auſum. Ceterum audaciæ eius ſpem nõ dicunt. Hæc igitur manifeſtæ ſunt nugæ. Tertius his inueniendi modus plane eſt rationalis. Siquidem ſimplicium illorum priuatim quiſpiam unumquodque ut ſarcoticum expertus, mox carnem aliquando nõ facere cernens, ratione deprehendit non omni naturæ eorum quodque competere. Si enim, cui ariſtolochia ulcus carne non impleuit, huic thus cõtulit: cui autem thus nõ profuit, huic iris admota fuit utilis: rationabile erat (arbitror) non omnes ab omnibus ſimiliter affici. Hoc ubi ſemel in ratiocinationem

† Addendum ex codicibus græcis impreſſis & manu ſcriptis. In cõgreſſu uero (id eſt κατὰ σύμβασιν) ſic. enim ipſi hoc

uenit,

uenit, optimum factu eſt uiſum quàm plurima eiuſdem ſpeciei in idem miſcere, quo nulli corporis naturæ deeſſet, quod conueniat. E † [Atqui amice in cõmiſtis ſpeciebus non ſeruatur actio ſuæ cuiuſq; ſubſtantiæ, ſic, ut in unaquaq; corporis ſpecie adſit, quod morbo curãdo conueniat.] Nã, ſi aut corporis naturam inuenire poſſent, aut adhibiti medicamenti uim, non eſſet fortaſſe ijs tali uarietate opus, ut quibus unum illud medicamentum, quod uni corpori conueniret, inuenire in promptu ſemper eſſet. Nũc, cum ignorant utrunque, † [parum recte] omnia miſcent: unum ſcilicet, quod omnibus naturis quadret, moliri medicamentum ſtudentes. Hanc ego componendorum medicamentorum rationem primis illis medicis excogitatam arbitror, atque ut antiquum inuentum recipio. Ceterum tantum eam a vera medicinali methodo abeſſe reor, quanto certe rationabilior eſt transfuſis in ſe mutuo cribris. Quippe niſi illud primum cogitet, ſolius ſe compoſitionis, quæ ex ſimilibus ſpecie medicamentis conflatur, non eius, quæ ex contrarijs initur, methodum * dixiſſe, mox in eius miſcellæ multitudine unum fortaſſe eſſe medicamentum, quod laboranti ſit utile, fortaſſe vero nec vnum, contra ſeptem octove, quæ ex uſu nõ ſint, ita vt pluribus numeris obſit eiuſmodi medicamentum, quàm proſit, hæc, inquam, niſi reputet, plus eum ignorare de te ipſa, quàm nouiſſe dixerim. Oleum nanque cauo * uulneri infuſum, aduerſiſſimũ omnium medicamentum eſt, cum ſi ita mederi velis, uſu ipſo intelliges ſordidum ac male olens vlcus fieri. Quod ſi tempus quoq; anni calidius ſit, ac vitio mali ſucci homo laboret, aut fluxionibus obnoxius F natura ſit, aut etiam in uictus ratione delinquat, timor eſt, ne illi pars ea computreſcat, in qua ulcus eſt factum. Timor uero eſt, & ſi cera, ſiue ſola, ſiue in oleo ſoluta utare. Atque hæc quidem putreſcere ulcus facient. At, ſi æruginem ad leuorem tunſam inſperges, ea quidem nullo modo putrefaciet: dolorem tamen ac mordicationem inferet non paruam. præterea exedet, ac phlegmonem excitabit. Quòd ſi largius utere, conuulſionem quoque accerſet. Quoniam igitur neque oleum, neque ærugo, neq; cera cauum ulcus implere carne poteſt, conſtat, quòd ex ijs, qui experientiam profitentur, nemo uſquam ea miſcebit. At ego ſane hæc miſcebo, immo debita menſura non hęc modo, verum etiam alia mille pharmaca ex ijs, quæ cauo ulceri ſunt inimica. Quippe ſi non ijſdem facultatibus lædunt, ſed quodam modo contrarijs, imparia quidem immodicaq; profecto fuerint, vt ad cauum ulcus implendum. Verum, quemadmodum ex duobus temperamentis immodicis vnum efficiatur modicum, id in medicamentorum componendorum rationibus docuimus. Non eſt igitur difficile ex oleo, cera, & ærugine medicamentum, quod carnem producat conficere. Si enim noris eiuſmodi vlcus mediocriter ſiccandum eſſe, non ſiccare autem nec ceram, nec oleum, utiq; intelliges nec alterum ſeorſum, nec ambo ſimul cauum ulcus implere poſſe: immo uero nec æruginem ſolam, vt quæ immodice ſiccet. Ergo, ſi omnia miſcueris modice ſiccum efficere medicamentum poteris. Quis vero cuiuſque eſſe * modus debeat, id mihi in li- G bris, qui de medicamentorum compoſitione ſunt inſcripti, iam traditum eſt: nunc quoq; e, ſi res poſtulet, indicabitur in ſermonis progreſſu. Nam primum omnium abigẽdus mihi a ſequentibus libris amethodus iſte Theſſalus eſt, ſed indicato prius illi, quantum a recto aberret. Nam prudenti, vel quæ nũc dicta ſunt, ſatis oſtenderint, qualis eſſe debeat medendi methodus. Verum non eſt cum talibus ſermo. Itaque etiam neceſſe eſt, cum iſtis adhuc diſputemus, hinc ſumpto initio. Omnis, quæ præter naturam eſt, cauitas impleri poſtulat. quare & quæ in carnoſa etiam accidit parte. Ipſa uero impletio inueniendorũ remediorum finis, quo tenditur, eſt. Vt vero, quæ impleant, inuenias, & multa ratione opus eſt, & multiplici particulatim indicatione, & methodo rationali exacta. Etenim ſæpe uidiſti difficilia ſanatu ulcera curare nequiuiſſe nec eos, qui experientiam profitentur (iſtos inquam, qui remedijs ſcatent) nec etiam eos qui rationem ſibi uindicant, omnes. Quippe Theſſalij iſti, quos Methodicos nominant, ſunt autem re uera a methodo alieni, tanquam aſini ad lyram, ne ad audiendam quidem eiuſmodi ſpeculationem ſunt idonei, nedum, quod rectum eſt, ratione inueniant. Vidiſti autem ſubinde in eiuſmodi ulceribus Empiricos quidem alias ſe ad aliud medicamentum transferre, cum nulla profecto ratio tranſitum ipſum monſtraret: uerum, quoniam multa ſunt experti, quæ cauum ulcus impleant, ipſam uero, ut ijdem uocant, idioſyncraſian, id eſt, corporũ proprietatẽ, in qua ſingula eorum pollere ſunt uiſa, nec dignoſce H re, nec meminiſſe poſſunt, ideo nunc quoq;, ad quod transferant, non intelligentes, ſed ſperãtes in multis particularibus experiendis, obiter, quod conueniat, omnino inuentum iri, alias ad aliud tranſiliunt, fortunæ potius, quàm rationi eius, quod conducat, inuentione permiſſa. Similes his ſunt, tametſi id nolunt, & qui ex Dogmaticis ad naturalia corporum principia ſubire ratione non ualuerunt. Quippe hi (ut ante oſtendimus) ex dimidio Dogmatici ſunt. † De iſtis uero amethodis Theſſalijs, quid etiam loquare? Soli igitur ij, qui uera methodo curant, tum ſingulis id genus ulceribus idonea medicamenta & uictum aptum inueniunt, tum liquidiſſime rebus ipſis oſtendunt, quantopere conducat, quantumq; ad medendum lumen præſtet ipſa de natura tractatio. Etenim prætermitti negligiq; aliquando, quod utile ſit, ijs, qui ab alio pharmaco ad aliud aſſidue tranſeunt, non ſemel tibi oſtendi, uno aliquo ex medicamẽtis, quibus illi fuerant uſi, eiuſmodi ulceribus ſanatis. Spreta uero eiuſmodi medicamenti facultas ab ijs merito eſt, quòd uidelicet & propter intempeſtiuũ uſum nõ ſolũ non prodeſſe, ſed etiam obeſſe eſt uiſum, & quòd in primo uſu nihil aliquando, quod eſſet euidens, effecit. Vidiſti porrò non minus oculorum nos grauiſſimos dolores ſanare aut balneo, aut uini potione, aut fomentis, aut ſanguinis miſſione, aut purgatione, quibus nihil aliud adhibet medicorũ uulgus, quàm medicamenta hæc, quæ ex opio & mandragora & hyoſcyamo fiunt, maximam plane oculorum perniciem, utpote quæ nulla re alia ſublati

Margin notes:

uerbo uocit, interim quidẽ ex inſomniis &c.

† In aliquibus antiquis hæc nõ leguntur.

† ἐν κακοῖς. i. non male, eſt ĩ antiquis quibuſdam.

* Alias εὑρεῖν i. inueniſſe.

* vlceri.

A.l.1 f.4.c.18 p.155.A.B.

* μέτρον:

† Impreſsi codic. græci hęc addunt: Qui ne prima quidem elementa potuerunt aſſequi. quæ tamen in antiquis non habentur, & ſuperflua eſſe uidentur.

* Al. ναρκᾶ, i. obstupefaciũt A blati ad præsens doloris speciem præstant, quàm quòd ipsum sensum * enecant. Multosque nosti ab
eiusmodi medicamentorum usu, cum liberalius fuissent admota, nunquam postea naturalem statum
recepisse, sed ex his principio quidem obscure atque ægre uidisse, tempore uero suffusione, quam hy-
pochysin uocant, uel pupillæ nimia dilatatione, quam mydriasin appellant, uel tabe, uel corrugatione,
quam rhetidosin uocant, occupatos. Nosti profectò non minus & illud, cum ab ephebis usq; mecum
sis uersatus, nec sub ullo me usquam præceptore uidisse eiusmodi opus, sed id per me ratione excogi-
« tasse, & quàm longo tempore aphorismum illum, Dolores oculorum meri potio, vel balneum, uel fo-
« mentum, uel uena incisa, uel purgatio tollit, considerauerim, quamq; ex reliqua Hippocratis diligen-
tia sperarim ne in hoc quidem uel falsum quippiam, uel quod fieri non possit, præcipi, idq; fuisse, quod
me ad inquisitionem incitauit, quoad ipsa Hippocratis insistens uia inueni, quo pacto discernere, quan
* θεραπευτικῆς do, quomodoq; dictorum quoq; sit utendum. Qua ratione multis, qui talia uiderunt, manifestum fe-
ci, quanta medicinalis methodi uis sit, quantiq; mali occasio fuerint, qui non seruata ueteri medicina,
nouas sectas condiderint. Itaq; & uos præterea me, quanquam a principio recusantem, orando tamen
impulistis, vt omne hoc opus tractandum susciperem. quod, Deos precor, alijs quoq; hominibus ali-
* τῶν καλῶν: cui sit usui. Certe minimam spem habeo propter eum, qui nunc regnat, * bonarum * artium contem-
B ptum, diuitiarum uero, existimationis, & ciuilis potentiæ admirationem. Ad quæ quisquis se conuer-
tit, is nulla in re ueritatem inuenire poterit. Verum hæc, prout Deo placebit, ita finientur. At nos me-
dendi methodum, quæ ueteribus quidem exculta est, nunc uero neglecta iacet, pro uirili restituemus,
repetita nimirum, quam de cauo ulcere inchoauimus, disputatione. Ac de prima quidem inuentione
eorum, quæ eiusmodi ulcus carne impleant, satisfaciant, quæ paulo ante diximus, concedamusque,
si libet, Empiricis, quæ dicunt omnia. At de inuentorum usu & sæpe tibi in ipsis rebus ostendi, &
nunc nihilominus ratione demonstrare conabor, quemadmodum Empirici, ubi solenne cuique me-
dicamentum nihil profecit, apte ad aliud, certaque ratione transire nesciant. Atque id iure accidit.
siquidem, cum causam improsperi successus prioris medicamenti ignorent, nec, quo eam in secundo
declinent, habent. Quippe, cum causam ignorent, cur munere suo medicina fungatur, nec, cur fallat,
intelligere ualent. Hoc uero ignorato, neq; ad aliud transire rationabiliter possunt, quando nec in illo
uitare eandem causam possunt.

Qua methodo ulcus cauum curari debeat. *Cap. 3.*

A Gedum igitur ipsi iam Hippocraticam ueramq; caui ulceris sanãdi methodum tradamus. Porrò
hanc ab ipsa rei substantia ordiri oportet. Itaq;, quoniã in cauo ulcere id nobis proponitur, ut ca-
C ro, quæ perijt, restituatur, scire licet generandæ carnis materiam, sanguinem bonum esse: opificẽ (ut ita
dicam) auctoremq;, naturam. Verum non satis est naturam simpliciter dixisse, nisi etiam, quorum natu-
ra, sit adiectum, & ubi. Constat autem, ꝙ subiectorum corporum, quibus superinduci caro debet, natu-
ra ipsa gignendæ carnis opifex est. Porrò cuiusq; corporis natura monstrata est ex calidi, frigidi, humi-
di, ac sicci temperatura consistere. Quare manifestum est iustum horum temperamentũ in subiectis par-
ticulis, quibus restituturi deficientem carnem sumus, opificis habere rationem. Ac primum quidem in
omni cauo ulcere duo illa consideranda nobis sunt, & quod subiectum est, iusta ne temperie sit, id est
an secundum naturam se habeat: quippe monstratum est sanitatem in similaribus corporibus, ipsarum
quatuor qualitatum esse iustam temperiem: Et præterea sanguis, qui affluit, bonus ne, ac mediocris sit.
Si igitur horum alterutrum uitiosum sit, multi sane affectus præter naturam existunt. Nobis tamen una
cauitas in carnosa parte proponitur. Fingamus igitur & sanam esse partem, & sanguinis confluxum
citra ullum uel in qualitate uel quantitate uitium. Porrò his ita se habentibus, nihil est præterea, quod
obstet, quo minus prima carnis generatio prospere contingat, idq; nullius externi medicamenti ope.
Quippe causis ambabus, unde nascitur, præsentibus, nulloque extrinsecus, quod impediat, obstante,
non potest prohiberi carnis generatio. Verum in ipsa primæ carnis generatione duplex prouenire
* λογικοῖς. D excrementum necesse est, ueluti etiam in * commentarijs de natura docuimus, quòd omnem qualitatis
alimenti mutationem alterum crassius, alterum tenuius excrementum sequitur. His excrementis etiã
per uniuersum corpus semper prouenientibus, quod tenuius est, ipsa inuisibilis est perspiratio. Quæ
etiam subinde fit uisibilis, quoties uel naturalis calor languet, uel nutrimento utitur, quàm iustum sit,
ampliore, uel motus quispiam uehementior animali contingit. Alterum est sordes, quæ in summo
corpore nostro colligitur. Quinetiam in ulceribus tenuius excrementum sanies, (græce ichor) appel-
latur, quod crassum est, sordes.. Ac ex tenui quidem excremento ulcus humidum redditur, ex cras-
so sordidum: eoque duplicibus medicamentis eget, utique, ut humidum est, siccantibus: vt sordidum,
quæ ipsum expurgent. Ergo, cum nullo unquam tempore natura cesset, certe nec tempus ullum erit,
in quo non ambo hæc in cauo ulcere colligentur. Quare nec tempus ullum erit, in quo non utrunque
medicamentorũ genus desiderabit, utiq; & quod siccet, & quod expurget. Ac, cuiusmodi quidem ge-
nere esse medicamentũ debeat, inuentũ iam est. Verum non est id satis. Siquidem specie aliqua inuenta
est opus, quæ sit ulceri admouẽda. Hæc igitur quõ & qua methodo inuenietur? Nempe ea, quæ in libris
de simplicium medicamentorum uiribus est tradita. Ostendimus nanq; in his quædam medicamenta
siccare, quædam humectare, quædam refrigerare, quædam calfacere: non nulla per coniugationem
uel calfacere & siccare, uel frigefacere & humectare, uel calfacere & humectare, uel refrigerare & sic-

A mus) nulla est in arte medica nec res nec medela, quæ specie dicibilis non sit. Sed, quod nec dici, nec scribi, nec omnino præcipi potest, id quantitas in quoque est. Nam in ulceribus humor & sordes dici possunt, quantitas in neutro dici potest. Quanquam hic quoq; accedere propius ad indicandam eam studemus, exiguam copiosamq; sordem dicentes, præterea tenuem, & crassam, & prorsus multam, & admodum paucam, & mediocrem, & competentem, aliterq; ad hunc modum uarie nominantes, quo uidelicet, quàm proxime licet, ad quantitatem indicandam accedamus. Diligenter igitur attendas nũc uelim, ut intelligas, quantum præstet methodo quiduis, quàm sola experientia, facere. Esto nanque notum sit hoc uel illud pharmacum ad cauum ulcus implendum facultatẽ habere in ijs, qui, ut nos loquimur, humidiore sunt temperamento: ut autem obseruator & Empiricus, ijs, qui molli sunt carne, ac mulieribus & pueris: deinde nunc tali admotum nihil prosit. Nos igitur, cuius causa nihil profuit, inuestigabimus, atq; hanc in duo æstimanda reducemus. Nam aut parcius siccauit medicamentũ, aut nimium. horumq; notas habebimus sordem, & saniem. Nam, si plusculum sordis sit, totumq; ulcus humidius, intra modum siccauit: Sin purum, & absq; humore cernitur, ultra. Statim igitur mensurã quoque excessus defectusq; ex ipso notarum * modo intelligemus, tantoq; pharmacum, quod deinceps applicabitur, uel siccius, uel non tale admouebimus. Empiricus autem, si admotum cuipiam me-

*notrũ.

B dicamentum carnem non restituit, id quidem uidet, ceterum ignarus, parciusne, an nimium siccando id euenerit, transire ad alterum non potest. Ad eundem plane modum & Erasistratus, Herophilusq; ex dimidio (ut dictum est) Dogmatici, male ulcus sanabunt. quippe qui ea tantum uitia curare ratione tentant, quæ instrumentalium partium sunt propria: ulcus uero (ut iam dictum est) commune similarium instrumentaliumq; est. Ideoq; id, quatenus in similaribus prouenit, eatenus empirice curabunt. Quinetiam, si ea curare tentent, quorum substantia omnino perijt, aut etiam manca curtaq; est, in his quoque necesse est, a logice curando multifariam aberrent. Si enim, quòd perijt, substantia quæpiam similaris sit, necesse est eum, qui regignendæ huic consulet, totius esse naturæ peritum. Ac de his quidem post dicetur. Illud interim clarissime ostensum arbitror, non esse cuiusque probe ulcus curare, primamq; omnium indicationem, quæ uel plebeis patet, minimam esse curationis partem. Nam & calorem, frigus, humiditatem, ac siccitatem, actiuas qualitates esse demonstratione accepisse necesse est: & deiude, quæ nobis tum de temperamentis seorsum dicato uolumine sunt scripta, tum quæ huc pertinent in alijs uoluminibus, omnia nouisse. Atque hactenus quidem de ulcere cauo sermo est habitus, ipsam tantum cauitatem curantibus nobis. Siquidem, quæ ulceris propria curatio sit, nondũ traditum est. Perficitur autem ea quoque iuxta eandem methodum: quippe quæ tum a laborantis

C partis temperamento, tum a medicamentorum facultate accipitur. Porrò ambo hęc a tractatione de elementis pendent. Etenim, nisi illud in methodo concessum sit, quatuor qualitates genituræ corruptelæ causas esse, nec methodum inchoasse, nec prouexisse, nec absoluisse fas est. At uero, ut illas agentes mutuo patientesq; ostendas, id ad speculationem de elementis pertinet. Quod igitur in præcedentibus ostendimus, id nunc præsenti sermone confirmatur, Nempe nihil posse medicum de ulla similarium partium agitare sine naturali, quam uocant, speculatione. Verum illic de similaribus duntaxat id est ostensum: hic iam sermo noster quodam modo insinuat ne in ipsis quidem instrumentalibus cuiquam integram inuenire curationem licere, qui illa non attigerit. Porrò idem in toto opere etiam euidentius monstrabitur.

De ratione curandi simplex ulcus, & planum. *Cap.* 4.

VErum ad ipsam ulceris, quod solum consistit, curationem transire nunc tempestiuum uidetur. Fuerit autem solum, si nec affectus ullus simul adsit nec symptoma. Esto igitur, quæ exulcerata est particula, nec fluxione uexata, nec malo succo uitiosa, nec omnino extra naturalem temperiem: sed nec ulla ei cauitas adsit, nec ulla cutis amissio. Nam id quoq; bona pars medicorum præterit, non intelligens post, quàm cauum ulcus carne iam impletum, ac planum effectum, nihilominus tamen hiat, duplicem

D adhuc particulæ affectum superesse, alterum substantiæ cutis amissionem, alterum continui solutionẽ.

A.l.3.f.4.c.38 p.155.B Ergo, quoties unum id habetur, nempe continui solutio, siue ea summæ est cuticulæ, (quam epidermida uocant) siue cutis totius, siue etiam pariter subiectæ carnis, uitium, quod ulcus dicitur, ita existit, postulatq; tantum agglutinari. Quippe, si commissæ simul sint cutis oræ, nihil erit in medio cutis generis diuersi, quemadmodum in eo, quod iam repletum est, planumq; redditum. In hoc enim oræ ulceris se non contingunt, sed totius ulceratæ partis cutis perijt: quam utique restituere oportet. At in eo, qđ acuto aliquo est diuisum, una agglutinatio requiritur, non etiam cutis generatio. Quoties ergo ulceris simplicis propositum sit inuenire curationem, præsumendum in sermone est diuisam esse carnosam particulam citra ullius portionis amissionem. Nam latum, quod cicatrice induci postulat, omnino cuticulam, quam epidermida græce uocauimus, desiderat. Hanc igitur tum gignere, tum sibi unire oportet. duoq; tibi hoc loco existunt, ad quæ, sicuti in cauo ulcere, consilium diriges, propterea, quòd affectus ipse geminus in ambobus est. Quo igitur (ipsorum inquiet forte aliquis) planum ulcus a cauo discernitur, si & geminus utrobique est affectus, & geminus curanti propositus finis? Nempe multitudine amissarum partiũ. Quippe in cauo ulcere non ipsa modo perijt cuticula, uerumetiam reliqua cutis natura uniuersa, & subiectæ carnis portio aliquando non exigua. In repleto ulcere caro non deest, exterius tamen cooperimentum desideratur. Ac, quæ eius generis ulcerum curatio sit, post dicemus.

mus. Nunc eius, quod ulcus tantum sit, nec alium ullum affectum adiunctum habet, quænam debita E
curatio sit, præcipiamus. Ergo, quoniam hic sola diuisio proponitur, diuisorum oras unà coniunctas
esse oportet. An non id solum, uerumetiam coniunctas manere? Porrò bifariam simul manent, quæ
commissa sunt, cum alia per se, alia ope aliorum maneant: Per se quidem, quæcunq; secum concrescũt
ac coalescunt: Aliorum ope, & quæ colligantur, & quæ glutino aliquo tenentur. Ac, quæ concrescãt,
omnino mollia naturaliter sint, oportet. Talis sane est tum caro ipsa, tum quęcunq; ex carne consistũt.
Quæcunque uero dura siccaq; sunt, eorum diuisæ partes coire simul nequeunt, sed glutinum aliquod A. l. 1. f. 4. c.
uinculumve, quo commissa maneant, requirunt. Et talium quidem corporum sanatio in sequentibus 28. p. 155. B
præcipietur. Nunc de ijs, quæ uniri possunt, inceptum sermonem peragamus, hic quoque ipsam coi-
tionis coalescentiæq; causam inuestigantes. Est uero, sicuti in cauis ulceribus ut caro producatur, ita
in simplici ulcere ut oræ ipsæ secum coalescant, natura certe causa adeo, ut, si, quæ dissident, in idem ad
amussim componas, citra omnem reliquam extrinsecus molitionem coalescant. Oriturq; tibi iam alius
attendendus finis, nempe orarum adductio: a quo orsus, quibus id efficias, inuestigabis. Quippe aut
uinculo ex duobus initijs circundato, aut sutura, aut fibulis (quas græce ancteras uocant) impositis,
aut horum quibusdam, aut omnibus, quæ diducta sunt, in idem adduces. Expedit autem, quod cir-
cunijcitur, neque molle nimium sit, & algæ ritu fragile, (bryodes græce uocant) quo uidelicet tuto F
contineat: neque rursus ita durum, ut premendo offendat. Tum uero ipsa circunductio nec ita laxa
sit, ut nihil efficiat: nec ita uehemens, ut premendo dolorem excitet. Hæc si feceris, fueritq; ulcus A. l. 4. f. 4. T.
solum citra uitiosum succum, aut fluxionem, aut intemperiem, aut phlegmonem, aut aliud quodli- 1. c. 3. p. 261. C
bet uitium, proculdubio coibit. At, si uel præ eius magnitudine fieri nequeat, ut disiunctæ ipsæ partes
exacte ad imum usq; sibi coniungantur, uidelicet nec sutura, nec fibulis, nec deligatura pertingere ad
eas ualente, uel etiam sanies iam illic sit collecta, uel dolor quispiam adiunctus, eiusmodi ulcus ex so-
la partium commissione agglutinari omnino non potest. Quando, quod dolet, plus aliquid affluere
facit: atque etiam, si, quod affluit, pro iusto naturæ modo se habeat, attamen uires ipsæ partium, quæ A. ibidem.
tum propter dolorẽ, tum etiam ex uulnere sunt imbecillæ, nec, quod iustum est, ferent, sed ueluti ab in-
iusto grauabuntur. Atque hinc omnino superuacua sanies proueniet. mirum etiam, nisi & phlegmo-
ne. Iam uero, si etiam citra dolorem sanies in medio adductorum labrorum ulceris interuenerit, aut
etiam locus quisquam medius interfuerit, qui sanie quidem sit uacuus, sed aere plenus, non potest
eiusmodi ulcus sola dissidentium partium coniunctione glutinari. quando & sanies iam unionem dis-
pescit, &, quæ coniungendis interueniunt loca uacua, interiorum laterum frontes prohibent se con-
tingere. Quare illæ saltem ulceris partes, ut coeant, etiam carne prius impleri naturæ opera postu- G
lant. Porrò hæ adeo plane sunt exiguæ, si modo diuisæ ulceris partes rite sint coniunctæ, ut unius diei
spatium desiderent, aut ad summum bidui. Hoc igitur tempore medicamento opus est, quod particu- A. ibidem.
lam siccet, ut, & siqua sanies iam subsit, hanc consumat: &, siqua in uacua loca influxura est, hanc pro
hibeat. Nunc igitur medicamentum, quod carnem producat, & mediocriter siccet, rursus mihi ad
memoriam reuocabis, ut intelligamus, sicciusne eo esse glutinatorium debeat, an secus. Sane, quod
carnem producit, si totum, qui confluit, sanguinem consumeret, ipsam materiam creandæ carnis sic
adimeret. At glutinatorium aut omnino carnis generatione non eget, aut plane exigua. quare plus
siccet, oportet, quàm quod carnem producit. Ergo tum hac ratione tenui quadam differentia inter
se dissident: tum uero altera non parua, quatenus scilicet, quod carnem producit, statim etiam deter-
gendi uim obtineat, oportet, quo non modo redundantiam humoris siccet, sed etiam sordem auferat.
Glutinatorium uero nec detergeat, nec expurget, sed contra prorsus substantiam omnem in idem co-
gat. Cuiusmodi facultatem habent medicamenta ea, quæ austera & adstringẽtia uocantur. Hæc nan-
que in idem cogendi, ac stipandi, non detergendi, neque purgandi facultatem habent. Quo fit, ut,
ubi carni producendæ studemus, maxime cauendum sit a medicamento, quod adstringat, utpote quod
sordem ulceribus arctius affigat, quàm ut facile possit absolui. Vinum igitur omnis ulceris, qua ulcus H
est, optimum est medicamentum. Quòd si nec illud qua ulcus sermoni sit adiectum, idem tamen, ar-
bitror, intelliges. Quippe recordationis tantum causa est additum, (ne quis obaudiat) non sicut ne-
cessarium aliquid definiens. Adeo, si memorem te eorum omnium, quæ in proximo libro sunt tradita
de rebus singulis tum nominandis, tum uero subiectis præstiteris, nihil est, quod talia tibi de cetero
definiam. Illud tantum abunde mihi erit, si per singula eorum simplices affectus a compositis secernã.
De quibus mihi non nihil prius est dictum, ac nunc nihilominus est dicendum, non adeo mehercle rei
ipsius causa, quàm quòd plerique medicorum dictione ipsa decepti, cauum & æquabile, recens & in-
ueteratum, sordidum & purum, liberum phlegmone, & phlegmone impeditum putant differentias esse
ulcerum. Necesse igitur est distinguere, quæ propriæ ulcerum differentiæ sint, & quæ aliorum affe-
ctuum complexiones. Verum hoc posterius paulo. Sane solennis ueteribus doctrina (quæ utinam
nunc esset in usu) maxime naturalis est. Quippe ijs simplicis cuiusque affectus propriam curationem
dicunt, præcipueq; omnium Hippocrates. Medendi nanq; methodus ad hunc modum bellissime pro-
cedet, si de singulis simplicibus seorsum præceperimus: post deinde de compositis omnibus alteram
aliquam methodum indicauerimus. Veluti enim, si duo uere essent in uictus ratione morbi, clausus
& fluens, [id est, qui in retentione, & fluore spectarentur,] cum seorsum utriusque curationem di-
xissemus,

A xissemus, de coniunctione amborum esset agendum, sicut Thessalus ipse censet: eodem, arbitror, modo, quoniam ulcerum, qua ulcera sunt, una omnino est species, tum phlegmonarum, qua phlegmonæ sunt, altera item species una est, oportet, ubi seorsum ulceris, seorsum rursus phlegmones curationem tradideris, post deinde ambas in idem coniungere. Id igitur si fecerimus, omne profecto ulcus tum siccari debere, tum etiam adstringi, pro dicta iam methodo inueniemus, non tamen detergeri: contra, (A.l.4.f.3.T.1. c.3.p.840.D.) canitatem in carne siccari quidem postulare & abstergeri, minime autem adstringi. Quinetiam ad eundem modum, quem prius diximus in cauis ulceribus, nunc ad portionem naturam corporis estimabimus, mollisne ac * laxa sit, an dura, sicca, & * compacta. (* ἀραιῶδες. * σύντονος.) Siquidem prior, quanto est humidior, tanto medicamentis minus siccantibus eget. Posterior, quatenus est siccior, eatenus rursum, quæ uehementius siccent, magisq; adstringant, desiderat. Empiricus enim, arbitror, hic quoq; pueros, & fœminas, & qui tenero sunt corpore, memorabit, iuuenes, agricolas, & nautas his opponens. Ceterum, cum nō intelligit, quòd in pueris & fœminis propter humiditatem temperamenti eiusmodi medicamenta uisa sunt conducere, rursus altera messoribus ac nautis propter siccitatem conuenire, nec cuiusq; corporis curationem exacte conijciet, nec erroris causam deprehendet. Quo fit, ut nec intelligat, quemadmodum se ad potius transferet, ubi parum cessit ijs, quæ per experientiam prius nouit. Hæc igitur sum-
B matim de glutinatorijs medicamētis diximus. Hinc uero altera quædam methodus succedit ad eorum præparationem compositionemq; pertinens. Siquidem cauo ulceri, quicquid uolumus, statim applicamus, siue siccum id, siue humidum medicamentum sit. Licet enim omni parti ulceris ea tum inspergere, tum illinire: at in uulneribus, quorum maior est profunditas, id non licet. Quippe, ubi semel oras coniunxeris, contingere, quæ in imo sunt diuisa, non possis. Considerandum igitur est non modo, an siccās adstringensq; modice medicamentum sit, uerumetiam an peruenire ad imum ualeat. Nam & cerussa & lithargyrus siccant, adstringuntq; modice, sed, si ea cineris ritu circa uulnus inspergas, nihil proficies. Neq; enim ad fundum peruenit medicamenti uis, quod ita sit siccum. humiditatem igitur quandam desiderat, quo simile emplastici sit, uel etiam humidioris cuiusquam medicaminis. Verum hæc operis eius, quod de medicamentorum compositione præcipit, propria speculatio est, non eius, quod de medendi ratione instituitur. Quòd siquid ea ad rem propositam indigebimus, id procedente opere attingemus.

Quid differant glutinatoria medicamenta ab ijs, qua cicatricem inducunt. *Cap.* 5.

C NVnc ad ulcus, quod cicatrice induci postulat, reuertar: de quo pauloante dixi eius quoq; primum quo tenditur, finē ex eodē esse genere, cuius est & caui. Quippe regignere aliquid opus est, quod perijt, non tantum unire, quæ dissident: ceterum diuersa ratione hic gignere, quod desit, quàm in cauo: quando illic sanguis, hic caro pro materia sit. Siquidem, quod cauum est, impletur ex gignenda carne, quæ ex sanguine ortum habet. At ad cicatricem perducitur, quod iam est impletum, ex gignenda cute, quæ ex subiecta creatur carne. Ceterum caro eadem specie cum ea, quæ perijt, gigni in cauo ulcere potest: Cutis talis omnino, qualis erat, quæ perijt, prorsus restitui non potest, sed simile quiddam cuti, (& cutis restitui nō pot.) & quod eius officium suppleat, potest, non tamen plane cutis. Ac causa quidem, cur sicuti caro adepsq; regignuntur, ita cutis, quæ prorsus perierit, regigni nequeat, ex naturalibus problematis est petenda. quemadmodum autem tum naturam, tum usum cutis imitemur, hinc accipiendum. eiusq; rei methodū iam tradamus. Quoniam tegere carnem naturali aliquo tegumento propositum est (quippe id est ducere ad cicatricem ulcus) aut cutis nobis generanda est, aut summa caro cuti similis efficienda. Verū, (A.l.1.f.4.c.28 p.155.A) ut cutis regeneretur, fieri omnino nequit. quod superest igitur, efficere est tentandum. At quæ igitur huius efficiendi est ratio? Nempe alteratio. Quippe, ut carnis pars quæpiam non amplius caro permaneat, sed ueluti cutis euadat, postulamus. Quo pacto igitur (inquies) alterabitur? Profecto alicuius al-
D terantium qualitatum ope. Incidit enim rursus hoc loco, uel nolentibus nobis, de elementis sermo: sine quo nec, quod cicatricem inducat, inuenire medicamentum licet, nedum quod carnis producendæ, aut agglutinandi facultatem habeat. Ergo, quoniam cutis carne ipsa tum siccior est, tum etiam densior, si carnem siccabimus & adstringemus, cuti etiam persimilem reddemus. Habes medicamenti, quod (A. ibidem.) cicatricem inducit, summam. Verum ea non satisfacit: nam & glutinatoria tum siccabant, tum etiam adstringebant. Ergo, quo hæc ab illis distent, id, si ipsam rerum substantiam inspicias, inuenies. Nam, quoniam in glutinatione ulcerum siccandum, quod affluit, est, quo uidelicet affecta pars superuacuis uacet, in cicatrice ducenda non modo, quod affluit, uerumetiam humor, qui in ipsa carne continetur, est consumendus, multo profecto siccius, quod cicatricem inducat, quàm quod agglutinet, esse conueniet. quando glutinaturo unū id propositum est, ut eius, quod secundum naturam est, redundantiā cōsumat. qui cicatricem inducet, non hoc modo, † [uerumetiā ut ei, quod secundū naturam se habet, aliquid deradat.] Galla igitur immatura hoc loco, & mali corium, † & Aegyptiæ spinæ fructus modice siccantia pharmaca sunt: Chalcitis, & æs ustum, & æris squama, & misy, & fissum alumen multo his sunt ualentiora, Misy quidem & chalcitis præcipue, mitior autem æris squama, atque etiam hoc mitius æs ustum. Quod etiam si lauabis, utiq; † minus mordens medicamentum habebis. Porrò hoc quoque ad speculationem de componendis medicamentis pertinet, quæ sane medendi methodum ordine sequit.

(† In antiquis clarior lectio. ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ φύσιν ὑγροῦ ἀφαιρεῖ. uerumetiam ut eam, quæ secundum naturam se habet, humiditatem aggrediatur. † Antiquus addit, & balaustia.)

Nam medicamentorum facultates nosse, id quidem medendi methodum præcedit, tractatumq; de his B alibi est: Compositio uero medicamentorum, medendi methodum sequitur. Quippe, ubi hæc uniuersale præcepit, dico autem siccandum, aut humectandum, aut calfaciendum, aut refrigerandum esse, tum uel modice id faciendum esse, uel ualenter, uel leuiter, intelleximusq; cuiusq; simplicium medicamentorum facultatem, hancq; per se & seorsum perpensam, tum profecto, quo pacto quis ea commode ad usum miscuerit, considerare conueniet. Existit igitur eo pacto duplex de medicamentis peritia, altera de eorum uiribus: altera de compositione ac præparatione. Verum ad id, quod superest methodi de ulceribus, redeundum est.

De methodo ulcerum curandorum, quibus caro supercrescit. *Cap. 6.*

SVperest autem (ut arbitror) de supercrescente carne dicere, quam hypersarcosin Græce uocat plerаque medicorum pars. Est porrò is quoq; morbus ex eo genere, quod in quantitate magnitudine ve partium spectatur. licet enim, pro arbitrio uoces. Ex eodem genere & cauitas erat, de qua iam egimus. Ergo, ueluti, quod ulcus cauum uocant, non unum est uitium, sed pariter & cauitas, & ulcus, ita ulcus, quod supercrescentem carnem habet, non unus est morbus, sed simul caro supercrescens, & ulcus. Indicat autem magnitudo, quæ præter naturam est, primam indicationem, (quam etiam ueluti metam inueniendorum remediorum diximus.) ipsius scilicet exuperantis ablationem. At hæc sola me F dicamentorum ope perficitur, non opera naturæ: uidelicet contra, quàm in carne restituenda aut glutinatione se habuit. Hæc enim naturæ ipsius sunt opera pharmacis tantum, quæ actioni eius obstant, submouentibus. At supercrescentis carnis detractio, nullum quidem naturæ opus est, sed medicamentis perficitur, quæ uehementer siccent. Porrò proxima sunt eiusmodi medicamenta tum ijs, quæ ualenter detergent, tum ijs, quæ cicatricem inducunt, sic, ut non pauci interim per errorem medicamentum, quod carnem minuit, uel pro eo, quod sordem deterget, uel pro eo, quod cicatricem inducit, accipiant: ut (ne ab exemplo nostro recedamus,) misy & chalcitim, si humidæ naturæ applicabis, potius carnem demere, quàm cicatricem inducere deprehendes. Vnde, si quando ijs uti ad cicatricem inducendam in aliorum penuria cogimur, parcissime ipsis utemur, summum tantum specillum in ea ad exactissimum leuorem tunsa demittentes, ac post uelut tenuissimum quendam pollinem partibus, quæ cicatrice induci postulant, imponentes. Quòd si minuere, quæ supercreuere, studemus, liberalius imponemus. Sane ærugo magis etiam, quàm hæc, minuere carnem potest, ita, ut genus eorum, quæ cicatricem inducant, omnino sit egressa. At, si illa etiam aduras, ut minus acria, sic ad cicatricem inducendam reddes magis apta: Si uero etiam laues, adhuc fient mitiora. Meministi uero, arbitror, & tu eius, qui cerebri illo uiridi medicamẽto sordidum ulcus citra rationẽ curabat, mel quidem ei admiscens, multis autẽ G deinceps diebus æque sordidum reperiens: deinde inops consilij, nec habens, quo se uerteret,) Accidebat enim, ut non modo non purgaretur sordes, sed etiam ut de subiecta quoque carne non nihil unà detraheretur & colliquaretur propterea, quòd medicamentum ualentius, quàm pro laborantis natura, erat.) plus deinde (ut erat egregius medicus) mellis assidue medicamento adijciebat, quo uidelicet adhuc ualentius purgaret, ceu non satis id medicamentum prius adhibitum fecisset. Eueniebat autem plane contra: quippe, quantum ille intendebat medicamenti acrimoniam, tantum caro subiecta colliquabatur. Quod uero in ulcere ex liquata carne sordis apparuit, id medico, ceu medicamentum nihil efficeret, imposuit. Atq; huius quidem ignorantia etiam in discernendi peritia erat, non solum in medendi methodo. Etenim, si quàm maxime similiter sordidum [& humidum] ex utroq; medicamento ulcus deprehenditur, at certe cauitas maior ex ualenti, &, quod colliquat, medicamento efficitur: quinetiam labijs præaltis, rubrumque, & phlegmone quodam modo affectum ulcus cernitur. Aliquãdo uero mordicationem quoq; manifestam ex huiusmodi medicamento æger sentit. Quod uero minus quàm par est, siccat, nec mordet, nec quicquam efficit eorum, quæ retuli. Patere autem & in his arbitror Empiricum, etiamsi experientia quàm maxime distincta discretaq; utatur, transire tamen, ubi quid non cessit, ad id, quod expedit, artificiose non posse, immo uni illi id licere, qui uera methodo (quam ipse H nunc instituo) medetur.

Quid differat ratione recta curare a curatione Methodicorum, ac Empiricorum. *Cap. 7.*

QVippe, quam Thessalij isti amethodi methodum profitentur, nomen duntaxat esse nudum intelligis, omnis effectus uacuum. Qui, cum tanta, tamq; multiplex saltem methodus sit in ulcere sanando, neq; Empiricorum discrimine ad inuenienda remedia sunt usi, neque, sicut Dogmatici, ab ipsa rerum natura indicationem agendorum sumpserunt: sed solum id, quod nec uulgares lateat, proponentes, nempe cauum ulcus carne impleri postulare, plenum cicatrice induci, quod carne supercrescente luxuriat, minui, sordidum expurgari, † [mundum uel cicatrice induci, uel agglutinari,] ulcerum curationis methodum quandam explicasse se putant: tantum scilicet absunt, ut intelligant humidioribus naturis minus siccantes medicinas conducere, siccioribus, quæ magis siccẽt. Ergo, quod in tota disputatione nostra manifeste apparuit, id denuo resumendum est, ut & nos illi quàm maxime simus attenti, & reliqui omnes, qui ueterem methodum corrumpunt, quantum aberrent, clarius intelligant. Incipiam uero ab eo ulcere, quod carne impleri postulat, unum id pro exemplo proponens, quando etiam proxime de eo sermonem feci. Ab hoc, de omni simul in uniuersum curatione loquar. Ergo illud non ratione modo, uerumetiam experientia considerantibus apparuit, non omnem

† Codices græci legunt mundum cicatrice induci, recens agglutinari.

A naturam eadem medicamēta requirere, sed infirmiores molliores'q; mitiora, ualidiores ficciores'q; ualentiora. Ità uero tum in ijs, quibus cicatrix inducebatur, se habebat: tum etiā, quæ glutinatione egebant. Omnino enim nullum uehementium pharmacorum ferunt molles naturæ. In eiusmodi uero sermonis nostri decursu perspicuum plane fit, tum ægri naturam esse considerandam, tum cuiusq; hominis propriam esse curationem, tum supra hæc illud tertium, nempe, quoniam cuiusq; naturæ proprietas ineffabilis est, nec exactissima scientia comprehensibilis, hunc esse optimum cuiusq; particularis ægritudinis medicum, qui iam methodum quandam comparauit, ex qua & dignoscere naturas possit, & coniectura consequi, quæ sint cuiusque propria remedia. Porrò existimare communem quandam esse omnium hominum curationem, sicuti stupidissimi methodici putant, extremæ est dementiæ. Atqui illi ob id statа esse putant omnia medicinæ artis theoremata, hoc est eiusmodi esse, quæ scientes homines faciant, firmamq; sui notitiam præstent, † [ipsorumq; artem, notitiam quandam esse] communitatum, non proprietatum, tanquam communem & generalem hominem, non particulares curarent. Ergo, sicuti in alijs omnibus statim inter initia sunt lapsi, sic in hoc quoque. Siquidem curatur non homo communis & generalis, sed nostrum quisque, alius uidelicet aliud temperamentum naturamq; obtinens. Hi uero unam esse omnium hominum curationem existimant. Ego contra, si cuiusq;

B priuatim naturam explorare ad unguem scirem, utique, qualem fuisse Aesculapium mente concipio, talem me esse putarem. Sed, quoniam id fieri non potest, certe ut, quoad homini licet, quàm proxime accedam, tum ipse me exercere decreui, tum alios, ut idem faciant, adhortor. Ac conantur quidem, quantum possunt & Empirici, ut a communibus secedere, ita propius ad ea, quæ propria sunt accedere. Verum, quantum hi quoque ab eius rei perfectione absint, supra est dictum. Non enim hæc in pueris, uel mulieribus, uel senibus, uel mollem carnem albamq; habentibus, aliaq; id genus, pro certis discretionibus (sicuti illis placet) sunt ponenda, immo, quemadmodum in humore & siccitate corpus se habeat. Ac Empiricos quidem medicos, tum ob alia multa, tum ob id probare maxime conuenit, quòd accedere, quantum licet, ad ægri proprietatem conantur. Post enim reliquas discretiones omnes, quas adhibent, etiam, quæ a consuetudine sumitur, adijciunt, tanquam hinc remediorum, quæ ægro magis sint propria, compotes futuri. Dicetur autem a nobis in sequentibus de consuetudine fusius, ubi pro cognoscenda proprietate laborantis naturæ, etiam discrimen a consuetudine priscis inuentum esse probabimus. Hanc itaq; cum reliquis Empirici recipiunt, & præter hanc, ipsum etiam medicum, qui sæpe ægrum inuisit, quàm eum, qui non uiderit, commodius curaturum aiunt. Postea tamen, cum hæc omnia adiecerint, stabilem se atque scientificam habere notitiā

C propriæ curationis ægri adhuc non dicunt. At uero impudentissimus Thessalus illud modo unum intelligens, quòd cauum ulcus sit implendum, constantia tamen & firma dicit esse medicinæ theoremata. quanquam hoc saltem omnes (ut ante iam dictum est) homines sciunt, non ij modo, qui nunc sunt, postquam Thessalus iste, alter uidelicet Aesculapius, in lucem hominum uenit, sed etiam, arbitror, qui aute Deucalionem, & Phoroneum fuerunt, si modo hi rationales erant. Immo uero præter hoc, quòd carne esse implendum cauum ulcus nouerunt, etiam illud non ignorarunt, qui medicamenta nosset, quæ tale ulcus carne implerent, hunc medicum esse. Atque hæc si per experientiā sunt inuenta, constat empirice nobis esse curandum: sin ratione inuenta sunt, logice. Non enim profecto aliud inuenit, alio autem nunc commode utetur. Verum de eo nobis cum Empiricis lis est. Quod autem dicere cœperam, uera ipsa medicina de laborantis natura coniecturam fecit. Nominat, arbitror, id uulgus medicorum græce Idiosyncrasian: omnesq; id incomprehensibile fatentur, ideoq; ipsam ueram medicinæ artem Aesculapio, Apolliniq; concedunt. Pendet porrò omnis hæc ratio ex duplici principio, Empiricis obseruatoribusq; ab ijs, quæ manifeste apparent: Logicis autem, ab ipsis elementis. Nam, quòd alij aliud medicamentum prosit, etiam pueri iam ferme sciunt, & ratio pariter, quæ ab elementis ducitur, id confirmat. Si nanq; quindecim differentias in hominum temperamentis ex mi-

D noris in ijs maiorisq; ratione, idq; in humida tantum natura statuas, necesse profecto est, medicamentorum etiam, quibus sis usurus, quindecim differentias noueris: quarum aliæ magis, aliæ minus siccēt, quo nimirum, quod cuiq; naturæ congruat, inuenias. Quòd si etiam in ficciore natura alijs quindecim positis, ad has quoq; pari modo alia quindecim medicamenta requiras, habebis in totum triginta medicamenta, quæ triginta naturis conuenient. quibus uti is demum solus commode poterit, qui in corporum temperamentis diligenter se exercuerit. Nunquid igitur, si totum corpus temperamento sit ficciore, ab ijs, quæ magis siccent, medicinis iuuabitur: si uero pars quæpiam eius, ceteris partibus natura sit siccior, quæ minus siccent, requiret? An liquido patet hic quoq;, quæ pars siccius temperamentum obtinuit, hanc etiam, quæ magis siccent, postulare: quæ humidius sit sortita, minus siccantia? Atq; hoc totum prætermittunt amethodi isti Thessalij, qui unam omni particulæ congruere medicinam putant. Empirici autem, quantum in hoc Thessalios istos Methodicos superant, tantum a ueris Methodicis Logicisq; superantur. Habent .n. profecto illi quoq;, ab ipso scilicet usu edocti, aliud medicamentum ad ea ulcera, quæ in oculis accidunt: aliud ad ea, quæ in auribus, aut articulis, aut carnibus, aut sola cute. Ceterum, quòd nec in ijs se transferre ad aliud possint, ex ijs, quæ supra diximus, facile patet.

† Ita legunt antiqui codi. ut Linacer. i. εἶναι τὴν τέχνην αὐτῶν γνῶσιν τινα &c. impressi autē uice uersa. εἶναι τὴν γνῶσιν αὐτῶν τέχνην τινα. i. ipsorumque noticiam, artem quidam esse.

Quo pacto in curandis ulceribus corporum temperiei aerisque, ac partium naturæ ratio sit habenda. E

Cap. 8.

QVoniam autem & de his satis iam dictum est, rursus ad disputationis initium reuertamur, misceamusq; ulceri omnes, qui simul cum ipso incidunt, affectus, ab intemperie primum orsi. Si enim exulcerata caro, uel prius etiam ex quauis occasione, uel ipso ulcerationis tempore, iusto calidior frigidiorve est effecta, utique medelam exigit, quæ non modo moderate siccet, sed etiam intantum calfaciat, refrigeretve, inquantum subiecta caro a naturali suo habitu recessit: cum fieri non possit, ut in ulcere, uel carnis productio, vel sinus impletio, uel agglutinatio, uel cicatricis inductio recte unquam cedat, nisi subiecta caro pro naturali modo se habeat. nec frustra dictum supra est hæc omnia naturæ esse opera. purgari tamen sordida, minuiq; supercrescentia etiam carne naturalem statum non seruante possunt propterea, quòd tantum hæc medicamentorum sunt opera. Quocirca legitimi ulceratarum partium temperamenti, quoties eas uel carne implere, uel glutinare, uel cicatrice inducere studes, maior tibi solicitudo erit. Seruari nanq; debebunt naturæ motus, quos comprehensorum singula comitantur. At alias non seruabuntur, nisi prorsus se pro naturæ suæ ratione pars habeat. Veluti igitur, si phlegmone cum ulcere una esset, prius, quàm hæc discussa sit, nemo id uel carne implere, uel glutinare, uel cicatrice inducere tentarit, ad eundem, arbitror, modum etiam, si sine phlegmone sola subsit intemperies, nullum horum fore prius sperabimus, quàm illa sit sanata. F Rursus igitur hinc indicatio quædam ad medicamentorum, quæ superius comprehensa sunt, inuentionē oritur. quippe omnia ea siccantia erant, sed dissidebant inter se pro intensionis remissionisq; modo. Ceterum definitum antea non est, quatenus in calefaciendo frigefaciendoq; se haberent: sed methodus hoc quoque inuestigare quodammodo cogit. Non enim tantum, an siccet, sed an etiam non ualde calefaciat, aut refrigeret, expendi oportet. Ergo altercum, & mandragoram, & * meconium, ceu supra modum refrigerantia, fugies, tametsi siccant ea quoq;, quantum sit ulceri ex usu. Resina uero, & pix, & asphaltus, quanquam modice siccant, tamen immodice sunt calida. Ideoq; eis nemo utetur solis, nec aliter, nisi cum leuiter refrigerantibus admistis unum ex omnibus medicamentum fecerit, quod sit temperatum. Si igitur hæc ita se habent, sicuti profecto habent, inspici etiam conueniet & circundantis nos aeris temperiem. Siquidem, ueluti medicamentum quoddam, is quoque corporibus nostris forinsecus incidens, ubi immodicus calore, uel frigore est, sanationem moratur. Danda igitur opera est, ut medicamenta eius excessui occurrant. Ideoq; Hippocrates in calidioribus anni temporibus, ijs, quibus frigidior facultas sit, medicamentis utitur, calidioribus autem per frigidiora. Non ignoras profecto hic quoq; ex stupidis Methodicis quendam fateri, quo pacto in calore, & frigore se habeat, qui ægrum continet, aerem se inspicere, non tamen anni tempora inspici permittere: quasi nomina ipsa temporum anni prosint obsintve, non eorum temperamenti ratio: aut non huius causa ueteres medici ad ea respexerint. G Verum, quòd, qui certa methodo curare ulcus debet, huic necesse sit, tum ad prima elementa uel maxime uenire, tum anni tempora, & corporum temperamenta non in toto modo, uerumetiam in singulis partibus considerare, abunde monstratum reor. Rursus uero repetendum hoc etiam loco est, quod prius diximus in indicatione, quæ a sicco humidoque sumitur. Nam, sicuti in illis humidior natura humidiora, siccior sicciora medicamenta exigebat, ita nunc calidior calidiora, frigidior frigidiora requiret, contrariam scilicet semper ijs, quæ præter naturam, & ijs, quæ secundum naturam sunt, indicationem præstantibus. quippe, quæ secūdum naturam sunt, similium sibi indicatiua sunt: quæ præter naturam, contrariorum, si modo illa seruari, hæc submoueri necesse est.

* Antiqui co. legunt μακώνειον. impressi κώνειον. i. cicutam.

De curando vlcere cum indicationes contrariæ inuicem extiterint, ac de triplici fonte indicationum curatiuarum.

Cap. 9.

AC, quòd tum corporum temperies, tum anni tempora, tum partiū naturæ, consideranda illi sint, qui probe ulcus sit sanaturus, clare me docuisse existimo: ad hæc, quòd prima quidem medicationis * indicatio a solo sumatur affectu, remedia tamen inde inueniri non posse, nisi prius ad corporum H elementa sit ascensum, & ægri temperamentum perpensum, nō corporis modo uniuersi, sed etiam afflictæ particulæ, cum hoc quoq; ambientis temperie æstimata: quæ utiq; cum ad præsentes status, tum uero regiones extenditur. Quòd autem contrariæ subinde in una curatione indicationes sint, atque has quemadmodum tractare conueniat, latius quidem dicetur in sequentibus: non tamen alienum sit nūc quoq; paucis de ipsis egisse. Etenim, quòd ægri temperamentum sit humidius, particula ipsa, quæ laborat, siccior: aut contra, quòd hæc sit humidior, totius temperamentū siccius, mirandum non arbitror. pari modo in calore, & frigore, quòd contrario temperamento sit pars cum toto. Veluti igitur, si totum corpus medio temperamento esset, (quod esse optimum docuimus) nihil plane, quantum ad laborantis naturam attineret, in medicamentis nouaremus, ita, vbi uel siccius, uel humidius, uel calidius, uel frigidius iusto cernitur, eatenus intendere uires medicamentorū oportet, quatenus corpus ad naturalem intemperiem est uersum. Non enim, arbitror, excidit nobis, quæ naturalis intemperies sit, & quę præter naturam. dictum enim de ipsis est in alijs, ac præcipue in libro, qui de inæquali intemperamento est inscriptus. Pone igitur totum laborantis corporis temperamentum humidius esse, eoque medicamenta desiderare, quæ minus siccent: ipsam uero ægram particulam ex earum numero esse, quæ sicciores sint, (qualia esse diximus, quæ minus sunt carnosa, cuius generis sunt, quæ circa digitos, & articulos

A ticulos habentur:præterea quæ circa aures,& nasum,& oculos,& dentes,sunt, ac, vt semel dicam, vbi crebræ chartilagines,& membranulæ,& ligamenta,& ossa,& nerui sunt:adeps vero,& caro,vel omnino nulla est,vel perquam exigua,)diuersa in his est ea, quæ a patiente particula accipitur indicatio, ab ea,quæ ex ægri sumitur natura. Quare,si,quanto ægri temperamentum iusto est humidius, tanto particula iusto sit siccior,nec adijciendum, nec detrahendum pharmaco quicquam est, sed tale adhibendū, quale,si vlcus in medij temperamenti particula corporis mediocriter temperati consisteret,adhiberemus. Sin siccior debito particula magis fuerit, quàm corporis temperamentum iusto est humidius, vtique in tantum intendi siccitatem medicamenti conueniet,quantum particulæ temperamentum totius temperamentum excedit:veluti,si quatuor numeris sit exulcerata pars medio temperamento siccior,ægri natura gradibus tribus humidior,manifestum est particulam,quæ nunc exulcerata est,siccius vno gradu desideraturam medicamentum,quàm quæ pars sit temperata. Quod autē hæc omnia coniectura sint accipienda,tum quòd optime conijcere poterit, qui in ratiocinando de his sit exercitatus, liquido patet. Ac in talibus quidem omnibus contrariæ subinde indicationes vno tempore fiunt. Neque enim est,quod de indicationibus,quæ a calido & frigido sumuntur, etiamnum dicam, vtpote, quæ ad portionem dictorum intelligi possunt: In alijs veró,etiam temporibus†[quibus perficiendæ sunt,] indi-

†Alias ἀκμῆς. id est statum.

B cationes separantur. oportetque in principio præsertim curationis alteram cessare, alteram officio fungi: Sicut,exempli causa,cum ulcus cauum simul fit,& admodum sordidum: quippe affectus præter naturam in hoc triplex est,vlcus,cauitas,& sordes. Ordo vero sanationis a sorde expurganda ordietur, quod videlicet nec glutinari quicquam,nec carne impleri potest prius, quàm purum fuerit. Secundum locū exiget cauitatis sanatio. Si nanque vel glutinabimus,uel cicatricem inducemus, uel (ut summatim dicam)curabimus ulcus,cauitatem implere non poterimus. Pone ergo non solum tria hæc particulā obsidere,sed etiam phlegmonen,uel erysipelas, uel gangrænam, uel intemperiem aliquam simplicem compositamve:num nam hic manifestum est,quòd nisi quis illam prius sanauerit,implere carne cauum ulcus nō poterit? Quippe dictum supra est carnis generationem ex sana,quæ subiecta sit, ortum habere. Ex ea uero,quam phlegmone premit,& intemperata,& uno uerbo ægrota,caro gigni noua non potest. Ergo in omnibus eiusmodi complexionibus triplex tibi propositus finis erit, unus ueluti a causis sumptus eius,quod post futurum est:alter vt quod rationem obtinet eius,sine quo non: tertius eius, quod ueluti accelerantium,& urgentium nominatur. Siquidem iusta subiectæ carnis temperies, causæ rationem habet,ut quæ concrescere secum,quod ulceratum est faciat,& cauitatem impleat. Puritas ulceris rationem eius,sine quo non,atque hanc sordes interpellans,curationem moratur.†[Habet uero & ip-

A.l.1.f.q.c.31 p.157.C.

C sa cauitas ad vlcus rationem eius, sine quo non: quando,nisi cauitas prius impleta sit, induci cicatrice vlcus non possit.]Ergo,si ad hæc respexeris,ordinem sanationis inuenies,veluti,si phlegmone,& cauitas,& vlcus,& sordes simul in eadem particula cōstiterint,primum phlegmonen,secundo loco sordem tertiò cauitatem esse sanandam,& quarto ulcus. Ac in iam dictis quidem,tum ordo,tum agendorum inuentio ex his sumitur. Vrgentis uero*indicatio inter ista non habetur:in alijs autem habetur. Nam affectus,unde primum maximeque imminet homini periculum,hic primus curari debebit: interim vero non primus modo,uerumetiam solus,ueluti si puncto musculi capite conuulsio, quæ nulla conuenientium medicamentorum ui remittatur,superueniat: quippe præciso per transuersum toto musculo conuulsionem quidem sanaueris,aliquem tamen ex particulæ motibus uitiaueris. Ad eundem modum, cū e uena,uel arteria sanguis immodice profluit,si totum uas per transuersum præcideris,ulcus quidē eius sanare postea non poteris,periculum tamen,quod ex profluuio sanguinis impendebat, sustuleris. Iam neruum punctum sæpe cogimur trāsuersum præcidere,quoties uel conuulsiones,uel deliria,uel ambo, magna ægreque sanabilia superuenire uulnerationi cernimus. Pari modo,ubi luxatio cum ulcere in aliquo maiorum articulorum incidit,ulcus sanamus,luxationem autem insanatam relinquimus: quando si hanc quoque sanare conemur, conuulsiones omnino sequentur. Tertius itaque propositus meden-

†Al. ex codi. impressis græcis uerti pōt: Habet autem & ulcus ad cauitatem rationem eius,sine quo non,quādo,si ulcus inductum cicatrice fuerit, non amplius cauitas impleri carne poterit.

D di finis is est, qui ad id, quod urget, dirigitur, diuersus nimirum a duobus illis modo dictis. Neque enim idem est, aliquid uel ut causam considerare, uel ut id, quod rationem obtinet, eius sine quo non uel ut id,quod urget. Sed & quod urget,tum eiusmodi interdum esse,ut alium insanabilem affectum relinquat,dictum iam est:tum uero affectum ipsum nō nunquam a nobis ipsis induci partim in neruo puncto,uel tendone,uel uasorum cuiusquam sanguinis profusione,partim in musculo, cuius caput est uulneratum. Nam ubi luxatio cum ulcere unà consistit,non ipsi affectum facimus, sed tantum eum,qui factus est,non sanamus. Dicetur uero de ijs accuratius in sequentibus.

De proprijs ulcerum differentijs,ac quæ ex ipsis indicationes præbeant. Cap. 10.

IN præsentia nanque redire ad proprias ulcerum differentias placet,ac propositum sermonem breuiter complecti,quo siqua ex his etiam indicatio remediorum sit reliqua,eam non prætermittamus. Ergo phlegmone laborans,& putrescens ulcus,& quod exeditur, & quod gangræna, & quod erysipelate affligitur,& cancerosum, & dolens, & indolens,quæque alia id genus ueluti ulcerum differentias loquuntur,siquis Empiricam curationem prodens,nec aliud cogitans pertractet, non est cum eo contendendum, si ulcerum ea differentias nominat:millies enim dictum est non oportere de nominibus contendere: Sin tanquam artificiosum aliquid de indicationibus dicturus,docendus est omnes iam dictos affectus compositos esse: alias uero esse differentias simplicis soliusque ulceris, & cuiuslibet alius adun-

adiunctus sit affectus. Nam si ab acuto aliquo facta tantum diuisione, forma eius, quod uulnerauit, par- E
ti diuisæ impressa est, existent profecto sic multæ ulcerum differentiæ, obliquorum, rectorum, pampini
modo retortorum, hami ritu uncorum, aliter quocunque modo se habentium. Atq; hæ quidem diffe-
rentiæ omnes a figura sunt. A magnitudine rursus pro maioris minorisq; ratione mille aliæ. Nam & ma
gnum & paruum, & maius & minus ulcus ulcere tum dicitur, tum uero est. Quinetiam breue & longũ,
in summo residens, & in profundum penetrans. Atque in singulis horum, tum quod magis tale, minus-
que est, siue in spatij, siue magnitudinis, siue quantitatis, siue, quocunque modo appellasse libet, differẽ-
tia. Quod si hæc ita se habent, omnino profecto & æquale ulcus, & inæquale, penes diuisionis profun-
ditatem, erit. Quippe diffisso, si ita sors tulit, per longitudinem femore, potest superior diuisionis pars al
te descẽdere, inferior in summo corpore hærere: aut cõtra, in sũmo esse, quæ superior est, profunda, quę
inferior. Iã illa quoq;, nẽpe* diruptũ aliqua ex parte aut ex toto fuisse, & incisũ fuisse, & ubi, ꝙ uulnera- † διαιρεθὲν .i. diuulsum.
uit, obliq; sub cutẽ se dedit, alterã ulceris partẽ in cõspectu esse, alterã sub cute latere, idq; uel ex super
nis partibus eẽ, uel ĩfernis, uel lateralibus, omnia hæc ulceris differẽtiæ sunt. Ab ipso tẽpore rursus aliæ
ulcerum differentiæ sumuntur, * cruentum, recens: exigui temporis, & diuturnum. Atque in omni- *Pro ἕναιμον, legẽdum, παλαιὸν. i. uetustum, ut paucis post lineis indicatur.
bus his ipsa maioris, minorisque ratio numerosa est. Atque ab ipsa ulceris natura hæ differentiæ sumũ-
tur, maxime quidem propriæ, quæ a substantia rei capiuntur. Nempe, quæ a figura ducuntur, & a diuisio F
nis magnitudine, idque uel in longitudine, uel in altitudine, uel in ambabus dimensionibus: præterea
æqualitate in his, & inæqualitate: extrinsecus uero accedentes, & quæ scilicet rationem obtinent eius,
sine quo non, tum a tempore, in quo factum ulcus est, (ita enim aliud recens, aliud uetus uocatur) tum
ex eo, quòd totum pars ue conspectum fugit, uel conspiciendum se præbet. Iam uero & a generationis
ratione, eo, quod totum sit incisum, uel totum* diruptum: uel pars incisa, pars* dirupta. Quòd si, quæ a
loco quoq;, in quo est ulcus, differentias censeas, ueluti si finis musculi, uel principium musculi, uel me
dium, musculi, uel cutis, sit quod ulceratum est, uel iecur, uẽterve sit, in quo ulcus consistit, fuerint pro-
fecto & ipsæ ulcerum differentiæ, non utique a propria ipsorum natura, sed a locis, in quibus consistunt
desumptæ. At, cum phlegmone quis obsessum ulcus dicit, aut supercrescente carne pressum, aut cauum
deinde similes ulceris differentias dixisse se ijs, quas modo retuli, putat, hunc necesse est in medẽdi me
thodo falli. Quippe græce φλεγμαῖνον ἕλκος ex formula dictionis similem habet interpretationis figuram
cum paruo ulcere: ceterum, quod significatur, simile non est. Siquidem profundum, aut summotenus
factum, cum de ulcere dicimus, propriam eius differentiam ostendimus. φλεγμαῖνον uero omnino ulceris
differentia non est: cum possit phlegmone pars affici, etiam ubi ulcus non sit. Quo fieri arbitror, ut hic
immutare dictionem liceat. Si enim accidisse alicui ulcus cum phlegmone dixeris, propius ad rei natu- G
ram, & clarius interpretatus sis: non autem si alij cum magnitudine, alij cum paruitate factum dicas.
quippe cum & magis ex natura rei & clarius loquare, si huic magnum accidisse ulcus, illi paruum dixe-
ris. Adeo, si fieri possit, ut mutata dictio & rei naturæ conuenientior, & audituris clarior sit, commit-
tendum non est, quo minus id fiat. Quippe caput ad effugiendam in rebus deceptionem est, ut defi-
nita locutione utare. Quam nam igitur in talibus methodum statuamus? Etenim tradenda quæpiam
præceptio est, ac ueluti scopus, quo semper intentis discernere statim liceat, differentiam ne alicuius af
fectus dixerit quis, an alterius affectus complexum. Esto igitur tibi discrimen hoc: Quod consistere
seorsum, & per se potest, id nullius unquam alterius fuerit differentia. Ergo magnitudo, paruitas, ęqua
bilitas, inæquabilitas, tempus, & figura, ex eorum numero sunt, quæ alijs accidunt. Vlcus uero, & phleg
mone, gangræna, & putredo, singula seorsum, & per se consistere possunt. Sunt nanque corporis no-
stri affectus quidam præter naturam, minime ea, quæ affectibus necessario accidunt. Quippe omnibus
his necessario accidit, ut uel parua sint, uel magna, uel æquabilia, uel inæquabilia, uel recentia, uel inue-
terata, uel euidenter appareant, uel cõdantur, nec uideantur. Phlegmone uero affici, ex ijs, quæ ulceri
accidunt, non est, ueluti nec putrescere, nec gangræna tentari. Sunt enim hæc omnia ex morborum ge-
nere: siquidem affectus præter naturam sunt, & actionem uitiant. Alio rursus modo ulcus crucians, & H
ulcus sordidum, ceu quædam ulceris differentiæ, dicuntur. Ceterum compositum quippiam hic quo-
que indicatur, sed diuersa ratione, quàm ut phlegmone tentatum, aut putrescens ulcus dicebatur. Quip
pe hic affectus sunt phlegmone, & putredo: illic dolor, & sordes ex symptomatum sunt genere. Pari mo
do, & cum dicitur cacochymon ulcus, id est uitioso succo obsessum, aut fluxione uexatum, aut arrosum,
causa cum affectu copulatur. Manifestumque ex talibus est methodi eius, quæ de medendo instituitur,
primos ac simplices, sineque ulla compositione morbos, ueluti elementa quædam esse. Quo magis in
commentarijs, qui de morborum differentijs sunt scripti, omnes eos enumerauimus. Sane nihil refe-
rat, primos, an simplices dixeris. quando quod primum est, simplex est: & quod simplex, primum, A. l. 1. f. 4. c. 18. p. 155. B.
† [ideoque etiam elementare. Indicatio uero curationis] ex differentijs fit, sed non omnibus. Nam re † Multi codi. græci legunt, ut Linacer uertit. nõnulli tamen sunt, qui habent [Greek illegible] .i. Quare
cens uetusve ulcus nihil indicat: quanquam indicare uidetur non nullis. sed hi seipsos fallunt non ali-
ter, quàm in ijs, quæ ad uictus rationem spectant, cum aliam initij, aliam incrementi, aliam summi ui-
goris, aliã remissionis indicationẽ esse dicũt. De quibus latius in sequẽtibus dicturus, nõ est, quod nũc
sim uerbosior. Verum, quod tantum ad rem præsentem sit satis, id adijciam. Recẽs ulcus, cũ omnino ab
altero quolibet affectu est liberũ, nec symptoma ullum haber adiũctum, aliã putãt indicare curationẽ,
quàm uetus. Id uero non ita se habet. Siquidem, quod ulcus tantũ est, [nec quicquam aliud,] (est por

rò

Melior tamē uidetur Linacri lectio. & elementaris indicatio curationis. A.l.4.f.4.t.1.c.3.p.861.c

A rò eiusmodi, cui nec cauitas adest, nec dolor, nec sordes, quodq; & omni alio affectu est liberum) ipsam tantum ulceris sanationem desiderat: cuius utiq; propositus finis, uel unitio, uel agglutinatio, uel coitio, uel continuatio est. Quippe millies diximus licere, appelles, ut lubet, modo rei nihil mutes. Eiusmodi igitur ulcus, siue recens, siue antiquum sit, eandem semper curationem requirit, nihil plane proprium indicante discrimine eo, quod a tempore sumitur. At, si cauitatem alte reconditam sub cute habet, considerate oportet, utrum ea in superiore parte sit ita, ut sanies ex ea prona effluat: an in inferiore sic, ut illic sistatur. Eius igitur, cui effluxus patet, eadem, quæ aliorum, curatio est. Cui non est, huic ipsi moliamur effluxum quendam, oportet. Eius duplex ratio est, alias tota cauitate desecta, alias in fundo tantum aperta. Quando uero harum alterutra sit ineunda, docebit tum locorum ipsa natura, tum uero ulceris magnitudo. Si nanq; & loca ipsa periculosam sectionem faciant, & ulcus magnum fuerit, in fundo aperire magis expedit: Sin contra se habeant, perscindere præstat. Deligatio uero eius incipiat quidem superne, sed finiatur infra, vbi scilicet patet effluxus. Quòd autem differentia ea ulcerũ, quæ a vulneratis omnibus particulis sumitur, ad indicandam curationem sit maxime opportuna, id in superioribus est dictum. Verum ea quidem ut similarium, hæc autem, cuius nunc memini, ut instrumẽtalium est indicatio. Sane dicetur de ea, quæ uel ut similarium corporum, uel ut instrumentalium indi-

A.l.4.f.4.t.1.c.3.p.861.c.

B catio est, in sequentibus uberius. Nunc ad proprias ulcerum differentias est redeũdum, ac de ipso, seu transuersum sit, seu rectum, seu profundum, seu in summo corpore, seu paruum, seu magnum, definiendum. Transuersa nanq; ulcera, eo, quòd labra eorum magis dissident absuntq; a sese, coniungi diligentius postulant: ideoq; tum suturis, tum fibulis in his est utendum. Quæ uero per longitudinem musculorum sunt facta, hæc si a duplici initio deliges, nec suturis, nec fibulis egebis. Sin aliter deligare placebit, vel fibulis, vel suturis utere: Sufficient autem paucissimæ omnino suturæ. Et magna quidem ulcera, si recte ea, quæ prius dicta sunt, meministi, ijs, quæ ualentius siccent, medicamentis curabis: Parua uero, uel quæ moderate siccent, abunde sanauerint. Profunda uero ulcera, omnino etiam magna sunt, uoluntq; tum a duobus initijs deligari, tum uero nec labra sua præpropere glutinari. At, quæ profunda multum longaq; sunt, ut duplici ratione sunt magna, sic duplicem quoque indicationem præstant. Itaque, & quæ ualenter siccent, postulant, & ne immature labra coniungas, & ut a duobus initijs deliges, & ut altis suturis consuas. Ad eundem modum, & si multæ simul differentiæ coierint, quarum sua cuique sit indicatio, si quidem inter se minime pugnent, omnibus uti maxime expedit. sin aliquatenus secum pugnent, quemadmodum distinguere de talibus oportebit, dictum quidem alicubi in præcedentibus est: locupletius tamen dicetur in sequentibus. Nunc enim finiendus hoc loco tertius hic liber ui-

C detur. In quarto, qui sequetur, de ijs affectibus, qui ulcera comitari plurimum solent, disceptatio erit. Tradentur autem cum his etiam internarum causarum curationes.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST

DE MORBIS CVRANDIS,

LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Methodum tradit, qua maligna vlcera, quæ græci cacoethe dicunt, curentur.

Quot sint species solutæ unitatis, ac quæ differentiæ ulcerum ægre sanabilium. Cap. I.

A.l.1.f.a.d.1.c.3.p.65.c.

D VNVM esse morborum genus, ipsam quoque continuitatem solutam diximus. Hæc in omnibus animalis partibus incidit: non tamen unum nomen in omnibus sortitur. Quippe, quæ in carnosa parte, Vlcus: in osse, Fractura (Grecis Catagma) dicitur: in neruo, Conuulsio, Græci Spasma uocant. Eiusdem generis sunt, & quæ Græci Apospasma, & Rhegma, & Thlasma dicunt: illud in ligamẽtis: hæc in uasis musculisq; ex uiolento ictu, uel graui casu, uel alio quopiam ualente motu excitata. Quæ uero Ecchymosis græce dicitur, plurimum unà cum contusione ruptioneq; incidit. Fit autem aliquando & ex oris uasorum apertione, quam Anastomosin uocant, & ex ea, quæ a non nullis Diapedesis dicitur, aliud utiq; tunc solutæ continuitatis genus. Iam uero & ex erosione, quam Anabrosin græce uocant, soluitur interim in animalis partibus continuitas. Verum is iam mistus affectus est, ut qui aliud quoddam morbi genus adsciscat, quod in quantitate partium consistit: veluti supra, cum de cauis ulceribus egimus, est monstratum. Est enim horum ipsorum duplex ortus, alias ab excisione, sæpe ab erosione proueniens. Verũ, excisio quo pacto eueniat, non latet. Erosio, si intrinsecus ab ipso animali prouenit, uitiosi succi soboles est: Sin extrinsecus, aut a ualentibus medicamentis fit, aut ab igni. Et sane (ut dictum supra est) diligenter attendere oportet, & simplices affectus a compositis discernere. cum simplici morbo simplex

adhibenda curatio sit, composito non simplex. At, quænam in compositis curandis tenenda methodus E
sit, supra est dictum. Ceterum non tantum generalitatem eius didicisse, sed etiam in singulis eius par-
tibus exercitatum esse oportet: cum in his quoq;, alijs non paucis methodis (ut ita dixerim) particula-
ribus sit opus propterea, quòd cuique morborum speciei sua sit methodi species. Ergo, quod reliquum
est vlcerum curationis, in hoc libro exequamur, hinc sumpto initio. Omne ulcus aut solum est, ipsum-
que per se, nullo nec cum eo simul inuadente, nec ipsum præcedente, aut sequente alio affectu: aut cum
alio quopiam uno multisve consistit: quorum alij non modo statim ab initio ulcus excitarunt, sed etiã
nunc maius efficiunt: alij eius, sine quo non, ut ad curandi opus, rationẽ obtinent. Verum de his prius
dictum est. At, quæ maius ulcus reddunt, de ijs hoc uolumine agetur. Ac duplex in his curationis *con
silium est, ut uel eiusmodi affectus e corpore prorsus eximas, uel incommodum, quod inferunt, uincas.
Verum hoc, vbi exiguus plane affectus est, fieri licet: vbi magnus est, duci ad cicatricem ulcus prius A.l.4.f.4.t.1. c.3.p.861.c.
non poterit, quàm illi affectui remedium attuleris. Ergo, quinam & quot numero eiusmodi affectus
sint, diligenter nobis considerandum est, inde nimirum sumpto initio, unde supra est cœptum. Omne
ulcus, siue solum sit, siue unà cum cauitate, & subiectam sibi carnem naturaliter habere postulat, & ne-
quid inter oras conglutinandas intersit. quod tamen sæpe fit, ita, ut pilus, arena, sordes, oleum, aliudve
id genus glutinationem prohibeat. Ceterum hæc ceu symptomata quædam ulcerum sunt, & quæ mo- F
rari sanationem, si sint, possunt: efficere, si non sint, non possunt. Subiectæ uero carnis affectus causæ ra
tionem obtinet ad id, quod efficitur. Quippe ex hac, & per hanc, tum, quæ dissident, glutinantur: tum,
quæ caua sunt, carne implentur. ea ergo plane pro natura sua se habeat, oportet, quo hæc utraq; com-
mode perficiantur. Atq; ea recte quidem sic habuerit, si, id quod reliquis etiam omnibus est commune,
proprium temperamentum tueatur. Itaq; temperatam esse subiectam carnem ad ulcera tum glutinan-
da, tum carne implenda, prorsus oportet. Nunquid igitur hoc tantum satis est? An etiam sanguinem,
qui affluit, & bonum esse & mediocrem quantitate oportet? Mihi id quoq; multo maxime uerum esse
uidetur. Nam, & qui corruptus sanguis est, tantum abest, ut ad glutinandũ & carne implendum sit uti-
lis, ut etiam ipse non nunquam corpus erodat, atq; exulceret: & multus humor, cum in ulceribus ex-
crementa creet; sanationem (ceu prius diximus) moratur. Atque hi tres ægre sanabilium ulcerum mo
di uidentur: qui ex intemperie subiectæ prouenit carnis: qui ex uitio affluẽtis fit sanguinis: & tertius,
qui ex mensura confluentis nascitur. An non ita facienda diuisio est, sed sic potius? Nempe ægre sa-
nabilium rebelliumq; ulcerum alia propter ulceratæ carnis intemperiem, alia ob affluẽtem humorem
talia fieri. tum intemperiem rursus ipsam bifariam diduci, cum alias in qualitate sola naturæ modum
egressa subdita caro sit: alias etiam cum accessorio quopiam tumore. Iam ipsum confluxum bipartito G
etiam scindi, nempe in confluentis succi, tum qualitatem, tum quantitatem. Interim uero misceri di-
ctorum affectuum aut aliquos, aut etiam pariter omnes. Porrò tradenda est medendi methodus non
omnium simul, sed cuiusque seorsum.

De methodo curandorum ulcerum, quæ uel carnis intemperie, uel succi affluentia maligna sunt. Cap. 2.

AC carnis quidem intemperies si squallens siccaq; uidetur, aqua temperata fouens humectans-
que corriges. Quoties autem eo remedio uteris, esto tibi perfusionis humectationisq; meta,
ut, cum primum rubescit attolliturq; particulæ moles, tum desinas. Quippe si ultra perfundas, quod at-
traxisti, id euocabis. itaq; nihil profeceris. Quinetiam medicamentorum humectandi facultas plenior
esto, quàm ut in sana carne præceptum est. Si uero humidior, quàm pro naturali habitu, caro fuerit, cõ
traria ratio ineunda est, ac medicamentorum facultas ad siccius transferenda, aqua uero nullatenus ad
mouenda: immo, si lauandum ulcus uidetur, vinum, aut posca, aut decoctum austeræ cuiusquam herbę
præparandum. Eodem modo & calidiorem, quàm par est, carnis habitum refrigerabis, & frigidiorem
calefacies. Agnosces uero horum utrunq; partim colore, partim tactu, partim laborantis sensu. Quip
pe alias ustionem sentire se fatentur, alias manifestum frigus in particula, gaudentq; uel frigidis medi- H
camentis, uel calidis. Et alijs quidem rubor leuis insidet, alijs color magis albicat. Verum hæc distin-
guere propositi operis officium non est: quippe in quo non dignoscendi, sed medendi methodum insti-
tuimus: sed consequentia quadam sermonis inuitante digressi in hanc sumus. Rursus igitur ad ea, quæ
proposuimus, reuertamur. Partium, quæ cum aliquo præter naturam tumore exulceratæ sunt, earum
prius sanandus tumor est. Quæ uero omnis præter naturam tumoris curandi ratio sit, in sequẽtibus di
cetur. Nunc, quantum eius rei coniunctum cum ulcerum curatione est, tractabitur. Cum labra tantum
ulceris decolorata durave plusculum fuerint, excidenda ea sunt ad sanam usq; carnem. Cum uero am-
plius progressus eiusmodi affectus est, deliberatio incidit, excidendum ne omne id sit, quod pręter natu
ram uisitur, an spatio potius curandum. Proculq; dubio est ægri animum hoc casu consulendum esse.
Aliqui enim longiore tempore curari citra sectionem malunt: aliqui quiduis subire, dummodo citius
sanentur, sunt parati. Aeque uero & mali succi, qui ad exulceratam partem confluit, ut ulcerans quidẽ
est, sanatio eius hic dicetur: vt malignus succus est, aut copia redundans, in proprijs ipsorum locis tra-
ctabitur. Cũ ergo, qui exulceratis partibus influit succus, nec multo plus iusto, nec multo deterior sit,
auerti hunc regeriq; conueniet, adstrictis scilicet refrigeratisq; ijs particulis, quæ ante exulceratã sunt.
Inchoanda quoq; deligatio est a laborante ipsa particula, deducendaq; uersus sanam: veluti in fracturis
ossium

A ossium præcepit Hippocrates. sed & quæ ulceribus ipsis admouentur pharmaca, siccent ualentius, opor-
tet, quàm ea, quæ simplici admouentur ulceri. Quòd si sisti cópescíq; medicamentis influxus nequeat,
causa eius inuestiganda est, atq; hæc prius adimenda. Ac, si quidem ob partis, quæ fluxum recipit, im-
becillitatem aliquam id fiat, huic nimirum medendum est. Fuerit autem hæc ulceratæ quoque partis
propria quædam curatio. Sin propter sanguinis copiam, uitiosumve succum, uel corporis totius, uel
alicuius suprapositarum partium, illa scilicet prius sunt corrigenda. Ac imbecillitas quidem partis, pro-
pter quam plus iusto succorum illi influit, omnino ab intemperie prouenit, non tamen ab omni. Eoq;
fit, ut exulcerata caro non nunquam intemperata tantum sit, non autem imbecilla: non nunquã utrun-
que, & intemperata, & imbecilla. Quippe imbecillitatis affectæ partis ualentior intemperies causa est.
Hanc autem, sicut prius dictum est, curabis utiq; calidam refrigerando, siccam humectando, frigidam
calfaciendo, humidam siccando. Quòd si per coniugationem frigidior pariter humidiorq; locus sit,
calfaciendo pariter ac siccando: & in alijs ad eundem modum, uincentem uidelicet qualitatem con-
traria semper oppugnans. Huius rei ratio hæc est: Quicquid rectum est non in animalibus modo plan-
tisve, uerumetiam alijs quibusq;, id symmetron est, mediumq;, & omnis uitiosi excessus expers. Cui
enim nec demere quicquam, nec adijcere non partem aliquam, non qualitatem possis, prorsus id recte
B se habet. Contra, quod demi sibi aliquid, adijcive postulat, id iam ab optimo statu recessit. Ad quẽ uti-
que redire aliter non est, nisi, & quod superuacuum est, tollatur, & quod deficiens est, adiungatur. Ac
de ijs quidem, quibus partes quæpiam abundant, deficiuntve, alibi sermo erit. Vbi uero qualitas ali-
qua plus iusto inualuit, ibi & continuo uinci contrariam illi necesse, & continuo uitium corrigi ex ea,
quæ uicta ante est, restituenda. Quippe refrigerans, quod immodice incaluit, unà, & quod deficit, re-
stitues, &, quod superat, diminues. Quare, quæ per intemperiem aliquam a naturali habitu recesserũt,
eorum sanationem per ea, quæ contraria uiribus sunt, fieri omnino est necesse. Atq; ad hunc modum ca-
ro, aliave carnosa quæpiam pars, quæ fluxione humoris ob imbecillitatem affligitur, sanari debebit.
Vbi intemperiei affectum iam sanaueris, deinde etiam exulcerationis affectum sanabis, non aliter pla-
ne nunc curata intemperie, quàm si citra ulcus incidisset, Quo manifestum fit non esse ulceris, sed in-
temperiei propriam omnem eiusmodi curationem. Ad eundem modum, si aut alterius cuiuslibet par-
ticulæ occasione, aut etiam totius corporis, cum in eo sanguis malive succi redundãt, uitiosum aliquid
exulceratis partibus influxerit, medendum prius est uel ei, quod fluxionis est causa, uel etiam toti cor-
pori. Ita igitur & uarices, qui sæpe supra exulceratum locum sunt, prius sanabimus, ut deinde mox ul-
cus sanemus. Etiam qui ex liene, aut alia quauis notabili parte laborant, ipsa prius parte percurata,
C mox ad ulceris curationem accedemus. Ceterum nulla harum curationum ipsius est ulceris, sed alte-
rius cuiusquam affectus, qui ulcus uel gignit, vel certe auget.

*Externam causam ad morbi quidem cognitionem necessariam, sed tamen nullam ex ipsa indi-
cationem curationis præberi.* *Cap. 3.*

NAm illud quoq; iam definiri tempestiuum uidetur, nullam *externarum, [uel (ut nunc loquuntur)
primitiuarum] causarum curationis indicatricem esse, sed huius indicationem ab ipso affectu ini-
tium habere: quæ uero particulatim sunt agenda, hæc tum ab eo, quod prima *indicatio dictat, tum ue-
rò ab ægræ partis natura, tum ambientis temperie, quæq; alia sunt his cognata, inueniri. Nam (ut breui-
ter dicam) a nullo eorum, quæ adhuc nó permanent, indicatio sumi eius, quod ex usu sit, potest. Sed pro-
pterea, quod ad eum affectum noscendum, qui omnino tum rationem, tum sensum lateat, sæpe cogimur de
externa causa inquirere, opinatur vulgus hanc quoq; sanationis rationem indicare. Quod plane secus
est. Apparet id liquido in ijs, quibus nosci affectus exacte potest. Siue enim ecchymosis, siue ulcus, siue
erysipelas, siue putredo, seu phlegmone in parte aliqua consistat, superuacuum est causam, quæ horum
quodlibet effecit, inquirere, nisi iam etiam faciat. Sic enim simul, quod iam factum est, curabimus: si-
mul, quod adhuc facit, facere inhibebimus. Si uero fecit illa quidem, ceterum iam abijt, utiq;, quod fa-
D ctum est, curabimus: Quod adhuc non est, nec si uelimus, submouere id possumus. Quippe rei præsen-
tis est curatio: eius autem, quod futurum est, prouidentia. Quod uero nec nunc lædit, nec læsurum time-
tur, id ab utroq; artis munere, tum eo, quod curat, tum eo, quod prouidet, excessit. Quare nec indicatio
ab hoc ad curationem ulla, nec prouidentiæ ratio sumitur: sed, uti dictum est, ad eos tãtum affectus, qui
nostram notitiam fugiunt, externæ causæ cognitio est utilis. Empiricis tamen ceu pars totius syndro-
mes. i. concursus, in quo curationem obseruarunt, externa causa interim sumitur: veluti in ijs, qui a rabi-
do cane, & omnibus, qui a uenenosis bestijs sunt læsi. Quinetiam ex Dogmaticorũ quoq; numero ijs,
qui sine rationali indicatione, sola experientia curare se talia confirmant. Quippe his quoque externa
causa seu pars totius syndromes, id est concursus, quæritur. Iis uero, qui ex priore usu uenenosarũ ani-
mantium uim norunt, atq; ab hac indicationem curationis sumunt, non sane ad curationis indicationẽ
conducit externa causa cognita, sed ad præsentis affectus cognitionem. Nam pone, sciam scorpionis
uenenum frigida ui esse, summãq;, ueluti a frigido, remedij indicationem, nullo tamen signo intelligam
talem esse in hoc corpore affectum, manifestum est, si scorpium percussisse didicero, quod calfacere tũ cor-
pus totum, tum punctam ab eo particulam conabor, nulla amplius expectata experiẽtia, sed ab ipsa rei
natura indicatione sumpta. Monstratum enim in ijs libris est, qui de medicamentis sunt inscripti, in qui-
bus exercitatum esse censui, quisquis ex his commentarijs fructum percipiet, nullam eiusmodi facul-
tatem

* procatarcticarum.

tatem sine experientia inueniri. Esset enim profecto felicitatis cuiusdam munus, siquis inspecto lithar- E
gyro, aut castoreo, aut cantharide, protinus eorum vires intelligeret. Verum, sicut in omnibus peccata
tum ab ijs, qui modum excedunt, tum qui citra consistunt, committuntur, ita nimirum hic quoque, ac
Dis dia pason (ut in prouerbio Græco est) non semel, arbitror, inter se discordant, & qui neque in ho-
diernum usq; diem affirmant sciri medicamentorum uires, idq; post tantam experiẽtiam: & qui ex una
experientia sciri eas censent. Nam & hoc præcipitanter inconsulteq; dictum est, si utiq; inconsultũ est,
quod fieri omnino non potest: & illud hominum est, aut omnino attonitorum, aut plane litigiosorum.
Verum de his plura expectare nunc non oportet, vtpote de quibus dictum latius est tum in tertio de
temperamentis, tum in ijs libris, quos de medicamentis inscripsimus. Ceterum, (ut dixi) ad noscendos
affectus aliquæ externarum causarum conferunt. Vbi uero præsentis affectus nihil latet, nulla iam ex-
ternæ causæ est utilitas. Ac diximus quidem in superioribus, non esse in idem coniungendas utrasque
doctrinas, sed seorsum empiricen, & seorsum tradendam rationalem. Memoria autem tenendum nũc
quoq; est, quòd, quoniam propositum nobis in his commentarijs est solam rationalem tractare, quan-
quam ad quæpiam horum, quæ dicimus, non apponitur, quòd absolute uera non sint, sed solis ijs, qui
methodo curant, aliquis tamen eorum id per se ratiocinari ultroq; apponere debet. Nunc enim ipsi
apposuimus nullam externarum causarum ad curationis indicationem conducere, sed ad affectus ali- F
quando agnitionem, fatentes uidelicet externam causam ijs, qui empirice quiduis curant, unam esse
partem totius concursus: idq; siue ij ratione reliqua curant, siue omnia empirice. In ijs autem, quæ de-
inceps scribentur, non erit necesse hoc adscribere. Rursus igitur ad propositum redeamus, indubitatum
illud principium præsumentes, quo etiam in præcedentibus sumus usi, ubi diximus primum scopum,
quo medicus tendat, affectum ipsum, qui curari desideret, indicare: ex hoc uero & reliqua omnia su-
mi. Quòd uero cum hoc scopo nulla externæ causæ societas sit, ex ipsis maxime ulceribus, a quibus ser-
mo est ortus, intelligas. Finge enim † [ex eo, quod in partem aliquam procubuerit,] natum ulcus esse.
Quod si fit, ex uitiosis prouenire succis manifestum est. Ita enim in morbis facere natura solet: cum cor
pus expurgat, omne excrementum ad cutim trudit. Atq; hanc quidem ulcerari, totũ uero corpus pur-
gari accidit. Quænam igitur est eiusmodi ulcerum sanatio? Nempe, quæ reliquorum omnium, quibus
nullus affectus malignus, quem cacoethe græce uocant, est adiunctus. Verum, si hoc sic se habet, mani
festum est nullam esse ad curationem a causa, quæ ulcus excitauit, indicationem. Atqui, si uitiosus suc-
cus remaneret, omnino aliqua ab hoc quoq; indicatio sumetetur. Verum alioqui etiam absurdũ esset,
si curationem postularet, quod amplius non sit, aut si curationem indicaret, quod nullius indigeat. Qua
re dicere indicationem curationis ab externa causa sumi, omni modo est absurdum. Quoniam ergo nõ G
ab hac, perspicuum est ab ea, quæ præsens est, indicationem fore. At qualis tandem ea est indicatio? Nẽ
pe ei, qui exacte loquetur, quæ ad prouidentiam pertinet: (prophylacticen Græci uocant) qui abuti
uocabulo uolet,* medicinalis. Quandoquidem ipsorum etiam ulcerum, siue tantum ulcera simpliciter
sint, siue etiam cum cauitate, siquis diligenter æstimet, ex fugiendis prospiciendisq; ijs, quæ naturæ offi
cient, sanatio perficitur. Et in summa, in quibus, quod efficitur, naturæ ipsius opus est, ueluti ulceris glu
tinatio, & ex carne impletio, in ijs ad eam, quæ prouidet, artis partem omnis pertinet cura: Ceterum
sanatio vulgo dicitur. Ideoq; etiam huius, quæ prouidet, partis artis in altero genere constitutum est,
quod morbosum affectum iam præsentem submouet: in altero, quod eum, qui nondum urget, prohi-
bet. Itaq; hic quoq; iuniores medici de nominibus contendere se non intelligunt. Par autem erat, si de
rebus studiosi essent, illud inuenisse, duas esse functionum medici primas differentias. Aut enim eos,
qui nunc urgent affectus, ijs, quæ moliuntur curant: aut eos, qui non sunt, fieri prohibent. Ergo præsen-
tes iam affectus tollere, siue amouendis ijs, quæ naturæ opus impediunt, id fiat, siue per medicamenta
quid ipsi moliamur, omnes profecto homines curare dicunt: cauere autem, ne accidant, prospicere. Et
sane ea, quæ succorum uitio sunt exulcerata, curant ij, qui ratione ac methodo artẽ administrant, simul
illos purgantes, simul ea, quæ naturæ motus impediunt, auferentes. Quorum utraq;, qui exacte loqui- H
tur, prophylactica uocat. Vetant nanq; (ut in proximo ostensum est libro) omnia talia, aut sordem ul-
ceri, aut humiditatem nimiam uitiosamve innasci.

† ἐξ ἀποσκήματος est in anti-
quis, ut etiam
uertit linacer.
ἐξ ἀποστήματος
autẽ est in im-
presis. i. ex
abscessu.

* θεραπευτική.

Falsa methodo ac improprijs nominibus usum fuisse Thessalum, cum de curandis ulceribus diuturnis loqueretur, ac de more loquendi Hippocratis & ueterum medicorum. *Cap. 4.*

NOn est igitur de nominibus anxie contendendum, sed methodus potius aliqua sanandorum ul-
cerum tradenda: qualem (arbitror) ipse tum in proximo libro, tum in hoc præcipio. Ego nanque
uel stupiditatem Thessali demiror, ita de ulcerum, quæ cacoethe dicuntur, curatione scribentis: Sunt »
autem perquam necessariæ, & communitates ulcerum diuturnorum, ac non sanescentium, aut post ci- »
catricem inductam redeuntium: ad hoc ut in ijs, quæ non coalescunt quidẽ, æstimetur, quid sit, quod »
prohibeat, idq; tollatur: in ijs uero, quæ post cicatricem inductam renouantur, ut cicatricem tenere co »
gas, roborans scilicet (sic enim τὸ * μετασυγκρῖνον uertimus) uel patientem particulam, uel etiam com
muniter totum corpus, atq; ne facile patiatur, id præparans per ea, quæ hæc faciant, præsidia. Atque
hæc quidem Thessalus cum in principio statim libri de Chirurgia proposuisset, postea de ijs ipsis latius
ad hunc modũ scripsit: Diuturna ulcera, & quæ non sanescunt, aut quæ ad cicatricẽ perducta denuo »
reuertuntur, hæc indicant. Quæ quidẽ ad cicatricem non perueniunt, ut, quæ coitionem fieri uetant, »
auferas,

* Galenus nõ
multo post,
hanc dictionẽ
declarat.

" A auferas, ac locum affectum noues. Postquam simile recenti uulneri feceris, rursus ut cruentum sanes.
" Quòd si non processerit, ut phlegmonen mitiges, & reliquam diligentiam adhibeas. Quæ uero ad cica
" tricem ueniunt, & rursus se aperiunt, in accessionibus quidem, & exulcerationibus, ut simili modo cu-
" res ijs, quæ recens phlegmone, urget, ex ijs, quæ mitigare solent, cataplasma inducens: idque donec de
" ferueat ira. ubi deferbuit, adiuues ad cicatricem inducendam. post hæc ut partes circumpositas late cō
" plexus malagmate, quod ex sinapi sit cōpositum, rubere facias, aut alio quopiam, quod mutare possit,
" ac ut minus malo pateant, efficere. Quòd si ita non cessent, etiam totius communiter corporis curā ha-
" beas, ipsum per uarias exercitationes, & gestationes, & uociferationes, adhibitis scilicet earum rerum
*μετασυγκρί-νων. peritis, *roborans, etiam uictus ratione gradatim tum aucta, tum diminuta. principio a uomitione per
" radiculas facto. Vteris etiam albo ueratro, alijsque omnibus, quibus utimur in ijs, qui diuturni ægre-
que submoti morbi uictus rationi subijciuntur. Atque hæc quidem est Thessali dictio. Operæprecium
vero est æstimare hominis uel stuporem, uel audaciam: utique, si recte se dicere sibi persuasit, stuporem:
sin conscius sibi nihil dicere, imponere omnibus legentibus sperat, audaciam. Ex diuturnis ulceribus,
quæ nam est, ò generosissime Thessale, curationis indicatio? Ego sane neque ex his, neq; ex recentibus,
nec omnino a tempore in ullo morbo curationem unquam inueni, sed ex ipso, quem sanandum mihi
B proposui, affectu. Prorsus enim, si tempus spectabitur tanquam ab eo indicatio sumatur, alteram om
nino secundus: alteram tertius dies indicationem dabit: ad eundem modum, & quartus alteram a quin
to, & ab his omnibus sextus, & a reliquis singuli, qui post istos. Sic affectus, quos curamus, non ultra no
bis ad considerationem proponētur, nec ab his indicatio sumetur. quo tñ ne cogitari quidē magis alie
nū a ratione pōt. Quomodo ergo necessariæ sunt diuturnorū ulcerū communitates, ubi nihil indicare
tempus ipsum per se potest? Non enim profecto ubi a malis succis ulcus eroditur, diuersam ex eo post
quatuor menses indicationem sumemus ab ea, quā statim ab initio sumpsimus. Ego sane nec sinerē qui
dem eiusmodi ulcus diuturnum esse, sed protinus in principio causam eius adimerē. Nam & nosse affe
ctū a principio plerunq; licet, & īdicationē ab affectu sumi est necesse. Tēpus uero quid amplius, quàm
dierum numerum docere nos possit, non hercle possum conijcere: nisi id uoluit Thessalus, ad eius-
modi ulcera noscenda tempus omnino esse manendum. Verū sic primū idiota prorsus sit, si uidelicet fa
tetur non prius agnoscere se affectum, quàm ulcus inueterauerit. Deinde illud quoq; aperte fateatur,
oportet, ex alio suggeri sanationis indicationem, ex alijs præberi affectus notitiam. Nam esto conferat
aliquid tempus ad agnitionem, certe indicatio curationis a tempore non sumitur. Quid enim ad rē per
tineat, siquod ulcus inueterauit, adimere, quæ coitionem impediant, & nouare locū, qui affligitur? Nā,
C si propter fluxionem malignam, quam cacoethe dicunt, uir inepte, ulceris labra hoc uel illo modo sunt
affecta, quid commodi erit, si ea exciderit ante, quàm fluxioni sistendæ consulueris? Videlicet ulcus la-
tius efficies, ueluti non nulli faciunt, eorum, qui similiter, ut tu, ulcera curant. Siquidem causa, quæ ea &
dura, & callosa prius reddidit, adhuc manente nihil aliud ex his excidendis accedet, quàm ulceris am-
plificatio. Quippe illa ipsa, quæ excideris, perinde & dura, & callosa rursus erunt, atque ea, quæ prius.
Quanquam ne id ipsum quidem adiecit prudens scilicet Thessalus, callosa, & dura, & decolorata exul
ceratæ partis excidenda esse, sed absoluto sermone abscindi, quæ coitionem morantur, iubet, ac noua-
ri. Ac, si quidem submonere causas, quæ glutinationem morantur, suaderet, & uetus ea ratio esset, nec
ipse eum accusarem. Præcipitur enim ab omnibus fere antiquis medicis, quicunque ratione quadam,
ac methodo de ulcerum curatione scripserunt, causas, quæ illa creant, abscindendas esse, æque profe-
cto, ut ceterorum omnium morborum. Non enim arbitror, in ulceribus manente adhuc causa, quæ ea
excitauit, hanc prius tolli expedit, in alijs morbis non expedit, sed omnino in omnibus, in quibus effe-
ctrix causa adhuc manet, ab hac inchoanda curatio est. Quod si quæ coitionem impediunt non dixit
de omnibus causis, quæ eam impedire possunt, sed de labris tantum, ueluti ex ijs, quæ subiecit, ostēdit
plus certe nescire, quam scire eorum, quæ ad ulceris curationem spectant, uidetur. Quippe fieri aliquā
D do potest, ut & hæc causa sola sit, quo minus sanescat ulcus. Potest etiam (ut dictū est) causa esse, & quæ
citra tumorem præter naturam sit in exulceratis partibus, intemperies, & quæ cum tumore quidē ali-
*Antiqui etiã legunt κιρσὸς ut Linacer, non σύφὸς ut in impressis. quo coniuncta sit, non tamen, qui omnino sibi labra excidi desideret. Potest & * uarix superiacens, uel
lienis auctior, uel in iecinore uitium aliquod, præterque hæc omnia imbecillitas partis ægræ, quæ ipsa
quoque intensa quædam est intemperies; quinetiam uitiosus in toto corpore succus (cacochymian uo
cant) maxima scilicet causarum, quæ incommodare ulceribus possunt. Vexat sane non minus ulcera, &
succorum æqualiter se habentium exuperantia, quam plethoran uocant. Horum quodq; si adimi Thes
salus iubet, laudo hominem, ceu ueteribus subscribentem: sin labra tantum, unum nouit ex multis, sed
quod nec opiliones lateat. Quippe, si opilio ulceris labra dura, & callosa, & liuida, & nigra, & alio quo
piam notabili coloris uitio uideat, prorsus ea circuncidere non dubitabit. Est enim circūcidere res prō-
ptissima: maius uero quippiam, atque artis egens, medicamentis sanare: Thessalus autem nec, quæ la-
bra molliri medicamentis possunt, unquam nouit. Quippe fatentur eum penitus hanc artis partem
declinasse ita utique ut ipse quoque indicat, nec omnino experientiam rationalemve scientiam de ullo
medicamento uisus est habere, quod ipsum quoque ex libro eius de medicamentis ostenditur. Verum
de ijs, quæ ibi non recte ab eo sunt prodita, in progressu operis dicemus. Nunc de diuturnorum ulcerū
sanatione, quam in prius posita dictione tradidit, paramus disserere. Sane melius fuerat non diuturna,
sed

ſed cacoethe ea uocaſſe,tum naturam eorum narraſſe, & cauſas generationis eorum expoſuiſſe, cura- E
tionemque cuiuſque,primum quidem communem omnium,quatenus vlcera ſunt : qualem in tertio li
bro deſcripſi:deinde priuatam cuiuſque pro efficientis cauſæ ſpecie:ueluti in hoc libro docui. Hic, cũ
nihil horum ſecerit,& nouãdum ulceratum locum cenſet,&,vbi inſtar recẽtis uulneris ſecerit,ut cruẽ-
ta ſanandum. Hoc ſane quis in operibus artis exercitatus non euidentiſſime intelligat ab eo eſſe ſcri-
ptum,qui nunquam ulcus curauit?Sanarene ulcus diuturnum,vt cruentum,quiſquam poteſt, vbi id ſi-
mile recenti vulneri fecerit?Vtrumne labris eius fibula adductis, an ſutura coniunctis, an potius horũ
nullo,ſed medicamento,quod cruentis ſit aptum,& cum hoc ſola deligatura fretus?Quis eſt,qui nõ no
rit ulcus omne cacoethes ſtatim etiam cauum eſſe, vtpote ex roſione natum ? Nunquid igitur inſulſe
Theſſale fieri poteſt,ut coaleſcat cauum ulcus prius,quàm cauitas carne ſit impleta ? an non eſt hoc,vt
cruentum, ſanare ? Ergo ipſe tu fruſtra cauorum ulcerum curandorum indicationem non eſſe glutina-
tionem, ſed impletionem ſcripſiſti. Quod ſi etiam non eſſet ex ſe cauum omne ulcus contumax,certe
dum(ut tu præcipis) exciſis videlicet labris,vt cruentum, efficitur,ex neceſſitate cauum fit, maximam
que conquirit labrorum diſtantiam:adeo,vt non uideam,quomodo id glutines,& coire, vt cruentum,
facias.Nam,ſi adducere uiolenter labra,quæ plurimum diſtant, tentabis, phlegmonem neceſſario ac-
cerſent,nec coaleſcent. Id,quod tantum intelligere mihi Theſſalus videtur.Subdit enim: Si nõ fuerint F
uicta,ut phlegmonen mitiges. Satius uero fuerat ſcribere: Cum non uincentur,vt phlegmonen miti-
ges.Nam neceſſe eſt non eſſe uincenda.Verum,vt hoc quoque Theſſalo donetur,atque id tranſeamus,
nec valde anxie examinemus, illud cuiuis apertum eſt, quod a communitate, quam ipſemet tradidit,
prorſus receſſit.Quippe ſi quod obſtat,auferemus,nihil amplius de communitate diuturnorum vlcerũ
qua diuturna ſunt,ſumemus.Sed detur hoc quoque.Videamus, quæ ſequuntur. Scribit enim ad hunc
modum:Quæ ad cicatricem ueniunt,& rurſus ſe aperiunt, hæc in acceſſione & ulceratione ſimiliter cu
rabis ijs,quæ recenter uexata phlegmone ſunt.Poſt hæc ſubdit:Malagmate,quod ex ſinapis ſemine ſit,
circumpoſitis partibus ruborem excitandum.Quid ais inſane,etiam ſi acre & calidum ſit, quod influit,
rubrefieri particulam ex ſinapis ſemine oportet?ut,quod in multo tempore contrahere ex fluxione de-
bebat,id ſtatim ex tuo medicamento obtineat,tota uidelicet vlcerata,atque eroſa? Nã ueteres eas par
tium imbecillitates,quæ uel ex frigore, vel plurimo humore citra manifeſtum calorem acciderant, ru-
befaciendo curabunt.Tu rubreficatione in omnibus deinceps vteris : primum nullo facto diſcrimine,
propterne partis imbecillitatem,an propter fluxionis malitiam non ſanetur ulcus. Deinde ordinem in
uertis.Nam,cum ſinapi particulam vſſeris,nec quicquam profeceris,tum ad corporis totius curationẽ
accedis.Cum contra,vt arbitror,tum ratione,tum experimento de ijs ſit ſtatutum,ut toto prius corpo- G
re a ſuperuacuis liberato, tum calidum aliquod acreque medicamentum parti admouere ſit audendũ.
Quippe eiuſmodi medicamenta omnia cucurbitæ ritu ad ſe trahere a toto corpore ſunt habilia.Itaque
niſi id prius vacuaueris,materiam fluxionis acri medicamento relinques.Hoc enim tum Empirici me-
dici fatentur,tum Dogmatici:hoc philoſophorum optimi ſenſerunt.Nam,cum eorum quoque memi-
nerit Theſſalus,nõ alienũ ſit eos citare teſtes.Quòd oculũ recte ſanare ante totum caput nõ licet, neq;
hoc ante totum corpus,ſic Ariſtoteles,ac Plato de morborum curatione ſenſerunt, ſane & Hippocra-
tes,& Diocles,& Praxagoras,& Pliſtonicus,& ueteres uniuerſi.Theſſalus uero ſolus non ſic,ſed primũ
ad medicamentum ex ſinapi uenit:poſt de toto corpore ſolicitus eſt, ne hic quidem prudenter quicquã
docens.Nam,cum liceat corpore medicamento, quod purget ſemel uacuato, mox ſalubri uictu ipſum
reficere,hic uociferationum meminit,exercitationumque,& geſtationum, & uictus certo ambitu mu-
tati,tum vomitionis ex radicula:mox ſummam his imponit,ipſum ueratrum : Idem ſcilicet,qui ſine ul-
lo magno negocio omnia ſanare promiſit.Ego uero ne intelligere quidem poſſum, quomodo quiſquã
aut deterius,aut maiore temporis diſpendio, aut inani magis opera ulcus ſanauerit. Age igitur, ſicut
uſu non nunquam uidimus,ſic uerbis quoque hominem fingamus,cui ſanari ulcus contumax ſit opus.
Eſto aliquis, qui cetera quidem ſit ſanus,ſed ex ſcabenda derepente quapiam particula,ueluti brachio H
puſtulam ſtatim excitarit,mox eadem ipſa particula iterum atque iterum pruritu vexetur,puſtulaq; di-
rupta vlcus decolor inæqualiter eroſum gignatur: atq; hæc in tribus quatuorve diebus a principio inci
derint.Dicat mihi hoc loco quiſpiam ex medicis,qui Theſſalum imitantur,quo nam pacto ſanare eiuſ
modi ulcus conueniat. Ego nanque cacoethes omnino id dico,& ob id,qualis ſit totius corporis affe-
ctus,ſtatim conſiderabo.Inueniã nanq; tum ex ulceris ipſius ſymptomatis,tum ex notis, quas totũ cor
pus præ ſe feret,cuius maxime generis ſit is,qui redundat ſuccus. Atque hunc medicamento protinus
educam,nec protraham,dum totus hominis cubitus affectum quendam contumacem rebellemque cu
rationi contrahat. At Theſſali ſectatores,ipſius uidelicet præcepta ſeruantes,primum expectabunt,dũ
vlcus inueteratum ſit, quo in mirificam illã inueteratorũ ulcerum cõmunitatem recidat: quaſi non lon
ge melius eſſet contumacium vlcerum,non autem inueteratorum communitatem,quæ curationem in
dicaret,tradere.Mox duorum alterum,aut excident,& ceu recens vulnus reddent, ac ueluti ad glutinã
dum partes eius adducent:aut primum, quod ex ſinapi conficitur, medicamento vtentur. Quo non
proficiente,ad ſublatas uoces,& geſtationes,& reliquas exercitationes,& uictum per circuitus mutan
dum confugient.ab ijs uomitionem ex radicula mouebunt. Quòd ſi his ulcus non ſanabitur,veratrum
dabunt.Sin nec id profecerit,hominem in Lybiam ablegabunt. Nam id quoque adijcere debuit Theſ
ſalus,

A salus, post eximiam illam contumacium ulcerum curationem. Quippe in uociferationibus, gestationi-
bus, & alijs eiusmodi immoratur, quasi malum habitum corporis (quam cachexian Græci uocant) non
uitium humorũ (quam cacochymian dicunt) curent. Et quid miri, si tum farentur se ulcus cacoethes sta-
tim, ut est natum, non nosse: tum uero, dum sit inueteratum, ac sæpe cicatricem ducat, sæpe se aperiat,
manent * ante, quàm, quid facto opus sit, intelligant: vbi etiam eos, qui quoquo modo febricitent, ac-
cessionem, quæ tertio die futura non futurave est, transire censent? Adeo uidelicet ad unguem contem-
plationem de crisi pernouerunt, aut summum morbi incrementum futurum prospicere possunt. Quid
igitur sæpe accidit? Nempe tabescere in lectulis horum culpa homines, qui statim secundo die explica-
ri potuissent. Quippe non semel nos, aut bis terve, sed sexcenties tum ipsi multos febricitantes simul,
ut prima accessio desijt, lauimus: tum præceptores nostros id ipsum facere uidimus: intrepideq; de ce-
tero uictitare permisimus, ceu post febri carituros: quos sapiens scilicet Thessalus, qui primam diatri-
ton, (id est tridui inediam) excogitauit, prorsus arefecisset, totis (puto) tribus diebus fame confectos:
mox dein, arbitror, modice scilicet in quarto die nutriuisset: ab hoc paulatim reficiens, uix sexto aut se-
ptimo ad consueta munia, qui semel febricitassent, dimisisset. Adeo semper homines in morbis tabefa-
ciunt, a quibus utiq; facile possent liberari. Nam, cum paucissimis diebus sanari ulcus contumax inci-
B piens posset, Thessalus id in annum, aut etiam longius tempus incurrere sinit. Manere nanq;, dum id ci
catricem sæpe inducat, sæpe etiam se resoluat, vt scias, an contumax sit: mox, ubi curationem inceperis,
ne tunc quidem corpus statim purgare, sed primum medicamento ex sinapi, dein gestatione, & uocife-
ratione, & certo uictu, post radicula, ab his ueratro uti, hæc quid aliud, quàm annum expectantis, sunt?
An per deum immortalem, cum sex diebus, aut plurimum septem posset homo curari, multos menses
trahemus, quo uidelicet primum, an cacoethes ulcus sit, sciamus, dein curationẽ inchoabimus? Et quæ
demum necessitas erat propriam inueteratorum ulcerum communitatem tradendi, præsertim cum ni-
hil ad curationem conducat, licueritq; non inueteratorum, sed contumacium, nec horum mehercle cõ
munitatem indicatricem, sed curationem scribere? Quippe accidit quibusdam tum ulceribus tum mor
bis, ut contumaces rebellesq; ad curandum sint: nec tamen inde curationis indicatio sumitur, sed affe-
ctus ipse primam curationis* indicationem suggerit. Ex ea uero, & quæ sunt agenda, inueniuntur ad eũ
modum, quem ipse tradidi. Quare hoc est methodo curare, quod nos facimus, veteres imitantes: si mo-
do methodum esse oportet unam quandam uniuersalem uiam, quæ omnium particularium sit commu
nis. Hic uero etiã in hoc fallitur, putatq;, quicquid omnino in ijs habetur, qui methodo aliquid faciunt,
ipsam methodum esse. Nam notitiam certe habeat, oportet, tum similis tum dissimilis, qui methodo
C quiduis molitur. non tamen ipsum hoc methodus est, similis scilicet dissimilisq; notitia, neq; hoc Ari-
stoteles Platove affirmat, quos falso Thessalus citare audet. Verum hæc ad præsens refellere non atti-
net. Quare rursus ad medendi methodum reuertor, promittoq; ostensurum me tum unum esse eius in
omnibus curationibus principium: tum uiam, quæ ab eo principio ad finem usq; ducit, in omnibus par
ticularibus similem esse. Quare, etsi in singulis morbis priuata quædam methodus sanandi uidetur, cõ-
mune tamen in omnibus genus unum est. Auspicari nanq; perpetuo oportet ab indicatione, quæ ab af
fectu, cui mederi paramus, accipitur: Aestimare uero ac discernere, an causa, quæ affectum excitauit,
iam desierit: an nunc quoq; ipsum tum augeat, tum faciat. dein, si desijt, ad eam, quæ in tertio huius ope
ris libro traditur, methodum est ueniendum: sin adhuc facit, ad eam, quæ hic docetur. Quippe eadem
hac methodo tum phlegmones, tum febris, tum omnium uno uerbo morborum remedia inuenias, uti-
que, si nihil etiamnum fit, de præcedentibus causis non laborans, sed ab ipso tantum affectu ordiens:
Sin nunc quoque aliquid fit, duos tibi curationis fines præponens, tum alia deinceps, vt dictum est,
faciens. Sed enim mirari stupiditatem eorum, qui Thessalum sequuntur, est operæpretium: non utiq;
quòd in talibus delinquunt, sed quòd dyspathias, & metasyncrisis, & imbecillitates, & firmitudines,
& alia id genus nomina non pauca proferentes, quæ per ea significentur, ne nunc quidem, si interro-
D ges, respondere possunt. Nam, quid sit, quod in omnibus diuturnis ulceribus græce dicunt μετασυγκρίνειν
τὴν ἕξιν, nec similiter inter se omnes, nec clare, nec prudenter respondent. Atqui, si uel antiquum no-
men esset, vel ab ullo Græcorum usurpatum, ex ijs fortassis, quæ illi scriberent, intelligi posset, de quo
id negocio dicerent. Nunc, quoniam stupiditatis ipsorum proprium est, utique ex Asclepiadis hypo-
thesi natum, sicut & reliqua eorum placita, æquum profecto est ipsi sua somnia interpretentur: vnde,
scilicet, quod græce dicitur συγκρίνεσθαι τὰ σώματα καὶ διακρίνεσθαι, quasi misceri secerniq; corpora dicas, so-
lis ijs, qui corpuscula, & meatus, aut indiuidua, & uacuum, aut deniq; impatibilia, & inalterabilia, pri
ma elementa statuunt, liceat usurpare, sicut certe usurpant, & assidue ipsis nominibus utuntur. Quin e-
tiam ipse Thessalus in canone, cum hæc principia confirmat, nouat quidem aliquid ibi quoq; præter
ea, quæ a Themisone & Asclepiade sunt posita: ceterum, quod sentit, docet sane non obscure. Non e-
nim prorsus, sicut Asclepiades, cum in symmetria quadam, (id est competentia) exiguorum meatuum
sanitatem, in ametria, (id est inconuenientia) morbum constitueret, reditum ad pristinam meatuũ sym-
metriam, sanationem putauit, ita Thessalus quoq; est arbitratus, sed totum exiguorum meatuum sta-
tum censet immutandum. Atq; ex hac opinione processit metasyncriseos nomen, idem plane indicans
potestate, quod græce metaporopœeseos, id est exiguorum meatuum status mutatio. Ceterum non
decebat ipsum, in quibus fugere ab incertis obscurisq; iubet, & tantum ijs commutationibus, quæ cui

*Impressi co. & manuscripti quidam legunt ut Linacer: alii ὅπως τὸ γνῶναι .i. ut intelligăt, quid facto &c.

denter apparent, animum intendere, in ijs quoq; Dogmaricorum uti nominibus. At noli (inquiunt sectatores eius) cum his utitur, dogmatice eum audire, sed ἀφελῶς, id est simpliciter. Nam ita ferre suppetias ex sectatoribus eius quidam solent, uidelicet ad aliud rursus nomẽ nos reuocantes, nempe ἀφέλειαν, [quam nos simplicitatem uertimus.] quam ne ipsam quidem, quid significet, ipse sane intelligere possum. Si enim, sicuti ipsi hoc quoque rursus exponunt, ad aliud scilicet magis friuolum nomen nos remittentes, nempe græce βιωτικῶς, quod ipsum rursus exponentes significari per id dicunt idem, quod uulgo hominum similiter, utiq; tantundem fuerit, ἀφελῶς ei, quod non definite, nec exacte, sed sine omni tum arte, tum scientia. Siquidem loquuntur homines, qui magis sunt ad loquendum præcipites, artium nomina sub sensibus quibusdam, qui nullo fundamento nitantur: rogati uero, quid significent, ostendere clare non possunt. Quòd si hoc Thessalij isti accidere sibi fatentur, loqui se quæpiam, nec intelligere se exacte, quæ loquantur, id ipsum profecto fatentur, quod nos illis obijcimus. Nam metasyncrisis illa, si quidem de immutanda poropœia, id est exiguorum meatuum statu, dicatur, certe intellectus aliquid habuerit, significaueritq; rem aliquam, ceterum friuolam multis modis. Nam nec ex corpusculis & meatibus corpora nostra constant: nec, si hoc uerum esset, posset tamen aliquis docere, qua ratione sinapi meatuum illorum statum immutaret. Nec, si id quoq; ostendere aliquis posset, consentiens eorum sectæ esset, qui se apparentibus communitatibus contentos esse dicunt. Ne igitur F utantur hoc nomine, nec nobis negocia facessant. Licet enim & sine metasyncriseos nomine, diuturnorum ulcerum curationem alijs uerbis dicere, sicut Empirici faciunt. Quòd autem & in Atonias; id est imbecillitatis uocabulo, simili modo nugentur, monstratum prius est in secundo libro. Si enim sicut Empirici, nomen usurpant, aliud prorsus non significant, quàm quòd actio non seruatur. Sin aũt facultates aliquas gubernare animal proponunt, quales tum nos asserimus, tum omnes fere ueteres; præter id, quòd Asclepiadis dogmatis contradicunt, etiam incerta, & de quibus parum inter auctores conueniat, attingunt, quamuis ea fugere iubeant. Sed dic nobis Thessale clare, quid sibi uelit illud μετασυγκρίνειν. Si nanq; exiguos meatus mutare, & falleris, &, quæ incerta sunt, usurpas. Si firmari sanamq; reddi corporis particulam, uel hominem totum, nihil hic præter nomen plus, quàm Empirici, doces. Quippe sciunt hi quoq; remedijs quibusdam admotis reddi hominem sanum, ceterum, qua ratione remedia id faciant, utiq; nesciunt. Neq; enim, an exiguos meatus mutet medicamenti facultas; neq; an symmetrian efficiat, neq; an totam patientis particulæ qualitatem alteret, potest Empiricorum quispiam dicere. Atque illi saltem sunt modesti: ut qui unum se solum scire dicant, huic scilicet morbo in hoc tempore si medicamentum ex sinapi adhibeatur, sæpe notasse se utilitatem secutam. Non tamen methodos loquuntur, nec supercilium attollunt, nec tali sibi notitia placent, nec antiquis maledicunt, nec Hippocratem pro nihilo habent, immo uero ipsum laudant, fereq; omnia uere dixisse affirmant. Hic uero Thessalus, qui tum hunc, tum reliquos omnes medicos contemnit, Empirica contumacis ulceris præcepta se scribere non intelligit: quanquam, si uel hoc commode faceret, utique aliquid operæpretium faceret. Atqui ne id quidem fecisse uidetur, cum ordinem remediorum inuertat, & prius partis remedijs utatur, quàm totum corpus præparauerit. Nam hoc insignis inscitiæ argumentum est: cum in uno eo fere omnibus medicis conueniat, quamuis in plurimis dissentiant, quòd totum corpus uacuum purumq; ab excrementis ante sit reddendum, quàm ulla pars ualentibus remedijs sit subijcienda. Nam, siue experientia iudicare quis uelit, siue etiam ratione (tertium enim; quo iudicet, neq; in alia quapiam arte, neq; in ulla uitæ parte quisquam habet) maximum esse incommodum deprehendet, cum, toto corpore suam curam requirente, prius, quàm illi sit prospectum, afflictæ parti acre aliquod & calidum medicamentum sit admotum. Trahit enim ad se, cucurbitæ more, ex toto corpore superuacua, atq; ita in graui parte affigit, ut ægre auelli possint. Quo magis operæpretium est Thessalios istos percunctari, undenam Thessalo in mentem uenerit de contumacium ulcerum curatione talia nugari, cum nec Empiricus quisquam ante, nec Rationalis ita scripserit: sed nec ipse Thessalus, nec eius sequacium quisquam eiusmodi remediorum ordinem aut cum experientia consen- H tire, aut cũ rõne affirmare ausit. Adde, ꝙ nec docere possunt, quomodo tẽpus indicet, non aũt affectus. Sed neq; (quod hoc maius est) quomodo Thessalus, qui æstimandum censet, quid sit, quod cicatricẽ ulcerum moretur, atq; id tollendũ, non prorsus sit stupidus, simul, cum hoc tantũ satis esse non uideat, diuturnitatẽ autẽ ulcerũ nihil esse ad rem: simul, cum non in ulceribus modo, uerumetiã reliquis morbis oĩbus id esse faciendũ, ueluti ueteres monent, non aduertit. Verum ad hæc nobis nihil respondent: sed semper nõ recte intelligere nos dictantes, tanquam uidelicet ipsi uel Hippocratis, uel ueterũ cuiusquã sententiam ad unguem intelligerent, recte Thessalum dixisse affirmant diuturnorum ulcerum unã quandam communitatem esse: Ita enim Hippocratem quoq; sensisse in libro de ulceribus, cum ita scribat: Etiam ab inueteratis ulceribus id agere, ut sanguis crebro effluat, conducit, quomodocunq; uidetur opportunum esse. Fortassis ergo ad rem pertineat, tametsi non prædixerim me de Hippocratis mente hoc loco disserturum, uel summatim aliquid de ea perstringere. Fuerit uero, quod dicemus, non minus & priscorum sensus interpretatio. Hos nanq; uiros, ceu nullius adhuc dogmatũ sectæ addictos, sed pura & simplici mente studentes utile quippiam ad sanitatem inuenire, credibile sane est quædam usu; quædam inuenisse ratione: rum scripsisse, quæ inuenerant, subinde non adhibita inuentionis suæ ratione, aliquando uero & adhibita: atq; id fecisse ipsius legentiũ utilitatis causa. Quippe, ubi ad dextrum

inuento-

A inuentorum usum conducturum posteris sperabant, si rationem inuentionis nouissent, tum eam diligẽter prodiderunt: ubi secus, & superuacuam relatu putauerunt, & propterea omiserunt. Nam, quòd sermonis compendiũ prisci in primis coluerunt, id oẽs uel me tacente iam norunt. atq; ob hanc maxime causam non Hippocrates modo, uerũ etiam reliqui priscorũ, medio interim transgresso, primo tertium adnectunt. Si enim primum secundi sit signum, atq; hoc tertium ex necessitate sequitur, ita tertiũ primo subijciunt, secundum prætereuntes. Ostendi uero persæpe tum reliquos antiquos, tum uero maxime omnium Hippocratem talia scripsisse. debetq;, qui callere priscorum interpretandi genus uolet, in illis exercitari. Nunc uero ipsum, quod propositum est, tantum exponam.

Quid sit ulcus, quod græcis appellatur cacoethes: ac de methodo ulcerum omnium curandorum ex Hippocrate. Cap. 5.

NAm, quæ ulcera omnibus rite decenterq; factis tamen non sanantur, ea medici græce cacoethe, nos maligna, contumacia, rebelliave dicimus. Diuturna autem prorsus fiunt, cum duntaxat, ut ulcera sunt, curantur. Quæ uero sit ulcerum, ut ulcera sunt, curatio, in libro, qui hunc præcedit, definitũ est. Hæc igitur ulcera & cacoethe, & inueterata, & diuturna uocant, indifferenter his nominibus in ipsis utentes. Quinetiam ad noscendum, quod affectus ipse, cacoethes, id est contumax ad sanandum, sit B unà cum alijs notis etiam id, quòd peractis etiam, quæ decent, omnibus diuturna fiant, aliquam portionem habet. Non tamen aut ipsa diuturnitas, aut quòd diuturna & uocentur & sint, idoneam curationẽ indicat, sed ex hoc, quòd male affecta sit ulcerata pars, licet colligere. Hoc uero inuento, & curationis ratio constabit. Quo, inquies, modo? Nempe, ubi tantum eæ partes, quibus ulcus insidet, ita sunt affectæ, si has sanaueris: ubi totum corpus uitioso aliquo succo abundat, si hunc uacuaueris. Ac signũ quidem uitiosi succi est ipsa ulceris diuturnitas. Inuentio autem eius, quod expedit, non ex diuturnitate, sed ex succi uitio suggeritur Quare tria hæc deinceps se habent, signum, affectio, & curatio: Signũ quidem, ipsa diuturnitas: Affectus, succi uitium: Curatio, eius uacuatio. Atq; hac ratione subinde ueteres inuenias medio prætermisso tertium statim primo subijcere: ueluti Hippocrates fecit, cum dixit. Tum ab inueteratis ulceribus, confert, ut assidue sanguinem effluere facias, utcunq; id opportunum uidebitur: non utiq; curationem indicante uetustate, sed sanguinis uitio. Quippe ipse mox subijcit: Prohibet nanq; maxime quidem eiusmodi ulcera sanescere. Post uero etiam reliqua omnia, putredo sanguinis, & siquid ex sanguinis transmutatione est ortum. Quinetiam post paulo, cum de ulceribus, quæ ad cicatricem non ueniunt, differit: Nec si (inquit) quæ ulcus ambiunt, nigricent, sanguine putri, aut etiam uarice fluxionem suppeditante, id genus ulcera coire possunt, nisi quæ ulcus ambiunt, sana red-C das. Post etiam de uaricum sanatione scribit. Ad hæc etiam purgationis meminit totius corporis, tum in alijs quibusdam uulneribus, tum ijs quibus cariem, quam sphacelon uocant, instare est metus. Præterea herpetibus, & esthiomenis omnibus, (id est, quæ exeduntur.) Ita enim græce nominare solet ea, quæ humor aliquis erodit. Iam uero in ijs, quæ mox sequuntur, rursus ad hunc modum sibiungit: In quocunque ulcere erysipelas superuenerit, purgatio totius corporis adhibenda est. Et in summa, si curiose librum de ulceribus reuoluas, inuenies semper eum ab affectu indicationem sumere: uti uero interim & tempore, sed ad affectum noscendum. Quòd uero hæc ita se habeant, ex ipso libri ingressu agnoscas, qui talis est: Vlcera madefacere, quæcunq; ea fuerint, nisi uino, non oportet. Tum causam adijciens, ait: Nam siccum sano uicinius est: humidum uero non sano. Et mox: Vlcus enim humidum est: sanum autem siccum. Ideoq;, per totum librum cum totius ulcerum curationis finem siccarionem statuat, mox particularia inuenit, etiam finis ipsius subinde nos commonefaciens. Cum enim ita scribit: Quodcunq; ulcus acuto telo cæsim percussim ue diuisum est, medicamentum, quod cruentis statim imponitur, Enæmon græci uocant, ac siccans, & quod suppurare uetet, admittit. Fit enim effluente sanguine siccius: Et rursus: Quæcunq; probe & opportune purgata, semper ad siccius promouentur, [ijs caro magna ex parte non supercrescit,] nisi si contusa sint: Et rursus: Siquod coire nequit, humecta D caro in causa est: In his omnibus primæ sanandorum ulcerum * indicationis nos admonet. Siquidem ulceris, qua ulcus est, sanatio, mediocris siccatio est. Cuius rei demonstratio in libro, qui hunc præcedit, tradita est. Verum ulceris, quod cum alio affectu coniunctum est, cuius uidelicet præcedere curationem oportet, eius curatio, ut ulceris solius, non est, sed prior illius affectus, secunda ulceris. Nam, siue phlegmone quæpiam, siue nigritia, siue ecchymosis, siue erysipelas, siue œdema ulceratam carnem obsederit, primum eius molienda curatio est. At uero, quòd ulcus interim non solum non commode curatur, sed multo etiam maius redditur, id neminem lateat. Nam, siue contusa fuerint circumposita ulceri loca, seu phlegmone aliusve tumor in his constiterit, propria eius affectus sanatio inuenienda nobis est, illud pro certo habentibus, fieri non posse, ut ulcus sanetur, nisi locus, in quo consistit, prius sit sanatus. Ac proinde Hippocrates ipse redigens nobis in memoriam ea, quæ statim in libri initio tradiderat, tum quę reliqua paulo antę sunt comprehensa, tum uero hæc adscripsit: Quodcunq; ulcus cæsim percussimve acuto telo est diuisum, medicamẽtum enæmon, & siccans, & quod suppurare uetet, admittit. Sin cato aliqua telo tum cõtusa, tum cæsa sit, huic ita medendum est, ut quàm celerrime suppuret. nam & minus phlegmone urgebitur, & necesse est carnes, quæ contusæ cæsæq; sint * putrefactas & in pus uersas liquari: postea nouã carnẽ nasci. Indicat .n. hoc sermone manifeste solos eos ulceratarũ partiũ affectus non esse siccandos, in quibus gigni q̃ celerrime pus cupimus, utiq;, q cũ

*Hæc nõ sunt in græco exẽplari, nec eo sensu, loco paulo post sequente, sunt ab Hippo. posita.

A.l.4.f.4.T.1 d.p.361.C

* contusa etiam est in antiquis,

aliqua putrescentia pus fiat, obiter docens. Porrò omnia, quæ putrefiunt, ex calido & humido sic affi- E
ciuntur. Ideoq; etiam ea cataplasmata, quæ ex hordei farina componuntur, ceu quæ calefaciant hu-
mectentque, omnibus ijs affectibus, quibus moueri pus expedit, admouemus. Hordei nanq; farina ex
aqua & oleo, itemq; panis ex aqua & oleo, præterea fomentum multæ calidæ aquæ, & tetrapharmaci
uis, omnia deniq;, quæ calefaciunt & humectant, celerrime pus mouent. Ideoq; etiam ijs partibus, quæ
phlegmone infestantur, ubi uehementius iam pulsitant, sic, ut iam desperetur de horum citra pus cura-
tione, ueteres omnes eiusmodi applicant medicamenta: ante uero nequaquam. Atq; hoc Hippocra-
tes ipse aperte nos docet in memoratis iam uerbis, quibus iubet, quæ sine contusione uulneratæ partes
sunt, quam maxime siccare; quæ cum contusione quadam sunt læsæ, ijs quàm primum pus mouere.
Quinetiam, cum dixit: Quæcunq; ulcera non probe &, ut conuenit, expurgata, semper prius pullu- "
late incipiunt, ijs maxime caro supercrescit: Quæ uero probe &, ut decet, expurgata, semper ad sic- "
cius promouentur, ijs, nisi sint contusa, caro ut plurimum non supercrescit. Quippe hic illud nisi sint "
contusa quod adijcitur, redigit nobis in memoriam, quod in superius proditis uerbis est dictum, nem-
pe oportere omnia siccari præter ea, quæ contusa sunt. Neq; enim, sicubi cataplasmate, quod calfaciat
humectetq;, illinuntur, quæ phlegmone infestantur, ex prima ratione id fit, hoc est, ut remedium af-
fectus, sed ut symptomatis mitigatio. Siquidem ipsius phlegmones remedia sicciorum sunt uirium. F
Audi nanq; loquentem Hippocratem: Cataplasmata œdematum, & phlegmones, quæ in circa posi- "
tis consistit, uerbascum coctum & folia trifolij cruda & epipetri folia cocta & polium. Quippe omnia "
hæc siccandi uim habent: ueluti in commentarijs de simplicibus medicamentis docuimus. Et compé- "
diaria obsessarum phlegmone partium curatio per id genus præsidia obitur, quæ sane uel affectū pror-
sus submouent: uel, siquid exiguum, quod suppuret, reliquerint, alterum medicamentum acre, quod
educere pus queat, requiritur: uel, si tenuis circumposita cutis sit, uelisq; celerius explicatum, ægrum
sectio petenda est. Ceterum curatio phlegmones per hordei farinam dolorem lenire studentis est, non
medentis, & contra malum pugnantis. Verum de talium differentia in sequentibus plenius docetur.
Illa porrò mihi demonstrata manifeste puto, Hippocratem tum ulcera quæq; siccanda esse iussisse, tum
hunc esse curationis finem sanxisse, ipso scilicet affectu indicationem præbente, non tempore. Quòd "
siquis hoc magis etiam sibi persuasum cupit, librum eius de ulceribus totum diligentius euoluat. Intel- "
liget enim illud ipsum perspicue, tum unam esse ulcerum omnium generalem curationem, nempe quā
nos proximo libro docuimus: tum uero non minus illud, nullam esse a tempore nec in ulceribus, nec
in phlegmone, nec deniq; in alio quopiam affectu indicationem. Quoniam uero in hunc sermonis lo-
cum peruenimus, æquum est ostendere non modo horum, quæ iam retulimus, fuisse inuentorem Hip- G
pocratem, sed etiam reliquorum omnium, quæcunq; hunc scire, qui commode ulcus sit sanaturus, est
opus. Videtur enim is non solum ulcerum, quæ citra alium affectum consistunt, sanandorum rationem
inuenisse, ut quæ in siccando consistat, sed etiam priuatim per species affectuum cuiusq;. Nam aut ui-
tiosus succus ad partem, cui ulcus insedit, amplius non fluit, aut etiam fluit. Ac si non amplius fluit, ipsi
tantum, quod laborat, succurrendum est, si quidem uel liuidum, uel nigrum, uel rubrum conspicitur,
scarificando, ac sanguinem emittendo, mox (ut ipsius uerbis utar) spongiam statim sicciorem magis,
quàm humidiorem, superimponendo: (Neq; enim, arbitror, ignorabit quispiam particulam illam, "
quàm, negationis hoc loco uim habere, tanquam ita diceret, sicciorem, non humidiorem.) Post hæc
uero etiam siccantia remedia applicando: Ab his, si res postulet, rursus sanguinem auferendo: ac mox
iterum talia peragendo, donec parta omnino sanitas sit: Quòd si labra ulceris dura callosaq; appareāt,
etiam ea excidendo. Etenim de his quoq; ita ait: Circularia ulcerum, si subcaua sint, circulo præcide-
re, quæ abscesserunt, oportet, uel omnia, uel ex dimidio circuli secundum hominis longitudinem. Scri- "
psit uero & de tumoribus, qui coniuncti cum ulcere sunt, uniuersis, quemadmodum curādi singuli sint, "
simili modo & de uaricibus. quando horum quoq; occasione contumax ad sanandum ulcus redditur,
quoniam aliqua ex his humiditas ad exulceratas partes defluat. Ad eundem modum, & cum ex toto H
corpore humor confluit, totum purgare iubet, nusquam uidelicet in his indicationem a tempore su-
mens. Nam & ridiculum plane sit adeo multas ac uarias, sæpe etiā contrarias indicationes ab una com-
munitate fieri. Nam, si etiam demus indicationem aliquam a tempore sumi, quæ tandem ea sit, dice-
re par est, ac summa quapiam una eam complecti: ueluti in reliquis omnibus ipse quoq; Thessalus fa-
cit, nedum nos. Quippe unum illi perpetuo indicat adstricti corporis affectus, nempe ut remittatur ac
relaxetur: unum rursus soluti, utiq; ut adstringatur. Quinetiam in ipsis ulceribus, quod sordidum est,
abstergeri postulat: quod cauum est, impleri: quod æquabile est, cicatrice induci: cui caro supercreuit
hanc sibi detrahi, etiam eo ipso auctore. Ergo, sicut in horum singulis, ita in diuturnis quoq; alterum
aliquid ad portionem ostendat, quod unum sit. uerum non potest. nam & excidenda ea præcipit. At,
quænam, quæso, sit ista rationabilis a tempore indicatio: tum remedio ex sinapi uti, de quo uanum
illud nomen metasyncriseos usurpat: ab hoc ex radicula uomitu: & postremo, cum nihil ultra inue-
niat, ueratro? Verum hæc quidem (quemadmodum dixi) etiam in sequentibus plenius dicentur, ubi
nihil usquam ullo in morbo a tempore indicari, sed signum id non nunquam affectus esse docebimus.

A *De indicationibus uenæ sectionis, & humorum purgationis, quæ ab ulceratarum partium temperamento, & substantia sumuntur.* Cap. 6.

VErum rursus ad Hippocratem reuertor: Quem sane diligentiæ nomine admiror cum in alijs omnibus, tum uero quòd scopum, qui medico ad indicationem non in uno alterove, sed prorsus omni morbo sit spectandus, non omiserit. Est porrò is, qui ab affectus magnitudine sumitur, quem non modo Methodici prætermiserunt, (non enim est id mirum) sed etiam rationalium plurimi, atq; etiam Empirici (quanquam alio modo) omnes. Nam, ubi † [in redundantis sanguinis (ut illi loquuntur) concursu,] uacuationem a se obseruatam dicunt, manifeste fatentur ob nullius alterius eorum, quæ in ægro uisuntur, respectum, se ad uacuationem accedere. Neq; hoc dico propterea, quòd purgatio uacuatio sit, quam redundantis sanguinis concursus non indicet, sed quòd etiam, tametsi redundantis sanguinis concursus non adsit, ad ipsam tamen sanguinis missionem interdum sit confugiendum: quãdo, si ualens morbus sit cum uirium robore, nemo est, qui sanguinem non mittat, qui utique in artis operibus sit exercitatus. Quippe ipsos Empiricos uidemus, cum lapsus ab alto quis sit, aut alias plaga aliqua contusas uehementer corporis partes habuerit, ad sanguinis missionem confugere, quanquã idem homo paulo ante sanus fuerat, prorsusq; redundantiæ sanguinis expers. Ex quo patet non hoc

† ὑπὸ τῆς πληθωρικῆς καλουμένης συνδρομῆς.

A.l.4.f.4.T. 2.c.2.p.867. C

B esse, quod mittendum sanguinem indicet, sed magnitudinem morbi, ac uirium robur, exceptis tamẽ a sermone pueris. Nam & alia ratione, siquis etiamnum sanus, nec adhuc quicquam læsus, in sanguinis redundãtis concursu sit positus, non statim huic mitti sanguinem est necesse: immo alij satisfacit inedia, alij cibi parcitas, alij soluta aluus, uel purgatio, uel frequentius balneum: alij sola exercitatio uel multa frictio abunde fuit. Missio uero sanguinis ne ab ipsis quidem Empiricis, ijs, qui ita se habent, necessario adhibetur. Ad eundem modum nec purgatio in sola uitiosi succi abundantia conuenienter suscipitur. Sed, sicut missio sanguinis uel propter ipsius abundantiam, uel propter morbi magnitudinem, ita purgatio & propter abundantiam alterius cuiusquam succi, & propter uim morbi adhibetur. Ac de sanguinis missione tum in alio libro egimus, tum uero in sequentibus agemus. De purgatione in hoc libro disseram. desiderant enim ægri hanc, non modo ut quod noxium superuacuum, quo urgentur, educat, sed etiam ut quod tum ad diuersum trahat, tum uacuet. Atque ob eam rem Hippocrates tum in reliquis omnibus operibus, tum in eo, quod de ulceribus prodidit, etiam morbi magnitudi-
" nem ad purgationis indicationem considerat, Purgatio inquiens, per aluum plurimis ulcerum pro-
" dest: præterea uulneribus, quæ in capite sunt accepta: item, quæ in uentre & articulis: ad hæc ijs, in
" quibus ossi caries impendet. Præterea, quæ sinuntur, & quæ exeduntur & herpetibus, & reliquis, quæ
" C ulcera diuturna reddunt, etiam quæcunq; deliganda sunt, per aluum purganda sunt. His uerbis clare
" docuit ulceribus omnibus & uulneribus, quoties præualida sunt, purgationem esse utilem. Cum enim trifariam non hæc modo uitia, uerumetiam reliqua omnia grauia magnaq; reddantur, nempe uel propter afflictæ partis præstantiam, uel propter affectus magnitudinem, uel propterea, quòd sunt cacoethe, cuiusque horum seorsum uidetur Hippocrates mentionem fecisse, utique in capitis uentrisq; uulneribus præstantiam læsæ indicans partis. Ventrem autem hoc loco non solum inferiorem intelligendum esse, sed etiam superiorem, patere cuiuis arbitror. Diuiso nanque, quod inter collum & crura est trunco in duas capacitates maximas, prior sub thorace, secunda sub membrana, quæ abdomini subtenditur, (Peritonæon Græci uocant) continetur. Et sane uulnus, quod intra thoracem intrave etiã peritonæon penetrauit, non paruum periculum affert, potissimum siquid interiorum unà sit uulneratum. Quinetiam cacoethe statim fieri, quæcunq; in articulis accepta uulnera sunt, id quoq; omnes fere sciunt, Empirici quidem ex sola ipsa experientia, cui soli attendunt: qui uero corporis naturę scientiam comparare studuerunt, ex ipsa uulneratarum partium natura. Vbi enim tendones, & nerui, & carne uacua, atque ossea loca sunt, hic doloris, uigiliarum, conuulsionis, & delirij periculum instat. Tum hæc igitur uulnera, tum quæ sinuntur, id est quæ adeo sunt magna, ut suturis indigeant, aut si non

A l.1.f.2.d.31 c.11.p.87.C

D his, certe deligatura, alui purgationem desiderant. At uero iam dictum in proximo libro est, quæ magna ulcera sunt, ea uel suturis, uel deligaturis esse coniungenda. Quinetiam, quibus corrumpendi ossis periculum impendet, ea utiq; cum magnitudine phlegmones sunt. Iam, quæcunq; exeduntur, ea tum cacoethe sunt, tum malorum succorum soboles. Herpetes quoq; a bilioso excremento ortum habẽt, reliquaq;, quæ inueterantur omnia, ex huiusmodi quapiam causa proueniunt. Quare in omnibus his
" non sine ratione purgare per aluum iubet. In progressu uero hæc insuper adijcit: In omni ulcere, cui
" erysipelas superuenit, purgari corpus oportet, qua parte ulceri maxime conducit, siue id per superna, siue per inferna sit. Cuius etiam ipsius rei discrimen in libro de succis nos edocuit, * auertere nos iubẽs ad cõtraria, deriuare uero ad latera: quin etiam, cum maxime influit, tum ad diuersa reuellere. Dictum uero & de hoc in eo libro est. Quare nunc quoq; si etiamnum fluxio ualenter irruat, reuellere ad cõtraria studebimus, utiq; si in superioribus ulcus consistat, per inferna purgantes: sin autem in inferioribus sit, superiorem uentrem uacuantes. At, si iam fluxio resistit, atq; in membro inhæsit, deriuare per uicina magis expedit. cum & in propinquiora translatio sit, & purganti medicamento promptior tum accessus, tum attractus e uicino detur. Hanc uero rationẽ ad aliã quoq; artis partem spectare, nempe quæ de succorum medicatione præcipit, neminẽ latere arbitror. Proindeq; in sequentibus etiam repetere eam erit necesse, ac totam absoluere. Nunc illud docere uolo, tum ipsam morbi siue uim, siue magnitu-

* ἀντισπᾷν i. reuellere. & sic linea seq. uertit.

nem appellare uelis, pro indicatrice quadam sanguinis detrahendi, uel purgationis adhibendæ sta- E tuendam esse: tum uero Hippocratem hanc omnium, quos nouimus, primum * indicationem adinuenisse. Ac de alijs quidem morbis in sequentibus libris id ostendam, de ulceribus uero in hoc, qui in manibus est. Ac de purgationibus quidem mihi explicatum iam est. Nam, cum triplici genere morbus quisq; sit grauis, aut propter præcellentiam partis, aut propter affectus magnitudinem, aut propter ipsius cacoethian, omnium horum meminit Hippocrates, ubi de purgatione egit. Quid igitur (dicet aliquis) nunquid etiam sanguinem detrahi interdum suadet propter has ipsas causas? Mihi uero id quoq; iubere uidetur, uerum breuiter nec * sine demonstratione: ueluti tum ipsi, tum reliquis mos fuit. id ita esse intelliges, primum quidem, si hæc eius uerba relegeris: Omni recens facto uulneri, nisi in uetre sit, expedit ex ipso statim sanguinem plus minusve effluere. quippe phlegmone minus tentabitur tum ulcus ipsum, tum quæ circumposita loca sunt. Post hæc autem, si uerba, quæ in libro de ulceribus ab eo sunt scripta, tum quæ in alijs omnibus libris sæpe proposuit, recorderis, debere scilicet imitatorem esse medicum non tantum naturæ, sed etiam eorum, quæ, cum sua sponte ueniunt, conferunt, clare iam senis mentem intelliges de sanguine, cum magna sint uulnera, detrahendo. Si nanq; expedit in talibus sanguinem effluere, non autem effluxit, quod deest, ipse adijcias, oportet. declarant id ea, quæ subiungit: quippe hæc statim cum iam dictis uerbis copulat. Et ab ijs, quæ inueterata sunt ulce- F ra, ut sanguis crebro fluat, efficere prodest, utcunq; opportunum uidebitur, tum ab ipsis ulceribus, tum a circumpositis ulceri partibus. Nam, quoniam prædixerat omni ulceri recens facto sanguinem emitti debere, cernens, nisi etiam de inueteratis mentionem faceret, fore ut ab aliquo putaretur de recentibus tantum ita pronunciasse, idcirco illud recte adiecit, & ab inueteratis ulceribus sanguinem mittendum esse. Ac, si perpetuum est, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionem ad contraria trahendam esse, fixam uero iam in laborante particula uacuandam esse uel ab ipsa particula, quæ affligitur, uel a maxime uicina, in promptu nobis & de sanguinis detractione colligere nũc est, quòd in principio hæc e longinquo, postea ab ipsis exulceratis partibus sit emolienda. Quinetiam, si ijs, quæ iam dixi, illud quoq; adijcias, nempe quòd ipsum, qui redundat, succum uacuandum esse Hippocrates suadet, alias sanguinis detractionem adhibebis, cum uidelicet is uincit: alias pharmacum, quod ad bilem flauam, uel atram, uel pituitam educendam uim habet, dabis. Illius interim in omnibus his non immemor, non esse ulceris, qua ulcus est, ullam id genus curationem, sed uel uitiosi, qui coniunctus est, succi, uel redundantiæ, uel phlegmones, uel herpetis, uel eius generis alterius: Sed nec illius oblitus, quòd aliquid interim ex ijs, quæ ulceribus accidunt, indicationem propriam suggerat, ueluti magnitudo. Dictum autem & de ipsis ulceribus est in libro, qui hunc præcedit: ubi ulcerum differentias omnes, & G quot, & quæ sint, & quæ sit uniuscuiusq; indicatio, exposuimus. Præberi tamen uacuandi indicationẽ ab ipsa ægritudinis ui, in eo libro non dixi propterea, quòd & longiorem demonstrationem requirebat, & totius corporis curam cum ulceribus in eo non coniunxi. hic uero executus sum, quantum ad rem propositam erat utile.

De reliquis indicationibus ulcerum curandorum, maxime uero de ijs, quæ a positu, & figura partium oriuntur. Cap. 9.

NAm absolutus sermo de hoc genere indicationis, quam a magnitudine morbi sumi diximus, etiã in sequentibus habendus restat. pari modo de indicatione, quæ ab ætate sumitur: præterea de ea quæ ab humoribus sanandis accipitur. Ad eundem modum, & quæ ab afflictis partibus indicatio exhibetur, consummatius in sequentibus libris tradetur. Nunc enim, quod ab earum natura, id est temperamento, & substantia sumi ad curationem potuit, tantum diximus. Quæ uero tum a positu, tum a forma, itemq; usu, præterea sensus acumine, hebetudineve indicatio suggeritur, hanc non attigimus: Dicatur itaq; & de his, quantum sit ad ulcerum curationem utile. Igitur, quæ acuti sensus pars est, eam quàm maxime citra dolorem curare tentandum. Tradita uero * eiusmodi remediorum materia est in ijs libris, qui sunt de simplicibus medicamentis inscripti. Quæ parum acri sensu est, hæc, si affectus ita H suadet, ualentiora remedia recipit. Et principis quidem membri robur seruari oportet: ueluti latius, ubi de phlegmone agemus, docebitur. Quod tale non est, licet, huic eam medendi rationẽ tuto adhibeas, quæ relaxando remittendoq; mitiget, Chalasticen Græci uocant. Atq; hæc quidem in sequentibus fusius tractabimus. In hoc libro indicationem, quæ & a positu, & a figura partium sumitur, trademus, atq; ita quarto huic libro finem imponemus. Hinc igitur excogitatum est ei, cui exulceratus uentriculus sit, medicamenta esse bibenda: Cui gula, non semel, nec tota simul assumenda, sed paulatim & assidue. quando ex transitu & contactu uulneribus, quæ hic sunt, utilitas accedit, non ex continẽdo, & diutius adhærendo, sicut ijs, quæ in uentriculo sunt. Quinimmo, & quòd crassiora hæc, & magis lenta sint adhibenda, id quoq; a positu figuraq; est indicatum. Nam, quoniam gula transitus quidã comestorum bibitorumq; est, idcirco remediorum eget, quæ adhærere, & undiq; quasi concrescere, & agglutinari possint: non aũt quæ elui ac defluere sint prompta. Ac circa partes eius ueluti concrescunt, quæ crassa sunt: agglutinantur, quæ lenta sunt. Quæ uero ulcera in crassis sunt intestinis, ijs, quæ per sedem inijciuntur, remedijs magis egent: quippe cui magis sunt propinqua. Quæ in tenuibus habentur (quoniam & lõginquiora sunt, & medio situ posita) ambo requirũt, & quæ superne sumuntur, & quæ per sedem infunduntur. Sane cõis oĩum internarũ partiũ indicatio est, ut ea eligãtur, quæ aĩalis naturæ maxi-

me

* Græce legitur & cum demõstratione. A.l.4.f.4.T 1. c.1.p.861. B.

* αἰσθητικῶν.

A me sint familiaria, siue ea cibi sint, siue medicamẽta: fugiantur respuanturq; huic contraria. quanquam in ijs, quæ foris sunt, ulceribus innoxius etiã taliũ medicamentorũ est usus, æruginis, æris usti, & æris squamæ, & cadmiæ, & pompholygis, lithargyri, & cerussæ. Hæc igitur, & similia interioribus exhiberi non debebunt. Porrò proditum de natura horum est tum in tertio de temperamẽtis uolumine, tum in libris de simplicibus medicamentis. Eligenda uero alimenta sunt, si quidem ad cicatricẽ perducere, aut glutinare ulcus studemus, tum austera, tum glutinosa, tum quæ minime mordeant: Sin emũdare, quæ modice abstergeant: quod munus mel non coctũ præter cetera præstat. Austeræ uero potiones, & eiusdem rõnis alimẽta cuiq; sunt nota. Voco austerũ id, quod Stryphon quoq; græce, id est adstringẽs, dicitur: Acerbũ uero, quod intensum austerũ est, græce Stryphnon. Quæ uero medicamẽta citra interna rum partiũ molestiã sumantur, ea tradita sunt in his libris, qui de medicamẽtis sunt scripti. Dicetur tñ & nũc eorũ formula. Ergo internis ulceribus opitulantur hypocystis, & balaustiũ, & cytini punicorũ, & galla, & mali coriũ, & * terra samia, & lemniũ sigillũ, & rhois rosarumq; succus, & acacia, aliaq; id genus, quæ ulceribus internis præsidiũ afferunt, nec ullam uisceribus noxã inferunt. Danda uero hæc sunt ex aliquo adstringentiũ decocto, uel mali cotonei, uel lentisci, uel summorũ rubi uitis ve, uel myrtorum, uel deniq; ex uino aliquo austero. Non latet aũt & de uini usu, quod cauendũ id est, ubi phlegmones

* σάμιον ἀστήρ.

B suspitio adest: alias dari nihil uetat. Nec illud obscurũ est, eiusmodi medicamina præparanda, ac iam dictis humidis excipienda esse: tum uero tragacanthen, & gummi illis admiscẽda: potissimũ si quis ea ijs quæ in gula sunt, exhibebit. Sed & gargarizare quoq; iubendũ est ei, qui ad fauces & paristhmia his utetur. At ad ulcus, quod in aspera fit arteria, ut supinus quàm diutissime in ore teneat, ac omnes, qui illic sunt, musculos relaxet remittatq;, præcipiendũ. Influit .n. sic sensim & paulatim de medicamento aliquid sensibiliter & manifeste in ipsam arteriam. Nam, & cum naturaliter se habet, scire licet potionis non nihil huc percolari. Sed, ueluti in secunda ualetudine, ita nimirum in aduersa cauendum est, ne largius influat, utpote quod tussim excitabit. Nam, quoad humor undiq; iuxta tunicas arteriæ, ceu iuxta murum aqua, descendit, tussim utiq; nõ cit: si quid per mediã spiritus uiam incidit, tusses statim excitat. Tum hæc igitur a situ & forma partiũ omnia sunt desumpta: tum uero non minus illud, quòd omnibus medicamentis, quæ thoracis & pulmonum ulceribus sunt destinata, mel sit admiscendũ: quando, si austera ijs duntaxat medicamenta exhibebis, ea in uentriculo morabuntur. Ergo digestionis eorũ in corpus, instrumentum mel erit, ac celeris transitus ueluti uehiculum: cum eo, quod nec ulceri nocebit. Ad eundem modum, quoties in uesica, & renibus uitium consistit, non solum mel ipsum, sed etiam eorum, quæ urinas mouent, quippiam, ulcerum medicamentis misceri oportebit. Illud quoq; patere, uel

A.l.1.f.4.c.28 p.155.B

A.l.3.f.10.T. 3.c.1.p.487. C.

C me tacente, cuiuis arbitror, exulceratas partes tum ex earum substantia, tum functione, tum utilitate, tum positu, tum figura discerni. Monstratum autem id abunde est in libro de notis affectorum locorum. Verum non est de illis nunc locus. Rursus igitur ad medendi methodum reuertor. Aio igitur nõ hæc modo, sed etiam alia non pauca ex figura partium posituraq; indicari: quippe quando nec deligare commode ægram particulam possis, nisi prius uel ex figura, uel positura, uel utrisq; indicationẽ sumpseris. sed nec immittere in sedem clysteris fistulam commode queas absq; eius generis indicatione. Iam per penem iniicere medicamenta in uesicam sæpe necessum est. Illud de cathetere apponere opus nõ est, quòd eo probe uti omnino nequeas, nisi & positum & figuram totius uesicæ plane perspectã habeas. In talibus ergo oĩbus clare patet non parum ad totam curationem affectum ipsum locum indicare. In ruptis autem, (quæ Rhegmata Græci uocant,) plures indicationes in idem concurrunt. siquidem, & quæ a positura capitur, recte ad examen uenit. Nam proptetea, quòd & in profundo corporis sunt, & latent, idcirco diuersam curationem ab ijs, quæ apparent, postulabunt. Quoniam uero cum ecchymosi quidem omnino, aliquando uero & cum contusione circum ipsam præruptam carnem consistunt, idcirco plures curationes indicabunt. Semper enim pro affectuum numero, etiam medendi *indicationes respondent. Ac docebitur quidem, ubi de phlegmone disseremus, locupletius, quòd ualẽ-

D tiora medicamenta requirant, quæcunque in profundis partibus laborant, quàm quę in summo corpore sunt affecta. Nunc id saltem arbitror patere, quòd solui necessum est præsidiorum, quæ foris applicantur, uim, ubi, quod ab his iuuandum est, in profundo latet. quare intendere hanc eatenus oportebit, quatenus per transitum ad profundum est remittenda. Sane ecchymosis omnis, uacuationem pro remedio curationis indicat: quare calfacientibus huic & modice siccantibus medicamentis est opus. Quippe, quæ uehementer siccant, digerunt illa quidem in principio euidentius, quàm quæ sunt imbecilla, ceterum non nihil ipsius uitij, scirrhosum difficileq; curatu relinquunt. Ac dicemus de his in sequentibus diligentius. sed & nunc, quantum ad rem pertinet, abunde est dictum. Quæ enim humectant calfaciuntq; pharmaca: præterea hæc, quæ omnes iam græce uocare Chalastica, id est relaxantia, solent: atque ex his quæcunque ad siccius paulo uergunt, nec tamen adhuc clare manifesteque contrahentia sunt, quæ * Syntatica uocant, hæc omnium sunt ecchymomatum remedia. Curandum uero est, ut unà cum ruptis, quæ in profundo hærent corpore, hæc tum uires magis habeant intentas: tum ipsa magis acria magisq; * dissipantia sint: tum (ut semel dicam) tanto efficaciora, quanto magis a cute ad profunda ecchymosis recessit. In talibus sane nec cucurbitæ usus sit inutilis. Id etiam est instrumentum ad uiolentum attractum a medicis excogitatum. Ceterum, cum totum ecchymoma digestum per halitum est, siccare iam uehementius ruptum ipsum permittitur, ac deligatura coniungere, omniaq;

A.l.1.f.4.c.3. p.137.B

A.l.4.f.4.T.2 c.2.p.868.D.

* Alias ξηραντικά.i. exiccantia.

* τμητικώτερα .i. incidentia.

omniaq; in summa facere, quæ, ut ulcus coalescat, efficiant. Ergo, si euocatum celeriter ecchymoma E fit, facile coalescet rupta ipsa caro. Sin longiore spatio, sordes multa subnascens medium inter ulceris labra spatium occupat ita, ut iam coire ruptio non possit. Atque inde adeo fit, ut qualibet leui de causa nos hæc sui admoneant. Nam, siue quis obriguit, siue parum concoxit, siue febri laborauit, siue se uehementius fatigauit, eiusmodi particulis ilico dolet. Non enim in idem coiere ruptionis labra, sed tantum prope sunt admota. Quo fit, ut leue momentum ea facile separet, & medium locum superuacuo humore repleat. Et quid, quæso, aliud, quàm assidue nouum ecchymoma his gignitur? & primo illi, cum uidelicet primum caro est rupta, simile: nisi quòd nunc ex tenui magis * sanie constat, cum in principio e sanguine ecchymoma esset: ideoque facilius etiam nunc, quàm intra initia, digeritur. Hæc itaque, quæ hactenus diximus, disputationi de ulceribus satisfacient. Finemque iam quarto huic uolumini impono.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST

DE MORBIS CVRANDIS,

LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Sanguinis profluuia, quæcunque venis uel arterijs læsis contingunt, sanantur, ac vlcera in pene uel in sede.

Epilogus uniuersæ ulcerum curationis superioribus libris explicatæ. Cap. I.

QVEMADMODVM quis vlcerum curationem optime moliatur, cum duobus ante hunc libris docuerimus, illud obiter ostendimus, reliquos omnes medicos, qui simplicium in nobis particularum elementis minime inquisitis artem adeunt, non posse quicquam certa ratione sanare, minimeq; omniũ, qui Thessali dogma profitentur. Reliqui nanque ea saltem ulcera, quæ in diuersis sint partibus, diuersis rationibus sananda cẽsent, ipsa nimirum experientia docti. G Qui uero Thessalum authorem sequuntur, propter excellentem scilicet sapiẽtiam, omne ulcus, quacunque in parte animalis sederit, similis egere curationis putant. Quippe, si cauum sit, impleri: si æquale, cicatrice induci: si caro supercrescat, hanc detrahi: si cruentum recensq; sit, agglutinationem postulare aiunt: ceu uero, qui hæc norit, eum recte mederi sit necesse: nec sit hæc ratio etiam cuilibet e plebe communis, cum nemo sit, qui horum quicquã ignoret. Ceterum nec, quemadmodum carne implendus sinus sit, nec, quemadmodum ad cicatricem perduci, quod impletum est, debeat, aut comprimi, quod superauctum, aut coalescere, quod purum citraque sinum est, intelligunt. Sunt enim eiusmodi opera tantum medicorum, quæ uel ratione, uel experientia, uel utriusq; ope sunt inuenta. Rursus igitur repetentes, summatim ea percurramus, quo dicendorum caput cum dictorum copuletur calce. Monstratum est omne ulcus siccantia medicamenta requirere: Ceterum, quod sinum habet, ut minus sane, quàm reliqua, sic ea, quæ, præterquam ꝙ modice siccent, etiam abstergendi facultatem obtineant, desiderare: Quod uero coniungi sibi labra postulat (cuiusmodi scilicet sunt, quæ medicis latine Cruenta, græce Enęma dicuntur) huic tum, quæ magis etiam siccẽt, tum uero, quæ citra abstersionem leuiter adstringant, opus esse: Iam, quæ ulcera perduci ad cicatricem postulant, hęc non solum magis adhuc siccantibus, sed etiam strenue adstringentibus remedijs egere: H Quòd si caro eorum præter naturæ modum intumuit, acria & demolientia (quę eadem calida siccaque necessario sunt) desiderare. Si quod uero aliud symptoma ulceri adiunctum erat, ab eius natura curationis indicatio sumebatur: atq; ex hac rursus remediorum facultas petebatur: Si nanque sordes innasceretur, quæ hanc tollerent, opus esse: eaq; omnia abstergendi uim habere multo sane maiorem, quàm ea, quæ carne implerent: Si uero copiosior in his humiditas cerneretur, etiam quod magis siccaret, medicamento opus esse, ceterum quod propriam speciem non egrederetur: Ac, si agglutinaturum medicamentum esset, siccans adstringensq; id esse debere: si carne impleturum, siccans & abstergens: atq; in singulis reliquorum, uti dictum est: Si uero intemperata subiecta caro esset, primum eius intemperatiæ succurrendum esse, utique, quæ siccior iusto esset, hanc humectantibus: quæ humidior, siccantibus: tum quæ calidior esset, refrigerantibus: quæ frigidior, hanc calefacientibus: &, si gemina qualitate esset intemperata, pharmacum quoq; eligentibus, quod gemina esset qualitate contrarium: Quippe id omnium, quę præter naturam sunt, commune esse, non posse ad naturam suam redire quicquam sine ijs, quę ipsi facultatem haberent contrariam: Considerandas pręterea & intemperantiæ causas hoc tempore esse, siue hę totius corporis essent communes, siue quarundam partium propriæ, quę uidelicet per societatem (quam Sympathian uocant) exulceratum membrum infestarent: Medendum uero primũ

esse

A esse causę, quę intemperantiam adhuc foueret: post hanc uero ipsi, quæ iam facta esset, intemperantię: Quippe hanc communem * indicationem esse omnium, quæ ex causa quapiam oriantur. Ostendimus autem tum ab ulcerum differentijs diuersas præberi indicationes: tum eas, quæ a laborantis corporis temperamento sumuntur, diuersam ab his habere rationem. Siquidem illæ, cum ex ijs, quæ præter naturam sunt, sumantur, omnes contraria esse adhibenda dictant: hæ, cum ab ipsa natura capiantur, similia. Nam, si qua siccior pars est, ea magis siccari postulat: quæ minus talis est, ea minus est siccanda. Ad eundem certe modum & de calefaciendo refrigerandoque est præceptum. Nec illud omisimus, ex præcellentia membri, aut contrario statu, itemque ex sensu acri hebeteve diuersum medicandi consilium peti.

De unitatis solutione in uena, uel arteria. Cap. 2.

Ergo, quod reliquum est huius morborum generis curandi, id nunc apponamus. Nos genus id, lucidioris doctrinæ causa, unitatis solutionem appellauimus. nec refert, si continuitatis solutionem uoces. Incidit hæc non in similaribus modo, & simplicibus partibus, sed etiam in compositis, & instrumentalibus. At uero remediorum indicationes aliæ a similaribus sumuntur, aliæ ab instrumentalibus. Quarum ambas norunt, qui methodum Hippocratis consectantur, propterea, q̃ utrarunq; partium na-
B turam intelligunt: alteram autem duntaxat (nempe quæ ab instrumentalibus præbetur) qui Erasistratum, & Herophilum sequuntur. Quare in ijs, qui sequentur, sermonibus, quæcunq; a calido, frigido, humido, & sicco corpore morbove indicationes sumuntur, nullius certe methodum hi habebunt: quæ uero a forma, positu, præcellentia, acri sensu, aut his contrarijs præbentur, has nõ ignorabunt. Illustrius
A.l.4.f.4.c.1. c.16.p.87.a.f. erit, quod dicimus, si partes ipsas proposuerimus. Quoniam igitur de ijs maxime ulceribus, quæ in carnosis accidunt partibus, hactenus abunde tractauimus, nunc tempestiuum uidetur de ijs agere, quæ in arteria, uena, & neruo contingunt: nec de ijs absolute, sed ut in quouis sunt uiscere, uel deniq; instrumentali animalis parte. Ergo, sicui arteria uenave magna vulnerata est, & copiosum sanguinis profluuiũ continuo superuenit, & glutinari id vulnus difficile quidem etiam in uena est: in arteria uero non solum difficile, sed etiam quod fieri (sicut non nullis medicorum est uisum) omnino fortasse non possit. Dicendum ergo uicissim de utrisq; est, ac prius de sanguinis profluuio: secundo loco de agglutinatione. Quoniam autem, & per anastomosin, & per diapedesin, ut mox docebimus, profluuia huiusmodi fiunt, non alienum sit propterea, quòd curationem communem habent, etiam hoc loco de ijs meminisse, tametsi ex alio esse morborum genere uideantur. Sane profluit ex uena, uel arteria sanguis, aut reserato earum ore, aut tunica earum diuisa, aut (ut sic dicam) transcolatus, siue sudoris modo transmissus. Por-
C rò diuiditur ipsa tunica tum ex uulneratione, tum contusione, tum ruptione, tum erosione. Anastomosis accidit propter tum uasis imbecillitatem: tum sanguinis, qui ad os eius impetu ruat, copiam: ad hæc, acrem quampiam, quæ illi extrinsecus incidat, qualitatem. Diapedesis uero ex tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine uero tenuato oritur: accidere præterea interim potest & ex gracilium uasorũ ore adaperto. Dicendum igitur est de horum affectuum unoquoq; seorsum: ac primum de diuisione, quam uel ex erosione, uel uulnere, vel contusione, uel ruptione diximus accidere. Quæ itaq; vulnerant, ea sunt acuta, atq; ad secandum habilia: quæ contundendo soluunt, ea grauia duraq; sunt: quæ rumpunt, omnia id tensionis interuentu faciunt: idem & intensior actionis uehementia facit, tum succi abundantia, non vtique uirium respectu, sed cum a uase suo non continetur: etiam casus ab alto, tum graue quippiam durumq; incidens. Quippe eiusmodi aliquid cum uel uasis uacuis, uel pusillam omnino rem continentibus in ea inciderit, si durum ex opposito obiectum habet, contusa reddit: at, si plenum uas sit, prius id rumpit, quàm contundat: cum sit, quod tum accidit, persimile, ac si utrem uesicamve impleas, atque in hanc lapidem iactes: uel contra lapidi utrem uiolenter illidas. Sane huic persimile est, quod accidit in casibus ab alto. Quam nanq; rationem uter habet ad lapidem, hanc homo habet ad solum. Quisquis uero ex maximo acutissimoq; clamore, in pulmonibus uas perfregit, is uiolentię actionis acceptum ma-
D lum referet. Similiter huic, & qui ex eo, q̃ prægraue onus aut humeris imponere est conatus, aut alias manibus attollere, uas fregit. Atq; hoc etiam magis, cui ex concitatissimo cursu, aut ualentissimo saltu, aut aliter particula ulla uiolenter extensa id accidit. Est enim id quoq; persimile, ac si funem, aut lorum quàm maxime distendas. Porrò perrumpi quoq; non pauca propterea, quòd sanguinem, quem in se habent, non continent, potissimum cum flatulentus is sit, indicio sunt tum dolia, quæ sępe musto rumpuntur: tum alia multa ualentissimorum corporum.

Quibus remedijs uenarum & arteriarum ulcera agglutinari, & fluxus sanguinis deriuari, ac reuelli queat. Cap. 3.

AC, si ex vulnere, uel clamore, uel casu, uel contusione perruptum uas est, utiq; in his causa ipsa desijt. Si uero ex abundantia, fieri potest, ut uas etiam amplius rumpatur, effectrice saltem adhuc manente causa. Atq; in hoc quidem affectu uacuanda quamprimum abundãtia est: abhinc sanguis supprimendus: mox ulcus ipsum curandum. Vbi uero effectrix causa iam desijt, primum sistere sanguinem expediet, post ulcus sanare. [Quomodo igitur sistemus sanguinem?] Obturato quidem, quod perruptum est: auerso autem atque aliorsum translato, quod per id ferebatur. quando, si id eo, quo inter initia, impetu confluat, osculũq; uasis pari modo pateat, citius plane moriatur animans, quæ profluuio laborat, quàm sanguis cesset effluere. Porrò ulcus ipsum claudetur uel labris eius, quę dissident, in idẽ

adductis:

adductis:uel osculo eius obstructo. Adducētur in idem labra eius tum nostrarum manuū opera,ubi sic E
ad manum ulcus se exhibet:tum per deligaturam:tū vero per ea remedia,quæ refrigerēt,& adstringāt.
Neque enim fuere fas est arteriæ veneve vulnus: veluti dixerint, qui nullam a vulneratæ partis substan
tia naturaque sumi indicationem aiunt. Obstruetur uasis osculum & sanguine ipso concreto(,qui Thrō-
bos græce dicitur:)& ijs,quæ foris illi imponuntur. Possunt autem superimponi tum carnosæ ipsæ,quæ
circa ulcus sunt,partes : tum in non nullis vulneribus ipsa cutis:ad hæc quæcūque ipsi comminiscimur.
Ea sunt & linamenta,quæ Motus græce vocant,& medicamenta ea,quæ idcirco, quod ex lenta crassa-
que substantia consistant,meatus obstruunt, (Græci Emplastica vocant:)præterea quæ crustam, quam
Græci Escharan vocant , efficiunt . Quippe hāc quoque ceu septum quoddam huiuscemodi vlceribus
veteres excogitarunt . Efficiunt hanc tum ignis ipse, tum quædam medicamina quibus ignea vis inest.
Atque his quidem rebus obstruitur vasis osculum. Auertitur autem sanguis,atque ad alia membra con
uertitur,tum ad proxima deriuatus:tum ad contraria reuulsus. Illud Parocheteusin: hoc Antispasin græ
ci vocant . Nam hæc quoque Hippocratis inuenta sunt,omnis scilicet immodicę vacuationis commu-
nia remedia. Deriuatio ad vicina loca fit,cum id,quod per palatum vacuatur , per nares deriuatur : re-
uulsio autem ad contraria,cum ad interna reuellitur. Rursus,quod per sedem profluit,id per vuluam de "
riuamus:sursum uero reuellimus. Ita nanque & natura ipsa facere solet. Mulieri enim,inquit Hippocra F "
tes,sanguinem vomenti menses superuenientes remedio sunt . Hac igitur de causa , si vel menses con-
fertim eruperint, vel sanguis ab utero quoquo modo profluxerit, sursum reuelles , cucurbitā maximā
sub mammis defigens. Nam & hoc Hippocratis inuentum est. Eandem ob causam,cum e naribus san-
guis erumpit,id retinent maximæ in præcordijs defixę cucurbitæ. Infigendæ autem sunt,si ex dextra na
re profluit,super iecinore:sin ex sinistra , super liene.si ab vtraque nare, super vtroque sunt imponendæ
uiscere . Quòd si resolutus adhuc æger non sit , etiam vena ex eo cubito incidenda est, qui profusioni e
directo respondet. Vbi paulum detraxeris,mox vnam horam intermittens,rursus detrahes,post iterum A.l.1.f.4.c.3.
atque iterum,pro laborantis uiribus. Ad hunc modum & reliquas omnes fluxiones (quippe commu- p.137.A.
nis ratio est)tum ad contraria reuocabis,tum per vicina deriuabis,vtique,quæ per aluum fluunt, ea vel
per vrinas,vel vterum transmittens:quæ vero per vrinas,ea vel per uterum,vel per sedem transferens :
pari modo,quæ per vterum erumpunt,vel per vrinas,vel per aluum:quæ uero in oculis,aure,vel palato
fluxiones accidunt,eorum ad uicina deriuatio per nares est. Reuulsio vero in ijs,quę supra sunt, omni-
bus,deorsum semper agitur:sursum,in his,quæ sunt infra. Præterea a dextris ad sinistra, sicut ab his rur
sus ad illa.similiter ex ijs,quæ intus habentur,ad ea,quæ foris sunt:contraque ab his ad illa. Ergo frictio
contrapositæ partis potissimum per ea medicamenta,quæ calefaciant:præterea uincula ualentius addu G A. ibidem.B.
cta,ijs,quæ ad contrarium reuocant,remedijs sunt annumerāda. Non secus profecto & naturaliū mea-
tuum,qui positi ex aduerso sunt,reclusio. Quæ vero id præstare medicamenta possint,tradita eorum ma
teria a nobis est in libris,quos de medicamentis prodidimus: sed de omni fluxione in sequentibus etiā
libris tractare necessum erit:Nunc ad sanguinis profluuium est redeundum. Quippe de genere obturā-
tium quodāmodo est & vinculum ipsis profluentibus uasis iniectum:ipsique nostri digiti,dum ea com
mittunt,stringuntque. Est & alia huc pertinens ligatio,quam Græci Epidesin vocant: quanquam ipsum
vas circulo non complectitur,sicuti vinculum:uerum cum ex parte complexu suo committat quodam
modo uulnerati membri dissidentia labra,&,quæ superimposita sunt,contineat, merito inter clauden-
tia remedia numeratur. Præter omnia iam dicta, inter hæmorrhagiæ remedia censeatur , & appositus
uulneratæ partis situs. Porrò appositus fuerit,si ad geminum hunc finem sit directus: nempe ut & dolo-
re pars careat,& sursum spectet. Si uero uel prona spectet,uel doleat,nō solum profluuium non sistetur,
sed etiam,si non sit,prouocabitur. Ergo,qui hæc norit,siquando astiterit ei, cui ex uulnere sanguis pro-
fluit,(de his enim primum agam)ilico digitum super os uulneris uasis imponat, blande innitens, ac si- A.l.1.f.4.c.2.
ne dolore comprimens:quippe simul tum sanguinem sistet,tū eum concrescere in uulnere faciet . Qui p.152.E.
nimmo si uas,unde profluitur,alte sit demissum,certius ipsius tum positum intelligat,tum etiam magni H
tudinem:præterea,uenane sit,an arteria. Post hæc iniecto unco attollat,ac modice intorqueat. Quòd si
ne tunc quidem sistitur sanguis , si uena fuerit , tentet citra uinculum sanguinem supprimere aliquo
ex ijs medicamentis , quæ sanguinis supprimendi facultatem habeant . Sane optima horum sunt em-
plastica ea , quæ ex frixa resina , & farinæ triticeæ tenuissimo polline , & gypso , alijsque id genus sunt
confecta . Sin arteria sit , duorum alterum , aut uinculo amplectens , aut totum uas pręcidens , pro-
fluuium sistes . Sane uinculum magnis quoque uenis inijcere interdum cogimur : atque etiam inter-
dum totas præcidere utique transuersas . Incidet autem huius necessitas in ijs , quæ ex profundissi-
mo loco rectę assurgunt , pręsertimque per angustas , uel principes particulas . Quippe ita retra-
hitur ex utraque parte pars utraque , celaturque ac integitur a superiacentibus corporibus uul-
nus . Tutius tamen est utrunque facere , & uinculum uasis radici inijcere , & quod deinceps habetur
præcidere . Radicem uasis uoco priorem eius partem , quę uel iecinori propior est , uel etiam cor-
di.hæc in collo ab inferiore est parte : in brachijs & cruribus a superiore : in singulisque reliquarum
partium,prout ex dissectione intelligere licet:quam nec ipsam amethodi isti Thessalij admittunt.

A *Quo pacto implenda carne sint ulcera, cum sanguinis impetum sisterimus: ac de medicamentis, quæ crustam inducunt.* Cap. 4.

HIs peractis implendum carne uulnus quàm primum est prius, quàm uinculum a vase decidat. Nisi enim producta caro prius locum, qui circa præcisam arteriam est, impleuerit, sed locus aliquis uacuus superfuerit, utique, quod Græci Aneurisma dicunt, sequitur. Quam ob rem eo potius genere sanguinem sistentium utendum suadeo, quòd sua lẽtitia meatus obstruat, (emplasticon uocãt) quàm quòd crustam efficit, propterea, quòd & citius & minore cum periculo post ipsum impletur uulnus. Quippe (Al 3.f.17.c 9 p.651.C.) periculum in altero est, ne, si defluat crusta, rursum sanguinis, profusio ex uase excitetur. Optimum igitur omnium, quæ noui, medicamentorum, quo etiam ad cerebri membranarum hæmorrhagias tutissime utemur, est, quod nunc subijciam: Thuris pars una, aloes partis unius semissi miscetur. mox cum utẽdi tempus instat, tantum huius cum oui candido subigitur, quantum mellis reddat crassitudinem: hoc dehinc leporis mollissimis pilis excipitur: deinde tum uasi ipsi, tum ulceri toti liberaliter imponitur. alligãdum autem id forinsecus fascia est ex tenui linteo. Cuius fasciæ primi quatuor quinque ue amplexus ipsi profluenti vasi inijcientur. abhinc vasis radicem versus ducentur, in quibus uidelicet partibus radicem versus ducere licet. Licet autem fere in omnibus præterquam cerebri membranis. His factis, B ubi tertio die solueris, si tuto adhuc medicamen vlceri adhæret, aliud rursus super impones: ac ueluti linamentum id, quod ex pilis factum inhæsit, madefaciens deligabis ita, vt initio deligasti. Sin prius sua sponte linamentum decidat, radicem vasis digito blande comprimens, quatenus videlicet nihil confluat, hoc quidem suspensa manu adimes, atq: alterum impones: ad hunc modum, quoad carne munietur, curare vas debebis, vtique à principio ad finem vsque particulam supinam seruans, custodito tamẽ in hac situs figura, modo. Vitandum enim, ne dolor incidat, ac rursus profluuium excitet. cum nihil sit, quod profluuium magis, quàm dolor, proritet, & phlegmonas augeat. Hoc medicamento multifariam vtor, alias (vt dictum est) duplũ thuris aloe admiscens: alias pari modo ambobus vtens: alias paulo superante aloen thure, aut etiam plusculo, sed nondum duplo: etiam mannam pro thure aliquando inijciens. Est autem manna medicamentum, quod magis, quàm thus, adstringat: Thus uero, quàm manna magis emplasticum. Porrò constat in duris corporibus plus aloes esse immiscendum, in mollibus plus thuris. Eritque alterum eorum magis adstringens: alterum lentitia & crassitudine sua tenuibus spiramẽtis magis inhærens: quod emplasticoteron uocant. Itaque etiam, magis tenax, ac (ut sic dicam) resinosius deligas thus oportet; ubi magis esse emplasticum medicamentum studebis: id sane tum mollius est tum albidius, tum quod mansum ritu aloes & mannæ non comminuitur, sed partes suas sibi cohærẽtes C defendit, ueluti Chia mastiche. Verum hæc eius tractationis sunt propria, quæ de componendis pharmacis præcipit: quam in hoc opere non alicubi attigisse omnino non licuit. Siquidem aut nusquam nobis particularis exempli facienda mentio fuit, sed ipsis tantum uniuersalibus contentos esse methodis oportuit: aut, si particularia poneremus, etiam præparatio eorum fuit attingẽda. Verum (ut ante est dictum) eius generis remediorum, quæ methodo sint inuenta, uno alterove exemplo hic posito contentos esse conueniet. Id uero semper mihi teneri memoria uelim. Sed reuertamur rursus ad id, quod dicendo, parum absoluimus. Mentionem enim iam dicti medicamenti idcirco pluribus feci, quòd ceteris id omnibus præstare mihi persuasi: mirorque, si cui melius inuenire continget. Ideoque tum in cerebri mẽbranis semper: tum in colli uulneribus eo utor: etiam ipsarum uenarum iugularium, quas Sphagitidas uocant: utpote cum harum quoque profluuium citra uinculum sistat. Non est autem in his committendum, ut in opere properes, ueluti quidam stolidi chirurgi faciunt: sed altera manu inferiorem uasis partem comprimes, aut complexus tenebis: altera medicamentum uulneri impones, ac blande ei apprimes, donec concretum adhæserit, mox deligabis superne deorsum, non (ut in artubus) inferne sursum. siquidem radicem uersus uasorum ducere deligationem oportet, ac, quod confluit, reprimere. Sũt porrò & alia nõ pauca pharmaca, quæ citra omnem dolorem emplasticam uim obtinent: uerum nullũ D ita carne implet. Expedit autem quàm maxime in eiusmodi casu, ut priore medicamine cadente, caro circum uas ipsum sit producta. At, quæ crustas generant, ubi crusta decidit, magis nudam partem quàm pro ipsius naturali habitu, derelinquunt. Est nanque ipsius crustæ generatio ex subiectis circũpositisque corporibus (ut sic dicam) semiustis: sic, ut cuiusmodi in hyemem extinctos hos carbones rem parant, eiusmodi ipsæ crustæ carnis exustæ sint reliquiæ. Quare, quantum particulæ adustum ad crustã est, tantum profecto ipsi de naturali carne deperditur. Id itaque omne particulæ decedit, cum crusta cadit: atque ob eam rem nuda sineque carne uisitur. Multisque postea, quàm crusta decidit, profusio sanguinis, quæ ægre supprimi potuit, superuenit. Quare in his quoque quisquis methodo administrare omnia uolet, is tum modos omnes, quibus sanguis supprimatur, longe ante considerabit: tum eum eliget, qui minus sit cum periculo, utens non minus & reliquis omnibus, quoties necessitas urgebit. Maximã autem necessitatem, uel crustificis medicamentis, uel ignitis ferramentis utendi animaduerti, ubi ex erosione putrescentis alicuius, profluuium sanguinis concitatur. Quinetiam, ubi in tali affectu totum, quod computruit est sublatum, tutius est uel ipsius ueluti radicem adurere, uel certe crustificis medicamẽtis uti. Hac uero ratione tum in pudendis, tum sede ad talem necessitatem sæpe deuenimus, quòd uidelicet hę partes tum propter naturalem *humiditatem, tum quod excrementorum sunt canales, ex leui cã putrescant: id uero, quo pro incrustantium pharmacorum delectu consilium diriges, erit non utique so-

*Alias. liquidiora. i. caliditatem.

lus calor, ſed cum quo adſtringendi facultas ſit coniuncta, qualis in chalcitide, & myſi & atramento ſutorio, ſiue uſtis his ſiue inuſtis utere, uiſitur. Quæ uero ex calce non extincta conficiuntur, ea utiq; ualentiora his ſunt: ceterum calx adſtringendi uim non habet. Excidunt igitur citius, quæ ab his fiunt cruſtæ: hærent autem corporibus diutius, quæ ab adſtringentibus. Quod utiq; longe eſt utilius: quando ita prius naſcitur in imo earum caro, efficiturq; profluenti uaſi uelut operculum quoddam. Vnde nec noſmet præcipites eſſe (ueluti nonnulli ſunt) ad cruſtas, ubi hæmorrhagias periculum imminet, detrahendas oportet, niſi in illis tantum affectibus, in quibus propter putredinem candens ferrum corpori hominis admouere coacti fuimus. Appellant, neſcio quomodo, cum affectum omnes nũc medici Græci νομὴν a uerbo, quod paſcere ſignificat, propterea, quòd pergere paſcendo id uitium ab ægris particulis ad eas, quæ integræ ſint, ſoleat, atq; harum ſemper aliquid ægris adijcere: ita, ut non a ſubſtantia indicatæ rei, ſed ab acceſſorio appellationem indiderint. Copia materiæ medicamẽtorum omnium, quæ hac prædita facultate ſunt, in proprijs commentarijs dicta eſt. Proprios intelligo, & qui de ſimplicibus medicamentis, & qui de compoſitione eorum ſunt ſcripti.

B

Capita methodi ſanguinus profluuium ſiſtendi, ac de eo profluuio, quod de profundo corporis erumpit. *Cap. 5.*

F

ERgo recenſitis huius methodi, qua ſanguinis profluuia, quæ ad manum ſunt, cures, capitibus mox ad eorum, quæ in alto ſunt corpore, tractationem accingemur. Qui igitur e uaſis profluit ſanguis: aut propterea, quòd amplius non confluet, ſiſtetur: aut ꝙ occluſa diuiſio erit: aut etiam propter utrunq; ſimul: id quod reor tutiſſimum. Porrò confluere prohibetur & propter animi deliquium, & cum ad cõtraria reuellitur, & cum ad uicina deriuatur, & per refrigerationem tum corporis totius, tum uero præcipue ipſius partis afflictæ. Hac enim ratione etiam frigida pota ſæpe hæmorrhagias ſuppreſſit. Idem facit & frigida foris in fotu affuſa: ſed & poſca, & uinum acerbum, aliaque, quæcunq; uel aſtringendi, uel ſimpliciter refrigerandi uim habẽt. Clauditur ipſa diuiſio, ſi uel contrahatur, conniueatq; id, quod diuiſum eſt, uel obſtruatur. Sane contrahitur tum adſtrictione, tum refrigeratione, tum deligatura, tum uinculo exceptum. Obſtruitur uel intrinſecus, uel extrinſecus: Et intrinſecus quidem, a ſanguine cõcreto, Græci Thrombon uocant: Extrinſecus tum hoc ipſo, tum uero linamentis, & ſpongijs, & cruſtis, & medicamentis ijs, quæ lentitia craſſitieq; ſua meatus obſerant, (Græci Emplaſtica uocant:) ad hæc corporibus ijs, quæ circumiacent, propius admotis. Quorum ſingula quemadmodum perficiantur, dictum iã eſt. At, quæ de profundo ſanguinis profluuia erumpũt, ea nec uinculo, nec deligatura ſanes, ueluti nec ignitis ferramentis, nec (ut ſemel dicam) ijs, quę diuiſum ipſum corpus partemve contingere machinamur, immo per reuulſionem, ac deriuationem ad uicina: præterea cibum potionemq;, qui & emplaſticam uim habeant & refrigerent, & medicamenta, quæ adſtringant. Habes uero uberem talium materiem in proprijs operibus. Quæ uero a partibus indicatio ſumitur, ea communibus, quæ iam dictæ ſunt, curandi * indicationibus, ueluti auctarium in ſingulis affectibus accedit: ſiquidem inſtrumentis aliquãdo utimur pro partis ipſius proprietate, alijs ad uterum, alijs ad ueſicam, alijs ad omnia inteſtina craſſa. Quippe in hæc, per clyſterem: in uterum, per ea, quę Metrenchytas Græci uocant, idoneorum aliquod medicamentorum immittimus: Sic & in ueſicam, per indirectum foratas fiſtulas. Sane rariora ex his profluuia ſanguinis fiunt, ſed tamen aliquando fiunt: &, quanquam non profuſione ipſa, periculoſa, at certe ob diuturnitatem non ſine periculo. Siquidem quaternis diebus uidimus e vulua profluere ſanguinem, nec potuiſſe ullo remedio ſiſti, quoad quarto die * plantaginis ſucco utentibus nobis prorſus conſtiterit. Eſt porrò id medicamen & ad ea, quę ex eroſione excitantur, ſanguinis profluuia utiliſſimũ: cui etiam ualentius aliquod hoc caſu medicamentum, alias aliud ei miſcere ſoleo, utiq; ad totum reſpiciens affectum: id quod ſemper eſt faciendum, ac pro maximo documento in omnibus habendum. Nã in his ipſis, quæ ex vulua, ueſica, & inteſtinis profluuia citantur, ęſtimari debebit ipſius profuſionis quãtitas, vt uidelicet hanc iam uel ut primam, uel ut ſecundam * indicationem curationis habeamus, nec tamen obiter totius affectus non habentes rationem. Nam, ſi perruptum uas aliquod magnum eſt, aut uehementer recluſum hiat, utiq; adſtringentibus medicinis eſt opus, ueluti balauſtio, & hypocyſtide, & rhoe, & omphacio, & acacia, & gallis immaturis, & malicorio. Sin uel exiguum uas eſt, quod perruptum eſt, uel modice recluſum, ſic, ut non multus ſit, qui in eo profluit ſanguis, etiam aloe, & manna, & pini cortex, & lemnium ſigillum, & ſpinæ ægyptię fructus, & crocũ, & lapis hæmatites, aliaq; id genus ex uino nigro auſtero utilia medicamenta ſunt. Quòd ſi nec genus id uini præſto ſit, nec * plantago, nec ſolanum, (quippe hæc quoq; ſunt idonea) coquemus in aqua & rubi germina, & cynosbati, id eſt canini rubi, & myrti, & lentiſci, & hederæ, in ſumma omnium, quibus adſtrictoria uis ineſt, ſiue radix ſit, ſiue fructus, ſiue cortex, ſiue germen: ideoq; etiam adſtringentium malorum, maximeq; cotoneorum, itemque myrtorum, & meſpilorum decoctum idoneum ad propoſita præſidium eſt.

G

H

A.l.4.f.4.r.a. c.16.p.873.a.

*arnoglosſi. A.l.3.f.21.r.a c.4.p.726.c

*arnoglosſum

De profluuio ſanguinis ex eroſione, uel Diapedeſi. *Cap. 6.*

AT, ſi ex eroſione profluuium quoddam incidit, non eſt id magna ex parte profuſius, ſed exiguum & paulatim effluens: eoq; Paſionis, uel Andronis, uel Polyidæ paſtillis utendum eſt, aut etiam (ut dictum eſt) noſtro, † qui genere eandem uim obtinet, ceterum magis potentem. Siſtunt enim hæc eroſionem: ſi tamen etiam toti corpori ſit conſultum, ut prius eſt dictum. Sin profuſior hæmorrhagia ſit, ijs, quæ uehementiſſime adſtringant, utendum medicamentis eſt, quoad uehemens eius impetus frangatur:

† ipreſſi cod. & manuſcripti quidam, ut Linacer tranſtulit, habent:

gatur:

funt tamẽ qui addant τοῦ διὰ χάρτου .i. ex charta confecto.

A gatur: mox deinde admiscendi illis pastilli sunt: postea ad ipsos solos ueniendum, cum aliquo ex ante
dictis succis aut decoctis. At uero, quæ extrinsecus profluenti particulæ admouentur, tum adstringen-
tia, tum citra adstrictionem frigida, hæc ipse (ueluti plerique medicorum) non vbique probo: sed
mihi contra omnino, quàm fieri res postulat, ipsum sanguinem intro compellere, ac uenas, quæ in al-
to sunt, implere uidentur. Vidimus enim quosdam eorum, qui ex pulmonibus sanguinem reijcerent,
ex thorace refrigerando manifeste læsos: æque ut, qui sanguinem uomuerunt, non nullos, quòd uenter
foris esset refrigeratus. Eodem modo & eorum, quibus ex naribus sanguis profluxit, aliqui ex capitis
refrigeratione deterius habuerunt. Ergo nec omnino, nec sine discrimine, nec omni tempore loca, quę
circa particulam, unde sanguis profluit, sunt posita, refrigeranda suaserim, immo postea, quàm in alia
prius auerteris: vt, exempli gratia, in naso, ubi sanguinis missione (ut diximus) sis usus, uel artuũ frictio-
ne deuinctioneq;, uel ad * præcordia defixis cucurbitis. Quin ne sic quidem ad frontem & caput ilico
refrigerantibus utendum, sed prius est ad contraria reuellendum, utiq; affixa in summa ceruice cucur-
bita. Quippe duplex est in sanguinis ex naribus profusione auersio: & quæ est ad totius corporis infer-
na: & quæ est ad capitis posteriora: propterea uidelicet, quòd ipsæ nares & in superiore, & in anteriore
parte sunt sitæ. Aduersatur aũt ei, quod supra est, id, quod infra: & ei, quod post habetur, id quod ante.

* Hypochondria. Quã dictionem Linacer fere semper præcordia transtulit.

B Verũ de sanguinis profluuio uel hactenus dictum abunde sit. Patet nanq; & diapedesin, quã uocant, re-
frigerantibus astringentibusq; esse curandam: &, si propter tenuitatem sanguinis aliqñ incidat, crassio-
re uictu. Is uero cuiusmodi sit, dicetur in sequentibus: dictumq; iam ad quendam modũ est in libro, qui
de attenuante uictu est scriptus. Iam uero ad memoratorum affectuum curationem est redeundum. Er-
go, quod uenæ insedit ulcus, ubi ad inanum est, eandem desiderat curationem ijs, quæ in carne accidũt,
de quibus, duobus ante hoc uoluminibus disputaui. Nam, siue ex recenti uulnere factum est, id agendũ
est, ut medicamentis ijs, quæ Enæma uocant, coeat: siue ex erosione, quæcunq; dicta de rebellium ulce-
rum curatione sunt, ea prius ratione discernenda, mox, ut opere perficiantur, tentanda. Quinetiam, vbi
uinculo uas sis complexus, aut medicamentis sanguinem supprimentibus, aut ferramentis ignitis usus,
illudq; tibi curationis propositum restet, ut, quæ circa ulceris labra sunt, carne impleas, ijsdem omnino
medicamentis utere, quæ in methodo sinuosorum ulcerum nobis sunt præcepta.

A.l.3.f.10.t.3 c.6p.492.e.

De uulnerata arteria curatione. Cap. 7.

DE arteria autem vulnerata iam dictum est non nullis medicorum uideri non posse fieri, ut coeat.
Atq; id asserunt aliqui quidem sola experientia se contentos professi: alij uero etiam ratione usi
eiusmodi. Siquidem duram esse ac chartilagineam aiunt alteram arteriæ tunicam, taliũ uero nihil pos-
C se in unum coire, cum sit mollium tantum corporum in unum coeundi habilitas: vt tum in externis ui-
dere licet, nullo nec lapide cum lapide, nec testa cum testa unquam coeunte: tum uero in nobis ipsis,
quando nec chartilago cum chartilagine, nec os cum osse coalescat. Non enim fracta ossa per vnitionẽ
cohærent, sed per callum eum, quem poron Græci uocant, ceu glutino iunguntur. Igitur nos quoq; ab
experientia nostra primum incipiamus, in mediumq; proferamus ea, quæ ipsi uisu usurpauimus. Vidi-
mus enim in mulieribus & pueris tum conglutinatas arterias, tum carne undique circundatas, idq; in
fronte, malleolo, & articulo brachij summæq; manus medio. Simile quiddam aliquando & agresti con
tigit iuueni, dum sanguinem sibi mittendum ueris tempore curaret, quod nostratibus maxime est in
usu. Cum enim medicus, qui uenam incisurus erat, brachium hominis deligasset, contigit attolli uelut
in gibbum arteriam: itaq; hanc pro uena medicus diuisit. Exigua sane incisio erat: sanguis autem flauus
& tenuis & feruidus statim eiaculabatur, idq; cum quodam ueluti saltu. Ac medicus quidẽ, ut erat ad-
modum iuuenis, & operum artis parum peritus, uenam se incidisse putabat. Ego uero cum quodam a-
lio ex ijs, qui aderant medicis, utiq; seniore, ubi, quod accidit, aduerti, præparato ex emplastrorum ge-
nere, † [quod sanguinem supprimit, medicamento,] tum incisionem curiose coniunxi, tum super medi
camen ilico imposui, ac spongiam mollissimam extrinsecus super hoc deligaui. Mirante uero, qui arte-
D riam inciderat, † [insolitam nostram in hoc casu prouidentiam,] indicauimus homini rem factam, sed
postea, quàm incili hominis diuersorium exijssemus: iussimusque, ne uel solueret nobis absentibus, uel
ante quartum diem id aggrederetur, sed ita, ut erat, deligatum haberet, spongiam duntaxat desuper ma
defaciens. Postea uero, quàm in quarto soluentes plane cõglutinatam incisuram inuenimus, rursus idẽ
medicamen imponere iussimus, tum simili modo deligare, nec multis postea diebus soluere. Atq; ita
percurata est huius hominis incisa arteria, sola omnium, quas in cubito incisas vidi. Nam reliquis om-
nibus aneurysma, alijs maius, alijs minus superuenit. Ac, quemadmodum quidem aneurysmata curare
conueniat, in progressu dicetur suo loco, vtiq; cum reliquorum omnium præter naturam tumorum cu-
ratio tradetur. Nunc cœptam disputationem absoluamus. Siquidem arteriæ natura difficultatem qui-
dem durioris tunicæ suæ conglutinandæ prorsus indicat, non tamen eiusmodi, quæ euinci omnino ne-
queat. Neq; enim ita est sicca duraq;, vt os uel chartilago, immo longe his mollior, ac magis carnosa.
Quo utiq; minus de unienda sectione eius est desperãdum, ubi tum ipsa sit parua, tum hominis corpus
natura molle. Videtur autem experientia quoq; ipsa rationi subscribere: cum & in pueris & in mulieri
bus propter corporum humiditatẽ & mollitiam, eam uiderim glutinari, & in uno iuuene, cui (ut dictũ
est) exigue erat incisa. Cum uero sanatu difficilior sit arteria, quàm uena, non tamen est medicamento-
rum admodum diuersus in utraq; usus, immo specie plane idem maioris minorisq; ratione euarians.

A.l.4.f.42.t. c.1.p.861.a.

A.l.1.f.1.d.5. c.1.p.18.e.

† ἐναίμῳ φαρμάκῳ.

† Quidã cod. legunt τὴν περὶ τοῦ τῆς ἀσφαλ &c. i. modum insolitę nobis in hoc casu prouidentiæ. Alij τὸν λόγον τῆς ἐπιμελείας &c. i. rationẽ seu modũ prouidẽtiæ, quæ nobis in hoc casu succurrit.

Quippe

Quippe tanto ſiccioribus medicamentis eget arteria,quàm vena, quanto ipſa eſt ſuapte natura ſiccio- E
ris temperamenti,quàm vena. Quòd ſi carnem circa gigni eſt opus,eadem ambæ requirunt: Siquidem
ad eundem modum prouenit carnis generatio in his circundandis, quo in cauis vlceribus prouenire
eſt traditum.At,quę in utero,veſica,vel inteſtinis venæ arteriæque ſunt, cum eadem genere medicamē
ta vbi exulceratæ ſunt,requirant,etiam inſtrumenta,quibus infundātur,metrenchytas.i.vterimos cly-
ſteres,& ſyphonem rectum,& clyſterem deſiderant. Ad ea vero,quæ in recto inteſtino ſunt vlcera,etiā
per veſicā, cui ſit fiſtula recta ad finē annexa,inijcere liquatū medicamen tepidum licet. Variabitur ita-
que remediorum conſiſtentia pro inſtrumentorum ſpecie,neque.n.fas eſt eiuſmodi inſtrumentis craſſa
medicamenta infundere,ſed humidiora poſtulant,atque idcirco mediocriter plerunq; calida. Proinde
ſicca medicamenta,magis ſunt idonea,quàm ea,quę liquabilia uocantur,quoniam facile,uel*plantagi
nis, uel alteri⁹ eius generis ſucco miſceātur. Eiuſmodi medicamēta ſunt & crocū,& pōpholyx,& aloe,
& quæ Cephalica græce dicuntur.in ipſo autem primo producendæ carnis tempore, quod ſuppreſſio-
nem ſanguinis continenter excipit,etiam lemnia terra ſalutare auxilium eſt.

*arnogloſſi

De ulceribus pulmonis,& ſanguine de pectore erumpente. Cap. 8.

AT,quæ in pulmone hęſerunt ulcera,difficiliora ad curandum ſunt. Quibuſdam uero non difficilis F
modo eorum curatio,uerum etiam,quæ perfici omnino nequeat,uidetur,idque tum ratione con
iectantibus, tum experientia. Ratione, quoniam pulmo inter uiſcera propter anhelitum perpetuo ſit
in motu:cum utiq; quietem requirant ea,quæ ſint ſananda. Experientia,quòd neminē unquam eorum,
qui ita ſunt affecti,ſanatum uiderint.Atque de experientia quidem(nam hinc cœpiſſe par eſt) dubitare
fortaſſe licet propter agnitionem. Nos enim uidimus alium ex eo,quòd maxime uocem in clamore in
tendiſſet,alium,quòd ab alto cecidiſſet,alium in palæſtra percuſſum, non ſolum ſtatim grauiſſime tuſſi-
uiſſe,ſed etiam ſimul cum tuſſi alios unam duasve,alios plures heminas ſanguinis ſpuiſſe. Qui uero ita
erant affecti,aliqui omnino ſine dolore erant,alij in pectore dolebant. Quinetiam ſanguis ijs, qui do-
luerant,nec confertim reiectus eſt, nec multus, minuſque tum ruber,tum calens, ceu e longinquo ue-
niens. At,quibus citra dolorem eſt reiectus,ijs & confertim,& plurimus,tum ruber feruenſq; expueba
tur,clare docēs, quod nō procul veniret.Porrò aliam dubitationē facit, nec hanc leuem,ipſa ſanguinis
ex thorace in aſperam arteriam tranſſumptio,propoſitam uidelicet à medicis,ijs, qui tranſmitti eū per
membranam,quæ pulmonem inuoluit,poſſe non putarunt. Forteque(niſi multis eorum, qui ita ſunt af
fecti,tum ſtatim ortus dolor,tum uero quibuſdam eorum phlegmone ſuperueniens,quæ poſtea ſuppu
rauit,manifeſtum indicium prębuiſſent in pectore conſiſtentis affectus,)pronunciaſſent ſanguinem ex G
pectore per fauces nunquam reijci.Nunc vero his indicijs confuſi,a pectore quidem venire concedūt.
Ceterum, dum aliam viam, quàm per pulmonis membranulam inquirunt, multa,eaque abſurda pro-
ferre coguntur.quamuis in ijs,quos Empyus græce uocant,ipſum pus,quod medio ſpatio inter pectus
& pulmonem contineri ipſi fatentur,uideant,arbitror,apertiſſime ex pulmone expui. Nos vero in ijs,
quibus erat in pectore tantus abſceſſus, vt etiam oſſium aliquid carie corrumperetur, manifeſte ipſis
oſtendimus mulſam,quæ iniecta in pectus fuerat,ex pulmone expui.Sane nouimus in vrbe Roma,†[lo
co profecto fluxionibus maxime obnoxio,]eiuſmodi affectus in pectore non raro conſtitiſſe,vt neceſ-
ſe fuerit ipſum os,quod affectum fuerat,excidere. In plurimis vero etiam membrana, quæ coſtis intra
ſubtenditur,unà cum corrupta coſta inuenitur putrefacta.Solemus ergo in curatione, mulſa per ulcus
infuſa,iubere aliquando quidem,vt inclinati in laborantem partem tuſſiant:ſæpe vero molliter concu-
tere:interim etiam organo,quod pus extrahit (Pyulcon Græci uocant) educere,quod intus ex mulſa
reliquum eſt.Hoc facto,vbi tum pus uniuerſum,tum etiam ſaniem*ulceris eluiſſe confidimus,mox me
dicamenta inijcimus.Ergo in eiuſmodi affectibus,ſi quem in medio pectoris ac pulmonis ſpatio humo
rem reliqueris,ſtatim hunc tuſſi eiectum contemplabere. Mirandi profecto ſunt ij,qui de uia per pul-
monē hæſitent, quo pacto non magis hæſitent,quemadmodū craſſus ſanguis in fracti oſſis callo effun- H
datur. Nam & ipſe,qui effunditur,non paulo naturali eſt craſſior,& cutis ſubſtantia longe utiq; craſſior
pulmonis inuolucro ē. Quod igitur diximus,cū uel caſu,vel prævalida acutaq; voce vas aliquod in pul
mone rūpitur,citraq; dolorē confertim ſanguis ſeruēs floridus multuſq; cū tuſſi expuitur, ſcire licet in
uiſcere vulnus eſſe. Aggrediēda vero curatio eſt,prout nos ſæpe ſumus aggreſſi. quibus utiq; non raro
ſucceſſit.Igitur laborāti ipſi iniūgendū eſt,vt nec magno vtatur reſpiratu,ac ſemper agat ſilentiū: præte
rea vena cubiti interna protinus incidēda:a qua bis terq; poſtea ſanguis eſt detrahēdus, utiq; eius auer
tendi cauſa:tū artus oēs fricandi vinciendiq; ita,uti ipſi ſolemus.vbi hæc ſunt facta,primum poſca tum
diluta,tum tepida potui eſt offerenda,quo,ſiquis in uiſcere trombus.i. cruor concretus latitet, reſolu-
tus expuatur.atq; hoc nihil vetat bis ter ue ternis horis facere,Ab ijs uero ēt aliquod eorū,quæ tū em-
plaſticam vim habent,tum adſtringunt, medicamentū exhibendū: idq; aut ex poſca diluta primū, aut
ex malorum myrtorumue,uel alicuius eiuſmodi adſtringentium decocto. Ruſuſq; ueſperi medicamē
hoc ſimiliter dandum,circunciſo,ſi valentior ſit,omni nutrimento.ſin aliter,ſorbitionis, quod ſatis eſt,
exhibendum. Maxime uero ad rem pertinebit,ſi etiam poſtero die, modo fortis cubans ſit, parū ſan-
guinis ab inciſa iā uena rurſum detrahatur: tum uictu medicamentiſq; eodē modo in quartū uſq; diem
utatur,pectore interim,ſi æſtas ſit,undiq; melino roſaceoue madefacto:ſin hyems, nardino unguento.

A.l.3.f.10.c.4 c.18.p.500.B F.

† Linacer uidetur legiſſe τόπῳ ῥευματικῷ. codices tamen græci habent τρόπῳ ῥευματικῷ uel τρόπον ῥευματικόν. ut ſic uertatur: Sane nouimus ī urbe Roma eiuſmodi affectus rheumatico modo i pectore nō raro conſtitiſſe. & ita legit ēt uetus interpres.

A.ibidem.

A.ibidem.

Quòd

A Quòd si emplastico aliquo uti medicamento placet,habes a nobis optimum, quo etiam ad reliqua uul
nera cum fiducia utare.constat id ex bitumine & aceto,alijsq;, quæ illis misceri medicamentis solent,
quæ ænema barbara a medicis dicuntur. Quòd si mulieri mederis puero ue aut denique corpori,quod
mollis sit carnis,quod ex chalcitide fit,satis habile medicamentũ fuerit.cuius uires in primo libro eorũ
quæ de medicamentorum compositione inscripsi,explicauimus. Hac nos ratione multos, ad quos sta-
A.l.4.f.3.T.1. tim,ut malum senserunt,accessimus,percurauimus.Quippe hoc maximum est,cuique te attentum esse
magnopere oportet,an uidelicet statim a ruptura uasis facta curationem incipias, quo cruẽtum adhuc
uulnus prius,quàm phlegmonem excitet,glutines. Nã,si ea semel inuaserit,exigua spes est eius postea
glutinandi.in longius tamen trahere potest tempus.Quòd uero eiusmodi ulcera uel difficulter, uel pla
ne nunquam curari possint,hoc in causa est,quod,cum phlegmone soluitur,eluẽda pus ulceris & sanies
sunt. Atq; ex utero quidem & uesica tum sua sponte excernuntur, quoniam uidelicet pronis delabi li-
cet,tum elui præterea a nobis possunt:In pulmone neutrum omnino fieri potest. Quare omnibus,quæ
huic loco hærent,ulceribus una reliqua expurgatio est ea,quæ per tusses fit. At,si rectè his tum reliquã
omnem quietem suasimus: tum uero,ut sensim respirarent,nec quicquam loquerentur,ut uulnus gluti
A.l.3.f.10.c.3. naretur,iniunximus,quæ potest tussientibus esse sanationis spes?Non igitur propterea, quod in perpe-
c.1.p.487.B. B tuo propter respirationem motu uiscus id est,desperata curatio est,uelut,qui ante nos fuere,senserunt,
sed propter saniei & puris uacuationem,Ideoq;,si statim quis sit aggressus, ac iam dicta ratione medea
tur,coeunt:sin phlegmone prius occuparit,difficilem incertamq; curationem recipiunt,quando pus &
sanies prorsus totaq; ex spatijs pulmonis non expelluntur,& tussis ægras partes ualde lacerat.At, quæ
ex pectore educuntur, triplex compendium præ ijs, quæ ex pulmone uacuãtur, habẽt. Nam & uasa
A.l.3.f.10.t.4 ipsa multo sunt minora,& sanies in spatiũ interius effluit. & in summa magis carnosum pectus ẽ,quàm
c.8.p.300.E. pulmo.Nam asperæ arteriæ substantia,quæ admodum carnis expers siccaque est,nulla alia animalis in
F. parte inuenitur.quæ etiam ipsa in eiusmodi*reiectionibus rumpi solet,cum, siqua reliqua uena uel arte
* πτύσεσι .i. casibus. ria sit rupta,ipsis asperis illæsis manentibus,per solas osculorum(ut sic dicam) coapertiones translatio
sanguinis fit.Itaq; nec calidus in talibus,nec ruber,nec multus sanguis emittitur. Ac uidẽtur quidẽ pri
ma saltem fronte leuiores eiusmodi affectus,ut qui copia uacuationis minime terreant. Sunt uero uel
ob hoc ipsum grauiores.Quippe concretus circa ruptum uas cruor,cui facilis transitus in asperas arte-
rias non est,glutinationem prohibet.

De uulneribus septi transuersi,ac earum partium,quæ intra peritonæum continentur. Cap. 9.

C SImili modo & transuersi septi uulnera,quæ foras non perueniunt,in carnosis quidẽ partibus subin-
de coalescere sunt uisa,eius motu non obstante.Quæ in neruosis eius hærent,insanabilia sunt. Sane
difficilis grauisque curatio est etiam eorum,quæ in carnosis sunt partibus, si has iam phlegmone occu-
pauit.Idq; non ipsi modo diaphragmati,uerumetiam omnibus,quæ intra perithonæon sunt contenta:
q in ea scilicet sanies defluat. Ceterum danda opera est,ut ea quacunque ratione siccemus, tum per ea
præsidia,quæ extrinsecus imponuntur,tum per ea,quæ ex aqua uinove tenui bibuntur. Porrò horũ ma
xime idonea sunt,& quæ propterea,quòd ex seminibus fiunt, Diaspermatωn græce dicũtur: & quod so
lenne nobis est,quoq; in pectore perforato semper utimur,quod ex casia componitur. Ceterum tum
*ἐπιβρεχά. hæc,tum*humida quædam foris applicanda,quæ eiusmodi uulneribus sunt accommodata,ad tractatio
nem de medicamentis pertinent. Hic methodos tantum tradimus, quæ præsidiorum indicent genus:
Quare, siquando quædam a nobis particulatim pro exemplis adhibeantur, hęc addita claritatis causa
fuisse existimandum.

Aduersus methodicos,quòd medicamentorum genera è partium ulceratarum substantia immutentur. Cap. 10.

RVrsus igitur propositas methodos repetamus,monstremusq;, quãtum generalis omnium ulcerũ
curatio per singulas animalis partes speciatim immutetur.Hinc nanque discemus pręcipue qui-
D dem id,quod in toto opere est propositum:nempe minime in curationibus errare: uelut appendicẽ ue-
ro,etiam eorum,qui se Methodicos uocarunt,audaciam.Qui(siquid mihi,qui nec ad gratiam quicquã,
nec ad odium loqui soleã, est credendum,) cum omnium ipsi medicorum maxime a methodo sint alie
ni,damnant(quatenus saltem scribũt,) non solum reliquos ueteres,sed etiã ipsum omnium nobis me-
methodorum authorem Hippocratem. Ac Empiricus quidem omnia,quæ nos per indicationem in-
ueniri ostendimus,ea dicit per experientiam sibi cognita.Cum uero præter indicationem & experien-
tiam nullum inuentionis organum tertium præterea sit,isti neutro utentes, tamen appellandos se Me-
thodicos censent. Ergo sequantur nos,& nunc saltem ostendant ulceribus omnibus per singula mem
bra curandis unam esse sanationis rationem. Audiamus homines, quo pacto ulcus curent,aut quales
indicationes ab eo sumant.Num alias ullas,quàm quòd planum cicatrice sit inducendũ:sinuosum car-
ne implendum:cruentum glutinandum?At quo pacto inueniam,quod cicatricem inducat:& quod car
ne impleat:& quod coalescere faciat?Ne labora,inquiunt.Sunt enim inuenta. Atqui haud scio,an re-
ctè,aut an omnia.Fieri enim potest,ut uel ex deteriorum nota quędam inuenta sint,potiora inuenta nõ
sint:uel,ut quæ inuenta esse uideantur,etiam ipsa sint mala: Indeque adeo accidere, ut quædam ulcera
prorsus non sanentur,quædam longiore spatio,& cum dolore, & famis cruciatu minime necessario.
Neque enim audet quisquam nouam aggredi experientiam prius,quàm sibi persuaserit priorem curan
di

di rationem recte se damnasse: ueluti in ijs ulceribus, quæ in pulmone consistunt, quæ nec agnouisse qui E
dem omnino fas est citra dissectionum actionumq; notitiam: quorum nimirum utrunq; auersantur. Ce
terum concedatur ad præsens cognosci ab istis Thessali sectatoribus ulcus, quod pulmoni insederit.
Nunquid igitur, sicuti hoc illis concessimus, sic etiam &, quòd sordidum sit, intelligant, an purum, an æ-
quale, an sinuosum, an saniei, uel puris plenum, concedemus, uidelicet uel ex diuino afflatu, uel per in-
somnium ea uidentes? An hæc quoq; quomodo agnoscant, percontabimur? An uero citra horum agni
tiones pharmacum quoduis exhibere concedemus? Ego nanq; existimo primum expurgandam esse
immundorum ulcerum sordem: implenda uero carne esse, quæ pura & sinuosa sint: rursus pus saniemq;
expurganda, quibus hæc circum hæreant: mox ita cicatricem inducendam. Isti uero, haud scio, quonã
modo talia ulcera sanauerint. nam Thessalus de his prorsus non scripsit, ne uidelicet uel ignorantiam
suam, uel inconstantiam proderet. Quippe uel rationi parum consona, & falsa de his dicent: uel, siquis
uera dixerit, eorum indicationem ex membri substantia, præterea situ formaq; accipiat, necesse esse.
Nam esto, ulcus in pulmone sordidum purumq;, & cum phlegmone, & sine phlegmone, & sinuosum,
& planum dignoscere norint. etiam illud scire eos detur, quanquam ne eius quidem, tametsi minimi,
inuentionem sibi uindicent, nempe quòd tale ulcus uiridi medicamento expurgetur, Macherionis (si
libet) uel Isidis. nihil enim refert. Respondeant igitur mihi, si ulcus in uiscere hæserit, quid facient? F
Num uiridis medicamenti aliquid deuorandum dabunt? Omnino ridicula res est. Sed dicant, unde nã
medicamen id in pulmonem deferendum sciunt? Quòd si id quoq; sciant, illud certe intelligere nõ po
terunt, an ipsam uim suam, quã in extrinsecus positis ulceribus habuit, seruabit. At esto sciant hæc quo
que, ꝙ & eandem tuebitur uim, quam in externis ulceribus obtinuit, & quòd sordes deterget: certe, an
tussim mouerit, intelligere non poterunt. Cum tamen, nisi per tussim sordes expurgetur, nullus sit de-
tergentis medicamenti usus. Ergo id quoq; istis detur. At illud saltem effugere non possunt, quin di-
uersam curationem in ulcere femoris, & ulcere pulmonis adhibeant. Siquidem alterum aqua perluũt,
alterum tussibus expurgant. Pone uero rursus ulcus, quod in pulmone sedit, crasso esse pure circunda-
tum. Nunquid tum quoq; uiride medicamen exhibebunt, an mel potius lingere iubebunt? At id dicãt,
unde nam inuenerint. Non enim profecto id respondebunt, quoniam tenuandi incidendiq; uim quan-
dam obtinet: cum ipsi a facultatibus eiusmodi disquirendis ultro diffugiant. Sed nec, ꝙ Empiricis in
eiusmodi notarum concursu inuentum est mel prodesse, propterea istis, sicuti illis, eo uti fas est. Primũ,
quòd experientiam contemnunt: deinde, quòd Empiricus in eiusmodi concursu, quænam sit in pulmo
ne affectio, ignorare se fatetur, ceterum, quæ conducant, se per experientiam obseruasse. At Thessalo
non satis est curare, quod omnino non norit, sed ab affectuum indicatione procedit. Sane, si omnia illi G
scire donemus, sicuti prius, non minus, quàm nos, at nũquam profecto effugiet, quin in diuersis corpo-
ris partibus curationis species mutetur. Non enim eadem curationis species profecto est aut mulsam
in uterum propter sordidum ulcus infundere, aut mel comedendum exhibere, aut spongia ulcus elue
re. Ceterum hæc adhuc parua: illa plane maxima sunt. Fingamus diutinum ulcus citra phlegmonen
in multis esse partibus, oculo, aure, naso, ore, femore, uentre, utero, sede, pudendis. Fingamus & illud,
si placet, ulcus eiusmodi uel planum omnino esse, uel exiguo minus planum: respondeantq; nobis isti
sectatores Thessali, qui hæc nusquam discreuit, quomodo id cicatrice tegemus? Nempe eo medicami-
ne, quod ex cadmia conficitur. Id enim ulceri, quod in femore constitit, belle cicatricem inducere po-
test. Sed num igitur & ei, quod in audiendi meatu constitit? Dicam fortassis incredibile, ceterum diis
ipsis notum. Deprehendi aliquando quendam ex sapientissimis istis Thessali sectatoribus sic ulcus me
dicantem diuturnum. Cũ citius homini auris putruisset ac uermes creasset, quàm medicamento, quod
ex cadmia componitur, inductum cicatrice fuisset: ceterum, permisso homine pluribus diebus medica-
mento similiter uti, postea, quàm in dies grauius auris oleret, & sanie impleretur, etiam incredibilius
quiddam, quàm prius, ausum uidimus. Quippe ratus meatum ipsum in profundo contraxisse phlegmo
nen, confugit ad tetrapharmacum. quod plane multo magis augere putredinem partis debuit: utpote H
quod siccare ulcus prorsus non potest, maturare phlegmonen potest. Ergo, ubi hoc medicamento ad
affectum sanandum uno die est usus, ut facile uideres id maxime esse contrarium, & multiplicata sta-
tim saniei uis est, & fœtor intolerabilis obortus. Itaq;, qui propinqui laborantis erant, contingere am
plius aurem Thessalium non sinebant. Ille uero præ impudentia stultitiaq; uolebat non modo medica
menti tetrapharmaci aliquid inijcere, uerumetiam extrinsecus cataplasma relaxans imponere. At, cũ
eum propinqui hominis abigerent, timerentq;, ne in magno periculo æger foret, nos unum diem am-
plius permitti Thessalio asino curationem exorauimus. Erat autem profecto postridie tum sanies mul-
to copiosior futura, tum odor grauissimus. quo die tentaui, an fieri posset, ut sententiam Thessalij aselli
mutarem, ne omnes perderet ægros, immo aliquos iam, tametsi paucos, seruare aliquando posset, tam
aliena scilicet ab omni uera methodo deserta secta. Ergo sic agere cum homine sum orsus. Nunquid
(inquam) phlegmone tibi esse uidetur in intimo meatu, proinde relaxantibus uteris auxilijs? Ille tum
ita esse magnopere contendit, tum aliter esse non posse. An igitur (inquam) aliquando ulcus, quod cũ
phlegmone coniunctum esset, aceto acerrimo cum glaucio curatum uidisti? Minime gentium (inquit)
immo, siquis pastillis andronijs ex aceto liquatis utatur, etiam conuulsionem fortasse accersat. Ergo
(inquam) siquis alio quopiam medicamento, quod sit andronijs multo ualentius, ex acerrimo aceto
utetur,

A utetur, idq; ad aurem, ita propinquam cerebro inuolucrisq; eius particulam, nunquid plane te aucto-
re conuulsionem accerset, si phlegmone præsertim aliqua subsit? Hæc tum ipsi, tum ijs, qui adstabant,
uniuersis recte dici sunt uisa. Ergo, quantum (inquam) ad ipsarum partium habitum spectat, quæ ea,
quæ ad summum siccent, desiderant, tametsi nunc curatione tua sint ueluti effœminatæ, iam tali medi-
camento uterer. Nunc quoniam plures iam dies male ipsas assuefecisti, transferre eas ad contrarium
uno impetu, & semel non licet. Nam tibi ac Thessalo contemnere consuetudinem licet, non minus,
quàm partium naturam: nobis autem non licet. sed primo die aceto utar cum glaucio: secũdo utar an-
dronio: tertio ad ualentius aliquod, quàm ipsum sit andronium, transibo. Atq; hoc tribus quatuorve
diebus usus, si mihi uehementius etiam medicamentum requirere ulcus uidebitur, eo etiam uti non
dubitabo. Extrinsecus uero (inquam) imponam capiti ea parte, qua auris infestatur, non, me Hercu-
les, sicuti tu, cataplasma, quod relaxare potest, sed eorum medicamẽtorum aliquod, quæ uehementis-
sime siccare possunt: cuiusmodi est, quod ex salice conficitur: aut etiam ipsum andronium ex aceto il-
liniam: aut ex ijs aliquid, quæ hoc magis siccent. Nam, quoniam particula cui medemur, siccissima est,
necesse est, valentissime siccetur. Indicat enim ueluti uitium ipsum, ut curetur, sibi applicandum esse
contrarium: sic particula ipsa, quod sit sibi simillimum. Itaq; &, prout dixi, egi: sanauiq; hominem, nul-
B lo potentiore requisito remedio. Quibusdam uero, qui potentiora desiderabant, quibus uno altero
ve anno ulcus aurem infestauerat, ualentius omnibus iam dictis medicamentum adhibuimus. Id fuit
ferri scoria tunsa, cribrataq; tenuissimo cribro, mox in tenuissimum ueluti pollinem læuigata, post cum
acerrimo aceto ad mellis sordiumq; crassitudinem cocta. Constat autem multiplex esse debere in mi-
stione acetum. Verum (quod sæpe iam dixi) materiæ medicamentorum copiam ex alijs commenta-
rijs petes. Nunc, quæ ad methodum spectant, absoluantur. Nam audiendi locus, quoniam est siccissi-
mus, idcirco medicamentis eget, quæ uehementissime siccent. Quorum nullum reliquarum partium
cuiuis applicasse expedit: sed oculo exulcerato collyrium fortasse, quod ex thure conficitur: naribus
uero, quod multo sane magis siccet, quàm ut oculis conueniat, minus uero, quàm ut auri quadret. Itaq;
& prius comprehensi omnes pastilli utiles sunt, & medicamen, quod ad Musam refertur, aliaq; generis
eiusdem. Vlcerum uero, quæ in ore accidunt, quæcunque admodum sunt humida, ea medicamentis
egent, quæ uehementer siccent, ueluti diphryge, tum ipso per se, tum ex melle, & uino, & mulso: præter
ea & quæ iris dicitur, & quæ anthera, hisq; uel siccis, uel ex melle, uel mulso, uel uino. Vtile uero ad ta
lia est & Musæ medicamen: præterea rhois succus, & omphacium, aliaq; quæcunque strenue siccant.
Quid enim materias percensendo morer? At, quæ simpliciora oris ulcera sunt, hæc sanare cõmode pos
C sunt etiam medicamenta, quæ modice siccant, ueluti hæc ipsa, quæ propterea, q in assiduo sunt usu, Sto
matica græce sunt dicta. Ea sunt, quod ex moris conficitur, & quod ex rubi fructu, & quod ex succo cor
ticis iuglandium uiridis, atq; etiam his magis quod ex musto, & cupressi sphærulis cõponitur. Quæ ue-
ro in ore admodum humida ulcera sunt proxime ossa, unde carie tentari ossa periclitentur, hæc propter
ossium naturam, quæ sicca est, uehementissimis medicamentis indigent. Itaq; ego iam cõprehensos pa-
stillos semper læuigo, ac siccum ipsum medicamentum superimpono.

De indicationibus, quæ a substantia, ab affectu, a forma, atque a situ partium sumuntur, exemplo ulceris in pulmone. *Cap. II.*

POrrò dicta paulo ante sunt & ad uesicam, & uterum, & intestina, & pulmonem idonea medicamen
torum genera, quibus sit in singulis utendum, genere quidem medicamenti ab ipsa curandarum
partium substantia desumpto, sed cum affectu prius etiam æstimato, modo uero utendi eius, tum a
forma, tum etiam situ. Hinc nanque excogitati sunt, & auricularij clysteres, quos Otenchytas uocãt:
& uteri clysteres, quos Metrenchytas: & recti syphones, quibus in uesicam aliquid infunditur; quos
Catheteras dicunt: & ipsi clysteres. Hinc rursus, quæ in uentriculo, pectore, & pulmone ulcera con
sistunt, per ea, quæ eduntur, ac bibuntur, esse curanda: Quæ uero in intestinis, bifariam. Nam, quę ui-
D cina uentriculo sunt, his per comesta, & bibita succurritur: quæ uero inferius sunt sita, per ea, quæ inij-
ciuntur. quando neq; ad ea, quæ uicina uentriculo sunt subire potest, quod per sedem infunditur: nec
integris uiribus ad inferiora pertingere, quod per os sit ingestum. Ideoq; etiam, quæ ulcera in thorace,
& pulmone consistunt, tum difficilius ijs, quę sunt in uentriculo, sanantur, ut quorum situs longius ab-
sit, atq; idcirco medicamentorum uis remittatur: tum propter hoc ipsum multo ualẽtiora ea, quæ deuo
rentur, pręsidia requirunt, quàm si ipsis statim ulceribus admouerẽtur. Indeq; adeo excogitata medicis
sunt, vbi expurgandum ex pectore, & pulmone pus est, fortissima, queq; maxime dissecent, pharmaca,
taliaq; omnino, quę, si ulcus in uentriculo esset, ipsum exacerbarent. Quinetiam, q hęc per tusses ex-
purgentur, non aliunde, quàm ex forma particularum est desumptum: quòd hæ nullum talem exitum
habeant, qualem uterus, uesica, sedes, auris, nasus, & os. Hinc etiam fit, quòd uentriculus utrinq; expur
gari possit, sursum per uomitũ, deorsum secundum naturam. Quippe hoc genus indicationum ab in-
strumentalibus, quatenus instrumentalia sunt, est sumptum: sicuti, quæ siccandum esse docent, ab ip-
sarum similarium substantia sumuntur. Ab ipsis uero morbis rursus tales, ueluti ab ulceribus (quoniam
de his disputatio erat) & quòd siccanda sint, ut supra est cõprehensum, & quòd, qui e uentriculo elue-
re pus uolunt, non sine periculo uomitum mouent, sicuti si aliter infixam illi pituitam per oxyme-
li ac radiculas detergerent. sed tutius deiectione utuntur, cum uomenti periculum sit, ne &, quod

exulceratum est, dilaceret, & succum quempiam inutilem ex uicinis attrahat. Quo nomine (ut dixi) & E ulcera, quæ pulmoni insident, difficillima sanatu sunt, ut quæ nec citra tussim expurgare possis, &, si tussim excites, laceraueris. Itaq;, quasi per mutuas operas, malum ijs in orbem redit: quippe cum, quæ lacerata sunt, rursus phlegmonen excitēt: secundo rursus phlegmonen ipsam maturari, & pus expurgari desiderant. Quare ex omnibus sanandi difficultas his exoritur: & quòd ea, quæ idonea ulceribus medicamenta sunt, contingere ulcus, sicut in uentriculo, non possunt: & quòd per medium interuallum fere uim suam amittunt: & præterea quod respirando mouentur, & tussiendo lacerantur. Itaque, cum in pulmone ruptum uas est, scire aperte licet, nisi protinus, ante, quàm phlegmone excitetur, glutinatum sit, id postea insanabile fore.

A.l.3.f.10.24. c.18.p.306.f.

De ulceribus, quæ in aspera arteria fiunt, & in summa eius parte, ac de lactis, quod apud Tabias habetur, perfectione. *Cap.* 12.

CEterum ulcera, quæ in asperæ arteriæ interiore sunt tunica, & potissimum, quæ summæ eius parti (quam Larynga uocant) sunt uicina, aut etiam in ipsa, hæc & curationem recipiunt, & nos non paucos eorum, qui ita sunt afflicti, sanauimus. Sane curationem eorum binc maxime inuenimus. In grauis huius pestilentiæ initio (quæ utinam aliquando cesset) iuueni cuidam, cum nouem iam dies ægrotasset, totum corpus ulceribus scatebat, † [ueluti omnibus fere, qui euaserant.] Eo die etiam tussiebat paululum. F Postridie uero, ubi se lauerat, ilico & uehementius tussiuit, & tussi expulit crustulam, quam græce Ephelcida uocant. Eratq; homini sensus manifestus ulceris in aspera, quæ in collo est, arteria prope iugulum nati. Quin aperto quoq; hominis ore fauces eius inspeximus, num quid in ijs alicubi ulcus esset. sed nec sic inspectantibus apparuit uitium. & plane laboranti sensus eius aliquis manifestus ex comestorum bibitorumq; transitu fuisset, si illic ulcus fuisset. Quinetiam ex aceto, & sinapi, certioris notitiæ causa, quædam ei deuoranda dedimus. Sed nec horum quicquam eum momordit. & sensus doloris manifeste in collo erat. Quo loco etiam adeo irritabatur, ut tussire impelleretur. Suasimus itaque reniti quantum posset, nec tussire. Quod & fecit, eo certe facilius, quòd exiguum erat, quod proritabat. & nos omnibus modis operam dedimus, ut ulcus ad cicatricem perueniret, foris medicamentum aliquod, quod siccaret, imponentes: tum cubanti supino humidum aliquod ex ijs medicamentis, quæ ad eiusmodi ulcus facerent, exhibentes: ac iubentes id in ore continere, paulatimq; permittere in asperam arteriam defluere. Sic igitur faciens sentire se manifeste aiebat adstringētis medicamēti circa ulcus uim, siue ea uis huc † transmissa est, siue medicamen ipsum roris specie in arteriam ad ulcus defluxit, & tanquam percolatū est. Erat autem nec æger ipse medicinæ imperitus, sed ex ijs quidā, qui ex usu, & exercitatione empirice medicabantur. Ergo sentire se aiebat tum medi- G camentum in arteriam defluere, tum tussim quoq; aliquando mouere. Obluctabatur tamen plurimū, ac tussim cohibuit. Igitur ipse quoq; sua sponte Romæ quidē, ubi correptus fuerat, triduum etiamnum post nonum diem est moratus. post hoc conscenso nauigio, primū per flumen ad mare nauigauit. quarto die post, naui peruenit ad Tabias. ususq; est lacte, quod & mirificam plane uim habet, nec sine causa prædicatur. De cuius usu aliquid dicere oblatū nūc tempus uidetur, nec de eo tantum, quod apud Tabias habetur, uerumetiā de alio omni. Neq;.n. ijs modo, qui Italiā incolunt, est succurrēdū, sed, quoad fieri potest, qui ubiuis habitāt gentiū. Igitur ad lac, quod in Tabijs habetur, commendandū multa concurrunt, & locus ipse satis editus, & aer illi circundatus siccus, & pascuū pecoribus salubre. Atque hoc quidē alibi quoq; arte præparare licebit, siquis in colle modice edito herbas fruticesq; serat, qui salubre simul adstringensq; lac reddant. quorū exēpla paulo post dicētur. Ceterū, ut ambientē aera similē reddas, fieri omnino nequit: Eligere tamē simillimū ex ea, quæ datur, aerum copia licet. Simillimus aūt is fuerit, cui eadē adsunt, quæ illi. Altitudo collis mediocris, uia a mari ad ipsum triginta stadia, ampliusq; aliquid, sed non multo. Locus aūt ipse uersus mare. Nempe Tabiæ in imo maxime sinu est, qui inter Surrentum, & Neapolim conspicitur, magis tū in latere, quod ad Surrentū pertinet. Porrò totum id latus collis est satis magnus, longitudine ad Tyrrhenū mare porrectus. Inflectitur aūt leuiter collis H hic ad occasum: nec in meridiē in totum plane procurrit. Ergo hic collis a uentis ijs, qui ab ortu flant, Euro, Subsolano, & Borea, tutum defendit sinum. Coniungitur illi in imo sinu alter collis non paruus, quē & ueteres Romani in historijs, & qui nunc diligentiores sunt, Vesuuium nominant. Celebre nunc nouumq; nomen Vesuuium est, oībus hominibus notum, propter ignem, qui in eo ex terra submittitur. Quæ res non parū mihi ad ambientis aeris siccitatem conducere uidetur. & alioqui præter ipsum ignē, nec stagnum propinquum, nec palus, nec fluuius alicuius momenti usquam in sinu habetur. Omnibus uero uentis, qui ab Arcto ad æstiuum occasum perflant, Vesuuius collis obijcitur. multusque cinis ab eo ad mare usq; peruenit, reliquiæ uidelicet materiæ, tum quæ in eo combusta est, tum quæ nunc etiam uritur. Omnia hæc aerem efficiunt siccum. Licet porrò & alibi terrarum eligere collem simili modo siccum, scilicet nec longe a mari, nec adeo magnum, ut uentorum impetui sit expositus: nec adeo humilem, ut subiectorum camporum halitum prompte recipiat. Caueatur autem, ne ad Septentrionem sit uersus. ita enim esset auersus a Sole. Quòd si etiam in temperato orbis loco collis sit, ueluti is, qui ad Tabias conspicitur, longe magis ad rem pertineat. Hoc in colle sunto herbæ quidē, agrostis, & lotus, & polygonon, & melissophyllon: Frutices uero lētiscus, & arbutus, & rubus, & hedera, & cytisus, alijq; his similes. Atq; ita tibi collis præparetur. Pecora uero, quæ in colle ad Tabias pascuntur, boues sunt.

Estque

A.l.3.f.10.24. c.5.p.306.e.

†Cod. impressi & multi ē ex manuscriptis legūt, ut Linacer uertit. καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες οἱ σωθέντες. & ita & uetus interpres. Sunt tamen, qui nō habent, οἱ σωθέντες. ut sic uerti postea deberet, ueluti alijs fere omnibus.

† κατὰ διάδοσιν. i. per transsumptionem, est addendū.

A Estq; eius animalis lac spissum ita, ut asinorum tenue. Ego uero, ne quod lactis genus usui desit, ex uaccis crassum, ex asinis tenue, ex capris medium, & bones, & asinos, & capras in pascua depulerim. Veteres uero etiam mulierem lactantem ijs, qui phthoe consumerentur, adstare uoluerunt. Quorum sententiæ ipse quoq; accedo, & quòd familiare id sit, & quòd prius, quàm ab ambiēte refrigeretur, id sumi uoluerint. Porrò hoc tibi de lactis usu pro maximo præcepto sit, ut ij, quibus eo est opus, omnino id astante animali statim mulctum bibant, etiam melle iniecto, si cui cogi in uentriculo solet, quòd si ipsum descendere ad aluum citius cupis, etiam sale. Atq; ille quidem adolescens, cum ulcus in arteria ex pestilenti morbo haberet, sanatus est: ac post eum similiter alij. Alter uero adolescens annos natus circiter decem & octo, cum multis diebus ex * destillatione laborasset, primum quidem sanguinem floridum cum tussi expuit, non sane multum: postea uero etiam tunicæ ipsius partem, quæ tegens intrinsecus totam arteriam, in fauces & os per ipsum arteriæ caput (Larynga uocant) ascendit. Videbatur autem mihi, tum ex crassitudine eius coniectanti, tum ægri sensu, ipsius laryngis esse interna * tunica. Quinetiam læsa illi ex eo uox est. Atq; hic quoq; longiore quidem tempore, sed tamen sanatus est. Ceterum, qui ex pestilentia hoc uitio laborarunt, propterea mihi facile sanati uidētur, quòd præsiccatum ijs præpurgatumq; totum corpus fuerit: quippe cum & uomuerint ex ijs non nulli, & omnibus

Catarrho.

* σῶμα.i. corpus.

B uenter profluxerit. Atq;, cum ita iam uacuati essent, qui euasuri erant, ijs pustulæ, quas exanthemata uocant, nigræ toto corpore confertim multæ apparuerunt, ulcerosæ quidem plurimis, omnibus certe siccæ. Eiatq; intuenti perspicuum reliquias eas esse sanguinis, qui in febri putruerat: quas, ueluti cinerem quempiam, natura ad cutim trusisset, sicuti alia ex superuacuis non nulla trudit. Verum medicamentis ad eiusmodi exanthemata opus non fuit, cum siderent sua sponte, ad hunc modum: alijs quidem, quibus uidelicet exulcerata summa pars fuit, decidit ipsa ulceris crustula, quam Ephelcida nominant, deincepsq;, quod reliquum fuit, propinquum sanitati erat, ac post unum duosve dies ad cicatricem peruenit: alijs, quibus scilicet ulcerata summitas non est, exanthema quidem ipsum, & asperum, & scabiosum erat, decidit uero ueluti * squamma quædam: ac dehinc omnes fuere sani. Nihil itaque miri, si etiam ij, quibus eiusmodi exanthemata in pulmone sunt orta, propter ulcerum siccitatem sunt sanati. Quod nanq; in ceteris ulceribus uniuersis supra monstrauimus curationis esse propositum, hoc iam ijs, quæ ex pestilentia sunt orta, præsto fuit. Omnia nanq; sicca, & aspera fuere, plurima quidem scabiei, quædam uero etiam lepræ similia. Ergo, cum experientia rationi attestetur ulcerum curationem hunc unum habere * finem, ut siccentur, poterit quispiam ex ijs, qui sanguinem ex pulmone reijciunt, seruare permultos ita, ut nos fecimus.

* λέμμα.i. cortex.

C

De curandis statim ijs, qui ob destillationem, aut membrorum spiritus refrigerationem sanguinem reijciunt. Cap. 13.

AC, quemadmodum quidē medendum ijs sit, qui notabile in pulmone uas fregerunt, inde adeo quòd ab alto sint lapsi, uel immodice clamarint, uel pondus supra uires sustulerint, uel quòd durum * magnumq; aliquid extrinsecus ipsorum pectori inciderit, dictum prius est. Quemadmodum uero, qui ex catarrho sanguinem reijciunt, commodissime tractentur, nunc dicemus, proposita claritatis causa curatione, quam Romæ in splendida muliere peregimus. Hæc nanque, cum eiusmodi sermones audisset, quales nunc de ijs, qui sanguinem ex pulmone reijciunt, habuimus, siue ex catarrho id, siue uehementi tussi paululum quiddam per noctem expuerat, ilico ad me misit, † [se, quicquid exigerē, præbituram promittens.] Audiuerat uero ante id tempus, nisi quis ilico præsidium strenue afferret prius, quàm ulcus phlegmonen contraheret, eum operam amissurum: atq; hanc esse præcipuam eorū qui sanguinem reijciunt, interitus causam. Igitur incidere mulieri uenā, quæ iam quattriduum propter catarrhū propemodū sine cibo egisset, non placuit, sed iussi, ut acri uteretur clysteri: tum crura manusq; calfacienti pharmaco plurimum fricaret, & uinciret: mox caput raderet. cui deinde medicamen, quod ex palumbium stercore constat, imposui. interpositisq; tribus horis in balneum duxi, ac laui, nullo caput

* Alias grauéque.

A.l.3.f.10.T. 3.c.6.p. 991. B

† Ex græcis clarius. Promittens præbere se, quicquid uellem, facturam. id est, ut uetus etiam translatio habet, omnibus præceptis meis quātumlibet arduis se obsequuturam. neque enim de præmio hic intelligēdū ē.

D contingens pingui. dein caput idoneo pileo contexi, & pro eo, qui tum erat, temporis statu, nutriui sola sorbitione: post quam statim fructū aliquem autumnalium austerum dedi. Deinde, cum dormitura esset, quod ex uiperis conficitur, medicamentū dedi [theriacen uocant] circiter quatuor menses ante confectū. Habet .n. id ætatis adhuc præualentem papaueris succum, qui in antiquatis ignauus reddit. ideoq; & somniferum est, & fluxiones tum siccat, tum leuiter crassat. Finito uero prorsus catarrho, liquido apparebat tum ex respirandi specie, tum sonitu, semel excitatæ tussis pulmonē purgatione egere. Ceterum exhibere hanc non placuit secundo saltem die, sed in omni taciturnitate, & quiete muliere seruata, tum artubus eius perfricatis uinctisq;, iussi reliquas quoq;, oēs partes perfricari, excepto capite, quod adhuc ex medicamento incalescebat. rursus aūt uesperi dedi * theriaces ceu fabæ nostratis magnitudinem. Erat uero, quod pridie acceperat, hoc longe amplius. Postea uero, quàm hac quoque nocte probe dormiuisset, tertio die mane mel coctum copiose exhibui, ac in quiete seruaui. Procedente uero die totū corpus similiter perfricui, ac ptisanæ cremorē cum pane exiguo pro cibo sumere iussi. Mox quarto die mane quidē dedi medicamentum, quod ex uiperis fit, sed quod iam in ætate uigoris esset, idq; cū copioso melle. Capiti uero mulieris eodē pharmaco, quod uehementer cum siccat, tum calefacit, imposito, ac deinde ipsa lota, nutritaq; modice, ualentius iam pulmonē expurgare in quinto sum aggressus. Ac dehinc rursum, rursumq; ex interuallo ad caput quidē cōsueto cerato, quod thapsian recipit, sum

pit,ſum uſus. Totam uero corporis curam,in geſtatione,frictione,ambitione,lauandiq; abſtinentia, ac E
uictu tum moderato, tum uero boni ſucci,ad reficiendum direxi. Hæc itaq; mulier recte ſeſe habuit,
minime lactis opem requirens. Alteri uero adoleſcenti, cui non ex deſtillatione, ſed ex refrigeratis
ſpiritus inſtrumentis orta tuſſis fuerat, cum ſanguinem & ipſe ad dimidiam heminam reieciſſet, ſtatim
uenam incidi, ac bis eodem die ex ea ſanguinem detraxi: deinde rurſus poſtridie bis: ſed artuum fri-
ctione & uinctura priore die uſus, ad ueſperam dedi pharmacum noſtrum, quod diaſpermaton dicitur.
Secundo die poſt alteram detractionem impoſui toti pectori ceratum, quod ex thapſia conficitur, mox A. ibidē 491.
ueſperi, ne ſupra modum calfaceret, id auferens. Tertio die rurſus ad tres horas impoſito, hominem F
laui. Cibaui autem ſimiliter tribus his diebus: prioribus quidem duobus, ſorbitiunculis: tertio uero
ptiſanæ primum cremore, deinde piſce ſtatim aliquo, qui & facilis concoctu eſſet, & ſimplici ratione
præparatus, adiecto. Dedi quoq; medicamentum diaſpermaton, & ſecundo, & tertio die ſimiliter ad
ueſperam: quippe quod & ſomnum conciliat,& ſenſum doloris eleuat,& ſiccandi uim habet. Tum ue-
ro, cum & ſpiritui delegatæ partes in naturali temperamento eſſent, & totum corpus uacuatum, ac
nulla phlegmones ſuſpicio circa ruptum uas supereſſet,expurgare cœpimus. Mox bibito medicamen-
to, quod uiperas haber, ætatis iam uigentis, ad Tabias dimiſi. Sic ego omnes, qui primo ſe die mihi
curandos permiſerunt, ſanaui. F

De curando pulmonis ulcere, quod tribus, quatuorve diebus inſedit. *Cap.* 14.

QVi uero poſt duos,aut tres, non omnes: ſed aliquibus eorum inſanabile ulcus fuit. Quotquot
autem phlegmone ſic occupauit, ut iam febricitarent, horum nullus eſt in totum perſanatus.
Sed qui poſtea ſic per omnia præſidia rite tranſierunt, ut ſiccaretur ulcus, ij tantum ſaltem lu-
criſecerunt,ut illud nec ultra progrederetur,nec maius fieret,ſed ſiccatum, ac callo duratum, longio-
re uita frui hominem ſineret. Ex ijs uero, qui ulcus in pulmone habent,ij demum inſanabiles mihi eſſe A.l.3.f.10.T.
uidentur, qui ex ſucci uitioſi eroſione id poſſident, quorum aliqui ceu ſalſilaginem ſputum ſuum ſenti- 5.c.5.p.506.
re ſe aiunt: nam longo arbitror tempore omnino opus eſſe,ut ſucci corrigatur uitium. In tempore ue- E.F
ro neceſſe eſt duorum alterum, aut ſiccando ulcus, ceu callum fieri, eoq; fore omnino inſanabile: aut
non ſiccando,tum ipſum putreſcere,tum quæ circa ſunt depaſcere,atq; ita ſpatio pulmones putreface-
re. Porrò multi ex ijs,qui eiuſmodi ſuccum uitioſum cōgeſſiſſent, cum ex eo tuſſirent,non tamen etiam
num ſanguinem reijcerent,huius noſtræ prouidentiæ compotes facti,prorſus ſunt perſanati. Oportet
autem in principio nullius rei æque eſſe ſolicitum,quàm ut neq; tuſſiant, neque ex capite aliquid in pul
monem defluat. Cauetur id triplici præſidio,purgatione primum: ſecundo,medicamine,quod diaſper
maton dicitur: tertio, ipſi capiti prouidendo. Quod purget, diuerſas facultates habeat,oportet: cuius G
generis noſtræ ſunt pilulæ, quæ ex Aloe, Scammonia, Colocynthide, Agarico, Bdellio, & Gummi
Arabico conficiuntur, ad plures uidelicet excrementorum purgandas ſpecies. Sane ſatisfaciant ad
uſum,& quæ ſine gummi componuntur. Poſtea uero,ſi res poſtulabit, etiam ijs, quæ nigram bilem ex-
purgent, utare. Capiti prouidebitur cerati uſu,quod fit ex thapſia. Atq; hæc quidem in principio per-
agenda ſunt. Poſt uero reficiendus æger ſalubriter eſt cibis boni ſucci, frictione, inambulatione, &
balneo. Tradetur autem de his methodus in idoneo operis loco. Porrò ij ſunt, qui maxime lac requi-
runt, neglectoq; eo, omnium maxime ſunt inſanabiles. Ceterum de mittendo his ſanguine ſciri illud
licet. Quicunq; parum habere ſanguinis uidebuntur,ijs ad quendam ſuccum probiorem (ſicuti prædi-
xi) reductis detrahere ſanguinem poteris, tum rurſus reficere: eoſdem etiam rurſus purgare, ac rurſus
reficere: denuoq;, ſi res ſuadet, ſanguinem mittere, potiſſimum, quibus ueluti limus uitioſus & craſ-
ſus,totus eſt ſanguis: At, qui ualidi ſunt, multiq; ſanguinis, ijs ſtatim a principio eſt detrahendus.

Quàm perperam Eraſiſtratus, ac Theſſalus ſanguinis reiectionem curarint, ac de ulceribus,
quæ in ſede, ac pene conſiſtunt. *Cap.* 15.

HOrum,quæ retuli,uel modo,uel ante,ſiue ea inueni ipſe,ſiue iuxta Hippocratis uiam uſurpaui, ni-
hil plane non examinatum,ac iudicio comprobatum eſt,ſed per experientiam omnia iudicata: in H
quibus erroris pericula ipſi pertulimus. Fructum ex eorum uſu habituri ſunt, quibuſcunq; artis opera
ſunt curæ. Siquidem alij ueri ſunt, alij ſophiſtarum ſermones. Quanquam quid ſophiſtas memoro? Cū
etiam non contemnendorū medicorum aliqui, etiā qui integra uolumina de ſanguinis reiectione pro-
diderunt,alia quidem multa,& parua recte perſcripſerint,maximorum autem auxiliorum nullius memi
nerint,parum intelligentes per multa illa & parua,quæ recte admonent, longum ipſis ægrotis compa-
randum interitum. Per hæc autem tria, qui plane deplorati non ſunt, omnes ſeruantur: per ſanguinis A.l.1.f.4.d.T.
miſſionē,& purgationē,& ea,quæ caput roborāt. Sane in ſequētibus,cū de ſuccorū curatione præcipie p.134.F
mus,dicemus de ſanguinis miſſione diligentius. Minime igitur (ſicuti medicorū nō nulli cenſent) a par-
uis incipiendū auxilijs eſt. Nec, ſicut illi dicunt, ſentiendū, iſta ſcilicet prius eſſe tentāda: mox, ſi nihil
profecerint,aggredienda maiora. nam in morbis, in quibus periculū nō impendet, uera ea opinio eſt:
at,ubi moriendū ægro prorſus eſt,ſi phthoe ſemel exceptus ſit,alieniſſimū a ratione eſt a minoribus in-
choaſſe. Nam,ſicuti reliqua omnia ab Hippocrate tradita,ita illa quoq; ſententia recte eſt dicta, Nem-
pe ad ultimos morbos ultima prorſus remedia maxime ualere. Quanam igitur inductus opinione Era
ſiſtratus in talium affectuum principio ſegnis tardusq; eſt, poſt diligens cum perijt occaſio? Nam ſan-
guinis miſſione, cum ſanguis reijcitur, nuſquam prorſus utitur, uitioſiſſima ratione inductus. ſed nec

purgat

A purgat quenquam, nec caput siccat. Quibus nimirum siquis phthoe occupari periclitantes fraudet, quamuis reliqua omnia probe peragat, nihilo plus, arbitror, agat. Nam sanguinem mittere recusat, ac solis artuum deuinctionibus ad eum auocandum utitur, quo (ut ipsemet ait) ad phlegmones tempora sat nobis sanguinis supersit, nec propter inopiam eius ægrum nutrire cogamur. Sed heus tu Erasistrate, dicat arbitror aliquis, si post uenam ruptam phlegmone iam pulmonem occuparit, non est, quod speres hominem sanandum propter ipsas, quas paulo ante comprehendi, rationes. Quare amplius opera tua non egebit, proditus uidelicet per te intret initia. Quippe idem facis, quod gubernator, qui ubi per eius incuriam euersa nauis est, uectorum cuipiam asserem in manum dat, indeq; salutem comparare suadet. Sed Erasistratus fortasse existimabat phlegmonem esse ex ijs, quæ necessario uulnus comitentur. Verum, si ita sentiebat, in magna plane erat ignorantia. cum uidere cuiq; liceat sexcentis eorum, qui quotidie singulari certamine decertant, maxima citra phlegmonen glutinata uulnera sic, ut secundo uel quarto die sint omnino in tuto. Nos uero etiam plurimos ex ijs, qui uas in pulmone ex casu, clamore, plagave rupissent, prius, quàm phlegmone in uase rupto excitaretur, curauimus. Quòd si horum quoq; pulmones phlegmonem inuasisse asserit, ipse suis ipsius placitis repugnat, simul princeps uiscus, quod maxime uicinum cordi sit, phlegmone laborare affirmans, simul hominem febri
B carere, itemq; rupta phlegmone nihil expuisse. Ergo a nobis quoque inuicem audiat nec fieri posse, ut glutinetur ulcus, si phlegmone pulmonem inuaserit, omninoq;, si inuaserit, febricitaturum, ac purulenta deinde, cum phlegmone soluitur, tussi expuiturum. Ergo, si quis nec febricitabit, nec tussiet, nec saniem aliquam ex ulcere & phlegmone spuet, quæ ratio est, ut huius inesse pulmoni phlegmonē dicas? Itaque tum hoc maximum certe præsidium non recte ab eo damnatum est, tum purgatio sine ulla mentione prætermittitur. Ac nec ullam pharmacon, quod efficax sit, contra ullum ex comprehēsis generibus ab eo est positum. Quin, siue caput fluxionem mittat, eo statu seruabitur: siue ex intemperie ipsorum spiritualium tussis incidat, etiam ipsa sic manebit. Ergo Erasistratus statuario illi assimilis uidetur, qui reliquis omnibus partibus scite perfectis, statuam reliquit cæcam. Nam quæ, quæso, reliquæ pulchritudinis gratia, cum oculos desideres? Postea, si dijs placet, cum tanti uiri maxime aberrent, egregius, uir Thessalus, qui artem ne nouit quidem, Methodicum se censet appellandum. Ac nunc ferme omnes sectatores eius sanguinem mittere uidemus, tum alijs ægrorum non paucis, quibus non solum non utile, sed etiam noxium existimare id præsidij oportebat, præsertim si proprijs ipsis hypothesibus starent: tum uero ijs qui sanguinē, siue hunc per uomitū, siue etiam cum tussi, reijciunt, modo ualentes uires habeāt. Sed quomodo cohærebunt hæc secum, ut uenam, ubi sanguis reijcitur,
C incidere iubeant, & in commentarijs suis scribant remedium id adstrictis uitijs conuenire? Ergo ne se Methodicos amplius nominent, sed Empiricos, si reiecta ratione, quam esse rectam putabant, experientia utuntur ad inuenienda præsidia. An igitur in ijs quidem clare deprehenduntur nec methodo, nec omnino ratione aliqua quicquam facere, ubi uero partes inutiles esse ad curationis inuentionem aiunt, non multo magis? Atqui, siquis ad memoriam reuocet ea, quæ de auribus, naribus, oculis, ore, pectore, pulmone, præterea utero, uesica, & uentriculo, diximus, errare eos tota uia uidebit. Talis igitur erat, qui ad phlegmonem, quæ in pudendo erat, macedonico medicamento est usus, ac cum eo etiam cataplasmate, quod relaxandi uim habebat, nempe solemni hoc; quod ex pane, aqua, & oleo conficitur. Etiam alius quidam illi persimilis, qui ad sedem exulceratam ijsdem est usus. Verum de
A. l.5.f.20.c. 21.p.703.A talibus, ubi de phlegmonis disputabitur, agemus. Ceterū ulcera, quæ citra phlegmonem in pene sede ve cōsistunt, nullum cataplasma desiderant, sed medicamen, quod cicatricem inducat. non tamen, me hercle eius naturæ, quæ ulcera, quæ in carne sunt, inducere cicatricē possit, immo quæ tanto magis siccare possit, quanto hæ partes sunt carne sicciores. Quinetiam, quod magis admirere, ipsorum, quæ in pene sunt, ulcerum magis etiam siccari postulant, & quę in toto cole hæserunt, & quæ extra hunc ēt finem eius, qui glans dicitur, infestant: minus uero, quæ in præputio sunt: atq; etiam his minus, quæ-
D cunque in reliqua sunt cute, quæ totum colem uestit. Cum igitur humidum in glande ulcus quidam ex amethodis istis medicis, istis inquam Thessalijs, sanare aliquādo non posset medicamētis ijs, quæ epuloticа uocantur, id est, quæ cicatricem inducunt, adhibuit in consilium me. Vbi igitur ex me audiuit iōge sicciore medicamento particulā egere propterea, quòd siccioris naturæ esset, primum non credidit: ut uero coactus necessitate est aliquo ex nostris medicamentis uti, tribus diebus sanatum ulcus est. perspicuumq; erat medicum non tam fuisse de salute hominis lætatum, quàm inde adeo tristatū, ꝙ in mala disciplinæ secta fuisset educatus. Siquidem medicamen, quod ex * papyracea charta combusta fit, hoc scilicet nobis usitatum, id genus ulcerum sanat: sicuti etiam anethum ustum simili modo inspersum: itemq; cucurbita sicca atque usta ad eundem modum: alia præterea multa ex ijs, quæ uehementer, sicut illa, siccant. Siqua uero eiusmodi ulcerum sine madore sunt, ac recentia, ijs sola aloe salutare medicamen est. Inspergitur autem sicca, sed in tenuissimum ceu pollinem redacta. Hæc uero etiam, quæ in sede consistunt, sicca ulcera probe percurat. Simillimam huic uim habet & cadmia uino elota, & sicca.
A ibidem. Ab hac quoque non longe abest argenti spuma, Lithargyros græce dicta. Deinceps uero molybdæna sequitur. Omnibus uero tum minus inferens doloris, tum nullo minus efficax pompholyx est. Sin humidiora sunt, ipse per se pini cortex, itemq; lapis hæmatites uocatus idoneus est. Quòd si profunditas quæpiam ipsis adsit, ubi excitata fuerint, dictorum alicui tantulum mannæ admiscendum est,

quantum sit ad carnem gignendam satis. Neq; igitur horum quicquam uel per somnium norunt, qui B istius sunt alienæ a methodo sectæ, cum omne ulcus, in quacunque animantis sit parte, eandem postulare curationem opinentur: neq; etiam, quemadmodum fuere quædam ulcera oporteat, ueluti ea, quæ in abdomine contingunt: de quibus in sequenti libro cum ijs, quæ restant, uniuersis agetur.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Neruorum, tendinum, ligamentorum, partiumq;, quæ illorum natura participant, ossium quoque curationem absoluit. F

Prolixitatis librorum excusatio, ac quæ hactenus monstrata sunt. Cap. 1.

NON dubito fore non nullos, quibus esse prolixus uidebor, qui unum hactenus morborum genus, quemadmodū methodo curetur, exponam. Par est aūt, non tam mihi longitudinem hanc imputent, quàm ijs, qui parum intelligentes, quæ rectissime ab Hippocrate sint scripta, ea calumniari sunt conati: quos, ne quemadmodum ulcus quidem recte curent, scire ostendi, nedum, quod maius sit, quicquam. Atq; ipsum quidem morbi genus, cuius una species ulcus est, seu continuitatis, seu unionis solutionem uoces, nihil referat. Illud monstratum est, methodum cūrandi eius, in quocunq; corporis membro sit, quæ quidem ab affectu ipso sumantur, indicationes seruare communes, quæ uero ex partibus præbeantur, alias atq; alias habere. Cum .n. in carnosis particulis inciderit, nominatur quidem ulcus: habet uero curationis * indicationem omnium quidem, quæ præter naturam sunt, communem, sui scilicet ademptionem: quam uero, ceu affectus, præstat, ut per contraria tollatur: quā, ut G diuisio est, unitionē. Quippe generatio huius uitij in diuisione unitatis consistit. Ideoq; in osse uocatur fractura, græce Catagma: in neruosis fibris Spasma: in musculis ulcus & ruptio: quorum differentia prius iam dicta est. Idem tamen morbus, cum in neruum & arteriam & uenam inciderit, nullam propriam appellationem est sortitus, mutuatur aūt interdum ulceris, interdū uulneris uel ruptionis appellationem. Ceterum parum esse de nominibus solicitum debere eum, cui rerum scientiam inuenire sit propositum, sæpe iam diximus. Itaq; huc potius nominibus neglectis properemus: quando non ex horum exquisita impositione, sed ex appositis remedijs ægro salus paritur. Rursus igitur reuocandum ad memoriam est, quemadmodū audacissimus Thessalus, cum nullam curandi ulceris methodum tradiderit, oēs tamen dixisse se arbitratur. Siquidem, quòd sinuosum ulcus postulet impleri, & simplex glutinari, hæc nec idiotis sunt ignota. Quemadmodum tamen methodo quis pharmaca inueniat, quibus uel impleatur, quod sinuosum est: uel glutinetur, quod simplex est, hæc uulgus non nouit. ad id est, quod medicis considerandum proponitur, atq; in eo alius alio est præstantior. Quippe, ueluti in præcedentibus ostendimus, & inueniet remedia, & inuentis recte utetur, quisquis in medendi methodo est exercitatus.

Aduersus Thessalum de nerui punctura, ac de medicamentis, quibus curatur. Cap. 2. H

VT enim iam aliquid persequamur, quod præcedētibus sit deinceps, fingamus quempiam ad nos uenire, cui tantum cutis acu sit puncta. Hunc hominem, si is sit, cui facile ulcera sanescant, etiam si citra medicamentum nudoq; membro ad opera consueta dimittas, nihil sentiet mali: sin, cui difficulter sanentur, primum quidem dolebit, post etiam tum pulsu particula infestabitur, tum phlegmone. Ac Empiricus quidem examinando percontandoq; hominis naturam discet: Nos uero, tum ex eiusmodi examinatione omnibus his usi, quæ per experientiam inueniantur: tum nihilominus ex ijs notis, quas de boni succi maliq; naturis habemus: præterea de ijs, qui acris hebetisq; sunt sensus: tum plenitudine grauatis, modiceq; se in succis habentibus: non ignari, quòd, qui uel plethoricus est, uel uitiosis succis premitur, uel acris est sensus, uel horum quibusdam omnibusve premitur, phlegmone tentabitur: qui contra est affectus, nihil mali sentiet. atq; hæc prospicientes, non equidem medicamen, quod glutinet, imponemus, cuiusmodi plurima sunt eorum, quæ Enæma uocant, (ea sunt, quæ recentibus statim applicantur uulneribus) immo molle & blandum, & quod dolorem mitiget. si quidē, ubi magna diuisio est, ibi studium impendi debebit, ut magis siccantibus remedijs labra ulceris uniantur, atq; coalescant: ubi autem acu stilove facta diuisio est, id duntaxat curandum est, ne phlegmone particula tentetur. Atq; ex hoc manifestū est cruentorū ulcerum * indicationem, quæ a Thessalo est prodita, nihil nos

A maius adhuc docere, quàm ſit cuilibet e plebe notum. Non enim ſcire, quid fieri oporteat, id magna res eſt, ut quod omnibus hominibus natura inſit: ſed, quibus rationibus illud efficias, id uero ſcire artificum eſt. Nam, ſi nauem quiſpiam ſit ædificaturus, ſcimus profecto omnes, etiam qui nauium fabri non ſumus, quo loco poni gubernacula debeant, quo loco puppis, quo prora, ac reliquorum quiduis: ceterum nihil nobis hæc ad rem conferunt, utpote neſcientibus, quemadmodum ipſa ſtruantur. Aeque, & qui ædes molitur, utique non ignorat, nec quòd iacienda primum parietum fundamenta ſint, nec quòd ſuper his erecti minimeq; inclinantes erigendi ſint parietes, nec quòd ſuper his ſtrui tectum oporteat, nec quòd oſtia, & feneſtræ, ſingulæq; reliquarum domus partium proprijs collocãdæ ſint locis: uerum hæc ad domum ædificandam quid conferant, quoad ipſe fabrilis artis ignarus ea fabricare neſciat? Vni igitur Theſſalo omnium hominum ſapientiſſimo, noſſe, quid fieri oporteat, ad artificioſam notitiam ſatis eſſe uidetur. Sed nos per ſuperius comprehenſa monſtrauimus id eſſe operum, quæ ex artibus expectentur, ueluti principium quoddam, nondum aliquam eorum propriam partem, ſed quæ etiam ſit cuiuis e plebe communis. Quippe primæ in omni arte indicationes omnibus hominibus natura ſunt præſto. Quare, ſi hæ ſatis ſunt ad opifices faciendos, nihil uetat, quin & naues ipſi ædificemus, & materiam fabricemus, promptumq; ſit omnibus tum calceos facere, tum ue-

B ſtes, tum domos, ſed & architectos eſſe, & cithara perſonare, & rethoricari. Verum non ita ſe res habet: nec, qui uulneratæ parti naturalem unitionem eſſe moliendam nouit, is medicus eſt, ſed qui, quibus id rebus perficiat, intelligit. quanquam ne hoc quidem ipſum per ſe ſatis eſt, ſi quis etiam, quo pacto his ſit utendum, neſciat: ſed, qui uiam omnem curationis eouſq; percalluit, ut ipſum conſequi deſtinatum finem queat, is demum eſt, qui mederi nouit. Ergo iſtis amethodis Theſſali æmulis illud accidit, ut, cum maiora uiribus audeant, nec ad ea, quæ conſequi alioqui poſſent, accedant. Quippe, cum dudum ſtilo quidam uulneratus in manu eſſet ita, ut tota diuiſa cute aliquid neruorum, qui ſuberant, pungeretur, ſapiens ſcilicet Theſſalius in principio emplaſtrũ quoddam impoſuit, quo ſæpe in maximis uulneribus uſus proſpere fuerat. Putabat .n. (arbitror) omne uulnus eandem curationem requirere. Phlegmone uero oborta, ad cataplaſma, quod ex farina tritici componitur ſe conferens, atq; interim hominem putrefaciens, intra ſeptimum diem iugulauit. Nec ſane comprehendere numero eſt, quot, ubi in Pæonias iſtorum manus incidere, conuulſione perierint: quo, ſi dijs placet, ſanctio illa Theſſalia ſeruetur, Omne cruentum ulcus ſimiliter eſſe curandum, idq; partibus ijs, quæ laborent, nullam indicationem conferentibus. Ceterum uera ipſa methodus non perinde, atq; hæc Theſſali, eſt amethodos, immo poteſt uel nunc etiã poſt tot tantosq; medicos non ſolum meliora medicamenta,

A.l.4.f.4.T. 4.c.1.p.883.C C quàm prius fuere, ſed etiam uniuerſum curationis modũ inuenire. Nemo .n. ſtatim ab initio ijs uſus, quæ nos inuenimus, ex nerui uulnere in cõuulſionem incidit. Aduerti nanq; ubi punctus neruus eſſet, ei ex ſentiendi, quod obtinet, acumine neceſſe eſſe tum dolorem incidere, quàm reliquis partibus, maiorem, tum ex neceſſitate phlegmonen conſequi: niſi quis & medelam dolori inueniret, & phlegmones generationẽ prohiberet. Rationabile igitur mihi eſt uiſum cutis quidẽ uulnus apertũ inglutinatumq; cuſtodire, quo per id ex neruo uulnerato ſanies efflueret: totum uero corpus ſuperuacuis humoribus liberare; ac, nequis dolor uulneratam partem urgeret, in primis ſolicitudinem habere. Itaque etiam medicamenta excogitaui non pauca, quæ uulneri impoſita ad utrunq; mire ſunt comparata, tum ut dolorem mitigent, tum ut exitum ſaniei patefaciant. Tutius uero fuerit etiam, ſiquis cutem latius incidat, ac totũ corpus ſanguinis miſſione inaniat, utiq; ſi fortis ſit uirtus. Si uero uitioſis ſuccis repletũ corpus ſit, protinus purget. Aqua uero calida, quanquam reliquas phlegmonas ualde mitigat, uulneratis tamen neruis eſt inimiciſſima: cum præſertim eorum ſubſtantia ex refrigerata concretaq; humidiore materia ſit condita. Omnis enim eiuſmodi conſtitutio per ea, quæ ſimul calefaciunt & humectant, reſoluitur ac putreſcit. Itaq; ab aqua calida eos, qui ita uulnerati fuerant, omnino prohibui, utilius iudicans oleo calente fouere propterea, quòd demonſtratum a me eſt, hoc quoq; ſi frigidum applicetur, te-

D nues meatus obſtruere: ſin calidum, digerere. Porrò fugi ex huius quoq; generibus & crudum, quod Omotribes græce dicitur, & quod deniq; adſtringendi uim haberet. Delegi autem tenuiſſimum, cuius generis Sabinum eſt: quod etiam utilius fuerit, ſi bimum trimumve ſit. Quippe id, quàm recens, magis per halitum digerit, quoq; magis eſt antiquum, hoc ſemper magis digerere eſt potens: uerum dolorẽ

A ibidem. minus ſedat. In pharmacis autem huc omne conſilium direxi, ut eſſet eorum facultas tum tenuis, tum modice excalfaciẽs, & quæ ſiccare citra dolorem poſſet. cum ſola hæc trahere ex profundo ſaniem neque contracta neq; demorſa particula poſſit. Vſus ſum autem primum terebinthina reſina, tum per ſe, tum etiã paulũ euphorbij admiſcẽs: Et per ſe quidem in pueris, & mulieribus, & generaliter ijs, qui molli eſſent carne: Cum euphorbio uero in ijs, qui dura. Non ſecus aũt & propoli, nõ per ſe modo, uerum etiam cum euphorbio ipſam molliens: quòd ſi durior eſſet, cum tenui quopiam oleo. Quin & ſagapeno in duris corporibus ſum uſus, utiq; cum oleo & terebinthina id miſcens: ſed & opopanace ad eundem modum, quo & ſagapeno. Mihi uero & lachryma cyrenaica non inutilis fore uidetur, ſiquis* em-

* Alias [illegible] plaſtrum ex ea faciat, cuiuſmodi eſt, quod nos ex euphorbio compoſuimus. uerũ nondũ id experientia, quẽadmodũ reliqua oĩa, comprobauimus. Quippe præcedere oportet eam, quæ a uera methodo proficiſcitur, remediorum inuentionem, huic uero experientiã ad certiorẽ ẽt fidem ſubſcribere. Siquidem ex tali methodo ẽt ſulfur, quod ignẽ expertũ non ſit, quodq; lapidoſum nõ ſit, ſed omnino tenuiũ

partium, ei, cui neruus vulneratus esset, conducturum sperauimus, tantum eius tenui oleo miscentes, E
dum, quod ex utrisq; mistum erat, sordium haberet crassitudinem. In ualentioribus uero durioribusq;
corporibus, etiam si ad mellis spissitudinem redigas, sic quoq; iuueris: nam id quoq; comprobatum ex-
perientia est. Quinetiam lotam calcem similiter oleo admistam his applicandam excogitauimus: quæ
etiam, si mari lauetur, magis proficiet. Lauatur optime per æstatem in æstu caniculæ. Quòd si bis terve
eam laueris, utilius medicamen efficies. Quo pacto autem talia præparanda sint, ex cõmentarijs, quos
de medicamentorum compositione edidimus, intelliges. Nunc mihi tantum dixisse sufficit me tum A. ibidem.
hæc, tum alia multa medicamenta aduersus neruorum vulnera inuenisse, cum nec sub aliqno magistro
ea usurpata uiderim, nec in ueterum alicuius aut medendi libris, aut quos De facultatibus † inscribũt, † Addunt cod. graeci ἐξ ἰδίας σοφίας. i. propria sapiẽtia.
prodita: sed ex ipsa rerum natura indicationes sumpserim. Id quod proprium esse medici methodo utẽ
tis existimo. Mirificus autem Thessalus, cum ne unum quidem medicamentum inuenerit, iam pridem
materiam eorum notam esse affirmat. Atqui multorum medicamentorũ, quæ nos excogitauimus, non
modo Thessalo, & qui ante eum medici fuerunt, materia nota non est, sed nec ijs, qui post eum in hũc
usq; diem fuerunt. Siquidem ipse, cum accersitus aliquando essem ad quendam, qui a Thessalijs istis a
methodis medicis putris fuerat factus, ac cernerem eum cataplasma, quod ex triticea farina fit, imposi
turum, ubi nullum ad præsens mihi medicamentum erat, poposci ex figulo quodam, quem uideram, æ- F
gri uicino aquam lixinam: tum coquens in ea farinam hordeaceam, non autem sicut illi in oleo & aqua
triticeam, imposui. Postea uero farinam erui simili modo coctam, iam phlegmone inflammato & pu-
tri ex bella horum curatione neruo imponens, vindicaui ab ea putrefactione hominem. Verum de ijs,
quæ cum phlegmone putrescunt, alia disceptatio sequetur, eaq; diffusa in opportuno operis loco. De
neruis uero vulneratis satisfaciant, quæ dicta iam sunt. Et sane ex ijs, quæ ipsi inuenimus, plurimi uno
illo emplastro utuntur, quod ex euphorbio, & cera, & fricta resina est compositum. Cui, nescio quomo-
do, aliqui sinopidis aliquid postea miscuerunt, aliqui ochræ, quo uidelicet fucatum, unde componatur,
lateret, ægre ferentes, si meum id esse uideretur. Verum non est a principio sic a me compositum. Mi-
scuerint fortassis ei non nulli & e salis flore aliquid, aut aliud quippiam tale, quod colorem eius immu-
tet, nec uim eius minuat. Potest quis per ignorantiam etiam tale aliquid immiscere, quod facultatem
eius immutet. Verum nos illud ex cera, resina terebinthina, picẽ, & euphorbio composuimus, immi-
scentes ex cera partem unam, ex terebinthina, & pice, utriusque partis unius dimidium, sic, ut quod
ex utrisque conflaretur, ceræ par esset. licet autem interim, & plus sit, quod ex ambobus cõfit, quàm
cera. licet rursus & alterum eorum tantum ceræ admiscere. Quinetiam in penuria terebinthinæ tum
humidam pineam, tum etiam frictam commode admisceas: non minus etiam his & abietinam immit G
tas. Strobilina uero duris tantum corporibus idonea est: ad mollia uero immiscenda non est. Si itaq;
humidam resinam immiscebis, tunsum cribratumque euphorbium reliquis immittes liquatis (esto ue
ro pondus eius, ceræ pars duodecima: etiam plus aliquando, ubi scilicet ualentius efficere est in ani-
mo) Sin siccam, sicuti quæ fricta est, utique olei pusillum desiderabit euphorbium. Quare ego tum id
cum oleo contundens, ac ad sordium spissitudinem redigens, mox reliquis post liquationem refrige-
ratis * terens misceo. Sæpe etiam tantulum aquæ immiscui medicamento conficiendo, quantum in mi *ξύσας
stis ipsis liquandis tum absumi, tum euanescere prorsus potuit. Verum omnia huius generis ad tracta
tionem de medicamentorum compositione magis attinent. Nunc suffecerit, sicuti antea fecimus, indi
cato, quale esse debeat medicamenti genus, pauca particulatim exempli causa apponere. Vberem
nanq; omnium materiam in opere de simplicibus medicamentis inuenies. Præparare autem debebis,
ut in opere de eorum compositione est traditum. Nunc igitur satis est hoc tantum dixisse, atq; ad alia
transire. Vulnerati nerui curatio medicamenta postulat, quæ & tepidum calorem excitent, & ualen-
ter siccent: tum quæ ex substantiæ suæ natura & trahendi uim habeant, & tenuium sint partium. Sane
non ad medicamentorum modo uictusq; inuentionem ipsa medendi methodus proficit, sed etiam ad
ipsum inuentorum usum. Nam ueluti in superioribus ostendimus, quisquis citra methodum, quæ ulce H
ri apta medicamenta sunt, molitur, cum ne minimo quidem eorum probe uti posse, ita & nunc osten-
dere licet. Siquidem intellexisse, quantopere affectum uel siccarit, uel calefecerit, uel mitigarit, uel A. ibidem.
lacesserit medicamenti applicatio, is demum potis est, qui methodo quadam curat. Idem uero ipse so-
lus etiam intendere ea, quibus inter initia est usus, uel remittere nouit. Cum nanq;, quod δι' εὐφορβίου pro
pterea, quòd euphorbium accipit, uocant, quidam vulnerato neruo statim imposuisset, idque subinde
prius prospere fuerat expertus, tertio die indicauit mihi uulneratam partem tum dolentem, tum phleg
mone tentatam, miratus medicamen nihil contulisse. Percontatus igitur laborantem sum, num primo
die, cum impositum medicamentum esset, calorem quempiam ueluti ex Sole suauẽ sensisset. is se quic-
quam eiusmodi sensisse negauit. Rursus itaq; percontabar & medicum, quanto iam tempore præpara-
tum apud se medicamentum habuisset, ac quos eo sanasset. Ille plus anno apud se habuisse: sanatos ue
ro a se aiebat pueros duos, & adolescentem unum. Cum autem & de corporis habitu adolescentis ro-
gassem, album eum, molliq; corpore fuisse affirmabat. His ergo auditis cum intelligerem, ut ad propo-
siti adolescentis temperiem, euphorbiũ deesse, postulans tum ipsum emplasticũ medicamentum, tum
etiã euphorbium, sumensq; ex his, quantũ ad ea inter se miscenda satis putaui, iussi manibus medicamẽ
tum subigere, ac euphorbiũ diligenter contundere. postea, quàm hæc facta sunt, miscere ea simul iussi.

Ipse

A Ipſe uero oleum Sabinum vtiq; ſubantiquum modice calefaciens, foui vulneratam partem. Reſectoq; leuiter puncturæ, quod conniuebat, foramine impoſui medicamen: iniunxiq; homini inediam. Medico uero præcepi, vt ueſperi rurſus eum ſolueret, ac ſimili modo, quo me uiderat, oleo uteretur. Atque his peractis apparuit poſtridie pars ægra & ſine dolore, & ſine phlegmone. intellexeruntq;, qui huic operi aderant, omnes ueriſſimum eſſe (quod nos ſæpe uſurpamus) non eſſe adeo magnum, quod medicamen præſtare poſſit, niſi nactum ſit, qui eo dextre utatur. Eſt autem dexter uſus, qui tali plane methodo, qualem ipſi iam ſæpe in commentarijs, qui ante hunc ſunt, oſtendimus, procedit, omnium medicamentorũ uſu ad calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, ueluti ad normas, relato. Quam nimirum methodũ non ſolum amethodi Theſſali ſectatores probe tractare non ualent, ſed nec Eraſiſtratus, nec alius medicorum quiſquam, qui corporum elementa aut prorſus non inueſtigarunt, aut alia, quàm quæ comprehenſa a nobis ſunt, poſuerunt. Sed de his hactenus.

De curandis neruis per longitudinem, uel tranſuerſum uulneratis, ac contuſis. Cap. 3.

SI autem non punctus, ſed plane cæſim uulneratus neruus ſit, conſiderandum eſt, quo pacto facta vulneratio ſit, vtrum ne per tranſuerſum neruum, an per longitudinem eius: tum uero quantum interuenientis diuiſum ſit cutis. Proponatur igitur primum, multum eſſe cutis adapertum adeo, ut ner-
B uus nudus appareat, isq; per directum non per tranſuerſum diuiſus. Huic neruo nullum iam memoratorum medicamentorum, quæ ex euphorbio ac ſimiliter acribus, emplaſtri ſpecie ſiunt, applicabis. nudatus nanq; non feret eorum uim ita, ut, cum interpoſita cutis erat, tulit. Optime igitur eo caſu calce elota in multo oleo ſoluta utere. Salutare uero eſt, & quod ex pompholyge medicamentum ſit, ſi in largo roſaceo ſit liquatum: quod utiq; melius fuerit, ſi tum roſaceum ipſum, tum oleum ſalis ſit expers. Siquidem nudato neruo, omnis curationis conſilium huc tibi dirigendum eſt, ut minima eum mordicatione ſicces. Poſſunt uero id præſtare plane pauciſſima medicamenta. Eſto igitur hoc caſu calx ſalubri aqua æſtatis tempore ſæpe elota. Eſto præterea (ut dictum eſt) & pompholyx elotus, ita uidelicet, ut elotus habetur in eo compoſito medicamento, quo publice utimur, quodq; alia elota in ſe non pauca continet. Quippe, quæ ex metallis conſiſtunt, ea elota eſſe omnia oportet, ſi modo citra morſum ullum ſint ſiccatura. Salubre uero medicamentum eſt, & quod ex melle ſub emplaſtri ſpecie componitur, utiq; cum ex optimo ſit melle. Solui uero & id roſaceo oportet, quod tum reliquis conditionibus ſit optimum, tum ſalis omnino expers. Quinetiam ceram, quæ eiuſmodi medicamentis ſit miſcenda, elotam eſſe conuenit. Aeque, & ſiquid terebinthinæ reſinæ inijcies, hæc quoq; elota ſit, oportet: atq; hac magis, ſi alterius cuiuſquam reſinæ quid immittes. Quippe medicamentis omnibus, quæ laueris, acris
C mordensq; ſanies eluitur, atq; abſtergitur. Si uero robuſtus ſit, qui uulnus accepit, & cui corpus ſit a ſuperuacuis humoribus mundum, in hoc fas eſt etiam ualentioribus remedijs non nullis uti: ueluti ipſe aliquando, cum id genus uulneris in carpo accepiſſet iuuenis quidam philoſophiæ ſtudioſus, alioqui corpore bene habito, & tum in æſtiuo Sole peruſto, ex Polyidæ paſtillis ſapa ſolutis, poſtea ſuper calida aqua tepefactis linamenta imbuta impoſui. Nam id quoq; uel in primis ſemper habēdum curæ eſt, nequid ex ijs, quæ uulnus contingent, frigidum ſit. quandoquidem ipſa laborans pars & ſenſilis maxime eſt, & principum partium primati continua, & temperamento ſuo frigida: quorum omnium occaſione & ex facili a frigido offenditur, & ſuam offenſam impertit cerebro. Quòd ſi ex ijs fuerit, quę in muſculos perueniant, etiam conuulſionem facile acceſſit. Siquidem monſtratum eſt muſculos uoluntarij motus inſtrumenta eſſe. Idem fore & in tendonibus expectabis, ijſdem de cauſis. Ceterum cum memoratum remedium tum uulneri ipſi iuuenis impoſuiſſem, tum uero partium, quæ ſupra erant, non parum eodem complexus fuiſſem, quæ circa axillas, collum, caputq; eius erant, omnia calente oleo aſſidue madefeci. Detraxi uero illi & primo ſtatim die ſanguinem ſcarificata uena. In quarto igitur hic quoque iuuenis recte habuit adeo, ut & rugoſum, & paruum, & contractum ulcus iam cerneretur. Veruntamen conſultius uiſum eſt uſq; ad ſeptimum nihil nouare. poſt quem diem plane red-
D ditus eſt ſanus. Sane oleo perfundere tale ulcus non oportet, præſertim cum, ut nunc comprehenſum eſt, curatur. Nam oleum paſtilli huius uiribus eſt aduerſum, ac ſordidum ulcus reddit. Neque enim parum intereſt, nudo ne neruo oleum, an per interpoſitam cutem admoueas. Abluenda igitur a uulnere ſanies eſt molli lana ſpecillo circumuoluta. Madefacere uero lanam ſi placet, ne ſcilicet ſicco ulcus attingas, ſireum, id eſt ſapa, ſuffecerit, quam & hepſema uulgo apud nos in Aſia uocant. In hac igitur lanam intingens, mox exprimens, ulcus detergebis. Eſto uero hæc quoque ipſa tepida primis maxime diebus. Quòd ſi omnia ex ſententia ſucceſſerint, etiam uino dulci madefacere citra periculum licebit. verum dulce id omni mordente qualitate careat, cuiuſmodi tum theræum eſt, tum ſcybelites, atque ab his, quod caryinum uocant. Quæcunq; uero & dulcia pariter & fulua ſunt, ueluti falernum, inutilia ſunt. quippe acria ſunt omnia talia, ac ſupra modum calida. Vlcere uero iam ad cicatricem ueniente, quæ alba plane ſunt & tenuia, nec multam aquam tolerant, nec odora ſunt, ea dulcibus præſtant. Aquæ uero uſum ad neruum uulneratum ſemper fugies, ſicuti etiam relaxans cataplaſma. Ad iam dicti uero paſtilli uſum prope etiam accedit & medicamenti uſus, quod Diachalciteos uocamus, quo publice utimur. Liquari uero etiã hoc debebit æſtare roſaceo, hyeme ſabino oleo. Deſcriptum autem eſt medicamentum hoc a nobis in primo de medicamentorũ compoſitione. Polyidę uero paſtillus, uel trochiſcus, uel quomodocunque appellaſſe libet, omnibus ferme notus eſt. Cuius ſi copia

non est, Andronis, vel Pasionis pro eo est sumendus, vel noster, qui etiam omnibus illis est ualentior. E
Sane iam dictum est robustis corporibus valentiora medicamenta, imbecillis mitiora esse adhibenda.
Ista & vera methodus inuenit, & experientia confirmat. Thessalus vero cum suis unà sophistis in alto
throno residens ἐν κνωμάζουσι ἀνθρώποις. i. apud pecuinos & brutos homines (ut Cercidas ait) in pretio erit,
dum suis rationibus confirmat omnis vlceris recentis eandem esse curationem, neque hanc, ullam ex
partium natura indicationem sumere. Vnus ramen magni in eius sapientia nominis, admirandam vul-
neratorum neruorum curationem excogitauit. nam protinus eos totos præcidit ne admonito quidem,
qui vulneratus fuerat: quanquam in hoc quoque a secta sua desciuit. Siquidem par erat vel & musculos
vulneratos, & arterias, & venas, & aliud quiduis totum præcideret: vel nec neruum. Alioqui sic, quod
fugiunt, id facere deprehenduntur, vt diuersam pro discrimine partium indicationem accipiant. Verũ
hos iam mittamus, ac de transuerso nerui vulnere agamus, in quo maior conuulsionis metus impendet
phlegmone scilicet a desectis fibris ad non sectas communicata, ceterum conuulsione ab ipsis non se-
ctis excitata. Ac, quæ ad vlceris curationem attinẽt, his quoq; sunt eadem. Ceterum detrahere largius
sanguinem, ac tenui magis, quàm in illis, vti victu, tum in quiete omnino ac lectulo molli hominem cõ
tinere oportet: tum oleo calenti vbertim in axillis, collo, tendonibus, ligamentis, & capite uti. Quòd si
vulneratus neruus ex ijs sit, qui in crure habentur, sicuti cum in manu erat, alæ, ita in his bubones largo F
oleo imbuendi: tum per totam spinam ad collum, & caput ascendendum. Contusi vero nerui, vbi cum
his unà cutis quoque contusa exulcerataque est, medicamenta postulant, quæ in siccando quidem cõ-
mune nerui ulcera sanantium consilium seruent, ceterum quæ partes, quæ per contusionem a se dissi-
deant, contrahere constringereq; sint apta. Qui vero absque cutis simili affectu sunt contusi, hos oleo
calente, cui euocandi facultas insit, sæpissime profundere oportet, ac totius corporis similem curam
habere. Semel hoc incidere uidi, sanauique id mature, ipsa ex oleo perfusione. Verum unà cum cute
neruos contusos sæpenumero vidi. & propter eius symptomatis frequentiã athletæ ipso vsu edocti ha-
bent cataplasma quod ex oxymelite & fabacea farina conficitur: quod plane salutare medicamentum
est. At, si dolor unà cum contusione uexat, etiam picem liquidam immiscere, ac bene coquere, tũ calẽs
medicamentum imponere oportet. vbi vero magis siccans efficere voles, erui farinã inijcies. Quòd si,
ut amplius quoq; siccet, desiderabis, irim illyricam immittes. Totius autẽ corporis cura his quoq; com
munis est. at si totus præcisus neruus sit, metus præterea nullus instat:* debilis tamẽ particula manebit.
Curatio uero eius communis est cum ea, quæ aliorum est ulcerum, quamque unam Thessali imitatores
norunt. Ergo de neruis hæc abũde sint dicta. Phlegmonę uero, quæ his superuenient, quemadmodũ cu
randæ sint, vbi de phlegmonis agemus, docebitur. G

* ἀνάπηρος i. mutila.

De uulneribus ligamentorum, intestinorum, peritonæi, & omenti, & quo pacto futura fieri debeant, cum partes abdominis interna uulneratæ sunt. *Cap. 4.*

Ligamenta uero, (quæ græci Syndesmus uocant,) cum simillimam habeant tendonibus speciem, va
lentissimorum remediorum uim tolerant: quòd nec ad cerebrum pertingant, & sensus sint exper-
tia. nam nerui omnes, alij ex ipso statim cerebro ortum habent, alij spinali interueniente medulla. Ten-
dones quoque, quoniam compositam eorum esse substantiam ex neruo ligamentoque ostendimus,
quatenus nerui participes sunt, eatenus ex cerebro oriuntur, ceterum minus saltem, quàm ipsi
nerui, conuulsionem accersunt. Ligamenta uero, cum ex osse ortum habeant, quæcunque totunda
sunt, ea neruis assimilia sunt, duritie tamen plurimum dissident. Verum in eo quòd alba sunt, & exãguia
& cauitate carentia, & in fibras diuiduntur, similitudo illis cum neruis, & tendonibus constat. Ergo, ubi
teretia ligamenta tendonesque uisuntur, qui dissectionum sunt ignari, neruos eos imaginantur, potis-
simum, qui multo duriora ea neruis esse non intelligunt: at, ubi lata sunt, ibi eã a neruis diuersa esse in-
telligunt: quanquam ne id quidem omnia: ceterum ipsa a sese discernere non ualent. Verum tu, qui præ
sertim cuiusque trium partium naturam perspectam habes, tum uero & formam, & quam in toto cor-
pore posituram obtinent, in quocunque membro uulnus fieri contigerit, statim intelliges, neruus ne H
sit, quod in eo uulneratum est, an ligamentum, tendove. Et de nerui quidem ac tendonis curatione iam
dictum nobis est. Ligamentum uero uulneratum si id est, quod ab osse ad os permeat, & maxime sine
periculo est, & quod omnino siccans quibuslibet medicamentis, nihil hominem offendes. Sin id, quod
in musculum se inserit, quanto est neruo & tendone minus periculo opportunum, tanto utique, nisi ri-
te curetur, reliquis ligamentis magis terrere debet. Horum nihil peragi methodo ab ijs medicis po-
test, qui indicationem, quæ a particulis sumitur, utilem esse ad ulcerum curationem negant: nec ab ijs,
qui id quidem confitentur, sed tamen cuiusque particulæ naturam ignorant: quæ nimirum (sicut osten-
dimus) ex ipso elementorum constat temperamento. Verum ij, quanquam nihil aliud, saltem, quę ex in
strumentaria partium constitutione indicantur, intelligunt: Thessalus uero, & qui sequaces eius sunt,
etiam hæc ignorant: Veluti statim, si diuisum abdomen tam alte sit, ut intestinum ex eo procidat, nec
quemadmodum id reponere conueniat: nec, si omentum exciderit, abscindendum ne id sit, an non: nec
an uinculo id excipiendum, an secus: nec an suendum uulnus sit, necne: nec, si suendum sit, qua ratione
suendum, quicquam intelligunt: ut quę ne nos quidem intelligeremus, nisi ex dissectionis ratione, om-
nium, quæ istic continentur, partium naturam didicissemus. quam etiam exponere necessum est, nõ cla
ritatis modo gratia eorum, quæ dicenda sunt, sed etiam probationis. Cutis extrinsecus omnibus ante-

stat.

A.l.3.f.11.c.1 c.1.p.739.A.

A stat.hæc uero in membranã finitur. A cute, medio circiter loco, nervea tenuitas musculorum(quã Apo-
neurosin Græci vocant) gemina tenditur, membranarum ritu. Eas plerique anatomicorum duas esse
minime norunt, cum & unà cohæreant coalescantque sic, vt labor sit eas separasse, & summa prætereà
sint tenuitate. Post has deinceps habentur duo musculi recti, & carnosi, qui à pectore ad ipsa pubis ossa
perueniunt. Atque hæc quidem memorata omnia & sibi cohærent coalescuntque, &, quod conflatum
ex ipsis est, Græci,† [qui, quemadmodum diuisum ventrem sui conueniat,] prodiderunt, Epigastrion,
id est abdomen, nominarunt. Quod uero hoc deinceps excipit, ab illis quidem uocatur Peritonæon, pu-
tantibus uidelicet vnum, & simplex id esse corpus, minimeque compositum, sed falso: cum id composi-
tum ex duobus corporibus sit, quorum utrunque, & exangue, & neruosum sit. Verum alterum eorũ ner-
uosa tenuitas eorum musculorum est, qui per transuersum se agunt: Alterum membrana prætenuis, ue-
lut aranea, quæ utique uere est peritonæum. Ac tale quidem in medio sui est abdomẽ. Partes uero eius
quæ utrinque ad latus ad quatuor quasi digitos recedunt, hæ statim a cute obliquos musculos habent:
priores quidem, qui a pectore demittuntur: secundos, qui ab ilibus ascendunt: deinde post hos transuer-
sum musculum, sub quo est peritonæon. Ergo & minus periculi in hoc loco, quàm in medio est, cum te-
nuem eiusmodi membranam qualem aponeurosin vocant, nullam habeat: & *sutura in medio difficul-
B ter administratur: quippe cũ & procidãt hac parte maxime, intestina & ægre inibi *cõtineri queãt. Qui
enim constrinxerant contraxerantque ea, recti illi carnosique musculi erant, quos ex pectore ad pubis
ossa demissos diximus. Ergo, quoties horum aliquis est uulneratus, duplici de causa procidere intesti-
num est necessum, a partibus quidem, quæ sunt ad latus, propterea, quod musculis, qui istic sunt, cõstrin-
gitur: a medijs vero, quòd nec musculum eum, qui contineret, habet etiamnum ualidum, & quod locus
opportune ad procidentiam est comparatus. Quòd si maius etiam uulnus fuerit, tum plura necesse est
intestina excidere, tum difficilius denuo immitti. Porrò alia ratione parua uulnera tractatu sunt diffici-
lia. Nam, nisi, quod procidit, ilico in locum suum reponas, inflatur, surgitque in tumorem. quo euenit,
vt per angustum foramen immitti nequeat. Minus igitur graue in eiusmodi vulnerationibus mediocre
foramen est. Atque hæc quidem præscisse oportet. Proximum est, ut, quemadmodum quis hoc genus
vulnerum commodissime contrectet, consideremus. Nam Thessali præceptum, quo censet enæmis ea
præsidijs glutinanda esse, parum satisfacere manifestius puto, quàm ut quenquam latere, qui compos
sit mentis, possit. Quoniam igitur principio id agendum est, ut intestina, quæ exciderunt, in suum locum
recondantur: secundo loco, ut vlcus suatur: tertio, ut medicamen imponas: quarto, ut nequa præstan-
tior pars simul afficiatur, prospicias, age iam de primo horum agamus. Cum igitur triplex(ut dictũ est)
C discrimen horum vulnerũ in magnitudine sit, propriam a quoq; indicationem sumere tentemus. Esto
autem principio vulnus adeo paruum, ut inflatum iam, quod excidit intestinum, remittere amplius nõ
sit. Nunquid igitur hoc loco alterum e duobus est necessum, aut flatum educere, aut vulnus ampliare?
Præstiterit autem(vt arbitror) prius, si modo id consequi liceat. At non alia potius ratione id consequa-
re, quàm si causam, unde excitata inflatio est, submoueris. Ea igitur quę demum est? Certe ambientis
aeris refrigeratio. Itaque etiam sanatio ex calefaciendo petetur. Ergo spongia molli, & ex calente
aqua madenti, ac mox expressa calfacere intestinum conueniet. Præparetur vero interea uinum au-
sterum calidum. quippe id magis calfacit quàm aqua, ac robur intestino acquirit. Quòd si huic
etiam præsidio intestini inflatio non cesserit, incidendum peritonæi tantulum est, quantum ei,
quod excidit, reponendo sit satis. Apposita porrò ad eiusmodi incisionem sunt ea, quæ Gręci
Syringotoma vocant, idest quæ ad fistulas incidendas sunt comparata. Scalpelli vero, quibus a-
cies utrinque habetur, aut quibus cuspis acuta est, omnino fugiendi sunt. Situs uero laboranti ap-
positus fuerit, cum in inferiore parte factum vulnus est, si sursum vergat: cum vero in superioribus, si de-
orsum. Vnum autem vtrobiq; cauetur, ne, quod exciderit, ab alijs quicquam intestinis degrauetur: Ita-
que ex hac ratione conueniet, vt, si in dextris vulnus sit, corpus in contrariam partem inclinetur: sin in
D sinistris sit, in dextram sic, ut, quæ vulnerata pars est, semper altiorem locum occupet. Atque hoc tũ in
magnis, tum etiam in mediocribus vulneribus conducibile fuerit. Quippe id omnibus commune con-
silium est. Ceterum repositio intestinorum in suum locum, ubi ex magno exciderunt uulnere, plane mi-
nistrum postulat dextrum. Debet enim, ubi manibus suis totum vulnus extrinsecus apprehenderit, in-
tro reprimere, tum constringere, ac exiguum semper suenti prænudare: quinetiam id ipsum, quod assu-
tum est, modice comprimere, quoad totum persuatur. Iã uero, quæ commoda ratio suẽdi abdominis in
talibus vulneribus sit, deinceps doceamus. Quoniã coire coalescereq; cum peritonæo oportet abdo-
men, incipiendum quidem a cute est, atque ab externo introrsus acus inijcienda. Vbi vero tum cutem,
tum rectum musculum totum transierit, prætereito, quod ei subest, peritonæo, per reliquum peritonęum
eam ab interno extrorsus inijcies, atque inde per reliquum abdomen ab interno extra transmittes. Vbi
hoc penitus transmisit, rursus ab externo introrsum idem abdomen est perforandum. Mox, ubi perito-
næum, quod illi quoq; subhæret, prætereieris, atq; ad contrariũ ueneris, hoc quoq; ab interno extrorsus
perpungendũ, unàq; cum eo totum ipsi uicinum abdomen. Deinde ab hoc rursus incipiendum, atque
id cum contrario peritonæo consuendum. ac rursus uicina quoque cute transmissa, iterum ab ea parte
acus introrsus est inijcienda, consuendumq; abdomen id cũ contrario peritonæo, ẽt inibi uicina cute
trãsmissa. Atq; hæc iterũ iterumq; faciẽda, quoad totũ vulnus similiter consuerimus. Interuallum uero

†Ex græco ad uerbum. qui, quomodo uocatas Gastroraphias(.i. uẽtris seu abdominis suturas) fieri oporteat.

*κατασέλλεσθαι hic contineri Linacer uertit, cum tamen inferius, denuo immitti ac remitti uerterit.

quod

quod futuris interuenit, quod ad compescenda pertinet ea, quæ subsunt, breuissimum esse postulat. B
Quòd uero ad firmitudinem ipsius cutis, quæ in interuallis futurarum est, nec ubi rumpatur, breuitas
parum tuta est. Quare utriusq; uitato excessu, eligenda mediocritas inter utrunq; est. Iam hoc quoque
omnium ulcerum commune quodammodo est: sicuti etiam ipsius, quo suuntur, fili consistentia. Nam,
quod iusto durius est, cutem rumpat, necesse est: quod mollius, ipsum prius rũpitur. Aeque uero, si pro-
xime summas oras acum transegeris, quod reliquum est cutis, quoniam minimũ est, dum uiolenter ad-
ducitur, cogitur perrumpi. Si plurimum ab ijs recesseris, multum cutis inglutinatum relinques. Hæc, tã
etsi omnium sint ulcerum communia, maxime tamen fugienda in abdomine suendo sunt. Ipsa uero ab-
dominis sutura aut iam dicto modo administrabitur, utiq; siquis huc studium dirigat, ut peritonæum
abdomini coalescere faciat (uix enim cum eo coalescit, utpote neruosum:) aut sicut non nulli faciũt,
qui, quæ cognatæ naturæ sunt, ea committunt, utiq; peritonæo peritonæum, abdomini abdomen. Id
fiet ad hunc modum. Oportet a uicino nobis abdomine incipere, atq; ab externo introrsum per id tan
tum acum transmittere: post præteritis utrisq; peritonæi labris, ex aduersa parte ab externo introrsus p
utrunq; eius labrum acum reuocare, deinde rursus hanc reuocare, atq; ab interno extrorsum per aduer
sum abdomen traijcere. Hic modus a publico, & exprompto, quo uidelicet uno adactu per quatuor la
bra acum transmittunt, hoc discriminis habet, quòd totum peritonæon intra abdomen prorsus abscon F
dit. Deinceps uero de medicamentis præcipiamus. Sane hæc quoq; eiusdem esse materiæ debebunt,
cuius sunt ea, quæ Enæma dicuntur: quæq; aliarum quoq; partium unire vulnera in superioribus com-
mentarijs ostendimus. Deligatio uero extrinsecus, uel præcipue in his necessaria est. Quarta uero cu-
rationis in his pars non paulo ab alijs dissidet. siquidem, quod inter bubones, & axillas est, id totũ mol
li lana ex oleo mediocriter calido imbuta circundare oportet. Satius item fuerit, & si per clysterem in-
testinis aliud simile infundas. Quòd siquid ipsorum intestinorum sit uulneratum, quæ extrinsecus fieri
debent, omnia similiter, ut diximus, sunt peragenda. Ceterum, quod inijcitur, vinum nigrum, austerũ,
& tepens erit, eoq; magis si totum perforatum vsq; ad internum meatum sit. Ac crassa quidem intesti-
na facilia sanatu sunt: e contrario difficilia, quæ tenuia sunt. Ieiunum tamen omnino incurabile est, tum
propter magnitudinem multitudinemq; uasorum: tum quòd tunica eius prætenuis neruosaq; est: adde,
quòd tum bilem synceram hoc intestinum recipit uniuersam, tum quòd omnium iecinori maxime est
uicinum. Ventriculi uero quæ carnosæ partes infernæ sunt, curare cum fiducia tentabis. Nam fieri po- A.l.3.f.16.2.1. c.2.p.615.a.
test etiam, vt bene cedat, non solum quòd hæ crassiores sunt, sed etiam quòd sanantia medicamenta fa-
cile hoc loco ipsius subsistant. At, quæ in ore eius ac gula ulcerum sunt, duntaxat contactu medicamen
torum in transitu fruuntur. Quæ uero in ore eius sunt, ijs sensus quoq; acumen sanationi obstat. Verum, G
quanam ratione uentriculi vulnerati, aliorumq; exitialium uulnerum Hippocrates sanationem molia-
tur, ab ipso peti est satius. Ego nanq; non eo consilio, ut nemo Hippocratis libros legat, ad hoc opus
scribendum accessi. Verum quoniam is mihi primus idonea usus esse uia uidetur, nec tamẽ eam totam
compleuisse, cum quædam minime limitata, quædam imperfecta obscuraq; ab eo prodita inuenire li-
ceat: idcirco ipse tum omnia ea lucide explicare, tum, quæ parum discreta sunt, distinguere, tum, quæ de
ficiunt, supplere studui. Vbi igitur aliquis se in his nostris primitus exercuerit, tunc se ad libros Hippo-
cratis legendos conferat: ac tum eius de ulceribus librum relegat, tũ quæ de vulneribus exitiosis scri-
psit. Porrò simul maximum adiumentum ex his nostris libris habebit: simul certo intelliget neminem
methodicæ sectæ, quæ nomine specioso se uenditat, re autem maxime est a methodo aliena, commode
ulcus sanare posse: sed nec reliquorum Rationalium quempiam, quicunq; parum cognitis similariũ par
tium elementis artem aggredi censent. Quippe nesciunt hi quoq; rationalem simplicium animalis par
tium curationem, ut qui ab instrumentalibus tantum indicationes sumant. Ceterum paucis etiamnum
contra Methodicos additis de istis, quæ in uentriculo accidunt, vulneribus, alio stilũ conferemus. Vul-
nerato peritonæo excidit subinde omentum: quod primaria ne pars sit, an non primaria, uel ex quibus
condatur, uel quam habeat actionem usum ve, hi compertum non habent. Itaq;, si iam liuet, aut nigri- H
cat portio ea, quæ excidit, ibi quid faciant, audire est operæpretium: vtrum ne præcident, an intra peri-
tonæon remittent. Omnino enim uel ab ipsa experientia, quid agendum sit, intelligent, uel ab ipsa par-
ticulæ natura indicationem sument. Atqui refugiunt hęc utraq;: eam quidem, quam experientia suppe
ditat, cognitionem, dum uenerandum scilicet hoc sectæ suę nomen methodum extollũt: eam uero, quæ A.l.4.f.4.r.1.
ex particulæ natura suggeritur, ꝙ nec substantiam eius norunt, nec actionem, nec usum, dum a dissectio c.7.p.861.b.
ne ceu inutili abhorrent. Itaq; nesciunt, sit ne ex ijs, quę necessariæ ad uitam sint, an quæ necessariæ qui
dem non sint, non tamen omnino infimæ notæ: sed nec an cum eius affectu simul afficiẽda pars aliqua
primaria sit, an secus: adde, quòd nec an uasorum, quę in eo continentur, aliquod possit per sanguinis
profusionem hominem interimere: nec siquis post nigrum eius abscissum, quod integrum est, uinculo
complectatur, quo sanguinis profluuium declinet, an id ipsum periculo ulli sit futurum: nam leui saltẽ
intuitu omentum neruosum uidetur. proinde, nisi quis exacte naturam eius habeat compertam, nun-
quam audebit uinculo uti, conuulsionis scilicet metu. Horum cum nihil mirifici isti Methodici intelli-
gant, vbi nigrum redditum omentum est, sane dicere, quid agendum sit, non possunt. At nos (arbitror)
possumus, qui, cum usum eius non adeo esse animali magnum, substantiamq; eius ex membrana tenui
ac arterijs uenisq; compositam sciamus, horum tamen initia ex maximis orta tum arterijs, tum uenis
intelligamus.

A intelligamus, sanguinis quidem profusionem cauebimus, coafficiendos uero neruos non timebimus:
proinde id, quod supra nigricans positum est, uinculo excipiemus: quod post uinculum est, amputabi-
mus: atq;, ut in imo fine iam comprehensæ gastroraphiæ uinculi fines pendeant, curabimus, quo nimi-
rum facile eas, cum ex uulnere suppurante euomentur, recipiamus.

De ratione fracturarum ossium curandarum. *Cap. 5.*

AC de reliquis quidem corporis partibus dictum abunde sit: nunc de ossibus agendum superest,
quando his quoq;, de quo nunc agitur, morbus accidit, quem unitionis siue continuitatis solu-
tionem appellamus. Huic, cum in hanc inciderit partem, proprium nomen inditum græce est Catag-
ma, omnibus fere hominibus, qui græce loqui norunt, tritum. Apagma nanq;, medicorum appellatio
propria est, plebi inusitatum. Solent autem ita nominare, quoties ossis finis, qua parte maxime cum
alio committitur, abruptus est. sed & e fracturis ipsis, quæcunq; fracti ossis partes iam prorsus separa-
runt, eas Cauledon factas græce dicunt. Patet uero eiusmodi diuisionem per transuersum esse factã;
ueluti alteram per longitudinem magis esse, in qua sane non omnino separantur a se partes sic affecti
ossis, sed ueluti per rectitudinem finduntur. quod genus Schidacedon fieri dicere solent. Non desunt
ex medicis iunioribus, qui adeo ambitiose omnes fracturarum differentias proprijs interpretentur no
B minibus, ut etiam aliquam Raphanedon, id est ad raphani speciem fieri dicant, non contenti oratione
os, quod uarie sit fractum, explicasse. At non Hippocrates huius fuit sententiæ, sed, quoad fieri licuit,
usitatissimis utens nominibus, oratione interpretari non est grauatus non has modo fracturarum diffe
rentias, uerumetiam earum, quæ in capitis ossibus eueniunt. Ac si ad eum modum de omni uitio egis-
set, profecto breuis mihi proposita tractatio fuisset. Nunc, cum plurimorum uiam, qua sit insistendum,
indicarit, sed, quæ particulatim sunt agenda, inchoata indefinitaq; reliquerit, necessum est, in illis im
moremur: nec tamen in ipsis plus iusto, sed, quæ tradita illi perfecte sunt, ea summatim commemore-
mus: quibusdam etiam demonstrationem adijciamus, utiq; ijs, quæ ab eo ratione parum sunt munita:
eorum præterea, quæ parum sunt definita, quædam definiamus: &, quæ inordinata sunt, ea in ordine
disponamus: postremo ex ijs, quæ ille parum lucida reliquit, quibusdam lucem addamus. Verum, si
in singulis uerba eius adscripsero, expositorij commentarij longitudinem liber noster habebit. Nec
deerit fortassis aliquis, qui immo dicam longitudinem nostram hic merito accusabit, qui de hac in ter
tio, & quarto uolumine parum merito est questus. In his enim necesse fuit mihi multa Hippocratis
*vlceribus. ex eo libro, qui de * vulneribus inscribitur, loca apponere: quibus reliquis medicis ostenderem, cuius-
modi res sit methodo quadam ulcerum curationem conscribere. In libro autem, quo de fracturis præ-
C cipit, quis adeo est stupidus, ut doctrinam eius omnem, ceu lucidam planeq; absolutissimam non susci-
piat? Quòd siquis etiam, unus uidelicet alterve dicat parum se id opus mirari, his opportunissime respõ
" deatur illud poetæ: Hos vnum atq; alterum permitte tabescere. Quænam igitur sit fracturæ curandæ
uera methodus, quamq; ipsa rei natura præscribat, iam tempestiuum dicere uidetur, atque hinc sumpto
initio. Quoniam fracti ossis soluta partium continuitas est, vtiq; finis, quo tendet is, qui eas curabit, sal
tem primus, vnitio est. Quòd si is per affectarum partium siccitatem perfici posse non uideatur, restat al
ter, qui est, ut alterius cuiusdam interuentu glutinentur. qui si nec ipse comparabilis aduertitur, insana
bile esse vitium dixeris. Quòd igitur coalescere nequeat tam durum os, quàm id, quod in iuuenibus
& adolescentibus, & uiris, multoq; magis in senibus cernitur, id profecto uel cuiuis patere potest. Po
test certe illud tantum unitionem recipere, quod abunde molle est: cuiusmodi conspicitur in pueru-
lis. Quòd autem alia quapiam interueniente substantia ceu glutino quodam agglutinari colligarique
secum separatæ fracti ossis particulæ queant, hinc maxime speret quispiam. Monstratum est omnem
animalis particulam proprium ac simile sibi trahere alimentum. Id si uerum est, ossium certe idoneum
nutrimentum, & crassius, & magis terreum, quàm aliud quoduis nutrimentum in toto animali, fuerit.
Non est igitur nec a ratione alienum, nec quod fieri omnino non possit, vt, quod ex hoc ipso proprio
D alimento redundat, & in labris fracturæ concrescit, suo ipsius interuentu illa quoq; conglutinet. Quin-
etiam ita usu euenire conspicitur: subscribitq; spei, quam ratio suppeditat, etiam experientia ipsa. Itaq;
considerandum deinceps est, quanam potissimum ratione corpus hoc, quod fracturis innascitur, quan
tum qualeq; sit, prouenire possit. Nam, quòd nec quantumlibet, nec qualecunque, sed quod mediocri-
tatem in vtroq; seruet, requirimus, id plane est euidens. Porrò huius symmetriæ tum qualitate, tũ quan
titate inuenta, deinceps est, ut, qua maxime quis utrunq; assequatur, rationem ipsam quærat. Sed nec
tempus, quo hæc effici conueniat, minus necessarium quæsitu est, utrum ne statim a fractura facta, ue-
luti statim in uulneribus moliebamur unitionem: an id commodum tempus non est, sed aptius aliud
requirendum. Sane inuenias hoc quoque, sicuti & reliqua omnia ex ipsa rei natura edoctus. Quænam
igitur est ipsius rei natura? Nempe os fractum sub aliqua paulo ante comprehensarum differentiarum.
Age igitur uideamus, nunquid a singulis differentijs aliquid desumi ad eius curationem possit, ab ea
quam Cauledon, id est per transuersum, fieri diximus, orsi. Dissident sic a se in hac fracti ossis partes,
ut e directo non iaceant. Quare patet primum id esse agendum, ut in directum agantur: tum eorum,
quæ deinceps sunt, aliquid geratur. Sane eum situm habuerint, siquis ea, quæ sic dissident, integræ
partis exemplo usus, in contrarium adducat: a qua nimirum certissima indicatio transpositionis eo-
rum erit. Fieri enim potest, ut tum prorsum, tum retrorsum, tum in hanc partem, tum in illam mem-
bri

bri facta translatio fit. Quæcunque igitur retrorsum magis sunt acta, ea prorsum impelli conueniet: E
nec minus alteram quoq; fracti ossis partem modice ad contrarium retrudi. Contra, quæ prorsum sunt emota, hæc rursus ipsa quidem retrorsum, reliquam uero partem sensim duci prorsum. Eodem etiam modo, & eorum, quæ ad dextram sunt detorta, medicatio est, si ad sinistram ducantur: contraq; eorum, quæ ad sinistram, si mutentur ad dextram, semper scilicet altera parte modice in contrarium acta. Ceterum in adducendis contrario motu partibus, ne quæ frangantur earum extantiæ, non leue periculum est. Neq; enim (ueluti in serra desectis uisitur) leuis est utriusq; partis finis. Nam, si illæ frangantur, nõ poterunt ad amussim secum coaptari fracti ossis fines, duplici de causa. Nam, siue ipsa fragmenta inter partes coniungendas interciderint, non sinent ea, quæ adaptantur, se contingere: siue quid forte ossium extra ciciderit, ne sic quidem eorum, quæ effinxeris, exacta coniunctio erit sic, vt pristinam unionem imitentur: quippe quæ solum tum demum erit, cum ossis extantiæ in suas cauitates fuerint reconditæ. Quòd si semel comminutæ perierint, necessum est, inter applicata simul ossa uacans interueniat spatium, in quod sanies collecta, atq; in tempore putrescens, totum pariter membrum secum corrumpet. Atq; ob hæc quidem, quæ dissident ossa, e directo admota esse oportet. quod commode certe fieri nequit, nisi retrorsum prius sint tacta: Antitasin uocant. Oportet igitur aut manibus ipsis, utique si paruum sit membrum, aut uinculis circumpositis, aut unà cum ijs etiam instrumentis, cuiusmodi nos F
Hippocrates docuit, antitasin osium facere. Postea uero, quàm abunde retracta fuerint, nec ullus superfit metus, ne se in adducendo rangant, tum in directum opponere, uinculaq; remittere, ac musculis ipsis diductorum in idem commissionem permittere: interim uero teipsum quoque: manibus subseruire, ac, sicubi aliquid paulum subsultet, corrigere, atque formare. Ab ijs secundum, quo diriges, fuerit, ut immotum prorsus membrum consistat, nequid eorum, quæ effinxeris, moueatur: quando ita necesse est ea rursum dissidere. Ac, si ipsi quidem ægrotanti, vt quietudini membri prospiciat, permiseris, uigilans fortassis probe id curauerit, at dormiens omnino membrum mouebit. Vt igitur non dormientis modo hominis, sed etiam ad desidendum, itemq;, cum cubile resternitur, surgentis, eorum, quæ formata sunt, positura seruetur, tuta deligatura complecti fracturam oportet, quæque fracti ossis partes secum coarctare ad amussim possit. At uero, cum laxior deligatura ossibus moueri permittat, arctior uero constringendo, dolorem excitet, danda opera est, vt uitato ambarum incommodo, utriusque fruamur commodo. Id fiet, si, quod nimium est, declinabimus. Ergo nec adeo arctare deligaturam debebimus, ut iam comprimat: nec adeo remittere, ut laxa sit. Ac, si quidem æqualis esset crassitudinis membrum quodq;, utique latissima fascia esset commodissima, vtpote quæ totum æqualiter continenterque ex omni parte fractum os complecteretur. Sed, quoniam id non est, pectori qui- G
dem latissimam licet circumponas, artubus certe & iugulo non potes, sed in talibus utilior est angusta, utpote quæ nec rugas contrahet, & totius membri, cui circundata est, cutem coutinget. Verum, si paucis complexibus fracturam continet, parum tuta est. Quantum igitur securitatis ex angustia deficit, tantum ei ex iniectionis numero, & uersus integrum deductione est adijciendum. Sed, quoniam deligationum, quæcunque citra dolorem carnem constipant coarctantque, id uirium habent, ut ex ijs partibus, quibus primum inijciuntur, succos exprimant in eas, in quas ipsæ sunt finitæ, reponant, atq; figant, non alienum a ratione arbitror deligaturæ principium super ipsam fracturam inijci, abhinc uero ad reliquum membrum dispensari. Etenim, qui contra deligat, is ab integris ad ægram partem sanguinem compellit. Atqui, si ab ægro loco incipiat, in integrum finiat, non solum innoxia einsmodi deligatura in ijs, quæ diximus, erit, sed etiam utile quiddam contulerit: quippe cum nullam circum fracturam sinet excitari phlegmonen: cuius rei curam habere in primis oportet. Timendum enim est, ne tum ex illa in diuersum uulsione, quam membrum in suam formam effingentes administrauimus, tum uel magis ex eo, quòd causæ, quæ fracturam faciunt, plerunq; circundatam ossibus carnem constipando contundendoq; prius lædunt, magnæ subsequantur phlegmonæ. Nec sane mirer, si phlegmones quiddam simile etiam ipsis fractis ossibus ad portionem accidat. quãdo etiam, quæ parum probe sunt H
curata, magis humida, quàm pro natura sua, manifeste cernantur: vbi uidelicet unà cũ uulnere os perfractum sub aspectus notitiam uenit. Quinimmo nec ossis caries, quem sphacelon uocant, ex alia occasione oboritur: quæ ipsa totius ossium substantiæ corruptela quædam est. Non igitur negligendum, quin totum superuacuum humidum ex omnibus, quæ circa fracturam habentur, partibus exprimas. Incipies itaq; ab ægra parte, ac, cum bis terve circundederis, inde sanum uersus progredieris. Siquidẽ, qui ita deligat, & ab integris ad laborãtem partem sanguinis confluxum arcet, &, quod iam collectum in ea est, exprimit. Cum uero duæ partes sint, quę & recipere aliquid a laborante particula, & transmittere ad eam possint, utiq;, quę superiacent, tum propter multitudinem, tum magnitudinem ad ambo magis sunt habiles: Extremę uero, propter contrarias conditiones, exiguum quidem aliquid uel recipere, uel transmittere possunt, multum uero nec ægris partibus subministrare, nec ab ipsis recipere. Quocirca, cum duas primas fecerit Hippocrates deligaturas, priore quidem tũ, quod in laborante particula continetur, ad superposita expellit: tum, quod ex his confluit, repellit: reliqua uero primis quidẽ complexibus, quos super ipsam fracturam facit, itemq; fasciæ ad inferna progressu, eo quædam extrudit, quædam, ne quid illinc cõfluat, prohibet: Reliquis deinceps oĩbus, quibus uidelicet ab infimis partibus sursum recurrere deligaturam cẽset, ut eodẽ uidelicet loco cum priore finiatur, tum ad superiora

A.l.4. f.4. c.1. c.7. p.864. e.

repellit,

A repellit,tum confluxum ab ijs prohibet.Muniunt igitur ac stabiliunt fracturam, nec phlegmonen oriri sinunt prima duo lintea.non tamen,ea quæ dicta sunt,ad ambos hos usus satisfaciunt,[præsertim]solà.Vnde ad eorum quidem tutelam Hippocrates præsidium excogitauit,vt splenia unà cum exterioribus fascijs adhiberentur,quæ hæc quoque ipsa stabiliant.Ne autem phlegmone oriatur,medicamento quopiam ex ijs,quæ phlegmonen prohibent,uti iubet:quale nimirum est ceratum humidum. Hæc igitur omnia ratione,ut comprehensum est,dictante,sunt inuenta : & præter hæc ipsa repositionis figura: quæ ipsa quoque geminæ indicationi subijcitur, priori,quæ ex solis communibus notionibus pendet; alteri,quæ ex curandorum organorum naturali constitutione præstatur.Prior igitur eam,quæ maxime a dolore abest,eligendam figuram suadet:quo nec phlegmonen particula contrahat, & æger persistere in una ea diutissime immotus possit.Secunda,quę ex curandorum sumit natura,arterias,venas,neruos, & musculos,quàm rectissimos poni præcipit.Sed & consentiunt inter se hæ indicationes:quando & rectissima cuiusque partis figura maxime est à dolore aliena:& quæcunque magis,quàm alia, est, a dolore libera,ea maxima naturalis membro,est brachio quidem angulosa,quæ Engonios græce dicitur:cruri vero, quę paulominus porrecta est. Porrò ad dolorem uitandum non modo naturalis habitus cuiuis instrumento est utilis,uerumetiam consuetudo quoque conducere non nihil uidetur. Atque hæc qui-

B dem figuræ,in qua custodire membrum conueniat,inueniendæ ratio est.eadem porrò inueniendæ figuræ ratio est & in retractione partium a se:quam* Antitasin uocant, & cum in naturalem situm aptantur fracti ossis partes.Etenim expedit,vt in rectissima atque a dolore alienissima forma membrum tũ [† retrorsum retrahas,]tum in naturalem habitum coaptes : multoque etiam magis vt sub eadem figura rũ deliges,tum ad quietem reponas.Siquidem sub alia deligare,in aliam uero mutare, non dolorem modo incitare potest,uerumetiam ossa intorquere.nam,nisi eorum, quæ præcepta sunt in commentarijs, quos de musculorum motibus scripsimus,obliuio obrepsit,necesse est,ubi figura mutatur, alios musculorum tendi,ac uelut contractos rotundari,alios solui,ac remitti.Ergo,vbi tenduntur,tum premi eos a deligatura,é necesse tũ ex cõpressione ipsa dolere:vbi vero tẽsio remittitur,ea in parte deligaturã esse laxam,fracturamque fulcimento destitui.Horum igitur omnium causa tum extendere, tum effingere, tũ deligare,tum reponere vna ea figura,quæ doloris minimum habeat,præcipue est studendum. Atque ad primum quidem opus,quod in fracturis molimur,nullum iam relictum est præceptum. Soluere autem ex Hippocratis sententia tertio die debebis, quo in membro præter solitũ cooperto nec dolor nec pruritus creetur,nec eius,quod iam infixum fracturæ est,perspiratio prohibeatur. Cuius occasione nó modo noxius pruritus quibusdam accidit,sed etiam cutem ex acrimonia saniei erosam exulcerari.Infundẽ

C dum igitur tantum temperatæ aquæ est,quantum ad euocandam eiusmodi saniem est satis. Quod si rursus quoque simili modo facies,utique septimo id a primo die facere debebis. Apparuerint uero iã omnia,modo nihil impediat,phlegmone libera, ac, quàm pro naturali habitu, magis aliquando gracilia.Tum igitur licebit & ferulas circumponere,& soluere ex maiore interuallo, Nam antea,cum phlegmones scopus uinceret,tutum non erat ferulis,premere. Nunc cum ea desijt, ac stabilire fracturam est opus,sane non incommode his utare.Sed & soluere ex maiore interuallo licet,videlicet non desiderãtibus præterea partibus saniem excernere. Quinetiam callus, quem Poron Græci dicunt, felicius ita prouenerit:quando ad hunc gignendum(sicut dictum est) cogi concrescereque aliquid proprij ossium alimenti oportet.Non est igitur hoc a labris fracturæ eluendum,aut foras euocandum,quod certe assidua solutio faciet. At vero nec tanto interuallo intermittendum,ut nescias,quemadmodum fractura procedat.Vidimus enim non semel,cum ualenter siccarentur ossa,ægre prouenisse callum. Expedit igitur,istis tertio uel quarto die modice aquam calidam infundamus, hanc metam finiendæ perfusionis habentes,cum carnes in rubrum tumorem attolluntur.Atque in his quidem prius,quàm subsidere incipiant,desistendum est.Contra,ubi digeri quid uolumus,non prius est desistendum,quàm quod ex perfusione intumuit,subsidat.In quibus uero,quo minus callus in fractura proueniat,humiditas abundan

D tior obstat,ibi hanc siccare(sicut prius est dictum)conuenienti deligatura,& perfusione aquæ, quæ uel minima omnino sit uel plurima,conabimur. Quippe minima,cum prius desistat,quàm aliquid cõfluat, &,qui ad manum humores sunt,per spiritum digerit:& qui in alto sunt,modice liquat. Expedit autem ita solui liquarique ea,quæ per deligaturam sunt expellenda.Plurima uero digerit plus,quàm attrahit. Sane constat in ea quidem deligatura, quæ exprimet minus esse arctandos fasciarum fines : in ea uero, quæ ad renutriendũ est comparata,nec minus hos arctandos, & vniuersos circunductus laxiores faciẽdos. Quoniam autem non solum, quo tempore subueniendum callo gignendo sit,sed etiam,quo pacto,est inuentum,reliquum fuerit de uniuersa uictus ratione præcipere. Ac,quod in principio quidem sit tenuissime cibandum,id,ubi de propria phlegmonarum curatione agemus,dicetur. Porrò monstrabitur,& quod uenam incidere interdum oportet,& per uentrem superuacua expellere.At,quo tempore callus gignitur,nutriendum corpus est cibis boni succi,& qui multum nutriant, ex quibus prouenire succus solear non solum bonus,sed etiam tenax,ex quali fieri callum maxime expedit: quippe cũ ex serosa humiditate ac tenui gigni prorsus nequeat:ex crassa uero,sed quæ fragilis sit,ac pinguitudinis expers,gigni quidem poterit non segniter,ceterum tempore siccescens, friabilior atque ita fractioni obnoxius reddetur.Magnitudo calli ea sit,quæ & ossibus tuto uinculo sit,nec musculos tamen cõprimat. Nam,qui minor iusto est,hic ossa parum reddet tuta:qui maior est,dolorem musculis inuehet.Attendẽdum

* Alias diastasin. extentionem.

† διατείνειν i. tenendas.

dum uero diligenter est, ut uel promoueatur, si minor iusto proueniat: uel inhibeatur, si immodice in- E
crescat. Sunt vero, quibus hæc efficies, †[ipsius perfusionis tum quantitas, tum vero qualitas: præterea-
que ciborum quantitas,] ac medicaminum, quæ illi extrinsecus imponuntur, facultates. Ac de perfun-
dendo quidem & uictus ratione supra est dictum: Ex medicamentis uero, quæcunque emplasticam sub
stantiam habent, ac modice calfaciunt, ea callos tum promouent, tum vero augent: Quæ vero digeren
di vim obtinent, ea magnos iam callos diminuunt. Si uero nec augere callum, nec minuere studes, sed
eo sicut vltro prouenit, es contentus, medicamento aliquo eorum, quæ cruentis adhibẽtur vulneribus,
vtere: quæ, cum modice siccent, etiam coagulari ac concrescere mediocriter callum faciũt. Ac de trans-
uersis quidem fracturis hæc satisfaciant. De longis vero reliqua omnia ad eundem se habent modum.
ceterum comprimendæ hæ magis in ipso fracturæ loco sunt: tum, quod recessit, retrudendum introrsus
est. Quæ uero confracta multifariam sunt, potissimum cum vlcere, quemadmodum fieri plurimũ solet;
ijs splenia circundanda asciæ ritu incurua Hippocrates præcepit, eaque vino imbuta tum austero, tũ ni
gro, æstate potissimum. Quippe putrescunt, siue oleo quis utatur, siue cerato: cum postulent amplius,
quàm reliqua, siccari, utpote uitio ipso reliquis maiore. Quinetiam medicamenta quoq; omnia ex siccã
tium sint numero, sicuti ille præcepit, sed simul modum ipsum siccationis definiens: etenim ex enæmis
eiusmodi esse pharmaca uult. Quòd si protinus ab initio quis ipsis utatur, tale esse debere enæmon sua- F
det, quod imbui sit aptum. Ac reliqua quidem omnia ex illius præceptis sunt peragenda, non in ijs, quæ
dicta sunt, modo, uerumetiam siue nudatum os †[desecari serra] postulet, siue fragmenta quæpiam uel
teipsum eximere, uel expellenti naturæ subseruire oporteat. De ijs uero, quæ cruribus supponuntur, or
ganis, quos Solenas græci uocant, quęcunque Hippocrates addubitauit, utẽdane sint, necne, & omnes
norunt, & laudandas esse rationes censeo. Quod autem neotericis inuentum est glossocomon, quo
maxime tempore gignendi calli utimur, laudandum id quidem. quantum aliam quamuis eiusmodi ma
chinarum, ducimus. Verum non uidetur id Hippocrates nouisse, quanquam alias in organis, quæ usui
forent, excogitandis non indiligens. At uero, quod cruribus subijcitur instrumentum, recte illis excogi
tatum est: quòd per unicum axem, qui in fine machinæ ad infernam eius partem est collocatus, contra-
rium nixum toti membro gemina tensione efficit. Nominatur earum altera (quæ utique membrum tẽ-
dit in directum) græce Euthyporos, id est in rectum procedens: quæ uero prius sursum, mox deorsum;
ea Metaleptice græce dicitur, quasi translatiuam dixeris. Obeuntur ambæ per laqueorum circumple-
xum. Porrò aptissimus in hunc usum laqueus est, †[qui duas habeat appendices.] Hic igitur, cum in par
tibus membri, quæ infra fracturam sunt, iniectus est, priorem siue euthyporon efficit tẽsionem, brachijs
scilicet ipsius axi circumpositis. Cum uero in partibus, quæ supra fracturam sunt, idem laqueus imponi G
tur, metalepticen tẽsionem efficit, abactis uidelicet ipsius brachijs prius sursum, mox deorsum: quippe
hæc quoque circundanda axi sunt. Porrò circumactum ac ueluti flexum brachiorum laquei, qui a supe
rioribus partibus ad inferiores agitur, per trochilia fieri oportet, quæ in lateribus glottocomi sint posi
ta. Licebit, & Solena uoces eiusmodi machinam, & cum adiectione sic, Solena mechanicum, aut Glot
tocomion mechanicum. Verum de instrumentis uberius præcipiemus, quando, †[de luxatis] agemus:
ubi etiam de uarietate deligaturarum, quæ superimponuntur, non minus dicetur. Nunc uero, postquã
de mechanico Solene mentionem feci, qui plurimum cruri commodat, tum alias, cum reponitur: tũ uel
magis, cum æger cubile mutat, aut etiam e uentre aliquid excernit, non ab re fuerit, quo nihil tractatio-
ni de eo desideretur, multo magis illud glottocomion laudare, cuius alterum laterum itemque tabel-
lulam, in qua pedem collocant, quo nulli non quadret membri magnitudini, mobilia faciunt. Ac de re-
liquis quidem fracturis hæc nosse, cum ijs, quæ Hippocrates præcepit, sat fuerit.

† Alias. Ex antiquis. tum ipsius perfusionis quantitas, tum ciborum quantitas ac qualitas. hũc enim, τό τε ποσὸν τῆς καταιονήσεως καὶ τὸ ποσὸν καὶ ποιὸν τῶν ἐδεσμάτων.

A.l.1.f.4.c.28 p.154.F.

† Cod. ant. legunt ἀνατρήσεως, ut etiam Linacer uertit. impressi. ἀνατρήσεως .i. perforatione

† [illegible]

† de luxatorũ curatione.

De curandis fracturis ossium, quæ in capite consistunt. *Cap. 6.*

DE ijs uero, quæ in capite accidunt, Hippocrates certe integrum uolumen scripsit, ubi omnia præ-
cipit, quæ in his sunt agenda: & nos, cum huic operi finem imposuerimus, enarranda eius opera
aggrediemur. Ad præsens uero, quoniam in his commentarijs, & quæ supra ea, quæ ille dixit, sunt in- H
uenta, adijcimus, & quæ indefinite dixit, definimus, necesse est primũ de cauis excisorijs scalpris, quos
græce Cycliscus uocant, mox de ijs, quos a lenticulæ specie Phacotus uocãt, post hos de angustis scal-
pellis, demum de medicamentorum usu aliquid agamus. Ergo de fracturis caluariæ quædam usque ad
secundam laminam, quam Græce Diploen uocant, perueniunt: quædam usque ad internam ossiũ fa-
ciem: quædam etiam simplices fracturæ: quædam contusiones: quædam uestigia eorum, quibus inflicta
plaga est. Quæ igitur simplices fracturæ ad secundam usque laminam perueniunt, ijs, quos modo dixi-
mus, angustis scalpellis indigent. Expedit autem hos ut numero multos, ita magnitudine impares esse,
necubi desit, quod operi sit commodissimum. postea uero nudato, prout fieri solet, uitiato osse, utendũ
primo quidem latiore, secundo loco, eo, quod illo est angustius, mox ita reliquis deinceps usque ad an
gustissimum. Hoc uero in ipsa diploe est utendum. Post hęc tum protinus, tum ad finem usque siccis me
dicamentis est medẽdum. Quæ ob id ipsum κεφαλικὰ græce, id est capitalia, sunt dicta. Ea componuntur
ex iri illyrica, & erui farina, & manna, & aristolochia, & panacis radicis cortice: † in summa, omnibus;
quæ extergere citra morsum possunt. ipsa nanque generatio carnis, naturæ opus est. Itaque ægro ad eã
rem nihil opus est arte medica. Vt autem, quæ prouenit caro, coalescat circumhæreatq; omni ossis par-
ti, id inde maxime eueniet, si neque sordes super eo sit, nec oleosa quæpiam pinguitudo. id igitur est,
quod

† Cod. impressi ac antiqui etiam multi habent, ut Linacer uertit,

Sunt tamē qui addant καὶ λεπίδος χαλκοῦ ἐξίτου, idest & squama æris, æqua portione.
A.l.1. f.4.c.27 p.114.c.f

*ἴτυς.i. labrū, siue supercilium.

A quod ægris medici ad carnis productionem præstant, ut totus locus siccus sit, tum quælibet uitiati ossis
pars plane pura. Atq; hæc quidem omnium fracturarum, cum caro in his produci incipit, communia
sunt. Ex fracturis uero, quæ ad cerebri usq; membranas peruenerunt, si simplex tantum fractura sit, iam
dictis scalpellis angustis utendum: Sin cum contusione aliqua, quod contusum est, excidi debebit, idq;
uel terebellis prius in circuitu perforatum, mox deinde scalpris admotis, vel protinus ab initio cycli-
scis. Ac, quæ per terebellam quidem ratio fungitur, parum tuta est propterea, q, dum audacius eam tra-
ctant, duram membranam, quæ ossi substernitur, non raro uiolant. Quod uero per cycliscos opus admi-
nistratur, ne id quidem omnino uitio caret, cum quatiat immodice caput, quod potius quietem postu-
lat. Mihi igitur hic quoq; placet, si magnæ sint fracturæ, & ossa, quę fracta sunt, uehementer mota, cycli-
scis uti. quippe paucis excisionibus facies lenticulatis excisorijs locum. Sin firma plurimum ossa sint,
foranda terebella sunt. Quidam aūt, quo minus usquam aberrent, eiusmodi terebellas excogitarūt, quę
mergi non possint, quas ab argumento Abaptistas dicunt. Circūcurrit enim parum supra terebellæ acu-
tam cuspidem *circulus quidam parum extans. Sane expedit complures id genus præparatas habere,
ad omnem caluariæ crassitudinem. Nam crassiori longior terebra conueniet, (uoco autem ita, cuius spa-
tium, quod inter summam est cuspidem, & circulum, qui extans circumcurrit, maius est:) tenuiori bre-
B uior. est autem huic quoq;, quod interest inter cuspidem, & quod circumcurrit, minus. Aliqui uero (si-
ue illos his timidiores, siue tutiores appellem) etiam ijs, quas Chœnicidas uocant, sunt usi. Tu uero, si
neq; improuidus eorum, quæ fallere possunt, sis futurus, neq; plus, quàm satis est, timidus, commodissi-
me cycliscis utere: & primo quidem aggressu, latioribus: postea magis angustis, donec ad crassam mē-
branam perueneris. Ceterum, quod excidi oportet, id totum circulo cycliscis nudandum non est, sed
ex ea maxime parte, qua fractura est grauissima. Nam præter alia, etiam membrana ipsa ab ossibus, quę
uehementer sunt afflicta, celerrime recedit, adeo, vt nullus sit metus eam, quę iam seiuncta est, tetigisse.
Si uero unam semel nudaueris partem, ac scalprum, qui in cuspide præfixam habet obtusam læuemq;
lenticulæ speciem, aciem uero per longitudinem erectam, submiseris, vbi latam partem lenticulę super
membranam statueris, feries malleolo, ac sic caluariam diuides. Euenient enim ita agentibus, quæ re-
quirimus, omnia. Nam membrana, ne si dormitans quidem quis agat, lata tantum lenticulæ parte oc-
currens vulnerari potest. Quòd sicubi adhæreat caluariæ, huius quoq; adhærentiam innoxie dirimit ip-
sa lenticulæ rotunditas. Subsequitur uero præeuntem eam a tergo ipse scalper caluariam secans. Qua-
re, nec qui minus cum periculo, nec qui celerius perficiatur, forandi modum alium inuenias. Maxime
autem hunc in uehementissimis fracturis laudabis: quas utiq; recentiorum non nulli medicorum græ-
C ce Engisomata & Camarosis nominant: Engisomata quidem, quæ in medio sui membranæ innitun-
tur: Camaromata uero, quæ eandem ipsam partem, exaltatam habent, ceterum, qua primum ab inte-
gris fracturæ partibus diduci ægra cœpit, intro magis recedunt, ac membranæ innituntur. Quippe ce-
lerrime in talibus, quod ægrum est, totum exciditur: vtpote cum promptius subintret lenticulati scal-
pri finis in ijs, quæ plurimum a naturali habitu recesserunt. Quinetiam instrumento, quod Ostagran
uocant, aliquibus ossium, quę uehementer sunt comminuta, uel exalatis, uel conuersis, ea potissimum
parte, ut demittatur lenticulatum scalprum, pręparabimus. Quo facto succedunt deinceps omnia,
quibus est opus, cum securitate simul ac celeritate: ut ferme dixeris celebre illud dictum in re-
liquis quidem omnibus probe se habere: Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. Hic uero non to-
tius dimidium, sed uel totum, uel paulo minus totum habeas, vbi lenticulatum scalprum immiseris.
Atq; hæc optima est fracturarum, quæ in caluaria sunt, manualis tractatio: quam Chirurgian uocant.
Quantum uero excidere conueniat eius, quod affectum est, deinceps exponam. Quod uehementer est
confractum, id totum est auferendum. Si uero ab eo fragmenta quædam longius excurrant, (quemad
modum aliquando cernitur accidere) hæc persequi ad finē non expedit, illud persuasum habentibus,
minime futurum, ut ex eo noxa sequatur ulla, modo reliqua omnia rite sint peracta. Nos enim non
D semel aut bis, sed plane persæpe sic facientes uoti compotes fuimus. Indicatio uero agendorum hic
quoq; ex natura ipsarum partium affectarum subministrata est. Nam deligaturam, quam in alijs fractu
ris, ceu maxime phlegmonas arcentem, ratio inuenit, capiti adaptare nō possis. itaq; nec, quod affluit
reprimere, nec, quod in ægris partibus continetur, exprimere queas: sine quibus præsidijs nec reliquo
rum ossium ullum seruari sanum potest. Nam pone in brachio ad medullam usq; fractum os esse, nemi-
nemq; postea pro fracturę legibus id deligasse: Omnino necessum erit saniem, non solum, quæ foris
sub cute & sub musculis est collecta, sed etiam, quæ in medulla continetur, tum ipsam primum ac ma-
xime corrumpere, tum cum ipsa os uniuersum: quando etiam nunc quoque omnibus rite peractis ali
quando talia contingunt. Quomodo ergo non uel magis in capite ea accidant, cum nec deligaturam,
quæ fracturis debetur, admittat, & omnis sanies prona feratur sic, ut super membranam uniuersa coa
ceruetur? In alijs igitur fracturis deligatura cum rite adhibetur, tantum abest, ut superuacuam aliquā
humiditatem colligi in læso osse patiatur, ut etiam gracilius, quàm pro naturali habitu, membrum red
dat: In capite uero ratio, quę per deligaturam est excogitata, nec potest ita tum os ipsum confractū,
tum, quę illi circumstant, siccare, ut neque phlegmonen contrahant, neque penitus ullam efficiant sa-
niem: nec medicamentum est ullum, quod uel in alijs quidem partibus citra deligaturam os fractum,
quatenus nūc dictum est, siccum atq; ab superuacuis purum reddere ualeat. Necessum igitur est nobis

primum fracturæ aliquid nudare quo, uidelicet detergere & abluere saniem a membrana liceat: post E
uero, cum phlegmones tempus præterijt, omniaq; sicca ad unguem sunt, carnem producere, ac cicatri-
ce locum includere. Non est hic sermo nudus, rerumq; uacuus, cuiusmodi est ille sophistarum, qui ope
rum artis nescij quærunt, cur capitis fracturæ callum non ducant. Ducunt .n. uiri boni. Vosq; tam
* dementes estis, ut eorum, quæ non sunt, tanquam sint, causas assignetis. Nouimus .n. aliquando sin- *ληρώδεις.
cipitis os fractum. quod autem os huic ossi protinus succedit, temporis os uocatur, in quo ipsas squa-
matim compactas commissuras esse accidit. in eo luculenta fractura longissime pertinebat: quam ipse
equidem minime contingens, sed tantum sincipitis os excindens, hominem sanaui sic, ut nunc quoque
multos iam annos uiuat. Quòd si sincipitis quoq; os dimisissem, putruisset citius, quæ illi suberat, cere-
bri membrana, quàm callum fractura duxisset. Nam, si nulla ex læsis partibus sanies intro confluecet,
superfluum esset os excindere. Ergo illi, prout solent, nugentur. Ego uero in alia similiter se habente
fractura cogitaram supernū os dimittere, ac, quo da lateribus erat, quo sanies deflueret, eximere. mox,
cum & crassitudinem eius & duritiam æstimassem, utilius fore iudicaui supernum os potius eximere, q̃
ob defluxus solicitudinem cerebrum ualenter concutere. Cogitaui præterea accidere posse, ut, si a late
re magnum fieret in ossibus foramen, prominerer, fortassis hac parte cerebrum. Est porrò & in lateri-
bus non uno in loco etiam neruorum, horumq; non leuis momenti, quidam exortus: cum in supernis F
capiris ne minimus quidem usquam oriatur neruus. His admonitus abstinui ab eximendo osse, quod
in latere capitis esset. At callum semper duxit, modo rite curaretur. Ac iam, quod disquiramus, hoc
fere superest, quænam sit, postquàm foratum os est, tum medicamentorum, tum uniuersæ diligentiæ
nostræ præcipua omnium ratio: utrumne blandissima, & quæ maxime uoluptati cubantis subscribat,
ueluti qua nunc pleriq; utuntur: an quę huic maxime est aduersa, nempe quæ per medicamenta, quæ
uehementissime siccent, perficitur: cuiusmodi & Meges Sidonius laudat, & ciuis quidam noster sem-
per est usus sic, ut etiam emplastrum, quod Isin uocant, ilico nudatæ membranæ imponeret, & super
hanc foris oxymeli. Sane is senex erat satis exercitatus in hac artis parte: ceterum neq; alium quem-
piam his usum uidi, nec ipse uti sum ausus. Tantum tamen testificari Eudemo possum (nam id seni no-
men erat) magis fuisse seruatos, qui ab illo curabantur, quàm qui ab ijs, qui blandis utebantur. Aggres
sus uero fuissem aliquando ipse quoq; experiri eiusmodi curationis rationem, si perpetuo in Asia man-
sissem. Sed, cum Romæ plurimum agerem, ciuitatis morem sum secutus, permissa ijs, quos Chirur-
gos uocant, maxima eiusmodi operum parte. Ceterum ipsam rei naturam æstimans, talem quandam
determinationem longa nostra experientia confirmatam concipio. Qui auditorius meatus dicitur, nō
solum usq; ad cerebri duram membranam pertinet, sed etiam neruum cōtingit, qui in ipsum a cerebro G
descendit. Is autem, quamquam ita positus in uicino, tamen uehementissima (sicut dictum prius est)
medicamenta tolerat. Nihil igitur miri sit, si post forationes crassa cerebri membrana ante, quàm no-
tabiliter phlegmone occupetur, ualentissimis gaudeat medicamentis, ceu siccam naturaliter substan-
tiam habens.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST

DE MORBIS CVRANDIS,

LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Ventriculi exemplo uniuersas partium intemperies curare docet, siue illæ quidem
simplices, siue cum succorum affluxu consistant. H

*Galenum ueritatis ac scientiæ studio inflammatum ad exercitationem tantum, ac ob amicorum
preces, hos, & reliquos omnes libros scripsisse.* *Cap. I.*

MEDENDI methodum, Eugeniane charissime, quam olim in Hieronis gratiam
scribendam susceperam, postea, quàm illum subito longum iter ingredi coa-
ctum, non multo post diem obijsse nunciatum, ipsi quoq; persequi destitimus.
Tu enim mihi conscius es, neq; hoc me opus, neq; aliud ullum popularis auræ
studio fuisse aggressum, sed quo uel amicis gratificarer, uel meipsum simul uti-
lissima ratione ad rem propositā exercitarem, simul † [ad obliuionē senij] (ut †εἰς τὸ τῆς λή θης γῆρας.
Plato inquit) commentarios mihi reponerē. Quippe multitudinis laus, com-
modum ad usus non nullos instrumentū uiuentibus aliqñ est: mortuis certe
nihil prodest, sicut neq; uiuentium quibusdam. Nam, qui uiuere in tranquillo optarunt, ac fructum ex
philosophia ceperunt, & ijs, quæ corpori curando sufficiunt, sunt contenti, ijs utiq; impedimento non
paruo est apud uulgum fama, ut quæ eos a rebus pulcherrimis plus iusto transuersos auferat: ueluti me
quoq;

A quoq; non ignoras ab ijs, quæ sunt molesta, sic non nunquam tædio affectum, ut bono interim spatio ne tangere quidem librum possim. Ego uero (haud scio qua ratione) ab ipsa usq; adolescentia mirifice, siue inspiratus, siue furore percitus, siue quomodocunq; dixisse libet, & uulgi famam contempsi, & ueritatis scientiæque studio flagraui, nullam esse hominibus nec honestiorem nec diuiniorem possessionem ratus. Atq; ideo nulli librorum meorum nomen meum præscripsi: immo uos (sicut ipse testis es) rogaui, ne me immodice (ut soletis) apud homines laudaretis: nec nomen meum operibus, quæ proderem, inscriberetis. Ob hæc igitur omnia etiam medendi methodus, quam inceperam, a me est *Infolutio. deposita, cum capita inuentorum breuibus commentarijs mihi ipsi scripsissem, nec ullam * pleniorem docendi rationem etiamnum adiecissem. Nunc, quando & tu, & alij ex amicis non pauci exigitis, quæ subinde me opere in ægris peragere uidistis, ut ea in commentarios redigam, adijciam huic operi, quod reliquum est.

Quid superioribus libris est actum, quid sequentibus agendum: & quod imbecillitatis affectum Empirici & Dogmatici non recte intellexerunt. Cap. 2.

Ergo in horum commentariorũ tertio, quarto, quinto, & sexto, quemadmodum similarium instrumentaliumq; partiũ communẽ morbũ curari conueniat, scripseram, idcirco nimirũ ab eo auspica- B tus, quòd & conspectior reliquis esset, & euidenter oẽs propemodum priores medicos, qui certa methodo artem tradere polliciti, amethodi in ipsis curationibus deprehenduntur, confutaret. Nam, cum ab Hippocrate discesseris, qui nobis omnium salutarium præceptorum semina præbuit, reliquorum certe nemo uel conatus est genus hoc morbi methodo curare. Postulant autem, & quæ Hippocrates ipse reliquit, non malos agricolas, qui ea tum seminent commode, tum augeant, tum perficiant. Id autem fecisse ante nos neminem, sed plerosq; etiam semina, quæ reliquit, corrupisse, ijs, qui animum aduerterit, clare mõstratũ arbitror. Itaq; hoc morbi genus uel cõtinuitatis solutionẽ, uel unitionis, uel qualitercumq; est libitum, appellare cuiq; permisimus: quando de nominibus nec in hoc opere, nec in alio medicinaliũ ullo laboramus, sed quo pacto artis maxime finem consequamur. Reuertamur autem nunc ad morbum eum, qui omniũ est primus, nempe, qui in similaribus nascitur, quibus scilicet primum animantis functiones referuntur acceptę. Siquidem monstratum in alijs operibus est, quemadmodum instrumentalium quanq; partium aliquid agere dicamus, ueluti oculum uidere, aut crus ambulare: Esse enim sicuti id, quod præcipuũ est actionis crurum, non cruris totius, sed musculosi in eo generis, sic uisionem non oculi totius, sed cryſtallini in ipso humoris: ac in reliquis quibusq; organis ad portionem. Porrò ostensum in secundo horum uoluminum est genus hoc morbi nõ solum cognitu esse maxime ne C cessarium, sed etiam neminem ipsum ratione curare posse, qui prima corporis elementa non norit: Præterea non intelligere ea, quæ dicant, non nullos eorum, qui rationales se nominant, quoties imbecillitatem esse dicunt uel uentriculi, uel intestinorum, uel iecinoris, uel oculorum, uel alterius cuiuslibet partis. Si nanque ita nominãt infirmitatem impotentiamq; ad naturale opus, nihil plus plebeio intelligunt: quippe quem dicere audias imbecillum sibi uentriculum esse, non.n. concoquere cum uel minima leuissimaq;, quæ sumpsit. Quòd si imbecillitatem quæ est in uentriculo, affectũ quempiam esse aiunt, interpretentur, quæso, nobis quemnam demum hunc esse uolunt, quemadmodum in phlegmone fecerunt. nam Empirico sat fuerit, si symptomata laborantis particulæ exposuerit, nempe tumorem præter naturam, & renixum, & pulsatilem dolorẽ, & tensionem, & ruborem, aliaq; id genus: imponitq; non nunquã breuitatis docẽdi causa cunctis simul collectis unũ nomen, sicuti comprehensis iam phlegmonen. Dogmatici uero non itidẽ, sed ipsam morbi naturam inspiciunt, quã symptomatum illorum collectio necessario sequitur. Siquidem Erasistrato uidetur sanguis, qui in arterias incidit, ubi spiritu impellitur, in exitu earum impactus hærere, idq; phlegmone esse. At par (arbitror) erat uel Erasistratum ipsum, uel aliquem ex sectatoribus eius simili modo, affectum, qui in imbecillitate cuiusq; partis subest, interpretari. Tanquam.n. de phlegmone, in quidnam translatus naturalis partis ha- D bitus sit, explicuit, ita ratio exigebat, ut & translatio cuiusq; particulæ in imbecillitatẽ ab eo explicaretur. Nõ.n.cũ pro naturæ rõne est affecta, ad propriã actionẽ est imbecilla: sed accessit oĩno aliqua præter naturã occasio, quæ eã dissoluit deiecitq;, & mortuæ similẽ effecit: quã utiq; nec Erasistratus dixit, nec Herophilus, nec alius quispiã medicorũ, qui de primorũ corporum natura ausi aliqd pronunciare nõ sunt.

Communis methodus intemperiei dignoscendæ, & curandæ. Cap. 3.

Ceterum immorandũ in his diutius nõ est cũ pręsertim abunde prius monstratum sit & genus hoc morbi utilissimum esse, quod a medicis disquiratur: &, qui commode id sit tractaturus, huic necesse prius esse de elemẽtis considerasse. Itaq;, qui nobis habendus sermo est, is totus ex prius demonstratis elementis absoluetur: de quibus unũ (ut scis) uolumen edidimus, quod De elementis secundũ Hippocratem inscripsimus. Sane eadem opinio de corporis natura est tum Diocli, tum Mnesitheo, tum Dieuchi, tum Athenæo, tum probatissimis fere quibusq; medicorũ, itidem ut præstantissimis philosophorum: ut qui ex calido, frigido, humido, & sicco mista putent tum alia corpora uniuersa, tum uero animantium in primis. Ceterum ei, qui de his omnibus primum pronunciauit, demonstrauitq;, iustum est, arbitror, reddere, quod inuenit. Ideoq; & nos ea secundum Hippocratem elementa uocamus: etiam si maxime Chrysippus, Aristoteles ve, aut alius quispiam medicus, philosophus ve similiter de ijs sit opinatus. Ergo, quoniam unaquæq; animalis particula propriam actionẽ edit, quæ tantũ ab aliarum

actionibus differt, quantum ipsa particula ab alijs, quæ illas edunt, est diuersa, (Differt uero ab alijs E particula quæq; eo, quòd calidior, uel frigidior, uel ficcior, uel humidior sit: aut quòd binis horum quibuslibet sit affecta.) qui tueri actionem uult, hic temperamentũ earum custodiat, oportet. Custodiet autem, si id, quod ad calidius est conuersum, refrigerabit: quod ad frigidius inclinatum est, calfaciet: Pari modo, si, quod ad siccius est alteratum, humectabit: &, quod ad humentius est uersum, siccabit: Rursus quoque, si siccabit pariter ac calfaciet, quod humidum est redditum, & frigidum: siccabit pariter & refrigerabit, quod humidius simul & calidius euasit: & in reliquis duabus coniugationibus ad portionem. Semper enim pro eo, quod exuperat, inducendum eousq; contrarium est, quoad particulã in symmetriam, & naturalem habitum uindicaueris. Ac genere quidem, omnis ægritudinis, quæ in similaribus consistit, iam dicta mihi medendi est methodus. Cum enim octo earum sint differentiæ, ueluti in libris de morborum differentia est traditum, octo nimirum erunt & medendi rationes, quarum una (quo medentis consilia diriguntur) curationis meta communis est, ipsius similaris corporis alteratio: quandoquidem etiam morbus ipse ex intemperie & naturalis temperamenti alteratione est ortus. At, quæ membratim medicatio agitur, ex his duobus conficitur, nempe materiæ copia, & huius congruo usu. Ac medicamentorum quidem copiam tum ex libro de simplicium medicamentorum uiribus, tum ex ea, quæ de eorum compositione præcipit, methodo haurias, licebit: Eorum, quæ ad uictus F rationem pertinẽt, hinc sumimus. Sed &, quemadmodum cuiusq; * morbi intemperiem agnoscere oporteat, ex tribus operibus intelligas, primo eo, quod de Temperamentis: secundo eo, quod de Partibus afflictis: deinde eo, quod Ars medica inscribitur. Non est igitur ad ea, quæ nunc ordimur, ijs, qui prudentes natura sunt, ac cogitationem in primis exercitarunt, multis præterea opus: cui neutrum horum adest, huic certe ad præsentem disputationem non parua re est opus. Quòd si in prauæ doctrinæ secta præterea sit altus, hic geminum tempus requirit, alterum, in quo prauas opiniones dediscat: alterum, in quo melioribus se exerceat.

* μορίου .i. particulæ.

Quid rationalis curatio intemperiei, quæ in uentriculo est, differat ab Empiricorum curatione. *Cap.* 4.

SAne te scimus & ex ijs, quæ in uniuersum dicta sunt, particularia per te inuenire posse, & alioqui multos id genus morbos a nobis percuratos uidisse sic, ut utraq; ratione particularium tractationẽ minus requiras. Sed, quoniam (ut Plato ait) non possunt, quæ scripta sunt, non e manibus excidere, quo, siquando liber in alterius non exercitatæ rationis manus deuenerit, facilius hunc doceat, adijci particularium quæpiam oportet: ex quibus etiam protinus clare id, quod proxime dixi, intelligetur fieri posse, † [ut per teipsum particularia inuenias.] Siquidem ipse ea per meipsum omnia inuestiga- G uí, ratione ipsa uiam monstrante: quando, si præceptores secutus fuissem, ipse quoq; uentriculo imbecillis suasissem, ut cibis adstringentibus, & subamaris uterentur: uino quoq; similiter austero: præterea absinthio, & quod ex mali cotonei conficitur succo, alijsq; eiusmodi, quæ deuorantur, medicamentis. At uero, quod ad ea pertinet, quæ extrinsecus applicantur, primum perfundi uentriculum ex absinthio & oleo * crudo iussissem: mox hapsum lanæ tum ex ijsdem ipsis, tum uero ex unguentis melino, & mastichino, & nardino imponi: ab ijs ceratum ex ijsdem compositum: post alia pharmaca, utique ceratis ualentiora, quæ a medicis uocantur epithemata. Ea tum ex dictis unguentis, tum ex ijs, quæ similem uim obtinent, medicamentis componuntur. In quibus est aromatum quoq; multitudo non parua: spica nardi, & amomum, & calamus aromaticus, & iris, & ladanum, & malabathri folium, & styrax, & bdellium, & opobalsamum, & * balsamum, & xylobalsamum, reliquusq; aromatum catalogus. Quòd si horum nihil profecisset, commune omnium remedium, quibus imbecillitas nocet, in fine adhibuissem, nempe rubrificationem, (φοινιγμὸν græce uocant,) quæ uel per thapsiam, uel sinapi, uel tale aliquid excitatur: deinde ad usum aquarum * calidarum ablegassem. Quippe ultra hæc Empiricus nihil nouit, ueluti commentarij eorum docent. Quintus uero ijs, qui de cruditate, aut inappetentia quererentur, primum quidem exercitari suadebat: tum esse, quæ & concoctu quàm facillima H essent, & nõ multa. quibus hæc nõ cõtulissent, cogebatur ipse quoq; ad Empiricorũ dogmata confugere. Nã quis nescit, quẽadmodũ calidũ, frigidũ, humidũ, & siccũ mordere sit solitus, balneatorũ esse nomina dictitans? Sine quibus tñ methodo curare partiũ imbecillitatẽ oĩno non est. Quare per hos nihil obstitit, quo minus ipse quoq; eadẽ institissem uia in eiusmodi affectibus sanandis. Verum ratio me docuit octo imbecilli uentriculi curationes. Vidisti igitur & tu quosdã uno die, uel potius hora, frigidæ potione leuatos: quorũ alijs non aquam modo dedi fontanã recentẽ, sed ẽt, quæ niue esset refrigerata, ueluti Romæ præparare solent, calfaciens scilicet prius: quam ipsi dicoctã appellãt. cibos præterea ad eundẽ modũ refrigeratos identidẽ me illis permittere uidisti: in quibus est, & quã Melcam uocãt, unus is quoq; Romæ laudatorũ ciborũ, ueluti ẽt aphrogala: sed & frigidæ facultatis fructus, similiter refrigerans ijsdem dedi, & ptisanam probe coctam, pari ratione refrigeratam, aliaq; id genus sexcẽta. In quibus unã rem mihi proposui, ipsam scilicet refrigerationẽ. Vetui aũt absinthiũ, & quicquid adstringeret, cõtingere: ueluti alios rursus a refrigerãtibus abstinui. Calfeci aũt omni ratione, uinum uetus ex eorũ genere, quæ facultate ualde calfaciunt, exhibẽs: (cuius maxime generis sunt Falernũ, & Surrentinum) tum nutrimentũ, quod calfaciendi uim haberet, cũ largo pipere. In nõ nullis omne consiliũ curationis ad siccandum direxi: dabamq; ijs tum cibos, qui natura essent sicci, ac probe assati: tum prorsus exiguã potionem.

† Antiqui cod. habent ἑαυτῷ τὰ κατὰ μέρος ἐξευρίσκειν .i. ut (ille alter) per se ipsum particularia inueniat.

* ὠμοτριβοῦς .i. ex oliuis immaturis expresso.

A.l. 3.f.13.T. a.c. 4.p.540. F

* Alias Carpobalsamum.

* αὐτοφυῶν .i. sponte nascentium.

A. ibidem.

A.ibidem. A potionem. Iniunxi autẽ & adſtringentium oĩum uſum: quẽ unum, qui illis citra rationem medentur, norunt. Alium uero non pridem, qui iam adeo ſiccatus fuerat, ut ſimillimum habitum præferret ijs, qui maraſmo marceſcunt, ſanaui contrarijs omnino exhibitis, ijs, quæ egregij iſti medici ſuaſerant. Quippe non ex alia occaſione eo periculi uenerat, (cum inter initia exiguam intemperiem ex ſiccitate, quæ ma deſieri poſtulabat, habuiſſet) quàm q̃ ij, qui eum curandum ſuſceperunt, tum abſinthio potantes, tum amaros aſparagos, & bulbos edendos dantes, itemq; mala cotonea, & ceſtiana, & punica, poſt quoque, ubi uenter nihil horũ continebat, etiam rhois ſuccũ bibere cogentes, tum, quæ paulo ſupra dixi, extrinſecus imponentes, paulo minus omnis madoris expertẽ reddiderunt. hunc nos ſanauimus omni rõne humectantes, ipſiq; materiã inuenientes ex ea methodo, quæ in opere de medicamentis eſt tradita.

Quæ uentriculi intemperiẽs citius, ac ſecurius: quæ longo tempore & cum periculo ſanentur. Cap. 5.

NAm, ſicuti in libro de demonſtratiua * ſecta dixi, numeroſis medicorum inter ſe diſſidijs undique confuſus, ubi me ad iudicandum de his conuerti, intellexi prius in demonſtratiua methodo exercitandum me eſſe. Quod cum multis deinceps annis feciſſem, ſingula ipſi dogmata ſubieci: atq; prout inuentorum indicatio me ducebat, ita curationes inſtitui. Verum, quoniam id non oẽs ſaltẽ poſſunt, ex
B pediet ipſis ſcribi per octo curandi * indicationes particularis materiæ comparandæ meditationes, a uentriculo rurſus ſumpto initio, qm̃ huius primũ mentionem modo fecimus. Ac facillimæ quidem ad curandum alterationes ſunt, quæ ex calido & frigido conſiſtunt, propterea, quòd maxime actiuis qualitatibus corriguntur. Aegrius curantur, quæ in humido ſiccoq; habentur, q̃ imbecillis & (ut ſic dicam) magis materialibus qualitatibus eorũ curatio perficitur, potiſſimumq;, cũ humectandũ eſſe requiritur.
A.l.1.f.4.d.1. c.2.p.135.B. & d.3. T.13. T.1.c.29.p. 633.B Ac tẽpus quidẽ caloris frigorisq; reparãdi, par quodã modo eſt, ſecuritas, tñ impar. Niſi .n. cuncta, quę ei, quod curatur, circundata ſunt corpora, ualida plane ſint, metus eſt, ne ab ijs, quæ refrigerẽt, noxã cõtrahant non leuem. In reliquis duabus qualitatibus ſecuritas ſimilis eſt. Tempus curationis in ſicca intemperie multo amplius: quippe, qđ ſeniũ in ſanis eſt, id ſicca intemperies eſt in ægris. Itaq; etiã inſanabilis eſt, ſi prorſus ſit conſummata. Eſt autem prorſus conſummata, ubi ſolida ſimilarium partium ſubſtantia reddita eſt ſiccior.

* αἱρέσεως eſt in impreſsis, ſed in manuſcriptis εὑρέσεως .i. inuentione.

De quadruplici corporum curanda ſiccitate, ac de optimo melle, & lacte, ceterisq; cibis, qui ſiccatis corporibus conueniunt, eligendis. Cap. 6.

NAm eſt & altera ſiccitas, utiq; cum ea, quorum ſubſtantia ex humore concreto conſtat, ſicut caro & adeps, ſunt liquata. Etiam tertia, cum propria humiditas unde partes nutriuntur, omnino eſt
A.1.f.1.d.5. c.2.p.58.B A ibidẽ 633. B C abſumpta. Continetur ea in omnibus animalis partibus, ceu ros quidam per eas ſparſus: de qua dictũ alibi ſæpe eſt. Hanc igitur inſerere particulis ſine nutrimento non eſt. Ideoq; difficillima eſt omnium eiuſmodi affectuum curatio. Diuerſa ab ijs ſiccitas eſt, quæ in proprijs cuiuſq; particulæ exilibus arterijs uenisq; conſiſtit. prouenit & hæc ex ſanguinis penuria. Omnibus itaq; his ſiccitatibus maxime cõtrarius eſt auſterorũ uſus, ſiue ea cibi ſint, ſiue potiones, ſiue etiã medicamenta: quippe quæ, ſiquid in ijs ſupereſt naturalis humoris, id abſumunt, partim ebibentia, partim in ſinũ uentris per exiguos meatus exprimentia, partim ad continentes partes trudentia. Curabis igitur ipſas, ſi meatus, qui contracti ſint, dilataueris: ac quod in uicinas particulas eſt compulſum, reuellas: præterea ſingulas ſimilariũ partium propria humiditate, humectantis nutrimenti ope repleas, ueluti nos, quẽ memorauimus a medicis ſiccatum, curauimus. Is in ea contrarietate, quæ in frigido & calido conſiſtit, nullam euidenter uincentem habebat intemperiem, nec in uniuerſo corpore, nec in uentriculo: ſiccus tñ & gracilis admodũ eſt redditus propterea, quòd uentriculus eius ex ſicca intemperie imbecillus male concoxerat. Huic nanq; omne curationis conſiliũ huc tendebat, ut humectaretur tum uentriculus ipſe, tum reliquũ omne corpus. Quibus aũt ſingillatim agendis, quibusq; maxime materijs ſim uſus, ut uoti compos eſſem, non ſit ab re dicere. Domum ei paraui maxime balneo uicinam, quales multas eſſe in diuitum domibus
D nõ ignoras. Ab hac ſtatim in balneum ſuper linteis mane intuli, utiq; ne, ſi ipſe ſe moueret, tum ſiccaretur, tum ante, q̃ commodum eſſet, exolueretur. Horum .n. alterum contrarium affectui eſt: alterũ moram in balneo minuit. Longiſſime nanque in aqua uerſari hominem expedit: ideoq; etiam * natationes utiliores ſunt, quàm parui aluei, quos Pyelus græce uocant: atq; ex ipſis natationibus potiſſimũ, quæ propinquæ ſunt foras egreſſui, quo ſcilicet illi ab aqua foras non longa ſit uia. Nam aerem balnei in ijs, qui ita ſunt affecti, haudquaquam deſideramus. Eſto autẽ aqua ad unguem temperata, cum, quæ frigidior eſt, latenter frigus corpori infirmo inſinuet: calidior autem cogat conſtringatq; tenues meatus, ac denſet. At nos eos, cum coacti ſunt, remitti, laxari, ac dilatari poſtulamus: quod temperatiſſimæ aquæ qualitas præſtat, utpote quæ, iucundiſſima cum ſit, naturam ad explicandam ſe, atq; ad dulcedinem, quam præſtat, quoquo uerſus extendendam prouocat, contraria uidelicet ratione ijs, quæ ſunt iniucunda: ab ijs enim recedit, fugitq; ad profundum. Quo minus mirum eſt ex offendentium contactu ſtipari, conſtringi, ac durari corpora, tenuesq; eorum meatus cogi, ac denſari: contraq;, ijs ſcilicet, quæ iucunda ſunt, ſuccedere cõtraria, utiq; fundi ac molliri corpora, dilatariq; meatus. Ab eiuſmodi lauacro ſtatim aſininum exhibui lac, ſed inducta in ipſam, qua iacebat, domum aſina. Quippe ſic mihi perſuaſeram maxime quidem celeriter hominem ſanandum, ſi fieri poſſet, ut ipſe aſinam ſugeret: ſin id grauaretur, expedire, ut quàm minimo tempore in aere ambiente lac moraretur propterea, q̃ celer-

* κολυμβῆθραι.

xime mutari sit aptum: utiq; genitalis seminis ritu, quod nec ipsum aliquandiu extra propria uasa, si E
modo suas uires seruabit, morari patitur, sed uel in ipsius maris partibus contineri, uel ipsius fœminæ
partibus * situm esse postulat. Et sane utilissimum lac est, cum ex ipsis mammillis quis hauserit: † uelu
ti Euryphon, & Herodotus, & Prodicus censent: qui tantum in eo ad corpora reficienda fiduciam ha
buerunt, ut etiam, qui phthoe contabuerant, ex ipsa mulieris papilla lac sugere iuberent. Verum cum
hoc plurimis non placeat, melius est calens adhuc ex mammillis id in ægri uentriculum quàm ocyssi-
me transferre. Ac optimum quidem, utpote cognatum, muliebre lac est. Sed, quoniam id exhiberi
sibi ceu pueris pleriq; recusant, utiq;, ceu asinis, asininum ipsis, dari conueniet. Id enim reliquis omni-
bus ad propositum affectum est, utilius: quippe, cum tenuissimum sit, & minime coagulatur, & quo-
quo uersus ocyssime in corpus digeritur. Eget autem horum utriusque, cui uentriculus laborat, utiq;
ne coaguletur, communis commodi gratia: (omnibus enim id est incommodum) ut quoquo uersus
digeratur, propterea, quòd & celeriter nutriri est opus, & quòd uiæ, per quas alimentum transit, iam cô-
niuent. Igitur tum lac ipsum per se est his dandum, tum etiam mellis tepidi pauxillulum immiscendum.
Maxima uero habenda cura est in eiusmodi affectibus de utriusq; bonitate. Quod igitur mel colore
flauo sit, & odore suaui: tum purum adeo, ut totum pelluceat: ac gustanti parum acre iucundissimum-
que: præterea tam sibi cohærens, ut, si digito attollatur, continuum sibi nec intercisum ad humum F
defluat, id omnium est optimum. Si uero abrumpitur, nec demissum ad terram usq; continuitatẽ ser-
uat, id aut crassius iusto est, aut tenuius, aut anomœomeres. Voco autem Anomœomeres, (quod
sane & nomen ipsum indicat,) quod ἐξ ἀνομοίων μερῶν id est ex dissimilibus partibus, est compositum,
Deprehendas autem id, si diligentius inspicias aut crassitudines, aut humiditates habere innatantes,
quæ nec inter se sint similes, nec etiam toti. Cerosum itaq; magis mel est, quod & crassius est, & cui
tales quæpiam crassitudines innatant. Excrementosius uero ac perfici concoquiq; difficilius, tum qđ
totum humidum est, tum in quo multæ in partibus sparsæ appaient humoris guttæ. Porrò, in quo uel
ceræ qualitas aliqua, uel propolis, uel id genus alia gustu deprehenditur, adeo non est optimum, ut etiã
malum sit. Quippe nullam penitus alterius cuiusquam rei eminentem in se continere qualitatem de-
bet. Quocirca, quod thymum plane redolet, non probo. Est enim id parum consummatum, nec pla-
ne quodam modo mel. Quanquam non ignoro a quibusdam id laudari, eoq; fieri, ut non nulli uendi-
tores incisum thymum illi inijciãt, quo id redoleat, uideaturq; optimum. Ipse tamen, quod tam im-
probe thymum olet, non laudo: multoq; minus, si cui iniectum thymum sit. Quod autem confusam
quandam qualitatem odore gustuve præ se ferat, id non uitupero. Ad eundem modum & lac nullam
externam qualitatem odore gustuve præ se ferat, sed esto quàm dulcissimum, & sibi ipsi continuum, G
& prout lacti conuenit, splendens: super omnia, quoad eius fieri potest, similes habeto partes. Nan-
que hanc dotem, ueluti mel optimum, ad perfectionem non recipit. Quo uero tale lac fiat, & idoneis
nutrimentis alendum animal est, & exercitationibus mediocribus admouendum, & pullus, si quem
lactat, auferendus. Quòd autem ætatis quoq; maxime florentis esse debeat, id neminem latet. Cu-
randum item, ut quàm optime concoquat, cõtemptis uidelicet ijs, qui, si asinis quoq; uictus rationẽ
præscribemus, ridebunt. Si enim Veneti, & Prasini studiosi sectatores, equorum stercora, quo intel-
ligant, quemadmodum alimenta concoxerint, odorantur, tanquam ex eo omnem eorum bonam ha
bitudinem cogniturі, multo profecto magis nostrum fuerit pro hominis salute nihil tale non prospice-
re, atque herbas animali, quæ non admodum sint humidæ, fœnumq; & hordeum, quod sit mediocre,
obijcere: sed nec illa omittere, ut asinæ corpus refrigeremus, & fricemus, & detergamus, & munde-
mus. Porrò si humidiora, & olentiora, & flatus plena excreuerit, planum profecto est non concoxis-
se probe. Quare aut detrahendum aliquid de alimento est, aut exercitationi aliquid adijciendum, aut
qualitates immutandæ, aut refrigerationis frictionisq; cura urianda. Sin duriora reddat animalis al-
uus, ad contraria est inspiciendum, atq; illorum aliquid immutandum. Nam, si ipse omnia, quæ consi-
deranda circa animal sunt, cuius lacte usuri simus, deinceps persequar, totam tuendæ sanitatis artem H
commemorem, quam teneat, necesse est, quisquis idoneũ lac præparabit: nunc uero dici opus non est,
cum alibi de ea traditũ sit absolutissime. Sed ad propositũ reuertor. Ac mihi iam rursus memoria repe
tes hominem, qui & lauatus est, & lac sumpsit. Hunc itaq; ad secundam usq; lauationem quiescere per
mittemus: tum modice fricabimus, & pinguiter, utiq; si lac, quod sumpsit, iam ad unguem confecit,
id quod tum ex ructu, tum uentriculi mole licebit conijcere. Modicum uero temporis inter primam &
secundam lauationem interuallum erit, si quatuor, aut quinq; æquinoctialium horarum spatium inter
sit, scilicet si tertio adhuc lauare paras: sin aliter, plurium. Sane tertio lauabis, si multis lauationibus fuit
assuetus. Hi nanq; & delectantur, & iuuantur, si sæpe lauent. Quinetiam post quanq; lauationem homi-
nem ungemus prius, quàm se uestiat. Quippe conducit ad renutritionem id quoque, sicut & frictio.
Reddita uero de horum omnium facultate ratio est in libris, qui de sanitate tuenda sunt scripti: non ta-
men inutile fuerit nunc quoque summatim ea repetisse. Nam, siue cuilibet parti corporis temperatã
infundas calidam aquam, siue frices, siue aliter quomodocunq; calfacias, idem fieri cernes, quod Hip-
pocrates de ijs dixit, quibus aqua calida desuper infunditur. Nam primum attollitur, mox gracile ef-
ficitur. Ideoque, ubi carne implere quodlibet corpus studemus, id eatenus calfaciendũ nobis est, dum
intumescat. Vbi uero digerere, & uacuare cupimus, eatenus continuandum est, dum, quod prius
intumuit,

* συνῆφθαι.
† Plures cod. græci habent ut Linacer uertit. sunt tamẽ qui, Herodotus, & sunt qui Prodicus non habent.

A intumuit, subsidat. Sane, qui eiusmodi operibus præficitur, solicite attentus esse debebit, potissimumq; ubi carne implere studetur. Nam digerendi certe tempus adeo late patet, ut, etiam si uelis, in eo non aberres. At carne implendi plane præceps est occasio. Siquidem, cum primum intumuerit, tum est desistendum. At intumescere hoc, singulis corporibus suum est. Non enim fieri potest, ut, qui nunc nobis propositus gracilis est, ita intumescat, ut illi, qui sani sunt: immo, postquam leuiter intumuit, protinus digeritur. Itaq; attendendum diligenter est, ne clam te elabatur propositus temporis articulus. Siue igitur hominem, qui extrema gracilitate est, perfrices, sufficiat tibi solus rubor: siue laues, satis esto mediocris calor. Si quid ultra peragas, resolues hominem magis, quàm nutries. Vngendum uero post lauationem oleo est, ne uidelicet plus iusto digeratur, sed obstruantur exigua cutis spiramenta. idem protinus & siccitatis remedium fuerit: & aduersus incommodum, quod ab aere ambiente contingit, ueluti munimentum. Ac, si quidem delectatur lacte, post secundam quoq; lauationem id exhibebis: sin aliter, ptisanam diligenter coctam, aut alicam ptisanæ ritu præparatam. Hinc, ubi rursus quieuerit, ad tertiam reducendus lauationem est, aut ilico ad cœnam. Sit autem præparatus illi panis purus, & qui curiose in furno sit coctus, & tum fermenti, tum salis, quod satis est, habuerit. Obsoniū quoque ex saxatilibus piscibus, aut ex albo iure asellus. Præterea alæ testesq; gallinacei, qui lacte sit B altus, idonei sunt. Quorum si copia non est, * alijs utendum. Ad eundem modum & perdicibus, & * passerculis, qui montani sint & mollis carnis, uescendum. Vitanda autem, & quæ palustria sunt, & quæ carne sunt dura. Et (ut paucis alimenti summam complectar) sit coctu facile, & nutriens, minimeq; glutinosum, atque excrementosum. Porrò omnium, quos nouimus, ciborum maxime nutriens suilla caro est. Verum non æque, ac prædicta, concoctu facilis est: præterea glutinosum succū crassumque generat. Alioqui nec alio esse habitu potest, quod in summo sit nutriens. Quippe adhærere id debet, & firmiter affigi, non autem pre tenuitate diffluere. Non tamen ad propositum affectū uti hac conuenit. Si enim nutrimentum ipsum seipsum concoqueret, ac in partes digereret, præterea alendis partibus assimilaret, &, quibus alimento plurimo est opus, adhæresceret, proculdubio maxime nutriente cibo esset opus. Verum, quoniam non aliud est, quod nutrimentum desiderat, aliud quod ipsum conficit, sed, quod nutriendum est, ipsum sibi & nutrimentum attrahit, & mutat, & concoquit, & adiungit, & assimilat, ad duo uimirum nobis in opportuno cibo eligendo spectandum esse dictat, unum ipsius cibi naturam, alterum uires suas proprias insitasq;. Itaq; ex his illud patet, nec plane, quod maxime nutriat, optimum esse ijs corporibus, quæ refici magis egent, utpote quibus cōcoquendi facilitas non est: nec etiam, quod facillimum concoctu est, cum scilicet ipsum nequeat maxi C me esse nutriens. Cum igitur hæ * indicationes ex aduerso pugnent, committendum non est, ut, dum † alteri nimium sis intentus, alterius omnino obliuiscaris, sed utriusq; memor, quoad licet, utrunque misceas: quod mihi præceptum ubiq; memoria teneri uelim. Iam uini tum qualitatem, tum quantitatem memoremus, utpote quod maximam ad talia uim habeat: quando uno hoc in potu utendum censeo omnibus, quibus refici corpus est opus, modo non febricitent. Esto igitur uinum (quod exēpli loco dicatur) quale est Sabinum in Italia, * Arsinium uero in Asia, ac (ut summa quadam ac generatim comprehendam,) quod aquosum quidem alioqui est, ceterum leuiter adstringit. Aquosum natura appello uinum, † [quod tenue est,] & purum, & Oligophoron, ut Hippocrates græce nominauit. Est autem Oligophoron, quod, si diluatur, minimam sustinet aquæ mistionem. Id est sane imbecillissimum, &, ut in uinis, aquosissimum. Nam, quod plurimū aquæ in mistura sustinet, id tum uehementissimum, tum ualidissimum est. Eiusmodi uinū Hippocrates Oenodes, hoc est (ut uerbi uim exprimam) uinosum, nominat. Verum ab hoc cauendū est, quoniam imbecillas uires feriat. At, quod aquosum natura est, ceterum austerū, id percommodum est, quòd & ab aquæ imbecillitate recessit, & uini noxam nondum habet. Ad hæc itaq; respiciens, tum ætatem eius, tum temperamentū inuenias. Quippe, quod nouellum est, id tum aquosius, tum uero imbecillius quodammodo est, quàm ut uino conueniat. D Adde etiā, quòd ægrius concoquitur, ac magis excrementosum est. Antiquius uero, ut uinosius est, ita uehementius est, quàm ut proposito sit ex usu. Quocirca citius sexto anno nobile Sabinū idoneū non est, quòd & diutissime in stomacho, ac uentriculo innatet, & fluctuationes faciat. Nobile uoco, qđ austerum est, non Sabinū modo, uerumetiā Adrianū, & Albanū, & Arsiniū, & Titacazenū, omniaq; id genus. Dictū nanq; fusius de oībus uinis seorsum est. Ad has igitur, ueluti metas, respiciēs, etiā misturam eius cum aqua temperabis. Quineriam exactius coniecturā de iam dictis facies, si uitiorum aquæ capita memoria tenueris. Porrò pendent ea ex frigiditate eius omnia: cuius culpa & in præcordijs diutissime moratur, & fluctuationes excitat, & in flatum mutatur, & corrumpitur, & ita uentriculi resoluit robur, sic, ut deterius proinde concoquat: sed nec digerendo per corpus alimento aliquid magnopere conducit. At uero memoratorum uinorum uirtutes comprehensis iam aquæ uitijs aduersam quodammodo naturam habent, cum nec inflent præcordia, immo si inflata sint, subsidere faciant: nec inibi moram trahant, propter caloris mediocritatem. Adde, q, cum digestionis uias aperiant, & pariter impellant, ac nutrimentum sursum agant, ad celeritatem deductionis in corpus conducunt. Sunt præterea boni succi, & ad * miscenda concoquendaq; ea, quæ in uentriculo & uenis sunt, idonea. Iam uires quoque organorum adaugent, & expellendis excrementis uiam faciunt. Eoq; fit, ut etiam talia uina præter cetera urinas moueant, quando & ipsa totum corpus celeriter transeunt, & impetu cursus sui

*Alias ἀγρίοις .i. agrestibus. * σπουδίοις .i. auiculis. Nā σπουδίς genus ē ad auiculas omnes montanos. ψᾶρες sunt passeres: libro 4. & 5. historiæ animalium.

† ἑτέρου τῆς ἀκρότητος .i. alterius excessui.

* Alias arsyinum.

† Antiqui legunt τὸν λεπτὸν καὶ λευκὸν καὶ λαμπρὸν .i. quod tenue est & album & splendidum.

* κατακεραννύναι .i. contemperanda.

excrementa ſecum expellunt. Ac dictum quidem alibi diligentius eſt de uinorum facultate æque, ac B
ciborum. Conuenitq;, vt, qui artem methodo tradi ſibi ſtudet, omnis materiæ uires prius prædidice-
rit, nec expectet, vt eas in ſingulis affectibus audiat, ſed, ſimul ac curationis tantum ſpeciem norit, debi
tam uictus rationem inuenire poſſit. Ego uero ijs conſulens, qui ueritatis diſcendæ ſunt auidi, eiuſmo-
di doctrinam attingere ſaltem non grauabor: quo ſcilicet, qui minus exercitata cogitatione ſunt, exē-
plis a generalibus ad particularia, veluti manuducti, deſcendant. Ergo, quod reliquum eſt, apponendū. A.l.1.f.3.d.1.
Potionis is modus erit, ut nec in uentriculo innatet, nec fluctuationis ullius ſenſum inuehat. Ciborum c.7.p.119.c.
uero, potiſſimum ſi fieri poteſt, vt ne grauent quidem ipſum. Quod cum difficile ſit, uel fortaſſe eiuſmo
di, quod uitari in imbecillo uentriculo omnino nequeat, proximum eſt, vt quàm citiſſime grauis eſſe de
ſinat. Ab hoc tenſio inflatioq; præcordiorum uitandæ ijs ſunt. Quòd ſi tale quippiam primo die inci-
derit, pro magnitudine ſymptomatis ad portionem detrahendum poſtridie de cibo eſt: ſin recte omnia
cedunt, paululum adijciendum. Ad eundem modum & in tertio die uel demere, uel adijcere cōueniet
cum præcedente conferentibus. Atq; ita ſemper omnia pro renutriendi reficiendiq; ratione, frictioni-
bus, geſtationibus, inambulationibus, prout corporis incrementum procedit, adminiſtrare, etiam reli
qua omnia pro refectoria uocata ratione adijcientibus. Quæ ſane genere a propoſita ratione non dif-
fert, ſed in eo, quòd ſub illa perinde totum corpus eſt affectum, ſicuti ſub hac uentriculus. Accidit au- F
tem ſic affici corpus in diuturnis potiſſimum morbis, utiq; cum natiua cuiuſq; partis humiditas, ex qua
prima nutritur, propemodum omnis exhauſta iam eſt. nam, ut ſolidarum ipſarum ſiccitas corrigatur,
id fieri omnino non poteſt, ſicuti nec ſenium: ueluti in libro de maraſmo docuimus. hanc uero humidi
tatem, etiam ſi omnino ſit abſumpta, regigni modo dicta uictus ratione licet. Atq; in alijs refectioni-
bus uentriculus egregie præ ceteris non afficitur: in propoſito autem affectu morbus eſt ipſius uentricu
li, tempore uero totum corpus, utpote parum probe nutritum, maceſcit. Quo rationabilius eſt exquiſi
tiorem hos uictus rationem requirere, propter concoctionis imbecillitatem. Ceterum, cum meliores
ſunt effecti, transferendi ſenſim ſunt ad renutritoriam refectoriamq; uocatam uictus rationem: Ana-
lepticen Græci uocant. Id fiet, ſi pluribus, & frictionibus, & geſtationibus, quàm ante, utentur. Mutan
da uero interea eſt & ciborum tum qualitas, tum quantitas ſic, ut tum plures, tum ualentiores, quàm
prius, exhibeantur. Ac tempore procedente, cum ad ſanitatis ſtatum prope uentum iam eſt, ſeponen-
da ſunt ptiſana, & lac: præterea ſorbitio ex alica: ac ad conſuetos cibos ueniendum. poſt etiam piſces
detrahendi, niſi ſi in conſuetudine fuerunt, ac uolatilibus cibandum: tum ſuillas carnes eſſe à pedibus
in ptiſana elixis incipient: poſt uero etiam imum crus recte ſumant: ab hoc etiam reliquas partes: pri-
mum quidem iuuenis porcelli: qui, ſi hyems ſit, etiam pridie iuguletur. Nam heſternum, quàm recens G
necatum, facilius concoquitur. Aeſtate ſat fuerit, ſi mane immolatus porcellus ſit, ac circa Solis oc-
caſum comedatur. Quippe, quod in ſuperioribus ſuaſimus, cum ualentius alimentum ueſperi exhiben
dum cenſuimus, id ſemper obſeruare ſtudebimus, utiq; non leue percepturis commodum ijs, qui ita ci
babuntur: quod ſane diligentius inſpiciens agnoſces. Satius enim eſt a principio rem cœpiſſe. Quo-
niam, qui ita ſe habent, plurimo nutrimento indigent, nequeunt autem, uel quod mediocre eſt, conco-
quere, paulatim hos & ſæpius cibare melius fuerit. Atq; idcirco fieri non poteſt, ut ſemel eos cibaſſe
ſit ſatis, ſed nec bis, quoad ſcilicet ſunt gracillimi. Atq; hac de cauſa ipſe ter eos cibare ſum ſolitus. Ve
rum, quando iam manifeſte meliores facti apparent, etiam bis nutriuiſſe ſit ſatis. Ergo tantam exhibe-
ri primam cibationem eſt rationabile, quanta prius, quàm ſecunda ſumatur, tota prorſus erit concocta.
Id contingere ualentiori alimento non poteſt. Quare primo loco leue ſumendum his eſt, quo uideli-
cet concoquatur celerrime, & excrementum eius diſcedat, & uacuus purusq; uentriculus ſecundū ex-
cipiat. At, quoniam non ſolum quies, & ſomnus, ſed etiam longius tempus huius naturalē adminiſtra-
tionem excipit, rationabile eſt, vt ualentiores ciborum hoc maxime tempore offerantur. Itaque etiam
athletæ omnes ſic faciunt: qui eum uſum non ſolum aliqua ratione inuenerunt, ſed etiam longa expe-
rientia comprobarunt. Sed enim, & quod illi faciunt, nihil mali ſit, ſi ij, qui conualeſcentium uictu utun H
tur, etiam faciant, ut ilico poſt cœnam non bibant, uidelicet ante, quàm cibus fuerit concoctus. Siqui-
dem innatant cibi, ſi bibant, ita, vt eos uentriculi corpus propter interpoſitum humorem non contin-
gat. Verum, ſi ſitibundi fuerint, prohibere eos in totum ut graue eſt, ita nec expediens: ſed tantillum in-
dulgendum, quod & moleſtiam ſoletur, & ſitim leuet. Poſtea uero, quàm nutrimentum concoxerint,
abunde bibere ſunt ſinendi. Quippe celerrime, ſi ita faciāt, per corpus digeritur. Mane uero poſt ſom-
num, cum deiecerint, & paulum inambulauerint, modice ſunt fricandi. Eſt autem modica his frictio,
quæ eatenus adminiſtratur, dum corpus incaleat: mox geſtationibus utendum: dein rurſus tum lauan
di ſunt, tum fricandi, idq; intra meridiem, aut plane circa ipſum meridiem: quo uidelicet inde ad ueſpe
ram abunde ſpatium interueniat. Quòd autem & de domibus, in quibus conualeſcens nutritur, habē-
da in primis cura ſit, potiſſimum, ne frigidiores calidioresve iuſto ſint, ſuperuacuum dicere arbitror: pa
ri modo & de alijs eius generis, quæ inuenire ſibi quiſq; ſine noſtra opera poteſt, doctus uidelicet non
ſolum ex his, quæ hic, ſed etiam quæ in opere de ſanitate tuenda ſunt dicta. Eſt nanq; cōualeſcentium
uictus ratio media quædam inter eam, quæ ſanorum propria eſt, & quæ ægrotantium. Quare difficile
non eſt ex ijs, quæ de utraq; ſunt prodita, ut per ſeipſum quis mediam inueniat. Nam, ſicut nec aliarum
rerum, ita nec uictus una omnibus ſpecies in conſuetudine eſt: cum alijs ſemel eſſe, alijs bis: & alijs ci-

tius,

A tius, alijs ad uesperam incepisse cibum, moris sit. Iam cibus ipse alijs piscis plurimum est, aut deniq; aliquid ex mari: alijs olera magis, aut deniq; hortensia: alijs * poma: alijs legumina: alijs* nuces: alijs aliud quippiam: alijs quadrupedum carnẽs, atq; harum alijs aliæ: alijs auium, idq; alijs aliarum. Quinetiam caseo & lacte utuntur non nulli plus, quàm ceteris cibis, generaliter quidem caprarum, uel boum. sunt tamen, qui & aliorum animalium. [Bibunt quoque alij calidum, alij frigidum: & uinum uel liberaliter, uel parcius, uel omnino nullum: uel hoc genus, uel illud. Ad ea igitur reducendus quisq; est, quibus insueuit. Scriptum autem diligentius de consuetudine seorsum est. Nunc illud dixisse abunde sit, non modo in conualescentium uictus ratione, sed etiam in morbis magnam partem ad * totius uictus [*medicamentorumq;] *inuentionem ex consuetudine sumi. Ratio enim totum genus indicare potest. Materia cum ex alijs, quæ retuli, tum uero ex consuetudine non minime est sumenda. Sed & naturarum inspiciendæ sunt proprietates. Noui enim quosdam, qui, si quod uigilantium opus nocte obire fuissent coacti, dormire præterea non poterant. Talibus igitur, ut noctu bibant, consulendum non est: ne uidelicet ea occasione uigilare coacti, maximam inde noxam sentiant. Siccat nanq; totum corporis habitum uigilia, eoq; infestissima est ijs, qui ex siccitate laborant. Sunt, & qui, si ptisanam gustẽt, protinus nauseent: eadem in quibusdam facile acescit. Esse uero aliquos, qui facile carnem bubulam
B concoquant, iam unum ex publice iactatis est: præterea alios esse, qui ad alios cibos potusque recte se aut non recte habeant. Non solum autem ex his materiæ, quæ ad uictum pertinet, copia suggeritur, sed etiam ex regione & tempore. Scriptaq; iam hæc sunt a multis, qui me præcesserunt: quo minus ipse istis insisto: qui ideo tantum ea commemoro, nequid uidelicet sit omissum. Quod uero ab omnibus iunioribus medicis est omissum, id persequar: nempe quemadmodum affectus corporum methodo curentur. eam methodum ueteres (ut ante dixi) probe inchoarunt, nemo tamen eorum ipsam absoluit. Verũ rursus ad propositum redeundum. Siccæ intemperies, vbi solida ipsa corpora contigerũt, si quidem in una quapiam parte consistant, ueluti nunc in uentriculo propositum est, nunquam ad perfectionem sanabuntur, nec in eum statum, qui ante morbum fuit, reuertentur. Sed, quod dici in consuetudine uulgo solet, re scilicet ipsa edocto, id talibus maxime intemperantijs accidit, morbum uentriculum afflixisse, & in reliquam uitam imbecillum reddidisse. Quippe senum ij uentriculum obtinent prius, quàm cõsenuerint: quo fit, ut facile ex leuibus lædantur causis, perinde ac senes, nec probe cõcoquere possint: quo euenit, ut etiam totum his corpus deterius se habeat. Ad eundem modum, & si alia quauis afficiantur parte. Quòd si ipso etiam corde sint affecti, celeriter arescunt. vocatq; ariditatem siue marasmum eiusmodi Philippus ex morbo senium. Is igitur marasmus breui mortem affert: Proxime huic, qui ab ie
C cinore est inceptus: Mox, qui a uentriculo: Qui ab alijs particulis ortum habet, tanto sane tardius, quãto quælibet harum minoris est præstantiæ, quàm illæ. Si uero leuiter cordis corpus siccatum sit, senescunt quidem celeriter, ceterum plures annos trahunt, quàm qui uehementer sunt læsi. Ad eundem modum in iecinore & uentriculo, ceu dictum est: ac in reliquis omnibus ad portionem. Ceterum uictus ratio eadem genere est tum in hac siccitate, tum in illa, quæ solam eam humiditatem absumit, quę solidas nutrit: præterea etiam in tertia, quam supra memorauimus, siccitate. Facillima uero omnium sanatu quarta est, in qua uenæ succo sunt inanitæ. Immo hic affectus, vt frigiditas potius, habitus, curatur, quàm ut siccitas: vel (ut clarius loquar) frigiditatis respectus in hac siccitate exuperat, periculumq; in ea uertitur: Siccitas secundum locum obtinet, habetq; proinde sanationem tum expromptã, tum celerrimam. Siquidem, si biduo quis uictus rationem his caute exhibeat, modice calfaciens, & tuto nutriens, statim in tertio pleniorem uictum citra noxam admittunt: multoq; id magis in quarto & quinto. Atq; hoc sane erat, quod Hippocrates præcepit: Quæ longo spatio extenuata corpora sunt, ea segniter reficere oportet, quæ breui, breuius.

Ratio curandi frigidam & siccam intemperiem ventriculi. *Cap. 7.*

A.l.3.f.13.t.1 c.30. SCire autem licet solidorum corporum siccitatibus, si perdurent, succedere necessario frigiditatem.
D Quippe permanere siccitas ipsa per se non mutata oppositione, quæ ex calido & frigido consistit, non potest. Celerrime enim ex nutriendi defectu refrigerantur partes, propterea scilicet, quòd ex calido succo sanguinis nutriuntur. Sed, quod inter initia dictum est, nunc siccitatis curationem executi sumus, & quæ ab initio sola est contracta, & quã nulla diutissime secuta est notabilis frigiditas. Ergo proximum fuerit frigiditatem illi copulare, quæ euidentes quidem habeat notas, ceterum magna non sit. Est itaq; curationis consilium non simplex, ut prius: cum non modo tibi, vt humectes, danda sit opera, sed ẽt ut calefacias. Quare intendendum acriter est ad præsidiorum materiam, necubi imprudentes, ijs, quæ humectant, ea, quę nimium calefaciant, adiungamus: quippe his uehementer siccandi uis subest. Iã uero quantitas noxæ in utraq; intemperie ad materiæ inuentionem potest uiam ostendere: vt iamiam maximæ quidem siccitatis sanationẽ modo perscripsimus. Modicæ uero adeo scrupulosa uictus ratione non indigent: quandoquidem nec uires ipsis funditus sunt collapsæ. Etenim nulla alia de causa difficilis redditur ualidæ siccitatis in corpore cõmoda curatio, q̃ ꝙ refici quidẽ corpus postulat: cibus uero per se coalescere cũ eo non põt, sed eius, quod nutrit, operã, qua præparetur, requirit, quod est imbecillum. Ergo, cũ id modice siccum fuerit propterea, ꝙ uires non penitus conciderũt, vberius cibare licet: nec metus est ullus, ne a modo aberres. Quo magis ipsi de difficillima intẽperie differere instituimus: ac ĩ ea, ueluti exẽplo, studiosos exercuimus. Hinc nãq; orsi ipsimet, ad mediocres siccitates corrigẽdas

idoneam

*ὀπώρα, idest fructus autumnales.
*ἀκρόδρυα.
*ὕλη, i. materia.
• Non est in antiquis.
*εὕρεσιν.

idoneã materiã inuenient. Proponatur autem & nunc ſiccitas qnidem ſimilis priori, copuleturq; ei fri- E
giditas: Ergo calefacientis materię admiſcendum iam dictis tantum erit, quantum particula ad frigus inclinauit. Proponamus igitur eam primum modice refrigeratam: Ergo ijs, quæ paulo ante retulimus, in lactis quidem uſu mel vberius adijcietur. Vinum vero, quod quidem ad genus ſpectat idem, ceterũ quod minus aquoſum, quàm prius, & plurimum annorũ ſit, dabimus. Quinetiã eſculenta oĩa calidiora exhibebimus, idque non naturalibus modo ipſorum temperamentis, verumetiam recẽtibus [ex igni] qualitatibus. Nardino præterea unguento vngendus aſſidue venter eſt ſic, vt nunquam remaneat ſiccus. Sin id unguentum non adſit, maſtichinum ſatisſecerit: ſed & opobalſamo eum perungas, tũ ipſo per ſe, tum vero cum iam dictis miſto. Quòd ſi corpori ea magis adhęrere ſtudebis, etiã ceræ aliquid admiſcebis. Si uero etiam aer ambiens ſit frigidus, lanam ex his imbutam impones. Quinetiam chiam maſtichen in opobalſamo aut nardino unguento liquans, lanam inde madentem uentriculo impones. Sane vtilius fuerit, ſi, quod madefacies, etiam optima ſit purpura, qualis eſt Tyria: † [quando & adſtringi ipſum modice, & cutis eius meatus obſtrui expedit.] Siquidem, quæ rarum habitum faciunt, & relaxant, ea tum digerunt ſuccos, tum particulas frigidis extrinſecus aduenientibus obnoxias reddunt. Quæ uero valenter adſtringunt, ea ſiccant. Quo ſit, vt medicamentũ, quod eiuſmodi corpora excalfaciat, id nec euocantem uim habere expediat, nec adſtrictoriam multam ſibi immiſtã. Memineris enim F
velim, tum eorum, quæ in ægris es contemplatus, tum quæ in opere de medicamentis es edoctus, nempe acerbam qualitatem ſua quidem ipſius uirtute & refrigerare & ſiccare: quòd ſicui valide calfacientium ſit admiſta, quod ex ambobus compoſitũ eſt, minus quidem in calſaciẽdi munere efficere, quàm alterum: ſiccando vero non minus, quàm utrunque. Maxime contraria faciunt ijs, quæ pręcepimus, noſtri temporis medici, qui ſiccæ parti, & quæ nutrimento male fruitur, compoſitum ſæpe medicamentũ ex calida & acerba materia imponunt. Eſt aũt eorũ, quæ στυφά græce dicuntur, [nos inopia commodioris vocabuli acerba diximus,] nullum profecto modice adſtringens, *ideoque nec modice ſiccans: quo uidelicet magis prohibenda ea in iam dictis affectibus ſunt. At vero, ſi cum ſiccitatis intemperie multa frigiditas ſit, ſic, vt fortius calfacere ſubigat, omnium primum intemperamenti genus ad memoriam reuocabis, quippe quod omnium grauiſſimum eſſe oſtendimus. Quocirca ad corrigendum quoque eſſe difficillimum, multaque ſolicitudine egere, id minime eſt ignorandum. Incipere* vero ſimili modo à comprehenſis prius materijs tentabis, ſperãs ſcilicet ſore, ut longiore tempore per tutiores ſanetur affectus. Sunt porrò tutiores hæ, (nam repetere ea, quæ ſunt tam neceſſaria, eſt ſatius.) In nardino unguento ſolues maſtichen chiam quàm pinguiſſimam, ac purpura excipiens uteris. Eritque utilius, modo copia eius ſit ſi opobalſamum adieceris. Dandũ præterea uberius cũ lacte mel eſt, ſed detracta prius G
ſpuma, quo & minus ſit excrementoſum, & magis nutriat. Quinetiam mel ipſum *deſpumatum, per ſe optimum nutrimentum frigido ventriculo eſt, ita, ut calido aduerſiſſimum. Atque hæc ambo meminiſſe in primis oportet, vtique in plurimis medicis ignota. Ac neque aliquid in frigido corpore melle magis expetendum, neque in calido magis reſpuendum. Ergo plurimum huic affectui pro nutrimento mel optimum eſto, ſed quod prius ſuper prunas ex quercu viteue ad ſummum candentes, fuerit decoctum, ac curioſe deſpumatum. Vinum autem eligendum ſemper eſt antiquum: eoque antiquius, quo maior fuerit frigiditas. Tum, ſi res poſtulabit, totum genus immutandum: ac primo loco Adrianũ, mox Tyburtinum, aliudue ſimilis generis eligendum: uetera quidem omnia, ceterum non adeo, vt amara iã ſint. Siccant enim quæ amara ſunt, immodice. Sane optimum medicamentum talibus omnibus ſit, quo picatores quotidie utuntur. ergo illinire eo totum uẽtrem conueniet, ac poſt auelli prius, quàm refrigeretur. Atque hoc, ſi bis vno die deinceps ſeceris, abunde erit, ſæpius autem non expedit: quãdo ita, per halitum digeras, non ſanguine bono particulam impleas. At nos ex propinquis locis attrahere, non id quod continetur, educere ſtudemus. Idem omnibus particulis, quæ ex nutrimento fructum non ſentiũt (atrophuſas Græci vocant) mirificum medicamen eſt, ſiquis eo moderate ſciat uti. Sed & calfacere uentriculum ita, ut in qualitate calorem eius non intendas, ſed quàm maxime naturale eius temperamen- H
tum tuearis, ac ſubſtantiam inaugeas, Id ex leuiſſimis in eiuſmodi affectu conſilijs non eſt. Efficit hoc in uictu ſimul cum ijs, quæ iam dicta ſunt, maxime uinum. Ex ijs vero, quæ uentri extrinſecus applicantur boni habitus puellus unà ſic accubans, vt ſemper abdomen eius contingat. Sunt, qui catellos pingues in hunc uſum habeant, neque id in aduerſa modo ualetudine, verumetiam in proſpera. tales itaque ijs, qui propter ſiccitatem quoque ſolam imbecillum uentriculum habent, ſunt idonei. Seruandumque ante omnia eſt, ne puellus humecta ſit cute: qui enim noctu ſudore perfunduntur, refrigerãt potius q̃ calefaciant. Nocent præterea tali affectui & calida fomẽta, quæ quidem ſicca ſunt, eo, quòd rorẽ ſimilarium corporum depaſcunt: quæ humida ſunt, quòd hunc digerũt, potiſſimum ubi largius his utimur: præterea quod nimis rarum frigoriq; opportunum corpus efficiunt. Ac de hac intemperantiarum conjugatione hactenus ſit ſatis.

De curanda uentriculi ſiccitate, cui caliditas iuncta ſit. Cap. 8.

AB hinc multæ, ut propoſitum eſt, ſiccitati iuncta caliditas eſto non admodum multa. In eiuſmodi intemperie primum curationis modum ſeruabimus, ſed uini vim, melliſque copiam diminuẽtes, non ſolum non augentes, ita, ut mel prorſus non deguſtetur, uinum uero exhibeatur, quod minime ſit antiquum. Iam cibos apponemus† [ſub lactis tepore,] ſed ſi æſtas eſt, † [ſub aquæ fontanæ frigore.]

Sed

†Codices gręci impreſſi habent ut Linacer uertit, quãquam anti qui ad Tyriã referũt. ita enim habent. στύφει τε γὰρ μετρίως αὐτὴ, ἐμφράττει τε τοῦ δέρματος τοὺς πόρους. i. ea enim modice adſtringit, cutiſque meatus obſtruit. utraq; tamen lectio bona eſt.

*Codices impreſsi & plerique etiam manuſcripti habent, ut Linacer uertit. Sunt tamen, qui habeant ψύχον, ideſt refrigerans.

*ἀνέχεσθαι ẽ in aliquibus codi. ut Linacer uertit. ἀπέχεσθαι. i. abſtinere eſt in impreſsis.

*ἀφρισμένον.

A.l.3.f.13.c.1 c.31.p.539.

† Tepentes, quos medici

γαλακτώδη i. lactens uocare conſueuerunt. Sic legitur in exēplaribus græcis. †quos uocant πηγαίους. i. fontanos.

A Sed & uentriculum ungemus oleo tum crudo, tum melino. Ac multo ſane magis, ſi pluſcula caliditas ſit, ipſum uinum tum aquoſius exhibemus, tum ſub eo frigore, quod fontis aqua per medium uer exhibet, illud nobis perſuadentes, eiuſmodi affectum febri proportione reſpondere. Quippe, quod illa uel in toto animali vel in corde eſt, id propoſitus nunc affectus in uentriculo eſt. Atque ipſe ſcio me unà cũ præceptoribus primum omnium uidiſſe hominem quendam maturæ ætatis non paucos iam menſes uexatum: ſed nec eorum quiſquam affectum eius intellexit, nec etiam ipſe: poſtea vero, cum iam medendi [eius affectus] methodum inueniſſem, uenit mihi in mentem hunc utique illum eſſe affectum, quem olim fueram contemplatus. Melius autem eſt rem etiam exponam: quippe utilis omnino erit ijs, qui audierint, non ſecus, ac fuit mihi. Homo erat quadraginta annos natus: medio, dum valebat, craſſitudinis, & gracilitatis habitu. Is ſiti uehementer affligebatur, ac calidam auerſari ſe dicebat, cum illi frigidam nemo daret, tametſi hanc impenſe flagitabat: febricitare tamen medicis non uidebatur. & uentriculus, quæ ſumpſerat, tribus aut quatuor horis poſt euomebat ſimul cum potione. Itaq; gracilis iam effectus erat, ac periculo propinquus, minime uidelicet adiutus ab auſteris acerbiſque tum cibis, tum medicamentis. Sumebat uero & poſt cibum, auſterum uinum is homo, cum nec ultra ſitim toleraret, ac (ut aiebat) mori mallet, quàm in cruciatu uiuere: aquam frigidam ſimul multam ſuper cibum hauriens, proti-

B nus ſitire deſtitit, paulo poſt plurimum [eius] euomuit. Ab hinc horrorem in toto corpore ſenſit, pluraque operimenta popoſcit, cum prius omnia abijceret. tunc igitur reliquum totum diem, quo id fecit, noctemque totam in quiete egit, cooperimentis ſe fouens. Venter uero circa mediam noctem ſemel excreuit, quæ mediocriter erant coacta. Itaque nec ſiticuloſus præterea erat, Poſtero autem die tum coloratior multo, tum firmior eſt effectus. Ac deliberabant iam medici, an hominem lauare expediret, alij quidem ſuadentes, alij diſſuadentes. uicit autem ſententia eorum, qui lauare ſuaſerunt. Itaque etiã lauatus citra offenſam eſt, ac modice cibatus. tum melius ei, quàm pridie, uenter concoxit. Queſtus aũt eſt, quòd difficulter tranſglutiret, viſumque omnibus eſt propter uomitum, qui præter conſuetudinem inciderat, vellicatam illi* gulam fuiſſe, ac proinde male habere. Ceterum, ut etiam ſecutis diebus ſymptoma permanſit, conſtabat nobis omnibus uentriculi imbecillitatem eſſe ſanatam, gulam autem eſſe perfrigeratam: Nec ſane mirandum erat, ſicut potione illa, quod immodice calfactum erat, ad mediocritatem eſt reuerſum, ſic, quod mediocriter calebat, fuiſſe refrigeratum. Ceterum gulam eius nemo potuit ſanare, ſed uitio in uitium mutato, tandem mortuus eſt. Alium uero huic ſimilem non paucis annis poſt uidi, cum omnem uentriculi intemperiem diſcernere iam poſſem. Viſum igitur eſt mihi ſtatim maiore conatu refrigerandum eſſe prius, quàm homo magis extenuatus ſimile quippiam priori ex re-

*ϛόμαχον græce legitur.

C frigeratione pateretur. Tutius igitur uiſum eſt primum refrigerantia medicamenta, quæ præcordijs imponuntur, experiri. Quo facto, æſtus ſane uentriculi eſt remiſſus, ceterũ homo ſuſpiranti ſimiliter reſpirabat, tanquam ægre totum thoracem moueret. Quin ipſe quoque interrogatus, talem quampiam ſentire ſe offenſam fatebatur. Aduerti itaque illi tranſuerſum ſeptum refrigeratum eſſe: proindeq; abiectis refrigeratorijs, foui locum oleo calido. Cum autẽ reſpiratio ſtatim naturalem motus ſui ordinem recepiſſet, à fouendo deſtiti: ſtatui autẽ hominẽ longiore ſpatio moderate refrigerare. Ergo, & quæ extrinſecus applicui, infra magis impoſui à ſepto umbilicum uerſus recedẽs: & cibum potionemq; omnẽ (excepto lacte) ſub fontanæ aquę frigiditate exhibui. Atq; ita lõgiore ſpatio ſanatus eſt, nuſquã alibi offenſus. Sciri tamẽ illud ante oĩa debebit, ubi ualide in ambabus qualitatibus immutata quæuis particula eſt, omnẽ eius actionẽ perire, nec facile, quod ſic eſt affectum, ad ſuã naturã reuerti poſſe. Vbi uero altera tãtum qualitas pluſculum immutata eſt (ueluti nunc ſiccitatem finximus) reliquarum aliqua mediocriter ſe habet, utiq;, qui ita affectus eſt, ſanari poteſt.

De caliditate uentriculi curanda, cui humiditas uel ſiccitas coniunguntur. *Cap. 9.*

A.l.3.ſ.13.t.3 c.18.

PRoponamus itaque rurſus exuperare intemperiem calidam, huic autem adiunctam eſſe modo humiditatem, modo ſiccitatem, ſed mediocrem utranque: ac prius humiditatem. Hanc intemperiem

D minore metu aqua frigida curabimus: quando minime ex ea lædentur uicinæ partes, quæ mediocriter ſe habeant. Nam in ſiccis affectibus neceſſe eſt non ea modo, quæ proxima ſunt, ſed etiam totum corpus gracilius reddi. Ventriculo autem ipſo nondum ſiccato, ut nunc eſt propoſitum, nec totum attenuatum eſſe corpus poteſt: quare nec frigidæ potu lædi. Sicubi uero adeo uehemens caloris intemperies uentriculum occupet, ut uſque ad cor ipſum perueniat, febricitare hominem neceſſe eſt. Quo minus mirum eſt, ſi eiuſmodi intemperiem maius periculum inſequitur, ſanatio tamen genere eadem eſt. tradetur autem poſtea, ubi de febrium curatione diſſeretur. Qui autem cum ſiccitate coniunctus calor eſt eadem genere remedia poſcit, ceterum non adeo ſecurus eſt refrigerantium uſus propter eas, quas retuli, cauſas. Humida uero intemperies, ſiue ſola conſiſtat, ſiue cum calore frigore ue coniuncta ſit, omnium facillime curatur. Et, quoniam tres hæ intemperies creberrime uentriculum affligunt, ſuntq; curatu facillimæ, harum curationẽ in memoria habent, quicunq; abſque methodo, hoc eſt uia & ratione, morbis medentur, ac ad alias eam intemperies (ut dictum eſt) transferunt, ignorantes uidelicet plures eſſe. Sunt porro ipſius humidæ intemperantiæ, cum ſola conſiſtit, remedia, cibi, qui citra ualentem calefactionem refrigerationemue ſiccẽt: præterea cõſuetæ potionis parcitas. Eius autẽ, quæ cum caliditate cõiuncta eſt, adſtringentium & ciborũ & potionũ uſus. Sint autem & hi auſteri ſine calefactione.

†Quin & frigidę potio

† At eius, quæ cum frigiditate eſt coniuncta, optima pręſidia ſunt, acria oĩa: quibus admiſceri debebũt,

quæ

quæ acerba, sed citra manifestum frigus sint. Optimum est & his præsidium exigua potio, atque ea uini E — eis est ex usu. Additur in codicib. græcis.
cuiusquam insigniter calentis: constat autem id minime nouum esse. Ad portionem uero eorum, quæ
comesta & bibita sunt, etiam reliqua omnia, quæ foris applicantur, adhiberi debebunt.

Epilogus curationis intemperierum simplicium & iunctarum. — *Cap. 10.*

ET, quoniam de his abunde tractatum est, repetito rursus sermonis initio capita eius colligamus. Calida ergo intemperies refrigeranda est: frigida uero calfacienda: Similiter humida siccanda, & sicca humectanda. Quòd si per copulationem aliquam duarum qualitatum intemperies consistat, miscenda amborum consilia sunt, ac, quæ humida calidaq; est, siccanda & refrigeranda: quæ uero humida & frigida, siccanda ac calfacienda. Ad eundem modum sicca & frigida humectanda ac calfacienda: sicca uero & calida humectanda & refrigeranda. Scire uero licet omnium harum pessimam esse inter simplices siccam: in compositis siccam simul & frigidam. Atq; hoc loco finem habeant uentriculi intemperies, quas scilicet extrinsecus nullus alit superuacuus humor.

De curanda ventriculi intemperie, cum uitiosi humores uel in eius cauitate, uel in tunicis continentur. — *Cap. 11.*

DEinceps ad eas, quæ ex eiusmodi quapiam occasione fiunt, stilum conuertam. Sæpe igitur in ipso — A.l.3.f.13.e.t
sinu uentriculi contentus humor, qui aut calfaciendi, aut perfrigerandi, aut humectandi, aut sic- F — c.11.p.536.d.
candi, aut etiam horum aliqua per coniugationem efficiendi naturam obtinet, intemperiem creat: interim uero & in ipsas uentriculi tunicas (ut ita dicam) imbibitus siue impactus. Ergo prior affectus, si semel constiterit, per uomitum expurgatus, facile quiescit. Sin rursus ex alia quapiam uel alijs particulis humor confluit, diligenter discerni indiget. Curatio uero post effectricis causæ cognitionē statim se exhibet, Dictum enim nobis est tum alibi, tum uero in ijs, quæ de differētijs febrium scripsimus, confluere non nunquam ex alijs in alias particulas id, quod in his redūdat: veluti ex capite ad oculos. Quo casu oportet curata ea parte, quę transmittit, duntaxat firmitati prospicere oculorū: quo uidelicet eorum, quæ ad sese confluunt, minus prompte quicquam admittant. Ita igitur & in uentriculi affectu oportet, vbi id, quod superuacuum transmittit, inueneris, omnem huc curam conferre: de uentriculo autem tantisper esse solicitum, ne, quæ confluant, prompte recipiat. Id quod duplici (ut arbitror) ratione fiet, una omnium fluxionum communi, quippe quæ ab adstringentibus repercutiuntur: altera uero non minus ipsa quoq; omnium partium, quæ ad bonam habitudinem reducuntur communi, nempe ex ipsarum temperiei mediocritate. Ergo primum inspiciendum totum corpus est, an excrementosum, an plethoricon. i. nimia æqualium humorum copia redundans, fluxionem uentriculo immittat. Secundo
loco, si id non uidetur, singulæ partes expendendæ. Atq; in toto quidem corpore æstimando tum redū G
dantiæ, tum excrementorum notas & ex opere de sanitate tuenda, & ex libro de plenitudine didicisti. Super has tamen illa quoq; æstimabis: primum quidem in mulieribus, an naturaliter non purgentur: mox in uiris an excretio aliqua consueta his retenta sit. Plerisq; enim ora uenarum, quæ in sede habentur, uacuare superflua sunt sueta. Alijs profluens e naribus sanguis, aut uomitus, aut alio quopiā * modo in certis periodis uas aliquod reclusum. Noui enim tum in ore, tum in faucibus id multis contingere. Non desunt, quibus & per uentriculum sanguinis expulsio certo tempore fiat, potissimum ijs, qui cū uehementem exercitationem deposuerunt, a priore tamen uictu non destiterunt: aut etiam artuum toto aliquo sunt priuati: veluti etiam Hippocrates indicauit. Sunt, quibus diarrhoeæ & choleræ certis interuallis omnem corporis redundantiam educant. Ab his illud æstimādum, quanam uictus ratione sit usus, vtrum ne frequenti cruditati aut satietati inciderit, idq; in ociosa uita, ac præcipue præter consuetudinem, an contra. Illud deinde perpendendum, an aliud membrum corporis certo temporum circuitu uexari solitum, nunc non uexetur. Alijs enim articularis morbus, aut coxendicus, aut podagra: alijs cephalæa, aut etiam fluxio aliqua, quæ in oculos uel aures procubuit, nunc migrauit ad uentriculū. Nō paucis uero catarrhi & coryzæ, [id est destillationes per guttur & nares,] quæ assidue uexabant, con-

*χρόνον est in antiquis, ut Linacer uertit. τόπον est in impressis. i. loco.

uersæ certo tempore in uentriculi loca sunt. His igitur omnibus consideratis, si quidem ex minus mo- H
mentaneis translatio facta est, quod superfluum est, rursus ad ea reuelles. Sin ex ijs, quæ maioris sunt momenti, ambobus simul consules, eum semper submouens affectum, qui fluxionem excitet. Fiet id, si omnes corporis partes ad bonam habitudinem reducamus, ac omnes naturales expulsiones, fluxiles semper reddamus. Hæc quemadmodum efficere possis, in opere de sanitate tuēda est præceptum. Nec illud latet, si propter æqualium in toto corpore succorum redundantiam uentriculus fluxione tentatur, totum corpus uacuandum esse: Simili modo si propter mali succi abundantiam, eam purgandam esse, atq; hinc ad uentriculum ueniendum. Prorsus enim cum plures iam dies delata in eum superuacua sint, aliquid uitij ex malitia eorum contraxit. Itaq; non intempestiue, qui ita laborat, absinthij potione utetur. Sed nec, quæ postea adhibenda prouidentia sit, quoad uentriculo pristinum habitum recuperaris, latere arbitror. Quippe, si pro temperamento noxiæ fluxionis, intemperie aliquando laboret, corrigi nimirum per contraria præsidia postulat. Facillimum uero est eiusmodi noxam corrigere, ubi paucos durauit dies. Nam, si * desiderio eius, qui curasset, longiore spatio permansit, aliquando tunicæ eius malo succo implentur: aliquando ipsa similaris earum substātia intemperata non leuiter effecta, similis curæ indiget ei, quam prius de intemperantijs in hoc libro retulimus. Reliquum igitur est, ut exponamus, quemadmodū curari succus uitiosus debeat, qui in uentriculi tunicis est receptus. Sunt porrò ad eiusmodi

*δι᾽ ἀπειρίαν.

A modi affectus idonea pharmaca genere quidem ea, quæ modice purgant ſic, ut eorum uis ſuper uentriculi & inteſtinorũ loca non aſcendat: aut, ſiquid ultra, uaſa tñ in meſenterio contingant. Speciatim uero, quæ ex aloe componuntur, ſunt aptiſſima. Etiam, ſi illa præſto non ſint, aloe ipſa per ſe. Hæc itaq; nõ elota ualentius uacuat: elota purgat quidem minus, ſed roborat uentriculum magis. expedit ergo para-
A.l.3.f.13.t.1 c.24.p.633.b. tam habere, quam omnes medici Picran, id eſt amaram, uocant: atq; hanc dupliciter confectam, utiq; ex aloe elota, & non elota. Admiſcentur autem huic cinnamomum, & xylobalſamum, & aſarum, & ſpica nardi, & crocus, & chia maſtiche. Sunto autem horum cuiuſq; drachmæ ſex, ſolius autẽ aloes drachmæ centum. Præſtantiſſimum hoc medicamentum eſt ad uitioſos ſuccos, qui in tunicis uentriculi habẽtur. vtiliusq; eſt eo ſicco ex aqua uti duum paruorum cochlearium menſura, ubi mediocriter ac medio quodam modo eo uti ſtudemus. nam maximus eius modus ac abſolutiſſimus eſt duorum non utiq; paruorum, ſed magnorum potio in aquæ temperatæ cyathis tribus: minimus, unius parui. Vtendum uero hoc tempore & ptiſanę cremore eſt: qui primus a balneo ſumetur. Nam medicamen ipſum ſolito purgantium medicamentorum tempore dabitur. Poſt id uero, ubi modice inambulauerit, & modice ſe mouerit, de reliqua uictus ratione nihil eſt immutandum. Sunt, qui reponunt medicamentum, excipiẽtes id deſpumato melle. Et fit quidem ita durabilius, ceterum nõ perinde, ad propoſitos hoc loco affectus
B utile, cum & minus uentriculum roboret, & magis aluum deijciat. Verum quibus lenta pituita uentriculo eſt infixa, ijs prius exhibenda ſunt, quæcunq; hanc diſſecent: poſt deinde purgandum. Quòd ſi ad uomendum ſunt idonei, non inutile ſit per radiculas ex oxymelite uomere. Sin uero nec lentus humor ſit, nec craſſus, utiq; abunde ſit a ptiſanæ ſolius cremore uomuiſſe: item a mulſa. Quo caſu ſumendum utriuſuis plus eſt, quàm uel nutrimenti uel etiam deiectionis cauſa ſumeretur: idoneum uero eſt, & ſi mulſa, in qua incoctum abſinthium ſit, bibatur. Nam id quoq; tenues ſuccos, quicunque uidelicet in ipſius uentriculi ore cõtinentur, commode deorſum impellit. Sane communis eſt totus hic ſermo, qui de intemperie agit, cum ſanitatis tuendæ præceptis, ea ſcilicet ſui parte, qua de parum firmis actionibus diſputat: non enim profecto ea, qua de perditis, ac uitioſe functis agit. Quippe pars illa a ſanitatis tuendæ contemplatione plane ſeiuncta eſt. Imbecilla uero actio, prout magis minusve talis eſt, aut ad ſanitatis tuendæ, aut ad medendi tractationem pertinet: leuiter quidem impedita ad priorem: grauius ad poſteriorem. Diſcernitur utraq; ex eo, quòd a conſuetis actionibus obeundis propter noxæ magnitudinem uel deſiſtatur, uel non deſiſtatur.

De ratione curandi, cum intemperies, humoresque in cauitate, ac in ventriculi tunicis contenti coniunguntur: ac de indicationibus, quæ curandi initium ſibi uendicant. Cap. 12.

C DIctum autem & de his eſt in opere de ſanitate tuenda: quo utiq; celerius tranſeunda eorum tractatio nunc eſt, præſertim omni methodo, qua uentris intemperies ſint curandæ, iam perſcripta, ſiue
* καθ' ἕξιν * κατὰ σχέσιν hæ *firmius ei ex mora inhæſerint, ſiue *leuius. Nec uero illud latere puto, eſſe aliquando miſtũ ex tribus iam dictis ſimplicibus in uentriculo affectum ita, vt & ipſæ ſolidæ partes intemperie laborent, & mali ſucci ita ventriculo ſint infixi, vt elui ex facili nequeant, & alij in interno eius ſinu contineantur. Poteſt nanq; interim fieri, ut primus cum ſecundo conſiſtat: poteſt & ſecundus unà cum tertio: poteſt
* vlceribus. & primus cum tertio: ſæpe etiam omnes ſimul. Pro quibus methodum, quam prius de * vulneribus tradidimus, ubi omnes affectus ſimul coniunximus, ad memoriam reuocabis: quam nunc quoq; apponere non ſit inutile. Primum nanq; in eiuſmodi complexu æſtimabis, a quo maxime diſcrimen ægro impendere uideatur. Secundo loco, quid, quæve ex his cauſæ rationem obtineant, & quæ ab ipſis efficiantur. Tertio, quæ ſanari ante alia poſſint, & quæ non poſſint: veluti de ulceribus, quæ unà cum phlegmonis conſtitere, oſtendimus. Vbi nanq; a quoquam affectuum non leue periculum inſtat, ad id, quod urget, dirigi primum curantis conſilium debet. Vbi aliud efficiens eſt, aliud, quod ab eo efficitur, ipſa cauſa ſpectanda. At, ubi curari hoc ante illud non licet, ad id, quod ordo dictat, eſt reſpiciendum. Atq; in
A.l.1.f.3.d.2. c.12.p.122.f. eo quidem curationis conſilio, quod ab urgente initur, affectus magnitudo perpendenda eſt. Ea tri-
D plex eſt, alia, quæ ex læſæ actionis præſtantia ſpectatur: alia, quæ ex propria affectus eſſentia: & tertia præter has, quæ ex facultate, quæ læſum corpus gubernat, æſtimatur. In eo uero conſilio, quod ex cauſæ ratione initur, animaduertendum eſt, quidnam eorum, quæ inter ſe coniuncta ſunt, augere aut gignere reliqua poſſit: quæ rurſus ab eo uel gignantur, uel incrementũ accipiant: In eo uero, quod ordo præſcribit, quid ante quod, uel quid cum quo, uel quid poſt quid, ſanari poſſit. Fingatur igitur in uentricu-
A.l.3.f.13.t.1 c.12.p.537.C lum defluere ex cerebro ſuperfluum quendam humorem frigidum, atq; eius occaſione intemperiem quandam in uentriculo cõtractam iam eſſe: adhuc uero etiam magis malum iam ſuccum per totũ eius corpus media omnia ſimilarium particularium ſpatia occupaſſe: In eiuſmodi cõplicatis dignatione ma-
* δυσκρασία. ior eſt intemperies, propterea uidelicet, q & ipſa * temperies: propriæ uero eſſentiæ ratione, quodcunque utiq; tale fuerit, circa propoſitum in ſermone ægrum. Ac ponatur ad præſens maximus trium affectus eſſe ſuccorum, qui in tunicis uentris continentur. Eſto (ſi libet) ut idem quoq; affectus morſus ſenſum faciat, atq; ex eo ipſo animi defectũ & ſudores quoſdã cum ſyncoptica diſſolutione accerſat, ita uidelicet, ut, quatenus ſupra uires eſt, reliqs ſit maior. Conſtat igiť primã eſſe adhibendã curã, ut ei, qđ uires reſoluit, occurratur. Deinde, qm̃ oĩum maximum propriæ eſſentiæ ratione hoc finximus, utiq; ad id primũ te uerteris, ac primũ id ſanes. Vbi id mediocriter ſe habuerit, ac neq; uires amplius labent, neq; plurimũ uitioſi ſucci in uẽtriculo ſit, tum nimirũ ad cauſam accedes, illud pro cõperto habens, nõ poſſe

ad

ad perfectionem ullum affectum sanari, manente adhuc ipsa, unde natus est, causa. Ordo autem curationis, E modo contraria inter se remedia, sicut in phlegmone & vlcere, indicat: (ostensum nanque est, quæ phlegmonen sanant, ea maius reddere ulcus) modo alteri affectui nihil nocet, sicut in proposito nunc casu. Qui enim educit humorem, qui in sinu ventriculi continetur, is humorum, qui in tunicis continentur, alimentum adimit. æque & qui cerebrum ita sanat, nequam sensibilem redundantiam creet, is ueluti fontem fluxionis in uentriculum destruit. In his ergo ordo curationis cum ordine causarum consentit, quanquam in alijs dissentit. Ceterum, quod ex magnitudine spectatur, id distingui, prout dictum est debebit. Ac primum quidem id agēdum est, ut ei, quod maximum est, propriam medicamentorū materiem accommodes: deinde pro causarum ordine totum cures. Etenim, cum neq; copia notabilis excrementorum in uentriculo sit, nec eorum, quæ in capacitate eius continentur, nec eorum, quæ in tunicis, sed neque mordicatio, quæ uiribus officiat, tum omnium primum sanandum ipsum cerebrum est. Ab hoc sinus ipse ventriculi vacuandus extergendusque est: postea ipsæ tunicæ expurgandæ: postremo intemperiei est medendum. Dicta uero prius sunt cuiusque horum medicamenta. Itaq; nec prolixus habendus adhuc sermo est, sed finis iam libro imponendus. Omnium enim reliquarum partium intemperies similiter ijs, quas in uentriculo proposuimus, sanabūtur. Semper enim comparandum remediū est, quod sit affectui contrarium: ac illi remediorū indicatio, quæ à laborantis natura sumitur, adijcienda: F de qua dictum in superioribus iam est, dicetur tamen in sequētibus uberius. Necessum uero erit & nūc paucis de ea mentionem facere.

Methodus indicationum, quæ à læsæ partis natura desumuntur. Cap. 13.

Indicationes quæ à partis natura potissimū sumunt̄

A.l.1.f.4.d.1. c.1.p.133.B.

PRima quidem indicatio à laborantis loci temperie sumitur, quæ calfaciendi, refrigerandi, siccandi, uel humectandi, uel aliquid horum coniunctè cum alio faciendi, mensuram præscribit. Secunda ex eo sumitur, quod actio eius omnibus animalis partibus sit communis, aut quòd communem uirtutem subministret. Tertia, ab ipsa partis figura. Quarta, ab ipsius positura: Cuius portio est ad vicinas animalis partes societas. Tum præter hæc omnia, ipsa sentiendi vel acrimonia, uel hebetudo. Ac dicetur quidem in sequentibus de singulis horum latius. nunc paucis ea transcurramus. Quæcunque calidiores natura partes ex frigore laborant, hæ & liberalius & diutius calfieri postulāt: sicuti etiam, quæ frigidiores natura sunt, si ex calore laborent, refrigerari: & sicciores, si ex humiditate male habeant, siccari: Ad eundem uero modum & humectari, quæ humidiora naturaliter sunt, vbi ex siccitate laborant, tum uberius tum diutius postulant. Quippe eatenus redeat ad naturam eorum quodque, necesse est, quatenus à natura recessit, ac ueluti quadā uia, retroferatur, quæ in diuersum agat ei, quæ facta in ipso est, transmutationi. Contra uero pars, quæ calidior natura est, si calido morbo ægrotat, exigua† [breuisve temporis] G refrigeratione eget: sicut, quæ frigidior est, calfactione. Ad quem modum in humidis quoque & siccis se habet. Siquidem paruus est in eiusmodi in id, quod præter naturam est, lapsus: quare & rursus in id, quod secundum naturam, reditus. Vnde etiam minus periclitantur, quicunque cognato naturæ suæ morbo laborant. Non latet uero, & quòd, sicubi coniugatæ intemperies inciderunt, eatenus hæ reduci ad naturam postulant, quatenus à natura recesserunt. Atque ita quidem a temperamento laborantis partis, auxiliorum indicatio sumit̄. Ab eo uero quod actio eius omnibus animalis partibus utilis sit, aut paucis quibusdam, aut uni sibi, in ijs intemperiei generibus, quæ absque humore infestant, utique nihil ex hac indicatione sumitur. Nam & refrigerari, & calefieri, & siccari, & humectari, & per coniugationem quiduis horum pati singulæ particulæ pro morbi portione requirunt. In ijs tamen, quæ ex humoribus sunt ortæ, si particula soli sibi inseruiat, audacter uacues licet, prout affectus suadebit, sed tamen etiam uirtuti attentus: Sin necessarium opus eius sit omnibus animalis partibus, veluti uentriculi, & iecinoris, non leuis habenda solicitudo de robore uirtutis est, ne hanc magna semel vacuatione usus dissoluas. Est porrò commune opus, & uenarum, & arteriarum, & cordis, & thoracis, & renum, & utriusque vesicæ, tum eius, quæ lotium excipit, tum eius, quæ bilem, cum uasis etiam, quæ ab utraque procedunt. Cerebri uero opus, cum sani sumus, ad uoluntarias actiones necessarium est ijs scilicet instrumentis, H quibus eiusmodi actiones obimus. Cum ægri sumus, necessarium non est, nisi ijs tantum, quæ ad respiratum sunt deputata. Reliquorum uero organorum actio certe non est: ministerium tamē est ad uitā necessarium, ueluti pulmonis, & asperæ arteriæ, & * faucium. Ergo ex eiusmodi particulis quamprimum vacuare redundantiam licet, prout uolueris. Ex uentriculo uero, & iecinore utcunque uacuare non licet, sed cum cautione, ut nequid uirtuti officias. Quoniam autem non par est actionum dignitas ad ægros seruandos, sed aliæ magis his, aliæ minus utiles sunt, utique ad portionem actionum dignitatis etiam cuiusque partis prospiciendum est robori. Maxima igitur est cordis officij dignitas, atque ægrotantibus maxime omnium necessaria. Cerebri uero ad uitam quidem par est momentum, non tamen par robur eius in ægrotis requirimus, cum necesse omnibus non sit neruorum ac musculorū opera uti. Itaque abunde fuerit, si tantum eius seruatum sit, quo respirationis munus sit obeundum. At uero iecinoris opus omnibus particulis pernecessarium est: non tamen adeo saltem perpetuam necessitatem habet, sicuti ipsius cordis. Ad portionem autem iecinoris, etiam uentriculi opus se habet. intelligens ergo omnium particularum tum functiones, tum usus, quos in alijs commentarijs tradidimus, haud difficulter inuenies, quatenus cuiusque robur custodiri oporteat. Ad eundem uero modū, & quæcunque partes alijs auctores facultatum sunt, harum quoque robur seruare decet pro facultatis earū

Auic. ibidem.

† τῆς ὀλιγοχρονίου ε in antiquis. i. breuisque tēporis.

A. ibidem.

* φάρυγγος

A.l.1.f.1.d.5. c.1.p.18.D.

usus

A. l. 1 f. 4. c. 1. p. 153. b

Nerui et musculi a cerebro. arterie a uene a iecore proue

A usus portione: quo uidelicet animalis partibus subministrent. Sane de his particulis illud, arbitror, didicisti, cerebrum neruis ac musculis, cor arterijs, iecur uenis suppeditare uirtutem. A figura uero indicatio ipsius modi uacuandi excrementi suggeritur, ad hunc modum: Ventriculus uomitu deiectioneque inanitur. Intestina deiectione tantum, sicuti etiam iecinoris caua. Renes uero, & uesica, ac iecinoris gibba, si multo uitioso succo sunt referta, † [per deiectiones, & pharmaca deiectoria (Catoterica Græci vocant)] expurgantur: sin mediocri, per urinales meatus: Cerebrum uero per palatum, & nares, & aures: Pectus & pulmones per asperam arteriam, & fauces. A situ indicatio dabitur tum ad solidarum intemperies, tum autem ad succorum uitium sane non leuis. Nã, qui per summa corporis intemperie laborant, ijs medicamenta, quæ intemperies requirit, applicabimus. Quibus autem in profundo corpore intemperies est, in ijs rationem interualli inibimus. Si enim medicamentis ijs utere, quæ intemperies requirit, utiq; multo imbecilliora, quàm pro usu tuo, ad locum affectum peruenient. Iam ad uacuationes quoq; non nihil situs indicat, dum societatem laborantis particulæ cum alijs docet. Nam, nisi illud compertum haberemus, quòd cauo iecinoris subijcitur uentriculus, & ieiunum: tum quod ieiuno ipsi tenue intestinum succedit: id uero colon excipit: ac colon, quod appellant rectum, utiq; inuenisse illud non licuisset, quòd iecur & per aluum, & per uomitum expurgari

† διὰ τῶν ὑπηλάτων τε καὶ κατωτερικῶν ὀνομαζομένων φαρμάκων. i. per medicamenta deiectoria, quæ græce hypelata & catoterica nominantur.

A. ibidem.

B possit. Ceterum aptior sit prior uacuatio, tanquam usu iam callentibus intestinis iecinoris superflua tolerare. Non spernenda uero indicatio est & ea, quam sensus partium acuitas hebetudoq; suppeditant: quando omne medicamen contemnunt, quæ tardi sunt sensus, etiam si non leuiter mordeat. At, quæ acuti sunt sensus, eorum uires dolore resoluuntur. Expedit igitur, has nec confertim, nec semel ualentibus auxilijs mederi tentes, sed tuto potius in tempore. At, ubi tardus est sensus, in his etiam celeriter obire, quod iustum est, licet, semel usis remedio, quod sit idoneum. Verum, quod supra dixi † [de horum indicatione,] latius disceptabitur in sequentibus, idq; eo præcipue loco, quo de tumorum præter naturam curatione agemus.

A. ibidem.

† Al. ex antiquis. ὑπὲρ τῆς ἀπὸ τῶν τόπων ἐνδείξεως. i. de indicatione, quæ a locis sumitur.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS,

LIBER OCTAVVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Absoluit uniuersam curandi rationem, quæ Diarijs febribus debet adhiberi.

De communibus differentijs atque indicationibus febrium curandarum. Cap. 1.

QVEMADMODVM uero febres quoq; non secus, quàm alij morbi, qui ex intẽperie in nobis consistunt, quosq; in præcedenti libro narraui, methodo curentur, tempestiuum nunc dicere uidetur. Quòd igitur, Eugeniane charissime, simplicium ac primarum partium (quas Aristoteles similares uocat) natura ex calido, frigido, humido, & sicco inter se mistis constet, uno uolumine ostendimus, in quo de elementis secũdum Hippocratem disputauimus. Quòd uero ex eo, quòd hæc calidior sit, illa frigidior, uel humidior, uel siccior, uel simul horum aliquibus copulatis affecta, simplices ac primæ particulæ inter se differant, id in libro de temperamentis est assertum. At in libro, quo de morborum differentijs agitur,

D duo in uniuersum esse morborum genera, quæ in simplicibus animalis particulis oriantur, docuimus: Alterum, quod etiam secundis, & compositis, & instrumentalibus sit commune (uocauimus autem id unitionis solutionem): Alterum ipsarum peculiare, quod in calidi, frigidi, humidi, & sicci intemperie consistat: Esse autem ex intemperantijs ipsis, quæ quidẽ in una sunt contrarietate, simplices: quæ in ambabus, compositas. In ea itaq;, quæ est inter calidum & frigidum, oppositione duas esse simplices intemperies: Alterã, vbi quicquã tanto efficitur, q̃ ante erat, calidius, vt eius lædatur actio: Alterã, ubi pari modo inualuit frigidum: In ea uero oppositione, quæ est inter humidum & siccum, alteras etiam geminas, nempe humidam, & siccam: Copulatis uero inuicem simplicibus, alias existere quatuor, humidam & frigidam, humidam & calidam, siccam & frigidam, siccam & calidam. Traditæ uero sunt & causæ, quę has intemperies generent, in alio libro, in quo morborum causas reddidimus. Sane unus quispiam morborum est, qui per intemperiem fiunt, & febris, utique cum adeo immodice auctus calor est, ut & hominem offendat, & actionem lædat: quando, si neutrũ adhuc efficiat, quantumuis sit homo nunc, quàm ante, calidior, non tamen febricitare eum monstrauimus. Quoniam autem, quicquid præter naturam in nobis oritur, siue speciale nomen sortitum sit, siue generale, id extra corpus non est, sed tum phlegmone, tum pleuritis, tum morbus, tria simul in uno consistunt corpore, uerbi gratia, Dionis: indicat autem & horum quodq; propriam indicationem æque profecto, ut eius, quod maxime omnium speciale est, ipse

est, ipse differẽtiæ: ob hæc utilius uisum est seorsum de febrium differẽtijs tractare, quo omnibus prius E
præparatis sermo nobis hoc loco citra omnem eorum, qui parum recte de ijs scripserunt, refutationem absolueretur. Reuocemus igitur ad memoriam discriminis earum capita, quo propriam ex unaquaque indicationem sumamus. Est igitur una earum differentia illa, in qua causa adhuc adest febrim creans: aut febri excitata iam desijt. Altera vero, qua uel (ut Græci loquuntur) hectica febris est, quæ iam facta est: uel etiam (ut aliquis eorundem dixerit) schetica. Nam, quoniam eos affectus, qui facile discutiũtur, [illegible] græce vocant: qui tales nõ sunt, [illegible]: cõcedendum est, dilucidioris doctrinæ causa, etiam febriũ ipsarum eas, quæ ægre discutiuntur, hecticas: quæ facile, scheticas nominari. Dicendumque febrium alias facile solubili affectu esse, perinde ut calfactum in Sole lignũ: Alias difficile solubili, ueluti quod igni eatenus excalfactum est, ut iam accendatur, & fumum edat. Hæ sunt primæ febrium differentiæ. Quas ubi cum summis primum indicationibus iunxerimus, mox ad magis illis speciales ueniemus. Prima enim omnis febris indicatio, ueluti a morbo, est, ablationem eius præscribens: Secũda uero ceu abs tali est morbo, quæ non absolute sublationem, ut prior: sed certam quandam sublationem indicat. Nam, cum febricitantes ex intemperie laborant, necesse est sanationem quoq; eorum intemperantiæ depulsionem esse. Omnis autem excessus per contrarium excessum sanatur. Etenim id quoq; ante est ostensum. Quare febrilis quoq; intemperantię excessus per contrariũ excessum sanabitur. Est autem fe F
brilis intemperantiæ excessus in caloris abundantia. Huic ergo ad *temperamentũ via erit per id, quod refrigeret. Itaque, si iam *præsens febris est, sed causa, quæ eam excitauit, iam desijt, huc tantũ sanandæ eius consilium dirigetur, ut refrigeretur. Quare quærenda nobis talis materia est, quæ cum redundãte calore paria refrigerãdo faciat. At, si in generatiõe adhuc febris est, cã, quæ eã accendit, submonẽda est. Sin pars eius iam genita est, pars in gignendo adhuc est, utriq; consulendum est: Primum quidẽ submouẽdo, quæ eã accẽdit, causam: deinde extinguẽdo, quæ ab hac accensa est, febrẽ. Ergo, nisi quis ad unguem memoria teneat, & quæ causæ febres generent, & in quo cuiusque corporis affectu, is nunquam methodo febri prospiciet.

*eucrasian.

*γεγονὼς. i. genita.

De ratione curandi febrem diariam ex meatuum constipatione in calidis & siccis naturis, ac aduersus eos, qui hac febre correptos triduo inedia excruciabant. *Cap. 2.*

DIctum nanque est in ijs corporibus meatuum constipationem febrem excitare, in quibus, quod transpirat, halituosum non est (Atmodes Græci dicunt) cuiusmodi uisitur in ijs, qui boni sunt succi, sed mordax & acre, fumo fuliginiue non absimile. His igitur corporibus saluberrima est ex aqua dulci & temperata lauatio, tum frictio, quæ rarefaciat, & exercitationes mediocres, & uictus, qui dulces efficiat succos: Aduersissima vero sunt lauatio frigida, & aluminosa, & lauationis abstinentia, & exerci- G
tatio acuta, & frictio uel plane nulla, uel dura, & uictus mali succi, & uigiliæ, & ira, & tristitia, & cura, ustioque in Sole, & fatigatio. Verum de reliquis post dicam. De stipatione vero meatuum, unde digressus sermo est, liquido scire licet solam eam, si reliqua omnia desint, accendere febrem posse. Si itaq; eiusmodi naturas a conuenientibus sibi lauationibus prohibeas, protinus febricitant. Vidisti autem profecto, quo tempore Romæ nobiscum egisti, aliquos ita laborare. In quibus, qui mirificam diatriton transmittere eos in cibi inedia censent, ipsi difficillimas *febres faciunt; quando protinus in primæ accessionis inclinatione, in balneum eos ducere oportebat, ibique sinere crebro, si uellent, nedum semel, aut bis, lauare. Ego nanque reliquis omnibus omissis, eum tibi in memoriam reuocabo, qui in aquis aluminosis (quæ Albula uocant) lauerat, ac ex eo cute densata, post cœperat febricitare. Quippe satisfaciet is pro claritate sermonis nostri, ueluti exemplum. Sane hominem inuisebant medici quidam non incelebres, alter Erasistratius, alter Methodicus. Visum autem est ambobus hominem a cibo continere. Quod tamen nos, cum post illos digressos superuenimus, non permisimus, sed statim in balneum perductum, & tepenti oleo largissime perfusum tum blandissime perfrictum, quàm plurimum temporis in calidi solij aqua uersari iussimus. Mox egresso, ac frigida ex consuetudine uso, tum sindone cooperto, considere paululum ad uires recreandas præcepimus. Postea denuo in balneum perducto, ac rursus si- H
militer tum uncto, tum perfricto, ac in calida morari iusso, dein rursum educto ac frigida merso detersoque exhibuimus cibum protinus quidem, ut egressus est, atque aquam bibit, ptisanæ cremorem, dein paruo interuallo lactucã, ac post hãc ex simplici albo iure pisciũ aliqd eorũ, qui molli sunt carne: cuiusmodi saxatiles sunt omnes, & aselli, quos uocant. Porrò non alienum sit, quo nihil narrationi desit, omnia recensere. Tempus anni erat, quo hæc agebantur, paululum post caniculares, quos uocant, dies. Homo ipse circiter quinque & triginta annorum, colore nigello, & habitu corporis gracili, atque hirto, tũ qui tangentibus, etiam cum ualeret, manifeste calorem exhiberet mordentem. Vrinas quoque habebat abunde flauas, ac, si plusculum cibo abstineret, etiam mordentes. Aluus assidue sicca erat, tum, quę excernebat, exigua acriaque & sicca. Mores animi ad iram & cogitationem propensi. Ipse pauci omnino somni, & qui perpetuo de uigilijs quereretur. Hic quodam loco, quo negociorum gratia concesserat, Albulis (quæ haud longe aberant) est usus septima (ut aiebat) diei hora, ac ter quaterque se lauit, salubriter sibi consuluisse ratus. Hinc quoque, ubi rursus in agrum se recepisset, ac cibum sumpsisset, & paululum indormisset, uenit ad urbem sero uespere, ubi destitutus idoneo balneo, nocte febricitauit. Cum autem tertia fere diei hora contemplati eum medici essent, iusserunt nõ eum modo diem, uerum etiam posterum totum per inediam transigere, quo tertiæ diei noctem obseruarent. Atque his dictis abierunt,

*καυσώδεσ-τους.

A abierunt. Nos tũ lauato, tũ, ut prædictum est, cibato ministris præcepimus, si medici uesperi uenirent, quiescere hoĩem dicerent: eosq; statim remitterent, ac postridie mane redire iuberẽt. Vt uero abierũt, rursus hominem simili modo lauatum, ac cibatum, ijs ipsis, quæ egimus, dormire probe fecimus. Accedentes autem mane postridie medici, censuerunt etiam eo die cibo illi abstinendum, etiam si quam maxime sine febri prorsus esset. Illo uero promittente se facturum, quod iuberent, scis, quantus illis digressis risus sit excitatus: quem nos paulo post superuenientes deprehendimus. Non fugit uero, nec quomodo cum laborante ipso sit actum. Nam, quoniam (inquam) cum ualeres, bis lauare solebas, ac medici cibum tibi omnino circumcidunt, nec illis iure in totum obsequendum esse, & aliquid eorum, quibus per sanitatem es usus, immutandum arbitror. Eo uero putante me sibi suadere, ut lauaret quidem, sed non bis: tum paratum se affirmante, quicquid iusserim, exequi, ergo (inquam) neq; inediam tolerabis, neque lauabis bis. siquidem & laborasse mihi uideris iam triduo, & calfactus uehementius a Sole fuisse. Propter igitur laborem (inquam) & ustionem, unam te adijcere lauationem ad duas oportet, ac ter mihi audientem lauari, quoniam id mihi facturum te pollicitus es. Ille subridens, dura (inquit) imperas. Ceterum, quoniam stare pactis est iustum, faciam, quæ iubes. Quæ uero medici post hæc egere, nosti plane, quanto erant digna risu. Bis iam lauatus fuerat, pransusq; dormierat, cum circa occa-
B sum Solis ministrorum quispiam adesse medicos nunciat. Hic uero febricitare se simulat: ac ueste circũdatus * inuolutusq;, quo minus bibisse uinum ab ipsis deprehenderetur, amico cuidam mandat, medicis, siquid percontentur, pro se respondeat. Erant autem de more, ubi inuolutum curiose hominem etiam cum capite uiderent, primum illud solenne ipsi rogaturi, quota hora accessio inuasisset. Cum autem amicus respondisset ferme ne unam quidem integram, ex quo cœpisset, intercessisse horam, cũ horrore ne, an frigore cœpisset, rogant. Eo cum horrore respondente, tangunt hominem iam corpore propter risum, & operimentum madentem. Itaque, ubi hominem laudassent, quòd sibi obtemperasset, nec quicquam ante tertiæ diei accessionem deliquisset, ob id ipsum (inquiunt) nunc te deseruit horror, estque sudoris indicium, ac multa humiditas circa cutem: quæ haudquaquam euenissent, nisi inediam tolerasses, & triduum transmisisses. Iussis igitur propinquis, siquæ guttulæ illi manarent, diligenter detergerent, ne frigore afficeretur, tum mane se redituros præfati discedunt, ne tum quidẽ post sudores iusso homine nutriri. Visæ nanque sunt illis noctes eo tempore breues, utiliusq; esse postridie mane nutrire. Digressis igitur ipsis, perfusus sudore iuuenis, ita, ut inuolutus uestibus fuerat, in balneum cucurrit, ac tertio lauit: & similiter est cibatus. Postridie prius, quàm aduentarent medici, egressus domo dedita opera est, ne se deprehenderent. Itaque, cum paulo post uenirent, & egressum
C intelligerent, mirati inter se sunt, quid tandem hominem egredi subegisset iam bidui passum inediam. Ergo, si hoc uno male ab eiusmodi medicis ægri afficerentur, quòd pluribus diebus in cubilibus detinerentur, cum liceret sine intempestiua hac inedia multo citius ad consueta uitæ munia redire, esset profecto uel id pergraue: Verum longe grauius est, quod accidit. Cum enim memoratæ naturæ, ubi sub tali uictu reguntur, grauissimis occupentur febribus, qui hunc iniungunt medici, nihil mihi a carnificibus differre uidentur. Non enim ueluti qui humidi, ac boni succi sunt, ubi in febri diaria transmittere mirificam diatriton coguntur, unum id tantum patiuntur incommodum, quòd frustra cruciantur, sic etiam naturæ iam comprehensæ: immo ex longiore inedia acerrimis * acutissimisq; corripiuntur febribus: a quibus promptus est in hecticas transitus: atq; ab his rursus in torridum marasmum: aut, si os uentriculi facile iniurijs patet, † [in eum, qui Syncopem, id est animi defectum, infert.] Audisti enim subinde non nullis talium medicorum dicentem me, licere ipsis euidenter intelligere, quãtum mali committant, dum eiusmodi naturas in inedia custodiunt, si uelint, dum sani omnino sunt, biduũ eos inediam iubere tolerare. Cernent. n. ilico febricitantes, idq; ob nullum profecto aliud, quàm famem. Siquidem, cui nec suberat prius quicquam in corpore, quo grauaretur, nec quicquam illi interim accessit extrinsecus noui, is plane ex inedia febricitauit. Quando enim (ut dictum est) non unus, alterue sic
D intemperatorum, sed plane omnes, ubi inediam tolerarunt, & balnei solio abstinuerunt, febri corripiũtur, ne uel leuis quidem amplius relinqui nobis suspicio potest, quasi ob aliud quippiam & non inediã febricitarint. Quibus nanq; in corporis temperatura siccum præualet humido, & calidum frigido, his corporis habitus gracilis, hirsutus, & nigrior est, ac reliquis † [tribus intemperamentis, quæ hoc sunt minus calida,] tactu calidior aduertitur: plurima quoq; his flaua est bilis, urinæq;, ac deiectio bili satura, & pulsus magni, & somni leues & pauci, & [* animi impetus] uehemens. Ergo recte horum Hippocrates tum generalem uictus formulam, cuiusmodi esse conueniat, tum, quot ac qualia symptomata in eiusmodi homines incidant, non solum ubi totum diem in cibi inedia transegerint, uerumetiam ubi altero cibo, qui pro prandio datur, abstinuerint, prodidit. Quippe in sexto de populatim grassantibus morbis ita inquit: In calida natura refrigeratio, aquæ potio, quies. In libro autem de acutorum uictu, quem aliqui † [Gnidijs sententijs adscribunt,] cum de ijs disputat, qui solitum prandium dimittunt, etiam huius naturæ hominum meminit, Picrocholus eos græce, quasi amaræ bilis homines, ab redundante. succo nominans. Habent uero eius uerba se ad hunc modum: Sed &, qui bis die comedere consueuerunt, ij, si non prandent, ægrotant: tum imbecilli & infirmi fiunt, ac timidi ad quoduis opus. præterea cordis dolorem sentiunt. Siquidẽ suspensa illis uiscera uidentur, & calidum, pallidumq; mingunt, & deiectio uritur. Sunt prӕterea, quibus os [* uentris] amaricat, oculi cauant, tẽpora * saliunt, & extremæ par-

*Al. ξηροτάτοις. i. siccissimis,
† εἰς τὸν συγκοπτόμενον. i. in syncoposum. syncoposus autẽ marasmus nõ infert syncopã: immo sic, ubi, qui iã syncopa fuerint correpti, uehementiã quidem periculi euitarint, reliquum tamẽ ipsis fuerit aliquid syncopõsæ affectionis.
† Nõ est in antiquis.
* θυμοί.
† πρὸς τὰς κνιδίας γνώμας ἐπιγράφουσι. i. aduersus Cnidias sententias inscribunt.
* uentris, nec in Græco est

Nota, quomõ ignaros carnifices appellat.

tes frigent. Hæc ubi prædixit, mox alia quædam tum de coena, tum de nocte, ad finem sermonis ait hu- E iusmodi notæ homines (quos Picrocholus uocant) tum unicum in die uictum, tum inediam, quàm alios homines, difficilius ferre, unam nimirum in eo libro exponens partem eorum, quæ in sexto Epidemion monuit in uniuersum: nempe quod ad uictum spectat. Nam refrigeratio, quam calidis natu ris suasit, efficitur cum ex alijs quibusdam, tum non minime ex cibi exhibitione. Qui nanq; originalem temperaturam parum moderatam habent, horum insitum calorem, si squalens acerq; est, cibi mitiorem minusq; mordentem reddunt. Sane illud non latet, & boni succi, & exquisita debere esse, quæ his exhibeantur, nutrimenta: non tamen ea, quæ boni succi propterea, quòd exiguum huiusmodi substantiæ in se habent, nominentur, ac nutrire nequeant, immo quòd utile plurimum in se cõtineant. Sunt nanq; & maluæ, & brassicæ, & betæ, & lactucæ, & deniq; omnia olera, & * fructus, nutrimenta, cum substantia in his habilis ad alendum contineatur. Verum, sicut in his exiguum est, quod nutrit, non exiguum, quod est inutile, ita in pane puro, & ouis, & carne, & alica, plurimum est, quod nutrit, minimum, quod est inutile. Quòd si id inutile, quod admistum utili est, præterquam quòd non nutrit, etiam acrem, aut * acutam, aut acerbam, aut amatam, aut denique uitiosam quampiam qualitatem habet, non modo non proprie nutrimenta sunt, sed etiam medicamentosæ facultatis nõ parum in se habent. Expedit igitur tales homines illis nutrire cibis, quicunq; nec medicamentosam ullã sensu F perceptibilem uim habeant, sed nec ipsum, quod nutrit, plurimum: quando hoc quoq;, si exuperat uitio non caret. Principio nanque nec, quæ in uentriculo eorum agitur, concoctio est exacta, nec, si uẽtriculus ea superet, quæ in uenis obitur, est absoluta. Quòd si hîc quoq; haud magnus sit error, saltem tertiam (quæ singulis partium propria est) difficile fuerit in omnibus illis rite perfici. Conueniet profecto huic, & ut frigidum humidumq; quodam modo ei nutrimentum exhibeas, ubi corpus tum calidius, tum siccius solito est redditum. Quare commodissimus huic est ptisanæ cremor ad unguem coctus, in quo nullum sit superfluum condimentum: utpote qui & refrigerare, & humectare, ac sine siti seruare hominem potest: cum eo, quòd nec halituosum, nec humidum, nec siccum detinet excremẽtum. Voco halituosa, quæcunq; per cutim foris effluere sunt apta: Humida, quæ per uesicam: Sicca quæ per aluum. Quippe a uincenti in singulis eorum substantia, nomina ipsis imposui. Quòd autem nullum horum retinebit ptisanæ cremor, manifestum est. Quæ enim per aluum excrementorum deiectiones sunt, eas adstringentia retinere solent: Quæ per urinas, & uniuersam exeunt cutim, hæc detinent ea, quæ exiguis meatibus inhærent: Emplattomena uocant: præterea, quæ ualenter adstringunt, ea Stryphna Græci uocant. Ptisana uero nec exiguos cutis meatus obturandi, nec adstringendi uim habet ullam. Ac, quòd non adstringat quidem, uel gustus ipse docet, cuius unius est proprium, qđ G adstringendi uim habeat, discernere. Quòd uero nec cutis meatibus [lentitia crassitudineve sua] inhęreat, id ratiocinari ex alijs eius effectibus est promptum. Nam, siue sordidum corpus extrinsecus ptisana defrices, utique, sicut aphronitrum, & mel, deterget: Siue ex uentriculo per uomitum educere mediocrem pituitam uelis, nihilo minus mulsa utilem ptisanæ cremorem experieris. Additũ tamen in dictionem est mediocrem quoniam, si multa & uehementer glutinosa, & crassa pituita sit, hanc radicula ex oxymelite, non mulsa, aut ptisana detergere est habilis. Est sane & mulsa ad omnes ante dictas expulsiones idonea, uerum nec sitim restinguit, ut ptisana, & in amara bili abundantibus naturis facile uertitur in bilem. Optimum igitur (ut prædiximus) in eiusmodi temperamentis nutrimentum est ptisana: Proximum ab hoc alica, cui paululum aceti † sit adiectum: Tertium, quæ sine aceto liquida est, non crassa: qualem non nulli præparant assimilem pulti. Iniecisse uero huic, dum coquitur, aliquid porri satius est. Nam, ꝙ tum anethi, tum salis aliquid necessario habebit, neminem latet. Quinetiam in furno coctus panis utilis est cibus: sicut ẽt e piscibus saxatiles oẽs: Nec ipsis minus aselli, nisi si prope lacum, aut magnum flumen, quod in mare decidat, depasti, humidam magis glutinosamq; habeant carnem: Proxime asellos sunt solea & torpedo, itemq; lupus, & mulus, post mugil e pelago. Omnis autem piscis deterior est, qui prope lacum, qui mari coniungitur, aut magni fluminis ostium pascit. Ex H uolatilibus aũt optimi sunt perdices, ac mõtani oẽs * passeres: Ab his gallinacei, & phasiani, & [* iuuenes] colũbæ. Sed nec hæ tñ intus claudẽdæ, cũ excremẽtosa sint oĩa, quæ exercitatione carent. Excremẽtosa uero non minus sunt, tum lacustria, tum palustria oĩa. Quo fit, ut ẽt ex ipsis suillis carnibus optima sit montana: Ab his deinceps hœdi sunt. In oĩbus iam dictis fugienda, tum uetula, tum recens edita, sint: Illa nanq; duriora, concoctuq; difficiliora sunt: hęc immodice humida, & excrementosa: ac potissimum quæcũq; ex animalium generibus sunt, quæ naturaliter humida sunt, ut oues suesq;. Verum de oĩum ciborum facultate alibi præcepimus. Nunc ueluti alia in hoc opere, sic ista quoq; exempli causa sint dicta. Siquidẽ propositũ nobis in hoc est non, tanquã in ijs, quæ de alimẽtis, & medicamẽtis scripsimus, materias inuestigare, sed solas facultates generales. Nihil aũt profecto referat, generalesne facultates, an uniuersales, ipsas appelles. Reuertamur ergo rursus ad propositum. Quibus acre aliquid quotidie trãspirat, ij, si cutis ipsis stipetur, prompte febri corripiuntur. Stipãt uero hãc tum, quæ adstrigunt, oĩa, ueluti paulo supra memorauimus de Albulis aquis: tum quæ [lentitia crassitudineve sua] exiguis meatibus inhærent. Aliqñ aũt ipsius cutis immoderatior siccitas exiguos ipsius meatus densat. Proinde, qui œnanthe in balneo utebatur, hũc nos uidisti, quo tempore inæqualitatem sentire se quereretur, uti uetuisse. Simili modo, & qui largo uino cum oleo exiguo utebatur: item, qui lentiscino tum, cum

densitu-

exemplari, nec forte addendum.
* πάλλοντες .i. palpitant.
* ὀπῶραι.
* ὀξεῖαν .i. acidam.
A.l.1.f.3.d.2. c.7.p.115.B
† Ita habent antiqui codices, ut Linacer uertit. Impressi tamen addunt χάριν ἀναδόσεως .i. distributionis gratia. Vidi porrò hæc uerba in margine codicis antiquissimi reposita, ut glossema ac declaratio, cur acetum adijciatur.
* σπίζαι .i. auiculæ.
* In antiquis non inuenitur.

A densitudinem sentiebat, hunc quoq; de cetero (ut scis) uti prohibuimus. Inhibuimus non minus & eum, qui quotidie insolabatur, & eum, qui puluere utebatur. Alteri uero, qui iam ad inæqualitatem febrilem peruenerat, uehementiã remittere frictionis iussimus. Iam alium (ut scis) curauimus mirantem, quo pacto una lauatione, ac debita frictione horridam eius multorum dierum inæqualitatẽ dissoluerimus. Vtebatur autem & ille adstringente oleo, hoc, inquam, iure propter alios usus celebri: Hispanum uocant. Hoc igitur mutantes, ac Sabino tum pinguiter, tum molliter uberius perfricantes, ac bis lauantes, ilico sanum reddidimus. Non solum igitur hæc omnia uitanda ijs sunt, qui fumidum & fuliginosum e corpore exhalant, sed etiam quæ glutinosum, & quæ crassum gignunt succum: quando hæc paruis meatibus inhærentia transpirationem morantur. Retinẽt non minus (ut dictum est) transpirationem, & quæ cutim immodice siccant. Multos siquidem talium, cum Sole uterentur: alios uero, cum ubetiore nitro: alios, cum sale, aut exercitatione multa, aut frictione dura, præterea frictione sicca, (Xerotribian uocant) [& calidis fomentis] & puluere, & horum occasione quotannis ægrotarent, ipse testis es, ut ab his prohibitos, multis iam annis sanos seruauerimus. Sunt autem merito eiusmodi præcepta tum ualentium, tum eorum, qui de ualetudine queruntur, communia. Non enim ei, quæ iam facta est, febri consulunt: sed ei, quæ nunc in generatione est, prospiciunt, tollendis
B s. ijs, quæ illas excitant, causis. Quippe, quæ adhuc in generatione febris est, dum aufertur causa, ipsa una interit. Quare, quę in libris de sanitate tuenda de eiusmodi temperamentis sunt prodita, ea omnia ad eos, qui febricitare incipiunt, siue id sanationem appellasse oportet, siue prouidentiam, sunt transferenda. Siquidem sanamus id febris, quod iam inuasit, etiam si exiguum est: Prospicimus, nequid amplius proueniat, adimentes causam.

De curanda febre Diaria ex ustione, ira, refrigeratione, uigilijs, tristitia, curis, ac lassitudine. *Cap. 3.*

A.l.4.f.1.T.1 c.9.p.756.F VEluti uero iam dictarum maxime naturarum, & cum ualent, & cum de se queruntur, illud commune consilium est, ut fluxile & transpirabile undiq; corpus reddatur, ita illud quoq;, ut tum uigilias, tum iram, tum tristitiam, tum curam, tum ustionem, tum frigus, tum lassitudinem fugiant: cum promptissime post hæc, eiusmodi temperamenta febri capiantur. Sanare uero ea, quoties ex aliqua dictarum occasionum febricitarint, oportet, partim similiter ijs, quos ex stipata cute laborare diximus, partim dissimiliter. Quippe in prima accessione inclinante ducendi in balneum omnes sunt: tum pinguiter simul ac molliter fricandi, ij quidem, qui ex aliquo, quod cutim adstrinxit, laborant, sicut dictum est: qui uero ex siccitate, fricandi quidem & ipsi, sed parcius: lauandi autem uberius. Respiciẽ-
* Alias *Pe-θήσεως* .i. affectionis. C dum uero semper ad * uirtutis modum est in omnibus eiusmodi auxilijs. Atq; iræ quidem, & tristitiæ, & uigiliæ, ac curæ nec frictionibus, nec lauationibus multis indigent. Sed omnibus, qui ex eiusmodi occasione febricitarint, oleum infundendum tepidum large est, cui minime adstringens uis insit:
A.l.4.f.1.T.1 c.37.C.p.771 tum paululum fricandi, atq; ex consuetudine lauandi. Vstio uero protinus ab initio refrigerationem desiderat, tum crebriorem lauationem: minime uero aut oleum largum, aut crebram frictionẽ. Sint autem, quæ refrigerent, & rosaceum, & omphacinum, quod etiam, arbitror, omotribes, id est crudum oleum nominant. Vtiliora uero ex his sunt, quæ nihil in se salis omnino habent. Efficies hæc magis frigida, si ita uas, in quo continentur, in puteo suspẽdas, ut aquã tangat. Præterea, si defluxus frigidæ aquæ uasi se illidat, magis humorẽ refrigerat. Quòd si largius refrigeratã cupis, uas niue circundabis. Infundere aũt sincipiti, sublata in altũ manu, per mediocrẽ lanæ modũ oportet. Hæc usq; ad inclinatio-
A. ibidem. nem faciens, in balneũ duces. Si uero, qui memorato est tẽperamẽto, de quo omnis hic sermo est, ex frigore febricitet, etiam ducendus ad balneum in remissione is est. Si aũt cum grauedine & destillatione febricitet, prius, quàm hæc concocta sint, lauandus non est. At, qui ex ustione febricitant, ij, uel cũ hæc adsint, lauari debebunt: ueluti in libris de sanitate tuenda ostendimus. Post lauacrum uero ijsdẽ, quibus ante, madefacienda amborum capita sunt: eorum quidem, qui ex ustione febricitatunt, refri-
D gerantibus: qui ex frigore, calfacientibus. Sunto aũt & hæc post balneum medioeria: cuiusmodi irinum est, & nardinũ unguentũ. Verum de his immorandũ pluribus non est, præsertim in libris de sanitate tuenda iam proditis. Sed suffecerit dixisse reliqua simili modo in febricitãtibus esse facienda, quemadmodum in ustis & refrigeratis citra febrem, facienda præcepimus: Non tamen quouis tempore lauandos febricitãtes esse, sed in accessionis remissione: Præterea, qui ex ustione febricitant, ijs intendẽdam, quæ ex refrigerantibus cõstat, curationẽ esse: ijs uero, qui ex frigore, eam, quæ ex calfacientibus cõsistit, remittendam. Reliquũ aũt fuerit, ut communitatẽ ac differentiã in uictu omnium comprehensarum conditionũ in proposito temperamẽto, ubi febri diaria laborat, exponamus. Omniũ igitur communis uictus species esto, quæ & boni sit succi, & concoctu facilis, & quæ nusquã exiguis cutis meatibus inhæreat: Sed ijs, qui exusti sunt, cum eo, quod refrigeret & humectet: Pari modo ijs, quos ira male habuit: Iis uero, qui refrigerati fuerunt, cum eo, quod calfaciat modice: Ijs, qui peruigilio, & tristitia & nimia cura sunt affecti, quod humectet ac somnum conciliet: Ad eundẽ modũ ijs, qui fatigati sunt,
A.l.4.f.1.T.1 c.39.p.773.D magis nutriens: Ijs, qui refrigerati sunt, minus nutriens: Reliquis, quod mediũ sit amborũ. Vinũ uero ipse conscius es omnibus me eiusmodi [naturis] cõcedere, sed quod tum aspectu, tum uiribus sit aquosum. Id enim ad omnia utilius, quàm aqua, est, utpote quod & concoctionẽ iuuet, & urinas ac sudores prouocet. Constat autem & Hippocratem non in diarijs modo febribus, uerumetiã in acutis, ex

ijs, quæ de acutarum uictu prodit, uinum dare. At in sexto Epidemion, siue ipse sit, siue Thessalus eius E
filius, uinum calidis temperamentis prohibet: idq; non modo cum febricitant, sed etiam per sanitatē.
Quippe in calida natura suadet tum refrigerationem, tum aquæ potionem, tum quietem. Nisi forte
copiosius utendum esse aqua, quàm uino, eiusmodi naturis suadere eum dixeris, quemadmodum non
nullis placet. Hoc igitur seorsum per se disquiratur. De potione uero frigidæ decidendum. Ego igi-
tur censeo eius generis naturas, & dum ualent, eiusmodi potione magnopere iuuari: nec in diaria
febri ijs, quibus in usu fuit, eam circuncido. Siquis uero non assueuit, huic per febrem dare non ince-
perim, nisi pristina plane sanitate prius reddita. Quòd si uel propter timiditatem, uel propter consue-
tudinem a pueris, uel falsam opinionem, frigidam timeat, tum opere homini persuadeam, obseruans
in æstate cum æstuat, tum oratione post opus. Nam, ubi post usum eiusmodi potionis liberatus statim
ab urendo * æstuandoque est, uisusq; firmiorem ex eo stomachum, quàm ante, habere: tum uentri-
culus illi biliosum deiecit, & probe concoxit: ac corpus, cum ea iterum, iterumq; usus fuerit, refici-
tur, tum uero alijs quoq; ei indicatis, quibus simili ratione contuli, exposuerim primum quidem illud
esse omnium longe uerissimum, quòd contraria contrariorum sunt remedia (proditum autem mihi de
hoc prius est:) mox illud, quòd temperamentum eius sanitatis symmetrian egressum morbo est pro-
pinquum. Tum quòd sanitas eiusmodi corporum dubia est, ac potius in affectu, quam schesin uocāt, F
quàm in habitu, quam hexin. Præterea quod si boni temperamenti esset, hoc illi omni studio tuerer:
cum uero uitiosi sit temperamenti & naturæ, in melius immuto. Porrò dictum & de his fusius est in li-
bris de sanitate tuenda. Vnde nec immorandum mihi hic multis est eos imitanti scriptores, qui, cum
pauca prorsus sciant, ipsa in omnibus libris inculcant. Id enim non multa est docere, sed multa scribe
re, & multas chartas consumere, cum liceat paucas: ac multum temporis nulla necessitate conterere.
Itaq; nec notas diariarum febrium hoc loco describo, utpote iam prædictas mihi in secundo de crisi
propemodum uniuersas, siquæ uero reliquæ fuerunt, etiam in primo de febrium differentijs proditas.
Quinetiam in libris de pulsibus, quantum ex ipsis sit utile, exposuimus, soli (ut scis) omnium, qui
ante nos fuerunt. [Idque] adeo (arbitror) clare, ut nec puerum, quod tradidimus, lateat: cum Ar-
chigenes (ut ostendimus) non docuerit, sed deblaterarit plurima tum in opere de pulsibus, tum in eo,
quod de febrium significatione inscribit. Tanquā autem eum, qui in aluminosa aqua se lauit, medici
usq; in tertium diem cibo abstinere iusserunt, ad eundem scis modum neminem eorum, qui uel exusti
fuerunt, † uel alia quapiam ex iam dictis causis febri tentati, lauisse, aut nutriuisse prius, quàm dia-
triton transmisissent. necesse enim profecto est & me diatriton dicere, ne in hoc quoq; nugis eorum
me exponam, dicentium aliam esse tertij diei accessionem, aliam ipsam primam diatriton: quippe ha- G
ctenus eorum nugas processisse ipse aliquando audisti. Sed, siue primam diatriton, siue aliud quiduis
appellasse uelint, non semel nos bisve aut ter, uerum sæpius, quàm ut meminisse possimus, tum in pri
mo statim die ad uesperam eos, qui diaria febri laborarunt, lauimus, tum uel magis in secundo, im-
mo etiam in ipso tertio: ceu paulo ante diximus de eo, cui stipata cutis fuerat. Verum hanc causam
raro uidi febrem accendere: (itaque etiam hanc maxime tractandam desumpsi) ustionem uero &
lassitudinem, & ceterorum singula plane sæpe. Vidisti autem eos omnes quarto die mane ad solita re-
dire munia, ac medicis, qui ipsos tertium diem prorsus in cibi inedia exegisse fuerant opinati, occur-
rere. Itaq; etiam miranti tibi ac quærenti, quid demum causæ esset, cur uel nunc saltem eiusmodi me-
dici ab ijs, quę perperam opinantur, non recedant, conuenienter (ut arbitror) respondi, quòd neq;
ueram speculationē noscerent, & nunc eam incipere discere erubescerent. Aliqui tamen (ueluti confi-
tentem aliquando ex ijs quendā, idq; cum lachrymis, ueritatē nobis solis audiuisti) nec uitæ sibi neces-
saria aiunt affutura, si, qui eos scire aliquid existimant, discentes iam uideant. Verum tu hoc semel audi-
sti: Deos autem oēs testor, multos id mihi sæpe soli confessos, idq; lachrymantes, ac infelicitatē suam
deplorantes, quòd sub malis præceptoribus tempus perdidissent. Iuroq; tibi rursus deos, illud quoq;
mihi persæpe a condiscipulis dictum esse, cum essem adhuc ætate adolescens. Nam, cum mihi mos H
esset, ubi aliquis me de secta aliqua, num sana esset, percontaretur, dicere, me respondere non posse,
nisi reliquorum omnium dogmata didicissem, ac † methodum quampiam mihi comparassem, qua,
quod potius esset, discernerem, non pauci ex condiscipulis, qui hæc audierant, mihi responderunt me
& excellenti natura, & singulari propter patris mei liberalitatē esse eruditione, tum & ætatem ad discē-
dum idoneam, & impensas, unde disciplinis uacem, suppeditatas habere: secum non ita agi, qui & ru-
des in primis disciplinis essent, nec acuto, ut ego, ingenio, nec, quod impēderent, habere: itaq; con-
tentos esse oportere ijs, quæ nunc nossent, qualiacunq; ea forent. Minime igitur mireris, cur plerosque
medicorum non pudeat diatriton in ore habere, etiam si sexcenties nos præsagire in ægris uiderunt,
diariáne febri laborarent, an ea, quæ tertio quartove die accessionem aliquam esset habitura. Illud po-
tius æstima quod Hippocrates monuit, homo alias ingenio maxime philosophico: Cum † [in acumine]
morbus est, statim tum ultimos labores infert, tum * tenui ad ultimum uictu necesse est uti. Vbi uero
non, sed licet liberalius cibare, tantum est de ultimo remittendum, quantum morbus ultimis est mi-
tior. Labores nanque dicit omnia, quæ hominem offendunt: ultimos uero, maximos: quales utique
in summo uigore fiunt. Iubet autem reseruari in id temporis summam uictus tenuitatem, nihil pro- »
fecto docens diuersum ab eo, quod alibi dixit: Cum in summo uigore morbus est, tum uictu uti te- »
nuissimo

† Addunt anti qui codic. [Greek illegible] & qui fatigati fuerunt.

† Addunt antiqui cod. [Greek illegible] i. facultatem.

† peracutus.

* Alias tenuissimo.

A nuissimo est necesse. Atqui fieri non potest, ut summam uictus tenuitatem ad summi uigoris tempus differas, nisi inter initia conieceris, circiter quotum diem in uigore morbus sit futurus. Sed & insanire Hippocratem dicunt, qui hæc scripserit: &, tametsi nos opere ea ostendimus, omnia potius putant, quàm posse quempiam in prima aliquando accessione certam notitiam affectus ipsius ægrotantis habere. Ego uero nec in omnibus ægrotantibus fateor exacte me scire in primo die affectum, nec ullam diariam me febrem posse fugere, at uero, ut nihil in uictus ratione primis saltem diebus pecces, hoc satis est, si discernere diariam a reliquis queas. Ac propterea quarto die, in quo illi hominem, quem iam siccarunt, primum nutrire incipiunt, nos ad consueta dimittimus, ac a diarijs in acutas febres transitum fieri hac uictus ratione prohibemus: cum, siquis aliter cibet, excipient necessario iam dictas naturas ardentissimæ febres. Sunt enim aliæ naturæ, quibus aut nihil, aut non magnopere incommodet tot dierum inedia: sicut e diuerso aliæ, quibus non modo innoxia, sed etiam utilis est trium dierum inedia. Verum de ceteris naturis post decernam. Propositum uero nunc nobis ab initio temperamentum inediæ in summum ducunt discrimen, in quacunq; iniungantur febri, non solum ijs, quas modo commemoraui, diarijs.

Quo pacto diaria febris ex obstructione curanda sit, ut præcaueamus, ne in putridam pertranseat. Cap. 4.

B

A.l.4.f.1.T.1 c.33.p.709.E F

ET enim, si propter obstructionem aliquando (ut dictum est) morata transpiratio est, si parua ea sit, qui recte deterserit, secundam fore accessionem uetabit: sin momentanea, non possis ita promittere. Quòd si & multi, & crassi, & glutinosi impacti succi sint, quæ hos excipit febris, fieri non potest, ut intra fines diariarum consistat. quando ex necessitate huic in mali succi naturis ea, quæ ex putredine humorum accenditur, succedet. Nam in alijs saltem temperamentis, quæ in sequentibus exponã, excitari ex tali causa potest citra humorum putredinem aliqua continentis febris species. Porrò capere eiusmodi sermones omnino non potest, qui prius in memoratis operibus non sit exercitatus: ac potissimum in eo, quod de febrium differentia inscribitur. Nam, ubi obstructio quæpiam mediocris est, ob quam febricitant, quibus uitiosus est succus, in primo die, atque etiam secundi aliqua parte nullũ est in pulsu putredinis signum, æque ut nec cruditatis in urinis. Protracta tamen inclinatione, nec amplius pro ratione, sicut post summum uigorem inceperat, cedente, suspectus affectus est: ueluti e diuerso, in quibus ad solutionem festinat, uel halitus aliqui † uel sudores exierunt, uel multa bona urina, cum signis in pulsu bonis, in ijs proculdubio diaria febris est. Sed, quæ ex parua oritur obstructione, ea (ut dictum est) saltem inter initia similis diarijs est. Protracta tamen inclinatione, suspecta red-

† Antiqui codices addunt ἱδρῶτες. i. uel madores.

C ditur, quamuis putredinis indicia in pulsu adhuc non appareant. Quippe, nisi uitiosus succus penitus transpiret, necesse est, putrefiat. Ergo, ut transpiret, maiore iam auxilio est opus. Ac, si quidem uel puer uel senex sit, sanguinem detrahere non licet. Inter has ætates, ubi robur ægro non deest, secanda uena est, etiam si plenitudinis signa non adsunt. Præstat enim uitiosi succi maiore parte emissa ad detergendas obstructiones accedere: cum alioqui metus sit, si obstructionibus liberandis prius, quàm uacuaueris, studeas, ne ipsas magis impingas. At soluunt quidem obstructiones, quæ detersoriã facultatem obtinent, seu foris cuti sint admota, seu intro in corpus accepta. Periculum uero est etiam, ne, quæ foras trahunt, unà cum ijs, quæ * obstruunt, etiam aliud quippiam attrahant: &, quæ ab interno sursum feruntur, aliquid secum in ijs, quæ in uasis continentur, rapiant. Quod ipsum, si tenax sit * & crassum, obstructionem plane geminabit: sin aliter, multitudine certe sua non parum omnino nocebit. Cernimus .n. aliqñ, etiam quod multum est, cũ simul totum confluit, obstruẽdo hærere, insigique nó minus, quàm ea, quæ glutinosa sunt & crassa: quòd si per meatus angustos est transitus, multo profecto magis retineri. Quo igitur & his iter liberum, & ijs, quæ foris admouentur, attractio tuta sit, utilissimum est corpus inanisse. Quinetiam fumosa fuliginosaq; succorum excrementa, quæ transpirant, succis ipsis imminutis pauciora restabunt. Quare inde quoq; minor reddetur febrilis calor, sic, ut fo-

* In A. C. Græce legitur ἐκφράττουσι. i. soluũt obstructionẽ.
* alias ἢ. i. uel.

D ras transpirare, si exiguæ obstructiones sint, queat. Ergo, cum suspicio erit cutim esse ex obstructione occlusam, (id quod tum ex eo conijcies, quòd non fuerit in primæ accessionis remissione uacuatio satis magna, tum q̃ similis sibi perdurauerit remissio) si homo ex nulla manifesta febricitauit causa, etiã certius argumentum obstructionis habes: sin ex euidenti aliqua causa, fieri potest, ut duæ simul coierint causæ. nam, si altera tantũ causarũ, nempe quã externa impressit, subesset, imminuta remissio fuisset cũ sensibili alicuius expulsione. Haudquaquam igitur differendũ est † [sanguinis aliquid] ita laborantiũ mittere .s. tũ ad uirtutis, tũ ad obstructionis modi portioné. Discernetur autẽ obstructionis magnitudo ex ipsa magnitudine febris: ut quæ ex maiore obstructióe maior, ex minore minor inciderit. Vbi uero modice uacuaueris, haud multo post aut nutrimentũ aliquod, aut pharmacũ ex ijs, quæ detergeant, exhibebis. Sunt porrò nó multa, quæ in febribus id præstent. Sed, sicut dictũ prius est, in alimentorum ratione sunt ptissana, & mulsa: in pharmacorum, oxymeli, & quæcunq; incoquere in mulsa licet, ceu calaminthã, & hyssopũ, & origanũ, & serpillũ, & irim, & apiũ. Verũ hæc oía iusto sunt calidiora, ideoque febres accendunt, ita utiq;, ut uinũ. Oxymeli uero solũ nec febres accẽdit, & strenue deterget sic, ut ea, quæ glutinosa crassaq; sunt, dissoluat, & meatus obstructos liberet. Porrò inter mulsam & oxymeli medium locũ habet, qđ Apomeli græce dicitur: cuius plurimus in Pelopóneso est usus. Nó immerito, arbitror, & saccharũ inter hæc numerãdũ. Ex hoc uictũ seruabis, q̃tum de febrili calore minuitur. Etenim, si

† Sanguinem.

tertio die mancuideris minimum esse, quod de febri relinquitur: ac neq; putredinis humorum in pulsu nota subsit, neq; in urina cruditatis: suspecta uero hora, qua primo die febris occupauit, extra meridiem sit, audacter hominem, quàm ocyssime lauabis, longe ante sextam horam. Abunde tamen sit, si intra tertiam horam lauationem compleueris. Ad eundem modum, & si decimam horam suspectam habueris, usq; ad septimam laues, licet: cum tres æquinoctiales horas quatuorve inter balneum accessionisq; tempus interponi, abunde sit satis. Debet autem in balneo corpus prius unctum ac moderatissime frictum, mox detergeri extrinsecus, abluiq;. Sane detergentium materiam expositam habes in commentarijs ijs, qui de medicamentis sunt conscripti. Deligenda uero semper sunt, quæ ad rem propositam sint accommoda. Quippe distincta in his sunt, tum quæ magis, tum quæ minus detergent. Sed & nunc exempli causa pauca dicemus. Moderatissime detergent tum erui farina, tum hordei, tum fabarum: præterea mulsa, quæ sit aquosa: magis uero, quàm hæc, iris, & panacis radix, & aristolochia, & mulsa, quæ mediocri est mistura: ueluti etiam hac magis, quæ meracissima est. Fit hæc, ubi mista melli exigua est aqua sic, ut liquatum mel exiguos cutis meatus facile ingredi possit. Possunt autem uel hæc magis detergere tum spuma nitri, tum nitrum ipsum, tum aphronitrum. Sit autē nitrum, oportet, quod ex tenuibus partibus constet, cuiusmodi Berenicium est: Si uero lapidosum sit, uri id læuigariq; diligenter debebit: Mel autem purissimum, acerrimumq;, cuiusmodi est Hymmetium. Est autem & sapo F ex ijs, quæ maxime detergere ualeant. Atq; hæc satis multa detergentiū materiæ exempla sunt. Tempestiuum enim est iam ad ea, quæ post balneum adhibentur, accedamus. Sunt autem ea minime multa. Nam præter aquam, quæ parum apij incoctum in se habuerit, nihil his est offerendum licet, quod inter balneum & suspectas horas spatium erit, trium fore horarum conijciamus. Si uero circa uesperam, aut duabus horis citius, quàm primo die, accessio inuadet, tum lauisse mane liceat, tum cibasse, sed tantum ptissanæ cremore. Deinde, si suspectæ horæ nihil prorsus afferant, & lauare rursus, si uelit, licet, & cibare, ad eas, quas diximus, considerationes intento. Sin aliquid eueniat, & conferendum id est cū accessione, quæ primo die inciderat: & tum urinæ considerandæ, tum pulsus sunt. Quæ omnia profecto mediocria apparebunt, ubi exigua relinquitur obstructio. Quare ipsum & lauabis quarto die, & cibabis, ad iam dictas considerationes spectans: sperabisq; nihil quinto die superuenturum. At, si magna obstructio facta sit, ea febris ex diariarum genere non erit. Quare in proximum differatur librum, cum in hoc de diarijs tantum agere statuerimus.

De Diarijs febribus, quæ superueniunt cruditatibus ciborum. *Cap. 5.*

QVoniam igitur diariæ febres in propositis corporum temperamentis sæpenumero etiam ciborū cruditatibus succedunt, proximum fuerit de ipsis disserere. Ergo pessima quidem in eiusmodi G temperamentis cruditas est, citissimeq; febrem accendit, in qua cibi in nidorulentam & fumosam qualitatem corrumpuntur. quando ea, quę in acidam uertit, ut raro talibus naturis contingit, ita minus nocet. Dicemus autem de utraque seorsum, incipientes ab ea, quæ sæpius his incidit, & magis lædit. Ea est (ut diximus) nidorosa quædam ac fumosa. Quæ utiq;, si aluus lubrica est, minus est noxia: sin astringitur, grauis est. Siquidem ex adstrictione eius * uitiosæ naturæ in febres prompte incidunt, ac potissimum cum neglecto consilio in lectulo domi manendi, ad solita conuertuntur opera. Febricitant autem non nulli & ex ijs, quos diarrhoea ex cruditate male habet. Quibus utique non minime proritatur febris, & ex desurgendi frequentia. Quòd si etiam rosio, aut dolor, aut calor immodicus in uentriculo & intestinis sit, hinc utique uel longe magis affectio febrilis increscit. Est autem eorum, quibus clausa aluus est, & quibus fluens, non eadem sanatio. Itaq; etiam seorsum de utrisque agetur. Apparebit enim sic tractantibus non solum quatenus differunt, sed etiam quantum ambobus sit commune. Si igitur ea tantum, quæ corrupta fuere, uacuata esse uidentur, tum lauandum, tum nutriendum in remissione febris est, sed ijs, quæ circa uentriculum sunt, prius consulto. Sin ita multa inanitio aut prius facta sit, aut nunc etiam in homine duret, ut uirtus iam defessa sit, satius est omissa lauatione cibare, sed consulto prius ijs, quæ circa uentrem sunt. Consuletur ita laborantibus, si mo- H do uacuatio amplius non duret, * fomento ex oleo & absinthio. Expedit autem tingi absinthium, quo minus nidore offendat, feruenti aqua. Quòd siquis morsus, aut doloris sensus in uentriculo adhuc supersit, incingi illi peniculus post fomentum debebit, qui uel siccus & calidus sit, uel ex oleo, in quo absinthium incoctum fuit, madens, ac plurimum expressus. Satius autem fuerit, si nardini unguenti, quod curiose sit factum, facultas sit, ex eo peniculum eodem modo imbutum uentri incingere. Iam multo etiam satius sit, si purpura marina is sit: atq; etiam longe optimum, si optima sit Tyria. Quippe tenuiorem adstringendi uim habet tum ea purpura, tum optima nardus, ita, ut uis earum fiocando, calfaciendo, ac robur inferendo, in corpora, quę circa uentriculum habentur, alte penetrare possit. Quòd si os uentriculi (quod stomachum appellare solemus, abutentes nimirum appellatione) imbecillius sit, etiam tanta portione chiæ mastiches in nardino tunsa, unde sordium crassitudo existat, madefactam ex eo purpuram imponemus. Esto autem abunde calens talium quodq;, cum primum imponitur. Quippe, quæ tepida sunt, oīa uentriculi firmitudinem dissoluunt. Non autem te fugit solere me unguenta calefacere in uase duplici, utiq; coniecta prius in uas maius, aqua feruente: quando aliter calefactis uitiatur eorū facultas. Ceterū fluente adhuc aluo, utilius est optimo recenteq; melino simili modo, quo nardino, uti. Vtile aūt ad omnia talia est & mastichinū. Nō in postremis accommoda-

Marginal notes: A.l.4.f.1.T.2 c.54.p.770.B — * κακόχυμοι. — * ἐμβροχῇ. — A.l.3.f.16.T.2.c.2.p.622.D

ta sunt

A ta sunt eiusmodi uentriculi affectibus & unguenta ea, quæ ad gratiã delicatarum mulierum fiunt: hæc, inquam, pretiosa, quæ Romanorum luxus uidetur inuenisse, appellationesq; Romanas dedisse, nominantur enim tum spicata, tum foliata. Si uero, qui affligitur, cinctum non patitur, siue ob consuetudinem, siue delicias cingi recuset, licet, cerato idem efficias. Est autem in eiusmodi usum optimum, quod ex cera fit Tyrrhenica in unguento nardino liquata, † [cui post, quàm refrigeratum est,] aloes ac mastiches mollissimus puluis est admistus. Debet autem singulorum hic esse modus: ceræ ac nardi partes pares: aloes pars octaua: sic etiam & mastiches: uel (si placet) huius paulo aliquid plus. Quòd si cerato aliquid e sumptuosis his unguentis admisceas, præstantius medicamentum habebis. Si autem uentriculus intus uritur ita, ut affectus quidam phlegmonæ similis in eo consistere uideatur, utilius est ceratum, quod ex melino conficitur. Sunt porrò alia medicamenta non pauca. Alia quidem ex œnanthe, alia ex hypocistide, & balaustijs, & palmularum carne confecta, quæ uentriculo tum refrigerando, tum uero firmãdo sint idonea. Horum ergo, quod ad rem præsenté sit commodissimum, id deliges, ijs, quas memorauimus, considerationibus intentus. Cibandi uero his sunt: fluente quidem etiamnum uentre, polenta, & pane, quem græce Oxylipe uocant: qui utiq; minimum aceti habeat, non sicuti in dysenteria & diutina diarrhœa præparare solemus. Inspergere autem polentam debebis alias aqua calida uberB tim: alias, ubi .s. uenter adhuc plus iusto excernit, uel mali punici, uel pirorum, uel malorum succo, potissimum cotoneorum. Quòd si iucundius laboranti erit, etiam decocto ex piris, aut malis, aut myrtis præparato polentam insperges. Sin uenter non amplius excernit, suffecerit tum alica similiter ptissanæ præparata, hoc est aceti habens pauxillum: tum ex ea sine aceto sorbitio: tum gallinaceorum testiculi: & saxatiles ex albo iure pisces: præterea fructuum aliquis ex ijs, qui adstringant, uel solus, uel cũ pane. Hos uero uel magis etiam uentre adhuc fluente dabis. Quòd si appetentia careant sic, ut cibos auersentur, (incidit nanq; id non paucis eorum, quos diarrhœa ex cruditate male habet) etiam de medicamento, quod ex succo fit cotoneorum, unum aut duo cochlearia danda his sunt: aut, si huius copia non est, eius, quod ex carne eorum componitur. Tradita uero eius generis medicamentorum compositio est in libris de tuenda sanitate. Atq; ita quidem in prima remissione, ijs, qui ex cruditate febricitant uentre excernente, mederi conuenit. Si uero omnino uenter astringitur, pertractatis prius * præcordijs, mox toto uentre considerabis diligenter, num cibus in gracile intestinum, aut in colon descenderit. Deinde ægrum interrogabis, qua maxime in parte uel morsum, uel grauitatem sentiat, qualesve habeat ructus. Vbi ex his compertum habueris, in quanam totius uentris parte nutrimentum cõsistat; si in superioribus partibus pendet, aliquid diatrion pepereon dabis, non medicamentosi illius, sed C eius, quod in opere de sanitate tuenda, ceu & simplicissimum, & ijs, qui cruditate laborarent, aptissimũ laudauimus. Post deinde præcordia, omnémq; uentrem perfundes. Hoc uero, etiam si inferius descẽderint, quæ uitiosa sunt, facies, pluris minorisq; ratione id uarians. Siquidem plus & temporis & perfusionis exigunt ad præparationem eorum, quæ deinceps sunt agenda, quibus in superioribus uentris corruptum nutrimentum adhuc manet. Sin motum id notabiliter ad inferiora sit, adiuuandum aut glande subdita, aut leui per inferius infusione est, utique, si morsus simul adsit, hanc mitigantibus: si flatus, hunc comprimentibus: sin neutrum fuerit, ex melle, aqua, & paululo olei id, quod subter infundetur, facientibus. Vbi uero uehementior morsus urget, Sabinum oleum, in quo aliquid seui anserini sit liquatum, est utilius: si uero eius copia non est, gallinacei seui: sin nec huius facultas est, caprini. Quòd si huius quoq; penuria est, injiciendum oleo parum ceræ est, potissimum elotæ. Flatus uero sanandi sunt oleo, in quo ruta, & semina, quæ flatus discutiunt, fuere incocta: cuiusmodi sunt apij, & cumini, & marathri, & sinonis, aliaq; id genus. Vacuata uero aluo, nutriendum protinus in ceteris quidem ijs, quos memorauimus, similiter est, amotis tamen ijs, quę adstringant. At, si quidem primo die ad uesperam hæc egeris, aut etiam noctis qualibet hora, etiam secundo die similem adhibebis prouidentiam. In quo etiam, si plane desijt febris, lauari hominem sines. Ac, ubi in seD quenti nocte, quietus citra offensam dormierit, sanum iam hominem prorsus existimabis. Si uero, qui cruditati successit, dies cum sequente nocte febrem attulerit, ueluti in secundo die, ita tunc & accurandus & nutriendus homo est. Si uero & nox tertiæ diei febrile quiddam paululum afferat, ne sic quidem formidandum, sed hos quoque póstridie lauabis, nutriesq;, ac reliqua omnia in illis, ut ante definitum est, ad portionem exequeris. Sane mutationes crudi alimenti in acidam qualitatem nec incidere in eiusmodi naturis cernuntur, nisi admodum raro, idque ex cibis, qui prompte acescunt: nec febrem accendere diariam, æque ut nec tarditas concoctionis: quando, sicubi propter talem cruditatem febricitant, quibus amara bilis in temperamento abundat, obstructionis & humorum putredinis suspicio est. De qua postea diligentius definiam, cum de putredine agam. Nunc huic de diarijs febribus disputationi hoc adiecto, ad alia transibo. Fumidus uapor ex tarditate concoctionis, aut cruditate, in qua ructus sentiuntur acidi, nunquam excitatur. Quippe frigidi halitus abs talibus succis * ascendunt, hiq; omnino paucissimi, minime autem uapores multi fumidique ac fuliginosi. cum nec in ijs, quæ extra sunt, aliter aut fumum edi, aut fuliginem uideas, quàm fumum ex materijs (ut ita dicam) semiustis: fuliginem ex immodice assis ustisq;. Est nanq; fuligo uapor terrestris: fumus mistio quædam ex terrestri aqueaq; substantia. Verum non est, quod hoc loco audire expectes, aut quemadmodum ijs, qui tarde concoquunt, aut ijs, qui acidum ructant, sit prospiciendũ. Est

† In antiquis ita legitur [illegible] id est cui post, quàm refrigeratũ est ac derasum, &c.

*Græce hypochondria. Linacer autem cum Celso semper uertit præcordia.

A. l. 1. f. 4. c. 31 p. 157. C

*ἀναφέρονται.

enim de his tractatio ad opus de tuenda sanitate pertinens.hic tantum earum cruditatum mentionem E
faciemus,quas febris subsequitur. Quoniam igitur diaria febris cruditates, quæ cũ acido ructu sunt,
non consequitur:quæ uero ex putredine humorum oritur, ea quandoq; sequitur, non sine ratione in
eam tractationem,quæ de illis instituitur, distuli de his cruditatibus præcipere,sed ne tunc quidem eo
modo, quo in sanitatis tuendæ libris. In illis enim diximus,quænam per sanitatem agenda sint illi,qui
cruditate laborat:hic uero,quænam in ijs febribus, quæ cruditati superueniunt.

Quo pacto, qui Diaria ex bubone correpti sunt, sibiipsis consulant, ac Diatritarios vocatos irrideant. Cap. 6.

DIcta mihi ferme sunt de diarijs febribus uniuersa:quando, qui ex bubone febricitant, medicos,
quid sibi sit agendum, ne consulunt quidem,sed,ubi tum ulceri, quod bubonis occasio fuit, tum
postea buboni ipsi prospexerint, in remissione eius,quæ inciderit,accessionis lauantur. Ac, siquis tum
diatriton uel nominet, omnes irrident, scholasticumq; appellant, natura (puto) ipsa intelligentes id
transmittendum non esse, quod omnino non erit. Censentque etiam in omnibus ijs, quæ sensum fu-
giunt, tales debere esse medicos, quales ipsi sunt in ijs, quæ sensui apparent. Porrò in omnibus tales
esse, nihil est aliud, quàm intelligere, quando sit in tertio accessio futura, & quando futura non sit.
Quinetiam, qui refrixerunt, aut usti sunt,aut fatigati, aut tale quippiam passi, postea uero febricita- F
runt,hi,vbi in remissione talem status quietem, qualis erat per sanitatem, sentiunt, ne tunc quidẽ eos,
qui diatriton nominent, ferre possunt. Quod enim usurpare sæpe soleo, quemlibet priuatum, qui se-
cundum naturam se habeat, quouis sophista ueriores opiniones habere, hoc etiam in diuinissima isto
rum diatrito uidere licet, ut quæ ab omnibus, qui naturaliter se habent, sit irrisa. Nuper enim e plebe
quidam, qui in splendida cœna prolixius sibi epulis potuq; indulsisset, uenit domum errabundus, ac
manu deductus. Cum autem ea, quibus grauabatur, in uentriculo eius fluitarent, omnia ea euomuit:
& per noctem quidem febricitauit. Dormiuit autem in magnam partem sequentis diei. Postea sur-
gens, ac paululum inambulans, lauit, risitq; eum, qui sibi diatriton manendam suaserat. illo nanque
auctore etiam postero die inediam tolerare debuisset. Vt autem (res ipsa monebat, & ipse sua sponte
faciebat) lotus & modice cibatus, post somno deditus, eoq; inoffense fruens, mane surrexisset,ad con
suetaque redisset, etiam in ipsa diatrito, in qua eum tolerare inediam oportuisset, si diatritarijs medi-
cis paruisset, (ita enim eos per iocum eleganter nominauit quidam) & quidem cum cœnatus iam ex
consuetudine homo esset, accedens facetus ille risum excitauit, commemorans, quẽadmodum eum,
qui tertio ante uesperi uomuisset, oportuisset etiam biduo inediam siccum,ac * sordium plenum tole- *[illegible]
rare, ad horasque spectantem pro diatritariorum iussu decumbere. Sunt enim, arbitror, uel plebi nõ G
obscura, quæ præter rerum euidentiam temere audentur. Atq; inde merito alios medicos, alios græ-
ce Logiatros, id est uerbis tenus medicos esse dicunt. Quomodo enim non iure hac appellatione cen-
seantur, qui ea nesciant,quæ nemo e uulgo ignorat? Quomodo non meritissime irridendi carpendiq;,
qui etiam, cum talia ignorent, Hippocrati se præponunt? Verum illorum stupiditatem ne Mercurius
quidem ipse cum Musis sanauerit.

De curanda Diaria in calidis & humidis naturis, ac in habitibus,qui sunt acquisiti. Cap. 7.

ABsoluta uero in ijs naturis,quibus amara bilis redundat, (in quibus scilicet elemẽtum frigidum
uincitur a calido,& elementum humidum a sicco) de diarijs febribus disputatione ad aliud cor-
porum temperamentum transeamus, quod nihil minus, quàm supra dictum,uitioso est succo, in quo.s.
calidum præualet frigido, & humidum sicco. Maxime enim omnium putredinis morbis hæc intem-
peries exposita est propterea, quòd per ipsam sanitatem proxime putredinem accedit: veluti tum ex
sudoribus conijcere est,qui grauiter his olent,tum uero ex urinis, deiectione, atq; etiam ipsa* respira- *[illegible] i. ex-
tione. Etenim, qualis est hircorum, talis est & talium naturarum temperies. Ideoq; prompta est ex piratione.
qualibet occasione tum alijs morbis, tum uero febribus corripi. Nam,qui hac intemperie sunt,cum sti
pata cutis eorum est,effugere febrem non possunt. Sed nec, cum ualentem cruditatem contraxerunt, H
aut perusti [in Sole] fuerunt,aut tale quippiam aliud passi. Ac uitiosis quidem habitibus stipatio cutis
plurimum esse incommoda solet. Ideoq;, quibus amara redundat bilis, non minus, quàm qui ad pu-
tredinem sunt proni, (Sepedonodis, id est putredinosos Græci uocant) febribus ijs, quæ ex stipata
oriuntur cute, patent. At ab nidorosis cruditatibus, quæ humidæ & calidæ naturæ sunt, (quas modo
putredinosas propterea uocaui, quòd succi facillime in ijs putrescant) promptius læduntur. Nam de
obstructione quid attinet dicere? quam idcirco maxime febres accendere diximus, quòd putredinem
in ijs, quæ non transpirant, corporibus creet. Verum de eiusmodi febribus post agemus. Sane diarię
omnes promptissime in iam dictis temperamentis accenduntur, idque ex qualibet earum causarum,
quas modo in amara bili uitiatis naturis retuli: curationemque persimilem illis habent, ac in paucis
omnino dissidentem. Nam, cum hæ humidiores naturæ sint, magis ferunt, quàm illæ, famem sitim-
que. Itaque minus læduntur hæ, si quando fame per diatritarios crucientur, si modo libera ipsis tran-
spiratio non desit. Atque idcirco balneum hi, ceu quod cutim eorum laxet, uel magis, uel certe non
minus, quàm qui amara bili abundant, requirunt: ceu quod humectet,non requirunt. Quæcunque ue-
ro de eiusmodi natura sunt dicta, eadem de acquisito habitu dicta esse censendum. Aliqui enim,quibus
boni sunt natura succi, coeuntibus aliquando eodem tempore pluribus siccantibus corpus calfacien-

tibusque

A tibusq; causis, in amaræ bilis uitiosum habitum mutantur. Da enim uenisse hominem æstatis tempo-
re in regionem calidam & siccam: esse præterea eodem tempore statum cæli calidum ac siccum: tum
uesci eum cibis calidis siccisque: cogitare quoq;, ac tristari, & uigilare, & irasci, & quamplurimum la-
borare: fieri autem potest, ut idem homo per id tempus uenere sit usus frequenti, & in Sole, maiore
ex parte uersatus, & medicamenta, quæ siccent calfaciantq;, biberit, ueluti aliqui Theriacen, non nul-
li Ambrosiam, alij Athanasiam: scimus enim profecto medicamenta a iunioribus medicis eiusmodi
nominibus uocari: Cui ergo omnia iam dicta per æstatem contigerunt, hunc, necesse est, calidum &
siccum reddiderint, ac propterea eo habitu, qui amara bili abundet: quamuis antea optimi succi fue-
rit. Itaq; etiam ex omnibus supra dictis causis facile febricitabit. Ad eundem modum, & siquis natu-
raliter boni sit succi, ac locum temperatum incolat, si illinc se in alterum locum, qui calidus sit & humi-
dus, ueris tempore transferat, idq; statu cæli calido humidoque, tum omni uictus ratione calida hu-
midaque utatur, is quoque similiter illis, qui natura sunt putredinosa, tum ceteris tentabitur morbis,
quibus illi: tum febricitabit non solum alijs, sicut illi ex ijsdem causis, febribus, sed etiam non minime
diarijs, de quibus nunc instituimus.

Quæ inter Diarias febres, in acutas, aut multorum dierum, promptius, ac facilius pertranseant. Cap. 8.

B CVm uero octo intemperies in uniuersum sint, ut ostendimus, opportunissima ad febres est calida
& sicca. Ac, nisi quis hanc, ut dictum est, cibet, ocyssime in ea mutatur diaria febris in acutam.
Propinqua huic est, præsertim quod ad febrem attinet, quamuis ad alia sit deterior, calida intempe-
ries & humida. Tertia ab his intemperies est simplex illa, in qua oppositio altera recte se habet, utique
quæ ex humido & sicco constat, in altera calidum exuperat. Quippe opportunior est hæc, quàm cete-
† πολυημέρους. ræ, quæ sequuntur, tum ut omnibus supradictis occasionibus lædatur, tum ex diarijs in† [plurium die-
rum] febres transeat. nihil enim alienum fuerit eas sic appellare. Huic proxima est, quæ in calido & fri-
gido debitum modum seruat, ceterum siccum elementum habet humido præualens. Ab hac deinceps
media omnium est. s. quæ mediocritatem in utraq; oppositione seruat. Quatuor, quæ reliquæ sunt in-
temperies, neq; facile febribus occasione iam dictarum causarum patent: neque diaria tentatæ, si ine-
diam tolerant, in plurium dierum febres transeunt: immo aliquæ saltem earum, ubi redundantiam hu-
morum citra corruptelam contraxerunt, (contrahunt autem eiusmodi intemperies assidue) utilitatem
ex inedia sentiunt: ac potissimum, quæ frigida est & humida: Ab hac, quæ humida est: Tertio loco, quę
frigida: Quarto loco, quæ sicca est & frigida. Siquidem post diarias febres discussas, ubi coactus quis-
piam nulla necessitate est mirificam diatriton transmittere, alia quidem nulla in frigidis temperamen-
C tis ex inedia febris excitabitur: lædetur tamen ipse siccus & frigidus corporis habitus quàm maxime,
ut, nisi longo tempore, redire ad naturam, qui ea sunt intemperie, non possint. Ceterum, siquod forte
fortuna his adsit acquisititium humorum uitium, fieri potest, ubi in fame & illoti per triduum custodiũ
tur, ut ex diarijs in plurium dierum febres immigrent. At, quæ sicca quidem corporis natura est, sed in
altera contrarietate temperata, ea in longioribus inedijs gracilescit magis, quàm quæ sicca est & frigi-
da, reficitur tamen facilius, cum idoneum nacta est uictum.

Quo pacto curatio, ac uictus ratio instituenda sit, cum dissidentes indicationes in Diarijs febribus coierint. Cap. 9.

ENimuero eiusmodi omnibus uictus ratio alteranda est, multo profecto magis, quàm ijs, de qui-
bus primum omnium est dictum, nempe calido & sicco, item calido & humido. Quippe, qui frigi
dus & humidus natura est, quoniam calido siccoq; in utraq; intemperie contrarie est affectus, contra-
rio nimirum utetur uictu. Melius tamen est non absoluto sermone contrario dicere, sed ex solius tem-
peraménti indicatione, quando ex eo, quòd eadem febri febricitant, non diuersam, sed omnino ean-
dem sortientur indicationem. Dictum nanq; sæpenumero iam est id, quod secundum naturam est, simi
lia semper postulare: quod præter naturam est, contraria. Siquidem, quod naturaliter se habet, custodi-
D re: quod præter naturam est, tollere oportet. Porrò febris omnis præter naturam est: ideoq; uictus ra-
tionem humidam frigidamq; exigit. Temperamenta uero ipsa alias similia, alias postulant contraria.
Quæ enim uitio carent, similia perpetuo: quippe quæ seruare expedit: Quæ uitium habent (ueluti in
opere de sanitate tuenda est dictum) alias similia, alias contraria. Idq; merito accidit, cum nec ad un-
guem naturaliter se habeant, (quomodo enim essent uitiosi?) nec prorsus præter naturam, quando,
qui sic attemperati essent, perpetuo ægrotarant. Ergo similia desiderant, tum in alijs, de quibus mox di
cetur, tum uero in ulceribus omnibus: monstratum enim id sæpenumero iam in superioribus est: Con
traria uero in eo uictu, qui per sanitatẽ adhibetur: ueluti in libris de sanitate tuenda docuimus: Sed ne-
que hæc perpetuo, sed tum, cum corrigere intemperiem eorum studemus. Quippe duplex nobis in ijs,
qui sani sunt, finis proponitur: Nempe uel corpus sanum in pristina eius temperie tueri: uel etiam hanc
meliorem reddere. Sic igitur, arbitror, in ijs, qui diaria febri laborant, cibandis, uel uni febrili affectui
contrarium, uel etiam ipsi laborantis intẽperamento desumam. In ea tñ natura, quæ haud dubie in me-
dio temperamento est, ab ipsa febri contrariorum indicatione accepta, eatenus humidum frigidumq;
uictum adhibebimus, quatenus siccius calidiusq;, quàm ante, iam redditum corpus apparet. Verũ hoc
tum perspicuũ, tum indubitatum est. Reuertamur autem rursus ad intemperatas naturas. Nam, qñ eas
(sicut in libris de sanitate tuenda est proditum) licet, &, quales accepimus, seruare, licet & ad melius
transferre,

transferre, satius, arbitror, est, cum plane ualent, non cum ægrotant, uel de se queruntur, uictus illis rationem mutare. B Gaudent enim naturæ consuetis semper, vt & Hippocrates euidentissimis argumentis in libro de acutorum uictu adstruxit, & in omnibus, qui se secundum naturam habent manifeste apparet. Quòd nanque, qui sibi iam displicent, extra cœtum eorum, qui secundũ naturam se habent, sint ponendi, id nemo, qui compos est mentis, dubitet. Ceterum, ij an præter naturam se, an non naturaliter solum habeant, id utique quis æstimandum duxerit. Atqui, si ex ipsa consuetudine indicationem aliquã sumi cõueniet: si quidẽ multo iã tẽpore intẽperatas naturas contrario uictu ei, quæ uicit, intemperiei cibauimus, ita etiã, & cum parũ ex sententia se habent, faciemus. Sin minus, eã quæ similia temperamẽto suadet, indicationem præferemus. Ita uero & Hippocrates mihi sentire uidetur, ubi ait: Humidus omnis uictus febricitantibus est idoneus: potissimum autem pueris, & alijs, qui ita cibari sunt sueti. Febricitãtibus enim inquantum febricitant, ex ipsa contrariorum indicatione humidus uictus conducit: pueris, ex similium. Eodem autem modo & eam, quæ a consuetudine præbetur, quo eam, quæ ab ætate datur, accepit. Nam & ætas, cum ex ijs sit, quæ natura nobis insunt, similem sibi uictum postulat. Et, quæ à consuetudine indicatio sumitur, sic sumpta est, sicut ea, quæ ab ætate. Quippe seruare quoque hanc iubet, perinde ac proprium ætatis temperamentum. Itaque etiam nos tum ex omnibus, quæ circa ægrum spectantur, eius, quod conducit, inuentionem moliri: tum quando indicationes omnes secum consen- F tiant, & quando inter se dissentiant, inspicere semper conueniet. Omnibus enim consentientibus, unã prorsus uictus speciem constituemus: Dissidentibus uero inter se, quæ ualentiores, ac plures sint, præferemus ita, ut uictus species, quam hæ præscribant, præferatur, sic tamen, ut ne contraria sit neglecta. Porrò prælatio hæc alias utrisque in unius auxilij materiam mistis perficitur, alias seorsum sumptis. Ac communis quidem hæc ratio est omnium, quæ inter se complicatæ sunt, contrariarum indicationum. Quomodo autem hanc ad usum conferre oporteat, cum aliquando ipsi morbi coeuntes sint contrarij: aliquando morbus vnus sit, sed qui contrariam indicationem subijciat, aut naturali laborantis temperamento, aut ei, quod nunc acquisierit: præterea ætati, & consuetudini, & regioni, & anni tempori, in ipsa particulatim tractatione ostendam. Nunc ergo, cum propositum nobis hoc loco sit unicuique memoratorum intemperiei generum idoneum inuenire uictum, cõmunis, quem cœpimus, methodi modus, ueluti sub exemplo, examinetur. Pone enim correptos febri esse duos homines, in regione natos educatosque temperata, nunc in ea non esse, immo alterum in calida, & sicca: alterum in humida, & frigida: præterea eosdem diuerso esse: tum temperamento, tum natura, tum consuetudine, tum ætate: etiã sub diuerso (si placet) & anni tempore, & statu cæli ægrotare, sic, ut alter calidus siccusque natura sit, ac tali uictus rationi in totum insueuerit: præterea iuuenis sit, & hyemẽ ægrotet, idque in humida & frigi- G da regione, ac statu cæli simili: Alter humidus & frigidus, simili uictu assuetus, tum puer ætate, ac æstate, in calida siccaque regione, ac simili cæli statu laboret: Quænam igitur in utroque horum sunt indicationes? Nempe, quæ à febricitando sumitur, communis amborum est, ac, quæ refrigerent; & humectent, desiderans: Reliquorum nulla est præterea communis. Siquidem priori & propter naturam, & propter ætatem, quæ simili sibi uictu fuere assuetæ, siccioris calidiorisque temperamẽti cibus idoneus est: Idemque propter & anni tempus, & statum cæli, & regionem conuenit. Non enim, quæ ab his suppeditatur: indicatio similia desiderat, sed contraria. Alteri ex propositis, propter ætatem, & naturam, & consuetudinem similia ipsis exhibenda indicantur: propter ætatem quidem humida, modiceque calida: propter naturam, & consuetudinem humida, & frigida, propter regionem, & anni tempus, & statum cæli, contraria: quæ & ipsa nimirum sunt tanto temperatis frigidiora & humidiora, quanto regiones ipsæ sunt calidiores temperatis, & sicciores. A cõsuetudine enim semper est indicatio similium, quoad scilicet ægrotant homines. At ab ætate, natura, regione, anni tempore, & statu cæli, ubi temperata hæc sunt, similium semper* præsidiorum est indicatio, siue ualeant homines, siue ægrotent. Contra ab intemperatis anni tempore, statu cæli, & regione, contrariorum est indicatio. Ceterum ab ætate & natura nõ absolute, sed cum consuetudine. Porro nihil in contrarijs indicationibus tum conuenit, expendi, quàm H magnitudinem† [eorum, quæ ad indicationem coierunt.] Quam utique in libris de sanitate tuenda duplicem esse ostendimus: Alteram, quæ ex ipsorum, quæ indicant, dignitatibus censeatur: Alteram, quæ ex ipsorum (ut sic dicam) proprijs substantijs spectetur. Quas ex conferendo cum mediocri, & quod secundum naturam est, accipiendas esse testati sumus. Nisi enim ita quis indicationum potestates examinet, nequeat sane mensuram uictus inuenire. Cum enim refrigerandum humectandumque esse febris perpetuo indicet, reliquorum uero quodq;, prout dictum est, ubi concors eorum indicatio est, nullum exhibetur negocium: vbi discors, pro pluribus ac potioribus formari uictus ratio debebit. Siquidem in modo propositis, ex eo, quod febricitant, communis refrigerantium ac humectantium indicatio præstatur, non tamen ex ceteris. Sed cuius tum ætas, tum temperamentum unà cum consuetudine, tum regio, tum anni tempus, & cæli status humectantia refrigerantiaque exhibenda indicant, hunc haud dubium est non solum humectandum refrigerandumque esse, sed etiam nec leuiter hæc, nec utcunque, facienda esse, immo plane magnopere ac uehementer, omnibus scilicet* indicationibus idem dictantibus. Cuius uero reliqua omnia refrigerantem quidem humectantemque uictum, quemadmodum & febris, non indicant, sed contrarium ipsi, calfacientem scilicet & siccantem, utique ambiguitas pugnaque indicationum inter se oritur: quo casu magnopere opus est, tum numerum indicationum, tum magnitudi-

* διαιτημάτων .i. uictus rationum, legunt omnes codi. græci. & ita omnino legẽdum est. non βοηθημάτων, id est præsidiorum.

† Ita legendũ esse, ut Linacer uertit, cũ ex codicibus græcis, tũ magis ex libro tertio de sanitate tuẽda patet, ubi de hoc diffuse

tractatur. Neque enim, legendum est τῶν συμφερόντων i. eorum, quæ cōferũt.

A gnitudinem simul conferas. Quippe, quæ a febri sumitur, ea reliquis, quando omnes contrarium faciendum præscribunt, numero quidem inferior est, magnitudine tamen, quæ ex dignitate, aut potestate, aut quomodocunque appellasse libet, spectatur, utique superior est: potissimum, si longe à natura recessit. Quippe duplex tum magnitudo illi accedit, & quæ ex febris genere prouenit, quæ omnibus est cōmunis: & quæ propria, suaque ipsius est. Siquidem, & quia febris plus ceteris omnibus solicitos nos habet: & quia, præterquam, quod febris est, etiam magnitudo illi notabilis accessit, idcirco contrarias indicationes inducit, atque obumbrat. Sin parua fuerit, fas est reliquas omnes unà coniunctas cum ea conferri, atque expendi. Ac, si quidem pares uideantur, neque febris indicatio præferetur sic, vt humectandum & refrigerandum sit: neque etiam reliquorum sic, ut calfaciendum ac siccandum sit, immo media uictus ratio, ubi ita se corpus habet, eligenda erit. Sin altera indicatio exuperet, tantum recessisse a temperato & medio uictu par est, quantum ea, quæ pollent, sua contraria superant. Ergo tum exercitatum in his omnibus, tum natura prudentem esse medicum conueniet, quo cuiusque indicationis potestate diligenter considerata, omnibusque inter se collatis, unam idonei uictus summam, quæ laborant sit commoda, comparet. Ac diariarum quidem febrium indicationes ex his *generibus capiũtur, raroque accidit, si alicubi à laborantis uirium modo: cum febrium, quæ pluribus diebus affligunt,

† scopis.

B indicationes, tum uirium respectum necessario adhibeant, (non enim leue in his consilium est, quod a uiribus petitur) tum causarum, quæ ipsas excitant, exceptis tamen hecticis: utpote quas nulla accendit causa, quemadmodum nec corpus id, quod iam habitu calorem ignis in se suscepit, siue id lapis, siue lignum sit. Illud nanque commune cum diarijs habent, quod uidelicet non amplius fiant. Differunt autem in eo, quòd diariæ in leni (vt sic dicam) affectu (κατὰ σχέσιν Græci vocant) calorem habent: hecticæ in habitu, qui ægre soluatur. Licet etiam, dicas eam quoq;, quæ à uiribus sumitur, indicationem tum in reliquis omnibus morbis, tum in diarijs febribus semper adhiberi, nobis tamen in præsenti disputatione opus ea non esse propterea, quod ex prima quidem ratione non indicet, ex accidenti uero indicet. De eo uero accidente in sequentibus differemus.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST

DE MORBIS CVRANDIS,

LIBER NONVS.

C

ARGVMENTVM LIBRI.

Curandi ratio febrium continentium, ac ordo, & dignitas indicationum, quibus curatio uniuersa continetur.

De transitu Diariarum in alias febres, ac de ipsarum perduratione. *Cap. 1.*

A.l.4.f.1.t.1. c.7.p.756.E.

DIARIARVM, ò Eugeniane, curationem in libro, qui hunc præcedit, exposui, totius propositi operis octauo. Est autem huius febrium generis unica accessio, uno plurimum die ex ipsius saltem natura circunscripta. Quippe, quæcunque uel per medicorum ignorantiam, uel ægrorum intemperantiam, uel ministrantium errorem in eiusmodi febribus commissa in aliud ipsas genus transferũt, hæc suæ naturæ sponte non incidunt. Non enim est profecto mirum, si per ea, quæ delinquuntur, non solum porrigatur, aut in aliud genus transeat morbus

D quiuis, sed etiam, cum prius non esset, nunc excitetur. Nam cum ijs, qui integri sunt, delinquere non sit tutum, haudquaquam id ægris sine discrimine contingat. Reliqua uero cum sint genera duo, (ueluti in libro de febrium differentijs est ostensum) alterum ex humorum putredine nasci docuimus: alterum, quod iam solidas animalis particulas occupauit, hecticum nominant. Transeunt sæpe autem diariæ febres, ueluti superius ostendimus, in utrunque genus, nisi quis eas commode tractet. Veluti autem in ceteris rebus omnibus, quæcunque uno genere comprehensæ societatem in naturis habent, ac propterea mutuo in se transire ualent, tertia quædam formula in transitu ipsarũ existit, quæ neutrius extremitatum formam plane exhibet, ita nimirum & in diariarum febrium transitu imagineris, licet, alterum quoddam genus in transitu exoriri, quod neutri extremitatum sit idem. Ac primum quidem de hoc differendum esse mihi uidetur: quo, sicuti reliqua, etiam ipsum tum protinus noscatur, cum incidit, tum sic inhibeatur in primo ortu, ne aut ægre sanabile, aut insanabile post, quàm auctum est, euadat. Ceterum, medium id cum inciderit, nec nosse ij possunt, nec sanare, qui extremitatum quarum est medium, speciem ignorant. At tibi, qui præsertim non solum diariarum, sed etiam reliquorum duûm generum notas intelligis, ubi uel diariarum notæ aliquatenus sunt alienatæ, uel reliquarum notæ simul apparent, haud difficile fuerit iam transitum suspicari. Ergo ex adustione, cruditate, lassitudine, uigilia, animi perturbatione, uel bubone, qui ex euidenti aliqua sit causa, nunquã ad ter-

tium vſque diem progredietur febris acceſſio, niſi quid delictum circa laborantem ſit. At, quibus ſtipatio febris occaſio eſt, iјs etiam ultra hos porrigi acceſſio poteſt. Nam, quoniam ſtipatio uel obſtructis exilibus meatibus, uel conniuentibus, uel etiam corpore ipſo immoderatius denſato accidit, merito, arbitror, diximus ex frigore & balneis, quæ uel contactu refrigerent, uel facultate: præterea pharmacis ſimilis generis: pari modo iјs, quæ cutim ſiccent, ueluti Sole feruente: nec minus etiam iјs, quę denſent, ueluti dura cum iјs, quæ frigefaciant, frictione & detineri intra corpus ceu fumida fuliginoſa ve excrementa, & ab iјs febrem accendi: verum ex his denſationem quandam corporum ipſorum fieri, ac veluti exiguorum meatuum conniuentiam: obſtructionem uero uel propter glutinoſos, uel craſſos, uel copioſos ſuccos incidere: quinetiam febres, quaſcunq; uel conniuentia meatuum, uel recens corporum denſatio excitant, has & deſiſtere poſt primam acceſſionem, ſiquis recte eas tractet, & uere diarias tum eſſe, tum appellari: at, quæ ex obſtructione creantur, ſi hæc puſilla ſit, ſolui ipſas quoq; ſimiliter, ut alias diarias, ſiquis eas legitime ſanet. Sin ualenter impacti humores ſint ſic, ut ualẽtius aliquid, quod eos eximat, deſiderent, eas febres porrigi ultra unum diem neceſſe eſt, ac diariarum febrium genus uideri egreſſas. Quomodo enim dici ultra diaria febris poteſt, quæ in tertium uſq; diem extẽditur, quando ex ipſa nominis ratione in ſecundo eam deſiſtere par erat? Dictum enim ſupra eſt uigintiquatuor horas eſſe ſic appellatæ diei ſpatium: vtiq; ut cum nomine diei, nox quoq; unà comprehendatur. F Atqui, ſi neq; humor putreſcens ſubſit, nec corpus ipſum febrilem calorem, ut habitum, ſuſceperit, a duobus generibus diuerſum ſit. Aut ergo aliud præter tria iam dicta genus eſſe in prima febrium diuiſione dicendum eſt: aut appellatione pro nihilo habita diarias ipſas nominare oportebit. Neque enim profecto de ſubſtantia ipſa talium febrium eſt diariæ uocabulum. Verum conuenienti nomine deſtituti, clarioris ſimul breuiorisq; doctrinæ gratia, ab eo, quod ſæpius eis accidit, nomen indidimus. Ac natura quidem eadem his eſt, quæ diarijs; nomen autem non idem.

Quæ ſint febres, quæ ſynochi appellantur, & quæ ipſarum enumerentur inter Diarias. Cap. 2.

SIquidem, in quibus una acceſſio ab initio ad finem perpetuo manens, in multos dies porrigitur, eas febres ſynochos, id eſt continentes, appellant, non illi quidem græco nomine uſi, ceterum ſoloeciſmum committendum potius rati, quàm formam ipſarum ſine nomine linquendũ. At non, ſicuti idea una eiuſmodi febrium eſt, a qua ſynochos eas nominant, ita & natura ſimplex unaq; eſt. Quædam nanque earum manifeſtam habent putredinis notam: quædam prorſus non habent, quas nimirum ex diariarum febrium genere eſſe diximus. Cum enim acceſſionis * remiſſio ex feruentium humorum tranſpiratu contingere ſoleat, non tranſpirant autem in ueſiemẽti ſtipatione, neceſſe eſt multorum dierũ fieri acceſſionem. Igitur, vbi in tali febri nulla ſubeſt occaſio, quæ alterius acceſſionis principium excitet, ultra hoc, quòd multorum dierum febris eſt, nec inuaſionem alicuius †[febrium ſignificationis] facit, ſed permanet ab initio ad finem una febris, quæ nec quotidianæ, nec tertianæ, nec quartanæ *notam præferat. Ceterum, cum me audis dicentem, vbi uehementer ſtipata corpora ſunt, cohiberi intra corpus febrilem calorem, non ita factam prorſus denſitudinem putandum eſt, ut nullum ex iјs humoribus, qui tenuati admodum ſint, effluere foras ſinat: cum nec, ſi de oſſibus ita dixeris, id uerum ſit, nedum carne & cute. Verum, cum à feruentibus humoribus uapor attollatur plurimus, effluat autem foras exiguus, hunc, qui relictus eſt, febrem ſeruare eſt neceſſe, neq; id modo propterea, ꝙ ipſe manet, ſed etiam propterea, quòd, quæ proxima ſunt, adurit. G

Quo pacto febris continens cum putredine, aut ſine putredine oriatur. Cap. 3.

QVoniam igitur ex duobus his ſeruati febris poteſt, & quòd totus uapor non tranſpiret, & quòd idem uapor ea, quæ contingit, etiam excalfaciat, neceſſe eſt tres eſſe in ſynochis febribus differentias: nempe uel pari permanente magnitudine ea, quam in prima acceſſione * ſummam habuit: vel adijciente ſemper exiguum aliquid, diminuente ve: atq; hæc uel æqualiter faciente, uel inæqualiter. Ac, ſi quidem, quod accenditur, ei, quod tranſpirat, par fuerit, nec augeri, nec minui febrilis calor cernetur, ſed perinde ſibi ſimilis permanebit, ac ſi nihil illi adijceretur, aut demeretur. Quippe ad æqualitatis cuſtodiam, nihil intereſt, ſeruetur ne eadem aſſidue ſubſtantia: an ei, quæ uacuatur, par ſit ea, quæ adijciatur. Verum, ſi altera earum uicerit, utiq; ſi, quæ uacuatur, minui febrem neceſſe eſt: Sin, quæ adiicitur, omnino increſcere. Sed nec illud ſane quemquam latet, quòd, cum ex febribus altera magis minusve, quàm altera, tum augetur, tum minuitur, id ob exuperantiæ imparitatem neceſſario accidat. Nam, ubi alias ampliore menſura, alias minore uel febrium generatio, uel tranſpiratio exuperat, nec iјs, quæ augentur, omnibus par eſſe auctio: nec iјs, quæ minuuntur, demptio omnino poteſt, immo plurimam eſſe tum exceſſus, tum defectus differentiam eſt neceſſe. Atq; unum quidem hoc (ſiue genus, ſiue ſpeciem, ſeu quiduis aliud appellare libet) συνόχων, id eſt continentium febriũ eſt, quodq; ex eadem cum diarijs natura conſtat. Alterum eſt, ubi in omnibus uaſis, ac potiſſimum maximis, æquabiliter ſucci putreſcunt. Eiuſmodi febrium in gracili & frigido corpore neutra conſiſtere ſolet: ſed plurimum in iјs, qui ſanguine abundant, & * corpulentis gigni cernuntur. quando nec obſtructio citra putredinem excitare febrem ualet, niſi id, quod tranſpirat, & copioſum ſit, & calidum: nec humorum putredo in omnes, quæ inter inguina & alas interſunt, uenas æquabiliter ac cito porrigi in frigido habitu poteſt. Debent enim [ſemper] quæ putreſcunt, tum calida humidaq; eſſe, tum uero difficilem tranſpirationem habere. Eoq; fit, ut nec in frigida ætate, nec in frigido corporis temperamento,

ſiue

Margin notes: A.l.3.f.1.2.1. c.5.p.349.b. — A.l.4.f.1.2.1. c.5.p.355.b. — *ἀλλ' ἁμάρτημα — † ἐπισημασίας — * ἐπισημασίας A.l.1.f.2.d.3. c.9.p.86.f. — A.l.4.f.1.2.1. c.4.p.754.f. — * πολυσάρκοις

A siue id ab initio constitit, siue modo frigidum sit factum, continens excitetur febris: sed nec in gracilibus, uel qui raro sunt corporis habitu: Immo tum ætate, tum natura, tũ acquisititio temperamẽto, quæ calida sint, ac præcipue si & carnosus, [& bono] ac multo sanguine affluens, & denso corpore æger sit, aut ẽt calidis excrementis refertus. Proinde fit, ut, qui ita febricitant, ijs & pulsus maximus sit, & æqualis, & uehemens: quibus ẽt arteriæ † habitus, nec durior, quàm pro natura, est, nec mollior, celeritatis tũ frequentiæq; eo peruenit, quo febris ipsa magnitudinis. Atq; hæc quidem ambarum sunt cõia: alteri uero priuatim putredinis insunt notæ, idq; tum in lotio, tum pulsu, tum caloris ingrata qualitate.

† [illegible] i. cõsistentia.

Adolescentium duorum curatio, quorum alter continente sine putredine, alter cum putredine febricitabat. Cap. 4[illegible]

AC tibi exempli causa redigam in memoriam adolescentes duos, quos unà mecum uidisti. Erat alter eorum liber, & palæstræ peritus: alter seruus, haud inexercitatus ille quidem, ceterum in palæstra parum uehemens, nec tñ ad quotidiana, quæ seruum deceant, tũ exercitia, tum opera tractanda nõ idoneus. Porrò liber continenti citra putredinem febri laborauit: seruus continenti cum putredine. horum utriq; quænam sit adhibita curatio, non intempestiuum dictu nunc arbitror: qñquidem in exemplis exercitari, quiduis discentes maxime expedit. Neq; enim satis faciunt ad exactam cognitionẽ uniuersales methodi. Sunt autem exemplorum ea pro potioribus habenda, quæ ipsi oculis usurpauimus: B quando, si omnes, qui docere scribereve aliquid sunt aggressi, ea prius operibus ostendissent, prorsus paucula quædam falso dicerentur. Nunc uero pleriq; alios docere tentant, quæ nec ipsi unquam fecerunt, nec alijs ostenderunt. Ceterum uulgus medicorum, nihil miri est, si contemptis bonis moribus, opinioni sapientiæ magis, quàm ueritati inhiat. Verum non sic fuit ratio nostra. Non enim heri, aut nudiustertius, sed statim ab adolescentia philosophiæ studio capti, primum nos ad eam contulimus: Mox patris euidenti insomnio moniti ad medicinæ studium excolendum uenimus, ac per totam uitam operibus magis, quàm uerbis, utriq; studio incubuimus. Quo minus mirum est, si, in quo tempore alij totam urbem salutando lustrant, & cum diuitibus cœnant, ac eosdem comitantur, hoc omni sedulo nos laborantes, primum quidem omnia, quæ ueteribus pulchre sunt inuenta, didicimus: mox eadem opere tum indicauimus, tum exercuimus. Ergo, qui palæstræ peritus iuuenis erat, ubi febricitare hora prima noctis cœpisset, postridie cum mane circiter horam diei tertiam uidimus. Cum autem inuenissem febrem admodum calidam, sed pulsus æquales, & maximos, & celeres, & frequentes, & uehementes: tum caloris qualitatem, quæ tactum minime morderet: iam uero & urinas tum * crassitudine, tum colore a naturali habitu non multum alienas: audiens præterea hominem circiter triginta dies exercitationis consuetudinem intermisisse, pridie tamen exercitasse se uehementius, ceterum non mul-C tum, sumpsisse autem solitos cibos, atque eos concoxisse, quamuis tarde & ægre, utpote cum febris uespere occupasset: cum interim rubicundus plenusque homo appareret, atque etiam plenitudinis sensum se percipere diceret: faciente interim quodam eorum, qui aderant, de uena secanda mentionẽ, uisum nobis est eius auxilij considerationem in aliud tempus remittere, simul ut certius sciremus, cuius generis febris esset: simul necessario propter eam, quæ præcesserat, concoctionis tarditatem. Cũ autem uesperi similem uigorem tueri febris est uisa, ceu nihil sensibiliter remittens, suspicio iam ẽrat synochon esse, hancque ex obstructione, & sanguinis abundantia, & præ carnis copia stipatione. Ac, cum parem magnitudinem per totam noctem febris seruaret, postero die uisum est medicis omnibus, qui eum inuiserant, sanguinem esse mittendum. Discordia uero orta de tempore, & uincentibus, qui id in sequentem diem differendum suaderent, febris per totum eum diem euidenter uisa est uigorem suum augere. Mox tertia sequente nocte, alia quidem accessio minime incidit, quæ primæ ad portionem responderet: erat tamen æstus ipse laboranti intolerabilis: vrgebatque cum tensio totius corporis, utpote repleti, tum capitis pulsatio: atque ob hæc grauis uigilia, iuuene in aliam alias se figuram iactante. Itaque, cum ultra ferre non posset, hora noctis circiter octaua mittit ad me ministrũ, rogatque, ad se ocyus ueniam. Ipse annuo, atque abeo: inuenioque febrem calidissimam, pulsumq; D qualem prædixi. Quoniam autem nec in hoc, nec in lotio, nec in ipsa caloris qualitate indicium aliquod humorum putrescentium apparuit, optimum factu uisum est uenam incidere ante, quàm putredo inciperet. Aufero itaque ab homine eousque de industria sanguinem, quoad animo linqueretur, maximum plane ubi ualentes uires sunt, continentis febris remedium: id quod tum ratione, tum experientia didici. Primum nanque in contrarium statum agitur corpus, celerrime ex animi defectu refrigeratum. Hoc uero nemo inuenire potest, neque quod ipsis ægris, neque quod naturæ, quæ animantes gubernat, iucundius utiliusve sit. Postmodum in eiusmodi corporibus necessario superuenit alui deiectio, non nunquam etiam bilis uomitio: quas res statim a toto corpore madores sudoresve excipiunt. Quæ nimirum omnia, cum huic quoq; contigissent, protinus febrem extinxerunt sic, ut quidam ex ijs, qui aderant, iugulasse me febrem per iocum dicerent. vnde omnes risimus. Verum, quo narrationem oẽm absoluã, nihil mali erit paucula addidisse. Post duas nãq; a sanguinis missione horas paulo nutrimenti dato, ac iusso quiescere, discessi. Quinta uero hora reuersus, tã profundo somno indormiẽtem inueni, ut tangentẽ me prorsus non sentiret. Cũ uero & ministri adeo illi altum somnũ fuisse dicerẽt, ut nec, cũ madores eius abstergerent, expergisceretur, suasi ita facerent: esse nanq; hominẽ iam prorsus a febri liberum. Reuersus autem & decima rursus hora, ẽt tunc dormientem inueni. Egressus autem iterum ad alios uisendos ægros, redeo hora prima noctis, non tamẽ, ut ante, tacens, sed uoce de industria sublata,

* [illegible] i. cõsistentia.

A.l.1.f.4.c.20.p.49.

ſublata,quo ægrum a ſomno excitarem. Quod cum ita accidiſſet,ubi ſolo ptiſanæ cremore ipſum nu- B
triui, abij. Cuius modum poſtero die augens,tertio lauatum dimiſi. Ac,quæ ad hunc pertinebant infir
mum,ita ſunt geſta. Quæ uero ad alterum,nunc dicam. Is,cum toto die multum laboraſſet, deinde la-
uatus paucula comediſſet, cœpit nocte febricitare,totum etiam continuans ſequentem diem. Hunc
nos poſt ſecundam noctem uidimus, in ceteris quidem omnibus iam dicto iuueni ſimiliter affectum,
uerum putreſcentium humorum euidentes præbentem notas. Itaque uena quoque huic protinus in- A.l.4.f.1.c.2
ciſa uſque ad animi defectum uacuauimus. Poſt id,idoneo interpoſito ſpatio, cibauimus primum mul- c.45.p.790.d
ſa,deinde una interpoſita hora,ptiſanæ cremore. Atque hæc omnia intra quintam acta ſunt horã. Cum
autem ſimilis ſibi perſeueraret febris,ſynochon eam fore ex putredine expectauimus: Itaque accidit.
Quippe cum eam ſecũda noctis hora pari magnitudine cerneremus,tertiæ diei acceſſionem, futurāne
eſſet,an ſecus,diligenter obſeruare nolebamus: cuius in ſeptimam horam noctis ſuſpicio erat. Itaque
cum ſummo mane ſuperueniſſem,inueni,quod expectaram. Nam nec tertiana inciderat acceſſio,fe-
briſque remiſſior paululo,quàm ueſperi fuerat,apparuit. Vt autem rurſus hominem meridie uidi, erat-
que iam certiſſimum & febrem decreuiſſe,& ſynochon febrem eſſe,ſed quæ [aſſidue] decreſceret,ſa-
tius uiſum eſt tum quoque hominem ſimiliter nutrire. Quarta uero exacta nocte,manifeſte minor etiã
quarto die erat. Quo rurſus quoque ad eundem modum homine cibato,aduertimus tum illo die toto, F
tum,quæ hunc ſecuta eſt,quinta nocte magnitudinem remittere ſic, ut quinto die liquido plane appa-
reret minor eſſe febris,quàm ante. Itaque ad portionem minuentis ſe febris,urinæ quoque concoctio
proceſſerat. Eratque haud obſcurum ſeptimo (id quod factum eſt) finiendam. Hanc igitur plane conti
nentem ex humorum putredine febrem, & quæ aſſidue decreſceret uidimus. Multas uero alias conti-
nentes conſpeximus,quarum aliæ creſcentes: aliæ ſimilem tenorem ſeruantes erant: (Illas Epacmaſti-
cas: has Acmaſticas, uel Homotonus Græci uocant) Aliæ,ceu quam modo memorauimus, decreſcē-
tes,quas Paracmaſticas dicunt. Aliæ rurſus in primo die putredinis notas habuerunt: aliæ in tertio,aut
certe ad ſummum quarto,idque alias medicorum ipſorum inſcitia,qui ſanguinem non miſerant: alias
laborantium ipſorum timiditate. Siquidem eorum,qui ex ſola obſtructione febricitarent,nemo in pu-
tredinis febrem incidit,qui prius ſanguinem miſerat. Quem,ubi ualida uirtus ſubeſt; & ætas permittit, A.l.1.f.4.c.10
vſque ad animi defectum mittere expedit. Vbi horum alterum non ſatis reſpondet,tutius eſt quantum p.145.A
ſatis uiſum fuerit,tantum principio detrahere: quod defuit,iteratione ſupplere. Etenim hoc præſidio
omiſſo,qui ita febricitant, in ſummum diſcrimen ueniunt, niſi ſi eos uel uirium robur, uel largum ſan-
guinis profluuium, uel ſudor copioſus ex manifeſta pernicie eripiat. Et tamen non nulli ex medicis
ſunt,qui tametſi manifeſtiſſime uident naturam ſanguinis profluuio non paucos eorum,qui ſic pericli- G
tentur,ſeruare,tamen ſanguinis miſſionem fugiant,nullam nec experientiam, nec ueram rationem ſe-
cuti. Ceterum hos mittamus,diſputato præſertim contra illos abunde uno integro libro,qui eſt de ſan
guinis miſſione contra Eraſiſtratum ſcriptus,ipſi uero ad propoſitum reuertamur.

De ratione curandi continentes febres per uenæ ſectionem & frigidæ exhibitionem. *Cap. 5.*

ERat uero in præſenti diſputatione propoſitum de ijs febribus diſſerere,quæ ex ſtipatis per obſtru
ctionem meatibus oriuntur. Quas,ſi ſine putredine conſiſtant,ex diariarum eſſe genere dixi. Sin
ijs putredo aliqua uel ab initio ſtatim, vel poſtmodum ſuperueniat,ubi in omnibus venis,ac præcipue
magnis ea conſtitit,continentes excitari febres: ubi in unica animalis parte, febres, quæ certo ambitu
accedant. Verum de his poſtea. Quod autem & bis,arbitror,& ter,& ſæpius,iterumque dicendum eſt,
qui ita laborant,ſi recte curabuntur,ijs ſanguinis miſſio eſt adhibenda: quando,quibus corpus ex ſucco
rum abundantia inhabile ad tranſpirationem iam redditum,tantum caloris congeſſit,ut inde iam febri
citet,ijs tantum ſanguinis eſt detrahēdum, quantum uires tolerant. Pro certo quoque habendum,niſi A.l.1.f.4.c.10
ijs,qui hoc per naturam ſunt habitu,id adhibeatur præſidium,fore, ut uel ſuffocētur, uel certe ſyncope p.146.D
prehendi omnino periclitentur,niſi (ut dictum eſt) eos uel uirium robur,uel plurimus ſudor,uel largũ
ſanguinis profluuium a morte uindicet. At illud uel me tacente conſtat,ijs præſertim, qui librum de ple H
nitudine ſtudioſe perlegerunt,quanquam & nunc quoque a me dicetur,non eſſe nunc nobis de ea abũ
dantia ſermonem,quæ ad uirtutem comparatur,(quippe quæ nec ſic obſtruit uenarum ora,ut refrigera
tionem prohibeat, nec tunicas earum diſtendit, nec ruborem,nec tumorem inuehit, multoque minus
uel carnis uel cutis tranſpirationem moratur) uerum de ea,quæ contineri a uaſis ultra non ualet, quæ-
que ob idipſum tum perrũpere uaſa,tum recludere ſolet,reliquaque modo dicta ſymptomata inducit,
obſtructionem,diſtentionem,tumorem,ruborem: de hac,inquam, mihi omnis ſermo tum habitus eſt,
tum uero nihilominus habendus. Siquidem copia hæc, dum bonitatem ſuam ſeruat,ut pariter augeri
cum robore uirium eſt nata,ita,ſiquando has grauat,nec de cetero augebitur & bonitatē naturæ amit- † τοῦτ᾽ ἐκ τῆς φύσεως κέκρατη ἀπολέσει. i. nō
tet. At,ſi † [naturalem ſemel bonitatem amiſerit,] fieri nequit,ut non putreſcat: quandoquidē nec aliud amplius a na-
ullum ex ijs,quæ foris ſunt,humidum calidumque corpus manere imputreſcibile cernimus. Ergo feſti tura regatur.
nare ad ſanguinem detrahendum oportet,quo * uenarum natura ex tranſpirando uentilandoque natu- * τῶν ἀγγείων
ralem temperiem ſeruans, humoribus eo, quo inter initia,modo dominetur: quando,ſi ad intempe- i. uaſorum.
riem uerſa laborabit,metuendum eſt,ne hi putreſcant. Excitatur autem intemperies in ea ex febris ca- A.l.1.f.2.d.3.
lore. Quém, ſi quando rudis quiſpiam medicus auxit, non uacuata ſtipationis cauſa, in incerto reli- c.4.p.85.B
quum omne remedium eſt. Vbi namque emitti abundantia poſtulat,calor autem refrigerari,pugna di-
ſcor-

A ſcordiaque inter ipſa ſanandi oritur remedia, ſcilicet ijs, quæ refrigerent, quamuis temperiem naturæ concilient, ſaltem abundantiam intra corpus detinentibus: quæ uero rarefacienda cute hanc educant, omnibus calfacientibus, ſic, ut, ſi abundantiam emittere uelis, febrē augeas: ſi febrem refrigerare, abundantiam moreris. In hanc conſilij inopiam deueniunt, qui ſtatim a principio non uacuarunt, Eraſiſtrati perſuaſione inducti: qui nec ſpontanea ſanguinis profluuia potuit imitari. Optimum igitur factu eſt (id quod nos ſemper in re quaque facere uidiſti) ſtatim non numero dierum, ſed uni uirium robori, in febribus eius generis attentum eſſe: quippe quod ſi ſeruatum eſt, non ſolum ſexto ſeptimove, ſed etiam ſequentibus diebus ſanguis eſt mittendus. Quod ſi curare aliquando infirmum cogeris, cui non ſolum antea ſecandæ uenæ remedium prætermiſſum eſt, ſed nunc quoque uel per medicorum ignorantiā, uel ipſius laborantis propinquorumue eius timiditatem procedente tempore mittere ſanguinem prohiberis, ad frigidam exhibendam accedes, ſed diligenter ante diſcernens, quantum ex ea nocumentum contingere poſſit. Nam, ſi id aut exiguum erit, aut nullum, offerenda potui eſt, quæ prorſus ſit gelida, quantum bibere ægro libet: quinimmo magis id audebis, ſi frigidæ potioni inſueuerit. Sin magnum timetur incommodum, ab hac quidem abſtinendum, atque alijs auxilijs, quibus obſtructio eximatur, & abundantia uacuetur, & febris feruor deferbeat, utendum. Porrò incommoda, quæ frigidam potionem intē-

† Linacer uertit ut impreſſi legunt. antiqui addunt καὶ πολλούς. i. & multos.

B peſtiue immodiceque exhibitam ſequuntur, in his conſiſtunt, quod lentos craſſoſque † humores, ſiue hi obſtructiones, ſiue putredinem, ſiue phlegmonen, ſiue, qualis eryſipelas, aut ſcirrhus, aut œdema eſt, affectum creauerint, attenuari digerique prohibent. Ergo, quoties ex his febris accenditur, atque ad eos uacuandos frigida data non conducit, ad præſens quidem non paruum affert leuamen propterea, quod iam accenſam febrem extinguit, uerum, cum cauſa eius adhuc perſtet, aliam denuo accendi eſt neceſſe, atque ea, quæ præceſſit, non nunquam difficiliorem propterea, quod denſatum ex frigida corpus eſt. Atque hæc una noxæ ſpecies eſt minime contemnenda. Altera talis eſt. Multæ laborantis imbecillæ particulæ, ſiue ita ſe ex naturali intemperie habeant, ſiue ex uitio adſcititio, a frigida læduntur. Alij nanque gula adeo uehementer eſt affecta, ut uix deglutiret: Alij uentriculus ſic, ut uix concoqueret: Alij ipſum uentriculi os, aut iecur, aut colon, aut pulmo, aut ſeptum tranſuerſum, aut renes, aut ueſica, aut tale quippiam aliud a frigida percuſſum ad proprium opus infirmum eſt redditum. Non nulli autem ex intempeſtiua immodicaque eius potione, non multo interpoſito tempore, nec poſtmodum, ſed ilico difficultate ſpirandi, & conuulſione, & tremore corripiuntur: ac toto (ut ſemel dicam) neruoſo genere læduntur. Nec ignoro, quod formidoloſum te ad frigidam offerendam ex ijs, quæ memoraui, redderem, niſi ea me uſum ſubinde uidiſſes, ſemperque cum ſucceſſu, nec ægrum in ullo manifeſte læſiſſe.

C Quibuſcunque enim in principe particula tumor aliquis e phlegmones, œdematos, aut ſcirrhi genere conſtitit, ijs frigidam offerre non oportet: Sed nec ijs, quibus obſtructio putriduſue humor non concoctus incommodat. Quòd ſi euidentes percipis abſque iam dictis tumoribus concoctionis notas, illud duntaxat æſtimabis, ſitne pars aliqua temperamento adeo frigido, vt in hanc noxa procumbat. Porrò eryſipelas, quod uerum eryſipelas ſit, non aliter ſanaueris: At, ſi miſtum cum phlegmone ſit, in hoc concoctionis expectandæ ſunt notæ. Atque hæc latius, quàm pro re nunc propoſita, cum poſtmodum etiā forte neceſſum erit de frigida exhibenda mentionem facere. Nunc enim altera continentium febrium ex ſola obſtructione eſt orta: altera uero etiam cum putredine per omnes uenas. Cum ergo concoctionis humorum in ijs notas uideris, de quibus dictum abunde in libris de Criſi eſt, audacter frigidam dabis. quippe ſolidarum animalis partium natura roborata prætenuatos iam humores aggreditur ita, ut, qui utiles ſint, atque ad nutriendum habiles, hos quidem ad ſe trahat: inutiles uel per uentrem uel per cutim eijciat. Quòd ſi etiam frigidæ aſſuetus æger fuit, magna cum fiducia frigidam exhibebis, ipſa ſcilicet experientia iam doctus omnia uiſcera eius occurſum familiariter tolerare. Omnino nanque, ſi quod frigidum adeo eſſet, ut ab hac offenderetur, id per ſanitatis tempus euidenter offenſam ſuam oſtendiſſet: Nulla uero per ſanitatem particula quicquam ab hac læſa, nec etiam inter febricitan-

D dum quicquam lædetur. Vbi nanque non nulli aquæ frigidæ potioni non aſſueti, tamen propter ardentem febrem eam bibere coacti, nullum incommodum ſenſerunt, multo profecto minus eorum, qui aſſueuerunt, quiſquam lædi debet: cui etiam quaſi pro munimento maximo accedit ipſa caloris copia. Hic nanque, cum in uaſorum ſinibus plurimus contineatur, utpote tum aerea in his ſubſtantia, tum ēt ſuccis omnibus inflammatis, quantum ab frigido patitur refrigeratus, tantum rurſus calfaciendo in ipſum agit. Ideoque minus tuta ijs, qui exiguum ſanguinem carnemque obtinent, frigidæ potio eſt. Celeriter nanque ad ſolidas animalis peruenit partes, nulli, quod eius uim frangat, occurrens. Eo etiam fit, ut hecticæ febres nec perinde eam, quæ prorſus ſit gelida, nec multam deſiderent: ceu quæ extenuatis omnino, exiguique ſanguinis corporibus incidant. Verum de illis poſt agetur. Maxima uero continentium febrium remedia hæc duo ſunt, detractio ſanguinis, & potio frigida. Verum illa nullo non tempore, modo uires ſuſtineant: hæc, cum & in pulſu, & urinis concoctionis euidentes cernuntur notæ, febris autem eſt maxima. Attendenda uero cum uenæ ſecādæ* indicationibus ſunt, tum quæ eam præcedunt, tum uero, quæ omnino excipient. Nam, ſi præcedat ciborum cruditas, tanto tempore differre uenæ ſectionem iubebis, quantum ſatisfacere tum ad eorum concoctionem, tum ut excrementa deſcendant, uidebitur. Sin ſequetur neceſſario uacuatio quæpiam, tantum illi de eo, quod ſuperfluum eſt, relinquendum, quantum eſt, per eam uacuandum. Itaque, ſi tempore mittendi ſanguinis menſes moueri contigerit,

A.l.1.f.4.c.10 p.146.E

rit,siue etiam hæmorrhois fit reclusa.si inspectus fluentis impetus satis fore uidebitur, qui solus,quod B
requiris,uacuet,naturæ rem omnem permittes:sin minus,tū ipse detrahes, quo ex coniunctis ambobus perficiatur,quod postulas. Veluti autem in his ad ipsam naturalem uacuationem,quæ sensu usurpetur,non leuiter attentum esse oportet,ita alibi uel ad naturam ipsam,uel ætatem, uel cæli statum. Sunt enim non nulli ad exhalandos digerendosq; corporis succos natura propensi:Pueri certe propter ætatem perpetuo: Cæli uero status, ubi calidus nimium est & siccus. Voco cæli statum ipsam ambientis nos aeris temperiem:sub qua & anni tempus, & regio comprehenditur: quando horum quoq; utrunque ex ambientis temperie indicationem mutuatur. Propensi autem ad digerendos corporis succos sunt,quicunq; natura sunt humidi:magisq; si accedat caliditas:Præterea, qui raro corporis sunt textu: Ad hæc,quibus os uentris aut amara bili abundat, aut imbecillum est,aut supra modum sensile. Atque hæ quidem *indicationes sunt,quæ sanguinem detrahendum dehortantur. Contra postulant unà cum affectu,cuius causa primum requirebatur, habitus durus,densusq;,&,uno uerbo, qui haud facile digeritur:tum ambiens humidus frigidusque. Sane merito quædam sanguinem mittendum adhortantur, quædam dehortantur. Siquidem id pro uacuatione omnino suscipitur. At eorum, quæ comprehensa sunt,quædam transpirationes morantur,quædam promouent: & quædam ad uacuandū prompta sunt, quædam secus. Sane transpirationem corporum prohibent tum meatuum stipatio, tum circundantis F
nos aeris humiditas & frigiditas, Contra promouent ea,quæ his sunt contraria. Eorum autem,quæ uacuantur,quæ calida humidaq; ac tenuia sunt,ea celerrime digeruntur. Contra, quæ crassa,glutinosa,& frigida sunt,ægre transpirant. Atq; hæc quidem ad rem propositam de missione sanguinis, ac frigidæ aquæ potione,non ignorasse expedit. Quarum utranq; metuentes non paucos medicos uidisti,utique imperitos, Quorum alteros Hæmophobus,id est sanguinis mittendi timidos: alteros Psychrophobus, id est frigidæ exhibendæ formidantes, sic græce nominamus,sicut, qui a rabido cane sunt morsi, Hydrophobus. Sunt enim proculdubio horum quoq; aliqui præ dogmatis sui studio, non leui in rabie. Ergo relictis his, quod initio institutum nobis fuerat, prosequamur,ad memoriam reuocantes,quemadmodum sermo noster occasione communium quorundam in ipsis accidentium,a diarijs uenit ad cōtinentes. Quoniam enim obstructionis affectus,cum & ipsa exilis est, & rite curatur, diariam febrem efficit:cum uero uel propter magnitudinem,uel medici inscitiam consuetum diariarum tempus excessit,aut continentem,aut aliquam earum,quæ certo ambitu repetunt, merito nos de ea, quæ diarijs cognata est,continenti febre disputatio excepit: propter has uero protinus & de hac, quæ cum putredine humorum erat. Visumq; satius est uel claritatis, uel exercendi legentis causa, unius ægroti in utroque febrium genere mentionem facere. G

Indicationes non a traditis tantum superiori libro scopis, sed a causa morbi, ac ægrotantis uiribus petendas esse,& illarum methodum exercitatione in particularibus comprobandam. Cap. 6.

IGitur,qm̄ hæc nobis peracta sunt,ac per ea demonstratum euidenter est(id quod in præcedenti hūc libro ad calcem est dictum) oportere in alijs febribus,quæ amplius diariæ non sint,non modo ab ijs *rebus,quæ in illo libro præcipiantur,faciundorum indicationes peti,sed etiam ab ea causa,quæ febrē excitet,ac laborantis uiribus,ad uniuersalem denuo exercitationem reuertamur, pro comperto habētes non licere ullius artis scientiam nancisci, nisi & methodum quandam habueris per uniuersalia uocata theoremata,& in particularibus te exemplis exercueris. cum neq; fieri possit, ut sine multiplici in ægris singulatim exercitatione,quod ex usu sit,facias, nec sine uniuersalium cognitione probe exercitatio procedat: quippe cum in uniuersalibus methodus, in particularibus exercitatio consistat. Tanquam igitur,qui iter aliquod ingredi student,utroq; inuicem utuntur crure:qui altero claudus est, uno duntaxat nititur,& longo spatio,& sæpe errans,uiam peragit,ita sane,& qui finem cuiuslibet artis consequi parat,duobus his ueluti cruribus, uel instrumentis,uel quomodocunq; appellasse libet,uti debebit: in uniuersalibus theorematis,methodo:in particularibus,exercitatione.

*scopis.

Aduersus eos,qui curandi indicationem a laborantis uiribus sumi negabant. Cap. 7. H

REuersi igitur ad methodum, nunc age de ægrotantis agamus uiribus, conferant ne ad curationē hæ quippiam, an plane nihil,ceu non nullis est uisum. Videtur tamen eorum, qui inutilem uirtutem esse ad curationem inueniendam dicunt, non propria operum artis disceptatio esse, sed logica potius,ac sophistarum. Aiunt enim ab eo,quem curamus,affectu faciendorum indicationē præstari,haud quaquam a uiribus. Ergo & anni tempus,& regionem, & statum cæli, & ætatem, & consuetudinem,& corporum temperies inutiles esse eadem scilicet ratione dicunt. Postea, cum mutare curationem propter hæc coguntur, immemores eorum, quæ inter initia dixerant, quædam eorum, contraria aliquando indicare aiunt ijs, ad quæ curantis consilium dirigitur: quædam ad præsidiorum materias esse utilia,quemadmodum & animalis partes. Etenim in illis quoq; eadem utuntur stropha, in principio sermonis inutiles eas esse ad curationis inuentionem asserentes:post, ubi redarguūtur,ad curationis quidem indicationem inutiles dictitantes, ad materiæ tamen mutationem,uel inuentionem,uel differentiam,uel qualitatem (nam nec nominant eodē omnes modo)necessarias esse fatentes. Itaq;,quod modo dixi, nunc quoq; repetam,nempe quòd egressi ex eo, quod in arte est utile, in logicam disceptationem ueniunt. Est nanq; artis utilitas,auxilia,quibus æger sanetur,inuenire:quo illi relicto, de nominibus litigant,Endixis & Antendixis (quasi indicationes, & indicationum contradictiones dicas) item

communitates,

A communitates, & scopos, & auxiliorum materias, aliaq; similia loquẽtes, scilicet hac nominum diuersitate purgasse se pro ijs, quæ falso affirmauerant, arbitrantes. Ego uero minime uero nominibus, quibus libitum sit, uti. Meminisse tamen eos uelim eorum, quæ ab initio proposuerũt. Ea sunt auxiliorum inuentiones. Ad quas quicquid conducere quomodolibet uidebitur, id fatendum est ad curationem esse necessarium. Sic igitur, & uirtus necessaria ne cõsideratu in ægris a medico sit, an non, indagemus. Ego enim sæpe maxime esse necessariam aio sic, ut, quæ circa ægrum administrantur, omnia ferme eius unius causa fiant: aliquando mediocriter necessariam sic, ut aliquid ex hac quoque ad ea, quæ facienda sunt, consilij petatur, non tamen præcipua faciendorum ratio huc omnis referatur. Possum rursus ostendere tibi uirtutem adeo exiguum ad inuenienda remedia conferre, ut propter exilitatem etiam lateat: Alias uero prætermitti, ac silentio præteriri, quasi prorsus ex utiliter considerandis non sit. Verum, quod accidit in uirtute, id in reliquis omnibus, quæ aliquid faciendum indicant, usu uenit. Nam aliquando aliud eorum alio minus aut plus ualet: Aliquando adeo est ualens, ut solum indicare uideatur: aut ita imbecillum, ut omittatur.

Medendi methodum primum ab Hippocrate inuentam, deinde a Galeno declaratam, ac absolutam fuisse. Cap. 8.

B Haec igitur dum doceo, adsis animo uelim, illud habens in memoria, q; nec in alijs ullis curatio, quæ per methodum agitur, consistit, nec alius ante nos quisquam omnia ea ordine definiuit: quãquam & ab Hippocrate uia est inuenta. Hæc. n. ipsa, quæ ego nunc enarraturus sum, ille curationem indicare primus oĩum scripsit, uerum, ceu primus inuentor, nec debitum oĩbus ordinẽ dedit, nec cuiusq; *indicationis dignitatem ad unguem finiuit, & quasdam in ipsis discretiones omisit, obscureq; plurima pro antiqua dicendi breuitate est interpretatus. Præterea de complicatis affectibus paucissima omnino præcepit. Ac, ut breuiter dicam, omnem ad medicationẽ uiam aperuisse mihi uidetur, sed ita tamen, ut ea curam diligentiamq; ad absolutionem desideret: ueluti nunc quoq; uidemus quasdam ueterum in terris uiarum, quibus pars quæpiam est uel lutosa, uel lapidibus sentibusve impedita, uel moleste ardua, uel periculose prona, uel feris obsessa, uel propter magnitudinem fluminum inuia, uel longa, uel aspera. Itaq;, cum sic se haberent omnes in Italia uiæ, eas Traianus ille refecit: quæ quidem earum humidæ ac lutosæ partes erant, lapidibus sternens, aut editis aggestionibus exaltans: quæ senticosæ & asperæ erant, eas expurgans: ac flumina, quæ transiri non possent, pontibus iungens: vbi longior, quàm opus erat, uia uidebatur, aliam breuiorem excindẽs: sicubi uero propter arduum collem difficilis erat, per mitiora loca deflectens: iam, si obsessa feris, uel deserta erat, ab illa transferens, ac per habitata du-
C cens: tum asperas complanans. Itaq; mirari nemo debet, si, cum uiam rationemq; medendi ab Hippocrate inuentam esse sim testis, ipse tamen hoc opus scribere sim aggressus. Neq;. n. ceu ea plane non esset inuenta, sed ueluti, quæ proxime diximus, desideret, ad hæc conscribenda uenimus, nemine priorũ, qui eam methodum absoluerit, ante me inuento: quando alij omnino eam non nouerant: Alij, cũ nossent, non potuerunt tamen, quod defuit, adijcere. Non deerant, qui incognitam esse umbraq; inductã, ac prorsus e medio sublatam uoluerunt, ij uero qui fuerint, in sermonis progressu dicetur. Nunc, quod promisi, aggrediar, omnesq; deinceps medicandi *indicationes exponam.

In Diarijs febribus ab affectus causa, atq; ægri uiribus non præberi præcipuam indicationem. Cap. 9.

Vtile autem ad claritatem eorum principium sumetur ex reuocatis ad memoriam ijs, quæ in proximo libro disseruimus, cum de diarijs ageretur. Videbatur enim in illis prima, ac (ut sic dicam) maxime præcipua faciendorum indicatio esse, quæ affectum ægrotantis amouendum suadet, æque, ut in sanis prima esse, quæ statum eorum seruandum monet. Verum hic, sicut per similia seruatur, ita per contraria perimitur. Conferre præterea ad auxiliorum inuentionem diximus tum ipsam corporis temperiem unà cum consuetudine, tum regionem, tum anni tempus, tum cæli statum: In quibus uero morbis egregius aliquis in una parte animalis affectus subsisteret, ueluti ex adustione in capite, a parte quo
D que ipsa aliquam faciendorum indicationem sumi. De uiribus tamen, uel causa, quæ affectum creet, in eo libro nihil est dictum propterea, quòd nec uires in diarijs febribus egregiam ullam prouidentiam requirant, utpote quæ omnino ualidæ sint: nec affectus ullus in uera diaria subsit, qui eam uel gignat, uel augeat. Nam utroque modo loqui licet. Verum nunc prius de uiribus præcipiam: deinde ad causas, quæ febrem excitant, accedam.

Triplices genere in nobis esse uires, ac quo pacto illarum ratio sit habenda, quando, quæ ab eis est indicatio, cum reliquis indicationibus pugnarit. Cap. 10.

A. l. 1. f. 1. d. 5. c. 1. p. 17. b.

Gubernant animal (ut in libris de Hippocratis & Platonis dogmatis est monstratum) tres diuersi inter se generis facultates, toti corpori ex suo quodam ueluti fonte quæque distributa: eas Plato animas uocat, propriam cuiusque substantiam inueniens. Est enim earum quædam ad nutriendum animal necessaria, ac cum stirpibus communis, quæ iecur ueluti pro fonte habet: canales uero ab hoc in totum corpus sparsos, ipsas uenas. Hanc seu appetitricem, seu * naturalem, seu altricem uoces, nihil interest: ueluti nec, si animam, aut facultatem. Altera est, quæ non modo ut stirpibus, aut uita præditis, sed etiam ut animalibus anima est insita. Hæc sedem in corde habet, ipso quoque insiti caloris quodam ceu fonte. Ab hoc fonte canales arteriæ sunt. Vocaturque hęc multis sane nominibus. Nam & facultas siue uirtus uitalis, & facultas siue uirtus *animosa, [& anima uitalis] & anima *animosa di-

* φυσικὴν est in impressis. i. naturalem. in antiquis φυτικὴν. i. uegetabilem.
* ψυχικὴ

citur. Tertia anima, ratiocinatrix, in cerebro domicilium habet. Ea uoluntarijs actionibus unà cũ sensibus præsidet. (E) Vtitur & hæc particulis quibusdam, ceu canalibus, nempe ipsis neruis, sensum motumq; per hos in totum animal transmittens. Ergo has facultates seruare, nihil plane est aliud, quàm uitã seruare. Siquidem monstratum est qualibet earum amissa necesse esse reliquas quoq; unà perire. Ac propterea in opere de sanitate tuenda huc omne consilium direximus. In hoc uero, quod est de methodo medendi, primum propositum, & ei, quod in opere de sanitate tuenda proponitur, ad portionem respõdens, morbi est sublatio: quando cuiusmodi in illo sanitatis est tuitio, eiusmodi in hoc est morbi sublatio. Quorum utriq; unum est commune, ipsa scilicet uitæ custodia. Quæ nimirum in illo de sanitate tuenda opere sanitatis custodiam sequebatur. Quod .n. secundæ ualetudinis tuendæ gratia geritur, idẽ statim & uitam tuetur. At in hoc opere aliter se habet propterea, quòd, quæ affectiones præter naturã in nobis discutiunt, ea non omnino uitam custodiant. Quippe aliqua eiusmodi prædita sunt facultate, ut, si immoderate aut intempestiue utare, uitam adimant. Siquidem in sanguinis missione, quam usque ad animi defectum faciendam esse paulo ante diximus, quo flamma incontinentibus ex meatuum clausura febribus extingueretur, non paruum merito subsequetur incommodum, nisi opportuno tempore, aut debita mensura fiat. Duos nanq; in ipsis medicorum manibus perire uidi, qui post, quàm animo linquerentur, nunquam reuixerunt. Multi uero, etsi non protinus, at postea propter uirtutis infirmitatem perierunt. (F) Quos siquis citra eius resolutionem uacuasset, minime perijssent. Quinetiam aliqui in morbos inciderunt longos, post, quàm immodica inanitione resoluta naturalis uis fuit. Alijs, cum immodicæ uacuationis noxam sarcire non potuissent, in omne reliquum uitæ tempus totius corporis temperamentum redditum est frigidius: Ex qua refrigeratione facile ex quauis occasione læsi, alij decolorati, ac malo corporis habitu uixerunt: alij ex eo ipso in morbos deciderunt exitiales, aquam intercutem, & orthopnœan, & iecinoris ac uentriculi imbecillitatem, & apoplexiam, & * deliria. Ergo, cum uirtus tantopere necessaria sit, eam autẽ lædant omnia uacuantia remedia, siquis scilicet ijs parum moderate utatur, utiq; aduersæ inter se faciẽdorum indicationes in talibus corporibus sunt, in quibus affectus, quo expugnetur, notabilem uacuationem desiderat: uirtus aũt hanc ferre non ualet. Verum, cum sæpe ex uacuatione uirtus nihil lædatur, hinc sumitur incõsideratis & temerarijs medicis occasio, ut eam prætermittant, ceu nusquam quicquam indicet. Falluntur autem (ut dictum est) propterea, q̃ non intelligunt alterius cuiusdam rei causa uirtutem esse spectandam, nec quicquam ad affectum amouendum indicare. Tanquam igitur in ijs, qui ualent, semper ea comitatur, quæ sanitatis gratia administrantur, nec est quicquam inuenire, quod sanitatem tueatur, quod idem uires corrumpat, sic in ægrotantibus aliquando ijs succedit, quæ ueluti in * perniciem eius administrantur: aliquando ab ipsis * soluitur. (G) Si nanq; abundantia paulo uiribus superior fuerit, utiq; ex moderata uacuatione adeo nullum accedit uiribus incommodum, ut etiam maximum comparetur commodum, quod eas premebat, sublato. Sin, quo affectus sanetur, multa uacuatione est opus, resoluatur autem ex tanta inanitione uirtus non modo rursus homini non proderit, sed etiam maximum illi periculum afferet. Porrò in ijs continentibus febribus, quæ ex stipatione meatuum accenduntur, quoniam ualida plerunq; uirtus est, citra periculum uacuatio adhibetur. In alijs uero morbis maxime est periculosa, ueluti si ea forte incidit ex corruptela humorum. De qua tempestiuum est mentionẽ facere, quo omnes mittendi sanguinis * indicationes in hoc libro decidamus. Ergo, quod corruptum est, id alienum a natura est: quod tale est, id se auferendum dictat. Si igitur cum uiribus imbecillis corruptela incidit, utiq;, quod affectus remedium est, id cum uirtutis custodia pugnat. Siquidem affectus uacuandum esse præcipit, idq; uel uena incisa, uel purgatione. Harum autem neutram ferent imbecillæ uires. Quoniam igitur in omnibus eiusmodi repugnantijs incerta succurrendi ratio est, alias insanabilis omnino affectus relinquetur, alias spatio, & ægre, idq; si magnum nactus sit medicum, sanari poterit. Oportet nanq;, ubi indicationes ita sibi aduersantur, & paulatim, quod uitiosum est, uacuare: & paulatim inuicem, quod salubre est, pro eo reponere. Vocant medici eiusmodi uitiosi succi curationem græce Epicrasin. (H)

Venæ sectionis exemplo ostenditur, quando uirium indicatio consideranda, aut omittenda uideatur. *Cap. 13.*

Memineris uero mihi ad ea, quæ dicenda sunt, etiam quorum causa uenæ sectio petitur. Nam, quũ hæc sanguinis uacuandi causa adhibetur, sanguis autem * inutilis naturæ est, utiq; probe hanc administrari conueniet sic, ut, quod inutile naturæ sit, emittat. Fit autem sanguis naturæ inutilis bifariã, uel cum propriam qualitatem ad unguem non seruat, nec amplius nutrire, sicut prius, cum utilis esset, potest: uel ita multitudine creuit, ut aut uires premat, aut tum uenas, tum arterias uel distendat, uel * findat, uel obstruat. Ac in his quidem missio sanguinis utilis est, ceu uacuantium præsidiorũ una: in alijs, ceu quorum uehementiorem impetum ad diuersam partem reuocet, uel † [per propinqua] deriuet. Postulat autem semper ualentes uires, quæ modo uacuationis eius respondeant. Ad hæc igitur respicientes sanguinem detrahimus, alias semel, alias bis, uel ter, uel sæpius: ueluti in sequentibus patebit. In præsentia uero illud manifestum fecimus, uirtutem uacuantia remedia aliquando citra noxã ferre, utpote nec adiutam ab his quicquam, quod sit æstimandum, nec uero læsam: Sæpe uero magis minusve, tum iuuari, tum lædi: Præterea, quoties notabilis illi ex uacuantibus auxilijs noxa incidet, toties patere ipsam quoq; tunc utile aliquid ad cõsiderandũ indicare, æque utiq;, ut cũ manifeste iuuabit.

Marginal notes:
* παρα τᾶς ... seu παρα-... quid autẽ sit paraplexia tum ex plerisq; alijs Galeni locis, tum præcipue ex commẽto. 27. quarti cõmentarii de diæta in morbis acutis patet.
* solutionem.
* colliter.
* χρηστόν. i. utilis.
* ῥήγνυται.
† ὡς τὰ παρά... i. ad latera.

A Vbi uero ex ijs, quæ affectum submouent, nec commodum illi accedit ullum, nec incommodum, ibi uelut inutilis, prætermittitur.

Ex ijs, quæ indicant, quædam simplicem indicationem, quædam non simplicem præbere. Cap. 12.

POrrò una semper est, quæ ab hac præstatur, conferentis indicatio, ueluti etiã reliquorum omnium. Nam, quicquid pro natura sua indicat, id unum semper indicabit, ceu quod unam habeat naturam. Atq; id unum, si, quod indicationẽ facit, simplex est, ipsum quoq; simplex erit: Sin illud est cõpositũ, hoc quoq; erit compositũ. Sane quædã sui custodiã indicant, quædã amotionẽ. Siue aũt hanc indicẽt, siue illã, quod simplex est, simplicẽ quoq; indicationẽ habet: quod nõ simplex, & non simplicẽ. Idcirco in superioribus semper simplicẽ intemperiẽ simplicẽ indicationẽ præbere diximus: † [ueluti in frigiditate & caliditate.] Nou simplicem uero, etiam indicationẽ suggerere non simplicem: Calidam .n. siccamq; intemperiem curationem sui per ea, quæ humectent, & refrigerent, moliendam indicare.

† καθάπερ ἐπὶ ψύξεως θερμότητα .i. ueluti in frigiditate caliditatẽ.

Quo pacto indicatio, quæ est a uiribus, nunc reliquis prior nunc posterior esse uideatur. Cap. 13.

ERgo uires quoq; unã rem semper indicabunt, utiq; sui custodiam. Quibus ergo (roget quis) rationibus B seruabiẽ? Nempe potissima rõne ex eo, quod de substantia earũ uel inanitũ, uel alteratum est, corrigendo: Secundo loco ex prohibẽdis ijs, quæ ipsarũ substantiã uacuare alterareve possunt. Comprehensa uero interea, quæ alterant, breuitatis causa sint, & quæ earũ unitatẽ distrahunt. Hæc itaq; cũ uires perpetuo indicent, in ualentibus (sicut dictum est) consensus agendorũ oĩum ad ipsarum perennitatem est: in ægrotantibus autem non semper. Quo tempore æstimari debebit, quod uel magnitudine uel dignitate (ut prius est dictum) præualeat. Maxima igitur dignitas ipsarum est uirium: qñ uiuere ipsum nobis ex harũ custodia constat, utpote cum uitam aut ipsas esse uires, aut earum actiones sit necesse. At uita ipsa nihil esse prius in animantis corpore potest propterea, ꝙ nec sanos esse citra uitam licet. Virtus ergo omniũ prima custodienda hominibus est: seruabitur aũt, si nec eius substantia inaniatur, nec tanta alteratione alteretur, ut ea corruptioni sit propinqua. Atq; huius custodiæ pars est, ubi, uel * temperiẽ ipsam præsentem seruamus, uel absentem inducimus. A uirium indicatione proxima est quæ ab affectibus, quos curare proponimus, datur: postea deinceps reliquæ. Quicquid igitur indicationi, quã uires præbent, aduersatur, id secundi est loci, ac posterioris ijs, quæ illæ præcipiunt. Quæ uero cũ ijs, quæ uiribus conducunt, in idẽ competunt, hæc utrunq; calculũ referunt, & eorũ, quæ primæ (ut ita dixerim) sint notæ: & eorũ, quæ secundæ. Itaq; hæc citra controuersiam sunt facienda. Quæ uero ad-C uersantur, aliqñ administranda prorsus non sunt: aliqñ * paulatim. Quippe, si, quem curare studes affectum, is uacuationẽ requirit, uires aũt extrema imbecillitate laborãt, toto illo tempore, quo uires reficimus, eorũ, quæ affectũ sanent, nihil plane ægrotanti exhibebimus. Vbi uero eo roboris peruenisse eas conijcimus, ut nihil aut parũ ex uacuãdo sint lædendæ, tum est ad affectus quoq; curationem accedendum. Prima igitur oĩum * indicatio est, quę a uirtute sumitur: Verũ non sic prima, ut quæ curationem doceat: cum ex numero curatricũ * indicationũ non sit, uerũ (ut ita dixerim) uitalium, [siue quæ ad uitæ custodiam pertinent. Nam, neq; ut ualeamus, nec ut a morbis liberemur, ab ea quicquam primum desumimus, sed ut uiuamus. Additum autem in sermone est illud primum quòd ex accidente aliquando uirtutis roboratio ad affectus curationem conducit. Verum id in sequentibus docebimus.

* εὐκρασίαν.

* ἐν ὀλίγῳ.

Curatiuas omnes indicationes tribus hisce contineri, affectu scilicet naturali, affectu præter naturam, & aere nos ambiente. Cap. 14.

NVnc ad pensum rursus redeamus, in paucas summas, compendij causa, rem omnem cogentes. Medicatoriæ * indicationes a morbo ipso sumuntur, a corporis temperamento, & tertio ambiente nos aere. Quod si aliæ quædam antea sunt positæ, uel postea non hæ modo, uerumetiam aliæ dicentur: omnes tamen ex ijs in partes diductis natæ uidebuntur. Siquidem corporis temperies, quæ illo tempo-D re fuit, quo ægrotare id cœpit, quæq; ad inuenienda remedia est utilis, ex natura, ætate, consuetudine, & ambiente nos aere ortum habet. Ambiens uero ipse eiusmodi est redditus propter tum regionem ipsam, tum anni tempus, tum cæli statum. Ergo, cum unum sit eorũ utrunq;, ex pluribus tamen tale efficitur. Affectus uero haudquaquam in causas diduci est aptus, sed in differentias. Nam aut in similaribus consistit partibus, aut in instrumentarijs. Ac in similaribus quidem, uel simplex est intemperies, uel composita: In instrumentarijs, circa simplicium partium uel posituram, uel formam, uel numerum, uel magnitudinem, tum quæcunq; horũ sigillatim traditæ sunt differentiæ, consistit. Hæc itaq; tria illa prima sunt, quæ curationem indicant, nempe ambiens ipse cum geminis corporis siue affectionibus, siue constitutionibus libitum est appellasse, una naturali: altera, quæ præter naturam sit, quæ sane morbus est. Non posse autem plura esse genera * indicationum, quæ ad medendum pertineant, quàm tria, quæ modo diximus, ex ipsa rerum substantia scire licet. Nam morbus & sanitas, corporis sunt affectus, ille se tollendum, hæc se tuendam indicans. Ambiens uero is est, sine quo nec tolli morbus, nec teneri sanitas potest. Hic igitur causę, sine qua non, obtinet rationem. At uero cum id, quod ægrotat, alteramus, nisi constat, quousque sit mutandum, utiq;, quando sit ab alterando desistendum, non intelligemus. Generatim igitur in omni curatione agendorũ * indicationes in his ad summum tribus consistunt. Membratim uero (ut supra est comprehensum) aliquæ simplicium particularũ sunt propriæ:

A.l.1.f.4.c.1. p.134.D

aliquæ compositarum. Eorum ergo, quæ in simplices incidunt partes, unũ est intẽperies ea, quæ in calido consistit. Hæc, cum in totum diffusa corpus est, febris nominatur: ideoq; omnis febris, qua febris est, humectatio refrigeratioq; remedia sunt. Ac, si sola hæc sit, ad refrigerandum humectandumq; omne medentis cõsilium, ueluti ad finẽ, dirigitur ita, ut nihil sit, quod præterea ad curationem desideretur nisi ut materiæ inueniantur, quæ huic proposito sunt idoneæ: materia uero inuenta, ut opportunum tẽpus ex quatuor febris temporibus captes: quantitatem uero, ex conferendo cum naturali habitu morbum. Quippe quantum is a naturali habitu recessit, tantum, opus est, ægrum refrigeres & humectes. Sane ambiens, si contrariam morbo temperiem habet, e præsidiorum numero unus est: sin similem, ægritudinalium causarum est unus. Quoniam autem reliquas materias tum deligere, tum fugere licet, quam autem ambiens præstat, fugere non licet, immo necesse est præsenti cæli statu uti, idcirco huic quoq; attenti esse cogimur: qui utiq; sæpe cum ijs, quæ morbus facienda suadet, (ut diximus) est concors: sæpe discors, & qui contra moliatur. Habebit ergo (ut diximus) ambiens rationem modo materiæ sanantis: modo causæ morbum fouentis. Quippe, cum humectari refrigerarique morbus postulat, si hæc præstat, sanantis materiæ rationem obtinet: Sin calefaciat & siccet, morbificis causis est annumerandus. Vbi igitur cum medendi indicationibus consonat, pro gratia est habendum: Sicubi aduersatur, inhibenda eius noxa est, scilicet reliquorum auxiliorum humiditate, ac frigore intensis adauctisq;. Sedulo igitur agendum est, ut ambientem, quoad fieri potest, qualem esse expedit, præpares, scilicet humidiores frigidioresq; domos tum deligens, tum uero præparans: sicut e diuerso, si frigida sit humidaq; morbi species, quæ calfieri siccariq; postulet, & eligendæ & præparandæ domus sunt, quæ calfaciant, & exiccent. At deligendas quidem dico, quæ ex seipsis eiusmodi sunt: Præparandas uero, cum arte nostra molimur per æstatem subterraneas eas, & ad septentriones uersas, ac pauimenta earum assidue humore aspergentes, tum ut ex euripo aliquo aura inspiret, machinantes, flores præterea, ac germina, quæ frigidæ, humidæq; facultatis sint, per aream proijcientes: per hyemem uero contraria horum molientes, præsertim ubi morbus (ut prædictum est) suadet: ubi non suadet, excessus tantum utriusq; temporis remittentes. De quo mihi aliquid necessario postea est dicendum. Nunc auxiliorum materias indicare non decreuimus, sed methodos docere.

B (margin, line 1) — F (margin, "Sicubi") — A.l.1.f.a.d. c 4.p.59.C (margin, "Sane ambiens")

Quo pacto curatiuæ indicationes modo in plures diduci, modo in pauciores cogi possint. *Cap.* 15.

QVare rursus ad has disputationem reuocemus, doceamusq;, quemadmodũ & paucæ & multæ pro diuersa sectione curatoriæ * indicationes sint: quando & tres uniuersa (ut proxime docuimus) facias, licet, in pauca capita tota summa reducta: & qualibet earum rursus diuisa, ex ipsis multa efficere. G Id quod & iam monstratũ est. Quin & ipsarũ sectionũ quamlibet rursum diducas in mẽbra, licet, donec ad insectile uenias. Iam primas quoq; illas tres, quas memorauimus, fieri potest, ut redigas ad pauciores sic, ut duo eorum scoporum, qui curationem indicent, omnino capita sint, nempe præsens affectus, quem morbũ nominamus: & qui prius fuit, quẽ sanitatẽ & naturalẽ habitũ diximus. Neq; .n. aliud est ipsa sanatio, quàm præsentis in corpore uitiosi affectus in naturalẽ habitum mutatio. Cum aũt contrarij hi affectus sint, necesse est, per contraria fiat eorũ alterius in alterũ translatio. Atq; ita rursus una sola erit curationum maxime generalis * indicatio, nempe contrarietas. Ergo hinc rursus sumpto initio, age particulares * indicationes disquiramus. Quoniam id, quod ægrotat, ei, quod ualet, est contrarium, utiq; per contraria est ab illo in hoc uia. At quomodo (inquies) in contrarijs inuenietur modus? Non .n. satis est calido affectui admouisse frigida, nisi id debita fiat mensura: cum alioqui metus sit, si intra modum id fiat, ne morbi reliquũ quippiam relinquatur: sin modũ excedas, contrariũ genus morbi inducas. Qui .n. supra, quàm par est, calidũ morbũ refrigerat, is sanitatis mediocritate transmissa aliũ excitabit morbũ, qui sit frigidus. Quod quo minus accidat, naturam curandi corporis scias, oportet: quo, quantũ morbus ab illius symmetria discesserit, intelligens, mensuram refrigeranti præsidio imponas. At fieri non potest, ut, quantũ a se inuicẽ distent, inuenias, nisi compertum habeas, H quàm esset corpus aut humidũ, aut frigidũ, aut calidũ, aut, siccum, cum ualeret, quantumq; ex his excesserit post, quàm ægrotauit. Quippe, quod plurimũ a naturali habitu recessit, id uehementibus eget contrarijs: quod non plurimũ, leuibus. Sane plurimum recessit frigidus morbus a corpore natura calido: ita, ut e diuerso calidus a frigido: Minus recessit tum calidum a calido: tum frigidum a frigido. Quare ex utrisq; indicatio curationis præstatur. Verum, cum materiæ reliquorũ præsidiorum omnium electio in nostra potestate sit, eius uero, quã ambiens præstat, in nostra manu nõ sit, ratio est, ex hoc quoque propriam quandam indicationẽ sumamus. Ceterum, quoniam nosci ad unguem oportet corporum temperamenta, id uero est plane difficile, utiq; tentandum est tum ex ijs, quæ in libro de temperamentis sunt scripta, ea inuenire: tum uero ultra hæc, quo magis scientifica notitia sit, ex ætate, & tota anteacta uita, quæ nimirum in uitæ exercitio, & uictus rõne consistit: præterea in hac regione, & hoc anni tempore, & hoc statu cæli, conuersatione. Si nanq; natura gracilis, & tangenti calidus, & biliosus, & propensus ad iram, & hirtus sit, calidus hic siccusq; natura est. Non tamen necesse est nunc quoque, cum ægrotare incepit, eundem plane habere affectum. Fieri enim potest, ut in desidia uixerit, idq; cum frigidis humidisq; potione & cibis, ad hæc etiã cum balneis post cibos, & multo somno: præterea in regione humida & frigida, & hyeme in qua frigidus & humidus exuperabat cæli status.

Rursus

A Rursus fieri potest, ut horum præcesserint contraria, id est calfacientia & siccantia, idq; per singula dictorum iam generum. Ergo, siquo ad præsens temperamentum noscendum deficimur, id ex præeuntibus ipsis supplebimus: Ex illo uero inuento, administrandorum indicatio suppeditabitur.

Vtilem esse, ac minime contemnendam indicationem, quæ a consuetudine præbetur. *Cap. 16.*

AC dictum quidem prius est, ubi de frigida exhibenda præcepimus, illud quoq; ex ijs unum esse, quæ cõsideranda tum essent, nunquid particula quæpiam, cui frigida natura esset, lædi magnopere ex eius potione posset. An igitur fas est in ægrotante homine cuiusq; particulæ temperamentum inuenisse absq; ijs notis, quas in libris de ipsis retulimus? Atq; illi quidem nec inquirunt, nec norunt, sed iuxta prouerbium, uno calapodio omnes calceant. Nos certe (quibus inquirendi cura fuit) illud inuenimus, quòd per plures ac cognitu difficiles notas cuiusq; membri temperamentum coniectura potius, quàm scientia, inueniatur. Si igitur notis multis & * paruis aliqua certior apparuerit, nonne abiectis illis hanc pro omnibus arripiemus? nemo id, arbitror, qui mentis est compos, negabit. Atqui, si oẽs temperamentorũ notas in unum colligas, hæ longissime absunt, ut parem ei, quam consuetudo præstat, fidem faciant. Si .n. antea per sanitatem quispiam frigidam perpetuo biberit, neutiquam nec in ie-

* μακρῶν est in græcis .i. longis.

B cinore, nec uesica, nec uentriculo, nec alio quopiam talium offensus, planum est & ualida illi esse hæc omnia, nec nunc a frigida lædenda. Non est igitur, quòd paruũ quiddã, atq; ad spectandũ leue ad inuẽtionem remediorũ consuetudinẽ existimemus: ueluti nec ad sanitatem tuendam. Nemo .n. adeo est stupidus, ut magnopere ex frigidæ potione læsus hanc in diutinum usum duxisse uelit propterea, quòd læsus interim, atq; ab ea euidenter ægrotans omnino abstinebit. Ergo, sicut alia non pauca quidã medici præter communes sensus, ita illud quoq; effuderunt, q̃ nulla nec salubris inueniendi uictus, nec ægrorum curationis, ex consuetudine sumatur occasio. Videtur .n. non, sicut alia quædã, exiguã leuemq; sed maximam, ac maxime principalem uim habere: ut quæ singulorũ corporũ naturã ostendat. Sane ipsi uia rationeq; ab ea procedentes fatemur nos partium affectũ inuenire, dein ex illo rursus ad faciẽdorum indicationem uenire. Empiricus uero præterite se naturæ inquisitionem profitetur, quippe, quod per eã consecuturus fuisset, id iã se habere, intelligere scilicet se, non lædi a frigidæ potione ægrotantis corpus: id uero esse, quod nobis ab initio proponatur, non ut naturam noscamus. Post (arbitror) nos quidem, ueluti ambages frustra secutos, merito taxet: eos uero, qui in totum inutilem esse consuetudinẽ dicunt, ueluti a communi sensu alienos, iuste accuset. Quid igitur, inquies, eis respondebimus nos, qui methodo artem condimus? Nempe quid aliud, quàm quòd uera dicunt de ijs consue-

C tudinibus, quæ adeo euidentẽ utilitatẽ offensamve ostendunt? quippe quas nemo uel ante methodum non nouit. At reliquarũ quasdam, quæ scilicet paulatim magnũ contrahunt incommodũ, non æque licet per experientiã inuenire. Dictum aũt fusius de eiusmodi consuetudinibus est in libris de sanitate tuenda. Vnde, si in frigidæ quoq; exhibitione consuetudo citra methodũ satisfacit, nec nos profecto experientiã fugimus: immo oẽm, quã illi, utilitatẽ ab ea capientes, ẽt extrinsecus præter hãc adijcimus qui saltem id possumus, eam, quæ a rerũ natura suggeritur, indicationẽ. In hoc uero libro methodi rationem sequentes fatemur longiore uia idẽ inuenire, quod breuius inuenire citra * ratiocinationẽ liceret. Siquidẽ, cum sæpe iam uidimus non paucos ex ijs, qui febribus ardentibus premerentur, cum iam mediocriter concocti humores essent, statim ex frigidæ potione febre liberatos, quamuis ei potioni parũ assueti fuissent, multo (arbitror) magis in ijs, qui assueuerunt, utilitatẽ fore citra noxam ullam sperabimus. Habes itaq; nunc etiam de consuetudine rationẽ, etsi ex incidenti oblatam, tamen satis definitam. Est .n. ea quoq; unum quiddam eorum, quæ curationis rationem per * morbi naturam intercedentem indicent, quemadmodum & ætas. Siquidem ipsa quoq; temperamenti interuentu indicationẽ præstat, ueluti puerorum: quę, cum humidam & calidam temperiem habeat, facile digeritur.

* ἀναλογισμοῦ

* corporis.

De indicatione ab ætate, ac summa uniuersarum indicationum. *Cap. 17.*

D ADsis enim animo, uelim, ad ea, quæ de corporũ diuersitate hoc loco dicam. Lapidum substantia constans stabilisq; propter siccitatẽ & frigus est: Ad eundẽ modũ æris, & ferri, & auri, & uno uerbo, omniũ, quæ ex terra sunt, corporũ. At, quæ humida calidaq; sunt, eorũ substantia celerrime in ambientem dissipatur, alias in halitum sensibilem soluta, alias in perspirationes, quæ uisum fugiant, sed ratione deprehendantur. Atq; hæ corporum naturæ, ueluti ex diametro, (ut Græci loquuntur) id est lõgissimo interuallo, a se distant. Reliquarũ omniũ illæ, quæ frigidæ ac siccæ proxime accedunt, ægre quidem per halitum digeri possunt, minus tamen ægre, quàm ferrum, & lapis, & adamas. At, quæ calidæ & humidæ sunt uicinæ, hæ promptius quidẽ digeruntur, atq; exhalant, ceterũ minus hæ quoq;, quàm aqua calefacta. Nam citra calorẽ nõ potest in halitum digeri corpus ullum, substantia eius coacta densataq; manente: sed nec per calorem omne, immo quod habile est in halitũ resolui: tale porrò est, quod humidum est. Ergo puerorũ substantia omniũ facillime digeritur, ac dissipatur propterea, q̃ est omnium humidissima: nulla uero frigidior. Quo minus uacuantis præsidij eget, cum habeat ex seipsa, unde naturaliter uacuetur. Fit autem profecto & propter calidam siccamq; regionem, & tempus æstiuum, & statum cæli impense calidum & siccum notabilis per cutim uacuatio. Itaque etiam huius causa ijs, qui sanguinis detrahendi egent, aut prorsus uenam non secabimus, aut parum detrahemus. Sane erunt in hac quoq; detractione multi scopi medico spectandi, natura ab initio, consuetudo, ætas, locus

 habitationis,

habitationis, anni tempus, cæli status: ad hæc ægritudinalis quem curamus, affectus, aliaq; ratione E ante hunc laborantis uires. Cum uero affectus numerosi sint, cuiq; eorum sua est curationis indicatio. Quippe a calido indicatio est refrigerandi: a frigido calefaciendi: ac a reliquorum quolibet contrarium applicandi. Quare, cum octo intemperamenta sint, octo etiam erunt morborum, quibus simplicia corpora sunt obnoxia, particulares * indicationes. * Vtraq; has una eius affectus, qui etiam instrumentalium est communis: cuius nullum apud priores nomen fuit. Sed nos, qui eum interpretari sumus coacti, continui solutionem appellauimus: ostendimusq; communem curationis * indicationem hic quoq; esse unitionem. At uero, quæ ex hoc rursum in partes diducto particulares consistant, hæ quatuor uoluminibus sunt proditæ, nempe tertio, quarto, quinto, & sexto huius operis. Ac nunc quidem institutum de intemperamentis sermonem etiam in sequentibus libris persequar. Hoc absoluto ad instrumentalium partium morbos conuertar: ostendamq; secundum eandem methodum in ijs quoq; tum primas omniũ curationis * indicationes: (quas utiq; generalissimas appelles, licet) tum quæ ex harum sectione nascantur: deinde rursus, quæ ex illis oriantur, donec ad eas, quæ ultra sectionem non admittant, peruenero. Hanc etenim omnis constituendæ artis methodum Plato nos docuit. Verum de instrumentalibus postea (ut promisi) dicetur. Nunc (si prius, in qua parte propositi operis simus, admonuerimus) præsenti iam disputationi finem idoneum imponemus. Est igitur unum morbi F genus, quod similares & simplices animalis uexat partes, quam intemperiem uocant. Huius aliquas differentias ex corporibus nuda qualitate alteratis prouenire docuimus: aliquas cum materia quapiã, quæ in ipsa confluit: Rursusq; ambas incidere uel in unicam animalis particulam, uel plures, uel etiã totum corpus. Ergo, cum in operis huius libro septimo intemperies eas, quæ alteratis tantum qualitatibus in partibus proueniunt, pertractarim, in duobus deinceps libris ad eas, quæ in totum se animal extendunt, uenientibus, primum agere de febribus placuit. At, quoniam harum ipsarum aliquæ adhuc fiunt, manente scilicet in corpore causa, quæ eas excitauit: aliquæ factæ iam sunt, sed, quæ eas accendit, causa iam abijt, satius uisum est de ijs primum sermonem facere, utpote simplicem primam curationis indicationem habentibus: deinde illas quoq; stilo aggredi, quarum in corpore causa subsistit.

* [illegible]

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST

DE MORBIS CVRANDIS,

LIBER DECIMVS. G

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet præcauere, ne Diariæ febres in hecticas pertranseant, ac ipsas hecticas, cum inuaserint, curare.

De ratione curandi, cum indicationes ab affectu, a causa, & a uiribus in idem coierint, uel inuicem pugnarint. *Cap. I.*

ERgo in diarijs febribus simplex quidam est in corpore præter naturã affectus, utpote causis, quæ primũ eas excitarunt, iam ademptis. In quibus uero causa, quæ eas accẽdit, adhuc manet, in ijs nec affectus simplex, nec sanatio est. Siquidem quod febris iam receptũ in corpore est, id ex propria ipsius curandi indicatione discutere oportet: quod adhuc est futurũ, id propulsare, ac, ne fiat, ue- H tare. Vetabitur aũt, si, quæ id excitat causa, prorsus sit submota. Itaq; in diarijs faciendorũ indicationẽ ex ipsa febre maxime capiemus, sed cũ illa naturã, & ætatẽ, & cõsuetudinẽ, præterea anni tẽpus, cæli statũ, & regionẽ, † [& uires] simul expẽdentes. In reliquis, quæ accẽsionis suæ cãm intus habẽt, prima * indicatio ab ipsa sumetur causa. Itaq;, si febriũ, quæ multos dies cõtinuant, recte ostẽdimus putredinẽ esse cãm, hæc nimirũ sananda est prima: sed nec interim extinguẽdæ febris, quæ per eam iam accẽsa est, rõ nõ habẽda. Ac, si quidẽ in idẽ consentiãt, & quæ febrẽ extinguũt, & quæ cãm oppugnãt, quod ab utrisq; indicat̃, cum unũ sit, sine cunctatiõe agendũ est. Sin febris, quæ iam accẽsa sit, sanatio cãm, quæ hãc excitauit, est auctura: aut, quę cãm submouẽt, febrẽ exasperabunt, diligens habẽda cõsideratio est remediorũ specie. Sane diligenter considerauerit, qui totã deliberationẽ in tria hæc æstimãda diuiserit, febrisne sola curanda sit nõ solicito de cã: an causa oppugnanda minime curanti de febri: an plurimũ quidẽ remediorũ ad alterã earum sit adhibendum, non tamen altera neglecta. At, quod primo quidem loco est dictum, probare non debemus: quando, si, quibus præsidijs id febris, quod semper gignitur, oppugnamus, ea effectricem eius causam auxerint, plane nec generationẽ eius aliquãdo inhibebimus, nec magnitudinẽ minuemus, quippe & generatio eius, effectricis causæ speciem imitabit̃: & magnitudo cũ illa pariter inaugescet.

† Hæc uerba impressi codices græci habent, antiqui non habent.

A Quod secundo loco diximus, si id distinguemus, poterit esse non incommodum. Nam, si intolerabilis ægro magnitudo febris sit, committendum non est, ut per ea, quibus causam adimimus, febrē augeamus. Simul enim arbitror utrunque, & febrim sustulerimus, & hominē. Sin ita mediocris sit febris, ut quo tempore contra causam tantum pugnas, obruendæ interim uires, ægrotantis non sint, utiq; contemnendus is modus non est. Non contemnendus aūt nec tertius est, qui cōtra id, cuius maius momentum est, instare iubet, nec tamen alterius omnino negligentē esse. Sane plerunq; causæ maior est uis. Fieri tamen aliquando potest, ut ea sit febris magnitudo, quæ præsentem perniciem, nisi occurras, afferat. quo casu oportebit hac prius submota, deinde ad causam submouendam accedere. Atq; hæc mi Eugeniane, decidenda tibi inter initia statim de contrarijs indicationibus sunt. Cum aūt in ijs examinandis non parum uisa est ad hominis salutem momenti habere uis ipsa [naturalis,] utique de ea quoq; non leuis ad agendorum inuentionem consideratio est habenda. Ita fit, ut tres primi scopi sint, qui in propositis iam ob putredinem febribus agendorū indicationē nobis præbeant: Vna febris ipsa: Altera effectrix eius causa: Tertia uis ipsa [naturalis.] Ceterum priores duo scopi submouendi sunt: tertius est tuendus. Erit igitur rursus hic quoq; eadem tibi consideratio, quæ paulo supra, ut cum uiribus tum febrem, tum causam inuicem conferas. Mox, si eadem ambo remedia requirent, ea

A.1.1.f.4.d.1. c.1.p.131.E

B prompte exequaris: Sin indicationes pugnabunt, unam præferas, uel quæ a uiribus sumitur, uel quæ a causa, uel quæ a febre, ac, quæ ceteris sit ualentior, hanc magis sequaris, nec tamen ceteras negligas. Ex hac nanq; discretione doceberis primam causam, febremq; profligare, ubi uidelicet conijcis harum remedia uires posse ferre: rursus primam roborandam uirtutem esse, ubi hæc imbecillior est, quàm ut causæ febrisq; præsidia sustineat. Quinetiam omnia pariter sub coniecturam agi licet, ueluti paulo supra de febri, & de causa est monstratum.

Quæ ex diarijs febribus magis apta sint perdurare, & in alias febres transire, quaq; ratione id periculi declinemus. Cap. 2.

Ergo, cū tria hæc sint, ad quæ attentū te esse in propositis febribus curandis oporteat, febris ipsa, huius efficiens causa, & ægrotantis uires, inuentiq; præterea sint generales indicationum modi, quos & generales uniuersalesq; dicimus, transeundū, arbitror, nūc est ad præsidiorum differentias, quæ specialia particulariaq; sunt, sed mentione de diarijs repetita: quandoquidē ab ipsis in eas, quæ plures dies continuent, aliqui transeunt. At uero, cum in has transeant una quidem ratione maxime communi, ipsa medicorum inscitia: duabus magis priuatis, quòd ipsarum febrium uel causa effectrix iam abijt, uel etiamnum manet, de utrisq; seorsum est dicendum. Porrò abijt effectrix causa, quoties ab ira,

C dolore, uigilia, cura, æstiuo Sole, fatigatione, & bubone iam inclinato excitata citra stipationē febris est. Manet, quoties uel ab externa causa, uel ab ipsa febre stipatio aliqua facta est. Nam & frigiditas, & adstringentiū usus, per mediam stipationem semper febrem excitant. Vstio præterea non nunquā corporis habitū constipat. Iam ipsum febris principiū, ubi cum horrore inuasit, stipationē subinde fecit. Quinetiā glutinosi, & crassi, aut & copiosi succi, ubi mediocriter obstruxerunt, diariā aliqn febrē accendunt, utiq; cum idoneū fortiti sunt medicū, ut supra est indicatū. Sane dicuntur idcirco id genus febres omnes diariæ, quia solui, (quod utiq; ex ipsis est) uno die sunt aptæ, computata cum hoc unà & nocte, quemadmodū cum dicimus mensem esse triginta dierum, & annum trecentorū sexaginta quinque, & hoc gestū esse ante tres dies, aut gerendum esse post quatuor. Ceterum, non est idem ipsarum omniū affectus, sed ab aliquibus inseparabilis stipatio est: ab aliquibus minime inseparabilis, sed uel ut plerunque simul adest, uel ambigua sorte, uel raro. Inseparabilis stipatio est ijs, qui ex aluminosa aqua, uel chalcanthode, uel tali quapiam alia, aut ex frigore, aut leui obstructione febricitarunt: Plurimum uero ijs adest, qui ex ustione febricitant: Ambigua sorte, ijs, qui ex fatigatione: Quicunq; uero ex ira, uel tristitia, uel uigilijs, uel pertinaci studio, uel cruditate, uel bubone febricitant, ijs raro adiuncta stipatio est. Atq; harum omnium febriū nulla, (quod utiq; ex ipsa sit) ad secundā usq; accessionem

* τοδεῖσθαι. D perdurat, sed intra quatuor & uiginti horas * omnino desinit. Aut, si quando earū aliquæ (quod tamē rarius sit) longius trahunt, duæ ijs accedunt causæ, quæ ipsas solui uetant. Earū una frigus est, quod uel ex ambiente aere, uel ex unctione quapiam extrinsecus admota proueniat: Altera egregia ista diatritos est, si qui uidelicet hanc transire medicorum inscitia coguntur. Quod si & ambiens aer calidus sit, & nemo ex medicis, qui diatriton suspiciunt, ad ægrotantem accedat, febris quidē post primā accessionem finietur, idq; cum sudore, uel madore, uel transpiratu, qui halituosus sit. Aeger aūt, ubi se liberatum a febri senserit, ad consueta munia redibit, lauans, ungensq; se: aut &, si agrestis quispiam monticola sit, his omissis comedens. Ac uulgus quidē, sicuti multa alia, utiq; ab ipsa rerum natura edoctū, melius, quàm sophistæ, agit, ita & in diarijs febribus omnia sibi ipsi præstare sufficit, præsertim ubi citra ualentem stipationem constitere. Vbi uero cum eiusmodi stipatione inuaserunt, qui infortunati sunt, in medicum aliquem incidunt eorum, qui diatriton efferunt: Qui fortunati, in eum, qui ipsos & lauabit, & nutriet, ceteraq; omnia præstabit, quibus stipatio soluatur. Sæpe nanq; (ceu dictum est) ex leui obstructione cum cutis latente densitudine, quæ uel ex uitiosa lauatione, uel alio quopiam est contracta, diarijs non nulli febribus sunt correpti. Quo tempore, nisi quis celeriter obstructionem submouerit, in pluriū dierū febres transeunt. Est nanq; eiusmodi febris (quantū ex ipsa est) earum, quę plures dies infestant, & quæ diariæ sunt, communis. Ceterum propter causæ paruitatē, unius diei efficit, sicut

etiam propter magnitudinem,multorum interim dierum. Verum accessio eius ab initio ad exitum us- E
que una est,modo ne ipsam excipiat ea,quæ ex putredine humorum nascitur.ergo,quoad nec in pulsu,
nec in calore,nec lotio,putredinis adhuc aduertitur nota, atque ex sola obstructione ortum habet,vti-
que ipsa obstructionis solutio eius est sanatio:quemadmodumque hanc soluere conueniat, ante est di
ctum.Multæ igitur apparent diariarum esse febrium particulares differentiæ:Vna,quando iam prorsus
abijt effectrix ipsarum causa,ueluti ustio:Altera,quando hæc etiam adest,sicut stipatio: cuius duæ mon
stratæ sunt differentiæ,nempe exiguorum meatuum densitas &,de qua nunc agimus,obstructio. Sane
densitudo ipsa alias ex siccitate prouenit,ueluti post feruores,aut fatigationes, aut iras:alias ex frigore
eoque uel simplici,vel cum adstrictoria ui.Quæ quemadmodum inter se differant, in libro de medica-
mentis est præceptum.Iam uero obstructionum ipsarum alia est,quæ ex abundantia:alia quæ ex quali-
tate succorum,scilicet qui aut lenti,aut crassi,sint incidit. Præferetur autem inter remedia,in ea,quam
copia facit,sanguinis missio:In ea,quæ ex humorum qualitate consistit,attenuantium vsus. Quod uero
ex uiribus consilij petatur,ut in diarijs sane est exiguum,ita in ijs,quæ pluribus diebus vrgent, satis ma
gni est momenti:eoque maioris,quo hæ sunt longiores. Enimuero,ubi naturaliter se uires habent, ne
minimum quidem†[in plurium dierum febribus]uacuantium auxiliorum usum morantur. Vbi non na
turaliter se habent,(uoco autem non naturaliter,cum infirmiores quodammodo sunt)pro magnitudi- F
ne imbecillitatis impeditur uacuantium auxiliorum usus. Sane rarius accidit,ut protinus in primo se-
cundóue die uires imbecillæ cernantur:Accidit tamen interdum, uel propter ægrotãtis malum corpo-
ris habitum,uel propter senium.Non nullis etiam fatigatio,ubi ustio, & tristitia, uigiliæq; præcesserũt,
& inedia per totum secuta est diem,dein febris prius, quàm homo cibaretur, circa uesperam occupa-
uit,& nox insomnis est acta,uires magnopere resoluit.

† ἐν τοῖς πολυημέροις πυρετοῖς, legũt tũ impresi, tum plerique ex manuscriptis codicibus, ut etiam Linacer uertit. Sũt tamẽ quidam codi. qui addũt καὶ τοῖς ὀλιγημέροις. i. & in iis, quæ paucorũ sunt dierum.

Quo pacto in iuuene febricitante Diatritariorum errorem Galenus indicauerit, ac emendarit. Cap. 3.

NEc alienum sit,si tibi talem ægrotum describam, in quo primum ausus sum ratione ipsa mihi uiã
monstrante & diatriton contemnere,& uirium rationem habere:posteaque alios, quos in simili
casu uidi,audactet eodem modo,quo illum,curare. Siquidem primum periculum post,quàm ijs,quæ
ab indicatione sunt inuenta,subscripsit,ad secundum usum reddit magis animosos. Ergo iuuenis,qui
febri est correptus,annos natus erat quinque & uiginti,gracili corpore & musculoso,ueluti canis: tum
sicco calidoque omnino temperamento.Iam idem exercitatione quodammodo delectabatur, & alio-
qui cogitabundus, & industrius erat. Is peregre agẽs,cum nuncium parum gratum accepisset, & trista
tus est,& propere se accingens ad urbẽ festinauit. Ac priore quidem die & laborauit modice, & lotus G
cœnatusque in quodam diuersorio quieuit,sed maxima ex parte sine somno. Postera die etiam magis
festinauit:ac longa uia,& sabulosa, & squallente tum sub feruente Sole confecta, hora prope septima
& semisse peruenit in urbem.Ibi,cum ea quorum causa maturasset,meliora audiret,in gymnasium laua
turus proficiscitur:dein unctus,unà cum quodam eorum,qui aderant iuuene,perfrictus est. A quo cũ,
ut paululum dimoueret,prouocaretur,orta inter eos contentione,(qualia sæpe incidunt ijs,qui exerci-
tationibus indulgent)plus iusto est exercitatus:eratque iam immodice siccus.Egressus uero gymnasiũ
inuenit amicorum quosdam pugnantes,quos dum dirimit,imprudens in aliam exercitationem non le
uem incidit,dum alios eorum diuellit,alios impellit,alios complectitur medios, alios, ut iniurios, in-
crepat,ac pro ijs,qui iniurijs affecti essent,irascitur,adeo,ut domum se in summa siccitate reciperet,las
situdinem,inæqualitatemque sentiens. Aquam igitur ex consuetudine bibens, ubi nihilo se leuatum,
sed inæqualitatem sibi intendi sentit,hanc quidem uomuit. Ratus autem utilius adhuc cibo abstinere,
accubuit,ac quieti se dedit hora ferme diei undecima. quod cum fecisset, ac nocte tota febre diuexa
tus uigilasset,postridie quoque quieuit usque ad meridiem,sperans se somni aliquid consecuturum.
Quo tempore cum eum medici quidam diatriton colentes, inuiserent, tum quidem homini satis ma-
gnam esse febrem aiebant,uesperi autem se illum reuisuros.Itaque,& uesperi cum redirent,ac febrem H
inclinatam cernerent, ne tum quidem nutriendum censuerunt, quamuis etiam id alius quidam medi-
cus suaderet:immo strenue restiterunt,adijcientes,si quidem sine febri esset,fortasse cibum daturos: fe
bricitante adhuc minime id facturos.Quinetiam,cum tertio die mane redirent,etiam tertiæ diei acces
sionem transmittendam censuerunt.Erat autem (ut prius dictum est) suspecta hora illius diei undeci-
ma.Ergo digressis illis,ipse accessi, ac faciem iuuenis contemplatus uidi talem esse, qualem in progno-
sticis Hippocrates his uerbis pingit:Nasus acutus,concaui oculi, ac reliqua, quæ deinceps ab eo dicta
scimus.Itaque,cum omnino mihi persuaderem fore,ut tum in hecticam febrem, tum quam marasmo-
de uocant,homo,nisi cibaretur,incideret,sorbitionem ex alica quàm primum paro,atque exhibeo. Et
tamen quamuis hac sumpta,cum accessio suo tempore circa undecimam inuaderet,sic extremis parti-
bus perfrixit,ut calfieri hæ uix possent,& pulsus illi paruus*rarusque quàm maxime fuit. Qua ex cau-
sa illi etiam quarto die tum mane, tum uesperi cibum dedi, quo scilicet & uires repararem, & corpus
humectarem.Erat nãque cutis eius,ceu corium,arida. Vbi autem febris tenuis, & similis perseuerauit,
statui deinde quinto die non simplici sorbitione hominem cibare, ut ante, sed alica ex aqua calida, ci-
traque conditruam iniectis in eam mali punici granis. Est nanque is optimus cibus bilioso stomacho:
nam & roborat hunc malum punicum: & alica,cum diutissime in uentriculo citra corruptionem mane,

*ἄῤῥωστος. i. imbecillus.

at,

A neat, sensim concoquitur, nec acescens, nec innatans. Quæ uitia accedere sorbitionibus aliquando solent. Incidit uero & in ipso quinto principium accessionis simile. Itemq;, cum & sexto & septimo eum similiratione cibassem, in *nono rursus simile principium præcedentibus fuit. Vbi nimirum uel amentiam, uel pertinaciam, uel, haud scio, quid dicam, eorum, qui in principio hominem transmittere tertię diei accessionem sine cibo iusserant, prorsus intelligere licebat. Nam, cum cunctis euidenter appareret nunquam peruenturum eum ad quartum fuisse, si nutritus ante accessionem tertij non fuisset, illi & tum eum, & secutis etiam diebus non recte nutritum aiebant. Ceterum committendum non erat, ut eorum redarguendi studio, ægrum quis non exhibito in ipso accessionis die cibo proderet. Igitur nono die similiter hominem nutriens, cernensq; in accessione pulsum eius redditum, quàm prius erat, firmiorem, ceterum imbecillitatem illam adhuc præferentem cum extremarum partium frigore, non potui sustinere medicorum illorum meras nugas, sed undecimo die præfatus prius ægrotantis amicis fore, ut ipso die intelligerent hominem hactenus nostra opera fuisse seruatum, permisimus illi præterire accessionis horas. Ergò, cum & sine pulsu omnino in ipsis esset, & frigus eum uehemens totius corporis premeret sic, ut nec loqueretur amplius, & uix impellentem sentiret, conuocati in unum medici omnes, qui ab initio uideramus, ab ægrotantis propinquis propemodum sumus discerpti: Ego quidem, B quòd ob pertinaciam ultro ægri salutem prodidissem: qui uero diatriton colebant, propter ignorantiã & stupiditatem. Ac illi quidem pallidiores frigidioresq;, quàm ipse æger, consilium quoddam fugæ captabant. Quod ego prospiciens, aulæ ostium obserari iusseram, & simul amico cuidam clauem seruare. Post medius eorum stans, iam, inquam, uobis constare plane arbitror, quis hactenus hominem seruarit. Seruabitur autem & nunc nostra opera. Neq; enim, si periturum omnino in hac accessione putassem, a cibatione destitissem. Sed, quoniam ex præcedenti iam uictu tantum illi roboris superesse noueram, ut tolerare accessionem posset, permisi accessionis horas sine cibo transmittere. Ac satius quidem fuisset multo ante hominem nutrire. Verum, quo & istos redarguam, & quibusdam his auscultantium, qui confici a nobis iuuenem, quòd illam occasionem omiserim, dicunt, persuadeam, nunc illis ostendam uel in accessione ipsa ægrotantes quosdam nutriri debere, nedum ante hanc. His dictis, ac diductis hominis maxillis, infundo ex angusti oris uasculo, cremoris ptissanæ tres cyathos: paulo autẽ post albi & tenuis uini, modiceq; calida diluti duos cyathos. Post quos & sustulit oculos, & tum audire, tum loqui, tum præsentes nosse cœpit, cum ante, ueluti lignum aridum, porrectus sine uoce ac sensu iaceret. Rursus itaq; dato ex uino, quo dixi modo, diluto, pane ad comedendum exiguo prorsus hominẽ reuocaui. Quem, ut rursum ad institutam ab initio uictus rationem reduxi, & tertij decimi diei acces- C sionem facile tolerare uidi, in quartodecimo rursus mane cibaui: ac post circiter horam octauam laui: deinde rursus liberalius cibaui: ac mox uinum bibendum exhibui. Idem uero & in duodecimo & tertiodecimo feceram. In quinto autem decimo rursum cibaui mane. Cum uero facilius tum quoq; accessionem ferret, in sexto decimo denuo laui. Ceteraq; circa hominem peregi, sicut in præcedentibus diebus. At, ubi in decimo septimo minime grauis paruaq; accessio fuit, audacter hominem de cetero sub conualescentium uictus ratione habui. Hic æger non paucos semimalorum, ac non penitus asinorum docuit etiam ante accessiones ipsas non nunquam esse cibandum, uel si duarum horarum intercedat spatium: ac multo magis ante accessionem tertij. Ostendi autem tibi & in prima ipsa accessionis inuasione eiusmodi homines esse nutriendos. Dico autem eiusmodi homines, in quibus corporis intemperies ad siccum & calidum conuersa febres accendit.

Ratione atque experimento monstratur, quàm utilis non nunquam sit ante accessionem uel in ipsa accessione cibatio. Cap. 4.

PORRÒ hoc quoque plerisque medicorum fortasse sit incredibile. Sed, siue rationi ipsi fides est adhibenda, siue operibus, nos fidem ambobus facimus: Operibus quidem, dum homines ijs monstramus, qui, si biduo patiantur inediam, necesse est, febricitent, ita scilicet, ut non nulli, ubi concitati ad D iram sunt, uel mœrore uel uigilijs affecti. Euidentissime enim tum in conualescentibus ex diutino morbo talia fieri cernuntur: tum ijs, qui calido & sicco sunt temperamento. Quam uero ratio ipsa fidẽ huic rei facit, alibi iam dicta est. Dicentur tamen & nunc eius rei summæ, Mordens halitus & succus, ubi per sensibilia corpora fertur, horrores & inæquales totius corporis concussiones (ῥίγη græce dicunt) facit † [in ijs, quibus cute stipata, quæ prius transpirabant, iam sunt retenta. Quoties enim fuliginosa sunt, febres accendunt.] Ergo eiusmodi halitus & succos, tum multa & uehemens dimotio, tum uigiliæ, & ira, & dolor, & cura augent: tum proxime ab istis unum illud per se interdum augere eos sufficit, utique si cibum quis non sumpserit. Efficitur enim corporis habitus in ijs naturis, quæ facile amaram bilem generant, ex longa inedia biliosus. Si igitur tum id incidat, tum æger motu quopiam ualentiore, quàm pro uiribus, usus mordentium excrementorum impetum confertim foras excitarit, necesse est (ueluti in symptomatum causis ostendimus) uel concussionem, quam modo dixi, uel horrorem subsequi. Ac concussio quidem ista succedet propter eorum, quæ feruntur, excrementorum tum multitudinem, tum acrimoniam, tum impetus celeritatem, tum laborantis uirium infirmitatem. Nam, & quæ multa paucis: & quæ qualitate sunt insigni, ijs, quæ ita non sunt, mordent magis: pari modo, & quæ cum celeritate feruntur, ijs, quæ tarde. Iam uires, ubi ualentes sunt, oĩa contemnunt ac tolerant: vbi infirmę sunt redditæ, uel abs quouis offendantur. Horror fiet, ubi & qualitas eorũ, & impetus

uelocita

*octauo.

† In græcis ita legitur. δι' οἷς συγκομιζομένου τοῦ δέρματος, ἔτι χωθέντα τὰ διαπνεόμενα πρότερον, ὅταν ᾖ λιγνυώδη, πυρετοὺς ἀνάπτει, idest per quos horrores & rigores stipata cute, ea, quæ prius transpirabant, quando fuliginosa sunt, febres accendunt.

uelocitas est remissa, tum copia minor: ac potissimum cum uires tristanti obsistunt. Si uero iam dicta lar E gius remittantur, ne horror quidem fiet, sed uel ulcerosus quidam sensus, uel tantum inæqualitas. Ergo coeuntibus omnibus iam dictis, † [quod uehementissimum est, oritur, utique supradicta totius corporis concussio:] rursus remissis omnibus, nullus ex transitu excrementorum fit sensus. Quòd si quædam sint, quædam non sint, & quædam maiora sint, quædam minora in eiusmodi mistionibus media latitudo omnis, † [quæ inter id, quod maximum est, quod ῥῖγος græce uocari diximus, & minimum, qui est nullus omnino excrementorum sensus,] efficitur. Itaque nihil mirum est, si dictarum causarum quælibet uel per se, uel cum alijs iuncta, alij inæqualitatem, alij ulceris quempiam sensum, aut horrorem, aut dictam concussionem afferre uideatur. Nam pone, uires imbecillæ sint, corpus ipsum admodum sensile, (quippe id quoque ostensum est non parum ad eiusmodi symptomatum generationem conferre:) habitus autem corporis gracilis, & temperamentum biliosum, stomachusque similiter bili affectus: tũ his omnibus accedant inedia cibi, & uigiliæ quæpiam, & tristitia, & solicitudo: ad hæc progressus a domo, qui ex urgente quapiam causa sit necessarius: postea his propositis (id quod aliquando fieri uidisti) det sedulo operam, ut plus itineris per urbem, re ita postulante, festinus peragat: nunquid huic ex eo, qui excitatus est, mordentium excrementorum motu primum quidem inæqualitas quædam, mox uero etiam horror prompte incidet? quòd si motum quoque continuet, uel cibum sumere non anteuertat F protinus etiam febris? Equidem ita febricitantes aliquos ostendi tibi, maxime ex ijs, qui e longo morbo conualuerant. Quorum cum uni forte fortuna occurrissem, qui mox ante horrescere cœpisset, ut re expofuisset, dato ex uino diluto pane, continuo horrorem inhibui. Verum hunc (uti scis) per uiam in officinam quandam perductum febricitare prohibui. Alios uero, qui prius se domum suam recepissent, in ipso principio horroris, uel paulo posterius cibauimus. Atque, ut semel dicam, quibus incipientis adhuc accessionis aderant symptomata, ijs omnibus panem ex uino diluto ac calente mature exhibens, & horrorem statim inhibui, & febrem prohibui. Quanto vero hos citius cibaueris, tanto scilicet magis febrem prohibueris. Quòd si paululum aliquando morere, utique febris ne tum quidem, calor tamen multus ijs aduenit, simillime plane ijs, qui per uehemens frigus facto itinere, reuersi domũ, calidis sunt nutriti. Quippe si plusculum morere, maiorem calorem sentient, talemque ac tantum, ut dubites, an hunc, febrem appelles. Sin duæ horæ ab initio inæqualitatis interpositæ sint, nutries tunc quoque, modo horror adhuc duret, prædicens tamen, quòd hi febricitabunt, ceterum innoxia febre, & cui cutis mador succedet: quo facto, tum lauare, tum rursus nutrire debebis. Quòd si horror præterierit, ac iã plane febricitent, cibandi id temporis non sunt, sed decrescente iam accessione ilico sunt nutriendi integritate non expectata. In nullo nanque squallido affectu commode finitur accessio prius, quàm illi uel G ex lauacro, uel humido uictu humectatio accesserit. Hæc ego omnia cum operibus indicarem, qui me uel laudabant, uel æmulabantur, scilicet quòd supra eorum opinionem erant, quæ egeram παράδοξα ποιεῖν, quòd, paradoxa facerem, (ut scis) uocabant. Cum uero ratione de ijsdem disserens docerem aliquos ante accessionem esse cibandos, aliquos in ipsa, idque uel inclinare iam incipiente, uel etiã in ipso summo uigore: tum παραδοξολόγον me, quod paradoxa dicere uiderer, appellabant. Ergo quid facies his hominibus, quibus nec opere, nec ratione persuaderi potest? At, inquiũt, fieri nequit, ut eiusmodi affectus quis agnoscat. quomodo igitur nos eos agnouimus? Videtur ne cuipiam fieri non posse, ut calida & sicca intemperies agnoscatur, uel quæ ab ortu usque fuerit, uel quæ in præsenti tempore talis sit reddita? Mihi sane tam uidetur facile, quàm has ipsas agnouisse literas. Quid illud uero, si huic non sit adhuc in succis putredo ulla, illi uero sit, non posse uobis uidetur hoc discerni? Mihi posse uidetur. Nam & ex pulsu, & urina, & ex ipsa non nunquam, quæ in calore est, qualitate euidenter id discernimus. Quòd si propterea, quòd nec ipsi quicquam discere uolunt, nec se se exercitare, scientibus parum credunt, quid uetat, quo minus tum geometris ipsis, tum arithmeticis, tum reliquis artificibus omnibus nihil credant?

† ὅτι σφοδρότατόν ἐστι ῥῖγος. idest uehemẽtissimus oritur rigor.
† τοῦτο μεταξὺ τοῦ ῥίγους καὶ τῆς παντελοῦς τῶν περιττωμάτων ἀναισθησίας. ad uerbũ inter maximũ rigorẽ & omnimodam excrementorũ insensibilitatem.

Calidas & siccas naturas inediam non tolerare, ac de primis capitibus, quibus ratio cibandi continetur. Cap. 5. H

MIsso igitur hoc genere nominum, rursus seriem sermonis nostri persequamur. Calidis ac siccis naturis aduersissima res inedia est, ac febrium paratissima causa. Voco naturas calidas & siccas non solum, quæ a primo ortu tales ex proprio temperamento sint, sed etiam, quæ posterius ex calido siccoq; uictu, & plurima dimotione, & uigilia, & cura, & tristitia, & regione calida siccaq;, & tẽpore æstiuo, & cæli statu calido siccoq; sint acquisitæ. Sane licet & citra tẽporis anni mentionẽ, in eiusmodi sermone statum cæli solum nominare. Verum, si altius repetam, id, quod dico, magis credes. Calida & sicca temperamenta, siue ea ex prima origine talia sint, siue ex uictu, & immodico labore, & animi perturbationibus, & regione, & cæli statu, inedia uehementer lædit. In hac dictiõe, ipsis saltẽ uerbis, omissum est anni tẽpus, potestate tñ omissum nõ est, utpote quod in cæli statu cõprehenditur: qñ calidus in summo siccusq; cæli status iam dictã tẽperaturam efficit. Hic autẽ status alio anni tẽpore, quàm æstate, plane incidere nõ põt: quando nec in autumno, nec in uere, multoq; minus in hyeme fieri põt, ut calidissimus simul siccissimusq; cæli status fiat: sicut nec humidissimus pariter frigidissimusq; in alio, quàm hyeme. Ob hæc igitur ipse quoque aliquando prætermisso anni tempore cæli statu sum contentus. Liceat tamen cuique nominibus, quibus uelit, uti, modo a rerum natura non discedat. Est porrò rerum natu-

ra-

A ra, qualem & modo diximus,& nihilominus nunc dicemus. Nam,quæ maxime sunt ad curationem ne
cessaria, eademq; maxime ignorata, nec Hippocrates ipse identidem repetere grauatur. Igitur inedia
siccis calidisq; corporibus, ualentibus quidem noxia est:ijs uero, qui in calida & sicca æstate febre la-
borant,quæ scilicet ex ustione,aut labore immodico, aut uigilijs, aut comprehensis iam animi *moti-
bus sit contracta, non simpliciter noxia est, sed, si quicquam aliud, plane perniciosa: quippe uel in fe-
bres ardentes ex ea incidunt,a quibus, nisi prius mors occupet, in hecticas migrant, atq; ab his in ma-
rasmum: uel protinus ab initio ardentibus præteritis, in hecticas. Maxime tamen (ut dictum sæpius
est) siccos calidosq; *affectus statim a principio hectica corripit, sicuti mulieri accidit, quæ autumno
ex tristitia & uigilijs febricitare cœpit:perseuerauit autem ad plurimum hyemis. Hanc quarto die (ut
scis) uidimus, deprehendimusq; statim hecticam esse febrem,cum alia,quam humores excitarant,cō-
iunctam. Curatio autem una tum fuerat, ut frigida tempestiue & moderate daretur, consuetæ scilicet
hanc per sanitatem bibere. Verum alijs curatio huius erat commissa:quare nobis silere est uisum. Alte
ri uero, qui eodem tempore ægrotarat,& se nobis commiserat,quoties nutritus est, fontanæ plane ge
lidæ dedimus interim binos cyathos, interim ternos: quando frigidam simul multam sibi dari, qui ita
sunt affecti, citra noxam non ferunt. Quocirca utilissimum est, ubi febris ideam perspexeris, in prima
B statim accessione minore cum periculo,copiosiore frigida uti, corporibus ad ualidam siccitatem non-
dum perductis. Qui enim in feruoribus sub canicula ex ira febricitauit, (iuuenis autem hic erat siccus
& calidus) ubi in prima accessione duas frigidæ heminas bibisset, statim quidem uomuit flauissimam
bilem,non multo autem post etiam deorsum excreuit. Deinde,cum rursus post cibum aquæ circiter he
minam similiter sumpsisset,iam febricitare desijt. Non defuere tamen medici, qui, cum nullam a prin-
cipio febris speciem agnoscerent, sed postea,cum iam præterijsset occasio,intelligentes uel in hecticā,
uel etiam in marasmoden febrem ægrotantem incidisse, frigidam bibendam, nos imitantes, præbue-
runt. Sed nemo metam attigit. Nam magna solicitudo habenda est in ijs, qui ita se habent, de frigidæ
potionis mensura. De qua paulo post dicemus,ubi propositæ disputationi finem imposuerimus. Quip-
pe æger is, quem ante descripsimus, exemplo omnibus est, quibus propter siccitatem a principio sta-
tim dari cibus debet, etiam si febricitare iam incipiant. Nam,cum accenditur in his febris propter mor
dentem acrimoniam excalfacti attenuatiq; ex Sole & inedia & laboribus succi, maximum eius reme-
dium est humidum nutrimentum: sicuti e diuerso,ubi ob copiam, uel obstructionem, uel phlegmonē,
uel (ut semel dicam) humoris alicuius putredinem febris est orta, maximo malo est cibus. Atque hos
quidem nec in inclinatione febris citra noxam nutrias, nedum ipsa accessione inuadente: illos uero o-
C mni certe tempore, sed potissimum per inclinationem. Me quoq; subinde uidisti eos, qui ex abundan-
tia,& qui ex phlegmone laborarent, sub longa inedia tenuisse sic, ut prorsus ante septimum diem non
cibarem, sed sola mulsa contentus essem, uiribus scilicet ualentibus. Quosdam eorum, quibus uideli-
cet uires ualidæ non fuerant,aut stomachus biliosus, aut imbecillus,aut plus iusto sensilis, solo ptisa-
næ cremore usq; ad septimum diem traxi, quo morbus † [in summo esse incremento] debuerat, aut e-
tiam omnino per crisin discuti. Sunto igitur tibi a primo statim die in omni ægro spectanda duo illa,
quæ Hippocrates iussit, a quibus cibandi consilia petas, morbi summus uigor, & ægrotantis uires. Po
stea,si transiri summum incrementum sine omni cibo potest, in cibi abstinentia hominem seruabis: Sin
exiguum adminiculum requirat, abunde erit sola mulsa: Quòd si maius desiderat, quàm sit ex mulsa,
ptisanæ cremor satis erit. At, si fas non est summum morbi incrementum, aut tenui uictu, aut inedia
transmitti,id agendum,ut homo statim in primæ accessionis inclinatione cibetur. Aliquos uero eorum
(ut dictum est) & cum inuasura adhuc est,& cum incipit,cibabis. Sint porrò hi sicco temperamento ac
calido,aut a primo ortu, aut certe illo tempore, oportet: tum uiribus necessario imbecillis. neque e-
nim fieri potest,ut abunde siccum calidumq; corpus,cum febricitet,uiribus sit ualentibus. Si tamē cum
eiusmodi febri ac corpore,momentanei membri phlegmone sit coniuncta, omnino æger morietur(nā
D id quoq; prædixisse me semper, nunquam uero falsum ipse testis es.) Magisq; id certum est, si pulmo-
nis,uel membranæ,quæ costis subtenditur,uel uentriculi,uel iecinoris phlegmone sit. Etenim,quę has
partes phlegmonæ occuparunt, non modo ijs, qui tam imbecillis sunt uiribus,sed etiam ijs,qui ualen-
tiores ipsis sunt,mortiferæ esse solent. Vnaq; salus tum pleuriticis, tum peripneumonicis, adde etiam
synanchicis,idest qui angina laborant, est ipsum uirium robur:Non secus uero,& quibus uel iecur,uel
uentriculum phlegmone obsidet. Nam,quod ad phlegmonen,quæ in ijs est partibus,spectat, minime
plane est cibandum:quod ad uirium infirmitatem,utiq; sæpe. Ita necessario aut uires resoluentur, aut
phlegmone augebitur. Atq; hæc mihi latius fortassis,quàm pro re proposita, sunt dicta: qui præsertim
hoc libro statuerim de febribus,quæ absq; phlegmone infestant,disserere. Ceterum tractationis * con-
uenientia fecit,ut quatenus necessarium esset,digrederemur.

*αὐχμῶν.

*διαθέσεως est in impressis, ut Linacer uertit. κράσεως autem.i. temperaturas est in quibusdam antiquis.

†Al. παρακμάζειν.i. declinare.

*ἀκολουθία.

Quo pacto præcauendum sit, ne febris in squallente habitu in hecticam pertranseat: ac de duplici putredine, quæ febres accendit. Cap. 6.

DEnuo igitur redeamus ad febres,quæ iam comprehensis febribus sunt affines, quas nominare he
cticas solemus. Nam, qui supra descriptus a me iuuenis est, hectica febri laborasset, si mirificam
diatriton transigere fuisset coactus: nisi tamen prius ab ijs, qui absque methodo uictus rationem ordi-
nare consueuerunt,fuisset interemptus. Proponatur igitur alius quispiam, cui cum supradicto cetera

quidem omnia sint eadem, uires tamen tanto sint ualentiores, ut tridui inedia tolerata duret: Necesse E
est hunc, si modo ita cibetur, quemadmodum cibant, qui diatriton extollunt, in hecticam incidere. Nã
ij primum in quarto ipsum cibarent, post in sexto, mox in octauo, deinde in decimo: quippe talis est (ut
sæpe uidisti) eorum cibandi formula. Prima quidem cibatio post primam diatriton: reliquæ alternis die
bus. Protinus autem (arbitror) & ex artomelite .i. pane ac melle siccassent eius præcordia. nam id quo-
que ex legibus eiusmodi medicorum est, siue phlegmone uiscus aliquod laboret, siue secus. At, quẽad
modum quidem eos cibare, qui ita laborent, inter initia conueniat, supra est dictum: sed nihilo tamẽ se
cius nunc quoq; summatim repetetur. Quoties uel ex lassitudine, uel ira, uel pluribus curis, uel uigilijs,
uel tristitia, uel longa inedia, uel uniuersis unà (sicut in supra descripto iuuene) coeuntibus siccatũ cor-
pus est, ac febris inuasit, quæ & aridam reddat cutem, & igneum habeat calorem, utiq; hũc talem timor
est febri hectica correptum iri, potissimum in æstate, ac cæli statu calido siccoq;. Oportet autem, quam
primum ptisanæ cremore, & sorbitione ex alica nutritum, paneque post oblato, aquæ frigidæ potione
hominem cures. quippe protinus extinguitur ac cessat omnino febris, modo (ut dictum est) nec phleg
mone aliqua ei sit adiuncta, nec putredo humorum. Nam, si horum uteruis sit, attendere diligenter o-
portet ac discernere, quo primum tempore aquam frigidam dare homini sit audendum. Ego enim ta-
lium quoq; non paucis dedi, tutius esse ratus phlegmonas in præsens augere, quàm sinere hominẽ he- F
cticam febrem incurrere. Vbiq; igitur (ut semper dicere soleo) curatio dignotionem prænotionemque
consequitur. Siquidem, & dignoscat, quod præsens est, & prænoscat, quod ex eo futurum est, oportet,
qui uolet notabilis efficaciæ remedio uti. Si tamen magnum fore incommodum uel humorum putre-
dini, uel phlegmonæ conijcies, a frigida quidem danda abstinebis: refrigerantibus aũt remedijs, quę fo
ris applicantur, uteris, modo ea super os uentriculi aut tota præcordia, modo super pectus imponens,
ubi .s. plurimum subesse caloris maxime indicabis. Sane diximus ijs, qui ita laborant, balnea quoq; esse
non incommoda. Dico ijs, qui siccato plurimum corpore sunt, & ex aliqua earum, quæ dictæ sunt, causa
rum citra humorum putredinem febricitant. Monstratum uero nobis est in ijs, quæ de febribus scripsi-
mus, phlegmonas quoq; propter putredinem humorũ, qui in ipsis habẽtur, febres subsequi. Quocirca,
siqñ dicam febribus, quæ ex putredine accenduntur, tale quippiam conducere uel non conducere, etiã
eas, quæ a phlegmone excitantur, in cõi putredinis genere comprehensas intelliges. Sicubi uero dein-
ceps utrasq; nominare uideris, scias eas, quæ ex phlegmone, ab ijs, quæ ex sola putredine ortum habẽt,
tum discerni. Cuiusmodi autem sit phlegmones affectus, tum in libro de inæquali intemperie, tum ue-
ro in eo, qui de tumoribus præter naturam est inscriptus, docuimus. Admonuisse tñ & nunc te non sit
inutile. Cum sanguis calidus copiosior in aliquam animalis partem procubuit, maiora eius uasa proti- G
nus distenduntur, utpote abundantiæ continendæ non sufficientia: Ab his deinceps, quæ minora sunt:
Mox, ubi nec in ijs satis continetur, exudat foras in ea ampla spatia, quæ inter uasa sunt, sic, ut etiã om-
nia, quæ in composita carne habẽtur, loca occupet. Atq; hæc quidem est phlegmones affectio. Possunt
uero & sine hac in ipsis uasis humores aliqui putrescere, idq; aut in una animalis particula in finibus ip-
sorum impacti, aut etiam in totis eorum capacitatibus, quæ inter bubones & alas sunt, comprehensi.
Cum igitur (ceu diximus) citra putredinem squallenti corpori febricitare contigerit, caput totius cu-
rationis in ijs remedijs, quæ refrigerent & humectent, statuere oportet.

Sex esse materiæ differentias, quibus frigus & humiditas hecticis febribus conciliantur. Cap. 7.

POrrò duplex genere est harum rerum prima materia. Vna eorum, quæ foris * admouentur. Alte- *[illegible]
ra, quæ intro in corpus sumuntur, quæ sane & prospheromena, id est sumenda, uocantur. Extrinse-
cus corpori incidunt tum aer ipse, qui nos ambit: tum pharmaca, quęcunq; humectandi refrigerandiq;
uim obtinent: & tertium præter hæc, dulcis aquæ balneum. Intro in corpus sumuntur, quæ eduntur ac
bibuntur, & inspiratus aer. Ab his generibus tentandum est propositis hoc loco febribus tum humidi-
tatem, tum refrigerationem comparare. Verum refrigeratio, quoniam per efficacissimam qualitatẽ in-
ducitur, & parui temporis est, & periculosa: contra, siccitatis per ea, quæ humectent, curatio, ut longi tẽ H
poris est opus, ita minus est, quàm refrigeratio, periculo exposita. Igitur dictas sex materiæ differẽtias
deinceps iam examinemus, ab ambiente exorsi.

De eligendo ac parando aere, qui hecticis febribus conueniat. Cap. 8.

HIc igitur si temperatus est, qualem se exhibet, utique tali nobis est utendus, nihil amplius de eo so
liciti. Sin admodum calidus est, uel admodum frigidus, pro calido inducendus arte contrarius
est, subterraneis inuentis domibus, quæ & frigidissimę sint, & maxime perflatę, & ad septentrionẽ uer-
sę: tum auris quibusdam, quę ipsis sint * proprię, opera nostra paratis, alias ex euripis in quo se deijciãt * ἴδιαι .i. suæ.
multi aquarum fontes: alias aqua frigida de uasis in uasa transfusa. Iam hoc statim etiam somniferum
est. Præterea domo assidue aqua, quę prorsus frigida sit, aspersa: ac rosis plurimis humi fusis, aut uitiũ
capreolis, aut ruborum summitatibus, aut lentisci ramis, aut denique reliquarum, quę refrigerent, stir-
pium, aliquibus. De quibus etiam prius est dictum. Turba quoque hominum ingredi prohibita: nam id
quoque domum calefacit. Atque ita quidem calidissimum aerem refrigerare, qui scilicet in æstate cali
da & sicca accidit, est tentandum: quandoquidem in hyeme calidissimus esse non potest, sicuti nec frigi
dissimus in ęstate. At, siquis modice frigidus est, hoc esse contentos oportet, nihil aut machinantes, aut
de temperie eius alterantes. Qui uero frigidissimus est, utique, quatenus respirando attrahitur, admit-
tendus

*πυθεδονωδῶν Al. συγκαιομένων. i. eorũ qui comburũtur.

A tendus est, ut qui calorem, qui est in corde, admodum refrigeret: non tamẽ quatenus extrinsecus ægrũ contingit. quippe id densat cogitque cutim, ac *putredinosorum humorum effluxum transpirare prohibet. Siquidem per pulmonem, quod rarum uiscus est, difficile non est, ut tum qualitas ipsius, tum & substantia ad cor facile perueniat. At, per cutim, fieri nequit, vt eius uel qualitas, uel substantia ad cor perueniat, utpote prius densatam. Nam, quod in libris de simplicium medicamentorum facultate, de ijs, quæ uehementer adstringunt, est dictum, id hic quoq; reuocari ad memoriam debebit, ac sciri, qui nimium frigidus aer est, hunc cutim densando, semper sibijpsi uiam præcludere. Scire tamen licet maius fore ex frigida inspiratione commodum, quàm ex cute densanda incommodum: præsertim cũ operimentis hanc calfacere licet. Porrò utendum maxime eiusmodi aere est in ijs hecticis, quibus primũ, quod afficitur, ipsum est cor: Aeque ut, si uentriculus primum esset afflictus, ipsi per comesta & bibita esset succurrendum. Huic enim illa cum integris adhuc uiribus occurrunt, sicut cordi inspiratus aer. At iecinori ex inspirato aere nulla certe utilitas accedit: a comestis uero & bibitis minor plane, quàm uentriculo, ceterum aliqua non obscure aduenit. Communis autem oĩum sanatio est per ea, quæ extrinsecus applicata refrigerant & humectant. Atq; †[in his quidem uisceribus] magna ex parte hecticas marasmodesq; febres accidere contemplati sumus. Superueniunt tñ aliquando & pulmonum siccis calidisq; intemperamentis: Attamen opportunum eiusmodi febribus id uiscus non est, utpote humidũ laxumq;. † [Incidunt præterea & pectori, & pingui membranæ,] quod Mesaræon dicitur, & ieiuno, & colo: interim uero & utero, & renibus. †[In septo uero transuerso] marasmum non uidi, hecticam sane febrem uidi, & hanc semel quidem plane absolutam, sępe uero citius interimentem, quàm plane esset cõpleta. Eiusmodi nanq; affectum & spirandi difficultas, & delirium excipere solet. Ex quibus magna ex parte prius moriuntur, quàm hectica prorsus sit perfecta. Est autem eorũ agnitio facillima, tum ex pulsus duritia, tum ex eo, q̃ præcordia plurimum trahuntur sursum, tum ex difficultate spirãdi, quæ illis est & inæqualis & uaria: quippe alias, quàm maxime paruum & frequens spirant: rursus aliquando manifeste spiritum tardant: dein subito, quemadmodum gementes respirarunt, uel duplicem spiritus intromissionem, quasi superinspirantes, uel duplicem foras missionem faciunt: † [ueluti respiratio respirationẽ comprehendat.] Respirant uero hi sæpe & reliquo thorace toto, nõ sensibiliter modo, uerumetiam notabiliter, tum opertas scoptulas, quas Homoplatas uocant, attollentes: aliquando admodum raram & magnam respirationem edunt, utiq; cum delirij malum præcipue dominatur. Verum præsentis instituti non est uel laborantium partium notas, uel earum causas referre. Quare denuo ad curationes reuertamur: æstimemusq;, quas uires propositæ iam materiæ aduersus hecticas febres habeant. Sane diximus iam non nulla de aere tum calido, tum frigido: qui præcipue quidem est utilis, cum, quod primum afficitur, ipsum est cor: quanuis confert & in reliquis febribus non parum, quandoquidem in his quoque, necesse est, cor similem intemperiem recipiat: citra quam nec marasmus, nec hectica, nec reliquarum ulla febrium consistere potest. Quo facile apparet etiam pulmones, ubi. s. ij sunt, qui primum patiũtur, plus ceteris omnibus refrigerantem aerem requirere.

† ἐπὶ τούτοις τοῖς σπλάγχνοις. i. ob hæc uiscera.

B

† Incidũt præterea ob pectus, & pinguem mẽbranam &c.

† ἐπὶ δὲ τῷ διαφράγματι, id est ob septum autẽ transuersum.

† καθάπερ ἐπεκπνέοντες. i. ueluti superexpirantes.

C

De parandis medicamentis, quæ extrinsecus hecticis admouentur. Cap. 9.

SEquitur iam, ut de ijs medicamentis agam, quæ extrinsecus admota humectent, & refrigerent. Porrò horum quoque ea deligenda esse, quæ citra uehementem adstrictionem refrigerent, neminem latet. Talia enim, præterquam quòd non humectant, etiam demittere frigiditatem suam alte non ualent propterea, quod cutim cogunt, ac coarctant. Optima uero sunt, quæ non modo citra adstrictionem refrigerant, sed etiam corporis substantia sunt tenui. Ac, quæ quidem absolutissime tenuium partium sit, substantiam exacte frigidam inuenisse fortasse non est. Dixi, exacte, propter acetũ, quod cum omnium, (quæ nouimus) potestate refrigerantium plane tenuissimarum sit partium, admistam sibi aliquam caliditatem habet. Præterea corpora, quæ contingit, siccat, quanuis ad imaginationem sit humidum. Quo fit, ut ad eos affectus, quos humectari & refrigerari expedit, solo eo non utamur, sed tanto aquæ frigidæ admisto, ut possit bibi. Ceterum, quanquam corpus, quod absolute tenuium partium sit & simul frigidum, inuenire non est, attamen deligi materias oportet, quæ ad eiusmodi medicamenti compositionem maxime sint idoneæ. Ac, dictum quidem latius de his est in opere de medicamentis. Dicetur autem in exemplis non nihil & nunc, quo in hoc quoq; genere membratim sis exercitatus. Incipiam autem ab eo medicamine, quod omnium, quæ humectent ac refrigerent, est simplicissimum. quo etiam aduersus erysipelata utor, & phlegmonas in pudendis, utique inter initia, prius, quàm depascens aliqua subindicetur putredò. Debebit autem ad id præparata esse cera quàm optima, & elota. Sane optima fuerit uel alba pontica, uel quæ ex atticis sit fauis. Esto autem & rosaceum, quod ex oleo fit a non nullis uocato omphacino, ab alijs crudo, quodq; citra salem sit cõfectum. Maxime uero ad rem pertinebit, si & ipsum oleum tenuium prorsus sit partium: cuiusmodi Sabinum est. Cum uti uoles, ambo mista liquantor in uase duplici. Factoq; humido cerato, (cuiusmodi scilicet erit, quod triplum aut quadruplum ad ceram rosaceum habet) † [post, quam ipsum fuerit refrigeratum, misceto r] ei paulatim in mortario tantum aquæ, quantum in se, dum cum ea mollitur, accipere possit. Expedit autem & ceratum ipsum prius admodum esse refrigeratum, atq; etiam, quæ huic admiscebitur, aquam esse frigidissimam. Abunde aũt ceratum refrigerabis, si, cum modice coiuit, totum uas, in quo continetur, in aquam frigidissimam dimittas. Quòd si aceti quoque admodũ tenuis ac clari

A.l.4.f.3.t.1. c.3.p.340.d.

D

† Corrupte legitur in impressis ἀναχθείη. Legendũ enim ..., ut in antiquis hoc

paulum

paululum adijcere uelis, utique magis adhuc tum refrigerans, tum humectans medicamentum effici- E es. Non debebit aũt medicamentum hoc eo usque super ægrum corpus manere dũ manifeste incaleat sed assidue subinde mutari. Aliud medicamẽtum Oxalidos, aut oxylapathi succus cum exigua[tenui] *polenta mista excipiatur duplicato peniculo detrito: affatimque frigidum & ipsum imponatur. Quòd si eiusmodi peniculi occasio non sit, tum linteum duplicatum, & madefactum refrigerandæ particulæ impones. Quinetiam portulacæ, & semperuiui, & uuæ immaturæ succus similiter * polentæ miscentur, Ad hæc lens palustris, & uiridis tribuli, & polygoni, & lactucæ, & intybi succus, aliaq; quæcunque refrigerare est dictum, cum tenui* polenta. Præterea sine* polenta licet integris herbis tunsis uti. Iam uero, quod epithema ex pinguibus fit palmulis, quas πατητοὺς græce uocant, salutare medicamen est. Porrò coquere oportet harum carnem, omni membranoso exempto, alias ex solo claro aceto: alias aqua ipsi admista: atque hac, ubi tenera satis reddita est, tunsa uti. Quod si parum molli crassitudine uidebitur, præstiterit iam dicti aliquid admiscuisse cerati. Quòd si rosacei quidpiam dictorum singulis aliquando miscere uolueris, nihilo inutilius pharmacum habebis. Esto autem, quod admiscetur, tum minimũ, tum & simplex & perfrigidum, & quod factum ex oleo sit salis experti. Sane, quoties simplex rosaceũ, aut aliquid quiduis id genus dico, quod sine aromatis est confectum, intelligi uolo. Est uero salutare ad talia medicamen & rosarum succus frigidus, unà cũ * polenta. Salutares uero sunt & ipsæ rosæ tunsæ: F præterea stirpium, quæ moderate adstringunt, germina trita. Ad quem modum uti aliquando licet & herbis, quæ mediocriter adstringant, ueluti solano. Verum eiusmodi medicaminum materiam in alio opere reddidimus uniuersam. Nunc abunde pro exemplis sunt, quæ iam dicta sunt. Porrò utendũ his est, non (sicut uulgus facit) toti impositis thoraci, aut toti uentri, immo illi maxime, quod primo est affectum. Neque enim necessum est, ut aut cum eo, quod refrigerari ualenter desiderat, etiam id refrigeres quod prorsus non desiderat: aut ante iustum tempus refrigerare desistas, timens uicinam aliquam particulam lædi. Ego nanq; hominem scio, qui imposito præcordijs refrigerante medicamento, difficultate statim spirandi laborarit: Alterum uero, qui protinus tussierit. Atque paulo post utriq; finitum symptoma, ubi quod refrigerauerat, est ablatum. Quod si adeo strenue refrigerare non studebis, habes, quæ id modice efficiant, *adhærentium medicaminum, ac cerati speciem referentium magnam copiam. Quorum non materiæ modo uim, sed etiam compositionis methodum didicisti.

pacto, ἐπειδὰν δ' αὐτὸ ἱκανῶς ἤδη μεμψυγμένον φαίνηται κατὰ βραχὺ &c. i. post, quam satis tem ipsum refrigeratũ fuerit ac derasi, misceto &c.

* ἀλφίτων, qui dictionem alii farinã uertunt.

* ἐμπλαστῶν.

De balneorum partibus, ipsorumq; facultate, ac qua ratione hectica febre laborantes sint in balneum ducendi. Cap. 10.

VErum ego, cum iam sentiam mensuram præsentis instituti me excedere, ad ea, quæ tractationis se G ries ꝓxima exhibet, cõuertar. Proxime uero se a iã dictis exhibet cõsideratio de balneo, tũ ipsius rei causa, tum uel magis propter Philippum, qui† [hecticis, quas μαραινομένους uocant,] ipsum noxiũ putat. Ipse igitur tũ de omni balneorũ ui, tum etiam quę ad eos, qui hectica & marasmo laborant, vel (ut semel dicam) omnibus est accommoda, in hoc maxime libro, quid sentiam explicabo. Memini nanque me & supra in diarijs febribus illa laudare: & in septimo huius operis libro, in ijs, qui propter siccam uentriculi intemperiem cruditate laborabant atque extenuati erant, sæpe utendas iubere. Ceterum de uniuersa earum ui nullo alio libro disserui, sed in hunc seruaui: ubi & de ijs agitur, quibus efficacissimus earum est usus, & quibus Philippus ea interdicit. Atque prius quidem, ubi de ulcerum curatione egimus, indicata causa est, cur propriæ cuiusque morbi* indicationes sint ignoratæ. Dicetur autem nihilo secius & nunc, utpote tum ad ea, quæ nũc paramus, tum ad ea, quæ dicenda sunt, utilis. Cum.n. unus in corpore affectus est, eius curationem inuenire, si non ratione, certe experientia haud difficile est. Vbi uero connexi duo tresve sunt, præsertim qui maxime contraria inter se auxilia requirant, fieri nequit, ut experientia, quod agendum sit, inueniatur: immo nec facile ratione. Siquidem & substantiam cuiusque affectus ad unguem nouisse oportet, & propriam curationis indicationem a quoq; affectu cœpisse, præterea quem primum omnium, aut magis, quem rursum minus, aut secundo tertioue loco curare H conueniat. Hæc igitur causa est, cur uulgo medicorum ignotum sit, & quod febrium omnium, qua febres sunt, proprium remedium refrigeratio sit, siue ea talis actu sit, siue potestate: & quod alia multa ex accidenti refrigerantia, febrium sint remedia. De quibus & dictum non nihil in præcedentibus est, & in sequentibus dicetur. Quædam nanque remedia complicatam quodam modo duplicemque facultatem habent ita, ut & prima ratione proficiant, & ex accidente. Quod genus & balneum est. Nam frigidæ potio per se quidem proficit, utpote actu refrigerans: Succus autem uuæ immaturæ potestate refrigerans medicamentum est. Atque hæc quidem ambo refrigerant primum, id est per se ipsa, nec intercedente alio: At sanguinis missio (ueluti prius indicauimus in febribus continentibus, quas synochos uocant) non primum, sed ex accidenti calidam aliquando intemperiem sanat. Ad eundem modum & clyster, & purgatio, & *fomentum [ex calido liquore,] & cataplasma, quod digerat, aut concoquat. Vtranque uero facultatem in se comprehensam habet propositum nunc in sermone balneum, utpote ex partibus uaria facultate præditis compositum. Quippe ingredientes in aere uersantur calido. postea in aquam calidam descendunt: mox ab hac egressi, in frigidam. postremo sudorem detergent. Potest autem prima eius pars † [materias per totum corpus tum calfacere, tum uero liquare:] præterea, quę inequalia sunt, ęquare, & cutim rarefacere; & multa, quę sub hac ante* detinebantur, uacuare. Secũ da

† τοὺς μαραινομένους. i. eis, q marcescũt.

* ἐμβροχή.

† In codicib. græcis impressis, ac ãtiquis plerisque leg

A da eius pars, ubi quis in sicco corporis affectu ea utitur, potest madorem utilem solidis partibus immittere. Tertia balnei pars potest, ubi quis frigida utitur, & totum corpus refrigerare, & cutem densare, & uires firmare. Quarta uero corpus per sudores citra refrigerationis noxam uacuare. Ergo, cum hæc omnia circa hominis corpus efficere ualeat dulcis aquæ temperatum balneum, & præter hæc etiam, siquis intempestiue lauetur, tum horrores, tum cutis densitatem, tentandum nobis est omnia deinceps distinguere, ac primum de illis sermonem facere, qui, cum in balneo se lauant, horrore tentantur. His enim una (ut sic dicam) continens excitati symptomatis causa est: Aliæ, quæ hanc præcedũt, multæ. Sane horroris causam esse dico mordentium excrementorum confertim actorum citatiorem motum. Proinde, quibus horum est abundantia, caro uero, ac cutis densæ, siue balneum sint ingressi, siue steterint in Sole, siue quoquo modo uel gestati, uel perfricti, uel exercitati, uehementius sint dimoti, utique ijs horror insidit. Contra, quibus hæc pauca sunt, & corporis habitus, ut laxetur rarefiatque a balnei calore, promptus, ij non modo non horrent, sed etiam meliores redduntur, utpote excremẽtis per id uacuatis. Quo rationabilius nec in febrilis significationis principio, nec in incremento quisquam ægrotantem lauit. Quippe densata est hoc tempore coarctataque & cutis ipsa, &, quæ sub hac habetur, carnea substantia. At in febris inclinatione uel incipiente, vel procedente, uel amplius progressa & nos sæpe, & alij medi-

B ci non nulli multos sæpenumero ægrotos lauantes non parum his contulimus. Porrò, quando inclinatione incipiente, aut iam progressa, aut etiam in summo incremento (interdum enim id quoque accidit, tametsi raro) æger in balneum sit ducendus, in sequentibus definiemus. Nunc, cum de generali facultate singularum balnei partium disserere institui, unum omnium primum exponam. Dicoque multos eorum, qui cruditate laborant: plures uero eorum, in quibus mordentium excrementorum abundantia subest: omnes præterea, qui uel in febrili significatione, uel in ascensu: etiam omnes, qui in summo sunt incremento præter admodum paucos, siue hi sint in balneum ingressi, siue steterint in calido Sole, siue exercitationes, frictiones, gestationesve tentauerint, merito horrescere. Singula namque horum confertim & impetu agi excrementa subigunt. Cum igitur tam adhuc densa lauantis cutis sit, vt ad primum ambientis aeris occursum nequeat naturalem suum habitum recipere, sed maiore ad id spatio indigeat, excrementa uero foras uersus ruant uniuersa, & retineri illic ea est necesse, & qua sub cute sunt aceruata, &, qua per carnes feruntur, mordere. Porrò in libris de causis symptomatum indicauimus mordentia excrementa, ubi per sensibilia corpora feruntur, tum concussiones, quas rigores uocant, tum horrores excitare. Ergo, quamobrem horreant in balneis omnes, qui ante sunt comprehensi, iam causas inuenimus. Pari modo, & cur non horreant, quibus aut nullum est in corpore excrementũ

C mordens, aut tantillum, ut facile uacuetur. Ergo de his deinceps loquamur: propter quos etiam de ijs, qui horrent, meminimus. Siquis enim balneum ingressus non inhorruit, sed laxata est illi rarefactaque cutis, huic plane necessario prædicta succedent, excrementorum uacuatio, æqualis per totum corpus calor, exiguorum meatuum rarefactio, tensorum relaxatio, densatorum fusio. Ac uacuatio quidem excrementorum omni febri est utilissima: Pari modo, & rarefactio, & relaxatio: Fusio tamen & calor non item. Sed calor omni febri est inimicus: quando refrigerari, non calfieri febrium affectus postulat. At fundi æqualiter, id solidis quidem animalis partibus non est alienum: Succis certe non perpetuo est utile: Sed, quoties in animali, uel phlegmone quæpiam, uel affectus phlegmonæ similis cõstitit, uel utraquis abundantia, siue ea, quæ ad uires confertur, siue ea, quæ ad uasorum capacitatem, omnium profecto inimicissimum. Ac phlegmonæ quidem, cum calefacti, & liquati succi ad ipsas confluunt, augentur. Tunicæ uero uasorum, impares abundantiæ, quæ iam ex liquatione spiritu est impleta, distenduntur: ac uires hoc ipso male afficiuntur. Ergo calidis his siccisque affectibus, de quibus agebamus, * emissio mordentium est salubris: fusio enim eorum est citra periculum. Calefactio tamen noxa non caret. Atque hæc quidem ex prima balnei parte ijs, qui ita laborant, prouenire, modo tempestiue balneo utãtur, memoria teneamus. Transeamus modo ad secundam eius partem, quæ erat, id quod maxime proprie lauacrum

D erum uocant. Ergo in hac, sicut ex humectatione iuuantur, sic ex calore nihil illis commodi accedit. Accedamus & ad tertiam, in qua & refrigerantur innoxie, quæ fuerant excalfacta, & uires firmantur. Siqua uero & rarefacta, & iusto plus sunt laxata, ea in naturalem redeunt mediocritatem: id quod quarta balnei pars indicat. Quippe, quibus omnia rite sunt adhibita, ij post frigidæ usum adhuc sudant, & oĩa ipsis excremẽta uacuãtur. Itaq; ex oĩbus, quæ de balneis retulimus, una summa colligitur, q uacuatur quidẽ quicquid ĩ corpore uel fuliginosũ, uel fumidũ fuit: cõsistũt aũt in naturali symmetria, tũ caro ipsa tũ cutis: solidarũ partiũ ariditas corrigitur: & calor nõ modo is, qui ex lauacro accessit, uerumetiã qui prius fuit ex frigidæ usu submouetur. Maximo huius rei documento est status, qui ex eiusmodi balneo redditur post, quàm in Sole feruente iter fecerimus. Quippe accedimus ad id ne loqui quidem, præ linguæ, & faucium ariditate ualentes, totumque corpus stipulæ ritu aridum habentes. At egressi e frigida, ilico omnia pro naturæ habitu recipimus, nec febrili calore uexati, nec siccitate afflicti, prompteque loquentes, ac plurima sitis parte leuati. An igitur euidentius adhuc balnei uires in sicco & calido corporis affectu cognoscere desideras? Ego sane non arbitror: Licet autem, cui placet, experiatur, quod incommodum sequatur, ubi tali peracto itinere non lauerit. Aut enim statim febricitabit, aut multo plenus tædio, grauato scilicet capite, perseuerabit, potissimum si frigida calorem nondum extinxerit. Multi tamen iuuenes eiusmodi confectis itineribus, ubi ilico se in aquam frigidam proiecerint, iuuantur:

tur θερμαίνειν τε δι᾽ ὅλου τὸ σῶμα, καὶ χέαι τὰς ὕλας. i. totum corpus equaliter calfacere, tum materias fundere. Linacer uidetur legisse, ut aliqui etiã codi. legunt, δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος. utra tamẽ sit melior lectio, paulo infra indicabunt uerba illa, uidelicet æqualis p totũ corpus &c.

* Impressi codi. & multi ex antiquis legunt κατεχομένων, ut Linacer uertit: sũt tamen, qui legunt κατακεχυμένων. id est fusa erant.

* ἀποχεῖσθαι.

uantur: ac potiſſimum, qui ualentibus ſunt uiribus,& frigido ſolio aſſueti:Ita uero & ruri faciunt,ubi, E
quòd balneæ non ſunt, in ſtagna, vel flumina ſeipſos coniiciunt, nullo medici ſuaſu, ſed ipſa guber
nante corpus natura ad id, quod conducat,impulſi. Quæ eadem,etiam ratione carentibus animalibus
inſtinctum inſerit ad eorum,quæ offendunt, contraria. Siquidem ea quoq;, ubi æſtu uexantur, frigida
ſe lauant: ſicuti etiam, ubi frigore urgentur,calida cubilia ſibi inueniunt. Eodem contrarietatis ſtudio
etiam,cum eſuriunt,comedunt:&,cum ſitiunt,bibunt:reliquaq; omnia naturæ impulſu obeunt. Ac, ſi
certam febricitantium naturæ notitiam haberemus, non,arbitror,dubitaremus eorum aliquos aſſidue
in aquis frigidis citra balneum lauare. Nam,quòd ſint quidam,qui eam deſiderent, uel ex ijs,quos iu-
uit,conſtare poteſt:ut quibus frigida lauatio haudquaquam contuliſſet,niſi eo tempore recte ad eã di-
ſpoſiti fuiſſent. Verum,quoniam exacta nobis diſpoſitionum notitia non eſt, ac maxima ex errore im-
pendet noxa,utiq; eiuſmodi præſidia recuſamus:potiſſimum in febribus hecticis: quando per has, &
pauci ſanguinis,& nudum carne, & expers adipis redditum corpus eſt. Nullum enim hi ſolidarum par
tium munimen habent,quod frigidæ occurſum ſine noxa excipiat,ſed protinus ſimilaribus ipſis parti-
bus occurrit,a quibus omnes animantium actiones obeuntur. Iuuenis uero,cui abunde ſit carnis, æſta
tis tempore,atq; in febris ſummo uigore,modo nulla uiſcerum phlegmone ſubſit,ſi in frigidam ſe con-
iecerit,ſudabit. Quòd ſi frigidæ lauationi ſit aſſuetus, ſecurus remedio uretur. Verum de eiuſmodi cor- F
poribus poſt agetur. Qui autem ex calida & ſicca intemperie, hectica febricitant, ac potiſſimum, qui
iam maraſmodes fiunt,ijs, vbi tale præſidium petunt,tutum non eſt in totam conijci,æque, vt nec gra-
cilibus & imbecillis,qui æſtate calida & ſicca,longa uia peracta,refrigeratione indigent.Nam neq; his
tutus eſt frigidi ſolij uſus, niſi prius fuerint in balneo æqualiter excalfacti. Quippe ſimile quiddam no
bis accidere uidetur,cum in frigidum ſolium poſt balneum ingredimur,ei, quod ferro accidit,cum tin-
gitur. Etenim tum refrigeramur,tum roboramur, quemadmodum & illud,ubi candens iam redditum
frigida mergitur. Atq; huius rei cauſa ad imbecilla corpora inuentæ ſunt balneæ, quæ ea præcalfaciãt,
atq; ad frigidum ſolium præparent. Non diſſimile quiddam faciunt,& qui ſine balneo frigida utuntur,
cum ſcilicet ſe ab exercitatione in eam ſaltu demittunt. Siquidem,cuiuſmodi nobis eſt balneum, eiuſ-
modi illis eſt exercitatio:vt quæ non tãtum calfaciat,ſed etiam inſiti caloris motum a profundo corpo
re extrorſum conciter ſic, ut & frigidæ impetui occurrat, & quo minus uiolenter in profundum ruens
uiſcerum aliquod feriat,aduerſetur,atq; prohibeat.Nam neq; ipſam frigidæ ſubſtantiam,neq; eius qua
litatem omnino integram uſq; ad uiſcera pertingere eſt ſalubre: immo & ſatius & tutius eſt ſolam eius
qualitatem,† [per ea,quæ intercedunt (ut ſic dicam) propagatam,] citra ſubſtantiam ad profundum †τῷ τῆς διαδό-σεως λόγῳ.
permeare. Iam,qui hectica febricitantes ad balneum accedunt, niſi in frigidam ſint dimiſſi,nihil iuuan G
tur. Qui enim aliter febricitant,eorum ſolidę partes nondum difficile ſeparabilem calorem obtinent.
Itaq; etiam ex ſudoribus, unà cum inſenſibili tranſpiratu,abunde his remedij eſt. Et ſane diariarum fe
brium ipſam propemodum ſubſtantiam uacuari per hæc contingit. In ijs uero, qui ex ſiccitate & calidi
tate febribus hecticis urgentur,ſolidarum partium affectus candenti ferro eſt ſimilis.Quo utiq; minus
eos in balneis calfeciſſe duntaxat humectaſſeq; contenti eſſe debemus:quippe cum ſic alimentum, in-
crementumq; febri præbuerimus:immo melius erit,ut merſis in frigidam extinguamus calorem. At in
hoc metus eſt,ne corpus in diuerſa transferas,ac frigidum reddas. Quis hoc negat? Non tamen pro-
pterea uitio dandum eſt,quod proſpere ex præſidio ſuccedit. Nec propterea,quòd menſura eius depre
hendi eſt difficilis,prorſus eſt deſerendum. Siquidem,ſi aliter liceret tum ceteras hecticas febres, tum
maraſmodes ſanare,conſultius eſſet tutiore uia inſiſtere. Nunc, quoniam totum curationis mométum
in refrigerando humectandoq; conſiſtit,omnibus uero refrigerantibus auxilijs propter corporis horũ
gracilitatem noxa imminet,neceſſarium arbitror Thucydidis eſſe conſilium,Agentes aliquid uel peri-
clitari. Quibus enim alia ſalutis ratio non eſt,& quæ unica uidetur,ea dubia eſt,neceſſum, arbitror, his
eſt aduerſos periculis ire. Sed nec error ipſe aut mortiferus eſt,aut irremediabilis. Siquidem, quos in
extinguenda febre aqua frigida in contrarium affectum tranſtulit,hos licet in toto,quod ſequitur,tem H
pore calfaciendo ſanare.Iam nec periculum par eſt,nec frigidi affectus, nec etiam ipſius remediorum.
Indicauimus nanq; tum prius in huius operis ſeptimo,tum in libro de maraſmo, tum ante hos in libris
de tuenda ſanitate fieri non poſſe, ut ſolidarum partium ſiccitas conſummate ſanetur. Quòd ſi fieri id
poſſet,utiq; fieri poſſet,ut non ſeneſceret,qui ea uictus ratione uteretur. Si igitur inſanabilis ſolidarum
partium ſiccitas eſt,tum expeditiſſima in eam per hecticas febres uia patet, melius eſt hominem in fri-
gidam intemperiem transferre,ac,cui curationem deinde adhibeamus, habere. Quippe, qui id fece-
rit,is poſtea noxam oppugnauerit:Qui uero mortiferam inſiſtere uiam ſinet, is deſperatã ægrotanti ſa-
lutem fecerit. Quanto itaq; ſatius eſt aliquid non nulla fiducia,uel cum periculo facere,quàm ſpe adé-
pta certo perire, tanto profecto ſatius eſt potentibus præſidijs pugnare,quàm nihil agere. Ergo ilico
eos,qui hectica febricitant, omni ratione refrigeremus ante, quàm progreſſi in maraſmum peruene-
rint. Quem autem maraſmus plane iam occupauit,hunc ſanare ne tentaueris. Nam, etſi calorem eius
extinxeris,attamen ſiccitas, quæ relinquitur,ſenectutis ritu hominem conficiet, tantiſper nimirum ui-
cturum,quoad ſolidæ eius partes reniti aduerſus ſummam ſiccitatem ualebunt. Atqui maluerit fortaſ-
ſe propinquorum ægrotantis aliquis, atque etiam ægrotans ipſe aliquo ſpatio in ſenis habitu uiuere,
quàm ilico mori. Itaq; curare hos quoque cum præfatione expedit, ac in alterum transferre maraſmũ;

quem

A quem iam nominare senium ex morbo insueuimus. Licebit enim his non tantum plures dies, uerumetiam menses uiuere. Ego nanq;, cum iuuenem quendam, qui ita laborabat, sanassem, reficiens deinde, ac senilem eius imbecillitatem pro senum ratione tractans, non solum in menses, sed etiam annos uiuum seruaui. Nec est, quòd hic eiusmodi marasmi curationem audire desideres, utpote tum in huius operis septimo, dum siccas & frigidas intemperies sanauimus, traditam potestate: tum operis de sanitate tuenda ea in parte, quæ senibus alendis est delegata. Præsens autem liber non marasmorum, sed hecticarum febrium curationem docendam promisit. Ex quo genere sunt & quæ marasmodis græce dicuntur: de quibus tum alia non pauca diximus, quæ non modo rationis, sed etiam usus iudicio probauimus: tum illud. s. non oportere balneum (ut Philippus facit) formidare: qui cautius fortassis eo utitur, ad eum modum, quo in ceteris solemus febribus, quas uel phlegmonæ, uel putrescentes succi accenderunt. In his enim nihil offendes, etiam si in frigidam ægrum non merseris, sed eum (ut mos est) perfundas primum tepida, postea quæ ueluti ex Sole tantū æstiuo tepet, mox hoc, etiam paulo, quàm illa, frigidiore. In hecticis uero febribus, id, quod remedium affert, calidæ solium non est, sed frigidæ: ad quam balneæ ægrotantis præparant corpus æque, ut reliquorum omnium, qui per sanitatem lauantur. Porrò non propter id modo uidetur mihi Philippus ignorare, quàm salubris res balneum sit in ijs,
B qui marasmode hectica laborant, quòd tam extenuatos in frigidæ folio tingere nemo audet, aut saltē ultimam aquam ipsis frigidam infundere, sed etiam quòd sæpe altera coniuncta febris est, quæ uel ex humoris putrescentia, uel phlegmone fit excitata: tum uero quòd tali hectica laborantium mortiferū est uitium. Ac propterea quidam non recte omnia, quæ his exhibentur, culpant: cum non sit illis imputanda culpa, sed affectui. Ergo recensitis denuo, quæ diximus, huic disputationi finem imponemus. Quicunq; hectica febre laborant, atq; ex his præcipue, qui iam marasmode hectica febricitant, modo his alia nulla febris uel ex sola putredine humorum, uel cum phlegmone sit adiuncta, eos omnes audacter lauabis, sed prorsus citra omnem laborem, ne uires resoluas: quod ipsum cum noceat uehementer, occasio fit balnei culpandi. Quod citra laborem dixi, id ita intelligo. Volo, æger in balneum super lectulo deportetur. † [in cuius prima e tribus domo nudetur, ac transferatur in sindonem calentem prompte in idipsum paratam.] Sint autem quatuor, qui hanc teneant, a quoq; fini unus. Ac, si quidem prima domus satis calida sit, æger in ea nudatus, in secundam portetur: sin tibi frigidior uidetur, non nudus, sed coopertus, uel alia sindone minime frigida, uel tali aliquo inuolucro. Constat autem & sindonem eam, qua portabitur, esse ualentiorem oportere: Aut, si imbecilla per se sit, duplicari eam erit satius. Esto autem media domus non tantum situ media, sed etiam temperie, tanto scilicet prima cali-
C dior, quanto est tertia frigidior. In hac domo oleum tepidum esto, quo æger super sindone illatus protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum, ducantq; hominem, ubi solium est sic, ut per tres balnei domos duntaxat transierint. Per quas nec celeri gradu transibunt ij, qui ægrum portant, sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera transferatur tantum a lectulo: in media uero, dum perfundatur oleo. Esto autem & aer cuiusq; domus nec summo calore, nec etiam frigens, sed admodum temperatus, & modice humidus. Id fiet, si aqua temperata ex labro sit liberaliter proiecta sic, ut perfluat per omnes domos. In ipsa uero solij aqua mediocriter moretur, idque in sindone sustentus, nulla infusione aquæ, cuiusmodi in alijs uti solemus, adhibita. Immo nec capiti eius infundi quicquam uelim, cum sit satis id quoque bis terve unà cum toto corpore in aqua mergi, demissa mediocriter deorsum sindone, ac rursum per quatuor iuuenes, qui eum portant, leuata. Mox hinc eductus, in frigidam semel totus tingatur, ne uel breuissimo quidem spatio illic moratus. Porrò, qui eum portant, tum reliqua omnia curiose esse edoctos conueniet: tum celeritatem tingendi, non documenti modo, uerumetiam præcepti loco præter cetera habere. Protinus uero alter paratam habens sindonem ipsi iniiciat, [ac deinde aliam.] Tum in lectulo collocatus, primum spongijs detergeatur, deinde mollibus linteis. Nec committent, qui eum detergebunt, ut uiolentius eum contrectent, sed,
D quoad fieri potest, blandissime. Post hæc unctum ac uestibus amictum, rursus super lectulo in domū, ubi cibatur, reducent, ac nutrient. Sane dictum supra est in horum commentariorum septimo, ubi siccam uentriculi intemperiem sanauimus, domum balneo debere coniungi. Ac de balneis quidem satis (quod ad rem propositam spectet) hactenus.

Ad.4.f.r.c.3. c.6.p.804.f.

†Paratamque ad manum habeat calétem sindonem, super quam, in prima triū domorū balnei nudatus, transportetur.

De alimentis eorum, qui hectica correpti sunt, ac de curandis hecticis, quæ marasmodes appellantur. Cap. II.

SEqui prædicta uidetur, ut de nutrimenti facultate præcipiam. Sane frigidum esse, ac humidum quod hecticis febribus sit conducturum, nemo nescit. Eiusmodi uero sunt, tum ptissanæ cremor, cum frigidus sumitur, tum alica similiter ptissanæ cremori condita. Id uero est ex aqua, & exiguo porri, & anetho: tum sale, oleo, & aceto. Commodus præterea ijs, qui sic laborant, est & exiguus in aqua frigida panis. Ceterum nullius horum pura frigiditas esse debebit, sicuti potionis. Quippe hæc mature tum incalescit, tum per corpus digeritur: Illa, cum plusculū temporis in uentriculo morentur, ipsum fortassis refrigerant, si fuerint immodice frigida. Vbi uero febris iam morā traxerit, dandū quoque asininum lac est, sed diligenter obseruato, ne in uentriculo cogatur. Id uero interim ipse nos æger docebit, utpote suæ ipsius naturæ peritus: Interim id nobis inueniendū est, paulatim ad eius usum accedētibus. Ac expedita q̃dē rō est ad symptoma declinandū, si mel illi admisceas, aut salis, quo uescimur,

exiguum. Ceterum abstinendum(quoad fieri potest) in hecticis febribus a melle est: atq; idcirco etiã E a mulsa. quippe protinus uertitur in bilem,& ficciores acriorisq; caloris febres reddit. Dandum itaq; principio est asinini lactis non plus cyatho, ueluti a me datum uidisti,sed inducta in ipsum cubiculum asina,quo nullum tempus interponatur,sed æger id protinus bibat,contemplantibus diligenter nobis, ac conferentibus arteriæ motum,qui a sumpto lacte agitur, cum eo, qui ante id sumptum, fuit. Si enim corruptum sit, * eiusmodi inuenies pulsus, cuiusmodi in oris uentriculi afflictione accidere nosti. Sin autem corruptum non sit, & maiores & ualentiores redditos inuenies. Itaq; etiam licebit, cum postea exhibebis,mensuram lactis dimidio cyatho adaugeas, ac deinde rursus alium dimidium adijcias,sicq; sensim usq; ad mediocrem mensuram addas. Mensuræ uero non lactis tantum, sed etiam reliquorum ciborum omnium metæ, quibus attentus eris, in septimo huius operis, ubi uentriculi sanauimus intemperies,sunt traditæ. Nam,cum primum in eo libro * frigidam eius intemperiem hactenus inueteratam proposuerimus,ut totum iam corpus gracile reddiderit, indicauimus, quo pacto quis simul ambo probe sit sanaturus, tum uentriculi intemperiem, tum corporis gracilitatem. Ideoq; fortasse sit satius, quo minus multa scribamus,ad illum te librum pro reliquis omnibus cibis remittam. Cum enim similes affectus sint,similia nimirum remedia postulant. Verum, quanto hecticarum febrium affectus est calidior,tanto utiq; frigidiora requirit auxilia: & simul maiorem solicitudinem ne ualentibus auxi- F lijs utentes quicquam lædamus. At, qui iam marasmo urgentur, eos, sicut dictum est, lauabis: Quos uero hectica premit,nondum tamen marasmo tentantur, eos, licet, etiam sine sindone subiecta laues, utpote uiribus adhuc ualentes. Inferri tamen & hos in domum uel super lectulo, uel saltem alio quopiam * idoneo conueniet: Mox ipsos seipsis ingredientes ad calidam duci, quo in ea morentur. At, qui ex his minus sunt ualentes, eos non tutum est permittere in frigidam natationem descendere, sed fotis potius ipsos perfundere, primum tepida, secundo frigida. Esto autem tunc præparata in labro aqua frigida (quanta .s. ex eo semel hausta perfundere simul totum iam lauatum possit) ea frigiditate, ut nullam euidentem qualitatem nec prorsus frigidarum nec tepidarum aquarum præferat, sed qualẽ ea,quæ fontana uocatur,quæ & frigoris,quod ferit,& teporis,qui resoluit,est in medio. Ac, si quidem omnia curiose administrabuntur, tum quæ ad balneum, tum quę ad nutrimenta spectat, utiq; sanandi iam eius, quem marasmus consumit, spes est. Sin error uel in uno committatur, is reliqua subuertit omnia. Quippe, cum exitialis horum affectus sit, ne leuissimum quidem errorem tolerat. Ac, siquis talium est seruatus, huic carnosam portionem marasmus occupauerat: Ipsis uero solidis siccatis fieri nequit, ut homo prorsus persanetur: sed omnino uel statim eum febris ipsa iugulauerit,uel post,quàm in eum affectum est translata,quem senium ex morbo uocamus. Nam primum eiusmodi febris propriã G partium humiditatem,ex qua nutriuntur,depascit: Hinc uero ad carnosum genus transit, quod circa, tum fibrosas,tum membranosas partes solidorum corporum hæret: Ita deinde ipsas solidas populatur, Siquidem in singulis simplicium ac primarum, quas uocant, partium (ut in dissectionibus es contemplatus) alia portio substantiæ eorum est ueluti fibrosa,alia membranosa,alia carnosa. Sicut,exẽpli causa cum uena unam tunicam habeat,& eam tenuem, licet fibras in ea inuenire multas, quæ sint araneosis quibusdam interstitis contextæ: quibus utrisq; ipsa propria uenæ substantia adnascitur. Hæc alia in alijs partibus habetur,nec ullum commune nomen est nacta. Ceterum docendi causa nihil uetat,eam carnosam substantiam uoces,uel certe huius particulæ quandam carnem,quæ in uentriculo quidem sit alia,in iecinore alia,similiter in arteria & musculo. Vocatur aũt caro tantum ea,quæ in musculo est: reliquarum nullam homines carnem uocant, præterquàm admodum pauci: sed, quæ in uisceribus, ceu iecinore, renibus, liene, & pulmone uisuntur, eas Parenchymata (quasi affusiones dixeris) græce uocant: Quæ in intestinis, uentriculo, stomacho, & utero sunt, sine nomine relinquunt. Tu tamẽ de nominibus non laborabis. Illud potius intelliges, singularum particularum substantiæ molem ex tali maxime completam esse natura, quæ utique (ut in sinuosis ulceribus uidere licet) & perire,& regigni potest. At uero nec fibrosa, nec neruosa membranosave natura eandem generationẽ habere cernitur. H Nec fas est eiusmodi singularum partium fibras a malignis febribus liquari, sicuti carnes: quando animal ipsum prius,quàm hæ prorsus sint siccatæ,interemerint. Sane sunt, & quas marasmodes febres uocant, uniuersæ ex earum genere, quæ colliquant. Sed in eo differunt, quòd, quæ portio carnis in his colliquatur, ea semper uaporis uice digeritur: in illis defluit in uentrem. Cernitur hoc etiam in carnibus,dum in craticulis torrentur,euidenter fieri. Siquidem ab aliquibus plurima liquatio defluit, deciditq; in prunas largiter: Ab aliquibus nihil omnino,quod utiq; sentias, defluere uidetur. etiã si par sit prunarũ subdita copia. Quippe fetis suibus aut nihil oĩno,aut plane minimũ est,quod defluat: cicuribus uero plurimũ. Quantoq; magis uel adipe,uel carne animal abundat,tanto profecto, quod ab ipsis carnibus,dum in craticulis torrẽtur, defluit,cernitur copiosius. Ad eundẽ itaq; modũ in calidissimis febribus,si carnes humidæ ac molles cum adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehendas: Sin sine adipe & siccæ sint,in marasmodes febres transeunt. Clarissimo huius rei argumẽto sunt infirmi,qui per aluum,quod liquatur,excernunt: qui,nisi prius uel morbi uiolentia,uel medicorum inscitia moriantur, in marasmodes febres incidunt. Siquidem,quoad materiam uberem habent,hanc colliquant: ubi illis tum adeps, tum caro mollis defecit, duras & ægre liquabiles carnes siccãt, a quibus pp siccitatẽ nihil defluit: ueluti nec ab * ijs,quæ sale sunt siccatæ,siquis has quoq; torrere parãs pari cum alijs igni admoueat.

* [illegible] est in quibusdam antiquis .i. paruos & inæquales.
* [illegible] preisione.
* Siccam.
* [illegible] lectulo.
* [illegible]

* [illegible] . A ueat. Nam & sicciores earum * carnes reddentur, & corij ritu durabuntur: nec defluet ex his ulla sensibilis liquatio. Hæc igitur cum scias, etiam colliquantium febrium ijsdem methodis curam ages, tum ad frigidam exhibendam quàm primum properans, tum ijs, quæ humectent & refrigerent, nutriens. Mulsam uero inimicissimam censebis: qua tamen uti plerosq; medicorum in eiusmodi febribus uides. Verum de colliquantibus febribus disserere in posterum licebit, æque, ut de ijs hecticis febribus, quæ in pestilentijs contingunt: cuiusmodi ea est, quæ nunc publice grassatur. Dicetur nanque & de hac inter pestilentes febres. Reliquarum uero tum hecticarum, tum quas marasmodes uocamus, abunde mihi sanationis methodum tradidisse uideor.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST

DE MORBIS CVRANDIS,

LIBER VNDECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Indicationes omnes explicat, quæcunque in curandis putridis febribus æstimantur, ac pertractat de cataplasmatis, perfusionibus, & balneis, quæ pro ratione inflammatarum partium adhibentur.

Quid actum superioribus libris, quid hoc agendum, ac de primis, & communibus fontibus curatiuarum indicationum. *Cap. I.*

C FEBRIVM, quas putrescens accendit humor, primę remediorum * indicationes dictæ prius sunt: quo loco eas quemadmodum & duas & tres efficias, docui: etiam, si uelis, unam. Nunc uero, quod in alijs febribus fecimus, ut ex primis generibus diductis, ad ultimas usque species diuidendo perueniremus, idem & in proposita differentia facere tentemus, illud prius admonentes, quod etiam in libris de pulsuum differentia ostendimus, siue primas differentias, siue prima genera, siue maxime generales ideas, siue quomodocunque aliter appellare libeat, modo exactam rei notionem serues, nihil interfuturum. Ac febrium quidem ipsarum quemadmodum eas, quas diarias uocamus, cures, in horum commentariorum octauo exposui: pari modo & quemadmodum continentes, in libro, qui illum sequitur: atque etiam quemadmodum tertias, hecticas scilicet, in eo, qui illi succedit, qui totius operis est decimus. In quibus non propria modo cuiusq;, sed etiam communium pleraque explicaui. Nũc quẽadmodum, quæ ex putrescentibus humoribus excitentur, methodo sint sanandæ, aggredi statui. Quæ curationem * indicant, prout in duo diuiduntur, affectus quem curamus, & partium ægrotantis temperies sunt. Licet autem, ea (ut dictum est) & una summa interpretemur, dicentes unam esse omnium morborum communem curationis * indicationem, nempe contrarietatem ipsam: qua rursus diuisa, duas existere, morbo .s. ex ijs, quæ sibi contraria sint, adhibenda remedia indicante: laborantis uero temperie, unà cum ipso morbo, contrarietatis mensuram definiente. Porrò dictum in illis est ambientem quoq; nos aerem unam efficere * indicationẽ posse: Et, cum primam sectionem in duo tantum facimus, ambientem uel ægritudinis causis, uel sanitatis annumerandum esse. At uero cum sa-
D nitatis causæ sint omnia, quæ sanitatem efficiunt, una certe earũ est, quod auxiliũ remediumve uocatur: qđ pro uarijs notionibus & ultima & prima sanitatis causa recte dicitur: Quippe tempore ultima erit propterea, ꝙ tẽpore, natura & ars & fortuna priores eo sanitatis causæ sunt: Prima uero est, quatenus id laborantis corpus tangit, alteratq; eius affectũ: ac propter alterationẽ, quam id facit, cum ægra corpora ad sanitatẽ perducuntur, ars & artifex † sanitatis causæ fiunt. non ꝙ hæc morbos primũ submoueant, sed alia materia ad id commoda intercedente, quod auxilium appellatur. Siquidem sanguinis missio, quã phlebotomiã uocãt, ipsa quidẽ per se hoc, quod iam dictũ est, nomen possidet. At, cum homini malũ affert, ex causis fit morbificis: cõtra, cum prodest, ex salubribus. Ac propterea, cũ proficit, uocatur auxiliũ: sicut profecto oĩs materia, quæ quomodolibet corpus alterat, quo tẽpore iuuat, auxiliũ dicitur. Ad eundẽ modũ & ambientis proprium pro natura sua nomẽ est aer: relatus tamẽ ad nos, alias auxiliũ, & sanitatis causarũ una efficit: alias ijs contrariarũ, nẽpe morbificarũ. At, qm̃ aeri tum ex præsente cæli statu, tum anni tempore, tum regionis natura, suæ in humido, sicco, calido, & frigido mutationes accedũt, ex illorũ rursus unoquoq; aliæ particulares indicationes oriuntur. Ac fortuna quidem, & ars, & artifex, materiarum interuentu agunt: natura uero per se ipsa. Ea ex tribus his partibus completur, ex spiritus, & partiũ, quæ uere dicunt solidæ, substantia, (quas alibi ex semine genitali conditas esse monstrauimus) & tertia ab ijs carnosa, quæ cuiq; particulæ est sua. Singulæ aũt iam dictarũ trium pro-

† καὶ ἡ τύχη .i. & fortuna addũt ãtẽqui co.

priam pro natura sua tum qualitatem habent, tum quantitatem. Ac qualitas quidem earum ex congrua B temperie humidi, sicci, calidi, & frigidi consistit: Quantitas uero solidarum partium par semper manet, sed ijs, qui adhuc inaugentur, numero duntaxat: qui uero absoluti iam sunt, etiam magnitudine. Carnosæ uero substantiæ magnitudo uariatur, etiam si præterea non augeatur animans. Pari modo & spiritus substantia, tantum non quolibet momento, tum minor, tum maior, conspicitur. Ergo etiam supra ea, quæ * indicationes præstare prius diximus, uirtus uel sola ijs tribus substantijs, quas modo comprehendimus, simul enumeratis additur: uel, si temperamentum seorsum sit discretum, † [in ipso.] Atq; hęc ipsa rursus bifariam quoque, ut ostensum est, scinditur, & in originalem naturam, & in acquisititiã affectum, sic nimirum, ut ex istis, & alijs, quæ prius dicta sunt, propria quædam cuiusq; remediorum sit indicatio. Sæpe autem adscititia temperies ad efficientes causas reducta, illis indicationem concedit. Ad hunc itaq; modum ex ætate, uitæ instituto, & consuetudine indicationem remediorum suggeri diximus, consentireq; inter omnes iam dictas indicationes: Siquidem in ijs, quæ magis sint speciales, contineri semper, quę magis sint generales: Agi uero in usum, quę magis sint particulares .f. ex magis generalium sectione inuentas.

† καθ' ἑαυτὸ i. per se.

De indicationibus, quæ ab affectu febris præstantur, ac quid differat putridarum curatio a reliquarum febrium curatione. Cap. 2. F

PRima nanq; omniũ curationis indicationũ, quæ ex ipso, qui curatur, morbo accipitur, contrarietatem præscribit. At, quoniam morborũ plura sunt genera, cuiq; eorũ sua erit contrarietas. Verum cetera in præsens omittantur. Proponatur autem nobis ad præsentem disputationem duntaxat morbi quem curamus, genus in intemperie positum. Id igitur per contrariam ipsi intemperiẽ sanabitur. At, quoniã uniuersi febriũ generis intẽperies est calor, nimirum per frigiditatem curabit sic, ut oẽs indicationes inter se cõcordẽt. Nam, siue dixerimus absoluto sermone febrẽ per ea, quæ contraria sunt, sanãdam esse, siue adiecerimus, per ea, quæ contraria sunt tẽperamẽto, nulla pugnãtia in sermone erit: Similiter nec, si per frigida sanandã febrẽ esse dixerimus. Sed nec, si diuidẽtes id, dicamus aliqñ sanare nos febrẽ per ea, quæ actu, aliqñ & per ea, quæ potestate, aliqñ & per ea, quæ ex accidenti refrigerãt, aut ẽt ista coniungentes, nulla pugnãtia cum ijs, quæ dicta sunt, in sermone erit: Pari modo nec, si quis dicãt, quæ actu, potestate, uel ex accidenti calfaciant, ea febres deteriores reddere, quãm prius fuerant. Contra, quę actu, potestate, uel ex accidente refrigerent, ea febres sanare. Quippe indicatio, quæ ab affectu sumitur, in tot numero particulares* indicationes est diducta. Hæ uero rursum ipsæ particulares * indicationes materias inueniunt iuxta eas methodos, quæ in opere de medicamentis sunt traditæ: qñ illarum principiũ id est, in quo finita est curãdi affectus diuisio. Ac maxime quidem propria in soluendo G morbo intelligitur curatio, sed per abusionem etiam mistum genus tum ex uera curatione, tum prouisione, quam Prophylacen appellant. Ac diariarum quidem febrium, quemadmodum & hecticarum, uera & propria curatio est. Earum uero, quæ ex putrescentibus excitantur humoribus, uocata curatio Prophylacen quoq; sibi adiunxit: cuius officium est causam, quę morbum creat, adimere. Sane nominatur hæc ipsa quoq; artis pars, curatrix: quæ utiq; ab ea, quæ pure synceręq; prophylactice dicitur, in eo distincta est, q sub hac iam sensibiliter ex ipsa causa morbus est genitus, in prophylactice uero est futurus. Atq; nominibus quidem quisq;, prout uolet, utatur, (id enim semper monere oportet) sed remediorum indicationem, quæ a rebus singulis præstetur, seruet: quando, si uel unam aliquam earum prætereat, ad portionem tum magnitudinis illius, tum facultatis, curatio claudicabit.

A.ſ.1.ſ.4.d.1. c.1.p.137.B

De curationum modis, qui ex indicationibus ab ægroti uiribus sumptis præstantur. Cap. 3.

POrrò, quemadmodũ ab affectu ad materias præsidiorum peruenimus, eodem modo ab singulis reliquorum generum primorum descendendum ad eas est: ueluti a uirtute. Nam ea morbo ceu aduersatrix est opposita. Propositumq; medico est huic omni ratione opitulari ac subuenire. Ergo quis primus est a uirtute scopus, aut quænam indicatio prima? Nam hic quoq; loqui pro arbitrio possis .f. uirtutem ipsam unum scopum ac primum statuens: quod uero ab ea indicatur, alterum & secundum. H Itaq;, cum monstratum sit uirtutem sui custodiam præscribere, sicuti morbum se tollendũ, erit rursus in uirtute secundus scopus, ipsius custodia: sicut in morbis, ipsorũ sublatio. At uero custodia similiũ exhibitionem indicabit: sublatio contrariorũ. Quoniam uero uiriũ substantia tum ex spiritu, tum ex carnosa specie, tum solidis ipsis completur, ex ijs, quæ similia sunt, moliri cuiq; suam Diamonen .i. custodiam, conueniet: Spiritui ex respiratione, ac transpiratione, &, qui ex sanguine attollitur, uapore: (liceat uero hic quoq; uolenti, uel græce Aerosin, quasi aerationem dicas, uel sanguinis attenuationem, uel in halitum * solutionem, uel, utcunque libuerit, appellare) Solidorum uero generi, ex solido nutrimento: Quemadmodum carnoso generi, per eam naturam, quæ in medio humidorum ac solidorum corporum est. Porrò cuiusque horum mensuram ex conseruandæ substantiæ quantitate inuenies: qualitatem uero ex ipsius temperie. Cum uero horum cuiusq; uel optima temperies sit, uel aliquatenus uitiosa, quæ quidem optima est, semper seruari debebit: quæ uero oĩno uitio non caret, hęc in sanis quidem uel seruãda est, uel alteranda: in ægris uero seruãda est, ea ipsa .f. ratione, qua prius ostendimus maximã esse a consuetudine indicationem, quippe uel temperamentũ originale ipsã seruare, uel adscititium indicere. Præstari uero (ut prædictum est) mensuræ auxiliorũ indicationem ex eo temperamento, quod iam præsens sit, ita nimirum, sicut ex ætate, non quã æger prius habuerit, sed quã nunc habeat.

*χύσιν est in antiquis. i. fusionem.

Cum

A Cum uero diuersitas non parua sit in partium animalis temperamento, propriam cuique mensuram fore eorum, quæ ipsi sint similia: nempe ei, quæ terrea magis est, eorum, quæ magis sint terrea: & ei, quæ humidior est, eorum, quæ sint humidiora: Ad eundem modum & ei, quæ magis aerea est, eorum quæ plus huius substantiæ in se habeant: sicuti calidiori, eorum, quæ magis substantiæ igneæ participent: Hinc uero iam materias particulares omnes in cibis, potione, aere, & omnibus † [peragi solitis,] inueniendas esse: Vbi uero secum pugnauerint indicationes aliquæ, superius comprehensa methodo ad ea, quæ agenda sint, inuenienda utendum esse, perpensis scilicet indicantium scoporum tum magnitudine, tum dignitate. Ostendimus enim eligendas eas indicationes esse, quas scopi digniores maioresq; præscribent: ac dignitatem eorum, uel uitæ, uel sanitatis respectu iudicandum: Magnitudinem uero duplicem esse, uel propriæ substantiæ ratione, uel declinationis a naturali habitu. Ergo ab his iam methodis age dum exercitemur in genere febrium, quod ex putredine nascitur.

† ἐπιτηδευομένοις.

Indicationes, quæ ab affectu ipso, qui putredo est, in continentibus putridis præbentur. Cap. 4.

QVoniam putredo uel æqualiter in omnibus subsistit uasis, uel in maximis, maximeq; principalibus, [ea porrò sunt inter alas & inguina) uel una quapiam particula, quæ uel phlegmonẽ in se B habet, uel etiam citra phlegmonem, ueluti in foco quodam, principium febris in se continet, in singulis his differentijs seorsum exercitati conueniet. Ac primum eam tractandam proponemus, quæ uel in maximis uasis, uel simul omnibus consistit. Quæ igitur ex tali affectu oritur febris, plane necessum est synochon, id est continentem, esse. Nec fieri potest, ut ea sanetur, nisi inhibita prius putredo sit. Porrò ea inhiberi, causa manente, non potest. Quare submouenda ipsius causa est, si modo putredo ipsa prior, mox post ipsam febris sanari debebit. Ergo quæ causa putredinis est, quæ se per omnia uasa æquabiliter diffundit? Sane reuocare in memoriam prius conueniet, quænam alias putredinis indicata sit causa: ac deinde, cur pari modo in omnibus animalis partibus fiat, inquirere. Ergo ostensum est, ubi morborum causas reddidimus, illa tantum putrescere corpora, quæ, cum calida humidaq; natura sint, neq; perflata, neq; uentilata, in calido humidoq; loco maneant. Quòd si in motu sint, uentilenturq; ac perflentur, posse ea non putria integraq; seruari, potissimum quæcunque corpora sua ipsorum natura reguntur, ut animalium & stirpium. Ea nanq; (sicut in opere de naturalibus facultatibus est proditũ) ab initio congenitos secum motus habent, quibus superflua excernant. Ostẽsum non minus & in alijs duobus libris est, quanta sit tum respirationis, tum pulsuum utilitas ad perflatum uentilationemq; corporis, atque eius natiuum calorem tuendum. Itaque, siquid in eo manife- C ste putrescere debebit, dictas transpirationes impeditas esse oportet. At uero qui fieri potest, ut illæ per totum animal sistantur, nisi uel finibus uasorum stipatis, uel tota cute? Porrò accidere in finibus uasorum stipatio potest uel ex uehementi extrinsecus refrigeratione, uel ex succorum, qui extrorsum in ipsis confertim tuerint, crassitudine, multitudine, uel lentitia. Accidit hoc illis & ex ijs exercitationibus, quæ in palæstra, uel alias obeuntur, & itinere laborioso, uel ambientis statu, cum ex rigore in æstum subito est mutatus. Non nullis uero feruentes ex ira succi, ac foras simul impetu ruentes, dictas stipationes effecerunt. Quisquis igitur propositam sanaturus est febrem, hic simul causam eius adimat oportet: simul calorem, qui in animali excitatus ab ea est, refrigeret. Ac, quemadmodũ quidem ille sit refrigerandus, prius est dictum: Causam uero adimi oportebit propria cuiusq; naturæ inuenta contrarietate: Vtique, si ex frigida causa stipatum densumq; redditum corpus est, relaxato eo, omniq; ratione rarefacto: Sin ex obstructione ita est affectum, hac reclusa: Quod uero recludet, hic quoq; ad contrarietatis * indicationem attentus inuenies. Vbi nanq; abundantia humorum est, hos uacuabis: Vbi crassi sunt & glutinosi, tenues eos ac fluxiles efficies. Si plures causæ aliquando coibũt, omnibus per contraria occurres. Siquidem fieri potest, ut & coarctatum corpus sit, & exigui meatus densati, & multi simul ac lenti humores subsint. In eiusmodi autem causarum complexu, si recte, quæ D prius comprehensa sunt, meminimus, cœpisse a sanguinis missione conueniet: ac abundantia uacuata, tum ad extenuandos humores uenire: ab hoc ad remittenda, quæ sunt constricta, & rarefacienda quæ sunt densata. Atq; hæc quidem a morbi affectu indicatiue sunt sumenda.

Indicationes a uiribus eorum, qui continente febre putrida correpti sunt. Cap. 5.

AViribus aũt (qm̃ has cibi, potiones, & spũs certa mẽsura & apta qualitate exhibita seruabunt, inuentus est quantitatis eorũ * modus ex uiriũ substantia: qualitatis uero a tẽperamento) nimirum æstimari debebit, quẽadmodũ uires, quæ corpus regunt, in his se habeant. Quippe, si ualẽtes sint, audacter uacuantibus præsidijs uteris: hæc aũt ab affectu morbi fuere accepta: Sin infirmiores sint redditæ, uacuantia remedia cautius administrabis. Sed & nutrimenti * modus hinc tibi est desumendus. Quippe, cũ uires legitimũ robur suũ habẽt, & morbi summus uigor breui futurus expectatᷣ, tenuissimo uictu licet uti: Cũ sint infirmiores, nõ licet sine graui noxa: Sed adijcere ad nutrimẽta tñ oportet, quantum est de robore uiriũ imminutũ. Atq; ex his scopis accipiendus est nutrimenti * modus: qualitas uero ex morbi affectu, unà cũ solidorũ corporũ, quod tũ est, naturali tẽperamẽto: Ab affectu, si is obstructio est, quæ extenuet: A naturali ipsorũ tẽperie, unà cũ consuetudine, prout ẽt prius est definitũ. Tẽpus uero nutriẽdi, qđ qdẽ ad reliquas spectat febres, quæ ex putredine oriuntur, in progressu sermonis dicetᷣ. Quæ uero unicam tñ a principio ad finẽ accessionẽ habent, (de his nãq; præsens est sermo) in his facilis tole-

A.l.1.f.4.c.1. p.136.D

A.l.4.f.1.T.2. c.7.p.777.

ratio & consuetudo spectari debebunt. quando cibus illis eo tempore est offerendus, quo facilius, B quàm in ceteris, morbum tolerant: eoq; potissimum diei tempore, quo prius in sanitate cibari erant sueti. Etenim facillime cibum ferent, si ex his considerationibus assumentur. Quòd autẽ frigida quoque ijs, qui ita laborant, sit exhibenda, cum .s. iam succi concoquuntur, & crassitudo eorum prætenuata est, id ex ijs, quæ prius sunt comprehensa, manifestum arbitror.

Quid commune habeant continentes febres cum diarijs & reliquis, quæ ex putredine oriuntur. *Cap. 6.*

SIquidem, cum eiusmodi febris communia quædam cum ambabus habeat, tum ijs, quæ ex humorum ortæ putredine circuitibus quibusdam accessiones habent, tum ijs, quas diarias uocamus, merito in utroq; genere de ipsa mentionem facimus: cum unicam accessionem habeat, ut diariæ, ceterum ex putredine orta multos duret dies. Itaq; unũ cum diarijs commune habebit: duo cum ijs, quæ ex putredine ortæ multos durant dies. Reliquum continentium febrium (quas synochos uocant) genus duo habet cum diarijs communia: nempe & quòd sine putredine fit, & quòd absq; circuitu. Tertium uero commune non est: cum subinde in quintum porrigatur diem. Atque harum quidem continentiũ febrium prodita prius curatio est. Continentium uero, quas putredo excitauit, curatio, cum utrique generi communis esset, etiam nos in ambobus de ipsa differere coegit. Ceterum substantia earum to- F taque natura ex eo est genere, quod nunc nobis proponitur. In uno autem eorum, quæ ipsis accidũt, cum diarijs conueniebant: Id fuit, quod una in totum totius morbi accessio erat. Ergo & curatio earum unũ hoc duntaxat commune cum diarijs habeat, oportet: In reliquis autem omnibus bifariam diducatur. Atque alię quidem curationis * indicationes ex communi genere earum, quæ ex putredine sint ortæ, accipiantur: aliæ ex propria earum substantia. Ad eundem uero modum & ceteras natarum ex putredine febrium differentias sanari conueniet: nempe (sicut sæpe prius dictum est) indicatione tum a communi ipsarum genere, tum uero a cuiusq; propria differentia desumpta.

Quot in totum sint primæ febrium putridarum differentiæ, ex quibus petenda est curandi ratio. *Cap. 7.*

ERgo denuo repetentes dicamus primum, quot sint febrium, quas humorum putredo accendit, in uniuersum differentiæ: deinde quænam sit ipsius generis earum, communis * utilium auxiliorum indicatio: mox quæ sit singulatim cuiusq; propria. Par est .n. profecto, & quod omnium earum commune est, communem habeat indicationem: &, quod in singulis est * proprium, quantum a reliquis eiusdem generis est diuersum, in tantum & diuersam ab illis sortiatur indicationem. Sunt igitur natarum ex humoris putredine eiusmodi differentiæ. Vna ex eo, quòd causæ ipsius putredinis adsunt, G uel non adsunt. Secunda ex eo, quòd per totum animal, aut eius partem aliquam diffusa putredo sit. Tertia, quatenus cum phlegmone est, aut citra hanc. Igitur considerandum nobis est, quidnam commune habeat indicatio, quæ a causa sumitur adhuc manente: quidnam ea, quam putredo ipsa præstat: ab his deinde quid indicatio putredinis, quæ per totum diffunditur animal, aut certe maxime principalia in eo uasa: quid eius, quæ in una consistit parte: mox deinde earum, quæ in una quadam parte sunt, æstimabimus differentias. Quippe aliam esse indicationem eius, quæ cum phlegmone coniungitur, ratio est: aliam eius, quæ sine hac consistit: Rursus in his etiam ipsis aliam esse præsente adhuc effectrice causa: aliam uero hac submota: postremo cuiusq; causæ adhuc manẽtis differentias, per omnia, quæ in specierum diuisione sunt inuenta. Siquidem hic iam desinant, necessum est, indicationes, quæ ex curandis sumuntur affectibus: post has uero eas nimirum, quæ ab ipsis curandis suggeruntur particulis, pro iam dicta methodo sumemus. Quibus si eas, quæ a uiribus præbentur, adiecerimus, absoluta nobis methodus de febribus omnibus † sanandis erit.

* ἰαμένων i. sanaturorum.

* διάφορον.

† In græcis impressis additur ἐκ σή-ψεως. i. a putredine incensis.

De putredine & eius causa curanda. *Cap. 8.*

ERgo ordiamur ab eo, quod primum in diuisione * indicans fuit, (ea erat humorum putredo.) ac consideremus, quibus maxime * indicantibus, quibusq; indicationibus usi, curationem eius in- H uenire possimus. Principium uero inuentionis, ipsa erit rei natura, qua de agitur. Etenim id quoque in demonstrandis methodis didicimus. Quænam igitur est putredinis natura? Nempe mutatio totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptelam, a calido externo: Non .n. profecto a proprio calore corrumpitur quicquam, immo contra prorsus, quicquid in rebus subsistit, id * gliscit, roboratur, sanũ est, ac uiuit, dum proprio calore regitur: ueluti nimirum ipsa animantium corpora, tametsi plurimam substantiæ suæ portionem humidã & calidam sunt sortita, magnum tamen annorum numerum sine putredine, ac sana uiuaq; exigunt, si seruetur (ut monstratum est) eorum proprius calor, in cordis quidẽ corpore, per respirationem: in reliquis omnibus partibus, tum per communitatem, quam habent cum corde: tum per aliã quandã respirationis speciẽ, quæ per totã agitur cutem, & transpiratio, perspiratiove dicitur. His uero læsis, unà etiam naturalis calor læditur. Alter uero quidam alienus, ac præter naturam in corporibus excitatus, primũ quidẽ ipsos succos propter humiditatem & putrefacit & corrumpit, spatio uero tum adipẽ inuadit, tum ẽt carnẽ. Tanquã igitur in ijs corporibus, quæ nõ uiuunt, ac putrescunt, primum, quantum eorum iam computruit, separant, dein ei, quod reliquũ est, in frigidũ aerem sublato perspiratiõnem refrigerantem moliuntur, ita utiq; & putredinem, quæ in uiuis est orta, sanabimus, id scilicet, quod iam corruptum est, omni ratione uacuantes: quod reliquũ est, moderatis motibus, & refrigerante

nota putredinis diffinitionem..

* ἀνθέστηκε.

A.l .s.f.4.c.3. p.137.c

A gerante perspiratu ad exactam symmetrian reducentes. Ac uacuationem quidem illius per urinam, deiectiones, uomitum, ac sudores, moliemur: post hanc dimotiones mediocres, unà cum ambientis bona temperie adhibebimus. Quemadmodum autem horum quodq; rectè administrandū sit, paulo post æstimabimus. Nunc ad secundum in diuisione transeamus, nempe quemadmodum quis causæ, quæ putredinem excitauit, adhuc manentis remedium facillime inueniat. Est autem neq; in hoc difficultas ulla, quippe cum per contraria tollatur. Itaq; quoniam transpirationis prohibitio, putredinis occasio fuit, hanc, arbitror, submouere oportet. At, ea cum uarijs generibus est orta, & densatis exiguis meatibus, & constrictis corporibus, & humoribus tum abundantia, tum crassitudine, tum lentitia sua obstruentibus, singulæ harum affectionum curandæ per contraria sunt: Densitas, per ea quæ rarefaciunt: Constrictio, per ea, quæ fundunt: Abundantia, per ea, quæ uacuant: Crassitudo, per ea, quæ diffecant: & lentor, ijs, quæ detergent. Ac, si quidem totum corpus dictorum iam singula occuparint, etiam toti corpori per contraria est succurrendum: Sin unam partem quampiam putredo inuaserit, illi adhibenda iam dicta sunt remedia. Sane non easdem omnes partes uacuationes medicamentave requirent, cum & temperamentis, & positura, & forma, & omni denique constitutione naturaque inter se dissideant.

A.l.1.f.4.c.14 p.152.F

B *De curandis putridis febribus per medicamenta purgantia, balnea, inunctiones, & potus.* *Cap. 9.*

Ergo, quemadmodum singulis sit opitulandum, id postea pro conueniente sermonis ordine disquiremus: cuius initium a putredine, quæ totum corpus occupet, quę ipsa continentes quoque febres, quas synochos uocant, excitet, faciemus. Ergo a corporibus, quæ sic afficiuntur, expellenda, quæ putruerunt, per urinas & aluum & sudorem sunt: quòd si ad os uentriculi aliquando sua sponte impetū capiant, etiam per uomitiones: Aliter autem non est, quòd ea præter naturam irrites. Ac eorum quidem, quæ iam dictas uacuationes promoueant, non parua materiæ copia est: sed maior eorum portio, cum calida siccaq; facultate sit, febrem auget. Itaq; deligenda medico sunt ea, quæ citra calfactionem siccationemq; ualentem supradictas uacuationes præstent: cuiusmodi sunt cremor ptisanæ, & aqua mulsa, & oxymeli, & apomeli, & apij radix in aqua, quæ potui datur, incocta. Hæc autem ipsa uentri quoque sunt idonea: qui si nihil reddat, inijcienda per clysterem aqua mulsa cum oleo est. Sane totum corpus prius, quàm id uacuaris, rarefacere non expedit: ubi uacuatum est, utique licebit id medicamento aliquo, cui calor tepidus insit, rarefacias: cuiusmodi est, quod ex chamæmelo conficitur. In hoc tempore si uinum quoque aquosum bibatur, id omnes uacuationes promouerit. idem faciat & C temperatum dulcis aquæ lauacrum. Quòd si appositum aliquando in dictione uocabulum dulcis non fit, utiq; id subaudire debebis, certo sciens de eo nos in febricitantibus lauacro semper loqui, nō bituminoso, aut sulfureo, aut aluminoso, aut chalcanthode, aut salso, aut ex marina ipsa. Cæterum, ubi magnitudo febris obstat, sicut in continentibus, nec uino est utendum, nec lauacro, nec ijs, quæ habitum rarefaciant, unctionibus: sed aqua frigida, sicut prius diximus, pota in his febribus est aptissima, nisi tamen aliquid eorum, quæ prædicta sunt, hanc quoque prohibeat. Quippe ipsius febris frigida pota perpetuo est remedium, non tamen putrescentium humorum per aluum, urinas, uel sudorē uacuandorum. Quo magis exercitatum esse in ijs, quas nunc tradimus, methodis oportet, ac in ægrotantibus considerare, & quæ sint ipsius febris remedia: & quæ ipsius, ubi per se sola subsistit, putredinis: quæ rursus efficientis hanc causæ: atq; huius quoq;, cum per seipsam subsistit. Quippe non semper inter se consentiunt hæc omnia, sed plerunq; adulantur. Quo casu memores eorum, quæ didicimus, id, quod maximum omnium est, aggredi oportebit, atq; ei uel soli, uel magis, quàm cæteris, subuenire. Sane scire licet difficile esse, acrique iudicio indigens, febrem, putredinem, & effectricē causam, ubi, sc. ipsa quoq; adest, inter se conferre. difficilius tamen est, si uires quoque cum illis unà conferre uelis: quod utiq;, sicut ante comprehensum est, propter uitæ ipsius respectum semper est ne-D cessarium: aliquando uero & ex accidenti, sicut ad morborum sanationem. Hoc uero me ostensurum promisi. Siquidem, quod putrescit, si uestis esset, aliudve inanime corpus, utiq; ex ijs duntaxat, quæ prædicta sunt, indicationem caperemus. Nunc, cum in uiuente corpore putredo concipitur, quod tum alterare potest, tum concoquere, tum utile reddere, quicquid putrescentium, ueluti semiputrescens semimalumq; est, utiq; facultatem eius, qua naturaliter concoquit, excitans firmansq;, quæ putrescentia sunt, sanabis. Itaq; etiam tum maxime eos cum fiducia uel in balneo lauamus: uel ijs, quæ habitum rarefaciant, medicamentis utimur: uel aquam frigidam, uel uinum bibendum damus, cum notas humorum concoctionis cernimus. Neq; enim pulsus duntaxat uires ad eiusmodi agenda firmas requirimus, ueluti nec eius facultatis, quæ uoluntarium motum præstat, sed, sicut est dictum, ipsius potius concoctricis. Ergo, si & uires cunctæ ualentes sunt, & febris ardentissima, & concoctionis notæ plane euidentes, frigidam homini dare audacter debebis. Constat nanq; talem hominem senem non esse, ex quo omnes illi uirtutes ualentes esse proposuimus. Quòd si ēt bona corporis habitudine sit, quod *εὔσαρκον* Græci uocant, tum status cœli calidus, ac siccus, etiā si in frigidā natationē hunc dimittas, haudquaquam lædetur. Eiusmodi nanq; temporis opportunitate usi, qui sese in frigidam coniecerunt, & protinus omnes sudarunt, & non nullis eorum aluus biliosa reddidit. At, si mediocris est febris, & uires nō ualidæ, sed cū notis cōcoctionis, ijs, qui ita se habēt, balneū prodest, & uini potio: tū uero ex unctionib'

A.l.1.f.4.c.1. p.135.A

eæ,quæ rarefaciunt,idque multo magis cum ambiens est frigidus.Neque enim aut frigidam in balneo E lotionem,aut frigidam potionem in eiusmodi cæli statu fere expetunt,utpote†[respiratu ipso] assidue refrigerati:cum,siquando,in frigido ambiente uehementer uri ægrotum contingat,exigua salutis eius habenda spes est.Si uero nec concoctionis habeat signa,nec uires ualidas, seruari is plane non potest. quo minus aut idem lauandus in balneo est,aut medicamentis ijs,quæ rarefaciant, ungendus, aut uinum illi dandum, frigidáue offerenda. In quo enim desperata omnino salus est, imprudentis consilij fuerit apud uulgum infamare præsidia,quæ multis fuere saluti.Ipse siquidem aliquos noui ex amethodis istis medicis,qui, cum ea, quæ nos gessimus, essent imitati, ijsdemque præsidijs in ijs, qui prorsus morituri erant,usi,adeo nihil profecerunt, ut etiam tempestiuum eorum usum suspectum formidolosumque reddiderint. Verum nos tempora præsidiaq; ijs,quos seruari spes est,scribimus,quando ægris, qui insanabiles sunt,ijs nec tempus ullum opportunum,nec præsidium est.Atque hoc mihi per omnem sermonem teneri memoria uelim,quo minus præcipua illa primaque omnium curationis* conuelli aliquando posse uideatur. Quippe,cum dicat Hippocrates Contraria esse contrariorum remedia, quid uetat omnibus febricitantibus frigidam uno ordine exhibere? Verum nec exhibenda est,nec subuertitur eo tempore generalis omnis curationis* indicatio. Vnum enim ex ijs quæ actu refrigerant,aqua frigida est.Sed & alia plura sunt, quæ partim potestate (ut dictum est) refrigerent, partim ex accidenti. F Quorum alijs propter concursum pugnantium inter se* indicationum alias utimur. Porrò tradita iam methodus est eius,quod conducit,ante alia semper deligendi.Ostensum preterea est ipsius febris, pro ut febris est,aquam frigidam semper esse remedium,quod uero ad alia spectat,non semper:ueluti cum ex obstructione glutinosorum & crassorum humorum putredo oritur. Ponatur uero & cum his redundantiam in toto esse corpore, tum uirtutem non imbecillam. In eiusmodi nanque complexionibus, cum multa præter naturam in corpore sint,quædam eorum præcedentes causæ erunt, ueluti redundantia cum glutinosis & crassis humoribus. Horum enim uitio obstructio est orta, quæ morbus instrumentalis est eorum, quæ obstructa sunt, corporum. Hanc symptoma secutum est ipsa transpirationis retentio: quam rursus putredo humorum excepit, ipsa scilicet febris antecedens quædam causa.

Quæ putredinis & causæ ipsius indicationes sint, & quæ remedia præscribant. Cap. 10.

ERgo,qui febrem curare uolet,necesse est,putredinem inhibeat. Ita duę* indicationes se exhibẽt, altera a febri: altera a putredine. Atque a febri rursus duæ, scilicet ut portio febris, quæ iam facta est, percuretur: quæ uero in generatione est, inhibeatur. Aliæque duæ rursum a putredine erunt* indicationes,ut & quod putredinis iam factum est, sanes: & quod in generatione adhuc est, sistas. Porrò,quod in generatione est,id adiapneustia .i. perspiratio impedita, facit.nihil enim deterius fuerit clarioris doctrinæ gratia ita eam nominare.Ita ab hac quoque aliæ duæ indicationes nascentur, tum ut quod,retentum est,uacuetur:tum,quod retinendum est,prohibeatur. Sane prohibebitur ijs pręsidijs,quæ obstructioni medẽtur.Cuius rursum ipsius,quod iam factum est, sanandum est:quod futurũ est,inhibendum.At curabitur quidem,quod obstructionis iam factum est,per ea,quæ obstructa liberãt: inhibebitur,quod futurum est,si affluxum obstruentium succorum compescas.Ergo,quod ultimum in ipsa resolutiua methodo est inuentum,id primum omnium in curatione est peragendum. Ostensum.n. in prioribus libris est, si ijs auxilijs, quæ obstructione eximant,uti nõ uacuata prius abundãtia uelimus, fore,ut,non modo nihil proficiamus,sed etiam affectum maiorem reddamus, pugnantibus scilicet inter se indicationibus.At,si uacuata prius multitudine ad curandam obstructionem accedamus,medicamentis iis,quæ obstructiones expediant,erit opus. Verum,quoniam horum plurima calida sunt,metus est,ne tum putredinem,tum febrem augeant.Itaque ijs, quæ citra calorem liberare obstructiones ualeant,utemur:ubi autem,quæ obstruunt,detersa dissectaque sunt,per aluum,urinas, & sudorem ea uacuare tentandum.Cum uero materiæ,quæ hæc efficiant,etiam calidæ sint,necesse est interea tum putredinem augeri,tum febrem. Quare,quoad licet,id agendum,ut,quæ minus calfaciat, materia deligatur: H Aut,siqua inueniri potest,quę non calfaciat,quemadmodum in hoc casu balneum, utique ea est perenda.Hoc uero tempore etiam uires roborare,quo putredinem superantes,succos concoquant,studebimus.Quod uero febris ipsius iam factum est,id refrigerabimus. In auxiliorum enim inueniendorum ordine ultima est,quę ab hac sumitur,* indicatio,quamuis alia ratione sit prima:quippe cum a febri coeperit inueniendorum pręsidiorum methodus.

Ex symptomatis superuenientibus nunc protrahi, nunc peruerti febrium curationem. Cap. 11.

AC,si nullum quidem interim uehemens incidat symptoma,prohibeatque, quo minus auxilia ab initio morbi ad finem ita procedant,celerrime finietur febris: Sin tale quippiam incidat, quod totam ad se curationem reuocet,necesse est,serius adueniat curationis finis. Siquidem,quod ita interuenit omnino uel contrariũ est remedijs,quæ antedictũ causarũ,affectuũ, & symptomatũ ordinẽ sanẽt, uel omnino nihil saltem confert. Enimuero, si eius, quod interuenit, sanatio antedicto præsidiorum ordini sit contraria,necesse est interim cuncta deteriora reddi: Sin nihil originali affectui interuenientis obiter mali correctio nec officit,nec prodest,totius curationis celeritati in mora erit: Si autem nocet,necesse est aut uniuersam medicationem in longius spatium trahi;aut aliquod subsequi periculum, aut etiam fore utrunq;. Finge nãque exempli gratia,afflicto interim stomacho syncopen incidisse, cui succur-

A.l.4.f.1.t.1c. 7.p.777.C.

† ταῖς ἀναπνοαῖς. i. inspirationibus.

A.l.1.f.4.c.2. p.135.C.

A.l.1.f.3.d.2. c.5.p.115.A.

A succurrere coacti cibum intempestiue dederimus, ac uinum cum frigida: Ex horum enim usu tum obstructionem, tum corporis coarctationem, tum putredinem auctas esse necessum est: atq; ex harum auctu ipsam etiam febrem: Verum, ubi tum uirtus satis ualens est, nec quicquam interuenit, cuiusmodi quam modo diximus ex uitio stomachi ortam syncopen: sed nec, quæ aliquando accidere possunt, aut sanguinis profluuium, aut uigilia, aut dolor, aut error aliquis, uel ipsius ægrotantis, uel eius familiariũ: Vbi inquam nihil tale accidit, totus, qui proxime dictus est, remediorum ordo hominem profecto sanabit. Sed nec ipse tamen quocunq; remedio omnia, quæ præter naturam sunt, sanat. Nam aqua mulsa, quod ad crassos succos extenuandos, & glutinosos detergendos, & excretionem promouendam attinet, optimum plane medicamen fuerit in ijs synochis, quos habitus coarctatior, & putredo excitarũt: quatenus uero calorem febris adauget, est noxia. unde, si hic immodicus sit, parcendum aquæ mulsæ est, utendumq; ptissanæ cremore: Quòd si difficiles ac contumaces esse obstructiones iudicaueris, etiã oxymelite. At hoc ipsum rursus, si immodice utare, & intestina radit, & tussim excitat, & neruosa lædit. Adeo scilicet difficile est eiusmodi aliquod auxilium inuenisse, quod citra ullam noxam magnifice prosit. Id accidit (ut dictum est) ex complexione ortorum in corpore præter naturam affectuum, unà cum præcedentibus eos causis, & sequentibus symptomatis.

A.l. 1.f.4.c. 31.p.157.c.

B *Præceptum hoc, Contraria contrariorum esse remedia, non in affectibus modo, sed & in symptomatis uerificari.* Cap. 12.

NVnquam tamen propterea præceptum illud, quòd Contrariorum contraria sint remedia, aliquãdo uerum erit, aliquando falsum: immo id perpetuo uerum est: quando fieri non potest, ut eorũ, quæ præter naturam sint, quicquam per aliam ullam remediorum speciem curetur. Non tamen ex usu est semper omnibus, quæ præter naturam sint, mederi, sed cum sola per se subsistunt. Nam, si cum alijs unà incidant, alijs sæpe est ante illa medendum: sicut in cauis ulceribus, ubi ea simul cum phlegmone sunt coniuncta. Quippe uerum in his quoq; manet, ꝙ per ea, quæ carne implent, curantur: Ceterum his uti prius, quàm phlegmonen curaueris, non licet. At interim, dum hæc sanatur, ulcus cauum adeo non melius, quàm fuit, redditur, ut etiam fiat magis cauum. Quòd si ijs, quæ carne impleant, medicaminibus uti uelis, neq; ipsum impleueris, & phlegmonen auxeris. Quæ nanq; carne implent, ea demum implere possunt, quæ phlegmone uacant, non quæ phlegmone adhuc sunt oppressa. Hoc itaq;, quod in dictione tam est breue, nempe Contraria contrariorum esse remedia, potestate deprehenditur maximũ. Quippe omnem medendi methodum confundet, quisquis hãc *indicationem neglexerit: cum omnia, quæ præter naturam sunt, ab ijs, quæ ipsis sint contraria, curentur. Cum autem eorum, quæ præter na-

C turam sunt, duplex prima differentia sit, alijs per se subsistentibus: alijs in ipso (ut sic dicam) fieri, essentiam suam habentibus, ac umbræ ritu affectus comitantibus, sanatio quidem affectuum ipsorum est sublatio: hanc uero symptomatum amotio sequitur. Quibus quanquam ipsis nihil prima ratione adhibetur, attamen in ijs quoq; perpetuum illud præceptum manet, ꝙ Contraria contrariorum sunt remedia. Quippe, cum affectus, quos symptomata sequuntur, sanamus, symptomata nimirũ ipsa in contrarium statum perducimus. Quare, quæcunq; symptomata exiguorum meatuum dẽsitas inuexit, ea rarefactione tollentur. Quòd si ipsi quoq; symptomati, quod ex densitate spiramentorum est natum, (nempe id est minori, quàm iustum sit, excrementi effluxui,) quod sane paulo superius adiapneustiam uocauimus, symptomatum genus aliud contrarium opponere uelis, ne sic quidem† [desit, quod dixeris.] Sunt nanque plura iusto defluuia, iusto paucioribus cõtraria. Adeo, sicut in symptomatis ipsis libet contraria cõtrariorum remedia dicere, in ijs quoq; stat immotus primus oĩum, quæ præter naturam sunt, curationis *index. Verũ satius est (ut prædiximus) eorũ, quæ uere & primum curantur, id est affectuum, in corpore, qui uere sunt subsistentes, contraria esse remedia existimes. Quippe actiones eorum, atq; ẽt offensas, ut, eas in ipso, ut sic dicam, fieri esse dixeris, ita absolute subsistere minime dixeris. Nam manum extẽdere, aut flectere ex ijs, quæ absolute sunt, dici non possunt, sed ex ijs, quæ fiunt: multoq; minus ipsius immo-

Τὰ πρὸς ὃ λέγει.

D bilitas, quæ ipsa quoq; symptoma est eius, qui in musculis neruisve subest, affectus: sed affectum, qui ex subsistentium numero est unus, contraria postulare remedia dixeris: Hunc uero solutum, cõtrarium sequi statum, quæ sanitas est: Atq; hanc rursus, quandam naturæ actionẽ, quæ symptomati iam finito sit contraria. Sed nec nominibus falli, (quæ sæpe alia forma proferuntur, quàm ut contrarijs conueniat: sæpe uero plane non sunt,) sed ex ipsa rerũ natura contrarium inuenire debes, habẽs. s. quo pro illo discernendo spectes, confessum illud, contraria esse, quæ sub uno genere plurimum inter se distent. Ergo, si intellexeris in illo genere, quod mediocre est, (id uero est, ut sæpe monstrauimus, quod inter extrema est, medium) infinitam quandam contrariarum rerum multitudinem, quæ maioris minorisq; ratione inter se diffideant, ex eo inuenies. Verbi gratia. In affectibus, tenuium spiramentorum symmetriam intelligens, ex utraque parte duo immodica, quæ inter se sint contraria, inuenies: In actionibus uero, symmetriam uacuatorum considerans, ipsi quoque ex utraq; parte ametria respondet. Verum in paruis spiramentis nomina excessibus non desunt, nempe densitas & raritas: in uacuatis posita non sunt. Eoq; fit, ut cogamur plures paucioresq; effluxus dicere, ita nimirum, ut, si densitatis raritatisq; nomina non essent, spiramentorum ipsorum alibi plura iusto esse, alibi pauciora dicere cogeremur. Ergo (sicut diximus) hoc maxime cauere debemus, simul etiam in eo nos exercitare, quo celerius cuiusq; sic dicti contrarium inueniamus. Non enim in corporum modo qualitate, uerumetiam in quantitate eiusmodi contrarietatem

trarietatem inuenias: quam utique Aristoteles oppositionẽ uocat, non contrarietatem. Neque enim E
magnum paruo vult esse contrarium, sed in eo, quod ad aliquid dicitur, oppositum. Neque multum pauco: Sed nec rarum denso: Neque relaxatum contracto: Neque ipsi, quod secundum naturã est, id, quod preter naturam est. Verum Hippocrati omnia id genus contrariorum habent appellationem, sicuti etiã Platoni, qui generationes ex contrarijs esse dicit. Ostensum quoque a me in alijs est nec Aristotelẽ ipsũ suam ipsius legem in nominibus seruasse, quo loco principia eorum, quæ natura reguntur, materiam, *speciem, & priuationem statuit. Verum (quod diuinum Platonem secuti semper testamur) contemnere nomina oportet, minime autem scientiam rerum. Ea nanque ad salutem hominum pertinet, errorisque in ea finis est pernicies. Nominibus siue proprie, siue improprie utare, ad ægrotos id parũ attinet. Intelligas id clarius, si non contrariorum contraria, sed, quemadmodum illis placet, opposita sibi inuicem esse remedia dicas. Siquidem copiã sanat uacuatio: defectum nutrimenta: in summa, quod exuperat, ablatio: quod deficiens est, adiectio. Itaque etiam in alio opere recte arbitror a sene dictum: Medicina appositio est & detractio: deficientium quidem appositio, redundantium detractio. Porrò deficiunt redundantque quædam in quantitate, quædam in qualitate: In quantitate, cum sanguis immodice est auctus, aut rursus minor redditus: In qualitate, cum uel calidus, uel frigidus, uel crassus, uel tenuis plus iusto minusve est effectus. Siue igitur contrarietatem, siue oppositionem nominare libet, eius F
*indicationis medendi, quæ ab omnibus, quæ præter naturam sunt, præbetur, semper meminisse debebis, eique esse intentus: potissimum quidem, ut dictum prius est, in affectibus: sed tamen & in symptomatis: quamuis horum nec primum curatio sit, nec proprie contrarietas, sed curatio quidem simul cũ affectibus, ex accidenti: contrarietas, uero lucidioris scilicet breuiorisque doctrinæ causa loquentibus, abusiue.

*Formam.

Indicationes omnes tradit tum rerum præter naturam, tum secundum naturam, quibus uniuersa continentium putridarum curatio continetur. Cap. 13.

VErum ad medendi *indicationes propositi nobis febrium generis reuertamur. Repetamusque, singula genera, quæ in nobis præter naturam sunt, non causarum modo, uerumetiam morborum & symptomatum. Et causarum quidem genera sunt multitudo, & crassitudo, & lentor humoris. Causa simul & symptoma est transpirabilis excrementi retentio. Simili modo causa pariter & affectus est ipsa putredo. Morbus uero tum obstructio, tum febris ipsa. Symptoma uero est ipsa transpirabilis excremẽti retentio. Ergo indicabit (vt dictum est) præcedentium causarum quælibet proprium aliquid: multitudo ipsa, quæ ex eorum est numero, quæ sunt ad aliquid in prædicamẽto quantitatis, uacuationem: lentitia uero & crassitudo, quæ sunt in qualitatis affectu, sanationem, quæ per contraria perficiatur. Cũ uero in plerisque oppositionibus consueta nomina non sint, accidit, vt, qui in rerum scientia minus sunt exercitati, fallantur. Cum enim uno nomine nequeunt, quod animo cõcipiunt, nominare, id, ceu prorsus non sit, dimittunt, quemadmodum profecto in glutinosis & crassis succis faciunt. Quippe crassus succus ex aduerso oppositum habet tenuem: Glutinosus vero (sicut ipse *primus græce nominaui) rhypticon, quasi detersiuum dicas: sicuti uero aliquis dixerit, qui a solidis corporibus nominandi occasionem acciperet, friabile. Siquidem hoc pacto semper uidetur Aristoteles oppositionem facere, uerum nõ in succis, (ut dixi) sed in solidis ipsis corporibus. Quòd si glutinosi humoris naturam sub ea ratione intelligas, quod, quicquid tetigerit, huic ægre dissolubilis adhæret, non immerito, arbitror, eũ, qui nec adhæret, & ea, quæ adhærent deterget, contrarium ipsi statues. Et antecedentium quidem causarũ contrarietates abunde sunt dictæ. In instrumentali uero morbo, qui est obstructio, contrarium ei est græce ecphraxis, quam reclusionem (puto) dixeris: Symptomati uero, quod est transpirabilium retentio, excretio ipsorum contrarium est. At uero in humorum putredine & excretio, & refrigeratio, & uentilatio, & semiputridorum concoctio, ex aduerso respondent. Ipsius uero febris, refrigeratio oppositio est. Porrò, quibus methodis materiam, quæ singula modo memoratorum perficiat, inuenias, iam diximus. Pugnantibus igitur his (sicut diximus) alias aliæ tum indicationes uincent, tum materiæ. Indeque fa H
ctum est, ut quidam, cum ignorassent unam semper dari ex re quaque indicationem, ac, si præter naturam sit, quod indicet, contrarium id semper indicare: sin secundum naturam se habeat, non contrariũ, sed simile, nec medendi hi, nec sanitatis tuendæ methodum constituere potuerint. Siquidem, cum in primis ipsis *indicationibus sunt lapsi, multo profecto magis in ijs, quæ secuturæ erãt, decipi debebãt. Debẽt enim (arbitror) ædificijs fundamenta iaci firma, & scaphis poni idonea carina, siquid ædificandorum pangendorumque in ijs futurum est firmum. Vbi enim prima ipsa basis statim ab initio debilis fuit, qui fieri potest, ut, quod superstruxeris, futurum infirmum non sit? Itaque, quoniam in continentibus ex proposita stipatione febribus, (neque enim grauari debemus iterum, atque iterum sermonem repetere, quo nunc saltem medicorum uulgus ueram methodum condiscat) quoniam, inquam, septem præter naturam posita sunt, a quibus indicationes sumuntur, humorum multitudo, crassitudo, lentor, obstructio, transpirationis retentio, putredo, & febris carens intermissione: atque hæc contraria omnino esse adhibenda docebant: præter hæc uero ab ijs, quæ secundum naturam se habebant, positæ indicationes sunt, ex temperamento tum ipsius laborantis partis, tum reliquarum omnium, quæ principes sunt, ex substantiæ ipsarum quantitate, & ex spiritus ipsius substantiæ tum quantitate, tum qualitate: horum uero indicationes non contrariorum erant sed similium: ad ista uero (sicut diximus) dignoscenda.

G A.l.1.f.4.c.30 p.153.a
A.l.2.t.1.c.4 p.171.c.
*Alias. πρότερον. i. antea.

tum

A tum ætas, tum consuetudo, tum omnes quæ externæ morbo causæ fuere, contulerunt, utiq; ortis hinc quoq; indicationibus non paucis, Omnes profecto inspicere simul medicum decet, quo scilicet intelligat, quonam ptimum ac magis, quonam minus & secundo, quonam adhuc & tertio, atque deinceps quo post quod præsidio sit utendum.

De sanguinis mittendi ratione in proposita febre. *Cap.* 14.

QVippe, si uires eius, qui ex putredine humorum (ut positum est) febricitat, ualentes sint, mittendus statim sanguis est: si cruditas uentris non sit, statim morbo incipiente. Sin uires infirmæ sint, aut ætas dissuadet, incidenda uena non est. Porrò dictum supra est eiusmodi febrem in uirtutem imbecillam non incidere. Quippe synochos bene habiti corporis, ac calêtis ætatis propria est. At, si in puerum incidat, qui quartumdecimum annum hactenus non attigit, mitti illi sanguis non debebit propterea, quòd tantillis, cum præsertim calidi ac humidi sint, plurimû corporis substantiæ quotidie defluat, ac digeratur. Ita, quod ex incidenda uena moliendum nobis fuerat, id ultro nobis ex curati corporis natura præstatur. Quòd si corpus quartumdecimum annum excesserit, æstimandum est,
* Al. ἕξις. i. habitudo. qualis nam eius * natura sit, num gracilis, & spissa, & dura, & copiosi sanguinis, an contra. Atque ita in priori missionem sanguinis adhibebis: in secunda nequaquam. Quinetiam * modus uacuandi san-
B guinis ex ijsdem *indicantibus sumetur. Si enim cui sanguis mittitur, triginta annos natus sit, sed laxus, & mollis, & pinguis, & albus, ac gracilibus uenis, huic aut plane sanguinem nô mittes, aut parum detrahes. Et omnino quidem non mittes in tempore æstatis, & regione æstuosa, & cæli statu calido ac
A.l.1.f.4.c. 10.p.146.f. sicco: Parum detrahes in reliquis tum anni temporibus, tum regione, tum cæli statu. Etenim, si neque obstructio subesset, nec putredo, sed sola succorum redundantia, protinus a missione sanguinis, pro naturæ suæ ratione se haberet. Itaq; tantum succorum in omni tum corporis temperamento, tum regione, tum anni tempore, tum statu cæli detrahi par erat, quantum supra naturalem statum fuerat inauctû. Verum, quoniam nec obstructio, nec putredo curari per sanguinis missionem potest, ut quæ alia remedia (ceu prius est monstratum) desiderent, reponi sanguinis aliquid ad curationis spatium debebit, quo minus intempestiue nutrire necessitate ulla cogamur. Quantum nanque ad eiusmodi pertinet febrem, prorsus nutriendum non est. Siquidem ostensum prius est solum uirtutis respectum esse, qui de nutrimento indicationem præbeat. Atque uero, quantum ad id, quod inanitum corpus est, nutrire oportet. Ita necessum est duorum alterum, aut febrem, si nutris, augere: aut uires, si non nutris, deiicere. Satius itaque fuerit (ut dictum est) aliquid sanguinis, quod proprium partibus animalis nutrimêtum sit, relinquas: ac ipse paucissimas sorbitiones potionesq; exhibere sis contentus: quibus utique, ceu me-
C dicamentis potius, quàm nutrimentis, egemus. Nam id quoque supra (quo minus multa de ijsdem adhuc loquamur) est ostensum.

Aduersus Methodicos, qui omissa uenæ sectione præcordia cataplasmatis, & perfusionibus relaxabant. *Cap.* 15.

IMmo de cataplasmatis ac præcordijs perfundendis est loquendum. Quippe pleraq; medicorum turba unum quiddam hoc quoq; ex methodicorum istorum curandi sanctionibus statuit. Omnesque, sicuti post tertium diem nutriunt, ita etiam oleo prius perfundunt. Inde uno die interposito rursum nutriunt, cataplasma prius imponentes: Quòd sicui aluus est adstricta, etiam hanc clystere ducentes. Itaq; his saltem auctoribus ordinandi uictus artem, una hora quis didicerit. Verum non ita se uera res habet. Sed, cum ars ipsa tota sit magna, non leuissima eius pars est scientia ordinandi uictus. Quæ utique ex his maxime remedijs constituitur, cibo, potione, perfusione, cataplasmatis, & clysteribus. Quippe ijdem medici, cum sanguinis missionem in principio etiam solam adhibuerint, reliquam omnem ægri curationem uictui mandant. Itaque (ut dixi) unius horæ est uictus eorum disciplina. quòd si, qui discit, ingenio ualeat, ne huius quidem integræ, sed minimæ eius partis, in qua scilicet quæ nûc dicam, audisse licuerit. Qui febricitant, si ualentes uiribus sint, omnibus sanguinem ab initio mittes:
D perfusosq; oleo post tertiæ accessionem, uel mulsa cum alica nutries, uel sorbitione. Deinceps uero alternis cibabis diebus, sed cataplasma ex artomelite prius imponens. Sicubi uero aluus adstricta fuerit, clystere hanc duces. Atq; illorum quidem uniuersam ordinandi uictus artem, in his uerbis iam audisti, non utiq; in sex mensibus, sed sex uersiculis. Veram autem diæteticen, id est uictus ordinandi artem, nunc audies. Calfacere præcordia cataplasmatis, aut perfusionibus non est perpetuo tutum, sed in ijs tantum ægris, quibus in toto corpore nullum errat superfluum: Ceteris omnibus extrema est pernicies. Nam, siue redundantia utrauis sit, uel quæ ad uires, uel quæ ad uasorum continentiam comparatur: siue etiam in una parte pluribusve uitiosa excrementa sint, omnia ad partem excalfactam trahuntur. Quoties enim uidisti præcordia, cum plane phlegmone carerent, intra quatuor dies, quàm ea gregales isti medici perfundere cœpissent, phlegmonen contraxisse, cum ego etiam id ipsum tibi prædixissem, iussissemq;, diligenter ad phlegmonen futurâ attentus esses? In quibus id maxime intellexisti, quâtum malû sit usui, qui alienus a ratione sit, insuescere. Quippe hi, cû ex ijs, quæ ipsimet faciunt, phlegmonas semper excitent, id non aîaduertunt, sed ijsdem semper erroribus implicant: ueluti Hippocrates ijs accidere dixit, qui hinc & inde ossiû fracturas cû ulcere deligabant. Etenim illi, cû phlegmonas in ulcere crearent, non tñ destiterunt, rati id adeo nô ex deligatura, sed alio quopiam errore incidisse. Et quomodo, quæso, ad aliam curationis rationem se transtulissent, qui usum sine ratione profitebantur, ex ijs,

quæ

quæ tum ipsi semper facere essent assueti, tum præceptores suos ante se facere contemplati? Siquidem E
huius generis homines ne tentandum quidem censent, vt ex indicatione, quicquam sumant: sed sola
experientia sunt contenti. At Hippocrates ab ipsa rei natura idoneum curationis modum inuenit.
Quo postea in usum ueniente cognitum est, quantus esset in priori error. Quin, si quis in eiusmodi affe
ctibus, cataplasmatis & perfusione ex oleo relictis, uelit ad curationem, quam ratio docet, accedere, ip
se, quantopere aberrent, qui plethorica & quæ parum pura sunt corpora, sic curant, haud magno nego
cio experientia ipsa iudicabit. Sane accidit, ut in eiusmodi morbis diuites potius, quàm pauperes per
peram curentur. In his enim propter ipsorum delitias duplex peccatum non raro committitur, & quod
sanguis non mittitur: & quòd a medicis impensior scilicet adhibetur diligentia, vt quotidie aliquid cir
ca ægrotãtis corpus fiat. Ac inter initia quidem sanguinis missionem maior eorum quas propter molli
tiem non admittit, tametsi magis, quàm pauperes redundantiæ sanguinis affectibus sunt obiecti, ut qui
magis tum cibis se impleant, tũ in ocio uiuant. Medici uero, qui eos curãt, ubi summum remedium est
omissum, aliorum usu sarcturos se, quod deficit, putant. Huc accedit, quòd ipsi quoque ægri, siquis uictu
contra morbum minore cum negocio instet, negligentiam rati: siquis rursum quiduis agat, diligentiã,
cogunt eos præcordijs aliquid quotidie admouere, sed nec inuitis profecto ipsis medicis: ut qui facere
semper aliquid uideri uelint, quòd sic se maiorem mercedem accepturos sperant. itaque accidit, ut illo F
ipso tempore phlegmonæ diuitibus incipiant, quo iam pauperibus morbus propemodum perductus
est ad finem. Quippe misso in propositis febribus inter initia sanguine, non pauperibus modo, uerum-
etiam diuitum seruis, plurimis quidem quinto, aliquibus septimo crisis contigit, nemini serius. At diui
tes, qui & sanguinis copiam, & excrementorum plus, quàm pauperes & serui habent, tum sanguinis
mittendi prætermisere remedium, ac quotidie tum calido oleo perfundantur, tum laxãtibus cataplas
matis utantur, phlegmonen nimirum aliquam uel in iecinore, uel uentriculo, uel reliquorum istic visce
rum aliquo contrahunt, alij in quarto: alij in quinto: omnes plane in sexto. Nec oblitus, arbitror, es eius
qui dum perfunderetur, difficultate spirandi laborauit, omni superuacuo† [ad præcordia] caloris ui tra † ἐπὶ τὰς φρέ-
cto. Ergo non hic modo perijt, sed alij quoque infiniti quotidie pereunt, cataplasmate ipso cucurbitulæ νας. i. ad septũ
ritu corporis superuacua in uiscera trahente. Non defuerunt profecto & qui cucurbitula quoque ipsa transuersum.
sunt usi, eo tantum consilio, ut circa ægrotantem aliquid semper moliri uiderentur. Saluberrimum autẽ
(ut prædiximus) est in febribus uenam incidere, non continentibus modo, uerumetiam alijs omnibus,
quas putrescens humor concitat: ubi præsertim nec ætas, nec uires prohibent. Leuata nanque, quæ cor
pus nostrum regit, natura, exonerataque eo, quo, uelut sarcina, premitur, haud ægre, quod reliquum est
uincet. Itaque proprij muneris haud oblita & coquet, quod concoqui est habile, & excernet, quod po- G
test excerni. Eorum enim quæ in medio sunt corpore, (ut isti uocant) prouidẽtia, ubi detractus sanguis
non est, maximum plane est malum: ubi detractus est, non maximum. Quanquam sic quoque noxia esse
in synochis febribus potest: quippe deusta immodico calore uiscera etiam amplius deuruntur ac torrẽ A.l.1 f.4.c.20
tur. Ergo eiusmodi prouidentiam illi duntaxat requirent, quibus in una particula putredo constitit: si ta p.146.E
men hi quoque sanguinem prius miserint. Prouidebitur autem his, non sicut triuiales isti medici proui
dent, qui statim inter initia relaxant, sed in plurimis prorsus contra. Relaxantia nanque remedia, sicuti,
quod in membris continetur, euocant, ita, si in principio sint admota, pro eo plus attrahunt. Cum enim
adhuc ad affectum locum fertur fluxio, reprimere remittereque hanc expedit, non ad ipsum attrahere.
Quæ uero Apocrustica. i. reprimentia dicuntur, quæ adstringendi certe uim obtinent, in principijs ido-
nea sunt duplici ratione, & quod robur affectis particulis inserunt, (unde minus prompte affluxum ex-
crementorum in se recipiant) & quod eorum, quæ in ijs iam contenta sunt, tenuissimum extrorsum ex-
primant. Quod si tum fluxio humorum per ea remedia compescitur: tum densitas, quæ ex adstringẽdo
in affecta particula relicta est, crassiora detinet, iam tempestiua relaxatio est, quo ea, quæ retenta sunt,
uacues. Præcipue autem adstringentibus est utendum, ubi in iecur aut uentriculum superuacuum pro- A.l.1 f.4.c.1.
fluit: quando & e primoribus admodum hæ partes sunt, & munus suum obeant uel in ipsis morbis, est H p.134.D
necessum. Porrò est non exiguum eorum munus, qualeque reliquarum partium, quibus illud modo ne
gocium est, ut id, quo nutriantur, conficiant, uerum quod tantopere animalis intersit, ut, si neque in uẽ-
triculo probe alimentum fuerit concoctum, nec in sanguinem in iecinore mutatum, utique, quod in fa
me nobis accidit, ut cibi penuria degere in abstinẽtia cogamur, idem tum omnibus animalis partibus
accidat. Non enim ex ijs, quæ deuorarit quis, sed ex ijs, quæ in iam dictis uisceribus confecerit, alimen
tum toti corpori suppeditatur. Atque ob hæc nimirum impensius, quàm cetera mẽbra uentriculus &
iecur adstringentia desiderant. Ergo, cum ea, quæ iam infixa sunt, euocãdi tempus est, tum quoque mo
dice adstringi postulant. quod enim adstrictionis in principio largius ijs, quàm ceteris partibus, adhi-
betur, id seruandum assidue, est nimirum manente, qui id indicet, usu. Vsus uero est (ut paulo ante testa-
ti sumus) nutrimenti confectio. Si igitur per imbecillitatem parum recte concoxerint, non modo as-
sumpti cibi nulla est utilitas, sed etiam uentriculo non raro ex eius corruptela lacessito expellitur quo-
que aliquid prioris. Ita fit, ut duplex iam noxa toti corpori accedat, cum nec ex cibo sumpto nutriatur,
& aliquid† [ex eo, quod sibi reposuerat,] amittat. Huc accedit, & quod ciborum concoctio, siue ea in ie
cinore, siue in uentriculo sit improspera, febres intendit, ac succi uitio exacerbat. Quo magis in omni † τῆς οἰκείας
febre, ciborum concoctioni prospicere magnopere oportet. Atque eius rei causa roboris quoque in- παρασκευῆς.

strumentorum,

A strumentorum, quibus perficitur, non leuis habenda est cura. Sane aliqui sunt (ut Hippocrates ait) qui ex eo, quod ignorant, non parum lucrifaciunt. Arbitrantur enim iecinoris se phlegmonen relaxantibus præsidijs curare, ex eo scilicet famam sibi comparantes, quod in agnitione falluntur. Siquidem uidentur non nunquam *lineamenta musculi, qui a costis thoracis ad præcordia peruenit, persimilia iecinori. Mirum autem minime arbitror eos, qui nec aliud quicquam in arte probe didicerunt, nec in agnoscendis affectis partibus se exercuerunt, sic laudem aliquando consequi.

* περιγραφαί. i. circũscriptio.

Quæ ratione cataplasmata parare oporteat, quæ uentriculo, iecinori, lieni, & reliquis inferioris uentris partibus conducant. Cap. 16.

VErum istos mittamus. Nos, vel si minima suspicio sit iecur uentriculumve laborare, absinthiũ protinus oleo incoquemus, ac eas particulas perfundemus. Cum autem duplex in omni absinthio facultas & qualitas sit, ueluti in libris de medicamentis est traditum, utique in pontico adstringendi facultas non parua est: In reliquis omnibus amara quidem qualitas est uehementissima, adstrictio uero (quam saltem gustu agnoscas) aut plane obscura, aut prorsus nulla sentitur. Proinde ponticum ad iecinoris & uentris phlegmonas eligi præstat. Porrò id est tum folio, tum flore longe, quàm cetera absin-B thia, minore. odor quoque huic non modo non insuauis, uerumetiam aromatum quid præferens: reliquis autem omnibus est fœdus. Quare hæc fugere conueniet, uti autem semper pontico. Etiam reliquorum medicamentorum, in quibus mista cum amaritudine adstringendi uis est, aliquid in oleũ conijcere, atque ad eundem modum uti licet. Ostendimus nanque in opere, quod de medicamentis inscribitur, amaram qualitatem præire, ac uiam adstringenti facere. Quo fit, ut medicamentum id genus, omnibus, quæ tantum adstringãt, sit præstãtius. Ac, sit quidem intẽdere adstrictionem studes, etiã oleum ipsum adstringendi uim habeat, cuiusmodi est, & quod Hispanum uocant, & quæcunque cum *frondibus oleæ præparare solent, uel quale est crudum, quod græci omphacinon uocant. Sin leuiore uti adstrictione placet, aliud olei genus præparabis, præcipue quod tenuium sit partium: quod genus Sabinum est. Optimum tamen, ubi adstringere uehementius est opus Histricum oleum est, ut quod ambas in se uirtutes habeat, & amaram, & quæ adstringat. In penuria uero absinthij inter initia uel melinum, uel mastichinum, uel lentiscinum satisfecerit: quod si exigua febris sit, etiam unguentum, quod ex nardo componitur. Esto autem optimum id quoque. neque enim parum interest inter id, & quod uitiosum est, cum id, quod Neapoli in Italia conficiunt, nomine tantũ nardinum unguentum sit, si cum eo, quod in Asia fit, conferatur. Id antea Laodiceæ tantum compone-C batur: nunc etiam in multis fit oppidis. Quòd si inclinatio febris, in qua ista moliris, non admodum sit facilis, abstinebis a nardino. uteris autem hoc tempore rectius melino: aut, si id non est, lentiscino: ab hoc uero mastichino. Omnibus nanque his nardinum unguentum ualentius excalfacit. Quare, si reliquorum copia non est, rosaceum illi admiscebis. Sane myrtini adstrictio idonea non est, cum crassiorũ sit partiũ, quàm ut alte descendere possit. Atq; hæc quidẽ exempli gratia protulimus: nam magnã eorũ copiam deligere ex medicamentorum libris licet. Ad eundem uero modum & cataplasma compositam uim habeat ex ea, quæ tenuium sit partium, ac relaxet, tum uero ex amara & adstringente. Superet autem in ijs, ubi scilicet tũ reprimere, tum robur addere studemus, quod adstringat: ubi tenuare ac detergere, amarum: ubi euocare, quæ ex relaxantibus tenuium maxime sint partium. Siquidem, quæ crassæ substantiæ sunt, ea pus mouentibus monstrauimus esse accommoda. Cum autem definitũ in opere de medicamentis sit, & quæ uel solã obtineant adstringẽdi qualitatem, uel amaritudinẽ: & quæ ambas possideant qualitates, maxime deligẽda sunt, quæ ambas habẽt. ubi ea nõ adsunt, ipse amara ijs, quæ adstringãt, miscebis, ita nimirũ, uti nos in iecinoris phlegmone, ex copijs præsentibus cõponere cataplasma uidisti. Erat. n. is, qui ægrotabat, medicus: quẽ iam lucernis accensis inuisimus: quo tẽpore ab ijs, qui talia uenditant, nihil emi potuit. Ergo, cum inclinatam notabiliter febrem inuenissem, utendum occa-D sione quàm primum censui, eo certe magis, quod suspectam horam, quæ gallicinio futura erat, alterius accessionis initium allaturam uerebamur. Incoxi in oleo quidem absinthium: in aqua uero malum cotoneum. Dum autem hæc coquebantur, myrobalani piesma, & ireos radicem, quæ intus inueneram, contudi cribrauique. Dein olei & aquæ q̃ parauerã, portionem in lebetem immisi: ac, ubi modice coxerã, myrobalanum & irim unà cum exigua cera inieci. Coquimus autem cotoneum non in aqua modo, uerumetiam persæpe in austero uino. Ac omnibus eiusmodi cataplasmatis de ipsa quoque cotonei carne interdum admiscemus. Quippe, ubi, & quod confluit, copiosum est, & particula ipsa infirmior, adstringentem uim (sicut scis) inaugemus. Vbi uero tum corpus totum purum est, nec membrum ipsum imbecillũ, nec ultra quid confluit, ibi in ijs, quæ miscentur, materijs minimum quidem sit, quod adstringat: copiosius uero non solum, quod relaxet; sed etiam & quod amarum est, & quod acre. Quòd si exigua febris sit, ac phlegmone non adeo calens, tum æger ipse inediam tolerare ualeat, hoc casu digestoriam quidem curandi speciem intendes: adstringentem autem remittes. Neque enim amplius ipsi saltẽ phlegmonæ conducere possunt, quæ adstringunt, ubi nec affluit quicquam, & crassus humor affecto loco tenaciter est infixus, sed (sicut prædictum est) trahendæ potius curationis, ac, quæ adstringant, miscẽdi consilium probamus: quo robur membrorum tueamur. Vnde nec colo laborante, nec reliquorum intestinorum quouis, nec musculis, qui in præcordijs habentur, aut ipso peritonæo miscenda adstringen-

tia

* θαλλὸς libro sequẽti uertit germina.

A. l. 2. & 1. c. 4. p. 172. D.

tia sunt. Sed nec, cum uesica male habet, uterusve: modo (ut dictum est) nihil ultra ad locum fluat: nec E
sanguinis redundantia, nec excrementorum copia in toto sint corpore. Porrò renes & pectus in media
prædictorum conditione sunt, quantum scilicet a uentriculi iecinorisq; solicitudine absunt, tantum re
liquorum supergressa. Siquidem in uentriculo ac iecinore exolui robur est perniciosissimum: in illis mi
nime est periculosum. In his uero est quidem periculosum, non tamen perinde, ut in illis: nisi si pus
educere ex pectore, aut pulmone aliquando sit opus. De liene pronunciare absolute non est, nec nisi
prius definita tum corporis totius natura, tum uero affectu, qui curationis tempore occupauit. Nam, si
uel æger ex ijs sit, qui atræ bilis excrementum naturaliter congerant: vel etiam eo tempore succus is in
eo abundet, necesse est in liene curando adstringentia reliquis admisceas, quo uisceris robur custodias.
Ita enim & excrementa ad se trahet: &, cum corpus expurgarit, ipse rursus per uentriculum excernet:
ueluti in naturalibus commentarijs de ijs est proditum. Sin nullum omnino sit atræ bilis excrementũ,
aut omnino adstringendum non est, aut parcissime. Obseruandum uero diligenter est non in liene mo
do, uerumetiam in omnibus partibus, in quibus humor putrescit, quod symptoma maxime sit uehe-
mens, quod secundo loco, aut tertio: quo uidelicet affectu ex ipsis plane inuento, idoneam ei curatio-
nem adhibeas. Alias nanq; in membro affecto calor superat: alias tumor, qui uel propter abundantiã
humoris, uel propter crassitudinem sit durus. Si igitur calor præponderat, id agendum, ut sensim per F
ea, quæ tepentem calorem obtinent, digeratur: quod genus est tum lini semen, tum chamæmelum:
quibus adijci uel hordei uel fabarum farina debet, quippe quorum neutrum excalfacit. Sæpe autẽ (uti
non ignoras) quod medici artomeli uocant, pro cataplasmate eiusmodi phlegmones præparamus, at-
que aquæ aliquid miscemus: ad lienem uero etiam aceti aliquando aliquid. Si uero laborantis phleg-
mone partis calor non multum a natura excesserit, sed magnitudo eius notabilis fuerit, digerere haud
timide sine aqua debebis, etiã fœnigræci aliquid supradictis immiscens. Si uero, ueluti scirrhosa, phleg
mone sit propter humorum, quos continet, uel crassitudinem uel lentorem, tum aceti aliquid, tum ama
ra medicamenta simul immiscenda curabis: potissimum in liene. Etenim uiscus hoc propterea, quòd ab
iecinore crassum humorem trahit, eiusmodi humoris occasione plerunq; laborat. Quo magis cataplas-
mata, quæ ex oxymelite & absinthio & cappari fiunt, illi sunt idonea. Hæc igitur cum medicorum uul-
gus ignoret, omnes oleo perfundunt, & cataplasmatis relaxantibus curant prius, quàm corpus uacue-
tur: omniumq; maxime diuites: quibus non solum in talibus obsequuntur, sed etiam eos lauari in bal-
neo permittunt. Ego uero nec eorum, qui ex putredine humorum febricitent, lauem quenquam: neç
relaxantibus cataplasmatis prius, quàm superuacua purgarim, utar. His uacuatis non solum audacter
lauem, sed etiam cataplasmatis utar, in alijs quidem membris, ijs, quæ relaxent: in iecinore uero ac uen G
triculo, additis etiam, quæ mediocriter adstringant.

Quæ cataplasmata cordi, & pulmoni, & omnino pectori conueniant. Cap. 17.

PArcius uero ad pectus, quàm ad ea, est adstringentibus utendum: quando talia humores, qui phleg
monen excitant, in pulmones & cor non nunquam reprimunt. Ac cibis potius horum firmitudinẽ
est consulendum. Neq; enim, sicut in iecinore & uentriculo, ita hic quoq; tenuissimo uictu est utẽdum.
in illis nanq; alimentum concoquitur, metusq; est, ne ipsis phlegmone laborantibus nec nutrimẽtum
rite concoquatur, & phlegmone augeatur. In pectus uero tantũ alimenti iam concocti peruenit, quan-
tum uni ipsi particulæ nutriendæ satisfaciat. Ac longe quidem magis in pulmonis phlegmone abstinen
dum ab adstringentibus est: quando in eo ipsis quoq; relaxantibus admiscendum aliquid acrium quo
dammodo & euidenter calfacientium est. Quippe foras trahere potius, quàm reprimere, in eo debe-
mus. Itaq; etiam cucurbitula utiliter ijs, qui sic laborant, si prius sint uacuati, applicabitur. Si uero abun
dantia succorum (quam uocant Plethoram) in his sit, non magis ex pulmone in pectus aliquid excre-
menti transferet, quàm ex toto corpore attraher in utrunque.

Cataplasmata laboranti cerebro & capitis partibus accommodata. Cap. 18.

EAdem ratione nec in cerebri & eius membranarum phlegmonis, cucurbitulis in morbi initio ute- H
mur, uerum ubi nec influit adhuc quicquam, & totum corpus prius est uacuatũ. At reprimentibus
in his quoq; inter initia utendum. Sed cum ossibus cranij medium occupantibus in altum descendere
reprimentium uim cupimus, eorum, quæ præire ac deducere ea possunt, aliquid reprimentibus admi-
scebimus. Ea sunt, quorum substantia ex tenuibus partibus constat. Sane acetum non modo tenuium
partium est, sed etiam non mediocrem reprimendi uim obtinet. Quo profecto rationabilius in princi-
pijs affectuum ipso utuntur, rosaceo admiscentes. Procedente uero tempore etiam spondylij & serpil-
li (quibus iam non modo partium tenuitas, sed etiam calor inest) aliquid admiscent: quo scilicet tem-
pore transire ad ea, quæ concoquant ac digerant, conuenit, atq; hæc utraq; ualentiora, quàm postulet
ipsa pars phlegmone affecta, deligere, ceu uiribus eorum per ea, quæ intersunt, ossa remittendis. Sane
ad eum modum & castoreo utimur: cum tamen eo in alijs phlegmonis minime utamur, quamuis etiam
in summa inclinatione sint: est enim calidius id, quàm ut phlegmonis sit idoneum. At uero locis circa
cerebrum, phlegmonis ipsis iam inclinantibus, est utilissimum: quoniam non continuo his, sed ossi-
bus interuenientibus occurrat. Inest autem eiusmodi pharmaco & partium tenuitas, quod ipsum ijs,
quorum per densum obicem transmitti uim oportet, est accommodum.

A *Quæ partes per quas uias, & per quæ remedia uacuentur.* Cap. 19.

ILlud te profecto non fugit, nos singularum particularum meatus, qui ijs ad superuacuorum emissionem sunt proprij, fluxiles reddere, Intestino, uentriculo, & mesenterio, & concauis iecinoris intestinum rectum: Renibus, uesicæ, iecinoris gibbis, uenæ cauæ, & arteriæ magnæ, & omnibus, quæ in lumbis habentur, eum, qui urinis est delegatus: Pulmonibus & pectori ipsam asperam arteriam & fauces: Cerebro & eius inuolucris eum, qui per palatum & nares descendit. Paritur fluxibilitas ijs quidē, quæ per sedem excerni habent, mulsa, & cibis ijs, qui uentrem molliunt, & pharmacis, quæ modice proritare possunt. Quæ enim acriora sunt, uitare oportet, quoniam phlegmonas exacerbent. Ad uentriculum uero, iecur, & lienem, siquando phlegmone sint uexata, nec mulsa ipsa est utilis, quoniam illico in bilem transeat, ac uiscerum phlegmonas augeat. Excrementa uero, ut cum urinis excernantur, ijs medicamentis, quæ urinas mouent, (Diuretica Græci uocant) promouebis: Non secus, quæ in pectore & pulmone continentur, tussi (per ea scilicet, quæ hanc moueant) uacuabis. Porrò in opere de medicamentis cuiusq; materiam didicisti, non eorum modo, quæ iam comprehensa sunt, sed etiā, quæ cerebri membranarumq; eius superflua per nares emittunt.

Quo tempore, & qua ratione cataplasmata relaxantia, & balneum ægrotos iuuent. Cap. 20.

B ETenim horum quoq; omnium uberem materiæ supellectilem in illis commentarijs habes. Quare abunde sunt ad rem præsentem, quæ hactenus de phlegmone laborantium partium differentia disputauimus. Dicturus enim plura de ijs sum in ea methodo, quæ omnium tumorum, qui præter naturam sunt, curationem comprehendet. Neq; enim in præsentia dedita opera & studio hunc sermonē sum ingressus, sed præter pensum in eum, sequela quadam rerum inuitante, diuerti. Siquidem propositum nobis in hoc libro non fuit, ut te partis cuiusq; phlegmone obsessæ optimam curationem docerem, immo ut noxam eorum ostenderem, quibus cataplasmata in febribus non uacuato prius toto corpore imponuntur: potissimum ubi intra corpus aliquid phlegmone infestatur. Quippe, si ambiens ita calet, ut materias ualenter liquet, maior noxa eiusmodi cataplasmatis succedit, quàm lotioni in balneo. Quanquam autumant, qui quotidie præcordia perfundunt, & cataplasmatis inducunt, non modo nullam ex ijs noxam, sed etiam magnam utilitatem ægris comparari: contra ex lauando non modo nullam utilitatem, sed etiam maximum incommodum, scilicet ignorantes, sicuti reliquorum omniū, quæ circa ægrum administrant, ita & balneorum naturam. Ego uero de uniuersa earum ui in superioribus disputaui plenissime. Nunc tantum dixisse est satis quibusdam prorsus nihil nociturum balneum: quibusdam minus, quàm cataplasmata. Quod enim in præcordijs relaxantia (quæ isti uocant) præsidia

C faciunt, id balneum in toto efficit corpore. Eoq;, cum in remissionibus febris adhibetur, corpore iam mediocriter transpirante, non exiguum affert commodum, omnia ex eo tum fuliginosa excrementa, tum tumida educens. Et, si quidem nullius uisceris imbecillitas subsit, proficiet ægrotanti: si tamē horror inter exhibendum non incidit. Tribus enim his in balneo, quod in quacunq; febri adhibebis, intentus sis, oportet: Vni, quòd citra horrorem sit administratum: Secundo, quòd nullum primæ notæ uiscus sit imbecillum: Tertio, quòd multitudo crudorum humorum in primis uenis non contineatur. Horror nanq; (ut prius dictum est) non solum intendere iam præsentem febrem potest, sed etiam, cū non fuit, eam interim excitare. Partes uero imbecillæ liquatos iam humores magis recipiunt, quàm ante, quàm liquarentur. Crudorum uero humorum copia in totum corpus digeritur. Horum si nihil obstet, ex balneis duo hæc ægro compendia accedant, & quòd redundantiæ humorum aliquid uacuabitur: & quòd multum febrilis caloris transpirabit. Quòd si, præter quàm quòd nulla princeps pars imbecilla sit, etiā inferioris notæ partium aliqua sit inualida, ueluti podagricis pedes, & ijs, qui articulari uitio laborant (Arthriticos Græci uocant) uniuersi corporis articuli, maxima salutis pars ægro ex balneo comparabitur, ipsis infirmis partibus quæ superuacua sunt, excipientibus. Assolent enim non nunquā & citra balneum superuacanea in partes infirmas confluere. A balneo uero magis, utpote tum succis ipsis per id

D liquatis, tum uijs, per quas meent, patefactis. Ambo enim hæc ex moderato calore proueniant, necesse est, tum ut humores liquentur, tum uiæ dilatentur. Proinde fit, ut, cum iecur, uentriculus, pulmones, pectus, uel principum id genus partium aliquod imbecillū sit, maxime lædantur, quicunq; se lauerint, si illis superuacua in corpore sint, ijdemq; ipsi cataplasmate usi, duplex incōmodum sentiant, nullo commodo. Quippe balneum tum corpus totū uacuat, tum, quod fumidum est ac fuliginosum, digerit: Relaxantia cataplasmata, ac similis facultatis perfusiones, ut nihil horum bonorum afferunt, sic superuacuum omne ad imbecillius, quodcunq; id circa medium corpus sit, contrahunt, siue iecur id, siue uentriculus, siue septum transuersum, siue mesenterion, siue ieiunum, siue colon, renesve sit. Quòd si diligentiam ostentare uolentes, etiam pectus unà excalfaciant, uel in ipsum, uel etiam in cor, uel in pulmonem superflua rapient. Voco imbecillam partem, uel quæ natura est intemperatior: (alij nanq; alia sic se habet) uel quæ ex præcedente aliquo morbo intemperiem contraxit: uel quæ in præsenti tempore in hāc sit perducta. Non enim partium omnium, quæ aut phlegmone laborant, aut putrescentes humores, aut obstructiones continent, uirtus statim infirma est: promptius tamen in ijs quoq; superuacuum, qualecunq; id sit, in ægram partem propter calorem, quem affectus excitat, fertur. Quippe particula, quā obstructio, aut putredo, aut phlegmone obsedit, febris ipsius ueluti focus est. Ergo, cū huic propter calorem sua sponte trahēti alia quæpiā occasio extrinsecus ex ijs, q̄ potestate excalfaciāt, accessit, necesse

est

est affectum intendi. At uero, siquis, uti prædictum est, toto corpore prius uacuato, relaxãtibus curet, ubi scilicet maxima febris non adest, utiq; prodesse aliquando potest. Tum uero, ceu dictum etiam est, lauare citra noxam licet. Cauendum tamen a frigido solio his est: quando & crudi & putrescentes succi, † [minus apti ad exhalandum] redduntur, siquis in eo moretur. Sane officit ijs etiam, si aqua admodum sit frigida: quando sic affectorum tum corpus, tum uel maxime afflicta particula difflari euaporariq; postulat. Quo fit, ut uel perfundere illos aqua idonea soleamus: uel, si moderate, quæ in natatione est, frigeat, ingredi permissos celeriter exire iubere. In progressu tamen morbi, quo tempore & absumpta iam superuacua sunt, & tum cruda tum putrescentia concocta, & cataplasmatis relaxantibus, & balneis sine periculo utare. E

† Al. [Greek]. i. minus apti ad concoctionem.

Quo pacto ratio uictus, æstimato initio ac febris uigore, statuenda sit. Cap. 21.

PORrò aptissimum in febribus, quæ intermittunt, & repetunt, tempus est, cum, uti dictum est, exhalare iam cœperit febrilis calor. Statim enim corpus ad nutrimentum præparat, huius quoq; opportuno tempore ex duplici coniectato respectu, nempe summo præcedentis accessionis uigore, & futuræ principio. Ad hæc nanq; spectantes operam dabimus, ut quàm longissime ab utroque nutriamus. Ergo, si spatium, quod inter summum prioris accessionis uigorem, & sequentis principium interuenit, satis sit amplum, facile est idoneum tempus inuenire: Sin exiguum id fuerit, alterum facias, necesse est, ut aut ægrum admodum adhuc calentem nutrias, aut sequentis accessionis inuasione iamiam affutura. Quo magis præsagio medici eiusmodi febris indiget, qui primis statim diebus, quanto spatio duratura febris sit, conijciet. Quippe, si *continens fuerit, constat breui finiendam. Si itaq; ultra septimũ progressura non uidebitur, prorsus continendus a cibo æger est: utiq; si uirtutem non defecturã conijcimus. Sin ad nonum, aut undecimum, aut quartumdecimum usq; progressura uidetur, aut etiam in septimo finienda, ceterum æger uires infirmiores habere, quàm ut in tantum tempus sufficiat, necessum erit nutrire: ac deligere, sicut in re ancipiti conuenit, quod minus sit noxium, distinguendo id discernendoque ab eo, quod magis sit nociturum, idque tum ex loco afflicto unà cum affectu, tum accessionis & principij & summi etiam uigoris *consuetudine. Siquidem, ubi uel iecur uel uentriculum phlegmone prehendit, perniciosissimum est ante accessionem cibare: Vbi hæc abest, quibus infirma est uirtus, utilissimum. Assolent enim eos, qui ita se habent, iecinore quidem afflicto, alui deiectiones unà cum accessionibus inuadere: ore autem uentriculi uexato, syncope. In alijs uero animalis instrumentis, quod iã dictis portione respondeat, tum ex situs eorum ratione, tum dignitatis æstimabis. Ageturque de ipsis postmodum. At summi uigoris & accessionis principij morem sic consideres, censeo. In summo uigore notabis, an citra magnitudinem febrilis caloris siccus sit & squallens, an citra squallorẽ urens. Priorem nanq; humectante uictu madefacere quàm primum oportet: In secundo, dum plurimum caloris se remittat, expectare. In principij uero accessionis more æstimabis, an corporis extrema perfrigeret, & magnam sanguinis reuocationem ad interiora corporis faciat: an omnino corpus non premat: Quippe secundum hoc, ceu facile mansuetumve, contemnes: In priore distinguas, oportet. Nam si absque uisceris phlegmone, aut succorum redundantia, motus ad interiora in accessionibus pollet, nihil offendes paulo ante cibans: Sin uel phlegmone, uel redundantia subsit, cauenda est ante accessionem cibatio, ceu res maxime noxia.

A. l. 4. f. 1. 2. 2. c. 8. p. 779. b. — F

* [Greek] i. continua, et in codic. græcis [Greek] legit Linacer.

* [Greek] i. morem, quemadmodum inferius uertit. — G

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST

DE MORBIS CVRANDIS,

LIBER DVODECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI. H

Symptomata, quæcunque insigniora sunt ad euertendas uires, ac cum febribus inuadunt, curare docet.

Quo pacto aduersus symptomata pugnandum pro ratione noxæ, quam uiribus inferunt. Cap. 1.

NON sunt, sicut non nulli autumant, eæ, quæ cum symptomatis consistunt, febres, aut febrium genus ullum, aut species differentiave: sed, ueluti tum alius morbus alij morbo, tum symptoma symptomati uno tempore, eodem in corpore copulatur, sic & cum febre incidunt quædam grauiora symptomata, quibus prospici maiore medentis solicitudine debet. Nam de leuioribus, quæ febrium generationi necessario succedunt, adeo omnino non meminerunt, ut etiam, ceu prorsus non sint, innominata ea reliquerint. At, quæ uel rarenter febricitantibus incidunt, uel communem magnitudinem excedunt, seorsum

ab alijs

A ab alijs tradenda censent. Sunt porrò eorum primæ differentiæ tres. Aut enim in actionũ offensa consistunt: aut in retentorum uacuatorumve immodico excessu: aut corporum ipsorum affectu. Quartum enim genus numerandum inter symptomata non est, etiam si inter symptomata quàm maxime non pauci id posuere, sicut erysipelata, ophthalmias, ulcera, parotidas, reliquaq; id genus. Ex prædictis uero tribus actionum quidem offensæ si contristant, solicitudinem medici ad se conuertunt, affectumque deserere cogunt. Idem faciunt & eorum, quæ retinentur uel expelluntur, excessus. At genus symptomatum, quod in affectibus consistit, alterius quidem, quem curare oportet, affectus est signum: ipsum tamen nullam seorsum curationem exigit, utpote cum affectu, unde nascitur, unà cessans. Vt enim in summa dicam, nullum symptoma, qua symptoma est, nec curationis rationem indicat, nec primum immutat. Monstratum enim est ex morbis ipsis curationis indicationem præstari, ueluti ex causis ipsis prouidentiæ. Dictum præterea est, & quomodo prouisio ipsa cum medendo simul sit mista. Ex accidenti tamen symptomata quoque curandi rationem aliquando mutant, causæ scilicet locum eo

A l.3.f.1.c.1. c.1.p.347.c. tempore habentia. Eorum omnium, cum, ueluti causæ, curationem immutant, unum caput est. Dico id unum læsionem, siue ea ipsius uirtutis sit, siue affectionis: quando, si nihil iis officiant, curationem non interpellant. Lædunt autem uires uigiliæ, dolor, & immodica uacuatio. Affectui uero eadem non utique

B que semper, ceterum magna ex parte nocent, ac potissimum cum fuerint immodica. Ob hæc igitur sola, curandi ratione, quam ab initio institueramus, ad præsens mutata, symptoma submouere primum cogimur. Ergo, si resoluantur uires, non tamen uehementer sunt iam resolutæ, sed adhuc resistunt, ad symptoma tantum sumus attenti, atq; id, quàm primum submouere maturamus. Sin iam resolutæ uehementer uires sunt, non modo symptoma sedare, sed etiam illas firmare properamus. Quòd si uno remedio tum symptoma leniri, tum morbus curari queat, id utique non fuerit symptoma respicere, aut symptomatis causa remedia sumere: sed omnis eiusmodi auxiliorum species plane morbi curatio est. Neq; enim, cum lateris dolorem in pleuritide, misso sanguine, uel corpore purgato, sanamus: nec, cum abscessum distentum & cum dolore pulsantem diuidimus, ac pus emittimus, eiusmodi curatio symptomatis est, sed cum, exempli gratia, in dysentericorum deiectionibus, ubi uehementer rodunt, uel tragi succum, uel hircinum seuum, uel rosaceum ceratum per inferius indimus: quibus utique præsidijs ipsa exulceratio intestinorum non sanatur, maxime si putredinosum aliquid habeant: sed uires interim conquiescunt. Atque id est contra symptoma instare, morbo ad id tempus neglecto. Quippe, ubi uirium roboris fiducia est, adeo nunquam contra symptoma pugnamus, ut contra prorsus per ea non nunquam præsidia, quæ dolorem afferunt, morbos ipsos curemus: ueluti profecto dysenteriæ ipsi mor

C dentibus maxime medicamentis tum potissimum medemur, cum utique est grauissima. Quippe medicus quidam quinquagenarius, cum iam septimam noctem ægrotaret, nec uiribus admodum ualentibus esset, dolore illi capitis uehementi in dextro potissimum tempore oborto, non expectans, dum amicorum quispiam ad se ueniret, sibi ipsi nocte uenam incidit. Itaque dolor illi protinus conquieuit: ceterum longo tempore tum decolor, tum uiribus imbecillis, tum exilis mansit, aliquc corpus eius desijt (Atrophian Græci uocant) sic, ut uix pristinum habitum receperit. Est porrò hic quoque duplex medicorum contra dolorem instantium ratio: Altera, qua delicijs cubantium subscribunt: altera ex artis ratione. Quippe, si licet ægrum doloribus obnitentem ualentibus remedijs uno die persanari, qui tota neglecta curatione dolori tantum est intentus, non id ex artis ratione, sed in ægrotantis gratiam facit. At, si ex dolore uires resoluuntur, atque ex eo periculum impendet, & mitigari dolor, & roborari uires debebunt: quo & morbo resistere, & curationis spatio sufficere ualeant. Equidem noui quosdam tum medicos, tum ægros, qui, dum animosi uideri uolebant, ob id ipsum perierunt, quòd fortiter ac uiriliter contra dolorem semper sunt renixi, nec, quod eum leniret, quicquam ceperunt, sed in asperis & (ut ipsi interpretabantur) affectum destruentibus auxilijs perseuerarunt. Quos sane spatio longiore curatos esse satius fuisset, quàm breui uiriliter mori. Quidam autem (ut sibi est uisus) generose

D dysentericos uehementissimo medicamento curans, multos uno sanauit die, quosdam uero iugulauit. Erat nanq; eius medicandi ratio eiusmodi. Cæpas id genus, quod Græci Carton uocant, uno die comedendas cum pane dabat, tum potum parcum: postridie mane muriam acerrimam per inferiora infundebat: secundum hanc etiam pharmacum ualidum. His igitur tolerandis quicunq; sufficere potuerunt, prorsus sunt sanati: aliqui uero conuulsione, aut animæ ex dolore defectu unà cum madore cutis oborto interiere. Esto igitur terminus in ægrotantibus, quem non transibit is, qui ex arte generose contra morbum pugnat, ut tuto medicetur. Is uero, qui dolorẽ mitigat, ut uires custodiat: Vbi ultra pergitur, crudelis hõis officiũ facit, qui unà cum morbo uitam quoq; homini aufert: Qui uero cubantis delicijs subscribit, eiusq; uoluptatem non sanitatẽ pro meta gerendorum habet, adulatoris. Committunt medici eiusmodi excessus cum in alijs quoq; remediorũ generibus non paucis, tum uel maxime in ijs uocatis anodynis, quæ ex papaueris succo, uel alterci semine, uel mãdragoræ radice, uel styrace, uel tali quopiam fiunt. Nam, & qui ægris gratificantur, in eorũ medicamentorũ usu modum excedunt: & qui intempestiue immodiceq; sunt animosi, dum prorsus horum usum refugiunt, doloribus ægros iugulãt. Ergo, ueluti in omni totius uitæ tum habitudine, tũ actione, ita hic quoq; consiliũ illud sapientis, qui, Nequid nimis, dixit, cõplectemur, habentes pro fine, quo tendamus, cubantis utilitatem. Quippe, si fas est ijs remedijs, quæ morbum sanent, utendo, quod optamus, efficere, abstinendum ab soporiferis medi-

camentis est, quæ uocant Anodyna. Sin ex uigilijs, & uiribus resoluendis, ad mortis discrimen æger E
tendat, tum profecto tempestiue eiusmodi medicamentis utare, scilicet non ignarus corporis habi-
tum non nihil ex his lædendum, læsionem tamen, quàm mortem, potius eligendam. Nam, si hæc ad-
modum magna non sit, saltem postea spatio longiore eam sarcire licebit. Sin ita est immodica, ut nec
prolixo spatio persanari queat, at certe hanc ipsam eligendam potius remur, quàm ut homo pereat.
Hac nimirum persuasione ipse quoq;, tametsi omnium maxime ab usu grauiter sopientiũ abhorrens,
aliquãdo tamen ea & colicis exhibeo, & ijs, qui uel oculorũ, uel auriũ, uel aliarũ partiũ uehementissimo
dolore cruciant̃. Interim uero, & cum æger ex tenui destillatione, uigilijs, & uehementi tussi urget̃, pau-
xillulum eiusmodi medicamenti offero, facile noxam eius, siquis semel est usus, spatio emendatũ iri ra-
tus. Porrò dissident inter se ipsa medicamenta. Quippe, quæ plurimum sopientum in se habent, ea ad
præsens quidem magis sunt efficacia, ceterum ualentem, & remedijs rebellem in ægrotautis corpore
frigiditatem relinquunt: Quæ horum in se habent minus, calfacientiũ uero sibi admistorum plurimũ,
ea, quanto sunt ad præsens minus efficacia, tanto in futurum minus sunt noxia. Omnia tamen id ge-
nus magis sunt salubria, si post annum a compositione sumantur, ueluti quod ad Philonem referunt
auctorẽ: quod ad dolores sedandos sensum stupefaciendo nullo minus est celebre. Sunt sane & alia
medicamenta non pauca ex seminibus confecta, græce Diaspermaton & Trigona nominata, quæ, si- F A.l.1.f.44.
cut ad torporem in præsens inducendũ mitiora, ita in futurũ sunt tutiora: atq; hæc quoq; oĩa utilius an- 28.p.157.B
notina sumuntur. Philonis uero medicamen, etiam si duorũ, triumve, aut quatuor annorũ sit, multo sa-
ne est melius, sed nec inutile tamen sequentibus annis ad decimũ usq;. Quod .n. ultra inueterauit, tan-
to quidẽ est minus noxiũ, quanto est uetustius: ceterũ languidis est uiribus, eoq; parũ nauiter, cuius gra
tia paratũ est, perficit. Ergo, sicuti cauendus est, quoad fieri potest, eiusmodi medicamentorũ usus, ita,
si necessitas urget, nec admodũ noua sunt offerenda, ꝙ frigida, quæ in his sunt, præualentes uires adhuc
habeant: nec ita antiqua, ut spem nostrã frustrentur: sed, uti cõprehensum est, tandiu dimittenda sunt,
quoad uiolentia refrigerantium, ab eorũ, quæ calefaciunt, ui mitigetur. Et talium quidem medicamẽ-
torum usus, eorũ, qui aduersus symptoma pugnant, est proprius, potissimum ubi ex frigida causa dolor
est excitatus: obsunt enim talia plurimum toti affectui, ac curationi contumacem eum reddunt.

Inter remedia quædam unà cum affectu, cui adhibentur, quædam seorsum symptomata curare. Cap. 2.

AT sanguinis missio, quæ scilicet uires non deijcit, symptoma spectantis medici, opus non est, sed
eius, qui totum affectum adimere studet. Ad eundem modum & balneum, & purgatio, & fomẽ-
ta calida, & uini potio. Quorum omnium Hippocrates in aphorismis, ubi de oculis dolentibus loqui- G
tur, his uerbis meminit: Oculorum dolores meri potio, lauatio, fomentum calidum, uenæ sectio, uel „
purgatio soluit. Hæc nanq; omnia, dum affectus sanant, unà etiam cum ipsis dolores sedant. Eodem „
modo nutrimentum, (ut in superioribus est dictum) ubi in sicco & squallente * corpore, stomacho la * Al. νοσήματι i. morbo.
borante exhibetur, dum affectum ipsum sanat, etiam syncope prehendi prohibet. At non ea, quæ ex
redundantia frigidorum humorum incidit, siue exolutio, siue stomachi syncope est, alimentum ceu me
dicamen desiderat: quanquam etiam in eiusmodi affectibus non solum nutrimentum, sed etiam uini
aliquid non raro ægrotanti dare cogimur, nõ utiq; quo affectum curemus, sed quo periculum in præ-
sens depellamus. Quippe uacuatio potius, quàm adiectio, est hoc genere laborantium curatio. Licetq;
quotidie uidere sic ægrotantium plurimos, medicorum ignorantia perditos. De quibus agere nunc
mihi tempestiuum uidetur.

De curandis ijs, qui ex summa crudorum succorum copia febricitantes, syncope facillime corripiuntur. Cap. 3.

ERgo febricitare incipiunt non nulli, ubi maximam crudorũ succorum copiam unà cum oris uen- A.l.4.f.1.T.
triculi (quod sane stomachum uocant,) offensione, uel ex cruditatibus, uel alia quapiam occa- 2.c.52.p.79.F
sione congesserunt. His & præcordia inflata, & totum corpus ampliore mole, quàm pro naturæ mo- H
do, cernitur: tum color alijs quidem ad albidius, quàm pro naturali habitu, & † [intercute aqua labo- † ὑδεριώτερον i. aquosius.
rantium magis simile,] est mutatus: non nullis etiã ad nigrius, aut liuidius: quos quidem medici plum-
bei coloris appellant. Omnibus pulsus minores sunt, quàm pro caloris ratione: præterea obscuri om-
ninoq; inæquales: sæpe ea inæqualitate, quã Systematicen Græci uocant: semper uero ea, quæ in uno
est ictu. Nulli taliũ sanguis mitti sine maximo dispendio solet, cum tamen uacuationẽ desiderent: uerũ
nec sanguinis missionẽ, nec purgationẽ sustinent, utpote quos sine his syncope subito adoritur. Quænã
igitur est ratio talibus medendi, qui, cum uacuari postulent, uacuantia præsidia non ferunt? Sane nullam
aliam his [idoneam] uacuationẽ inueni, præter eam, quæ ex frictione paratur. Incipere uero in princi-
pio statim morbi oportet, ac primũ a cruribus, superne deorsum, idq; linteis non admodũ mollibus, sed
asperdinis mediocre quid habentibus. Debet .n. radi ab his cutis, cum simul & calefieri per eam & di-
geri ægrotus postulet. Dehinc tota brachia, ab humeris usq;, superne deorsum simili modo sunt fri-
canda. Vbi uero artus omnes abunde calere uidebuntur, & metus fuerit, nequis ex multitudine fri-
ctionis contusa iam carne, lassitudinis sensus ipsis superueniat, oleo relaxante uteris: quod genus A. ibidem.
est Sabinum, ab adstringente uero abstinebis: cuiusmodi Hispanum est, Histricumque, & quod * libro superiore uertit frondes.
unà cum * germinibus uel ex oliua adhuc immatura conficitur. Hyems uero si fuerit, nihilo de-
terius

A terius sit, si ad digerentium aliquod transieris: cuiusmodi Sicyonium est, aut quod cum chamæmelo
componitur, [aut] quod apud Aegyptios est in pretio. Quòd si horum copia non sit, oportebit ac-
cepto relaxantium oleorum aliquo, & in quo nulla sit adstrictio, potissimumque quod est antiquius,
immittere ipsi anethi, quod uidebitur satis. Mox, (ut ipsi solemus) ubi in uase duplici tantisper cal-
feceris, dum mediocriter qualitatem herbæ imbiberit, ungere hoc artus, & fricate tunc quoq; quàm
plurimum debebis: postea oleum, quoniam tædium afferat, detergere, atq; ad spinam dorsi transire,
hancq; totam pariter fricare, primum sicca frictione, post oleo. Ab hac rursus ad crura te conferes,
& ab his ad brachia, exin denuo ad spinam, ita totum agens diem in domo puræ lucis, nec madente.
Esto eius domus & calor media temperie. Sane mulsa, in qua coctum hyssopum fuit, his est aptissima.
Seruandumq;, ne uel cibum, uel sorbitionem, uel aquam exhibeas, uel omnino liberaliter bibere si-
nas, nisi mulsa tribus primis diebus dumtaxat uti, ipse, quas dixi, partes ordine fricans, eoq; solum
tempore intermittens, quo somnus hominem occupauerit. Ad quem etiam alliciendum, & frictio ube
rior facit: itaq; uel hoc nomine utile præsidium fuerit, nedum quòd uacuet. At uero nec uberior som-
nus his est salutaris: cum nec crudos succos digeri sinat, & uiscera grauiora reddat. Sed, siquis alius
affectus est, qui somnum & uigilias modicas desideret, hic profecto in his est. Quippe somnus conco

A. ibidem.

B quit: Vigiliæ digerunt. Quorum utroq; est opus ijs, qui ex multitudine crudorum succorum ægrotat.
Ergo inuicem mediocriter adhibiti, iuuare se mutuo utiliter poterunt. Atq;, si pulsus his paruus ad-
modum infirmusq; sit, aut etiam supra hæc uehementer inæqualis, scire licet extremum periculum
esse: facienda tamen nobis, quæ retuli sunt, nec aliud quicquam moliendum. Sin pulsus robore me-
diocri sit ac magnitudine, præterea minime intercisus, & æqualis, considera, quæ ad aluum spectant: ac
si sua sponte commode non deijciat, audacter per inferius aliquid infundes. Accidit nanque post aquã
mulsam, ut, quæ in primis uenis, quæ scilicet circa iecur & mesenterium sunt, colligi superuacua so-
lent, hac commode deijciantur. Quòd si maior iusto superfluorum impetus ad aluum citet, principio
quidem percoquere mulsam amplius oportebit: Ea nanque, sicut minus aluum subducit, ita magis nu
trit: Contra cruda, ut minus nutrit, sic magis subducit. Post hæc, si superuacua largius descendant,

A. ibidem.

ne sic quidem sistenda, sed exhibendus pro aqua mulsa ptissanæ cremor est. Si uero fluere pergant, ali-
ex sorbitione nutries, pulsuum interim ratione obseruata. Aliquando enim subito ad imbecillitatem,
uel inæqualitatem, uel paruitatem mutantur. Quo tempore panem ex uino diluto exhibere conue-
niet, utiq;, si nec uentriculus, nec iecur phlegmone laboret: quando, si hac infestentur iam corpore
crudis succis referto, plane desperata salus ægro est, pulsibus sic mutatis. Ergo in eiusmodi ægri casu
C te ipsum a culpa immunem præstabis, si moriturum prędixeris, ac nullo generosiore medicamento usus
fueris. Quibus uero spes est salutis (est autem omnibus, qui ita citra phlegmonen ægrotant) maxi-
mum medico, qui utiq; ipsos in principio susceperit, uidetur mihi dedecus esse, si in syncopen incide-
rint: quanquam per inscitiam medicorum quotidie id fieri cernitur. Verum non est, quòd hos specte-
mus, aut cum his nosmet conferamus, sed cum eo, qui, cum re uera peritus in arte sit, fœdum putet
ægrum † [animo extemplo linqui,] ipso nec symptoma prædicente, nec ad id præparato, aut idem

† Syncope ex templo deprehendi. Inter syncopen aũt & lipopsychiã differentia est ut inferius patebit cap. 5.

prohibente. Sane dictũ a me etiam in superioribus est, qui cataplasmatis & perfusionibus assidue præ-
cordia uexant, ipsos in eiusmodi affectibus phlegmonas accersere. Minime igitur est his utendũ prius
quàm superuacua magna ex parte partim uacuata sint, partim concocta: tum uero etiam his utaris,
licet, non tamen dumtaxat relaxans, sed ex absinthio mediocriter perfundens: si tamen febris non
plane sit magna. Si uero medicanti tibi tres primos dies, ut dictum est, nihil occurrat incommodum,
ijsdem ipsis uteris usq; ad septimum, aqua dumtaxat mulsa, in qua incoctum hyssopum sit, conten-
tus. Siquidem longissimam, qui ita sunt affecti, cibi abstinentiam ferunt, corpore scilicet ex crudis ip-
sis, quos continet, succis concoquendis alto. Quòd si non modo crudi succi sint, sed etiam eo corruptio
nis peruenerint, ut concoqui ad perfectionem non queant, qui sic ægrotant, eorum desperata est sa-
D lus. Sed qui, si nullus præsertim committatur error, seruari possunt, ij aqua solũ mulsa ad septimum usq;
sunt nutriendi: aut, sicubi id res exigat, uel aluo fluente, uel ægro mulsam fastidiente, ad ptissanæ cre-
morem est transeundum. Sin hunc quoq; auersetur, alica ad eundem, quo ptissana, modum ei prępara-
bitur. Neq; enim ijs, qui ita sunt affecti, acetum incommodum est: immo, sicubi crudos affatim suc-
cos esse animaduerteris, oxymeli pro mulsa exhibere assidue debebis. Quòd si huius assiduus usus tæ-
dio esse cœperit, transire inuicem ad mulsam & ptissanam conueniet: dein rursus ad oxymeli reuerti.
Maxime uero, quibus tum paruus, tum tardus ac rarus pulsus est, ijs frigidos subesse succos putan-
dum. Iisdem protinus & color uitiatus in toto corpore manifeste cernitur: qualis nimirum prius est
traditus. Sed fieri fortasse, quod dictum est, non posse cuipiam uideatur, cum nulli febricitantium aut
tardior, aut rarior pulsus fiat. Ceterum duplici ratione uerum esse, quod dictum est, comperietur:
Vna, quòd euidenter in accessionibus appareat & tardiores & rariores, quàm pro naturali ipsorum ha-
bitu, pulsus fieri: Altera, quòd reliquis præter accessionẽ temporibus, horum arteriæ tum rarius, tum tar-
dius, quàm aliorum quorumuis qualitercunq; febricitantiũ, pulsant. Ergo, si æstas sit, & æger frigidæ potio-
ni assuetus, frigidũ huic oxymeli dabis: Sin hyems sit, omnibus calidũ, tum ijs, qui calidæ, tum ijs, qui
frigidæ insueuerũt, offeres, æque ut, si immodicus æstatis tempore æstus sit, etiam ijs, qui calidæ assueti
sunt, frigidum: utique si nullum sit ijs uiscus ad iniuriam opportunum. Sane propositis aduersissima

sunt tum balneum, tum aer ambiens, quoties uel nimium calidus est, uel frigidus. Itaq;, ut lauandi hi E non sunt, sic & reclinaudi in domo sunt, æstate quidem, quæ frigeat: hyeme, quæ caleat. Læduntur nanq; non parum ab utroq; excessu, uidelicet in balneo, æstate, & omni caloris incremento crudis humoribus liquatis, ac per omnes corporis partes fluentibus ita, ut metuendum sit, ne ad pulmones & cor ferantur: aliquando etiam ne ad cerebrum subeant: eum longe præstet, ut circa iecur & primas uenas adhuc ipsis subsistant. In domo uero immodice frigida, & hyeme, & deniq; ambiente frigido fucci, qui crudi sunt, & inepti ad concoquendum manent, & iecinoris obstructiones, si leues sunt, augêt si nullæ sunt, eas crassitudine sua hærentes impactiq; creant. atq; hæc quidem agenda sunt, ubi a primo die ipse curationem susceperis. Si autem ad eos, quos syncope iam premit, sis accitus, si ea, quæ retuli, loca phlegmone uacent, panem exhibebis non multum, huncq; ex uino aliquo, quod celerê in corpus digestionem adiuuet, statimq; ad frictiones uenies: quas etiam pro tradito iam modo administrabis. Ac, si quidem æstas sit, & regio naturaliter calens & æstuans, aut status cæli uehementer calidus, cum frigida uinum dabis: si nihil eiusmodi sit, cum calida. Quæ tamen secundo & tertio dabitur potio, omnino calidam exhibendam curabis. Quippe ad uniuersam eam curationem, cuius gratia frictiones adhibuimus, calidum præstat, utpote crudorum succorum concoctionem adiuuans.

A. l. 1. f. 4. c. 3. F. p. 156

A. l. 1. f. 4. c. 20. p. 145. E F

De curanda syncope, quę oritur ex flaua bile, ac de natura uinorum, quæ curandis syncopis conueniunt. Cap. 4. F

AT, quibus ex flaua bili, quæ os uentriculi infestet, syncope incidit, ijs frigida exhibenda potio est. Vinum tamen, quod & calidum natura sit, & deductionem in corpus promoueat, omnibus, quos syncope male habet, offerre conueniet: distribui nanq; per corpus nutrimentum, quod sumptum est, non in uentre manere uolumus. Constat autem ex uinis ea deligenda esse, quæ & flauo sint colore, & substantia tenui, & ætate uetera: talia nimirum & boni odoris continuo fuerint. Quinetiam ipse, si paululum, ubi mista sint, gustes, senties calorê per totû corpus transmitti. Ceterum amara præ uetustate uina ne sunto, præsertim quæ ijs exhibebis, quorum stomachus flaua bili urgetur. Talia nanque simul laudabilem ac nutrientem uini succum iam amiserunt: simul, iniucunda cum sint, hoc ipso stomachum offendunt. Commodissima igitur his uina sunt, quæ, cum naturaliter austera sint, sensilem iam adstringêdi uim propter uetustatem non amplius exhibent: calorem tamen admodum euidentem habent: omnia enim, quæ requirimus, in ijs, quorum stomachus amara bili uexatur, efficient, cum & iucunde sumantur, & tum ad concoctionem, tum ad digestionem in corpus etiam faciant: & succi uitium mitigent: & corporis habitum excalfaciant: & stomachum ipsum firment. Huiusce generis uinorum optima sunt Surrentinum, Signinum, Sabinum, Tiburtinum, Marsum, omnia quidem Italica, G & adstringentia, non tamen pari modo omnia. Nam Surrentinum, cum mediocriter adstringat, tum calidius ceteris, tum iucundius est: Ab hoc nobile Tiburtinum: Est enim & aliud quoddam imbecillum Tiburtinum: quod etiam, sicut Sabinum, leuiter potest adstringere: Signinum uero austerius est, sicut etiam Signino multo magis Marsum. Hæc omnia uina stomacho, qui amara uexatur bili, salubria sunt. Ideoq; illis utendum, quoties is uel ex ardenti febri offensus syncopen attulerit, uel alias multa in eum bilis fluxerit, uel multam imbiberit. Quibus tamen ex crudis humoribus syncopes periculum imminet, sane Falernum tanto iam memoratis præstat, quanto tum melioris est succi, tum etiâ calidius: utpote quod & uelocius illis per corpus digeretur, & crudis succis concoquendis auxilio erit. Quæ cum dictorum singula, aliud magis, aliud minus, faciant, omnia tamen Falerna magis stomachum roborant. At, quoniam ipsorum Falernorum aliud dulce admodum est, (quod Faustianum uocant): aliud, si cum hoc conferas, austerum: si cum Signino & Marso, dulce, deligendum ad talia secundû est. Si uero cubans per sanitatem dulcibus uinis insueuit, huic nihil prohibet dulcius Falernû exhibere. Verum in Asia, & Græcia, & nationibus, quæ his sunt uicinæ, ubi copia iam dictorum uinorum aliquando non est, ex ijs, quæ illæ regiones suppeditant, aptissima ad digestionem in corpus sunt Ariusium & Lesbium: Hoc quidem, ueluti ex ipso nomine patet, in Lesbo natum: Ariusium locis qui H busdam in Chio prouenit. Cum uero tria sint in Lesbo oppida, minus certe tum odorum, tum dulce in Mitylene gignitur: magis & odoratum & dulce in Eresso, dein in Methymna. Porrò sumenda ex his † [quæ aparachyta sunt: ita enim nominant ea,] quibus marina aqua admista non est, ratis maximum futurum incommodum ex ijs, quibus est admista. Alioqui nec assolent in Lesbo nobilibus uinis, de quibus nunc agitur, marinam aquam immittere: ueluti nec Ariusio in Chio. Prouenit & in Hellespôti Mysia uinum Surrentino non absimile: * Mysinum per eminentiam uocant. Hæc omnia uina flaua & odora sunt, & consistentia, quæ inter aquosa crassaq; sit media. Aquosæ porrò consistentiæ sunt Adrianum, & Sabinum, & Albanum, & Gaurianum, & Thuscum, & Neapolitanum Aminæum, quod scilicet in locis Neapoli uicinis gignitur: unde etiam ita id nominant. In Asia uero & Tibecinum, & Ticatazenum, & tertium ab ijs Arsyinum. Contra uero crassa sunt, ueluti Siræon, idest sapa, quod apud nos hepsema nominant, & Scybellites, & Theræum, & Albates. In Asia uero Aegeates, et Perperinum. Ergo, quibus ex abundantia crudorum humorum syncope incidit, ijs crassa uina ceu noxia, aquosa ceu parum efficacia, sunt fugienda. Deligenda uero eorum sunt media, quæque, ut prædictum est, flaua sint & calida. Neque enim inuenias ex albo uinorum genere calidum ullum: quôdo etiam austera, & mediocriter alba, cum inueterauerint, fuluiora quodammodo reddantur. Quòd si aliter

† Hæc erant in cod. græcis

* Al. Mysum

A si aliter nominare fuluum colorem uelis, licet, uoces igneum pallens. Quotquot autem in ipsis calidissima sunt, omnia certe flaua sunt: cuiusmodi in Italia est Cęcubum. Quod etiã unum quoddam genus eiusmodi uinorum ab initio, sicut aliqui putant, non est, uerum ex uetustate eo peruenit, ut igneum colorem contrahat: unde ipsum quoq; nomen est sortitum. Non tamen eo omnia perueniunt: cum prius crassentur, quàm in perlucido flauorem accipiant. Reliquorum uini generum, austerorum, quæ mediocriter alba crassaq; sunt, certe nullum ad digestionem in corpus est idoneum. Si tamen abunde inueterauerint, nec aliorum copia sit, uti illis licebit. Sunt uero eiusmodi omnia, cum inueterauerint, stomacho utilia. Quo uero habeas horum quoq; exemplum, tum eius, quod ex Nicomedia affertur, memineris, uelim, quod omnibus hominibus est notum: tum Siculi Aminæi, quod in magnis reponitur fictilibus. Quod enim in paruis seruatur lagunculis, maxime huic est contrarium, cum & malum stomacho sit, & capitis dolorem excitet. Ac semper quidem est id agendum, ut optimum eligas. Si id non est, quod illi pro iam comprehensis notis est quàm simillimum. Aptissima nanq; ad deductionem in corpus sunt Ariusium, & Lesbium. Sed, si ea desint, simusq; in Asia, aut Aphrodisiense petemus, aut austerum Tmoliten, aut aliquod his similium, quod & colore sit fuluum, & ilico, cum bibitur, manifeste excalfaciat. Considerandum uero ante omnia est, qualisnam ægrotantis natura sit. Nam, si B imbecillum illi caput est, & quod facile calidis uinis impleatur, quæ minus calida sint, potius sunt offerenda: Sin firmo admodum capite est, & talibus uinis delectatur, aut etiam citra noxam ea ferre est solitus, haud timide his utetur. Porrò uina, quæ odora fuluaq; sunt, quantum ex ipsorum est natura, omnia caput grauant. Eoq; tum Falernum, tum Tmolites, tum Lesbium infirmo capiti noxia sunt. Qualis autem in Falernis tradita nobis differentia est, talis profecto & in Tmolitis habetur. Alterũ enim admodum est dulce: alterum austerum, si cum illo conferatur. Calida tamen admodum ambo sunt, eoq; caput grauantia. Austera uina uentriculum roborant, caputq; inter omnia uina minime tentant. Ceterum digestiooem in corpus non promouent: quo magis fugienda tibi in syncope prehensis sunt non secus, quàm aqua. Habile uero ad facilem in corpus deductionem, & Hippodamantium, cum inueterauit, est, ipsum quoq; ex ea specie, cuius tum dulce Falernum est, tum uero Tmolites. Inest huic & adstrictio manifesta, quæ tamen in neutro illorum est. Itaq; etiam salubrius stomacho est. In penuria uero uini, quod accommodum utriq; syncopæ sit, ei inquam, quæ ex multitudine crudi succi oritur, & ei, quæ ex bili incidit, coactus prorsus uino uti, fugere (ut prædiximus) oportebit omnia tum austera, tum noua, itemq; crassa: deligere uero aquosa, magisq; si sint antiqua. Talia nanq;, tametsi non ualenter excalfaciunt, tamen facile in omne corpus deducuntur. Proinde, cum celeritas digestionis in C corpus sit his cum fuluis communis, differentia rursus in his erit, quòd concoctioni, quæ uel in uentriculo, uel uenis agitur, fulua magis conducunt propterea, quòd magis excalfaciunt. Præterea * mistibilia sunt, & nutrientia: eoq; ad succi bonitatem opportuna utiliave. Quorum omnium nihil in aquosis uinis est. Minimum .n. ex horum substantia in sanguinis mutatur speciem. Sed, cum fulua caput feriant, quæ aquosiora sunt, nusquã id cõtristant: Vrinas aũt præter cetera uina mouẽt. A quibus secundum locũ obtinẽt, quæcũq; fuluorũ maxime sunt tenuia: quæ ẽt ad syncopas potissimũ sunt deligẽda. Tardius his deducuntur in corpus, quæ fulua sunt, & crassa: quanquam ea quoq; austeris omnibus magis sunt penetrabilia. At uero nutriunt hæc magis, quàm tenuia, ac uitiosos succos omniũ uinorum celerrime, bono sanguine generando, corrigunt. Ergo institutum sermonem denuo repetamus.

*εὐκέραστα.

De affectibus tum in spiritu, tum in partibus corporis, quibus uires læduntur, & syncope exoritur, remouendis. *Cap. 5.*

QVòd syncope præceps uirium lapsus sit, id ab alijs ante me dictum est. Sed, cum essentia uiriũ, quibus regitur corpus, tum in spiritu, tum in solidorum corporum temperamento consistat, hæc nobis, & ubi integra sunt, seruari: & ubi † [corrupta sunt,] ad integrum reuocari omnino debent. Ac, quemadmodum tueri ea per sanitatem conueniat, in opere de tuenda sanitate est præceptũ. D Quemadmodum uero & in morbis, traditum iam aliquatenus, & in præcedentibus commentarijs est. Non tamen adhuc res tota ad talem, qualem exigit, *contemplationem est perducta: nec talem methodum habuit, qualem priora. Quod igitur deest, id nunc adijciamus. Spiritus substantia unà cum solidis corporibus sic nobis custodienda in morbis sunt, ut tum qualitate, tum quantitate, quoad fieri licet, naturaliter se habeant. Ac, si quidem sic prospici his posset, ut nec substantiæ eorum quicquam aut uacuaretur, aut prorsus immutaretur, id esset optimũ. Sed, quoniam in commentarijs de sanitate tuenda ostendimus fieri nõ posse, ut id generabili corpori unquã contingat, id agendum est, ut, quæ substantiæ portio defluit, hanc opponendo sarciamus: quod alterascit, in debitã temperiem per contrariã alteratione uindicemus. Si igitur tum curatio, tum alteratio sensim paulatimq; fiant, etiam correctio utriusq; sensim administrabitur. quod munus ad artem sanitatis tuendæ spectare est monstratum. Sin confertim, & semel ac magna aliquando uacuatio, uel etiam adiectio incidat, & morbus ita efficiatur, & medendi methodum ad eorum sanationem requiremus. Veluti enim mutationem in non naturalẽ habitum, quæ sensim paulatimq; irrepit, corrigere, sanitatis tuendæ artis sunt partes, ita eam, quæ multa simul iniuit, sarcire, ad medendi peritiam spectat. Ergo animalis spiritus cerebrum ueluti fontem esse clare ostendimus: qui partim ex inspirando, partim ex eo, quod reticularis plexus suppeditat, irrigatur atq; alitur. Vitalis spiritus non æque euidens demonstratio erat. Sed tamen in corde eum & arte-

† corrumpantur.

*σκέψιν.

rijs contineri existimare, alienum a ratione non est: eundemq; nutritum maxime quidem ex respiratione, sed tamen & ex sanguine. Quòd si naturalis quoque aliquis spiritus est, utiq; his quoque in iecinore & uenis continebitur. Sane dictum fusissime de uirium essentia est in libris, quos de Hippocratis & Platonis placitis scripsimus. Solidorum uero corporum substantia certa esse quantitate proculdubio desiderat: eoq; nutrimenta mortale genus tuentur. Sed nihilo secius & elementa, ex quibus componitur, mediocri esse temperie requirit. dictumq; subinde est, quemadmodum temperies ea sit tuenda. Ceterum, uirium lapsus, de quo nunc agere institui, qui quidem solidorum corporum substantiæ digerendæ succedit, in longissimis morbis subinde incidit, animante ex frequenti atrophia, id est nutriendi defectu, extenuato: prætetea in ijs febribus acutis, quæ corpus liquant. Qui uero ex substantiæ temperie mutata, prouenit, cum uel immodice ipsa fuerint calefacta, uel frigefacta, uel madefacta, uel siccata, aut horum aliquibus copulatis affecta. Alteratio uero in spiritu, tum ex uitiosis prouenit succis, tum ex ambientis aeris malitia, qui alias alia de causa in hanc est mutatus: prætetea uenenatis facultatibus, aut animalium, quæ uirus eiectant, uenenis. Verum hæc a præsenti instituto seponantur. Ipsius uero essentiæ spiritus corruptio, & quæ futura timetur, & quæ iam adest, quæ tum ex affectu animi incidit, tum ingenti dolore, tum pluribus motibus, cuius generis & uigiliæ sunt, tum ex immodica eius tenuitate, & continentium eum corporum raritudine, tum uero ante hæc omnia ex ipso respiratu prohibito, & nutrimenti defectu, diligentius corrigi profecto postulat. Sunt porrò affectus animi, timor subitus & uehemens, (quem Ecplexin Græci uocant) præterea, quæ contraria huic timori est, uoluptas maxima, Græci Pericharian uocant, quasi excessum gaudij dixeris. Scimus enim amborum occasione perijsse quosdam. Iam reliqui quoque magni timores omnes, & cum his maximæ uoluptates, etsi non iugulant, at certe facile resolubilem infirmumq; spiritum reddunt. Tristitia uero, & anxietates, & ira, & cura eo genere sunt noxiæ, quo frequentes uigiliæ, quoniam uires resoluant. Ac in ijs quidem omnibus ipsa per seipsam mouetur anima, in* corporalibus autem actionibus ipsa corpus mouet. Resoluitur autem eius robur utroque motuum suorum genere, si modum excedant. De laboribus uero quid attinet dicere, quo pacto & uehementius aucti quosdam iugularint, & omnes certe læserint, tametsi non sustulerunt? In omnibus eiusmodi casibus manifeste uidentur ægrotantes, tum animo linqui, tum uiribus resolui: non nulli uero (ut dictum est) etiam mori, scilicet alias spiritu ipso deperdito: alias alterato: aliquando ex parte digesto: non raro hæc utraque perpesso. Tractatum autem fusius de his est cum in alijs libris, tum uero in ijs, quos de Hippocratis & Platonis dogmatis prodidimus. Ad rem uero propositam, modum, quo singula lædere sunt nata, disquirere necesse non est, immo, quòd lædunt, ab ipsa euidentia accipere, ac eo ad uires tuendas in morbis salubriter uti. Pari modo, & si spirituum, qui nostrum corpus regunt, substantia aliquãdo plus iusto extenuata fuerit, utroq; profecto modo imbecilla fuerit, & tanquam temperie alterata, & tanquam dissipabilis, uel exhalabilis, uel, quocunque modo libet appellasse, reddita. Eadem nimirum ratione, & si totum corpus transmutatum in immodicam raritudinem sit, facile spirituum substantia digeretur: quòd & ipsa tenuium partium sit, & corpus eam non contineat. Ergo nec rarefaciendum immodice ægrotantis corpus est, si spiritum retineri in ipso studes, sed nec, quę in eo sunt, per comesta & bibita ualenter extenuanda. Iam uero, quòd ipsorum quoq; ciborum ac potionum non leuis habenda sit cura ad robur uirium tuendum, ut uidelicet tum quantitate modici, tum qualitate exacti exquisitiq; sint, id neminem latere arbitror: sicut illud profecto cuiq; perspicuum, quòd etiam substantiæ, quam inspiramus, habenda sit cura, uti scilicet tum optima temperie sit: tum ab omni inquinamento purissima, nec aliquid ex metallis, aut caminis, aut barathris sibi admisceat: aut aliquid ex putredine leguminum, uel olerum, uel animalium, uel cuiuscunq; rei contrahat: aut halitus ex stagnis, uel paludibus, uel fluuio recipiat. His itaq; omnibus prospiciat, oportet, qui uires illæsas tueri uolet. Ad hæc etiam ipsorum corporum solidorum, in quibus utiq; uel maxime consistere uirium substantia uidetur, non parua habenda prouidentia est, ut .s. sano temperamento sint: atq; hoc quidem omnium partium commune commodum est. Ad robur autem uirtutis conseruandum, & ad syncopalem accessionẽ quo minus de repente incidat, cauendam, singulare præsidium est temperamenti custodia, ante omnia quidem trium principiorum: mox uero reliquarum partium, quæcunq; in consortium affectus, principia secum ex facili trahunt: cuiusmodi est uentriculi os, quod propter exquisitum sensum tum alia symptomata non pauca, tum uero syncopas accersit. Porrò memoratus iam crudorum humorum affectus, si & copia sua hi uires premant, & propter tum multitudinem, tum crassitudinem exiguos animalis meatus obstruãt, iam multis nominibus exitialis est, ac syncope opportunos reddit: nempe & quòd animal sub eo non nutriatur, & suffocetur, & ꝙ mediocritas temperamenti eius nõ solum alteretur, sed ẽt corrũpatur. Quippe crudi succi nutrire prius, quàm sint cõcocti, nequeunt: Iidẽq;, cũ multi sunt, grauant: Si uero spiramẽta, quibus perspiratio agiť, obstruant, calorẽ extingũt. Quòd si nec obstruãt, nec onerẽt, syncopẽ ij certe non inferunt, sed animi deliquia, quas Lipopsychias Græci uocant. Siquidem resoluuntur eiusmodi ægrotãtes, nisi frequẽtius nutriantur. Porrò exhiberi his oportebit non copiose semel, nec quæ crassa frigida ve potestate nutrimẽta sint, sed, sicut dictum prius est, quæ ex genere extenuantium calfacientiũq; sint. Ad eundẽ modum & medicamenta, quæcunq; saltẽ medicamenta sumere febricitans homo potest, extenuantia calefacientiaq; sunt offerenda. His & aquosum uinum idoneum

ab initio

E F G H

A.l.5.f.11.T 2.c.6.p.516 D.E

*practicis est in plerisq; cod. græcis, ψυχικαῖς i. animalibus est in aliquibus.

A.l.5.f.51.T.a c.4 D

A ab initio statim est, si tamen uehementer non febricitent: quod haud sane frequenter in hoc affectu fieri assolet. magis etiam, si, qui laborant, senes sint, præbendum ijs post quanq; cibationem uinum est, magisq; etiam, si interposita quietis spatia mediocria sint. Sane, qui ex eiusmodi succis laborăt, hos quotidie accessiones exercent, præcipueq; ad uesperam, & noctu, non mane, nec usq; ad meridiem. Atq; de his quidem hactenus abunde.

De curanda syncope in ijs, qui tenuissimos succos, & qui facillime exhalant, obtinent. Cap. 6.

AGe modo transeamus ad eos, qui contrario quidem huic laborant affectu, sed tamen syncope similiter opprimũtur, nisi quis sedulo sit attentus. Hi sunt, qui prætenues succos habent, sic ut ocyssime* exhalent. Itaq; etiam diuersa a iam dictis ratione sunt curandi. Illos nanq; paulatim & assidue uacuauimus propterea, quòd multam simul uacuationem ferre non poterant: At, qui sic se habēt, hos paulatim & assidue nutriemus. Quòd si a principio hos uiribus adhuc ualentibus, curandos susceperimus, nec paulatim eos cibabimus. Possunt nanq; ij, uel quod liberius semel datum est, nutrimentum superare. Tanquam autem eos, qui ex crudi humoris multitudine syncope periclitantur, prorsus periclitari diximus, si uel iecur his uel uentriculum phlegmone obsedir, itidem de quibus nunc agere B instituimus, insanabiles sunt existimandi, si uiribus iam languentibus aliquod eorum uiscus phlegmone infestetur: quando nec assidue hos nutrire fas est, sed tantum in remissionibus, nec seruare eos, si nõ « nutriantur, licet. in eiusmodi affectibus mortifera illa species in facie celeriter apparet, Nasus acutus, « oculi caui, & reliqua, quæ deinceps sunt adscripta. Nam, siue multum excernant, siue uigilent, siue tristentur, siue non cito nutriantur, protinus eiusmodi faciem habent. Porrò, si alicuius horum, aut etiã plurium occasione tales esse uidebuntur, minus esse malum putabis, quàm si absq; ijs essent emaciati. Sin absq; his tales appareant, pernitiosum iudicabis: atq; hoc amplius, si a principio morbi eam habeant speciem. Neq; .n. dum concoquatur, sufficient. Atq; ob id Hippocrates dixit, siquid eiusmodi consenserit, minus subesse periculi putandum. In morbi nanq; principio (ut prædixi) etiã si cum aliquo dictorum in eo sint statu, haudquaquã id bonũ est: ceterũ minus id periculi minatur, quàm si cum horum nullo, immo ex spiritu ipso prompte digesto. Non solum autem extenuatis ad eum modum spiritu horum & sanguine, digestio sæpe incidere assueuit, sed etiam expultrice ui per uniuersam corporis molem immoderatius concitata. Id quod incidere maxime ex imbecillitate retentricis solet. Sane nutrire, quicquid horum inciderit, est necesse: sicut etiam corporis summa densare non secus, quàm priorum rarefacere. Cum .n. maxime ij affectus inter se dissideant, etiã præsidiorũ speciē diuersissimã C requirunt. Ergo frigidũ ijs aerē adstringentemq; comparabimus: qui, quemadmodũ fiat, prius est dictum. Vngendi præterea sunt adstrictorijs unguentis: Tum cibi ijs dandi, qui non admodũ prompte dif fluant, non aqua mulsa, non ptissanę cremor, sed panis, & sorbitio ex alica, & fructus austeri, & qui non facile corrumpantur, tum ipsi per se, tum uero & cum pane: etiam alica, quæ in aqua sit cocta. Dabis uero* aliquando ijs & oua, præcipueq; eorum uitellos. Album .n. eorum ægre concoquitur: Præterea gallinaceorum, qui lacte sint alti, testiculos: item, suillum cerebrum, sed uel diligenter assum, (quãdo, si* cruentum detur, summopere lædit) uel in albo iure legitime elixum, porro & anetho iniectis. Deniq; omni ratione agendum, ut & succorum materiam crassiorē reddas, & cutim dēses, & exhalationem inhibeas. Vinum uero ijs aquosum necessarium inter initia est, sumptũ post cibum. Quòd si ex sententia nobis omnia responderint, etiã carneis ijs aliquid nutrimenti post alia dabimus: potissimũ post quartũ diem, succis, qui febrem excitauerunt, iam ad concoctionem uenientibus. Tali affectu laborantis iuuenis, in decimo libro meminimus, quem (uti dixi) quotidie nutriui, idq; ante accessionem potissimum: tum, quemadmodum semel dedita opera non exhibito illi cibo accessio cum syncope inuaserit, memorauimus. Ergo in omnibus eiusmodi curationibus, si iam deprehensus syncope cubans est, omnis solicitudo medentis ad symptoma uertitur: Sin nondũ ea premitur, utriusq; curã habebit, & ut sym D ptoma non incidat, & ut morbus paulatim discutiatur. Celerius aũt hunc discuteremus, si nullus symptomatis subesset metus. Quippe, qui multitudine crudi succi grauatur, hunc, si modo iustam semel uacuationē ferre posset, nec metus aliquis syncopes impenderet, semel, arbitror, uacuatum a morbo explicaremus. Eum uero, cuius spiritus & succi facile exhalant, si ante accessionem cibare nõ cogeremur, longiorem illi morbum certe non redderemus. Ac de ijs quidem hæc mihi dixisse sit satis.

De reliquis syncopes causis, ac primum de affectibus, quibus dolores succedunt. Cap. 7.

NVnc reliquas occasiones, quibus syncopæ succedunt, deinceps referemus. Hæ sunt numero quatuor, dolor uehemens, uigiliæ, immodica* uentris inanitio, ac † [in ijs, qui aliena loquuntur] aliquando motus: sed & quintã, si non displicet, addas, nempe principiorũ intemperiem, de qua in calce libri agemus, idcirco maxime, quòd dupliciter prouenit, uel quia in nudis qualitatibus particulæ alterantur: uel quia uitiosus aliquis succus in has recipitur. Deinceps igitur de omnibus, quæ memorauimus, est agendũ, initio a doloribus sumpto. Ergo, si causam ipsam, unde dolor excitatur, adimere possis, ita utiq; cõtra symptoma non pugnaueris, sed ægritudinē curaueris. Sed, si qua occasione prohibitus, affectui submouendo intentũ esse non licet, uehementiã doloris mitigabis. Verum, qm̃ nec dolorũ causas submouere, nec uehementiã eorum remittere fas est, nisi intellexeris, cuius uitio is dolor in cubantis corpore excitetur, perpendendæ prius tum causæ dolorũ sunt: tũ uero signa, quibus hæ dignosci

* ὑπερφόρως
*Non est in antiquis.
* ἔναιμον idest cruentum est in impressis ἔνυμον, quod subcrudũ ab aliquibus uertitur, est in manuscriptis.
* Non habetur in codicibus grecis antiquis hæc dicta uentris.
† ἐπὶ τῶν παραφρονούντων

queant. Nam, cum sensui plerunque parum pateant, hominem, qui in tali speculatione sit exercitatus, nimirum postulant. Itaque, cum nobis in alijs operibus non pauca de dolorum generatione sint præcepta, ipsorumque omnium opportunum tempus iam uenerit, necessum arbitror totam eorum rationem summatim percurrere. Quoniam igitur in animalis corpore omnibus consentientibus sectis, non omnes partes sensiles sunt, manifestum est, quæ prorsus sunt insensiles, eas non dolituras. Igitur, cum sensilibus duntaxat dolor accidat, sequens est, ut æstimemus, eiusmodi ne corpora perpetuo sint dolitura, an uno aliquo tempore, cum uidelicet ortus in his crucians affectus sit. At, si ipsa euidentia nos docet multum esse temporis, quo nihil omnino doleamus, non obscurum est certo aliquo tempore, quo scilicet excitatur in singulis, quæ dolent, crucians affectus, necesse esse ea dolere. Ergo, si inuentum nobis fuerit, quæ nam affectio ea sit, quæ in sensilibus corporibus orta facit, ut animal doleat, utique, & quod quærimus, iam fuerit inuẽtum. Hic igitur ab ijs naturalibus notionibus, quæ omnibus nobis sunt communes, procedere methodo ad id, quod considerandum proponitur, conueniet. Porrò naturalis notio nos docet uitium id corporis, ex quo sit doliturum, aut continuitatis diuisionem oportere esse, aut alterationem aliquam. Ita etiam non incommode dictum ijs est, qui ex insectilibus, uel insensilibus uel incompactilibus elementis corpus componunt, affectum, unde dolor nascatur, prorsus † [inueniri non posse.] Quippe, quæ tantummodo tangunt, eorum nihil uidetur dolorificum. At talia corpora tantum se inuicem tangunt. Quòd si non contingant modo, sed etiam se inuicem in concursu frangant, ad dolorem creandum nihilo plus conferunt, si quæ franguntur, insensilia statuuntur: nisi etiam lapides, cum diuiduntur, dolore affici dicemus. Verum de his latius tum alibi, tum in quinto de Asclepiadis placitis disseruimus. Nunc autem confessum hoc principium sumentes, necesse esse, ut affectus, qui dolorem excitet, uel diuisio sit, uel alteratio, illud etiam memoria repetamus, ne alterationem quidẽ ipsam sensim irrepentem, dolorem afferre animali posse, sed quæ dolore animal afficiet, eam mutationem tũ confertim factam, tum uero uiolentam esse debere. Videntur enim corpora non solum, cum in habitũ contra naturam confertim aguntur, tristem mutationem sentire, sed etiam in ipso ad naturalem statum suum reditu (nisi eum paulatim accipiant) cruciari. Scimus enim qui in uehementi frigore iter fecerunt eos cum sese non sensim, sed semel calfacere properarent, dolore circa unguium radices adeo uehemẽti affectos, ut ferre non possent. Illud uero inquirere, an ipsum, quod uehementer excalfacit, aut refrigerat, diuisionem aliquam continui efficiat, longiore fortasse disputatione eget: Et utrique hoc ostensum a nobis est in commentarijs de simplicium medicamentorum facultatibus. Verum quid agendo, quæ uehementer uel excalfaciunt, uel refrigerant, dolorem inferant, quærere, ad rem propositam minime est necesse: Siue enim ut substantiæ sensibilium continuitatem diuidentia: siue ut eam semel & confertim alterantia, id ad eorum inuentionem, quæ dolorem leuabunt, nihil refert, modo sciamus, quod uiolenter uel excalfacit uel refrigerat, id sentientia corpora dolore afficere. Ergo, si cœpisse ab euidentibus conueniet, euidenter autem uidentur, eorum, quæ corporibus nostris propinquant, hæc sola esse dolorifica, & quæ uehementer uel excalfaciant, uel refrigerent, & quæ substantiæ continuitatem diuidant, (hæc autem sunt, quæ uel contundunt, uel incidunt, uel distendunt) utique curationis eorum inuẽtionem quæremus uia aliqua insistentes, quæ a quærendorum natura sit accepta, quæ methodos appellatur. Rursus igitur supra repetentes dicamus. Quoniam id quærimus, quemadmodum in morbis dolore affligamur, ubi nihil nobis extrinsecus triste appropinquat, necessum est, aliquam talem causam in corpore quæramus, quæ scilicet uehementer excalfaciens, uel refrigerans, uel diuidens substantiam sensilis alicuius corporis nos excruciet. Ac primum illud speculabimur, cuiusnam esse naturæ debeat, quod continuitatem diuidet. Necesse igitur est uel ruptionem, uel contusionem, uel erosionem esse affectum eum, qui diuisionem continui faciat. At uero ruptio ex distentione quadam: contusio ex grauante: erosio ex mordente prouenit qualitate. Ergo, cum nihil extrinsecus sit, quod uel distendat, uel grauet, uel erodat, sed ex seipso horum aliquod corpus sentiat, neminem latere potest distentionem ab aliqua intrinsecus substantia, quæ multitudine sua corpus se continens distendat, aut immodica siccitate prouenire: contusionem ex eo, quòd aliquod corpus † [ab externo] superceciderit, quod uel durum, uel magnum, uel graue, uel simul ambo fuit: erosionem uero ex succo aliquo, cui mordens natura insit. Igitur, ubi uehemens dolor urget, scrutandum nobis est, an succus plurimus, an spiritus, cui non sit exitus; an grauis moles, an mordens humor, an siccus affectus subsit: Ad hæc, ueluti inter initia est definitum, an aliquid, quod ualenter excalfaciat, uel refrigeret. Quorum ipsorum quoque rursum causæ uel in spiritu, uel in humoribus, uel in solidis ipsis sunt statuendæ. Quicquid enim eorum uehementer excalfactum refrigeratumue sit, quando, quod uicinum est, tangit, dolorificum illi redditur. Igitur, quemadmodum singula, quæ comprehendimus, agnosci possint: tum uero quod non omnium habeamus manifestas notas: quodque, si aliud quicquam, etiam causarum & affectuum, quæ sensum fugiunt, agnitio ex multa exercitatione, & curiosa omnium perpẽsione nobis tandem pariatur, alibi monstratum est. Nũc uero id considerare propositum nobis non est, immo solam ipsam medendi methodum persequi. Ex qua scienter perspecta quantum auxilium compendiumque medicis non ad præsidiorum modo curationumque * facultatem, sed etiam ad affectus aliquando agnitionem comparetur, sæpe uobis in ipsis ægrotantibus manifeste ostendi, quorum iam duos tresve, qui haud pridem sunt sanati, referam. Vnus enim, ut scis, quadragenarius erat, qui cum colo laborare putaretur: non modo nihil est † [à fomentis

tum

Margin notes: E; E; A.l.1.f.3.d.5. c.4.p.130.F.; G; H; † ... i. ab interno, est in aliquibus codic. græcis, & its uidetur eã legendum.; * [Greek, illegible]

Al.3.f.4.c.1. c.8.p.430.D. [illegible] fomentis & fomentis. & ita & inferius.

A tum humidis, tum siccis Jleuatus, sed nec cataplasmatis, nec clysteribus, quibus scilicet publice uti in eiusmodi affectibus solent, uerumetiã a plurimis eorũ exacerbatus. Nã a rutaceo oleo per sedẽ infuso deterius habuit, itemque a castoreo: quinetiam, ubi mel coctum cum pipere assumpsit, extremis doloribus est afflictus. Iam, cũ cremoré cocti foeni græci unà cum melle accepisset, uehementer est irritatus. Ipse igitur, ubi mordentes succos in tunicis intestinorum immersos conieci, qui scilicet secũ unà corrumperent tum ea, quæ per inferiora essent infusa, tum ea, quæ per os sumebat, exhibui homini nutrimentum, quod non facile corrumperetur. Deinde, cum minus eum cruciatum intellexi, uitiosos humores purgandos iudicaui. Cum uero aptissimum ad eiusmodi uitiosos humores esset medicamentũ, quod ex aloe componitur, quodque iam uulgo picran appellant, utique semel hominem iuste purgare non sum ausus, quod doloribus & inedia duobus mensibus confectus esset. Verum ex quibusdam interuallis moderate id faciens, quindecim circiter diebus hominem (ut scis) prorsus sanaui, idque nullo præterea adhibito præsidio. Atque hic quidem illo primum tempore sic est uexatus, nunquã prius intestini dolorem expertus. At alius iuuenis huic quidem ætate prope par, sed qui sæpe ante colicis cruciatibus fuerat affectus, accepto scammoniæ succo fuit purgatus. Cum autem bene largiter fuisset uacuatus, primo quidẽ die uesperi in balneo lotus, mox ptissanæ cremorem sumens, post piscem quoq;

B comedens, nocte ea, quæ cœperat, euomuit. Secũdo die itidem lauatus, comedit primum lactucã, mox auium carnis aliquid in albo iure elixæ: ab hac alicam ex aqua sumpsit uino austero iniecto. Vbi uero ab ijs mediocriter se habere est uisus, etiam tertio die nutritus similiter est. Reddidit tamen per aluum plura, quàm pro ciborum portione, eaque cum morsu. Deinde quarto die etiam magis dolere sibi uentrem sensit: & cum se in balneo alicubi frigus accepisse imprudentem putasset, rutaceum sibi oleũ per sedem infundens, non solum uehementissime est uexatus, sed etiam liquidam deiectionem copiosissimam excreuit: quod facile declarauit aliquid a toto corpore ad loca uentris deferri. Post deinde per circuitus similis redibat cruciatus. Audientes autem eius symptomata, intelleximus noxam ex scammonia in illis maxime intestinis procubuisse, quæ prius etiam fuerant imbecilla sic, ut quasi fluxionis quidam exortus esset affectus. Ergo, quemadmodum hunc quoque sanauerim, scis. Abijcere enim iussi præsidia colica, alicaque calente, quæ cocta in aqua esset, nutriri, immissis ei mali puniei granis. Cum autem tota nocte citra doloré dormiuisset, miratus profecto est remedij nouitaté: rogauitq;, quid esset

Al.1.f.4.c.5. p.41.E

bibendũ. Dedimus itaq; bibẽdũ dilutũ rhois cremoré: quo uidelicet, siue aliqua esset ĩ summo intestino facta ulcerosa affectio, eã adstringeret: siue ẽt ex cõsuetudine aliquid ex superioribus locis in partẽ afflictam conflucret, id reprimeret: prandioque eodem uti iussimus, deinde ad uespetam cœnare pane puro

C madefacto in uino aliquo naturaliter quidem austero, sed ueteri. Concessimus præterea, ut austerum quemcunque uellet, *fructum sumeret, siue malum, siue pyrum, siue punicum. Simili ratione etiam tertio die eibatus, in quarto theriacen bibit, sanusque omnino est redditus: ac de cetero ad consueta reuersus, nullum sensit incommodum. Simili genere & alteri cuidam in æstate affecto, cum sitibundus admodum esset, supra alia, quæ memoraui, etiam frigida potione uti permisi. Ergo, ne requiras in omni affectu eiusmodi notas, quales in pleuritide uel dysenteria apparent. Quippe scientifica est morborũ id genus agnitio, certis uidelicet definitisque notis comparata: cum eorum, qui proxime sunt dicti, coniecturalis agnitio sit, ac solis ijs inueniri potis, qui exacte cuiusque morbi propriam curationem norint. Quare, quoniam de hac proposita nunc disputatio est, ipsam per se absoluamus. Nec affectuum agni-

Al.3.f.11.c.2 c.6.p.516.E

tiones attingamus: maxime quæ ex coniecturalibus notis incipiẽtes, cum eorũ, quæ prosunt obsuntq; cognitione sunt coniunctę. Methodum enim in ijs, atq; etiã exercitationem, in morborũ agnitionibus seorsum per se fecimus: quo scilicet arte quis instructus, in omni ægro tum locum, qui affligitur, tum ipsius affectum, sicuti nos, inueniat.

Ratio curandi dolores. *Cap. 8.*

Al.1.f.4.c.3. p.37.A

D ERgo reuertamur ad affectus, qui dolores excitant. Si sanguinis abundantia sit, quod distendat, ueluti profecto in phlegmone fieri solet, protinus, ubi uires ægri ualentes sunt, sanguis mittendus est. Sed, si is uel sanguinis missionem timeat: uel imbecillis uiribus sit, tum reuellendus in diuersum sanguis est, tum per propinqua deriuandus. Dictumque nobis prius est, quemadmodum hæc fieri conueniat. Quod si his peractis dolor etiam perstat, patet profecto in ægrotante particula impactum esse, quod contristat. Patet uero non minus, & quod curatio ipsa per digerentia medicamenta sit molienda. Pari ratione, & qui ex flatuoso spiritu dolores fiunt, curabimus, sed simul in his potius tum extenuãtibus cibis, tum potione, tum per sedem iniectionibus, tum cataplasmatis, tum humidis siccisque *fomẽtis auxiliãtes. Sin moles aliqua grauãdo cõtundendove doloré excitet, moli ipsi est medendũ. Sin mordẽs humor est, qui affligit, aduersissima huic sunt, quæ extenuãt & calfaciũt. Postulat nanque huius generis affectus, si modo curandus est, ut ea, quæ cõtristant, uacuẽtur: si id oĩno fieri nequeat, ut per epicrasin sanetur: sin id quoq; fieri nõ possit, ut, quæ torporẽ inferãt, medicamẽta exhibeãtur. Quæ quanq̃

Al.3.f.16.c.2 c.2.p.639.

sunt reliquorũ communia, minus tamen hos affectus, quàm alios, lædunt. Quippe tenuis cõsistentiæ, & calidarum uirium plurimi talium humorum sunt: quæ autem ex papaueris succo, & altero, & eo modo frigidis composita medicamenta sunt, simul omnino & refrigerant & siccant: qua ratione non solũ, ut sensui torporem inducentia, salutaria sunt, sed etiam ut humorum tenuitatem cogentia atque crassantia, præterea uehementem calorem refrigerantia. Vbi uero crassi glutinosiq; humores exuperant

alie-

alieniſſima ſunt, quæ torporem inducunt: cauendusq; magnopere in eiuſmodi affectibus eorum uſus E eſt. Sed nec alioqui comitatur eiuſmodi ſuccos, modo ſoli ſint, dolor uehemens. Si uero ex accidenti aliquo coniunctus his halituoſus ſpiritus eſt, qui ex ijs, quibus continetur, corporibus erumpere prorſus non poteſt, grauiſſimis omnino doloribus, qui ita ſe habent, cruciantur. Porrò accidit id illis dupli ci ex cauſa, uel obſtructione, uel calore. Nam & obſtructio ſpiritũ cohibet, nec exire permittit: & craſſa glutinoſaq;, cum calefiunt, flatuoſum ſpiritum gignere ſolent. Eiuſmodi ſane affectus ijs, qui ſe cibis natura frigidis, & conſiſtentia craſſis ac glutinoſis referſerunt, quando in ipſis inteſtinorum tunicis flatuoſus ſpiritus continetur, potiſſimum incidit. Nam, cum hæ duplices ſint, ubi medio earũ ſpatio eiuſmodi collectus humor eſt, in flatulentum mutatur ſpiritum. Sane is & craſſus, & frigidus, & tardi motus eſt. Vbi igitur tum retinetur, tum tunicas diſtendit, tum ſuccus, unde oritur, inteſtini partes, quas contingit, uehementer refrigerat, duplici occaſione affliguntur, qui ſic laborant. Ac ad tempus quidẽ, ubi torporem faciens medicamen biberunt, prorſus indolentes redduntur, ceterum affectus his omnino fit maior. Nam & inteſtinorum tunicæ medicamentorũ frigiditate denſiores, minusq; flatui tranſmittendo habiles redduntur: & humor ipſe tum craſſior, tum ad motum ineptior euadit. Itaq; & ſpatio longiore ad ægri curationem, & medico, qui egregie in arte ſit exercitatus, eſt opus. Niſi enim certa ratione poſtmodum curationem aggredietur, uerendum erit, ne ſucci ſecundo in flatuoſum ſpiritũ uerſi, F eundem dolorem renouent: vnde rurſus ſtupefacientium aliquid medicamentorum exhiberi ſit opus, eadem ſcilicet neceſſitate urgente. Ac pari modo tertio, & quarto, & ſæpe deinceps, quoad homo inſanabilis effectus, in malum totius corporis habitum perueniat, & poſt longa tandẽ tædia pereat. Quo pacto igitur dolores eos, quos frigidus humor in medio inteſtinorum interclusus excitauit, ſanare conuenier? Sane non perfuſionibus & cataplaſmatis, quæ ualenter excalfaciant. Quippe lenti oẽs craſſiq; & frigidi humores ab ijs, quæ calfaciunt, niſi etiam ualenter digerant, liquantur, ac in flatum mutãtur. Conuenit igitur eos incidere ſimul & concoquere: quas res tenuantia medicamenta præſtabunt: potiſſimum tamen, ſi calida uehementer non ſint. Quòd autem horum quoq; ipſorum ea maxime deligenda ſint, quæ magis flatum diſcutiant, magisq; ſiccent, nemini poteſt dubium eſſe. Sæpeq; ex plebe non paucos audias minus ſibi dolere colon affirmantes, cum nec ipſis cataplaſma imponitur, nec oleo aliquo perfunduntur, nec per clyſterem aliquid infunditur. Et ſane, qui generoſi animi forteſque ſunt, ſi mediocri utuntur uictu, *tutius longiore in tempore percurantur, quàm qui uiolenter (ut dictum eſt) calfacientibus utuntur. A nullo enim in eiuſmodi ſuccis tam eſt metuendum quàm a calore, qui eos liquet, atq; in flatum uertat, ſed digerere non ualeat. Vidimus nanq; ex agreſtibus operis quempiã, qui, ubi coli dolorem ſenſit, protinus ſe cinxit, cum cingi ante non ſoleret. comedit autem cum pane alliũ, G nullum dimittens conſuetum opus: nec toto die quicquam bibit, ſed ueſperi meracius: ab his & tota nocte dormiuit, & mane ab omni dolore plane liber ſurrexit. Eſt enim profecto allium ex eorum ciborum genere, qui & flatum diſcutiant, & minime ſitim inferant. Sunt, qui parum id experti exiſtiment maiorem, quàm cępas, ſitim excitare, ſed plane errore: cum non modo non maiorem, quàm cæpæ, ſed nec omnino ſitim faciat. Idem omnium plane eduliorum maxime flatum diſcutit. Itaq; ipſe certe agreſtium theriacen id appello. Ac, ſiquis uel Thracas, uel Gallos, uel deniq; qui frigidam regionem incolunt, ueſci allijs uetuerit, non leuiter ijs hominibus nocuerit. Ac, quos ex ſupradicta cauſa uehemens inteſtinorum dolor citra febrem exercet, ijs & allium eſſe licet, & theriacen bibere: quippe quæ eiuſmodi affectibus magnopere ſubuenit. At, ſi cum febri unà talis dolor aliquãdo incidat, principio quidem, ſi id ferunt, fomentum ſiccum ex milio eſt adhibendum. Si ab hoc non quieſcant, ſemen aliquod, quod flatum diſsiper, in oleo, quod tenuium ſit partium, coquere, mox per linteum, quo purum ſit, oleum colare, deinde anſeris ſeuum in oleo liquare, & per ſedem infundere oportebit. Si anſeris ſeuum non ſit, gallinaceo eſt utendum, in primisq; curandum, ut ſit expers ſalis, eſto autem nec admodum uetus. licet uero & recenti uti, præſertim anſerino. At, ſi neq; ex hoc remittuntur dolores, ſecundo rurſus injciendum idem eſt: adiecta etiamnum caſtorei & papaueris ſucci, utriuſq; fabæ non amplius ma- H gnitudine. olei uero hemina* modus eſto. Excipitur & lanula ex hoc medicamẽto aliquid. Debebitq; appenſa forti filo, quàm penitiſſime in rectum inteſtinum dimitti: quo utiq;, & cum libet, id facile recipiatur, & euidentem conferat utilitatem. Ad eundem modum & oculorum & aurium dolores, qui ex huiuſmodi humore, aut ſpiritu flatulento in febri excitantur, ſedare conueniet tum fomento ex milio, quoniam id omnium & leuiſſimum eſt, & maxime ſiccans, quodq; ab eo defluit, innoxium experſque morſus eſt: tum auribus medicamentum id, quod ex caſtoreo & papaueris ſucco conficitur, infundentibus: quo ſcilicet ad talia uti ſolemus. Liquor, quo hæc liquantur, ſapa eſto, quod apud nos uocãt Hepſema: pleriq; medicorum Siræon græce appellant. Quòd ſi imponi cataplaſma aliquando oportebit, papauerum capitibus in aqua coctis, ac fœni græci, uel hordei, uel lini ſeminis farina aquæ immiſſa, cataplaſma conficies. Scire autem licet medicamentum, quod caſtoreum recipit, non ſolum aurium ſedare dolorem, ſed etiam oculorum & dentium, ſi auribus inſtilletur. Iam uero collyria, quæ ex opio fiunt, uehementiſſimos oculorum dolores remittere omnes norunt: Vtendumq; (ut prædiximus) his eſt cum maxima neceſſitas urget, illud minime ignorantibus particulas ipſas non nihil lædendas, imbecillioresq; in reliquam uitam ex refrigeratione futuras, ceterum ſaluti hominis in præſens, ipſam futuram poſtea noxam poſthabentibus. Siquidem non paucos eorum, qui his ſunt uſi, eo infirmitatis ue-

niſſe.

A.l.1.f.4.c.30.p.156.f.

A.l.3.f.16.c.2.c.12.p.631.b.&c.

*ἀσφαλέστερον, ideſt firmius, eſt in antiquis, id quod uidetur etiam uoluiſſe intelligere Linacer. εὐτρεπέστερον autem in impreſsis, ideſt citius.

A nisse, ut alij fere nihil omnino uiderent, alij propemodum surdi forent, id omnibus iam notum est. Itaq;
nos, si quando cogimur his uti, postmodum in sanitatis tempore particulas ipsas excalfacimus, nem-
pe auribus oleum id, quod solum castoreum habet, infundentes: oculis uero collyria, quæ tantum ex-
calfaciant. Ad quod scilicet munus maxime id probamus, quod ex cinnamomo conficitur. Ac de do-
loribus quidem, qui ex crassis glutinosisve, aut frigidis succis, uel etiam flatuoso spiritu excitantur, ha
ctenus abunde. Similis nanq; est eorum omnium curatio, ut quæ per comprehensas iam materias per
ficiatur, nisi quòd is, qui spiritum flatuosum comitatur, propriam quandam curationem est sortitus ex
A.l.1.f.4.c. 30.p.157.b. cucurbita cum flamma copiosa subinde admota. Videbiturq; tibi præsidium hoc in huiusmodi affecti-
bus incantamenti cuiusquam simile quid efficere, siue hi in intestinis, siue in quauis corporis particula
sint excitati. Ilico enim cucurbita admota, qui spiritu flatuoso cruciantur, tum a dolore liberi, tum o-
mnino sani redduntur. Quos uero non spiritus modo flatuosus, sed etiam humor quispiam, unde is ori-
tur, male habet, ijs ilico ad tempus dolor sedatur, redit tamen uel in sequente nocte, uel postridie, uel
etiam tertio die similis dolor: ac potissimum, ubi in uictu aliquid deliquerint, aut importunius particu
las excalfecerint. Tibi uero hoc quoq; maximum indicium affectus erit: ac curationē pro ratione pro-
sequeris, nec impense particulam excalfaciens, & tenuatoria curationis ratione utens. Quòd si in uen
B tre quoq; talium quippiam incidat, mirifice hi ex acrium iniectione leuantur. Sed percuranda in his
primum doloris accessio est, admota scilicet cucurbita, quo uentosus digeratur spiritus. Post id uacuā-
dus humor est, infuso per sedem eiusmodi medicamentorum aliquo. Ego uero oleo quopiam tenuis
substantiæ uti assueui, rutam incoquens. Porrò aliqui in tali curandi ratione, ubi oleum acceperūt, ma-
ximo dolore cruciantur: postea exiguo interposito spatio excernunt humorem uitreum, atque ex hoc
protinus simul & a dolore & ab affectu liberantur. Quippe sublata causa, quæ spiritum flatuosum gi-
gnit, omnia conquiescunt. His humoribus contrariam maxime naturam habent, qui tenues sunt atq;
*συντόνους. i. uehementes. acres, sed similem dolorem inferunt: non nunquam autem & conuulsiones *crebras accersunt, utique
cum in ore uentriculi sunt collecti: ueluti dudum illi contigit, qui paulopost æruginosum humorē euo-
muit. Satius uero sit non æruginosum ipsum dicere, sed exactam plane æruginem. Talis nanque erat,
*ψιάδες qualis pulcherrima est ærugo. Verum huic adolescenti cum conuulsione & syncope, etiā *guttæ quæ-
dam frigidæ, & pulsus in summo gradu parui erant. Ex quibus cum conijcerem in ore uentriculi, quem
publice stomachum uocant, mordentem aliquem contineri humorem, dedi illi aquam tepidam bibe-
re: post quam protinus tale quid euomuit, quale si ipse facere uelles, floridissimam æruginē aquæ mi-
sceres. Cum igitur talis humor in uentriculo consistit, uomitu est expellendus: cum in intestinis, inijce-
C re per sedem conueniet, quod eluere eiusmodi humorem sit aptum. At id detersiuum sit omnino, opor
tebit. Cum autem talium plurima mordeant, commodissime ex his aliquod deligitur, cui morsus absit.
Eius generis maxime est ptisanæ cremor. Cibi uero exhibendi his sunt, qui & boni sint succi, nec faci-
le corrumpantur: quorum etiam exempla in priore libro iam tradita habes. Quoniam uero etiam eo-
rum, qui ex siccitate uehementi tenduntur crucianturq;, mentionem feci, satius fuerit de his etiam ali-
quid apponere. Scire nanq; licet eiusmodi affectum, si modo curabitur, humectationem poscere, cete-
rum curatu perdifficilem esse, uel potius, qui curari omnino non possit, si febris occasione est contra-
A.l.3.f.a.c.5. ctus. Succedit maxime exitiali phrenitidi. Nec sanatum quempiam ita conuulsorum aut ipse uidi, aut
p.396. alium narrantem audiui. Nam *temere conuulsio uel ex repletione neruosarum partium incidit: (qua
*πολλάκις. i. sæpenumero. ratione eos, quos magna phlegmone premit, adoritur) uel ex mordente & tenui humore, qui neruosa
corpora rodat: vel ex ingenti frigore, quod tale quippiam, quale gelu, efficit. Atq; hæ tres conuulsio-
nes subinde percurantur. Sed, quæ ex neruosarum partium siccitate prouenit, insanabilis est. Quippe
etiam in libro de marasmo docuimus solidorum corporum siccitatem omnino esse insanabilem. Quo
minus adijciendum quicquam de eiusmodi symptomatis præterea puto: sed nec de ijs, quæ uitio immo
dicæ uacuationis, uel per aluum, uel per uomitum, uel sanguinis profusionem incidunt, quòd & antea
D de his mediocriter sit dictum, & posthac dicere sit necessum, potissimum cum mihi de tumoribus, qui
præter naturam incidunt, erit agendum. Itaque librum hunc iam claudam, quando de symptomatis
ijs, quæ utique tractatu maxime erant necessaria, & præcipue quæ cum febrium affectibus ipsis sunt
connexa, abunde disserui.

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER TERTIVSDECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Inflammationes, ac reliquos præter naturam tumores curare docet, idque indicationibus diligenter adſcriptis, ac ijs maxime, quæ ſumuntur ex affecta parte.

Quid hactenus hoc opere actum eſt, quid hoc libro agendum, ac de duplici inflammatione. Cap. 1.

DVO iam genera morborum, quemadmodum quis methodo ſanet, docuimus, alterum in intemperie poſitum, cui antiqua eſt appellatio: alterum, cui nos no F
men indidimus continuitatis ſolutionem. De qua prima in tertio, quarto, quinto, ac ſexto horum commentariorum præcepimus. Poſt eam de ijs, quæ in intemperie conſiſtunt, uſq; ad duodecimum egimus. In hoc uero totius operis tertio decimo de tumoribus, qui præter naturam incidunt, differere incipiemus, in quibus ſcilicet partes a naturali habitu in quantitate receſſerunt. Sane, ſanitatem, an naturalem habitum dixeris, ad ea, quæ nunc paramus, nihil interſit. At, cum plures ſpecie affectiones in his ſint, primum agemus de phlegmone. Expedit enim ab hac cœpiſſe, & quòd frequentiſſime incidit, & quòd febres aliaq; ſymptomata periculoſiſſima exci tet. Cum autem ueteres Phlogoſin (quam inflammationem interpretere) ſubinde phlegmonen appel lent, ſciri uolumus non hoc loco nos de hac phlegmone differere, ſed ea, quæ ſupra inflammationem, tenſionem quoque in particula facit, quam non modo ipſi tactu deprehendamus, ſed etiam ipſe æger † [proprio ſenſu] aduertat. Quinetiam pro tenſionis modo tangenti quoq; renititur pars phlegmone obſeſſa, auctiorq; eſt, quàm pro naturali habitu, nec dolor illi deeſt, maior minorve: Cum quo nõnunquam & pulſationis eſt *ſenſus, cum ſcilicet malum amplius increuit: ac potiſſimum cum ſuppurat. Rubor quoq; in parte, quæ phlegmone laborat, maior minorve ſemper uiſitur. † [Semper autem omnia G
partibus inflãmatis inſunt] adeo, ut ſiue in ipſo pedis ueſtigio, ſiue in parte interna manus magna phlegmone incubuit, hæc quoq; magis rubra uidentur, quàm ante.

† διὰ τῆς ἰδίας συναισθήσεως i. eo ſenſu, qui peculiari ter συναίσθησις (quaſi conſenſum dixeris) appellatur. *συναίσθησις. † In cod. græcis âtiquis legit ἀεὶ δὲ πάντως ἔνεστι τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις. i. ſemper tamẽ (ipſe rubor) omnino ineſt partib. phlegmone laborãtibus. & ita omnino uidetur legendũ.

Indicationes, quæ ex fientibus uel factis inflammationibus præbentur. Cap. 2.

ETenim oſtenſum eſt phlegmonen omnem e ſanguinis confluxu conſiſtere. Qui alijs ſtatim calidior eſt, quàm pro natura fuit: omnibus certe in ipſa parte, quæ phlegmone uexatur, calidior efficitur. Atq; hoc omnium ſectarum commune eſt: ſiue impactum tantum ſanguinem in finibus uaſorũ, phlegmones cauſam uelint: ſiue intercidentiam eius (paremptoſin uocant) in ſolis arterijs, ſiue obſtructionem aliquam: ſiue in raritatibus ratione contemplabilibus reſiſtentiam. Quo fit, ut etiam curationis *indicatio omnibus ſit communis, nempe uacuatio redundantis in particula phlegmone obſeſſa, ſanguinis. Phlegmones uero, quæ in generatione adhuc eſt, duplex *indicatio eſt, ueluti in reliquis morbis omnibus, quicunq; in gignendo adhuc ſunt, necdum abſolutionem ſunt nacti, oſtendimus. Nam, quod eorum generatum iam eſt, id medicinæ artis parti, quæ morbos curat, ſubijcitur: Quod in generatione adhuc eſt, parti, quæ futurum morbum præcauet. Atq; idcirco diximus non ſimplicem, ſed compoſitam eſſe totam de ijs ægritudinibus, quæ in generatione adhuc ſunt, medentis ſolicitudinem, ex ea ſcilicet quæ prouidet, & ea, quæ curat: ſicuti etiam, ſi omnino phlegmone laborare adhuc non cœ- H
perit, ſed tamen appareat iam ſubeſſe in corpore genus aliquod eorum, quæ phlegmonen excitare poſſint, in talibus quoque omnibus ſola prouiſio *indicatur. At, ſi nulla adhuc in corpore cauſa ſubalitur, ijs, qui ita ſe habent, ea, quæ ſanitatis eſt tutrix, prouidet. Ergo, quæ cauſæ phlegmonen accerſere uidentur, has, cum iam in corpore ſint conceptæ, ſed tamen exiguæ adhuc & incipientes, utiq; ne maiores fiant, inhibere conueniet. Atque hoc præcauentis phlegmonen eſt officium. Cum uero ea magnitudine ſint, ut iam phlegmonen creent, eas ſubmouere oportet, ac, quantum iam phlegmones genitum eſt, ſanare.

De ortu inflammationum. Cap. 3.

AC communis omnium phlegmonarum generatio ex ſanguinis influxu eſt, copioſioris, ſcilicet quàm pars poſtulet: veluti tum in libro de tumoribus præter naturam oſtendimus: tum in eo, qui de inæquali intemperie eſt inſcriptus. Sane copioſior ſanguis influit alia quapiam, alijsve particulis aliquando eum mittentibus, ac ea, quæ phlegmone laborare incipit, recipiente: aliquando particula, quæ affligitur, hunc ad ſe trahente. Partes, quæ mittunt, alias ut copia ſuperuacuum, uel ut qualitate moleſtum, alias utroque nomine ſuccum propellunt. Quæ attrahunt, ea morboſo calore trahunt. Porrò in doloribus incipit quidem cauſa ab eo, quod affligitur, ſed quicquid eſt phlegmones, id ſuperpoſitæ partes

A.1.4.f.3.c.2. c.1.2.

A tes efficiunt. Ergo, quòd ad partem excalfactam uel trahuntur uicini succi,(ut nos censemus) uel confluunt (ut Asclepiades putabat) euidenter cernitur. Et constet hoc loco ex ipso, quod cernitur, sermoni fides. At uero, quæ dolent, cernuntur ea quoq; phlegmonen ex dolore pati. sed causam eius quidã omnino non assignant: quidam nullo modo probabilem. Nostra uero sententia talis est. Docuimus in eo opere, quod de naturalibus facultatibus edidimus, unam esse naturæ facultatem, quam excretoriam dicimus. Ea suo munere tum fungitur, cum triste aliquid sentit. Vnum uero quiddam est ex ijs, quæ eam contristant, ipsa, quæ dolorem excitat, causa, quæcunque ea sit. Hanc igitur eijcere dum properat, phlegmonen interdum in particula concitat. Cum enim primis suis conatibus nihil profecit, uehementius aggressa, quod infestat, expellere, sanguinis aliquid & spiritus ex superpositis partibus in afflictam simul exprimit. Atq; hinc fit, quòd ex dolore particula, pro portione confluentis in eam humoris, in tumorem attollitur.

Tumores omnes præter naturam ex rei influentis natura variari, & quæ sint inflammationis causæ. Cap. 4.

Al.3.f.1.c.1. c.4.p.408.d.
QVinetiam omnium tumorum, qui præter naturam sunt, uarietas ex eius, quod influit, natura nascitur. Vbi enim flatulenta materia copiosior accessit, flatuosi magis tumores fiunt: phlegmo-
B næ uero magis similes, ubi sanguis: sicut erisypelati, ubi flaua bilis: & œdemati, ubi pituita: similiter scirrhosi, ubi uel crassus, uel uehementer lentus humor est, qui parti est infixus. Sane crassus humor, quodammodo iam melancholicus magis minusve est. Lentus autem ex glutinosis prouenit cibis: sed & ex ipsis aliquando neruosis partibus, utiq; cum multum excrementi genuerint. Verum de ceteris tumoribus post dicetur. Nunc de phlegmone agemus, ac prius, quæ omnium sunt communia, ad disputationem propositis, sic deinde, quæ solius eius uitij sunt propria, adijciemus. Cum igitur particula aliqua phlegmone urgeri cœperit, uidendum est, an propter calorem aliquem, qui in illa præter naturam sit ortus, an propter dolorem uel ipsius, uel propinquæ alicuius partis hanc contraxerit: quo.s. adempta causa, phlegmone non amplius increscat. Post hanc considerationem proxime illa contemplabere, nunquid uicina aliqua particula sanguinem largius ad partem phlegmone obsessam transmittat:
πληθωρικῶς διάκειται.
deinde num totum corpus † sanguine nimium abundet, πληθῶραν uocant.

Inflammationes in glandosis carnibus facillime excitari, & quo pacto curari debeant. Cap. 5.

Al.1.f.1.d.5. c.1.p.19.b.
NAm tibi (arbitror) non excidit, utpote sæpe a nobis monstratum, superuacanea, quæ a ualentioribus partibus ob redundantiam, uel qualitatem expelluntur, ea in imbecilliores procumbere, atque hinc accidere, ut glandulæ, quas adenas uocant, facile fluxiones recipiant, & maxime quæ ra-
C riores natura sunt. Quippe ualentius est arteriarum, & uenarum, & neruorum, & musculorum robur, imbecillius autem ac forte prorsus nullum, corporum, quæ glandularum sunt naturæ. Sic igitur fit, ut & propter ulcus, quod in manus aut pedis digito fit, eiusmodi glandulæ in inguinibus & alis tum intumescant, tum phlegmone occupentur, cum defluentem ad ultimos * artus sanguinem priores excepe-
Al.4.f.3.c.1. c.4.p.839.b.
rint. Quinetiam in collo, & secus aures sæpenumero glandulæ ijs, quibus in collo, capite, uel aliqua uicina parte ulcus est natum, intumescunt. Nominant autem ipsos adenas: cum sic intumuerunt, Bubones. Quòd si scirrhosior earum partium phlegmone aliquãdo fuerit, hæc & ægre sanabilis est, & Chœras, idest struma, dicitur. Quænam uero sit strumarum curatio, in proximo dicetur libro. Nũc de phlegmonis, quoniam de ijs disserere proposuimus, denuo repetentes dicamus, quòd inhibitio earum incipientium, ex generante illas causa tollenda præstatur. primumq; de ijs, quæ ulcera sequuntur, agamus.
Al.1.f.4.c.35 p.157.e
Postea enim quàm prope magnam arteriam, aut uenam ulcus ortum est, celerrime bubones excitantur. Cernitur autem aliquando ipsa quoque uena per totum membrum rubra, & calens, & distenta, ac siquis eam tangat, dolens. Ergo, si uel totum corpus sit plethoricum, uel malo succo redundet, difficilis curatio redditur: Sin sanum plane sit, facilis. Quippe excalfacere & humectare modice totum membrum, quo dolor mitigetur, oportet, (nosti autem eiusmodi præsidiorum materiam) ipsi utiq; ulce-
D ri tetrapharmaco in linamento imposito: (liquatur id oleo potissimum rosaceo, uel, si id non adsit, relaxanti aliquo) toto uero membro, hapso lanæ ex calente oleo imbuto circundato. Quinetiam ipsi ulceri calidum imponi medicamentum oportet, ac super ipsum, calidum extrinsecus cataplasma ponere, quod ex farina uel hordeacea, uel triticea, uel ambabus mistis constet: humorem autem habeat aquam cum pauco oleo. Non secus uero etiam ipsi adeni, quæ phlegmone urgeri cœpit, ut mitigetur, imponi debebit primo die lana ex oleo calente madens, non autem, sicut non nulli faciunt, statim ad-
Al.4.f.3.c.1. c.3.p.844.F
dito sale. Post enim sale utemur, cum & tumor per totum membrum fuerit remissus, & dolor ulceris sedatus. Quinetiam macedonicum, quod uocant, pharmacum similiter, sicut tetrapharmacum, ipsi ulceri imponere licebit. Etenim similia inter se sunt, solo thure tetrapharmacum macedonico superante. At, si uel plethoricum corpus sit, uel malo succo redundet, curatio per ea, quæ sic calent, fluxionem ad membrum citat. Atqui nec alia ulla uti datur. Cogimur ergo alias sanguinem mittere, idq; aut uena incisa: aut mẽbris ijs, quæ læsa non sunt, scarificatis. Manu.n. laborante, scarificabis crura: Altero crurum male habente, reliquũ. Has nanq; uacuationes indicat ipsa copia, sicut ẽt succorum uitiũ, redundãtis succi purgationẽ. Ac plerunq; post hæc præsidia, glãdularũ phlegmone desinit. Sæpe tñ uel ipso, qui curat, ad corporis totius uacuationem segniore: uel ipso, qui laborat, præ mollitie eam non admittẽte, earum phlegmone maior efficitur, sic, ut ad suppurationem perueniat. Sed &, quæ Phymata quoque

græce

græce appellant,memoratis*carnibus,ſicubi fluxio in eas procubuit, citra ulceris occaſionẽ accidunt. E. *glandulis.
Vbi ergo diſtentæ uehementer glandulæ ſunt,aut alia denique particula quæuis, quã phlegmone pre-
mit,cogimur toto corpore prius uacuato ipſam ſcarificare. Sane uacuamus totum corpus (ſicut in li-
bro de plenitudine monſtrauimus) non modo cum in redundantię ſuccorũ eſt habitu:ſed etiam cum
mediocritatem ſuccorum continet,ſi morbi magnitudo ſuadeat. Siquidem dolor,& calor membri, in
quo phlegmone ſedet,etiam ſi purum ab excrementis totum corpus ſit,fluxionis cauſæ fiunt. Expedit A. ibidem. p. 845. A.
igitur parcius id,hoc caſu facere:ac vacuare,prout maxime tum ætati laborantis, tum naturæ congrue
re uidebitur,æſtimatis præterea tum anni tempore,tum regione, tum ægrotantis ipſius conſuetudine.
de quibus ſæpe iam in multis diximus ſic,ut,etiam ſi adhibita in ſermone non ſint,ſubaudire ea conue-
niat. Vbi uero phlegmones ipſe ueluti feruor iam ſubſedit, mitigatorijs cataplaſmatis dimiſſis,ad ea,
quæ digerunt,paulatim eſt tranſeundum:Ac primum cum mitigatorijs paulum mellis miſcendũ: Mox
triticea farina in totum prorſus auferenda,contentis hordeacea cũ melle uberiore. Deinde ad aliquod
eiuſmodi digerentium medicamentorum eſt ueniendum,quę uel humida conſiſtentia ſint,ſimiliter ijs,
quæ in linamentis,uel linteolis excipiuntur,(Emmota græce uocant) uel cerati ſpecie. A duris autem
abſtinendum eſt:qualia pleraque emplaſtra ſunt. nam & phlegmonarum reliquias contrahunt, & rur-
ſus phlegmonen in ægra parte excitant. Quin,ſi pus aliquod notabile in ſuppurante particula ſit contẽ F *digeſtioné.
tum,non expedit(quod,non nulli faciunt)protinus incidere,immo* exhalationem moliri medicamen
tis ad id ualẽtibus, quorum uſus ex affectu ſit coniectatus. Quippe,cum phlegmones naturæ quicquã
in membro adhuc reſtat,acria medicamenta magis irritant,quàm digerant. Cum uero,quod ex phleg-
mone relinquitur, ſcirrhoſum effectum uidetur, fidenter iam ualentibus medicamentis uteris,ſed ob-
ſeruato bis in die,quem præſtent effectum,primum mane,ſecundo ueſperi. Quòd ſi balneo quoq; uta-
tur,etiam in eo tempore fiat. Si quãdo ergo ægram partem medicamenti acrimonia irritatam uideris
ita,ut tumentior,aut rubicundior ſit,aut magis doleat,mitigabis eam interea fomento, quod per ſpon
giam adminiſtrabis. Id autem aliquando ex aqua dulci eſto,aliquando etiam ſal habente, ubi ſcilicet
ſcirrhoſiores phlegmonæ ſunt. Sin aliquando puris copia medicamenta ſuperet, nec ea uideantur tibi
totum digerere poſſe,†[ſecare exitum ei,quod digeſtioni non ceſſit,]eo potiſſimum loco oportet,quo † τέμνειν χρὴ τὸ οὕτως ἀποστάμενον. i. quod ſic abſceſſit, ſecare.
eſt editiſſimum. Quippe tenuiſſimam etiam illic inuenies cutim. Memineris præterea in ſectione & alte
rius*indicationis,quæ ad effluxum pertinet:atque ad ambo reſpiciens,ita,quod ſuppurauit,incide: ac
deinceps medicamentum aliquod eorum,quæ ſine morſu ſiccent,impone. Quòd ſi computruiſſe por-
tio aliqua ſuppurantis partis uidebitur,excidi eam eſt neceſſe. Sane quidam in ijs,quæ in axillis & in-
guinibus ſuppurant,in myrtei folij ſpeciem ſemper excidi cutim iubent:quoniam in ijs laxa ea natura G
liter ſit,ideoque omne,quod ipſi aduenit,prompte recipiens:† [præterea ipſa ex leui occaſione phleg- † Ex antiquis ita uertendũ, ex leui occaſione phlegmonen facile contrahat.
monen facile contrahant.]At maximas aliqui ſectiones facere ſolent:quarum occaſione particula,ubi
ad cicatricem eſt perducta,non ſolum turpiſſima redditur,ſed etiam fit imbecillior,& quæ ſæpe homi-
ni ad motus ſit in mora. Hæc igitur ipſi uitantes,ſæpiſſime certe ſola inciſione, & medicamentis ualen-
ter ſiccantibus,huiuſmodi affectus ſanauimus. Quòd ſi aliquando excidere aliquid propter multitudi-
nem non puris modo,ſed etiam corruptarum partium fuit opus, contenti eramus ſectione, quæ myr-
ti folium imitatur,plane non magna. Cum autem in ea exciſione longitudo maior, quàm latitudo ſit,
eſto in inguine longitudo per tranſuerſum ducta,non autem per membri rectitudinem. Quippe ita,cũ
membrum inflectimus,naturaliter cutis ſibi applicatur. poſt exciſam cutim,medicamento, quod Græ-
ci Mannam uocant,affectam partem implebimus. Eſt autem ea*purgamentum thuris,leui adſtrictione *ὑπόσυρμα.
prædita,atque hoc nomine etiam thure ipſo ad non nulla utilior. Thus enim puris tantum mouendi fa
cultatem obtinet,utpote nullam adſtringendi uim habens:Magiſque id facit, quod pinguius ex eo eſt,
& magis albicans:ſicuti etiam,quod flauum ex eo magis eſt,ualidius ſiccat. Mannæ uero,etiam corticis
thuris paululum eſt admiſtum:unde ſcilicet adſtringẽdi uim habet. Ipſe uero cortex thuris tum adſtrin-
git,tum ſiccat inſigniter. Itaque etiam ad moderatiores ſanguinis perfuſiones eo utimur ſolo,ſicut etiã H
ad ualentiores ſolo uſto,ſed tunc & cribrato,& in molliſſimum puluerem redacto. Quinetiam mitiga-
re prius inciſam partem(ſicut dictum eſt)quantum poſcere uidebitur,oportet,*fomentis primum:dein *ἐπιβροχαῖς
cataplaſmate:mox humectante aliquo medicamento,aut non ſiccante, ſingulis ſcilicet extrinſecus im
poſitis. Nam in ipſo ulcere tum manna(ut dictum eſt)tum ex præſidijs,quæ linteolis excipiuntur, pri-
mum ea,quæ pus citant:dein ea,quæ expurgant,ſunt imponenda:poſt quæ,ſi cauitas etiamnum ſit,quæ
impleant,adhibenda ſunt:ſin minus,ea, quæ cicatricem inducunt (græce Synulotica & Epulotica uo-
cant:)ueluti quod ex cadmia conficitur. At,quoniam in horum quoque uſu plurimis medicorum non
paruum quiddam peccatur, non ab re fuerit etiam de ijs diſſerere. Tum nanque ducere ulcus ad cica-
tricem incipiunt,ac idonea illi rei medicamenta applicant,cum iam penitus ſit impletum,nec quicquã
illi reſtat cauum. Hinc illis accidit,ut cicatrices efficiant circumpoſita cute magis eminentes. Quo igi-
tur illi cuti ſint æquales,conueniet id genus medicamentis,uti prius,quàm ulcus ad æqualitatem pror-
ſus ſit impletum, impoſito ſuper ipſas ulceris oras ex ſpecilli mucrone medicamento aliquo ſicco ex
ijs, quæ in ulcerum curatione retulimus: ſuper reliquum, linamento dato,quod aliquo medicamento
ex ijs,quæ cicatricem inducant,& humida ſint conſiſtentia,fuerit imbutum. Cedente autem proſpere
curatione,etiam id amouebis,ac poſtea ſicco tantum medicamine uteris,lato ſpecilli mucrone[ex eo]

ſuper

A super toto ulcere nolutato. Foris asit sufficerit linamentum uel siccum, uel ex uino madēs: ac potissimū
quod ex mollibus fit elychnijs: cuiusmodi Tarsensia sunt: quoniam hæc quoque ad ulcera, quæ super-
crescant, submittenda uim aliquam obtineant. Atque hæc ducente nos rerum societate diximus.

De curatione singulorum affectuum, qui ad inflammationem excitandam concurrunt. *Cap. 6.*

NVnc ad sermonem de phlegmone reuersi dicamus communem omnium phlegmonarum cura-
tionis* indicationem esse uacuationem. Quæ uero adhuc in generatione sunt, in ijs prior uacua-
tioue est confluentis ad affectum locum sanguinis inhibitio. Inhibebitur is commode, si ipsam fluxio-
nis causam inuenerimus. Sane ea duplex est: aliquando enim ex ipsa parte, quam phlegmone uexat, ori
tur: aliquando ex alia quapiam, alijsve. Ex ipsa, quoties aut calidior est facta, aut dolore (sicuti ante dixi
A.l.1.f.1.d.2 mus) urgetur: Nō ex ipsa, quando uel ab alia quapiam, uel ab alijs superfluum illi transmittitur: uel etiā
f.1.5.2.p.74. ex totius corporis affectu. Fit igitur calidior uel propter immodicum motum, uel aliquem ex Sole aut
F. igni teporem, uel acre medicamentum: Dolore uero angitur & propter intemperiem, & nulnus, & con
tusionem, & distorsionem, & tensionem, præterea obstructionem quandam, & spiritum flatuosum. Intē
peries modo extrinsecus illi prouenit: modo ex succis, qui in ipso habentur corpore: Et extrinsecus,
B uel ab aliquo uenenatorum animalium: uel pharmaco, quod uehementer excalfaciat, aut refrigeret: et
ex ambiente non nunquam: Ex ipso uero laborantis corpore, cum id uitiosos succos, qui facultate sint
A.l.1.f.4.e. dissimili, congessit. His igitur omnibus æstimatis, quæ phlegmonæ adhuc in generatione sunt, earū cau
10.p.145.D. sas prius abscindes: Quæ uero iam factæ sunt, has utique curabis solas. Ergo quidnam medenti agendū
sit, si totum corpus male sit affectum, & dicta prius tum in his non pauca sunt, tum in libro de pleni-
tudine. & nunc summas eorum, quæ dicta sunt, recensebimus. Vbi enim æquabiliter inter se succi sunt
adaucti, id & Plethos & Plethoran Græci uocant: [nos plenitudinem. & succorum redundantiam di-
xerimus.] Vbi uero uel flaua bili, uel nigra, uel pituita, uel serosis humoribus refertum corpus iam fue-
rit, eum habitum Cacochymian (quasi succorum uitium dicas) non plethoram nominant. Ergo pletho
ra tum sanguinis missione curatur, tum frequenti balneo, tum exercitatione, tum frictione: præterea di
gerentibus medicamentis; & pręter hæc omnia inedia: de quibus in ijs, quæ de sanitate tuenda sunt pro
dita, dictum abunde est. Succorum uitium purgatione, quæ cuique superanti succo sit accommodata,
corrigitur. Dictum porrò & de hac est in ea parte operis de sanitate tuenda, quæ de præcauendis mor-
bis est instituta. Illinc igitur huc ea transferas, oportebit, ac consideres, quonam ex ipsis uti maxime ex
pediat. Siquidem, si iam febricitet æger, nec exercitatione uacuare exuperantiam licet, nec unctione,
C quæ excalfaciat: sed nec multa frictione, nec balneo: immo sanguinis missione unà cum inedia, uel pur-
A.l.1.f.4.e. gatione aliqua. At, si nondum febricitat, omnibus iam dictis utare, optimum quodque ad id, quod in-
15.p.153.B stat, deligens. Illud enim patere uel me tacente arbitror, eum, cui crura phlegmone laborant, non esse
uel ambulatione, uel cursu exercitandum: sed nec stare illi esse iubendum, immo sedenti plurimum fri-
cari, mox manuū motu exercitari illi est satius. At, sicui in supernis partibus cœperit pars aliqua phleg-
mone tentari, huic motus ex inambulatione aut cursu est salutaris. Similiter & frictio his quidem ea po
tior est, quæ cruribus adhibetur: illis, quæ in supernis partibus administratur. Quippe præceptum in cō
trarium reuulsionis, in omnibus talibus commune est. Neque igitur, cum uel circa sedem, uel aliquam
huic uicinam partem initium phlegmones incidit, aluum deijcies: Neque, cum in uesica, uel cole, uel
renibus est cœpta, pharmaca, quæ urinas prouocent, bibenda dabis: Nec, si mulieri in utero, uel puden-
do insedit, menses huic prouocabis: Sed ad partes, quæ maxime longinquę sint, semper reuulsionem fa
cies, æstimata scilicet tum phlegmones magnitudine, tum corporis totius statu. Nam, si plurima succo-
rum abundantia sit, nec exercitatione, nec balneo sine periculo utare: Sin exigua sit, licet, & per hæc ua
cues. Ceterum (quod dixi) hæc tum in ea parte operis de sanitate tuenda, quæ morbos præcauet, sunt
scripta: tum in libro, qui de plenitudine inscribitur, tum in his, quæ de phlebotomia, siue incidenda ue-
A.l.4.f.3.c.1. D narum, quæ de purgantium medicamentorum facultatibus edidimus. Sed, quod ad commonefacien-
c.3. dum tantum de ijs sit satis, nunc etiam abunde est dictum. Itaque ad propriam de phlegmone disputa
tionem nunc est ueniendum. In qua primum merito uerba faciemus de phlegmone, prout ab affe-
ctu partis, cui insidet, oritur. Quippe satis constat affectum illum principio tibi esse sanandum: mox,
quicquid iam phlegmones est factum. Porrò interim ijsdem præsidijs ambo tolluntur: ueluti cum
ex flatulento spiritu & densitate particulę dolor quispiam est ortus. Hoc enim casu eorum, quę mo-
dice calefaciunt (quę etiam Chalastica, id est relaxantia, siue remittentia uocamus) usus est commo-
dus, ut qui pariter & conninentia corporis laxet, & flatuosum spiritum tenuet, &, quod phlegmo-
nes iam conflatum est, digerat. Ad eundem modum, & si ex frigido dominante intemperies sit obor
ta. Nam tunc quoque calefaciendo non solum intemperantiæ, sed etiam phlegmonæ unà medebe-
ris. Itidem, si calor uehementior intemperiem fecit, refrigerantibus præsidijs ambo sistes. Siqui-
dem intemperantia contraria semper requirit. Vacuatur autem, quod impletum est, non modo me-
dicamentis ijs, quæ digerunt, sed etiam, quæ adstringunt & refrigerant. Magisque profecto ad inci-
pientes phlegmonas frigidis adstringentibusq;, quàm ijs, quæ digerūt, est utendum. Atque etiamnum
magis, ubi crassum, quod confluit, non est; Sed, si sanguis in particula, quā phlegmone prehendit, uehe-
menter est impactus, non est amplius repercutientibus utendū: sed tū digerere est tempestiuum. Vbi
autem

A *De reliquis indicationibus similarium & instrumentalium partium communibus.* Cap. 10.

† Addendum ἀναίσθητον, i. an sensu careat

SVnt etiam aliæ, quæ tum instrumentalium, tum similarium communes sunt: sicuti cum actionem earum inspicimus: præterea an rara pars sit, an densa: an acuti sensus, an hebetis †. Ad quæ omnia intentum esse oportet, qui recte curare studet.

Ratio reuellendi, deriuandi, ac omnino uacuandi inflammatas partes, iecinoris exemplo. Cap. 11.

* κατ' ἴξιν, i. e directo.

QVoniam uero (ut semper testati sumus) non satis est ipsa tantum uniuersalia nouisse, nisi quis etiam in particularibus se exerceat, ita utiq; & nos nunc faciamus, non tamen omnia particularia percurrentes, sed ea tantum, quæ nobis satis esse lectori uidebuntur. Proponatur itaque iecur iam phlegmonen contrahere incipere: tum, quænam mali eius commodissima sit curatio, quæratur. Omnium ergo primum ab ijs, quæ retuli incipiens, an totum corpus inanitione indigeat, considerabis. Quod si indigere inueneris, mox ægri uirtutem æstimabis, possit ne semel iustam uacuationem tolerare. Primum ergo ualida esto. Ab hac æstimabis ætatem. Nam, si puer sit, quæ per dissectam uenam fit (ut supra est monstratum) uacuationem non feret. Verum, cum pubertatem attigerint, iam pueri missionem sanguinis tolerant. Ergo pariter tum reuellendus, tum educendus, qui ad iecur fluit, sanguis est, interna in dextro cubito insecta uena propterea, quòd & e * regione, & ampla uia cũ B ueri.., quæ caua dicitur, societatem habet: Hac non apparente, media secanda est: Quòd si nec ea se osten.lerit, reliqua ac tertia est incidenda. *Modum uero uacuationis tum ex redundantiæ* modo, tũ ex reliquis, quæ in superioribus diximus, inuenies, ætate, natura, tempore anni, regione, & consuetudine: tum ante hæc, ipsa laborantis uirtute. Hæc enim in omnibus sunt communia. Illud uero, interna ne, an media, an humeralis uena secanda sit, an ea, quæ iuxta malleolum est, an, quæ in poplite, id uero ex laborante particula indicatur. Ac definitum iam est in ijs, quæ de incidenda uena scripsimus, de uacuationibus id genus omnibus: diceturq; nunc, quantum sit ad rem propositam opportunum: primumq; hoc ipsum, Non esse scilicet solum illud satis, quod uacuandum sit, inuenisse: ueluti sentiunt, qui amethodon sectam colunt: quibus nulla de laborantium locorum differẽtia habetur ratio. Non enim ratio solum, uerumetiam usus ipse indicat aliam alij parti uacuationem congruere. Siquidem ex ijs, quibus oculi tentari phlegmone ceperant, non nullos sola purgatione per aluum, uno die sanatos uidisti. Quam rem siquis facere in iecinore, cum phlegmone laborare incipit, tentet, maximam excitabit phlegmonen, æque ut, si, cum renes aut uesica phlegmone tentari cœperint, quæ urinas cient, medicamenta exhibeat: aut, si cum uterus phlegmone laborat, menses deuocet. Siquidem longissime † [a tentata fluxione parte,] quod redundat, reuellere, nequaquam ad eam trahere conue-

†A parte, quæ fluxione tentari incipiat.

C nit. Hac itaque ratione, nec si uentriculum aut intestina phlegmone occupare iam cœperit, medicamine, quod aluum deijciat, uti conueniat. Eandem cum his indicationem & uterus sortitur, sicuti cũ urinæ uasis, pudenda. At uomitu uti pudibundis laborantibus, in diuersa reuellens auxilium est, Græci Antispasticon uocant. Eadem ratione in omnibus, quæ circa caput accidunt, medicamẽtum, quod aluum deijcit, ad contrarium auertit. Siqua uero circa fauces, & palatum, aut linguam, aut denique in ore, phlegmone laborare incipiant, in his omnibus cauenda sunt, quæ pituitam per os euocant, Apophlegmatismus uocant: quippe cum id simile sit, ac si deijcere aluum intestinis ægrotantibus uelis: aut urinas mouere, cum renibus aut uesicæ sit ægre: aut uomitum lacessere, cum partes stomachi sint afflictæ. Satius igitur sit, vbi partes, quæ in ore sunt, phlegmonen accersere incipiant, deriuate ad nares. Pari modo uenam quoq;, ubi hæ partes sic laborant, incidere humeralem in manu: si ea nõ cernitur, mediam: Vbi iecur, pectus, pulmo, aut cor sic afficiuntur, internam: In angina, quam synanchen græce uocant, primas in manibus: secundas eas, quæ sub lingua habentur: At ijs, quæ in occipite sunt, afflictis etiam eam, quæ in cubito est, nec non eam, quæ habetur in fronte: Renibus uero, & uesica, & pudendo, & utero sic habentibus eas, quæ in cruribus sunt sitæ, ac potissimum, quæ circa poplitem sunt: sin minus, eas, quæ iuxta malleolos. ac perpetuo quidem in omnibus eam, quæ e dire-

A.l.3.f.4.c.3. p.137.b. A.l.3.f.9.c.2. p.470.e.

D cto est. Vbi iecur phlegmone inuadit, quæ in dextra sunt manu: vbi lienem, contra. Itaque statim prima uacuationis diuersitas pro particularum diuersitate uariatur: constatque communem indicationem non magis esse utilitatis, quàm noxæ, causam. Siquidem, quòd uacuandum sit, id communis indicatio est: vnde autem, aut quomodo uacuatio sit facienda, id æger ipse docet locus. Ad eundem nanq; modum, ubi pectus, aut uentriculus, aut partes circa collum caputve phlegmone laborant, excogitatũ est artus uincire. Quippe ipsum, quod phlegmone infestatur, uinciendũ non est: Sed, si in manibus phlegmone est orta, crura: sin in cruribus, manus.

Ratio refrigerandi ac adstringendi inter initia inflammatas partes. Cap. 12.

SEd nec refrigerare inter initia, aut adstringere, citra laborantis particulæ indicationem, utilitatis magis, quàm noxæ, sunt causæ. Nam in particulis, quæ circa artus sunt, sat fuerit etiam spongiam uel ex frigida aqua, cui paululum aceti sit immistum, uel ex aqua sola madentem imponere: sicut etiã ex uino aliquo austero: In iecinore uero, si phlegmone laborare cœpit, nemo compos rationis his utatur: immo, nec si melino infundas, aut myrteo, aut masticlino, aut nardino, aut lentiscino, aut aliquo oleo, quod adstringat, aut etiam alio quopiam, cui absinthium sit incoctum, ne horum quidem ullum conueniet frigidum, sicut nec ullum cataplasma frigidum. Sed, si mala præcipue cotonea uino incoquens, cataplasma ex eo præparaueris, si iecur phlegmone laborare adhuc incipiat, ne id quidem admo

uebis frigidum: ueluti nec oleum, ut dictum est, præparatum, uel oculis, uel oris partibus, sicubi hæc E tentari phlegmone incipiant. Auri uero, etiam si acetum cum rosaceo infundas, nil offendes. At non est hoc oculis phlegmone laborantibus utile, ueluti nec medicamen, quod ex moris conficitur, aut aliud quippiam eorũ, quæ Stomatica græce dicuntur. Sunt enim eiusmodi omnia oculis tristia, quanquam genere sunt ex ijs, quæ indicentur. Glandulis uero phlegmone tentari incipientibus, sæpe solũ oleum calens sat fuit.

Quid differat uictus ratio, iecinore, aut uentriculo, & glandulis, ac artuum partibus inflammatis. Cap. 13.

SEd & reliquus uictus ordinandus ijs, quibus glandulæ aut etiam aliquid circa artus phlegmone tentatur, unam tantum * indicationem habet, quæ tot ac talia exhiberi iubet, quot & qualia facillime concoquentur. A.l.1.f.4.c. 25.p.54.D Nec quicquam refert, alicam, an ptissanam, an mulsam, an punicum, an malũ, an tale quippiam exhibeas. At, si iecur phlegmone infestatur, exquisitissimo uictu est opus: Aeque profecto, & si uentriculus sic laborat: quippe munus eorum toti animali est commune. Acceditq; omnibus animalis partibus maximum incommodum, siue non probe concoctum alimentum sit, siue nõ rite in sanguinem conuersum. Artuum uero partes tantum alimenti capiunt, quanto sunt nutriendæ. Quo fit, ut, siue ex malo, quod probe in uentriculo sit concoctum, alimentum ad eas perueniat, siue E ex alica, siue ex ptissana, non multum intersit. In iecinore uero quantum referat nutrimentorum differentia, tum quòd maximam in utranq; partem uim habeat, hinc discas, licet.

Quæ nutrimenta medicamentave assumpta iecinoris inflammationi conueniant. Cap. 14.

NAm expelli e iecinore oportet, quicquid in eo tũ amaræ bilis, tum saniei, quæ ex phlegmone prouenit, est collectum. Id uero fieri nequit, nisi & uasa, quæ sunt in uiscere, detergeantur, & meatus, qui ad ieiunum pertinet, sit apertus. Ergo alica, cum & huic inhæreat, & uasa, quæ in uiscere sunt condita, obstruat, præcipueq; eorum ora, & bilem in intestinum descendere, & alimentum in totum corpus digeri prohibet. Poscit ergo tum iecur ipsum, tum os meatus, qui bilem transmittit, cibos & pharmaca, quæ obstructa recludant. Talia uero omnia sunt, lenta quidem minime, sed tenui consistentia, & qualitate mordente. At uero ab his, utpote mordentibus, phlegmonæ irritantur. Quare, quæ citra morsum ea detergeant, indigemus: cuiusmodi .s. mulsa est. At nouimus dulcibus omnibus tum iecur, tum lienem maxime intumescere. Supersunt igitur, quæ culpa uacant, ut in cibis ptissana: quippe quæ sine morsu deterget, ut in pharmacis oxymeli aqua mistum. A.l.3.f.14.T. 3.c.13.p.582. Nam & punicum, & malum, & cetera, quæ adstringunt, dum bilis meatus os arctant, bilem ipsam excerni prohibent. Atque inde ieci- G E noris phlegmonis sunt incommoda, præsertim ijs, quæ in cauo uisceris consistunt. Quibus ad angustias, quas facit ipsa phlegmone, etiam ea, quæ ex adstringentibus & lentis fit cibis, accedit. Ac, quæ mordent, ea phlegmonas ipsas, quæ in cauo sunt uisceris, magis irritant. Quippe ijs, quæ in gibbis eius consistunt, mutata iam ueniunt ea, quæ assumpta sunt, ita, ut nec, quæ adstrictoria sunt, similiter adhuc adstringant: nec, quod mordens est, similiter mordeat: nec, quod propter lentorem in angustis uasis hærebat, similiter etiamnum maneat lentum. Est autem his occasio mutationis duplex, & quòd prius sunt concocta: & quòd sanguini, qui in iecinore prius erat, sunt admista. Cauo autem iecinoris phlegmone obsesso, protinus etiam uenas, quæ in mesenterio sunt, unà phlegmone laborare est necesse, quando ex ea, quæ ad portam pertinet, omnes sint ortæ: protinus etiam, quæcunq; osculis earum incidunt, uim suam ostendunt.

Aduersus Attalum methodicum, qui Theagenem Cynicum inflammatione iecinoris laborantem relaxantibus cataplasmatis enecauit. Cap. 15.

AN tibi ad communem phlegmones curationem parua ex particulis ipsis accedere differentia uidetur? Mihi sane maxima uidetur: quamuis ij, qui Thessali stupiditatem æmulantur, communẽ indicationem solam satisfacere putent. Placet autem nunc ad memoriam reuocare tibi egregiam eo- H rum curationem, quam Theageni philosopho Cynico adhibuerunt. Siquidem hanc norunt plurimi propter uiri famam, ut qui publice disputare in Traiani * circo quotidie sit solitus. * γυμνασίῳ. Erat, qui hominem curabat, unus ex Sorani discipulis, nomine Attalus. Is imposuit quotidie iecinori cataplasma ex pane & melle, haud intelligens uiscus hoc mediocriter adstringi debere propterea, quòd animalibus altricis facultatis principium sit, & uenosum ab hoc oriatur genus. A.l.1.T.4.c. 1.p.134.D Ita igitur uiscus curauit, sicut bubonas, meris .s. & solis relaxantibus utens, cataplasma ex pane & melle imponens: ac prius oleo calente perfundens: tum sorbitione ex alica cibans. Hæc nanq; tria ferme omnibus nunc amethódis istis Thessalijs ad acutorum curationem sufficiunt. Visum autem est mihi seorsum Attalum monere, ut adstringens aliquid admisceret, nec nudis uteretur relaxantibus: ac de uisceris quidem natura nihil eram homini dicturus (Id enim fuisset plane asino fabulam narrare,) sed, quod me persuasurum homini arbitrabar, & cui omnes homines facillime assentire uideo, id tantum exposui nempe longam experientiam medicos docuisse, ut iecur mista medicamentorum materia curarent, eam autem scriptam inuenturum in ijs medicorum libris, qui sint de medendi ratione conscripti. Si ergo, inquam, tibi uidetur, misce aliquid de absinthij coma diligenter tunsa, cataplasmati: Oleo uero, totius herbæ aliquid, modice id, quemadmodum alios cernis in illo incoquentes: Cataplasmati uero Myrobalani

Apiesma, & irim, & iunci florem, aut narditidos herbæ radicem, aut cyperi miscebis: non inutile sit & ex uino ea aliquando præparare, ac miscere interim etiam de fæce ipsa. Quinetiam aliquid adstringentium incoquere malorum, cuiusmodi cotonea sunt, & quæ uocantur struthia: præterea, quæ Romæ abundant, uocata cestiana. Oleum uero (nam id quoq; uideo miscere te) non quodlibet esto, sed uel hispanũ uel histricũ, uel crudũ, uel lentiscinũ, uel myrteum, uel melinum, uel nardinum unguentum. Porrò aliam materiam plurimam esse dixi eorum, quæ incoquere liceret. Nam & lentisci tenera germina, & myrti, & rubi, & uitis præsertim sylvestris, a qua oenanthen uocatã decerpimus. Non alienum etiam sit & atticum * hyssopum tum cataplasmati, tum etiam ceratis miscere. Nam & cerata quæpiam illi ex eiusmodi materia imponere post cataplasma suasi: & apponere illi tentabam uniuersam deinceps curationem, quo scilicet etiam, quæ a medicis græce Epithemata uocantur, ex mista materia componeret. Nam melius, inquam, est sublato cataplasmate aliquid super uiscus esse. Attalus uero sermonem meum interpellans. Nisi multum (inquit) tibi tribuerem, nihil horum tolerassem: nam, in quibus superiores medici passi naufragia sunt prius, quàm uera medicina inuenta a nostris esset, ea mihi ueluti ignaro suades. Ceterum tres (inquit) aut quatuor dies sine me Theageni ex mea sententia prospicere, & sanum eum penitus conspicies. Sed quid, inquam, si, cum subito pauci, & hi lenti apparuerint sudores, moriatur? recordaberisne, quæ promiseris, ac de cetero sententiam mutabis? Atq; Attalus post hæc abijt irridens, nec quicquam præterea respondens, sic, ut neq; de alica quicquam me consulere permitteret, sed nec quod ex ijs, quæ urinas cient, miscere aquæ paulo post oporteret, quòd scilicet iecinoris gibba essent afflicta. Nam, sicuti iecinoris cauum per aluum purgat, ceu paulo supra diximus, sic gibba eius per ea, quæ modice urinas mouent: cuius generis est apium, Procedente autem tempore, ubi phlegmone iam concoquitur, etiam ualentioribus uti licet, asaro, & celtica nardo, & phu quod uocant, & petroselino, & smyrnio, & meo: sicut etiam per uentrem uacuare, si cum afficitur, cnico eibis admisto, & urtica, & mercuriali, & epithymo, & * filiculá: omnibus præterea, quæ modice aluũ deijciunt: magisq; in remissionibus tum his ipsis audacius quàm ante utendum: tum uero, quæ his sunt ualentiora, partim in ptissana incoctis, partim tunsis, ac in mollissimum puluerem redactis: exhibenda uero & hæc sunt uel ex ptissana, uel ex aqua. Ego nanq; etiam * filiculæ aliquid in ptissana aliqñ incoxi, & nigri ueratri corticem. Etiam clystere uacuare eos conueniet, inter initia uel sale, uel nitro, uel aphronitro aquæ mulsæ admisto contentis: in remissione uero, potissimumq; si quid scirrhosum relictum e phlegmone est, etiam ualentiora medicamenta miscentibus: quippe hyssopum eo casu aquæ incoquimus, & origanum, & colocynthida, & minus centaurium. Opportunissima nanq; ad scirrhum sunt iecur & lienis, † [siue quis parum habita de his ratione, glutinoso cibo utatur (sicut Attalus, qui Theageni quotidie alicam exhibuit): siue nihil offerat,] quod tum obstructiones eximat, tum detergeat. Verum, quod contigit Theageni, uel potius Attalo, dici est tempus. Vt enim promiserat post tres dies daturum se hominem a iecinoris phlegmone liberatum, tum magis, quàm prius, calente oleo uiscus plurimum perfudit: tum cataplasmate frequentius est usus hac diligentia felicius sibi curationem cessuram sperans: respondítq; percontantibus de Theagene gloriabundus, meliora. Ceterum contigit, prout ipse prædixeram, subito hominem mori. Et, quod omnium maxime dignum risu fuit, ducebat Attalus secum ex ijs, qui de hominis statu rogassent, quosdam, quibus ostenderet adeo recte eum se habere, ut iam esset lauandus: lætusq; cum multis ingressus est domum, in qua iacebat: cum Theagenem mortuum quidam ex amicis, qui & Cynici quidam erant, & alioqui philosophi, lauare ex more pararent. Itaq; etiam usq; ad mortuum accedere, idque unà cum spectatorũ coetu Attalo contigit: utpote cum nemo intus lugeret. Nam Theageni nec seruus erat, nec puer, nec mulier, sed cum eo soli amici philosophantes uersabantur: qui iusta quidem mortuorum, citra tamen omnem luctum obibant. Atque hanc laudem Thessalius asinus inter multos spectatores est consecutus, ostendẽs explicatum a phlegmone hominem intra quatuor (ut pollicitus est) dies. Reliqui uero methodici, cum innumeros quotidie iugulent, adeo rationem curandi mutare adhuc nolunt, ut, quæ a medicis sunt scripta, qui artis operibus uere insudarunt, ne uel semel experiri uelint: Adeo indelebile uitium uehemens ignorantia est, præsertim si cum superbia sit coniuncta. Eiusmodi igitur in omnibus sunt Thessali sectatores.

* ὕσσωπον de quo antiqui dubi.

* Polypodio.

† Siquis ipsi aspiceret, uel glutinoso cibo usus fuerit, sicut Attalus, qui Theageni quotidie alicam exhibebat, ac nihil offerebat, qd &c.

Qua ratione uiscera quædam facile scirrhosis affectibus corripiantur, ac de ea, quæ a particulis præbetur, indicatione. Cap. 16.

Nobis autem uitandi eiusmodi errores sunt. Ac, si nihil aliud suppetat, saltem ipsi experientiæ credendum. Id quod ipse perpetuo suadere non desino ijs, qui circa rationem parum sunt exercitati. Nam melius profectò ijs est, quando & rudes sunt, & simul in rationabili methodo, quam nos nunc prodimus, minime exercitati, ut nihil penitus ex * ratiocinando accipiant. Quippe iecinoris substãtia scirrhis maxime opportuna est, utpote quæ naturaliter lutosum quippiã continet, ueluti medicus quidã nostri temporis per iocum dixit, Lienis uero rarior substãtia, quàm iecinoris est, ceterum crebrius scirrhosis uitijs affligitur, propter nutrimenti, quo utitur, speciem. Monstratum nanq; est, quòd crasso nutritur sanguine, qui ueluti limus purioris est, facillimeq; nigra bilis efficitur: ideoq; etiam ipsum, melan-

* διαλογισμοῦ. A.1.f.14.T.3.c.9.p.581.

melancholicum [siue atrum] appellamus excrementum, atq; hæc duo uiscera scirrhosis tumoribus E
tentari, uel experientia ipsa clare indicat. Renes uero, quòd conditi sunt, tactum effugiunt. Ceterũ hos quoq; facile scirrhis deprehendi ratio docet, atq; idcirco nephritidas† [alias facile solubiles, alias ægre solubiles esse:] cum renes, ambo habeant, quæ in uiscerum utroq; prædicta sunt inesse, tum substantię qualitatem, tum excrementorum, quæ per ea dilabuntur, uitium. Quo fit, ut, qui crassi succi cibis uescantur, calculi uitio corripiantur. Ergo, quanto trium horum uiscerum scirrhosi affectus difficilius curantur, tanto magis esse solicitos oportet, nequis in hos incidat. Maxime autem (ut dictum est) incidunt, qui ipsis phlegmone uexatis, ijs cibis utuntur, qui crassos lentosq; succos efficiant. Quinetiam eiusmodi affectuum medicamina inter omnes conuenit ea esse, quæ dissecent, & dissoluãt, & frangant: quæ utiq; ex eorum sunt genere, quæ obstructiones eruunt & detergent, ceterum uiribus ualentiora. Horum non solum materiam, sed etiam facultatem in opere de simplicibus medicamentis exposuimus. Itaq; etiam breuior nunc ero, contentus generali facultate, & sola methodo, cum paucis exemplis. Nam, cum & facultatum materiam iam habeas præparatam, & quæ curationem unà coindicent, sint prædicta, nihil nunc aliud superest, nisi ut proprias cuiusque morbi indicationes commemorem. Coindicantia igitur uoco uirtutem, naturam, ætatem, anni tempus, regionem, & consuetudinem, & siqua sunt id genus alia. Proinde de ea, quæ a particulis sumitur, indicatione de- F
inceps dicam, initio ab ea, quę a iecinore sumitur, sumpto. Quippe, ubi id phlegmone laborat, quæ extrinsecus applicantur, ea mistæ esse facultatis debere postulat, idq; non in generatione phlegmones modo, (est enim id omnium phlegmonarum commune: quando etiam, siquis repellentibus tantum illo tempore utatur, non peccet) sed etiam eum nec affluat amplius quicquam, nec repelli, quod in laborante particula continetur, possit. Accidit enim hoc quoq; multis de causis. Sane in principio tum parum est, quod affluit: tum magna ex parte tenuius: tum partis ipsius, quæ recipit, uirtus non nunquam ualentior, utpote nondum lassata: tum quod in afflicta continetur parte, nondum uiolenter impactum. At, cum phlegmone in uigore suo iam consistit, tum multus in ea sanguis continetur, isque crassior subinde, ac uehementer impactus: tum uirtus partis iam est debilior: quam alioqui ualentem requirimus, quo scilicet a se superuacua amoliatur: quandoquidem haud satis potens est adstringentium præsidiorũ uis, quæ sola totum efficiat. Quippe potest hæc cogẽdis ac constringendis, & ueluti dẽsandis, & exprimẽdis corporibus, quæ tenuiora cõsistentia sunt, ad circumpositas partes expellere: ceterum, nisi ẽt laborantis particulæ uirtus aliquid auxilietur, nihil adeo magnũ efficiat. Tunc igitur, quæ a phlegmone sumatur, una duntaxat agendorum est indicatio. Hanc græce Diaphoresin uocant (latine digestionem, euaporationemve dixeris.) Hæc humorem, qui in phlegmone obsessa parte continetur, G
per meatus insensibiles educit. Quæ uero ab ipsa sumitur parte, ea in diuersam nos partem trahit, scilicet robur eius seruari iubens. Coeuntibus igitur unà contrarijs indicationibus, compositum quoq; esse medicamentum oportet. At, femur si phlegmone laboret, aut tibia, aut cubitus, aut brachium, aut, qui in his sunt, adenes, causa non est, cur horum robori consulas. Hæc tibi communis * indicatio sit in omnibus ijs partibus, quarum munus eiusmodi est, ut toti corpori sit ex usu.

Vnde similia dissimiliave medicamenta, maioris quoq; ac minoris ratio, & locus uacuationi aptus indicentur. *Cap. 17.*

ERgo nec lienem tantum relaxantibus curare oportet, cum hic quoq; ex iecinore, quicquid limosum & melancholicum est, expurget, propterea scilicet, quòd ex eo humore nutritur. Idcirco, quoties obstructio quædam in eum incidit, aut phlegmone, potissimum cum scirrhosa sit, tum ea, quæ obstructiones eximant, tum quæ dissecent, uehementiora exigit. Nam, quale medicamentum iecinori est absinthium, tale est lieni capparis cortex: Quale rursus iecinori, quod uocant eupatorium, tale est lieni scolopendrium. Siquidem similia genere medicamenta, ambo uiscera postulant. Ceterum tanto ualentiora lien, quanto crassiore utitur alimento. Scirrho igitur laborantibus ipsis conuenientia nutrimenta sunt genere quidem eadem, sed maioris minorisq; ratione differentia. Itaq;, & si capparis ex H
oxymelite edatur, utilis sane est utriq; uisceri, ceterum nec ipsa pari modo nec similiter mistum habens oxymeli. Nam & ipsa copiosior, & ex minus diluto oxymelite lieni erit utilior. Atque hæc differentia est, quæ ex maioris, minorisq; ratione accepta est. At similium genere, uel specie, aut quomodocunque dixisse libet, præsidiorum, ex actione & * compositione indicatio sumpta est. A societate uero cum uicinis partibus, quod idem cum situ est, illa capiuntur, quòd gibba iecinoris per renes expurgari oporteat: caua uero per inferiorem uentrem. In liene uero alteram duntaxat esse superflui uacuationem: cum quæ per renes agatur, nulla huic uisceri uacuando uia pateat. Proinde, ubi phlegmone premitur, deiectorijs id medicamentis tum detergemus, tum lacessimus, quo dimittat relaxetq; superuacua. Sane duplex ratio est eiusmodi medicamentorum usus. Cum partes superius positæ laborant, per ea, quæ eduntur ac bibuntur: Cum inferiores, per id, quod fit per clysterem infusum. Quandoquidem, quæ eduntur ac bibuntur, eorum uis ante, quam ad inferiores partes perueniat, resoluitur: Quæ infusa sunt, ea omnino ad ieiunum usq; ascendere non possunt: immo, etiam si admodum nitaris fortasse tenue tantum intestinum contingant. Ergo illud quoq; ex partium positura didicimus, nempe inferioribus intestinorum aliquid esse per clysterem infundendum: superioribus uero, atque etiam ipsi uentriculo, lieni, & stomacho superne aliquid exhibendum. Voco hoc loco stomachum, gulam

quam

† Greci codices legunt, τὰς μὲν ἀλύτους τοπάμπας εἶναι τὰς δὲ μάλα δυσλύτους .i. alias omnino insolubiles, alias ægre admodũ solubiles.

A.l.1.f.4.c.1. p.133.f

* διαπλάσει .i. conformatione.

A.l.3.f.11.T. A quam proprie Græci ſtomachum appellant: Non nunquam enim ita etiam uocant os uentriculi: uelu
3.c.6.p.526. D ti cum ſtomachice † [anima linqui] aliquos dicunt. Verum in gula, quæ proprie uocatur ſtomachus,
† συγκόπτε- cataplaſmata ſuper ſpinam dorſi imponimus, non autem in parte anteriore, quemadmodum cum os
σθαι i. ſynco- uentriculi phlegmone urgetur. Siquidem ſpinæ gula ſuperiacet, per collum & pectus deorſum uſque
pe corripi. ad uentriculum porrecta.

Quo pacto differentia remedia indicet laborans locus. *Cap.* 18.

NEque igitur hæc nouere, qui Theſſalum imitantur, ideoq; omnes una ratione curant. Neq; utiq;
illud, quòd omne membrum phlegmone laborans, niſi cutim ſibi circundatam habeat ſpiſſam,
tenuis ſaniei foras aliquid dimittit, ac laxat. Eo fit, ut ex ijs, quæ in ore, & naſo, & faucibus, & ſtoma-
A.l.3.f.16.T. cho, & inteſtinis, & uentriculo, & uiſceribus omnibus ſunt, aliquid foras effluat. Ad eundem modum
1.c.2.p.615. C etiam ex interna facie pectoris, cum phlegmone premitur, excernitur aliqua ſanies. Quemadmodum
igitur lienis ipſe, & iecinoris caua per inteſtina: gibba uero iecinoris & renes per urinas purgantur, ita
pectus, ubi interna eius phlegmone tentantur, per membranam, qua tegitur (Hypezocota uocant)
aliquid in medium ſui pulmonumq; ſpatium tranſmittit: Id autem ex purgari per eandem, qua pulmo,
uiam debebit. Dabimus igitur ijs, qui ſic laborant, medicamenta, quibus tenuatoria ſit uis, quibus &
B uiæ aperiantur, &, quæ deferenda per eas ſunt, diſſecentur [ac diſſipentur:] præſertim cum uel craſ-
ſæ conſiſtentiæ ſunt, uel glutinoſæ, qualia in ijs ſunt, quos empyos uocant. Deligenda tamen ex ijs
ſunt, quandiu adhuc phlegmone inualeſcit, quæ mediocria ſunt: cum uero plane iam decreuit, aut pe-
nitus ceſſauit, & educi excrementa poſtulant, quæ ualentiora ſunt. Ergo mediocre in hoc genere eſt
tum ptiſanæ cremor, tum mulſa: ualentius autem & urticæ ſemen, & mulſa, in quam coniectum fuit
paulum aliquid acrium herbarum, quales ſunt origanum, & hyſſopum, & calaminthe, & pulegiũ,
& illyricæ ireos radix: Quòd ſi uel plus horum admiſceas, uel irin in molliſſimum puluerem tunſam
cribratamq; in mulſam immittas, maxime incidens medicamen habebis. Ad eundem modum &, quod
ex marrubio conficitur, oxymeli, aliaq; eiuſmodi ualenter craſſiora excrementa, quæ in pectore &
pulmone continentur, incidere poſſunt: omniumq; eorum copia inuenies in operibus ijs, quæ de me-
dicamentis edidimus.

Differre curationem inflammationum, quæ in ſummo & in profundo ſunt corpore: ac de reuulſione pro ratione partium laborantium. *Cap.* 19.

NOn ſolum autem iam dictam remediorum differentiam ex laborante loco didicimus, ſed etiam
illud, quòd, quæ in ſummo corporis phlegmone laborant, ea proprijs phlegmones remedijs cu-
C rentur: quæ in alto ſunt corpore, ſi cum his aliquid acrium medicamentorum ſit immiſtum. Reſoluun-
tur enim eorum uires, dum alte deſcendunt. Hac ratione & cucurbitula (ſtrenuum plane auxilium)
eſt inuenta, tum ut foras euocentur, quæ ſunt in alto: tum ut eximantur atque eruantur, quæ iam in
ſcirrhum abeunt. Verum utendum cucurbita in ipſa parte, quæ phlegmone urgetur, inter initia non
* χρεία. eſt, immo poſtea, quàm totum corpus uacuaueris, ac * neceſſarium ſit, eorum, quæ in inflammata par-
* γενομένων. te continentur, aliquid educas atque eruas, aut etiam foras uerſus attrahas. * Generandis autem adhuc
uitijs, minime ipſis membris, quæ laborare incipiunt, ſed ijs, quæ continuata his ſunt, cucurbita imponi
A.l.1.f.4.c.1. debebit, auellendi in contrarium cauſa, Sic nanq; ad mammillas cucurbitam imponimus, cum ſanguis
p.134.D ex utero profluit, defixo maxime in ipſis communibus pectoris & uteri uaſis, eius ore. Sic, ſi ex nari-
bus ſanguis profunditur, præcordijs maximas cucurbitas affigimus. Sic & omne aliud ſanguinis pro-
fluuium ad contrarium per communes uenas auertimus. Quemadmodum rurſum & ſanguinem (ſi ita
eſt opus) attrahimus. Siquidem cum menſes euocare in animo eſt, in pube & inguine cucurbitam fi-
gimus. Præterea cucurbita in occipite defixa efficax eſt remedium ad oculorum fluxiones. Vacuari
† plethoricũ. tamen prius totum corpus expedit. Nam, ſi † [refertum ſanguine] corpus ſit, in quacunq; parte ca-
pitis cucurbitam defixeris, totum ipſum implebis.

D

Ea medicamenta ad curationem uſurpanda, quæ noxiam qualitatem cum ea, quæ conuenit, admixtam non habent. *Cap.* 20.

ERgo hæc omnis phlegmones communis * indicatio haudquaquam ſimiliter in qualibet parte ad-
miniſtratur. Accedit ad omnia, quæ prædicta ſunt, pro non leui portione, ipſius exhibendi me-
dicamenti natura. Neq; enim abſolute, ſi adſtringere incipientem phlegmonen eſt opus, quidlibet
adſtringens in ijs, quæ deuoranda ſunt, adhibebimus, ſed ea, quibus nulla corruptrix admiſta uis eſt.
Nam chalcanthus inter præcipua adſtringit, ſicut etiam miſy, & ſori, & chalcitis, & diphryges, & æs
uſtum, & ſquama eius & flos, uerum hæc medicamenta deuorata, noxia ſunt: quocirca ſtomaticis ea mi
ſcere tutum non eſt: defluit nanq; interdũ ex his aliquid ad uentriculum. Sed nec aloen probe miſcue-
ris ijs medicamentis, quæ phlegmones alicuius cauſa, quæ intus conſtiterit, deuoranda ſunt: quando
huic quoq; admiſta purgandi uis quædam eſt. Ceterum, ubi phlegmone prorſus inclinauerit, ſiquis
paululum aloes admiſceat cauſa deijciendi uentris, qui prorſus non deiecerit, nihil lædet. Verum ſa-
tius eſt mercuriali, aut urtica, aut cnico, aut talium aliquo aluum ſic laborantium ſubducere. In ſumma
uero, ſiquis eam, quæ a partibus ipſis præſtatur, indicationẽ adimat, nihil obſtat, quo minus medicinam
non ſex menſibus, ſed ſex diebus totam perdiſcas. At uero, nec ſi, quæ a partibus ſumitur, indicationem

adijcias, iam totum, quod exigitur ad curationem, habeas, nisi etiam methodos de medicamentis didiceris. Itaq; eas aggrediatur, oportet, quisquis consummate sanaturus est morbos. Nunc enim, si alicuius medicamenti meminimus, id (ut sæpe testati sumus) exempli causa fecimus. E

Quid differat phreniticorum & lethargicorum curatio: ac de loco principis animæ facultatis, aduersus Thessali sectatores. Cap. 21.

SEd adijciamus adhuc ea, quæ de indicatione, quæ a partibus sumitur, nondum attigimus, Thessaliorum istorum sectam euidentissime præcipitantes: qui, cum nec dissectionis rationem attigerint, nec partium actiones, usus ve norint, tamen, cum floccos carpentem quenquam cernunt, & festucas legentem, audent oxyrhodino caput madefacere, nostro exemplo. Nam cur, quæso, non thoracem potius? Siquidem indicatoriè remedia inueniunt. Sane fieri potest, ut etiam corde affecto phreniticus quis efficiatur. Empiricus nanq; ab experientia se ait eiusmodi medicamentorum nactum inuentionem. Qui autem & hanc uituperat, & inquisitionem de actionibus refugit, huic unde, quæso, succurrit, ut pro thorace caput in phreniticis madefacere eligat? Ceterum, hoc ipsum oxyrhodinum quod capiti phreniticorum applicamus, ceu quidam ex amicis dicere solebat, non solum amethodos istos Thessali sectatores, sed etiam reliquos manifeste redarguit uniuersos, quicunque principem animi partem in corde statuunt. Nam cum aliquando uidissem quendam ex Athenæi discipulis caput ace- F
to & oleo mistis perfundentem, prohibui: iussiq; pectori admouere id remedium: Quippe læsam in delirio esse partem principem: Eam autem esse auctore Athæneo in corde: itaq; non recte relicto pectore caput eum, integrũ præsertim membrũ, uexare, eique negocium facessere, nunc oxyrhodinum infundendo, nunc radendo, tum spondyliũ, aut serpillũ, aut id genus aliquid admouendo: immo uero, si malum traheret, etiam castoreum, aut certe etiam cucurbitam: Quippe id esse persimile, ac si, cui in femore phlegmone sit, calcaneo remedium applicet. Quinetiam in lethargicis nemo est, qui capiti non applicet auxilia. nam & id uitium contrarium quodammodo secundum speciem phrenitidi est. Gignitur autem cerebro patiente; in quo scilicet princeps animi pars residet. Ergo, cum humor, A.l.3.f.1.T.3
qui in cerebro redundat, frigidus est, insensibilitas immobilitasq; hominẽ opprimunt: cum uero calidus est, perpetuus potius motus, unà cum rationis noxa. Accidit enim, ueluti monstratum in libris de c.3.p.363.B
his est, ex frigore segnitia: ex calore immodicus motus: ex humoris uero uitio dementia. Itaque incidenda in talibus affectibus uena est statim ab initio, si modo tam ualens uirtus sit, ut sine noxa missionem sanguinis toleret, ac nihil prohibeat eorum, quæ de secanda uena retulimus, sicuti uel crudi humoris copia, uel puerilis ætas, uel anni tempus, uel regio, in qua sit extremus calor, aut frigus. Atq; hoc quidem commune utriq; uitio, & ei, quod cum sopore, & ei, quod cum uigilijs incidit. Commu- G
ne præterea utriusq; est, ut oxyrhodinum in principio admoueas. Nam repellendus a capite humor A.l.3.f.1.T.1
est, quisquis is fuerit. Quæ sequuntur, contraria sunt. Nam, quæ cum uigilijs coniuncta sunt, ea le- c.6.p.408.E
nire expedit: quæ cum immobilitate, excitare. Iure ergo, cum in summo incremento sunt, ijs uitijs, quæ peruigilio & delirio infestant, perfusiones ex papauerum capitibus applicabimus: odorem quoque naribus obijciemus: ac narium alas intus, uel frontẽ ex similibus medicamentis illinemus. Quippe sopire ac stupefacere principem facultatem oportet, cerebrum scilicet, quod supra modum incaluit, refrigerando: In contrarijs autem uitijs excitare: ac noxij humoris, qui citra putredinem, & citra febrem altos sopores inuehit, crassitudinem incidere, atq; excalfacere. Tales nimirum altos sopores, Apoplexias, & Carus, & Catochas græce uocant. Quòd si aliquando humor putrescat, utiq; cum febri incidunt ea genera: uocaturq; morbus græce Lethargus. Incoquentes igitur in aceto thymum, & A.l.1.f.4.c.20
pulegium, & origanum, aliaq; id genus, naribus sic affectorum admouebimus: quo uapor ad cerebrum p.46.E
sublatus, crassitudinem humoris dissecet. Mox etiam palatum ualentibus & acribus medicamentis ungemus. Ab his uerò etiam sternutatorijs utemur: tum capiti similes præsidiorum facultates imponemus, adaucta semper eorum etiam ad ipsum usque sinapi uehementia, si uitium diu trahat. Quinetiã cucurbitis ad utrunq; uitium, si diutinum sit, utemur: itemq; castoreo: quippe quod * ipsum probe H *In impressis αὐτό i. ipsum:
concoquit, si debito tempore sit adhibitum. Quare hic ad communem rursus curationem redeunt le- in antiquis αὐτά i. ipsa, referendo ad ambo uitia.
thargus & phrenitis †. Ergo in eiusmodi affectibus manifeste redarguuntur, & qui Thessalum sequuntur, omnes, & quisquis medicus principem animi facultatem statuit in corde. Non solum enim iam dictorum præsidiorum destituentur copia, sed etiam, cui ea parti accommodabunt, non intelligent. Neque enim, tanquam in ophthalmia, uel pleuritide, uel angina tum ab ipso ægro affectus locus sentitur: † est præterea in græco ἐν τῇ παρακμῇ i. in declinatione.
tum nobis partim tactu, partim uisu innotescit, sic in lethargo, & phrenitide, & epilepsia, & * delirio, & conuulsionibus, & tetanis, præterea eo, quod proprie uocatur catoche, se habet. In quibus omnibus præsidiorum formula ex affectus inuenitur natura: locus uero, cui maxime sint applicanda, ex prænoscendis tum actionibus, tum usibus partium. * παραπληξίας seu παραπλήξιας. uide superius lib. cap. 2.

Qua ratione extrinsecus medicamenta capiti, aut oculis apponenda sint, ac de communibus præceptis illarum partium curandarum, ac de arteriarum sectione. Cap. 22.

ILlud autem, quamuis in sermone aliquando omittatur, sæpenumero prius dictũ est, meminisse oportere nos eorum, quæ simul indicent. Ceterũ in præsenti eam, quæ a partibus sumpta est, indicationẽ propositum

A propositum est persequi: uelut statim in ijs, quæ ad caput pertinent, etsi non aliud, saltem illud nosse cuiuis est promptum, obiectam nobis ante cerebrum esse crassam membranam, quæ corijs istis externis sit assimilis: post hanc etiam cranium. Itaq; resolui in densis obicibus & duris, præsidiorum, quæ imponuntur, uim est necesse: ac, nisi suturas in capitis osse natura ipsa fuisset molita, nihil adeo æstimandum efficeret pharmacum ullum extrinsecus impositum. Sed, quoniam etiam suturæ, & in his præcipue coronaria non solum impositi medicamenti qualitates, sed etiam substantiam, si tenuis est, facile intro transmittit, merito multa circa cerebrum uitia ab extrinsecus applicatorum remediorum facultate iuuantur. Ipse enim in meipso expertus memini, cum infunderetur rosaceum frigidum, citissime clarissimeq; sensisse me in syncipitis loco eius intro penetrationem. Quinetiam plurima diuersitas suturæ huius in hominibus, si inter se conferantur, etiam ante dissectionem manifeste apparet. Vidimus enim in ijs, quibus rasum caput fuerat, inter mandendum, commissionis ossium in coronali sutura manifestum motum sic, ut facile appareret hominibus illis laxam esse eiusmodi ossium capitis compositionem. Merito igitur ad hanc maxime partem applicant omnes medici capiti infusiones, uidelicet accepta quasi per manus a primis inuentoribus ratione, ad id opus uenientes: Sed & ipsi, quicunque non negligenter ijs, quæ fieri assolent, attendunt, cementes, & quemadmodum sutura ea liB quido moueri appareat, & quemadmodū celerrime homines hac parte, siue ab externo admoto quopiam refrigeretur, siue excalfiat, id sentiant. Nam præter reliqua etiam tenuissimum est hoc loco cranium, & rarissimum. Ergo, quoties medicamenti cuiusquam uim uehementer descendere noles, hoc maxime loco impones. Commodius etiam fuerit, si & cum infrictione id facias, aut tonsis capillis, aut etiam plane abrasis: Quòd si humidum sit, quod applicandum est, si id ex alto effundas, ac ueluti fontis ritu, illidas: quippe penitus intro ab ictu magis compellitur. Sicut autem hic uehementior humoris casus conducit, ita in oculis est contrarius: In capite nanq; os est, quod feritur: in oculis mem-
A.l.3.d.2.T.1 c.10 branosa quædam imbecillaq; corpora. Et in capite quidem aliud est, quod dictum excipit: aliud quod curatur, quodq;, ut ictum non sentit, ita facultate, quæ ex incussu ad ipsum peruenit, fruitur: at in oculo non est, quod feritur, diuersum ab eo, quod curatur: sed idem ipsum, quod est curandum, ualenter icitur. Ad hæc os capitis sensu caret: oculus acerrimi est sensus. Ergo infundere huic medicamen-
* βλέφαρον i. palpebram. ta oportet, primum superiorem* genam blandissime attollentes, mox minime, quemadmodum in capite, incutientes. Inueniendi præterea humores mitissimæ minimeq; mordentis naturæ, qui cum medicamentis sint infundendi. At mihi quidem magna cum consideratione uidentur ueteres ad oui deuenisse humorem, electo scilicet ex eo, quod & mordens minime esset, & glutinosum. Nam ex eo, C quòd minime mordet, modo dictam* indicationem ijs compleuit: Ex lentore autem, ad indolentiā non nihil confertur. Quippe lenire eiusmodi humores possunt asperitates omnes, quascunque acris fluxio excitat. Accedit, quòd crassus mediocriter ac lentus humor constantius, quàm tenuis & aquosus, in loco permanet. Sane quòd lentum id, quod absq; morsu sit, cum modice incaleat, dolorem maxime leniat, id profecto ex mordentibus in aluo deiectionibus didicisti: in quibus iniectum seuum ilico
* Alias δῆξιν, idest mordicationem. * dolorem mitigat. Quòd autem permanere quoq; in laborante particula eiusmodi humidum expediat, manifestum est. Siquidem in ijs, quæ in uentre accidunt, per clysterem assidue infundere molestum est: In ijs, quæ in oculis, * genam attollere. At uero exquisitus membri sensus leue esse, quod iniiciendum, nihilq; debere in se asperum sabulosumve habere, omnino indicat. Hinc igitur excogitatum commode est, tum humido oui utendum: tum, quæ terrea corpora ophthalmicis, id est ocularijs, medicamentis miscenda sunt, ea esse cum summa diligentia ad unguem leuiganda. Quoties tamē dolores his accidunt uehementes, repetitis ijs, quæ de omnium dolorum generatione accepisti, disquires, quonam ex his affectu dolere oculos in phlegmone, de qua nunc sermo proponitur, contin-
A. ibidem. gat. Nam aut ex uehementi acris confluentis humoris morsu: aut quòd eorum tunicæ plenitudine distenduntur: aut propter crassorum humorum flatuosive spiritus extensionem uehementes in his exciD tantur dolores. At morsum quidem tum purgantibus medicamentis, scilicet & deorsum reuellendo & uacuando curare conuenit: tum ipsi particulæ oui humore infuso, quo per eum acris fluxio sine offensa eluatur. Vbi autem prius concocta iam phlegmone ipsa fuerit, & simul corpus uacuum, tum utique lauationes in balneo his sunt aptissimæ. Nam & dolorem statim sedant, & fluxionem, quæ ad oculos fertur, sistunt, maxima quidem eius parte inter lauandum per totum corpus excreta: reliquo
* contemperato. uero * diluto. At uero distensionem, quæ ex repletione prouenit partis, missione sanguinis, & alui dejectione, & infernarum partium frictione curare conueniet: quòd si necessitas aliquando urgeat, ligandis artubus: mox fomentis ipsi laboranti particulæ ex aqua dulci modice calida adhibitis. Atque [humorum uel flatuosi spiritus] extensiones curabimus uacuato prius in his quoque toto corpore: sed & humorum momento deorsum auerso. Mox localibus remedijs (Græci Topica uocant) uten-
* ἀναφορεῖν. dum, non tamen medicamentis ijs, quæ repercutiant ac reprimant, immo ijs, quæ *euocent. Fouendi igitur sunt, sicut modo diximus, ac fœni græci decoctum ijs infundendum, sed lauato prius curio-
A. ibidem. se fœno græco, nequid illi uel pulueris, uel sabuli adhærens lateat. Est nanque medicamen hoc maxime omnium, quæ oculis applicantur, sine offensa digerens. Meminisse uero in omnibus, quæ membratim docentur, communium præceptorum oportet. Quorum unum id est, digerentia medicamenta, ubi redundantia in toto corpore subest, si particulis quibusdam applicentur, imple-

 re potius,

re potius, quàm uacuare. Ergo tum reliquos morbos, tum uero phlegmonas (de quibus agimus) sicubi E
curas, nullo *euaporante auxilio prius fidenter uteris, quàm totum corpus *purgaueris. Illud quoque
attendas in omni uitio, nedum phlegmone, oportet, aliquando totum corpus mediocri habitu esse in
humorum tum qualitate, tum modo, unam autem aliquam, aut duas earum, quæ suprapositæ sunt, par-
tium, redundantiam suam ad ægram transmittere: ueluti non raro, sed plane sæpenumero accidere in
oculis uidere licet, capite his fluxionem mittente. Manifestum igitur arbitror in ijs quoq; esse, ipsum
prius caput sanandum esse, explorato eius affectu, quem superfluorum generatio comitatur. Et diuti-
nas quidem oculorum fluxiones curamus oculis ipsis dimissis, atq; ad capitis procurationem conuersi.
Cuius uitium, si ex genere intemperantiarum sit, curationem ex sibi contrarijs, sicut prius monstratum
est, adhibendam indicat. Plurimum igitur uel frigida intemperies caput uitiat, uel humida: nec dubiũ
est, quin etiam ambæ congrediantur. Rariores sunt, quæ propter calorem acrem oculis fluxionẽ immit-
tunt: in quibus haud expedit ijs, quæ ex Thapsia & sinapi fiunt, medicamentis uti, immo contrarijs om-
nino, oleo crudo, & hispano, & rosaceo, tum frequenti ex aqua dulci in balneo lauatione. Atq; aliquan
do cerebrum ipsum fluxionem transmittit: debetq; huius intemperies totius capitis epithematis corri
gi. Aliquando uasorum ipsorum uitium est: cum uenæ, uel arteriæ imbecilliores sunt sic, ut aliorum ua
sorum superuacua recipiant. Quo casu aliqua earum parte excisa, aut etiam totis bene alte præcisis, F
*dura cicatrice, quod interest, intercipimus. Qua disiunctæ incisæ uasis partes, continuæ præterea non
sint: nec ex altera in alteram confluere aliquid possit. Ceterum, cum eorum uasorum, quæ in profundo
sunt recondita, ac e superiore ad oculos unà cum neruis perueniunt, uitium est, nihil horum agi licet:
Proinde ægre curabiles omnes eiusmodi fluxiones sunt. Quæ uero extrinsecus posita uasa sunt, ea uel
sine chirurgia roborare licet, illitis medicamentis, quæ robur inserant, Græci *Tonica uocant. Est &,
quando calidus sanguis, ac uaporum plenus ad caput ascendit, ac maxime in arterijs redundat. Cui ui-
tio excogitatum saluberrimum remedium medicis est, ut ipsa incidatur arteria. Oportet autem deraso
capite curiose tangere, tum, quæ retro, tum, quæ secundum utranq; aurem sunt, arterias: præterea, quæ
in fronte, & quæ in temporibus sunt. Quarum, quæ calidiores alijs apparebunt, ac maiorem exhiben-
tes pulsum, hæ sunt incidendæ. Quæcunq; uero & paruæ & prope cutem resident, harum uel si partem
aliquam excideris, ueluti facere in crurum uaricibus solemus, aptius erit. Nostroq; tempore quidam
ex ocularijs medicis non minimus, ex arterijs, quę in temporum summis musculis resident, non exiguã
excidit partem. Ac fere quidem, cum excisa est arteria, reliquæ eius partes ad sibi continuas retrahun-
tur. Euenitq; id magis in ijs arterijs, quæ tum minores sunt, tum minorem exhibent pulsum. Quòd si in
ter nudandum appareat tibi uas magnum, aut magnum exhibere pulsum, tutius fuerit uinculo id prius G
excipere: mox, quod in medio est, præcidere. Sunto autem eiusmodi uincula ex materia aliqua ægre pu
trescibili. Talis autem Romæ est ea, quæ Gaietanorum dicitur, ipsa ex Gallijs aduecta: uendita uero ma
xime in sacra uia, quæ a templo descendit ad fora. Ac horum quidem Romæ facilis est copia: uilissime
enim ueneunt. At si in alia urbe artem exerceas, comparetur filum aliquod ex ijs, quæ serica nuncu-
pantur. Habent enim ea diuites mulieres in multis sub ditione Romanorum locis, potissimum in ma-
gnis urbibus, in quibus multæ sunt mulieres id genus. Sin huius facultas non est, ex iis, quæ inueniun-
tur in regione, quam incolis, deligito materiam, quæ minus sit putrescibilis: cuiusmodi est graciliũ chor
darum. Nam, quæ facile putrescunt, eæ cito a uasis decidunt. Nos uero post, quàm undique sunt carne
impleta, decidere uincula uolumus. Quæ nanq; caro in abscissis uasorũ partibus coalescit, ea pro oper-
culo est, ac osculum eorum cludit. Postea uero, quàm id factum cernitur, decidere iam uincula secure
possunt. At uero, cum uenarum partem aliquam excideris, non est opus, eas tam imputrescibili mate-
ria deliges, sed sufficerit alia quæpiam. Siquidem in arterijs perpetuus motus insecti uasis ora resoluit.
In uenis autem, postea, quàm semel sunt utcunq; clausæ, siue per deligaturam constrictæ, siue per medi
camentum adstrictæ, permittunt circumpositam carnem circa coalescere, potissimum si, qui curatur, im
motam partem seruet, magisq; etiam, si toto corpore uacuato ipsam attollat. Quippe etiã uarices ita H
curamus. Vocatur autẽ uarix uena dilatata. Porrò dilatatur in testiculis & cruribus *omnino. Sed, quo-
niam, cum hos adhuc scriberem commentarios, non pauci amicorum rogarunt, ut in fine totius operis
omnia, quæ ad chirurgian pertinent, deinceps memorem, idcirco tractatio de uaricibus nunc differa-
tur. Cum uero non pauci speciatim sint oculorum morbi, qui magis specialem curationem desiderent,
ne de his quidem hoc loco pluribus est agendum. Nam, qui curiose, quæ prædicta sunt, legerit, & natu
rali prudentia fuerit, huic omnia inuenire, eorum ratione sequenti, nullo negocio licebit. Qui autem ta
les non sunt, ijs satius fuerit omnium uitiorum, quæ oculis incidunt, curandi rationem priuatim scribe-
re: maxime cum amicorum non pauci ita postulent.

* διαφορητικοῦ.
* Vacuaueris.
A. ibidem.
* Aliqui cod. habent σμικρᾷ .i. exigua: plures tamen σκληρᾷ .i. dura.
* Tonotica.
* [illegible]

GALENI METHODI MEDENDI, ID EST DE MORBIS CVRANDIS, LIBER QVARTVSDECIMVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

De reliquis tumoribus & affectibus præter naturam curandis, sumpta ex singulorum generibus curandi indicatione.

Quid differat inflammatio, & Erysipelas. Cap. 1.

B DE tumoribus, qui præter naturã in corpore consistunt, quot numero, qualesq; sint, proditum a nobis singulari uolumine seorsum prius est. Quemadmodum autem hi methodo curandi sint (quod utiq; docere propria propositi operis professio est) in horum commentariorum tertiodecimo præcipere cœpimus. Et, quoniam in superioribus de omni febrium ratione sermo erat habitus, aptius mihi uisum est de phlegmone primum disserere, ut quæ & frequentissime incideret, & febres subinde accenderet. Ac dictum quidem non nihil fuerat in febrium curatione inter ceteras earum causas, etiam de phlegmone. Verum absolutus sermo, & qui proprie illi debebatur, in libro, qui hunc præcedit, est traditus: in quo methodum curandæ eius, qualis nam esse conueniat, tradidimus: nequaquam tamen auxiliorum materiã, nisi tantum exempli gratia, sicut in superioribus fecimus. Haud longe uero a phlegmone abest & alius morbus, quem Græci Erysipelas uocant. Is, uti monstratũ est, ex bilioso succo nascitur. Sed præstiterit fortassis eũ pluribus uerbis a phlegmone distinguere. Ergo cõia amborum sunt, tum tumor, qui præter naturam fit, tum uero calor. Dissident inter se primum & maxime colore: quando, si is ruber sit, phlegmonen uitium appellant: sin pallidus flauusve, uel ex pallido flauoq; colore mistus, erysipelas. Præterea pulsatio magna phlegmones propriũ est symptoma, quippe quæ alte magis in corpus demittitur: Erysipelas uero in cute potius consistit, quàm alte descendit. Tenuis nanq; substãtiæ est pallidæ bilis humor.

[illegible] C Itaq; facile ad ipsam cutim transfluit, carnosis rarisq; corporibus *transmissis. Cutis uero densitas non æque est huic bili peruia, nisi si admodum tenuis aquosaq; sit. Talis nanq; maxime est etiam, quæ quotidie cum sudore exit. Licetq; multorum, qui in balneis sudorem sibi strigilibus detergunt, hunc eius uidere coloris, cuius lotium est, iis, qui diutius cibo abstinuerunt. Neq; enim ignoras eorum, qui inediã diu tolerant, pallidius ex aquoso lotium reddi, mox uero etiam flauum, nisi quis prius humectante nutrimento potioneq; squallorem corporis irroret. Ac corpore quidem pro naturæ modo gubernato, amaræ bilis succus inuisibiliter exhalat: Præter naturam uero se habente, tum alijs (de quibus post agetur) uitijs redundat: tum uero eo, de quo nunc agitur, quod erysipelas uocant. Cum enim uel longe copiosior, uel crassior, quàm pro naturæ modo, redditus, [illegible] * uniuersus ad cutim compulsus fuerit, eam tum perurit, tum in tumorem attollit.

Quo pacto inflammatio, & Erysipelas oriantur, ac de ipsorum generibus. Cap. 2.

SEd satius est, ueluti semper non dicimus modo, sed etiam facimus, ita nunc quoq; a rebus nõ a nominibus initium faciamus: alterumq; principium, priore scilicet commodius, eiusmodi, sermoni demus. Cum sanguis copiosus in aliquam particulam procubuit sic, ut ab eius particulę uasis nequeat cõtineri, exilitq; aliquid instar roris ex ipsis uasis in ea musculorum spatia, quæ similaribus corporibus, ex

[illegible] D quibus componuntur, interueniunt, utiq; tumor ex plenitudine oritur, cui succedit cutis tensio † [& in alta carne cum pulsu dolor,] & tangenti renixus quidam, & rubor, & calor, ipsa nimirum cute ea, quæ subiecta sibi caro patitur, sentiente. Similis iam dicto & in visceribus affectus oritur. Est enim his quoque sua quædam caro, quam aliqui Parenchyma græce vocant, in quam videlicet sanguis ex refertis uasis halitus specie exudans, iam dicta symptomata efficit. Atq; hic unus affectus est sanguineæ fluxionis soboles, in carnosa corpora maxime incidens. Secundus alter biliosæ fluxionis germen est, ac circa cutim maxime consistens, tum hanc externam, quæ omnium partium commune est tegumentum, tum membranosam & tenuem, quæ singulis internarum est circundata. Ergo, sicuti prior affectus etiã cutis aliquid apprehendit, ita hic quoque aliquid subiectæ sibi carnis occupat. Quòd si crassior humor acriorq; sit, summam cuticulam (Græci Epidermida uocãt) excoriat: spatioq; temporis ad profundum aliqñ cutis exulceratio peruenit. Atq; hic quidẽ affectus erysipelas nuncupetur, duplicem (ut iam dictum est) habens differentiam, q uel absq; exulceratione, uel unà cum hac incidat. Prior autẽ affectus unius fluxionis est, voceturq; phlegmone. Cum ergo nec plane biliosa, nec sanguinea fluxio est, sed ex ambabus mista, utiq; ab eo, quod in mistura exuperat, nomen ipsi indatur, ac dicatur de eo id, quod exuperatur, sic, ut uel phlegmonen erysipelatosam id uocemus, uel erysipelas phlegmonosum. Vbi autem neutrum uincit, ibi uitium phlegmones erysipelatosq; medium nominetur.

Ratio curandi simplex, & cum reliquis affectibus iunctum Erysipelas. Cap. 3. E

CVrationis uero methodus, sicuti in alijs compositis, ita & nunc tradatur, initio a simplicibus sumpto. Ergo omnibus, qui sic præter naturam consistunt, tumoribus communis* indicatio uacuatio est. Adieci uero illud sic admonens te multitudinis humorum, qui eos excitent. Nam, siquis eos uacuet naturalem habitum membrum recipiet. Iam uacuatio pari modo in omnibus duplex est, una repellentium ad alias partes, altera foras digerentium per eum, qui sensum fugiat, halitum. At, quoniam erysipelas non quantitate modo affligit, sed etiam qualitate ipsa ex uehementi scilicet inflammatione cruciat, ampliorem refrigerationem, quàm phlegmone requirit. Nec tamen non periculosa toti corpori est eiusmodi curatio propterea, quòd bilis interim ad aliquod princeps membrum fertur: quippe cum, si uel sanguis ipse abundet, haud tutum sit ex minoris notæ membris fluxionem eius repellere. Tanquã igitur in illa post totius corporis uacuationem Apocrusticis, id est repellentibus, uocatis auxilijs usi sumus, ita nunc quoque faciemus, sed pro sanguinis missione, medicamento, quod bilem trahat, purgantes: ipsam uero afflictam particulam refrigerantes. Esto autem refrigerationis terminus, ipsa coloris mutatio. Etenim, quod purum erysipelas est, statim cum hoc quiescit: quod non purum est, sed iam quodammodo phlegmonodes, si plusculum refrigeres, liuidam cutim præfert. Sin ne sic quidem quis desistat, nigricat, potissimum in senili corpore, sic, ut quædam ita refrigeratorum ne digerentibus quidem F medicamentis ad perfectionem sanentur, sed scirrhosus quidam tumor in particula relinquatur. Ergo satius est, ubi laborantis particulæ alteratum colorem uideris, a refrigerantibus adstringentibusque ad contraria transire prius, quàm uel liuida, uel nigra prorsus fiat. Porrò refrigerantium materia in opere de medicamentis est tradita. Solanum, & semperuiuum, & portulaca, & umbilicus ueneris, & psylliũ, & altercum, & lactuca, &* intybum, & lenticula palustris, & cerata ex aqua admodum frigida, & alia id genus. Vbi uero inflammatio ægrotantis membri iam desijt, cataplasma illi prius, quàm liueat, ex hordei farina (ὠμὴν λύσιν græce uoco) est imponendum. Quod si iam liuor occuparit, incisa cute cataplasma superponendum est, † [perfundendusque locus plurimum quidem ex aqua calida: sed & marina aqua, & muria interim conducet. Quinetiam ipsi cataplasmati eiusmodi aqua, uel acetum, uel oxalme misceatur] Hoc tempore etiam coriandrum cum * polenta quidam esse salubre erysipelarum medicamentum scripserunt. Alij rursus eodem inter initia usi, magnæ noxæ occasio laborantibus fuere. Sed & rosaceũ ceratum, cui immistum sit calcis aliquid, eodem modo sunt. qui prodiderunt erysipelati prodesse, aliaq; similis generis non nulla ex ijs, quæ ualenter excalfaciant. Quorum nullum est erysipelatis medela ante, quàm uidelicet mutatum desinat esse id, quod ab initio fuerat, atque alterum iam, illique contrariũ euaserit. Quomodo enim, quæso, non sit contrarius calido affectui frigidus: aut ei, qui flauo aut pal G lido colore est, is, qui liuidus aut niger est? Sicuti autem subinde phlegmonæ admiscetur erysipelas ita etiam aliquando œdemati: ac uocetur, quod ex ambobus tum est conflatum, erysipelas œdematosum non secus, quàm, ubi ex refrigerando durum ægreque resolubile redditur, uocabitur erysipelas scirrhosum. Iam curatio quoque, ueluti in omnibus compositis, ita in his administrabitur: ac potissimũ quidem contra exuperans pugnabitur, non prætermissa tamen nec ea, quæ ex admisto præstatur, faciendorum indicatione.

A.l.4.f.3.c.1. c.4.p.840.E.

* σέριν

† Antiqui codic. ita legunt αἰονεῖν τε τὰ μὲν πλεῖστα δι' ὕδατος θερμοῦ καὶ θαλάσσης καὶ ἅλμης. ποτὶ δὲ συνοίσει καὶ αὐτῷ γε τῷ καταπλάσματι μιγνύναι τὸ τοιοῦτον ὕδωρ ἢ ὄξος ἢ ὀξάλμην. i. perfundendusq; est locus plurimum quidẽ ex aqua calida, & marina aqua, & muria. non nunquam uero cõducet ipsi cataplasmati eiusmodi aquam, uel acetũ, uel oxalmen miscere.

De curandis œdematis, & scirrho. Cap. 4.

SIcut autem ex biliosa fluxione erysipelas, ita ex pituitosa constat œdema ipsum, rarus quidam atq; indolens tumor. Equidem scio aliter quoque œdemata prouenire, † [sicut] in pedibus, in intercutis aquæ affectibus, & phthois, alijsque, † [qui uehementes sint,] malis corporis habitibus. Atque in illis quidem œdema* multitudinis eius, quæ hominem premit, est symptoma, nullam seorsum propriam curationem requirens. Nam satis erit, (si modo curatione egebit,) ipsa tum crura perfricare alias oxyrhodino, alias oleo cum sale, aut etiam oxyrhodino sal habente. At, si ex pituitoso humore in particulã influente œdema, constitit abunde, aliquando satisfacit spongia, quæ ex aqua, in qua sit aceti aliquid, maduerit. Porrò hæc ita attemperabitur, ut uel bibi possit, uel ut non multum supra hoc, aceti habeat. Deli H gare uero spongiam debebis, ab inferiore parte incipiens, ac supra finiens. Esto autem spongia, si modo conductura sit, omnino noua. Huius si copia non est, cuius erit, hanc detergebis expurgabisq; nitro, & aphronitro, & aquia lixina. Quòd si sub his œdema non subsidat, ubi rursus deligabis, pusillũ aliquid aluminis conijcies, ac nouam spongiam admouebis. Si nouæ copia non sit, melius est eo, quod uulgus uocat Elychnion, utare. Id uero ante omnia molle esto, quod genus Tarsicum est. Cuius si facultas est, audacter utitor: utilius enim experiere, quàm spongiam. Madeat uero ex pusca, quæ aliquid habeat aluminis: tum (ut præscriptum est) deligetur ab inferiore sursum. Sit autem arctatio mediocris, ueluti in ossis fractura. ac primæ quidẽ fasciæ iniectiones, quæ scilicet inferne incipiunt, magis arctandæ: quæ deinceps sunt, sensim remittendæ, ceterum non adeo, ut laxa sit aliqua deligationis pars. Porrò idoneũ medicamentum ad hæc & Glaucium est, tum ipsum per se liquatum ex pusca, tum uel magis medicamentum nostrum, quod ex eo compositum est. Cuius compositionem habes in eo opere, quod de medicamentis est inscriptum. Sane hactenus a me scripta fuerant opera tria, unum de simplicibus: alterũ post hoc de compositione medicamentorum: & tertium de facile parabilibus. Quartum autem adscribere constitui: quandoquidem multi amicorum ita suadent. In eo de communibus & proprijs cuiusque partis & uitij medicamentis agetur. Verum medicamen illud, quod Glaucium habet, non œdemata modo,

† Hæc nõ sunt in antiquis codicibus.

* In antiquis legitur πάθους idest affectionis.

A.l.4.f.3.c.2. c.3.p.849.B.

A.l.4.f.3.c.2. c.3.p.850.D.

A do, uerum multo etiam magis tum erysipelata, tum phlegmonas incipientes sanat, ac potissimum calidas. Manifestum autem, quod erysipelatosas phlegmonas, & erysipelata phlegmonosa idem medicamentum saner: At non eas phlegmonas, quæ in scirrhum iam transierunt: aut erysipelata, quæ iam refrixerunt: aut denique ullum scirrhosum affectum sanauerit; de quibus utique in quinto de simpliciũ medicamentorum facultatibus aliquid est proditum: dicetur uero & nunc. Siquidem humor, unde eiusmodi uitium nascitur, aut glutinosus est, aut crassus, aut utriusque rationis particeps. Curandi uero eius communis *indicatio est, ut quod præter naturam in particula est, totum uacuetur. Modus tamen uacuationis eius proprius est. Nam detergere id, ubi contumaciter inhæret, oportebit. Quod si quis ijs, quæ *uehementer trahunt digeruntque, medicamentis uacuare tenter, nec ijs, quæ humectent & excalfaciant, molliat ac liquet, huic paucis primis diebus egregie processisse curatio, uidebitur: ceterũ, quod de affectu restabit, id insanabile erit: siquidem toto, quod in eo tenuium partium erat, digesto, quod reliquum est, ueluti lapidosa concretio, linquetur. Quippe etiam, qui in articulari morbo uisuntur pori, ex humore crasso glutinosoque proueniunt: quando is non paulatim est digestus, sed uiolentis medicamentis totus simul siccatus. Ad eundem modum & calculi generantur in renibus, asso scilicet in his crasso glutinosoque succo. Hac igitur de causa ad scirrhosos affectus nullum uehementer excalfaciens B siccansve medicamentum est aptum, sed ea tantum, quæ cum molliendo digerere possunt: cuiusmodi sunt tum ceruina medulla, tum uitulina, tum seuum hircinum, & taurinum, & leoninum: ad hæc ammonia cum thymiama, & bdellium utrunque, magisque Scythicum, quanto uidelicet est humentius. Parimodo & styrax, qui humentior est, sicco utilior est. His igitur *indicationibus attentus, etiam cõplicatos affectus sanare poteris, pro subinde iam dicta in omnibus compositis uitijs methodo.

*ἕλκειν.

Indicationes remediorum, quæ in scirrhis & œdemate ab affectis partibus præbentur. Cap. 5.

Al.4.f.3.t.a. & 12.p.853.a.

Mihi uero iam tempestiuum fuerit de affectarum partium differentia mentionem facere: quã semper in omnibus tum morbis, tum symptomatis in memoria habendam censui. Diximus autem non pauca de indicatione, quæ ab ijs sumitur, in libro, qui hunc præcedit. Siquidem omnium, qui præter naturam sunt, tumorum, in quibus utique adhuc nõ sunt geniti pori, prima curationis *indicatio uacuatio est. Earum uero partium, quæ iam scirrhum contraxerunt, uacuatio per iam dicta medicamenta perficitur: uocareque ea malactica, id est mollientia, medici solent. Quoniam autem membrorum alia rariora naturaliter sunt, alia densiora, etiam uacuationem eorum diuersa specie remedia postulare est necessum. Hac igitur de causa tum in tendonibus, tum in ligamentis, [cum scirrhosa fuerint,] uisum mi C hi satius est ei curationi, quam per mollientia medicamenta molimur, aliquid incidentium admiscere. Ex quorum numero uel in primis acetum est. Interim uero & in alijs *partibus, quas scirrhus affecit, eo utimur: ut paulo post dicam. Verum in tendonibus & ligamentis in hunc modum: In aceto acerrimo candentem igni lapidem extinguo, ac, si quidem haberi potest, qui certe in magnis urbibus ratus nõ est pyriten: Sin eius copia non datur, molarem, Græci Myliten uocant, scilicet ex quo molas, quibus molimus, faciunt. Deinde ascendente post infusum lapidi acetum uapore calido, in hoc dimoueri scirrhosũ ligamentum uel tendonem cogo: atque exinde rursus medicamen, quod molliat, impono. Oleo tamen principio curationis, non aqua, quotidie omnino laborãtem particulam perfundo. Esto autem id oleũ haudquaquam adstringens, sed plane tenuium partium, cuiusmodi Sabinum est. Incoquimus autẽ oleo interdum althææ radicem, ac syluestris cucumeris, & siqua est eius generis alia. Atque hoc utor (ut dixi) quotidie. Ceterum curatio, quæ per acetum administratur, utilis est uitio iam adulto, & cum præparata iam sub mollientibus pars fuerit. Excogitaui autem & composita quædam ex aceto medicamenta, quæ inter mollientium usum ad unum diem impono. Siquidem aceti uis, modo ea quis modice & debito tempore utatur, salutaris eiusmodi affectibus est, ceu crassos uiscidosque humores dissecans ac dissoluens: sin uel immoderatius, uel in tempore non idoneo, tenuiores partes uiolenter absumens, id, D quod reliquum est, lapidescere sinit. Sed & siquis eo diutius utatur, substantiam ipsam neruorum delibauerit. Ob id igitur nec sæpe, nec inter initia, nec longo tempore, medicamentis, quæ ex aceto componuntur, ad ligamenta & tendones est utendum. At in liene & carnosis musculi partibus scirrho affectis tutus eius est usus. Quippe raræ sunt naturaliter hæ partes, nec est quod metuas, nequis neruus eius ui lædatur. Ac ammoniaco quidem thymiamate cum aceto etiam alij non pauci lieni imponentes utuntur, ad luti scilicet crassitudinem, quod ex utrisq; mistum est, redacto, Idque solum ei curando sæpe satis fuit. Ad musculos uero, alium sane non uidi: ego uero & sæpe sum usus, utiq; mollientium usui interponens. Atq; sub illis nulla cernit̃ euidens utilitas. Sed postea, quàm mollitus per ea scirrhosus tumor est, maximum certe usum ammoniacũ aceto liquatũ confert. Sufficit aũt eo uno alterove die usos, rursus ad molliẽtia reuerti. Ac rursus his pluribus diebus usos, denuo ad medicamen, quod ex acetosit, redire, siue id ammoniacum, siue quid aliud habeat eorũ mollientiũ, quæ paulo supra sunt cõprehensa. Neq; enim aliud quicquam est admouendũ: cuiusmodi. f. pleraque sunt eorũ medicamentorũ, q̃ *sicca uocãt. Siquidẽ inter initia medicamentũ probabis, sed id insanabiles affectionis reliquias relinquet. Ego nanq; ei[9] rei cã in medio tpe cataplasmate ex althæa sum usus. Vocat aũt hãc uulgus Anadẽdromalachẽ. Hui[9] igit̃ radix seuo soluta salutare ad talia medicamentũ est. Esto aũt seuũ, si fieri põt, anserinũ: Sin id nõ sit, gallinaceũ: Sin nec huius facultas sit, suillo utendũ. Sed & syluestris maluæ, q̃ passim nasci-

A.ibidem.

A.ibidem.

* In antiquis codicibus legitur ξηρὰ, i. quæ aceto recipiunt.

nascitur,folia cum supradictorum aliquo tusa proficient. Meliora tamen crudis sunt,quæ modice ante sunt decocta. Ac eiusmodi quidem auxilia,& curationis uariatio, qualis iam comprehensa est, omniũ particularum,quæ scirrhosis uitijs sunt affectæ,communia sunt. Ad eundem modum œdematum curatio,quam paulo ante memorauimus, comprehensis iam differentijs per particulas uariatur . Iis.n.quæ in præcordijs sunt,œdematis nemo frigidam ex pusca spongiam applicuerit:ueluti nec alijs, qui in his sunt,tumoribus. Iam quis absinthium oleo incoquens,genu unquam perfudit? Quis oculum,aut aliquid eorum,quæ intra os sunt,qualitercunq; affectum? At iecinori ægrotanti & lieni subinde cum maxima utilitate adhibetur . Docet id ipsum & experientia,quæ uim eorum euidenter indicat,non secus, quàm ratio. Nos tamen nunc hoc opere solam eam remediorum inuentionem,quæ methodo paritur, qualis nam sit,disserimus. In operibus de medicamentis ambas miscuimus, omnia medico cognoscenda esse rati,tum quæ solo inuenta sunt usu:tum quæ sola ratione:ad hæc tertio loco,quæ conferentibus ad inuentionem utrisque. Omnibus autem his ille solus commode utetur , qui in hac methodo est exercitatus .

E

Tumorum induratorum differentia, & qui proprie scirrhi appellentur, *Cap. 6.*

AC de phlegmone quidem scirrho & œdemate satis sunto , quæ hactenus sunt comprehensa, illo non omisso, quòd scirrhum nominamus tumorem durum, qui sine dolore est , non tamen omnino sine sensu . talis enim sanabilis non est . reliqui omnes, sicut ægrius sensilem ipsam partem affectam reddunt , ita omnino insensibilem non faciunt , utique si sensilis natura sit . Ligamenta nanque scimus insensilia esse. † [Quòd siquis eos dũtaxat tumores,qui & præter naturam sunt,& omnino insensiles,]. scirrhos appellandos censeat,reliquos non scirrhos,sed tumores scirrhosos, & se de nominibus litigare sciat:& nos,quoties cum eo disputabimus,ita quoq; affectum nominabimus. Siquidẽ is mos noster est,quibus quisq; nominibus delectatur,ijsdem in disputatione cum illo uti.

F

† Quod siquis dũtaxat tumores præter naturam , qui omnino sint insensiles ,

De inflationibus curandis , ac præsertim de Priapismo . *Cap. 7.*

NVnc tempestiuum est,ut de inflationibus disseramus:quibus diuersa ab œdematis curatio est. Illa nanq;,ceu diximus,ex pituitoso succo ortum habent . proinde prementibus nobis cedunt , digitique admodum alte in ipsa descendunt . Inflationes uero ex flatuoso spiritu collecto nascuntur , alias sub cute,alias sub membranis,quæ ossibus circundantur,aut musculos uiscerumve aliquod* includunt. Porrò colligitur aliquando non parum etiam in uentriculo & intestinis, itemq; in medio spatio horum & peritonæi. Differunt quoq; hæc ab œdematis,quòd & pressa digitis non retinent uestigium,& sonitum,ueluti tympanum, reddunt:Itemq; quòd in cauitate sensibili subinde continentur , atque hac non nunquam maxima.*Indicatio autem curationis omnium communis est,ut , quod præter naturam est , G uacuetur,in quocunque id contineatur : Propria uero post hanc communem est , ut tenuissimis & calidis potestate medicamentis. Atque in uentriculo quidem & uisceribus oleum, quod tenuium est partium,quodq; rutam habet incoctam, aut aliquod calidorum seminum, cuiusmodi sunt cumini , & apij, & petroselini,id præstabit : Aliquando uero & cucurbita magna bis terve sine incisione medio uentri affixa. Tanta uero ac taliter applicata etiam totum umbilicum comprehendet. At in artubus & musculis,qui sub cute,aut etiam membranis,quæ ossa uestiunt,inflatio orta,si citra dolorem sit, liquor aliquis tenuissimarum partium,cuiusmodi est lixiuium noua spongia exceptum,satisfecerit: sin dolor quoque urget,ungenda pars est oleo, quod relaxandi remittendiq; uim habeat. Incidunt porrò ex percussionibus eiusmodi affectus,ubi scilicet uel musculus,uel mẽbrana,quę os circuit,est contusa.Ac super membranam quidem,quæ os ambit,antedicta imponenda est spongia. Ad musculos uero (nanq; hi aliquando dolent)medicamentum,quod magis mitiget,est adhibendũ.Quo fit,ut ad hos solo lixiuio non utamur,sed immissa ei tum sapa,tum pauculo oleo. Satius autem fuerit in principio non addidisse lixiuiũ, sed sapa cum uino & exiguo aceto uti,ac, quod mediocre sit,olei adiicere:ubi mista sunt, modice excalfacere,ac lanam non lotam,quam œsyperon,id est succidam uocant, ipsis imbutam imponere.Quòd si eiusmodi lanæ facultas non sit,ipsius œsypus iniiciendus miscellæ supradictæ est . Quòd autem atticus H œsypus ceteris omnibus præstet,tametsi a me non dicatur,ipse scis . Quinetiam ceratum,quod ex œsypo componitur,medicamentum est omnibus notum. Vtuntur plurimi eo ad phlegmonas,quæ in præcordijs sunt. Ergo huius quoque aliquid, ubi œsypus præsto non est,recte inieceris.Debent enim contusi musculi leniri medicamento,cui mista facultas sit,quæ simul concoquat,digerat, & modice astringat:quando,si nihil habet adstrictionis,auget aliquãdo phlegmonas:ac maxime in ijs corporibus, quæ plethorica sunt. Ergo trium iam comprehensarum * indicationum in inflatis ex plaga quadam musculis memor,ubi dolor maior urget,mitigatiua magis ratione uteris:ubi abest,[†maiori ui instabis.] Maiorem uim intelligo,cum breui uia properatur ad finem. Porrò breuis uia fit per ea medicamenta, quæ ualentes habent uires:hæ maxime in lixiuio & aceto habentur,post hæc in uino. Quoties igitur de mitigando non laboras,horum plus in misturam coniicies. Rursus, ubi repellere studes , uini plus, quàm horum,immittes. Porrò id optimum in hunc usum fuerit,si nigrum austerumq; sit. At, si digerere males,lixiuij plus indes.Acetum uero si his miscebis,ad ambo erit utile propterea,quòd mistas (ut monstratũ est) habet facultates. Vbi uero musculus sine dolore est,licet sane in lixiuij penuria pro eo aphronitrum immittere.Esto autem id minime lapidosum,sed magis spumosum . Est uero , quod lapidosum est,durum & spissum , ac ægre liquabile , cum dictis liquoribus miscetur : Spumosum uero molle est & laxum,

A.l.1.f.2.d.5 c.9.p.86.l.

* περιέχουσι.

A.l.3.f.1.c.4. p.172.c.

† ἐγκαταινοτέρῳ τρόπῳ χρῶ.

A laxum, itemq; candidius, quam lapidosum. Hoc itaq; tum celerrime ab humore soluitur, tum iuuat maxime, utpote tenuium partium. Quæ uero huius generis inflationes neglectæ inueterarunt, primo quidem loco his ea, quæ ex lixiuio componuntur (ut prædictum est) adhibeas: secundo loco emplasticum aliquod. Dicam autem & horum exemplum. Strigmenta gymnasiorum feruefacta percola primum sic, ut pura sint: deinde rursum in cacabum immissis, calcem uiuam in farinæ speciem tunsam insperge ad luti usque crassitudinem. Salutare his est & medicamen, quod ex sycomoro componitur, aliaq; id genus. Nunc enim (ut dictum est) exempla tantum eorum medicamentorum scribo, quorum generalis facultas per medendi methodum inuenitur. Tanquam uero medicamentorum hoc loco ponũtur exempla, tum ut tota hæc methodus clarius intelligatur: tum ut magis nobis ad inueniendam materiam facultas suppetat: sic etiam & affectarum corporis particularum proponuntur. Statim enim affectus quidam est, quem iuniores Priapismum nuncuparunt propterea, quòd ijs, qui sic sunt affecti, etiam inuitis pudendum arrigitur. quod ubi uiderit quispiam, qui in his commentariis est exercitatus, protinus intelliget ex inflationum esse genere. Qui enim memoria tenuerit tum omnia, quæ in dissectione eius membri apparent, tum quæ de functione eius & usu in naturalibus libris sunt prodita, is nullo negocio intelliget, quòd cauernosus neruus, qui propriam colis substantiam constituit, halituoso

A.l.3.f.2.. c.1.36.f.

B spiritu impletus affectum hunc excitat. Porrò halituosum spiritum in animalis corpore ex succis, qui lentè sensimve excalfiant, nasci didicimus. Quippe, ubi tum insitus calor ualidus est, tum partis humiditas ad summum concocta, utiq; in tenuem halitum soluta insensibili trãspiratu in ambientem effluit. Contra, ubi uel ingenitus calor imbecillior est, uel naturalis humor tum semicoctus, tum crassus, tum glutinosus, ibi crassior excitatur halitus, quàm ut transpirare possit, ac potissimum sicubi particula ipsa densior est reddita. Non nunquam uero humor, qui in membro continetur, subfrigidus est, præterea crassus & glutinosus: auctior uero calor in halitus eum crassos resoluit. Quæ res profecto magnopere tibi ad curationem æstimanda discernendaq; est. Siquidem principium ambobus affectibus commune est, nempe totum prius corpus uacuare, † [modo id capax uacuationis sit. Dictum uero a nobis sæpe est de uacuantium auxiliorum facultate. Ea sunt missio sanguinis: & purgatio tum per ea medicamenta, quæ subter expellunt, tum per ea, quæ supra, siue ea uomitoria dicere mauis: præterea multa frictio, & omnis dimotio: itemq; balneum, potissimũ quod ex aquis sit digerentibus. Sed & acria medicamenta illita per halitum digerunt, omniaq; uno uerbo, quæ calfaciunt & siccant. Ex accidenti etiam uacuare indicauimus & cibi abstinentiam, potissimum ubi ambiens calet. Ergo, quicquid horum sustinere cubans aptissime potest, eo est uacuandus, imponendumq; ipsi laboranti particulæ medica-

A.ibidem c.35.p.699.

† ἐὰν δὲ ὅσον ἐνδέχεται κενῶσαι legunt antiqui codices, i. ea nimirum euacuatione, qua ipsum ferre possit.

C mentum, si ea calidior sit effecta, quod ad portionem caloris abundantis refrigeret. Sin aliter, inter initia quidem omnino, quod modice refrigeret: postea uero id necessum non est. Pari modo, & quæ circa lumbos sunt particulæ omnes, eiusdem facultatis medicamento sunt comprehendendæ: etiam reliquus uictus exhibendus, qui & flatui aduersetur, & siccet. Incidit uero uitium hoc non sane multis, sed iuuenibus magis, quàm alijs ætatibus: quo magis his sanguinis missio præcipue est salutaris, ceu nec ætate eorum eam recusante. Scio enim ipse quendam a me curatum tribus diebus, naturalem habitum recepisse, sanguine primum misso, dein medicamento hoc adhibito. Ceratum ex simplici rosaceo factum ita liquidum, sicut ad fracturas uti solemus, aqua frigida imbuens, ac simul cum ea subigens (nã æstatis initium erat) pudendo ac lumbis imposui: atque ita quidem hunc percuraui: simili modo & alium, qui post missum sanguinem humido medicamento, quod ex chamæmelo conficitur, est usus. Porrò istis etiam nymphææ aliquid potandum exhibeo, saltem in principio: mox* amerinæ semen: ac, si traxerit adhuc uitium, rutæ semen copiose comedendum. Est enim illud commune præceptum omnium ferme, quos uitiosus succus creat, morborũ, quòd in fine calfacientibus & siccantibus sit utẽdum: quippe hæc, quod reliquum humoris est, prorsus absumunt.

** τῆς ἀγνοῦ. i. uiticis.*

Quo pacto prætumida lingua laborans a Galeno curatus sit. Cap. 8.

D SAne linguam ita tumefactam cuidam uidimus, vt ore hominis contineri non posset. Huic nec uena unquam incisa fuerat, & sexagenarius iam erat: horaque diei fere decima erat, cum ad eum primum accessi & uidi. Ac uisus mihi est usitatis mihi pilulis, quæ ex aloe, scammonea, & colocynthide constant, uespere datis purgandus: ipsi tamen particulæ afflictæ suasi refrigerantium aliquid imponere, saltem in initio. Post enim, inquam, applicabimus, prout suadebit euentus. Verum id uni medicorum non placebat: ac propterea pilulas quidem sumpsit, de locali tamen remedio deliberatio in diem posterum est dilata: quo tempore etiam efficacius aliquid prę̃stiturum quicquid probatum fuisset, sperabatur, & purgato scilicet iam toto corpore, & humoribus ad inferna reuulsis. Ceterum ea nocte euidentissimum per quietem insomnium, nostrum hominĩ consilium approbauit, ac materiam ipsam medicamenti definiuit, lactucæ succo collui iubens: quo ille solo vsus, prorsus est sanatus, nullius alterius egens. Quòd autem in priapismo uomitorijs medicamentis potius, quàm subducentibus, sit utendum, in linguæ uitio contra, id ex partium situ indicari manifestum est. Nam auersionis in contrarium (quæ ab Hippocrate antispasis dicitur) non a substantia, sed a curandi membri positu, inuentio præstatur.

De Cancri ortu, & curatione. *Cap. 9.* E

IAm uero tempus monet, ut ad aliud tumorum genus transeamus, atque a re potius, quàm nomine, initium faciamus. Ea nanque est haud dubie uereq; scientifica doctrina. Quod igitur omnibus eius-
modi tumoribus succus aliquis influit, id in libro, quem de tumoribus præter naturam scripsimus, indi
catum est. Quod autem non idem in omnibus sit, ipse sensus euidenter docet, differentibus nimirũ ip-
sis tumoribus non colore modo, uerumetiam ijs, quæ ex calore, frigore, mollitie, duritieque spectãtur,
differentijs. Ac ruber quidem tumor euidenter subesse sanguinis indicat humorem: sicuti flauus & pal-
lidus persimilem ipsis bilem: subalbidus uero & laxus pituitam. Sunt autem & præter hos tumores qui
dam, qui colore sint inter rubrum & nigrum medio: cuiusmodi color fuscus est. Hunc, cum in cor-
poris partibus sæpe incidat, plurimi medicorum liuidum, græce Pelidnon uocant. Renixus autem his
quoque tumoribus ualens est: ac si uenas euidentiores membrum haberet, exaltatas eas a crasso & ni-
griore quodam modo sanguine, cuiusmodi per aluum aliquando non paucis hepaticorum excernitur,
uidere licebit. Suntque medici, qui mihi cum non absurde uidentur fæci, † [quę super uini dolijs hæret] † τῇ τοῦ οἴνου ὑποστάθμῃ. i. quæ in uinis
assimilare. Ergo hic humor, ubi amplius incaluerit aut propter putredinem, aut febrem phlegmono- subsidet.
dem, nigram efficit bilem, quam nullum animal, ne ipsi quidem mures gustauerint: terra quoq; raditur
ab ea: ac partes, quæ raduntur, omnes in altum attolluntur: uocaturque is effectus (ut Plato quodam lo F
co inquit) tum feruor, tum fermentatio. Est nanque is humor talis, quale esse acetum docuimus. Ex
quo ipso quoque si in terram effuderis, idem effectus uisitur. Quo minus alienum est, si ueteres eiusmo
di humorem acidum nominarunt æque, ut pallidæ bilis amarum. Sane non raro etiam in uomitionibus
talis apparet. Verum, sicuti paulo ante dixi, unum quoddam uitium esse proprium uerumque scirrhum,
qui præter alia etiam insensilis sit: reliquos tumores, qui uidelicet nondum sunt omnino insensiles, du-
pliciter esse a medicis uocatos, nempe uel scirrhos, propterea, quòd generis scirrhorum sunt, uel scir-
rhosos tumores, sic & in humoribus, quæ quidem haud dubie nigra est bilis, ea talis est, qualem modo
pinximus, certe acida, & terram fermenti ritu eleuans: tum omni animanti iniucunda. Quæ uero fieri
talis est idonea, hæc bifariam nuncupatur, uel melancholicus humor, uel nigra bilis, scilicet, qui sic eã
nominant, affirmaturis aliam esse nigram, quæ dum animal naturaliter se habet, quotidie gignitur: aliã A.l.2.f.1.d.4.
quæ ex ustione ac uelut assatione conflatur. Quod autem semper pręcipio, ut nominibus contemptis c.2.p.15.B C.
ipsam naturæ rerum scientiam exerceas, id nunc est faciẽdum, ac nominandum quidem, prout succur
ret, ceterum oratione sic interpretandum, quod quidam præter naturam tumores ex eiusmodi naturæ
succo proueniunt, cuiusmodi est fæx in uino, & amurca in oleo: & quod hi spatio temporis putrescente
humore propterea, quod in uasis sit impactus, exulcerantur. Ergo, sicuti reliqua omnia uitia plurimam G
habent particularem in maioris minorisque ratione differentiam, sic etiam hoc uitium habet. Quippe
phlegmones alia quidẽ admodum rubra est: alia paulo magis, quàm pro naturali habitu, rubra. At spe-
cies, siue genus, siue quomodolibet appelles, ambobus est idem. Nam & rubriores, quàm pro naturæ
modo, sunt, & dolor omnino cum ipsis est, qui ipse quoque magnam habet in excessu defectuque dif-
ferentiam. Ad eundem modum nec renixus nec cutis tensio omnibus est æqualis. Commune tamẽ eo
rum est, tum quod pars magis renititur, quàm ante, cum naturaliter se haberet: tum quod in tumorem
quendam attollitur, extenta scilicet attentaque eatenus cute, quatenus tumor assurrexit. Simili ratione
& uitium, quod modo describimus, alias confusa exiguaque, & quæ uulgum fortasse latere possint, af-
fert symptomata: alias ita uehementia & magna, & cunctis euidentia, ut ne puerum quidem clam sint.
Verum commune illud in omnibus particularibus, quod intelligentiam ad se trahit, unus id morbus es A.l.4.f.2.c.12.
se ostenditur, & unam sibi appellationẽ imponi cogit. At, ubi magna quidem omnia sunt, nemo de ap- c.15.p.254.F.
pellatione ambigit, sed nominant uno assensu omnes eiusmodi affectum Cancrum. Cum autem adhuc
incipit, nihil miri est, si uulgus lateat, non secus profecto, quàm stirpes quæ e terra iam exeunt: quando
hæ quoque peritis tantum agricolis agnoscuntur. Ergo, quænam cancro tum communis, tum propria
curationis Indicatio sit, opportune nunc dicetur. Communis igitur est, ut humorem, unde uitium est na H
tum, ilico uacues simili uacuationis genere, ei quæ in alijs tumoribus supra est comprehensa: Mox pro A.l.3.f.11.t.2
hibere, potissimum si fieri potest, ne de cetero eiusmodi succus in uenis colligatur: Sin id fieri nequit, c.6.p.517.A
saltem eum omnino ex interuallis uacuare, & simul particulam firmare, nequid humorum redundan-
tiæ ad eam confluat. Veluti ergo amaræ bilis humorem medicamento, quod eum humorem trahere sit
aptum, educimus, sic & melancholicum educemus uel simplicium aliquo, cuiusmodi est epithymum,
pondo drachmarum quatuor in sero lactis mulsave exhibitum: uel compositorum aliquo, cuiusmodi A. ibidẽ 854.
nostrum est, quod ex duobus & triginta simplicibus medicamentis est compositum. Sed horum mate
riam in alijs traditam habes. Hic autem, quæ ad propositam methodum proprie pertinent, dicamus.
Post nanque purgationem illud de omnibus eiusmodi affectibus prius est præceptum, quod uel retro
regerere humorem, qui in membro procubuit, oportet, uel ipsum digerere: præterea quod in principio
quidem tam in ipso purgationis tempore, quàm ante, id repellere: ubi iam totum corpus exquisite pur
gaueris, digerere. Vbi tamen mediocris tãtum purgatio præcessit, mistum esse, quod applicabitur phar
macum, ex repellente digerenteque facultate conueniet. Sane ad crassum humorem inutiles sunt tum
imbecillæ, eo, quod nullum operæpretium efficiant: tum ualentes, quod uehementer tenuiores, quæ in
uenis sunt, sanguinis partes uel digerant, uel retrudant: crassas uero & melancholicas, quas fæci assimi

laui-

A lauimus, nec euocent, nec repellant. Ergo, si his inter initia utere, utique minutus aperte tumor erit, ce terum, quod reliquum eius est, contumax ad soluendum reddetur. Quare mediocrium uirium medicamentis est opus: quæ nec propter imbecillitatem uincentur, nec propter effectus uehementiam ualenter sanguinem crassabunt: Ad hæc item, quæ omnino haud mordeant: quandoquidem uitij malignitas
A.ibid.154. ab ijs, quæ mordent, irritatur, ac, ut dici solet, efferatur. Propter hæc igitur, quæ uiribus quidem sunt mediocria, qualitate uero minime mordentia, eiusmodi affectibus sunt idonea. Materiæ uero copia, sicuti in libris de medicamentis est traditum, ex ustis elotisque metallicis habebitur. Quippe, quæ medicamenta ex his componuntur, unà cum purgationibus, ad sanandos incipientes cancros magnam uim habent. Maiores uero, sat fuerit, si his prohibeantur augeri. Prospicere uero, ut, qui iam sunt sanati, amplius nõ regenerẽtur, id artis de tuẽda sanitate est opus: cuius sane portio est ea, quæ de cibis præcipit. Ceterum, siquando cancrum per chirurgiam curare audebis, cœpisse quidem ab uacuando per purgationem melancholico humore oportebit. Vbi uero totum, quod uitiatum est, prorsus excideris sic, ut nulla supersit radix, sines effluere sanguinem, nec propere eum inhibebis: immo premendo potius, quæ circum sunt, uenas, exprimes ex his crassiorem sanguinem: mox alijs ulceribus similiter curabis.

B *De carbunculis & reliquis affectibus curandis, qui ulcere crustoso constant.* *Cap. 10.*

Est tamen & aliud uitium, quod ex humore crasso feruenteque nascitur. Incipit hoc plerunque a pustula: aliquando uero & sine hac. Ceterum inter initia, quibus hoc instat, scabunt particulã om-
A.l.4.f.3.t.1. c.9.p.241.C. nino: mox oritur pustula quædam: qua rupta, ulcus cum crusta gignitur. Sæpe uero nõ una oritur scabentibus pustula, sed multæ exiles, ueluti milij semina, crebræ in particula residentes; quibus per ruptis, similiter crustosum ulcus prouenit. In carbunculis uero, qui per Asiam populatim sunt crassati, etiam citra pustulas non nullis excoriata statim cutis est. Omnibus tamẽ, uti dixi, crustosum ulcus fit, modo crusta ipsa cineris colorem præferente, modo nigrorem. Omnibus præterea his circumposita caro in summam peruenit inflammationem, non tamen colore aspicitur erysipelatis, immo qui adhuc phlegmones colore sit nigrior: ueluti si plusculo rubro minus misceas nigri. Quòd autem necessario febricitent, qui ita sunt affecti, idque non minus, immo magis, quàm illi, quibus erysipelatosa est phlegmone, id utique latere neminẽ potest: Sed & incipiendã ab incisa uena curationẽ esse, id quoq; neminẽ latere arbitror, qui præsertim meminerit, quæ in curatione febriũ de sanguinis missione diximus. Nec illud obscurum, sanguinis uacuationem, quæ ad animi defectum usque sit adhibita, magis his etiam collaturã: nisi tamen aliud quippiam obstet ex ijs, quæ uenam incidi uetent. Imponi uero sibi laborãs particula, quod
A.ibid.242.e. C ad humorum inflammationem spectat, refrigerantia desiderat. Ceterum propter humoris crassitudinẽ atq; etiam malignitatem, nec fluxionem auertere unquam poteris: &, siquando id feceris, aliud quippiam, quod in alto sit corpore, offendes. Atqui nec affluere is permittendus est: quin potius inquirẽda remedia sunt, quæ cum modice reprimendo etiam digerere possint. Tale profecto est tum cataplasma,
Arnoglosso. quod ex plantagine conficitur: tum quod ex cocta lente, scilicet miscentibus his nobis micam panis teneram, qui clibano sit coctus. Esto autem panis nec omnino a furfure purus, nec nimium eius habẽs. Siquidem, qui omnino purus est, eius substãtia in cutis meatibus hẽrere est apta: Emplasticoterõ Grẹci uocant: Furfuraceus autem crassiorum est partium. Super ipsum uero ulcus, ualens aliquod imponendum est medicamentum: cuiusmodi est Andronis, Pasionis, uel Polyidæ: liquarique id cũ uino aliquo dulci ad sordium crassitudinem debebit. Porrò commodissima ad hunc usum uina sunt tum theræum, tum scybelites. In quorum inopia sapa utendum, quæ apud nos Hepsema dicitur. Quæ autem pharmaca reliquis adhiberi ulceribus solent, nempe quæ concoquant & pus moueant, ea nunc adhibenda nõ
A.ibid.242.d. sunt: quando ita putredinem particulæ auxeris. Quinetiam scarificare eiusmodi tumores post sanguinis missionem alienum non sit. Sunto autem incisiones mediocribus altiores propter infestantis humoris crassitudinem. Cessante uero iam inflammatione ulcus ad cicatricem similiter reliquis ulceribus perdu
D ces. Atq; hactenus de carbunculis dixisse sat arbitror.

De strumis, quas chœradas dicunt. *Cap. 11.*

Deinceps de reliquis agam tumoribus, orsus a strumis, Chœradas Græci uocant. Existunt hæ glãdulis in scirrhosum affectum mutatis. Estq; curatio earũ, quod ad ipsum attinet uitiũ, ijs scirrhis, qui in alijs partibus nascuntur, communis. Ceterum, quod ad ipsius partis naturã spectat, in quibusdã glandulis alias geminas curationis* indicationes adijciũt. Præstiterit fortassis hoc loco de nominibus
A.l.4.f.3.t.2. c.9.p.252.b aliquid clarioris doctrinæ gratia distinxisse. Quippe glandulæ, quæ, quod in medio uasorum in diuersas partes diductorũ habetur, implent, eiusq; diductionis pro firmamẽto sunt, earũ haud magnus usus animãtibus est: sed ex abũdantiore prouidentia, sicut alia quædam, sic has quoq; glãdulas natura fabricauit. Earum uero, quæ uel saliuam, uel lac, uel genitale semẽ; ad hæc quæ pituitosum quendam humorẽ in mesenterio, uel faucibus, uel larynge, generãt, earum maior est usus. Atq; aliqui has nõ glãdulas, sed glãdulosa uocãt corpora, ut quæ non paulo q̃ reliquæ glandulæ, & rariore sint & magis spongiosa substantia: quinetiã in has tum arteriæ, tum uenæ sensibiles perueniũt. Atq; hæ quidem, cum in scirrhoso sunt affectu, non aliter, quàm ceteræ omnes partes, sunt sanandæ. At quæ in medio uasorum spatio consistunt, in ijs alia curationis* indicatio præstatur: qua simul cum uitio etiã pars ipsa tollitur. Est uero duplex ea quoq;, nempe uel totum, quod uitiatum est, scalpello excidentibus nobis, ueluti in cãcro; uel

putre-

putrescere id medicamento cogentibus. Porrò, quæ eiusmodi medicamentorum materia sit, id in opere de medicamentis est proditum. [E]

De abscessibus, quæ apostemata dicuntur. Cap. 12.

A l.4.f.3.n.1. c.10.p.845.b.

MIhi uero tempestiuum est de alijs tumoribus docere. Quorum se primum abscessus offert: Apostema id græce dicitur. Huius duplex item genus est: Vnum, cum phlegmone in pus uersa pus ipsum tanquam in sinu aliquo est collectum: Alterum, cum nulla præcedente phlegmone humor aliquis statim ab initio, isq; alias specie alius, ceterum omnino actis, in parte aliqua colligitur: porrò excoriat hic circumposita corpora, spatium uidelicet sibi moliens uel inter duas tunicas, uel sub certis membranis. Excoriat autem omnino ipsa copia distendens: interim uero acrimoniam quandam putredinosam tempore contrahens. Sane inueniuntur in huiusmodi abscessibus, cum scalpello sunt diuisi, proprietates quædam non paucæ, nec humorum modo, sed etiam solidorum quorundam corporū. Siquidem unguium, pilorum, ossium, testarum, lapidum, & pori fragmentorum similia inuenta in his corpora quædam sunt. Ac humorum ipsorum alius, ueluti lutum, uel cœnum, uel olei quidam limus, uel uini fæx: alius adeo grauiter olens, ut omnes auersentur. Verum hæc rarius incidunt. Frequentissima uero huius morbi sunt tria genera: quorum singula propriam appellationem græce sunt sortita. Ea sunt, Atheroma, Steatoma, & Meliceris, a similitudine contentarum in tumoribus substantiarum dicta. [F] Est enim aliud eorum ueluti seuum, aliud ueluti mel, aliud pulticulæ, quam Atheran uocant, simile. Curationis uero eorum *indicationes sunt communes, nempe id, quod continetur, uel digerere, uel totum putre reddere, uel excidere. Aliqui igitur eiusmodi tumorum triplicem curationis rationem admittunt, quotquot scilicet ex tenuiore humore constant, ut meliceris: Aliqui duplicem tantum, ueluti atheroma, quippe, quod tum excidere, tum putrefacere licet: Steatoma uero sola manuum opera curatur, cum nec putrefieri possit, nec digeri. In ijs uero abscessibus, qui in alto corporis consistunt, ac potissimum in uisceribus, medicamenta, quæ ex aromatis cōponuntur, maxime sunt utilia, utpote quorum uis collectum humorem tum in halitum resoluat, tum digerat. Sunt profecto & alia eius generis non pauca, quorum laudatissima sunt tum antidotus, quæ ex uiperis componitur (Theriacen uocant) tum, quæ Athanasia uocatur, tum Ambrosia: atq; hæc quidem sumptuosa: uiliorum sane optimum est nostrum, quod ex cretica calamintha est compositum. Omnia uero id genus in opere de medicamentis colligemus: quod, uti paulo ante diximus, satius arbitror ijs tribus, quæ supra memoraui, quo nihil desit, subijcere.

De tumoribus, qui toto genere præter naturam sunt, ac de optima curandi uia. Cap. 13.

QVoniam uero eorum, quæ per chirurgiam fiunt, curationis * indicationes aliquid commune habent, aliquid proprium, satius nobis uisum est ea non distrahere, sed uniuersa in calce huius operis apponere. [G] Nunc porrò tantulum etiam de tumoribus, qui præter naturam consistunt, est adijciendum, quòd, quicunq; ex his toto genere præter naturam sunt, ij sui ablationem indicent, communiori scilicet *indicationi, quæ per omnia, quæ totis substantijs a naturæ habitu recesserunt, extenditur, subiecti: ueluti in steatomatis & atheromatis habet. Huius certe generis est & quæ Myrmecia græce uocatur, & quæ Acrochordon, præterea in uesica calculus, & hypochyma, & in mulieribus molæ in utero gestatio: ita uero appellant informem carnem. Omnia nanq; talia summouere in totum properamus. Quorum uero etiam locus ipse affectus una quæpiam *naturalium partium est, prima *indicatio est, ut affectus sanetur. Secunda ab hac, si insanabilis is sit, vt unà cum uitio pars quoq; ipsa excidatur: sicut in cancro & omnibus ulceribus, quæ curationem respuunt. E contrario uero in suffusione, quod Hypochyma uocant, † [uicti in prima indicatione,] ad alium eam locum, qui minoris sit momenti, transferimus. Non desunt, qui hæc quoque uacuare sint aggressi: sicut in ijs, quæ chirurgia tractantur, dicam. Nunc illud dixisse sufficier, quòd humor, qui in hydrocelis uisitur, alienus a corporis substantia tota natura sit, sicut etiam, quæ in ascitis hydropibus continetur aqua. Quarum certe uacuationem uel medicamentis, quæ digerant, molimur, uel chirurgia: in hydrocele quidem immisso siphone: [H] in hydropibus uero adhibita punctione, quam paracentesin uocant. Porrò exciditur unà cum affectu ipso, ueluti in ijs, quæ ante comprehensa sunt, etiam pars affecta: ita & in herniosis aliquid peritonæi. Pari modo & columella aliquando unà cum uitio ipso exciditur. Itidemq; in cruribus & testiculis, vnà cum uaricibus ipsæ uenæ. Ad hæc, tunica in naso cum polypo, & foratus dens cum foramine: uerum ex his nullum est, quod ad naturalem habitum possit reduci. In columella uero id omnino est conandum, nec properandum ad eam excidendam, sed, quando gracilis est, & ad lori tenuitatem redacta, tum est auferenda. Porrò talem eam reddet longius tempus: at, qualem Hippocrates in præsagijs descripsit, paucorum dierum numerus. æque uero & cetera, quæ in magnitudine naturalem habitū excesserunt: in quibus annumeranda sunt omnia, quibus supercreuit caro, & encanthides, & qui in sede thymi dicuntur. Sunt ex istiusmodi *ulceribus, & quæ ambigua sint specie, ueluti cicatrices, quæ supra circumpositam cutim multum extant: item, quæ in oculis sunt, pterygia. Curationis tamē eorum *indicatio manifesta est. Siquidem talia omnia amouere oportebit: atque id semper agere, ut rationibus, quibus id fiat, pensitatis optimam semper earum deligas. Sane optimæ rationes tripliciter iudicantur, tum ex temporis curandi breuitate: tum ex curando citra dolorem: tum ex maxime tuto curando. Rursus, ut tuto cures, tria propria sunt, quibus intentus sis, oportet: Vnum primumq;, ut omnino absolutionem

*τῶν κατὰ φύσιν. i. earū quæ secundum naturam sunt.

*Non est in antiquis.

A nem operis consequaris: Alterum, ut, sicubi hunc non consequaris, saltem cubantem non lædas: Tertium, vt uitium non facile reuertatur. His considerationibus si optimam curationis uiam iudicaueris, inuenietur in omnibus, quæ nunc proposuimus, qñ potius chirurgiæ, & qñ potius medicamentorum ope sit curandũ. At chirurgiæ quidem studium in ijs præsertim, quæ nunc sunt proposita, ad interẽptionem eorum festinat: ut quæ, quod in animalis corpore toto genere præter naturam habetur, id prorsus tollendum sibi proponat. Quod si perficere nequeat, proximum illud consilium habet, ut uitium transferat, ueluti in hypochymatis. Quod uero ex medicamentis petitur, primum huc tendit, ut, quod præter naturam est, tum uacuet, tum digerat. quod si per membri naturam, aut etiam uitij rebellionem fieri non licet: ut id tum in pus uertat, tum putrefaciat, hoc uero secundo loco destinat. Quippe ita in columellæ uitio facimus: primum scilicet ad naturalem habitum eam reuocare tentantes: id si consequi nõ est, prorsus amputantes, idq; uel chirurgiæ opera, uel per caustica medicamenta. Verum medicamẽta, melius est, in tractationem de ijs differamus: (quandoquidem tribus iam proditis, aliam quoq; quartã adijciendam statuimus) ac chirurgiam in calce huius operis apponamus.

Al.3.f.9.c.15 p.473.a.b.

Quæ secundum naturam, quæ præter naturam proprie in nobis dicantur. Cap. 14.

B NOn est igitur, quòd in his amplius immoremur: sed transeundum ad ea, quæ similem ijs, quæ comprehensa sunt, curationem desiderant. Ea sunt, tum quæ in numero & magnitudine conuenientem modum excedunt: tum quæ in ambobus ijs deficiunt. Dixi hoc loco conuenientem: quòd si conferentem, uel conducentem, uel secundum naturam, uel utilem alibi usurpauero, eadem sermonis uis erit. Ac dictum quidem de his est alibi latius. Ceterum redigere in memoriam summatim omnia, etiã hoc loco alienum non fuerit. Omnium ergo, quæ in corpore habentur, primum, cuius maxime indigemus, est ipsa particularum minime impedita functio. Hanc uero, quia possidemus natura, idcirco publice dicimus expetere nos secundum naturam agere. Et, quia hoc ipsum cum eo, quod est secundum naturam, [uel naturaliter se habere,] est coniunctum, merito profecto nihil interesse arbitramur, secũdum naturam habere, an secundum naturam agere dicamus. Quin & sine additione interim græce dicimus expetere nos τὸ κατὰ φύσιν, vtiq; subaudito in dictione, uel habere, uel agere, uel ambobus. [Latinitas propter articuli fortassis inopiam, ea figura destituitur.] Atque hæc quidem causa est, cur medicis recte usurpata uox hæc. Secundum naturam, fit de omnibus, quę in corpore ex sententia nostra esse cupimus. Scire autem licet in ijs, quibus natura *deficit, nec primum, nec propter seipsum, secundum naturam a nobis expeti, sed † [propter actionem,] & ex accidente. Siquidem sextus digitus non nullis ab ipso statim ortu est congenitus, & quintus defecit: & alia quædam similia, aliqua in numero, ali
C qua in legitima quantitate uitiosa. Ac, siquidem hæc plurimum, recta uero rara fierent, contra, quàm nunc, de naturæ operibus statueremus, utique non tuentes ut nunc, sed auferentes ea. Hæc ratio memoria tua nunquam excidat, cum sit ad nominum usum utilis, quæ tum fallere incõsideratos possunt, tum discordiæ phantasiam excitare, sicubi alter dicat totum, quod præter naturam est, esse tollendum: alter, quod nocet, aut inutile est, aut incommodat actioni.

* … i. secundario.

De ijs, quæ in magnitudine, & numero excedunt uel deficiunt, de primum de curandis ijs, qui obesitate & corpulentia onerantur. Cap. 15.

ERgo denuo repetentes, de rebus loquamur, quando de nominibus est nobis definitum, hinc orsi. Coniuncta comprehensis iam morbis sunt ea, quæ uel magnitudine, uel numero, a debito naturę modo sunt aliena: in quibus amputare quidem conueniet, quod magnitudine, uel numero redundat, reficere autem & fingere, quod desit: vbi uidelicet fieri id licet. Quintum nanq; digitum, aut tale aliud membrum medico certe gignere non licet, sed unius naturæ opus sunt omnia talia. Verum in totum tollere, quod numero redundat, aut præcidere aliquid eius, quod magnitudine modum excessit, hæc nobis quoque licent. Siquidem ex medici officijs unum est, nec id leuissimum, ubi in corpulentia eo deuenit corpus, ut nec ingredi sine molestia, nec sedem propter uentris molem contingere, sed
D nec respirare libere possit, hanc liquare ac tollere, † [æque nimirum, ut, cum corpus ali desinit, (Atrophian Græci uocant) quod genus, quos uomica male habet, patiuntur,] huic quoque reficiendo prospicere. Sæpe autem euenit, ut non totum corpus, sed una quæpiam pars ex atrophia tabescat: quam scilicet uel neruorum resolutio, uel ipsius partis intemperamentum præcessit. Opportuneq; iam de curatione horum considerabimus, orsi ab ijs, qui corpulentia nimium onerantur. Ostensum uero in libris est, qui de temperamentis sunt inscripti, quòd calidior sicciorque temperies exile corpus reddit. Ergo id agendum, ut nimium obesi corporis temperamentum tale esse faciamus, si modo ad debitum modum redibit. Sane docuimus tum in illo opere, tum nihilo secius in opere de tuẽda sanitate, quòd acuta exercitatio, & tenuans uictus, & id genus medicamenta, & animi cogitatio temperamentum totum non solum calidius, sed etiam siccius, ac propterea corpus exilius reddunt. Igitur in exercitationibus celerrimus cursus est idoneus. Tenuantis uero uictus materia seorsum singulari libro est prodita. Quòd si medicamenta tenuantia quoq; requirant, etiam hæc in operibus, quæ de medicamentis cõscripsimus, sunt edita: quanquam referentur eorum nunc quoq;, quæ sunt efficacissima: quibus, ubi demere nimiam obesitatem studes, utaris, suadeo. Ergo, quæ ad articularia uitia quidẽ exhibere solent, quæ scilicet ualentem incidendi facultatem habent, ijs tu quoq;, cum nimiam obesitatem curabis, utitor. Sunt porrò talia, rutæ semẽn, præsertimq; syluestris, unà cũ ipsis corymbis, & aristolochia rotunda,

† æque nimirum, ut cum corpus in ea redditur atrophia, qualem ii, qui phthoe detinentur, patiuntur.

& minus centaurium, & gentiana, & polium: præterea ex urinam cientibus, ea, quæ pollentes habẽt B uires, ueluti petroselinum. Vnumquodq; enim talium, tum ipsum per se, tum uero alijs mista, uniuersa & extenuare potenter succos, & uacuare sunt habilia, partim quidem sensibiliter per urinas, partim per insensibilem transpiratum: sed & sal, quod ex combustis fit uiperis, potenter extenuat. Multique cum uel graciliores, uel mediocris habitudinis essent, ex eiusmodi medicamentorum potione perierunt, sanguine ipsorum excocto. Ruerant autem ad ea propterea, quòd liberatos aliquos articularijs uitijs uiderant, minime scilicet æstimantes, quòd temperies eorum, qui sanati fuerant, humidior pituitosiorq; erat, qualis nimirum obesorum est. In quibus eiusmodi medicamentorum securus est usus. Ipse nanq; iuuenem quendam quadraginta circiter annos natum, oppidoq; obesum percuraui, usus tum antidoto, quæ aduersus articularia uitia est composita, tum sale theriaco, ipsaq; theriace, ac reliquo extenuanti uictu, & pro exercitatione cursu ueloci. Porrò præparaui hominem ad cursum, perfricando primum linteis asperis, quoad cutis ruberet: dein statim cum oleo, quod in se digerens aliquod medicamentum habebat. quo etiam post cursum rursus utebar. Talia medicamenta sunt, tum syluestris cucurbitæ radix, tum althæa, tum gentiana, tum aristolochia, tum panacis radix, tum polium, tum centaurium. Per hyemem uero etiam a balneo iam dicto oleo hominem re unxisse profuerit. Verum cibum exhibere non statim a balneo, sed interposito somno conueniet. Quòd si uelit etiã F rursus ante cibum lauari, permittes. Magis etiam ad rem pertinebit, si aquæ ipsi digerendi facultas insit. Ac, si quidem talem aliquam sponte natam habemus, ipsa utemur: cuiusmodi in Lesbo uisitur, a Mitylene stadijs quadraginta: sin minus, ipsi similem aliquam moliemur. Est porrò ea, quæ in Mitylene conspicitur, & uiribus & colore talis, qualis utiq; fiat, si quis florem salis aquæ marinæ misceat. Hæc ipsa aqua etiam hydropicis, & reliquis tumefactis idonea est, utpote ualenter desiccans, ita pro fecto, ut præpinguibus: ac præcipue si quis ipsos cogat in ea celerrime natare, nec post largam lauationem protinus esse, bibereve, sed somno interposito, aut omnino saltem quiete. Sane illud est sciendum, atq; ab eo, qui obesitatem curat, prædicendum, quòd aliquando ex multo simul obito motu, & febri hominem tentari est credibile: & quòd febris ad rem propositam non aliena erit utiq;, si medicus recte omnia faciat. Etenim perspicuum est, ubi ex lassitudine febricitarint, qui ita curantur, quòd sopita eorum febre, rursus ad eandem curationis formulam redibimus. Sane fugere in ijs curandis cõueniet & uina, quæ multum nutriunt, cuius generis crassa sunt: uti uero uel aquosis, id est colore albis, & consistentia tenuibus, uel quibus mare est admistum. A. l. 1. f. 3. d. 2. c. 8. p. 110. D

De reficiendis corporibus extenuatis, ac restituendis particulis, quæ deficiunt. Cap. 16.

AT, ubi eos, qui extenuati sunt, reficere in animo est, ijs uinum exhibebimus crassum: cibum G uero, qui succum efficiat crassum: exercitationes paucas, frictionem mediocrem: ac, ut summa complectar, omnia iam comprehensis contraria moliemur. His uero etiam picari commodum est, † [idq; tertio aut quarto quoq; die,] Quippe id ad carnem instaurandam, egregium medicamentum est adeo, ut si quod singulare membrum hoc uitio laborat, id hoc præsidio restituatur. Ac nobis quidẽ in omnibus ferme hoc unum satisfecerit, siquidem humectat & calefacit, sanguinis multitudine accita. Ergo nec assidue id ægrotanti corpori admouere conueniet, nec, cum conueniet, sæpe illinere, uerum in hyeme bis, in æstate semel id fecisse est satis. Quibus uero a natali die gracilia sunt membra quædam, ijs etiam mangones puerorum hoc ipso præsidio succurrunt, unà cum certa percussione, quã græce Epicrusin uocant. Est porrò & illius mediocritas quædam, ut scilicet nec plus iusto, nec minus fiat. Ea talis est. Ferulas paruas ac leues modice illitas, gracilibus partibus incutiunt, donec modice attollantur: quippe in hoc summa rei est: ueluti Hippocrates de perfusione aquæ calidæ dixit. Primũ quidem pars intumescit, post gracilescit. Ergo, quibuscunq; particulis bonã habitudinẽ reddere studemus, has & fricare, & perfundere, & percutere, & picare oportebit tantisper, dum intumescãt: hoc ubi factum est, protinus desistere prius, quàm digeri cœperint. Etenim, quæ calefaciunt omnia, sicuti attrahere, ita etiam digerere sunt apta. Si ergo perstes, dum, quod attractum est, digestum sit, ope- H ram luseris. Ad hunc modum mango quidam proxime nates pueri † [fame consumptas,] breui auxit percussu mediocri quotidie usus, aut saltem alternis diebus: item moderata picatione. Ceterum, quibus totum corpus est extenuatum, ijs lauari quoq; post cibum est idoneum. Veluti autem metus erat, ne tenuantibus auxilijs febris succederet, corpore scilicet immodice per hæc calefacto, sic ijs, qui a cibo lauantur, timendum est, ne sibi iecur obstruatur, potissimum propter ciborum speciem: quippe cũ aliter quoq; obstruere soleant, quæ succum crassum gignunt, si quis his liberalius utatur. Vbi igitur alias id efficere solent, multo profecto promptius idem post balneum facient. Incidit tamen ex tali uictu diutius exhibito, etiam calculi in renibus generatio: quod uitium cut omnibus non contingat, satis patet. Quippe incredibile non est quibusdam uel densos admodum esse renes, uel perangusta uenarum in iecinore ora: quibusdam contra esse habita. Horumq; dignotio nulla plane certa est: sed percontandum assidue ab eo, qui iam dicto modo est cibatus, num quis illi grauitatis sensus in dextris præcordijs & circa * renes sit. Quòd si quid tale aliquando senserit, protinus cappari ex oxymelite in principio cibationis, donec constiterit grauitas, dabitur. Ad membra uero, quæ ægre reficiebantur, ac plusculũ iam refrigerata erant, usus aliquando & thapsia sum, alias ea ex melle membrum illiniens, alias & ex cerato. Siquidem attrahit ea quoque partibus, quibus superposita fuerit, sanguinis copiam.

A. l. 1. f. 3. d. 2. c. 11. p. 122. d

† δι' ἡμερῶν ἢ τριῶν ἢ τεττάρων. i. idque trium uel quatuor dierum spatio.

† In impressis codicibus & in plerisque manuscriptis græcis legitur ὑπολέπτου. i. gracilioris: in aliquibus autem ut Linacer uertit. ὑπὸ λιμοῦ συντετηκότος. i. fame consumpti.

* ψόας. i. lumborũ carnes.

Quibus

A Quibus autem exiguum aliquid pudendi præputio de naturali deest quantitate, ijs non raro citra thapsian sola tensione debitum modum reddidi, * membranulam mollem firmamq;, cuti gummi illitæ circumuoluens. Satis autem constat, quòd etiã membranulæ finem † [parti subiectæ] agglutinari gummi oportebit. Siquidem & ficcatur cito, & sine dolore adstringit. Porrò cuti præputij ex interna parte rotundum aliquid ae mediocre supponi prius oportebit, quod uidelicet postea, quàm agglutinata membranula est, facile eximas. Eorum uero, qui thapsia præputium adducunt, quidam rotundum id e plumbo fecerunt, ueluti solenarium quoddam: mox illi extrinsecus præputij cutim circumtendunt, ac molli loro deligant. Fueritq; & id non nunquam utile, utiq; quibus multa desit cutis: Quibus autẽ exiguum est, quod deest, ijs (ut comprehensum est) sola * membranula circundata sufficiat. ubi autẽ circundabitur cuti, & agglutinabitur, subtus imponi solenarium prius oportebit. Ego uero, cum nihil horum præsto est, modicum chartæ inuoluens, immittere pro fulcimento præputij soleo, ut postea, cum plane coaluit, quod foris est circundatum, exempto, quod fulciuerat, facile meiat is, qui curatur. Constat uero hoc quoq; uitium ex eo morborum esse genere, quod naturalem magnitudinẽ est egressum, alias putrescente præputio incidens: alias ab ipso ortu minore, quàm par erat, congenito. Subijcitur autẽ duplici chirurgiæ rationi, interim in superna pudendi parte circulo incisa cute,

B quo uidelicet eius unitate soluta, eatenus deorsum trahatur, quoad glandem cooperiat: Interim uero scalpro ex interna parte, qua glandis initium est, exeoriata, mox deorsum tracta, ac deinde (ut supra comprehensum est) molli quopiam deligata. Dicemus autem & de eiusmodi rationibus in sermonis progressu æque profectò, ut de curtis id genus, quę Colobomata Græci appellant. Quippe ita uocãt, quæ in labijs, aut narium alis, aut aure deficiunt. Nam methodo quadam curantur hæc quoq;, primũ quidem exeoriata utrinq; cute, deinde adductis coniunctisq; inter se cutium oris, ac utriusq;, quod callosum est, detracto, mox, quæ reliqua sunt, adsutis atq; agglutinatis. Eiusdem generis sunt, & quas in maiore oculi angulo Rhoeadas græce uocant, utiq; uel impensius minuto, uel prorsus perdito ipso angulo. At prorsus quidem perdito eo, omnino insanabile relinquitur uitium: Minuto uero, ijs quę modice adstringunt, curatur, si tamen totum corpus primum ante purgaueris, dein caput. Sunt mediocriter adstringentia medicamenta, & quæ e glaucio componuntur & croco, & quæ nardina uocantur: & in primis, quæ ex uino sunt confecta. Vt uero summa complectar, quibus perit aliquid substantiæ, maxime quidem id agendum, ut ei quàm simillimam faciendam curemus: si id fieri nequit saltem aliquid, quod eundem præstet usum, machinabimur. Erit autem profectò & id eatenus simile. Etenim, cum ossis tibiæ sæpe excidere portionem magnam cogimur, ad alteram loco eius substantiã

C producendam, carnem gignentibus medicamentis naturam ipsam prouocamus. Quæ utiq; inter initia uelut dura est caro: postmodum calli durioris firmitudinem accipit: ac temporis spatio roborata, ad ingressum, ossis loco, fit habilis. Quinetiam, ubi internodia digitorum excidimus, in excisorum loco alteram, qualem prædiximus, naturam prouenire cernimus. Quòd autem uenas quoq; sensibiles generatas aliquando uidimus, prius est dictum: uerum has non tam similes ijs, quæ prius perierant, quàm easdem renasci dixeris: ueluti in cauis ulceribus carnem. Cicatrix uero, quæ in hac calli modo durata gignitur, ea cuti quidem est quàm simillima, cutis tamen non est: quando & densior ea uisu tactuq; sentitur: & ratione ex eo, quod pilos non edit, intelligitur. Hæc igitur si præsto tibi ad manũ semper erunt, quæ tibi in curationibus peragenda sint, minime requires.

De reliquis curandis affectibus, qui ad prædicta genera referuntur. Cap. 17.

Mihi uero iam tempestiuum est ad alia morborum genera transire, sed quibus est cum supra comprehensis societas. Ergo serpens ulcus, qui Herpes græce dicitur, is eiusdem est generis cum exulcerato erysipelate: Ramex uero, quam Sarcocelen uocant, cum scirrhis. At uitia, quæ Ophiasin, Alopecian, & Ptilosin appellant, ex eo sunt morborũ genere, in quibus naturale aliquid est amissum, æque nimirum, ut myrmecia eorum est, quæ toto genere sunt præter naturam. Porrò triplex omnium

D horum est differentia. Quædam nanq; ex mutatione consistunt solidarum partium: sicut myrmecia, & leuce, & uitiligo, [& ossis caries, quam sphacelon uocant,] & elephas, & scabies, & lepra. Quedã, cum prius omnino non fuerint, postmodum sunt orta: ueluti meliceris, & atheromata, & steatomata: atq; alio modo helminthes, & ascarides, & ceria: (ita enim uocant longam latamq; helmintha) omniaq;, quæ supra diximus in abscessibus quibusdam, callosę substantię, aut lapillis, aut ossibus, aut pilis, aut alijs quibusdam id genus similia inueniri. Itaq; attentum esse semper oportet in omnibus, quæ præter naturam habentur, atque diligenter aduertere, ex quo ea genere sint: si modo illud rectè a nobis dictum est, primam faciendorum indicationem, unde ad omnia, quæ deinceps sunt administranda, initium capietur, a genere ipso sumi. Herpetas nanq; biliosus procreat succus: quo fit, ut eatenus eiusdem sit cum erysipelate generis, atq; huius quoq; magis etiam cum eo, quod exulceratum est. Differt autem ab erysipelate humoris tenuitate. Est enim admodum tenuis, qui herpetem excitat, adeo profectò, ut non solum omnes interiores partes, quæ utiq; carnosæ substantia sunt, transeat, sed etiã cutim ipsam ad summã usq; cuticulam (Epidermida Græci uocant,) quam solam propterea, quòd ab ea remoratur, tum erodit, tũ exedit: quando, si hanc quoq; sudoris uice transiret, haudquaquã ulcus excitaret. Quippe id ulcerũ, quę ex mordente humore oriuntur, quę nimirum spontanea uocant, commune est, ꝙ humor, qui ea facit, sistitur in exitu ac tardat. Porrò ex eo, ꝙ alter humor altero sit tenuior

 crassiorve

crassiorve, ulcerum differentiæ, quæ ex profunditate spectantur, proueniunt. Huius certe generis est, E
& quæ Phagedæna Græce dicitur, & exulcerati cancri. Quorum omnium communis curatio est, ut in-
hibeatur primum humoris confluxio, post sanetur ulcus. Propria uero cuiusq; tum ex membri inue-
nitur natura, tum ex humoribus nó solum specie, sed etiam quantitate. At tenuissimus quidem in eius-
modi humoribus est is, qui exulceratum herpetem excitat: crassissimus, qui cancrum: proximum ab
his locum occupat, quod ad crassitudinem attinet, qui phagedænas creat. Harum species quædam A.l.4 f.3.T.
sunt, quæ Chironia ac Telephia græce dicuntur. Iam aliæ quædam eiusmodi appellationes sunt, sed 1.c.7.p.841.
inutiles & superuacuæ. Siquidem ad curationem pernosci oportet humoris tum copiam, tum crassi- A
tudinis tenuitatisq; eius modum, tum potentiam: ueluti statim in herpete, quoniam humor tenuis
est, (ut qui ex genere flauæ sit bilis) ubi summam cuticulam in transitu perrupit, utique, cum dige-
stus is est, permittit cicatricem ulceri induci. Itaque, siquis toto prius corpore purgato, mox, quæ
influentem humorem reprimant regerantq;, medicamentis utatur, iam herpetem curauerit. Sin neu-
trum horum fecerit, sed tantum ea, quæ cicatricem inducunt, adhibuerit, utiq; exulceratam cuticu-
lam ita sanauerit: proximæ tamen illi, quo minus exulceretur, non consuluerit. Postmodum uero illa
quoq; cicatrice inclusa, quæ ipsi continua est, exulceratur: idq; longo spatio, ceu serpente malo ipso,
fit, donec humor, qui id facit, sit uacuatus. Etenim Romæ mulier quædam illustris, cum herpetem in F
malleolo haberet, primum quidem medicamento, quod algam recipit, est usa. Hoc cum protinus
cicatrix induceretur, proxima illi summa cutis est excoriata, ueluti ex desquammatis. Cui cum dein-
de superpositum medicamentum est, rursus illi continua est exulcerata. Idq; ita assidue perrexit, do-
nec ad genu exulceratio perueniret: cum interim quiduis potius pati, quàm medicamento, quod bi-
lem traheret, purgari parata esset. Itaq; etiam (quod fieri in talibus assueuit, quoniam pleriq; culpant
non culpanda) damnato ex alga medicamento aliud admoueri iussit. Deinceps igitur, quod ex san-
dice componitur, utebamur. Vt uero id quoq;, quod exulceratum iam fuerat, sanauit: quod uero
nunc exulcerabatur, non inhibuit, sed iam ad bubones usque uitium ascenderat, ipsa necessitate coa-
cta, serum se lactis sumpturam annuit. Immittentes igitur clanculum minimum scammoniæ, inuitam
purgauimus, ac sanauimus. Ergo, cuius gratia hæc dicta sint, denuo repetamus. Post, quàm commu
nem omnium, quæ sub eodem genere uitiorum sunt,* indicationem acceperis, utiq; non hanc in par-
ticularibus exequeris, sed reduces semper ad differentiam, quæ tum affectibus, tum ipsorum causis sit
accommoda: sicuti de spontaneis ostensum est ulceribus. Vacuabis nanq; eum, qui redundat, humo-
rem, ceterum aliquando medicamento, quod flauam purgat bilem: sæpe eo, quod nigram: modo eo,
quod mistæ est facultatis, quod scilicet bilem simul & pituitam educat: ueluti in altero herpetum ge- G
nere: quem a similitudine, quam habet cum milio, Cenchrian græce appellant. Quippe is non pro-
tinus ulcus facit, quemadmodum alter, sed admodum exiguas pustulas, ad speciem milij: quæ ipsæ in-
terposito spatio in ulcus abeunt. Adeo non sine ratione quibusdam uisum est in eiusmodi uitio bili esse
aliquid pituitæ admistum. Incidunt sane non nunquam & citra uehemens totius corporis humorum ui
tium in partibus ulcera, quæ haud difficulter medicamentis, quæ repellendi digerendiq; mistas facul-
tates habent, curantur. Ac repellunt quidem non solum ea, quæ adstringunt, sed etiam, quæ sine ad-
strictione refrigerant: digerunt uero, quæ calefaciunt: Constatq;, quòd in generatione ulceris exu-
perare debebunt, quæ repellendi facultatem habent: ubi non amplius confluit in ægrotantem parti-
culam uitiosus humor, quæ digerunt. Siquidem exiguum uitiosi humoris, etiam siquis ad uiscera &
magnas uenas retrudat, nullum profecto, quod sensu percipiatur, malum committet. At, si eius non
leuis quantitas sit, in princeps aliquod membrum aliquando procumbit, ubi scilicet prius naturæ ui-
ribus totum corpus expurgantis non sit uel per deiectionem, uel urinas, uel cutim, quæ totum corpus
includit, uacuatum. Atque flauæ quidem bilis uacuatio est facilis: pituitæ uero, ac potissimum eius,
quæ crassior glutinosiorq; est, itemq; nigræ bilis, difficilior: quo magis purgantis medicamenti ope
indigent. In herpete uero, quoniam tenuis humor est, qui id uitium creat, abunde est etiam aluum H
leuiter soluisse, uel urinas per ea, quæ id modice efficiunt, citasse. Verum, quoniam de medicamen-
torum methodo proditum etiam aliquid in superioribus est, non pauca autem & in operibus, quæ
proprie his sunt dicata, satius sit sermonem nihil ultra proferre: quando satisfacere etiam ei, qui at-
tentus erit, hæc possint: neq; enim nos ea a musis accepimus. Verum homini, qui prudens sit, & di-
ligens, & mente exercitatus, ipsa rerum natura, quid agendum sit, suggerit. Vbi uero etiam inue-
niendi uiam ab alio quis traditam cœperit, huic facillimum est per eam ultra progredi. Huius rei am-
plum testimonium fuerit, quòd eiusmodi uiri artem maximis operibus illustrarunt. Qui uero parum
sunt prudentes, ij nihil præterea inueniant, etiam si tota uita infinitos artis effectus conspexerint. Plu-
rima nanq; inueniuntur hodieq;, quæ apud maiores nostros non fuere inuenta: ueluti nunc Romæ qui
dam excogitauit, quemadmodum acrochordonas & myrmecias ore sanet. Verum de prioribus, ut-
pote a cute extantibus, minus est mirum: de myrmecijs uero, potissimum quæ cum summa cute
prorsus sunt æquales, mirum uidebatur. Veruntamen has quoque primum labiorum applicatione,
ceu suctu, ad se trahebat, atque a radice euellebat: deinde primoribus apprehensam dentibus to-
tam simul eximebat. Sed & scalpro ad myrtacei folij speciem formato, & ferramento eo, quod Sco-
lopomachærion Græci uocant, quispiam manibus exercitatus, facile eas excidat: cum proprijs linea-
mentis

A mentis a circumposita cute circumscripta discernantur. Aeque uero & ualente aliqua pinna circulo myrmeciæ imposita ipsam educimus. Debebit porrò pinnæ fistula esse myrmeciæ crassitudini par, ut eam undiq; prorsus constringat. Quæ postea circumacta, ac simul deorsum impulsa, celerrime ita myrmeciam etiam cum ipsa radice totam educet. Constat uero, & quòd finis ipse pinnæ, quæ eam circulo secabit, non tenuis modo, sed etiam acutus & firmus esse debebit. Itaq; tum galli ueteris pinna, tum uel magis aquilæ ad hunc usum est commoda. Abscindere uero ab his tantum radicem uersus oportet, quatenus reliquæ partis fistula complecti myrmeciam possit. Sane ex ipsa statim abscissione, si modo scite fiat, etiam acumen ipsi comparabis. Atq; hoc quidem ratio inuenit, non casus. Iam, quòd hæc uehementer attrahentibus medicamentis sursum uelletur, & putrefacientibus enecabitur, ratione ab aliquo est inuentum, qui ijsdem postea usus, experientia rem comprobauit. Quædam namque etiam ante experientiam fiduciam de se manifeste præbent: ueluti, quę aculeum ac telum, quod modo infixum sit, eximunt: itemq; arenulas, si quæ oculo inciderunt. Quædam ratione certe excogitantur, confirmantur autem ipso usu. Quo autem facilius etiam per te eiusmodi uias ad curationum comparandam copiam inuenias, non tædebit aliquod huius generis exemplum proponere. Nominamus autem id genus, in numero particularum uitium. Quoniam enim quædam deficiunt, sicut
B dens, uel digitus, uel e naso ala, uel auris quæpiam particula, uel pudendi pellis: quædam redundãt, ueluti sextus digitus, & quæ Græce Exostosis dicuntur, & dentium ij, qui naturalibus adnascuntur, adimere quidem, quod superuacuum est, sane haud difficile est: aliud uero producere, quod simile ei sit, quod desit, id in quibusdam quidem est facile: in quibusdam difficile: in alijs plane fieri non potest. Si nanq; carnosum sit, quod deest, haud magno negocio id reficias. atq; eius rei in cauis ulceribus tradita methodus est. Sin os sit, ipsum quidem instaurare non est, ceterum aliud pro eo durum efficere, id licet. Dictum uero etiam in præcedentibus est de reficiendis uenis, nempe quòd aliquando nouas alias sensibiliter progenitas uidimus: aliquando omnia tentantibus non prouenerunt.

Al.l.f.1.d.5. ca.p.18.E

De resarciendo pilorum defectu. Cap. 18.

AT, si digitus desit, uel tale quippiam, restituere id prorsus non licebit. Sane proditum & de præputio prius est, quemadmodum id quispiam instauret. At, quæ in naso, uel aure, uel labio sunt curta, ea quidem ut refecisse non licet, ita decorem aliquem his adijcere licet, siquis diuisam utrinque cutim mox in unum conductam queat agglutinare. Alia uero ratione huic morborum generi annumerantur atheromata, & steatomata, & melicerides, & ascarides, & ceria, & helmintes: præterea, qui in articulos & pulmones incidunt, calli, quos poros uocant: itemq;, qui in renibus & uesica inueniun-
C tur, calculi. Quippe in omnibus his communis est substantiæ generatio, quæ ante non fuit. Contra fit in alopecia, & ophiasi, & ptilosi, item caluitie, in quibus amissio particulæ est, quæ utilis fuerat. Tanquam igitur in ceteris omnibus, in quibus gigni quippiam uolumus, id agimus, ut naturæ motus liberos minimeq; impeditos reddamus, eodem certe modo & in pilis amissis. Quippe naturæ opus est, ueluti in sinuosis ulceribus generatio carnis, itidem in capite & palpebris productio pilorum. Ergo, si recordaberis ea, quæ in naturalibus libris nostris de pilorum generatione didicisti, utiq; ex ipsis amissionis eorum causas inuenies. Siquidem ostensum in his est, quòd ex succis, qui per cutim transpirãt, quod * limosum est, id pilos tum a principio gignit: tum de cetero ueluti succrescendo auget. Hoc igitur quoties uel prorsus perijt, uel redditum est uitiosum, toties pilos corrumpi est necesse. Corrumpuntur nanq; & stirpes ipsæ duplici de causa, alias nutriente succo destitutæ: alias non idoneo usæ. Ac prorsus quidẽ perdito eo, qui pilos alat, succo caluicies oritur. Eodem uitiato, tum quas Ophiasis græce uocant, tum alopeciæ proueniunt. At primum quidem † [ex naturali eorum tum ortu, tum mutatione] etiam alienã a natura causam inuestigabis. Ab hinc curationis rationem inuenies. † Quæ utique per indicationes omnibus iam dictis (in quibus uel aliud quoduis uitium, uel etiam ulcus ex humoris uitio incidit) communes peragetur. Siquidem & inhibere, quod influit, & absumere ac di-
D gerere, quod iam ægrotantem locum occupauit, conueniet. Ergo, ceu in ulceribus illis purgationẽ nocentis succi primum adhibuisti, eodem modo in pilis ipsis ab hac primum curationem inchoabis, scilicet diligenter prius æstimans, quis color cutis sit, cuius cernis corruptos pilos. Nam, si his albidior, quàm pro naturæ habitu, sit, pituitosi humoris purgationem exhibebis: sin pallidior, eiusmodi bilis purgationem non secus, quàm, si nigrior conspicitur, quæ nigram detrahant bilem, offeres. Sane ad uitiosi humoris speciem certius agnoscendam non leue tibi adiumentum præcedens uictus conferet, præsertim intelligenti, quinam ciborum nigræ bilis succum colligant, quinam pallidæ, uel pituitæ. Ergo, cum iam plane purum ex purgatione corpus existimas eum, qui in cute continetur, humorem digerentibus medicamentis discuties, sic tamen, ut in his caueas, ne adeo calida acriaq; admoueas, ut cutis exulceretur. Quinetiã ea, quæ ualenter siccant, cauere conueniet, ne uidelicet cũ uitiato humore etiam utilem, qui adfluit, absumas: ueluti in caluicie fit. Hæc igitur ipse aduertens, admiscui primum ijs medicamẽtis, quæ alopeciam sanarent, exiguum thapsiæ. Deinde cõsiderans quotidie, quemadmodũ ægrotãtis natura ab hac esset affecta, ubi uel tumefactã plusculũ, uel quodammodo excoriatam uidi, illo quidem die a medicamento abstinui: illeui autem particulam uel galli uel anseris liquato seuo propterea, quòd hæc magis tenuium sunt partium, & altius descendunt. Deinde postero die, siquidem aliquid iam dictorum remanserat, simili modo illeui: Sin nihil tale apparuerat,

* ἰλυῶδες est in impressis & in aliquibus antiquis, in alijs λιγνυῶδες, id est fuliginosum.

† in græco tantum est ἐκ τῆς κατὰ φύσιν αὐτῶν διοικήσεως. i. ex naturali ipsorũ gubernatione.

† ἐνδεικτικῶς ἐπὶ τῶν κοινῶν ἁπάντων σκοπῶν ... i. quæ indicatione per scopos omnibus iam dicta &c.

rursus medicamento sum usus. Atq;, ut id alte demitteretur, etiam cutim prius linteo infricui, quoad E manifeste rubra fieret. Verum, si a balneo uti eiusmodi medicamento uoles, idipsum ex balneo factū cernes, quod prius ex frictione habebas. Iam eos quoq;, quibus periere ex cilijs pili (quos græce Ptilus nominant) similibus genere medicamentis sanabis.

De oculorum uitijs, qui sunt toto genere præter naturam, ac de alui lumbricis. *Cap. 19.*

DEliges autem materiam oculis idoneam: nec per negligentiam committes, ut medicamentum intra tunicas eorum confluat. itaque sicca tutiora sunt: de quibus æque, ac de ceteris, in nostris de medicamentis operibus est proditum. Nunc enim (quod dixi) abunde est sola genera medicamētorum, prætermissa particulari materia, transcurrere, quo minus de ijsdem identidem dicere cogat. Ergo, quæcunq; ab ipsa naturæ moderatione sunt aliena, ea tollere conueniet. Quæcunq; uero sub hac se tenent, ceterum quodammodo corrupta sunt, ea restituere, quatenus licet, oportebit. Sane dictum a nobis est aliqua ambiguæ naturæ esse. Nec illud non dictum, quòd eorum, quæ aliena sunt, quædam tota substantia sunt aliena, † logica scilicet inquisitione, nec ad curationes in quibusdam affectibus perinde utili. Siquidem pterygium a sanitatis habitu alienum esse, patere cuiuis arbitror: non tamen idem substantiæ ratione, quemadmodum atheroma & meliceris, est alienum: sanatio uero F huius quoq;, dum paruum adhuc est & molle, per ea medicamenta, quæ detergent, perficitur: cuius generis sunt, quæ trachomatica uocant: ubi magnum durumq; euasit, chirurgiam postulat. Simili ratione & aqulæ rum (quas Hydatidas uocant) quæ magnæ sunt, chirurgia curabis: quæ paruæ sunt, siccantibus medicamentis iuuantur. At Chalazion (est enim id quoq; ex uitijs, quæ oculos infestant, unum) cum toto genere alienum a natura sit, auferri postulat. Ad eundem modum & pus ab oculis, quos Hipopius uocant. Verum id plerunq; medicamentis digeritur. Hypochyma uero iam incipiens digeritur: ubi diu constitit, non potest. Aetate uero nostra ocularius quidam medicus, cui Iusto nomen erat, etiam concussione capitis multos hypopius sanauit. Collocans enim eos in sella rectos, ac capita eorum utrinque a lateribus apprehendens, mox quatiebat adeo, ut manifeste descendere pus ipsi uideremus. Mansit autem horum pus deorsum propter grauitatem substantiæ, tametsi hypochymatis nequaquam manentibus, nisi admodum ea quis diligenter impingi cogeret. Etenim leuius est, ac, ut ita quis assimilet, nebulæ similius hypochyma, quàm pus: quanquam horum quoq; ipsorum quædam (hypochymatum dico) serosioris humoris sunt. Hæc autem punctione ad præsens discutiuntur: Interposito tamen haud longo spatio, † [ceu limus quidam] deorsum fertur. At, quādo pus, quod in oculis est, digerere placet, collyrijs, quæ myrrham habent, maxime utemur: quæ uti- G que & Diasmyrna Græci proprie uocant: his certe minus, sed reliquis melius faciunt, quæ Dia libanu uocant. Quæ uero impense siccant, ad præsens certe ualenter uacuant, sed, quod reliquum est, ita cogunt, ut ægre resolui possit: ueluti de scirrhosis tumoribus prius est comprehensum. Subinde uero multum simul puris uacuauimus diuisa tunica ea, quæ cornu est specie, paulo supra locum, quo committuntur inter se tunicæ uniuersæ. Nominant porrò locum græce alij irin, alij stephanon, id est coronam. Quo fit, ut hoc quoq; uitium tribus subijciatur uacuandi modis, & chirurgiæ, quæ simul multum aut totum expellit: & per medicamenta, quæ paulatim: & ei, quæ ad alium ignobiliorem transfert locum, ueluti in concussione. Sunt profecto (ut dixi) ex genere eorum, quę tota substantia præter naturam sint, & ascarides, & helminthes, siue eæ teretes sint, siue etiam latæ. Quocirca & prorsus eas expelli e corpore conueniet. Expelles autem, si prius enecaueris. Necabis autem amaris medicamentis. Viuentes nanq; obsistunt intestinis adhærentes: at mortuæ expelluntur unà cum stercore. Expelluntur cum hoc etiam uiuæ, sed stupefactæ, &, ut ita quis dixerit, semimortuæ factæ. At teretes quidem absinthium perimere potest: Latæ uehementiora medicamenta desiderant [cuiusmodi est filix:] Pari modo, quæ δρυοπτερὶς græce dicitur. Verum de medicamentorum copia dicere non est præsentis propositi. Quare hic iam huic quoq; libro finem imponamus. H

† Hoc in loco inter dictionem aliena, & logica codex quidam græcus sane antiqui intercapedinē plurium uersuū habet, in quā uox λείπει quæ deesse significat, legitur.

† Alias καθάπερ οἴνου τρυγὸς, i. ceu uini fex quędā.

GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM LIBRI DVO.

Nicolao Leoniceno interprete:

Ad antiquorum græcorum codicum fidem diligenter recogniti.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet rationem curandi, febrium exemplo, quæ uel absque putredine, uel cum ipsa hominem inuaserint: Item propositis symptomatis, quæ frequentius aut uehementius lædunt.

De communi & propria hominum natura dignoscenda, ac ex quibus medendi uia, ac ratio constituatur. **Cap. 1.**

B
QVOD quidem non communem tantum hominum naturam medicum cognoscere oportet, ò Glauco, sed & uniuscuiusque propriam, & dudum ab Hippocrate recte traditum est, & nos in ipsis artis operibus (ut nosti) circa id sufficienter studuimus. Non tamen propriam singulorum naturam æque atque communem possibile est scribere. Verum scripta contrario modo se operibus habent, tum in pluribus alijs rebus, tum pręsertim in his, quæ ad præsentem pertinent intentionem. Petijsti .n. a nobis, ut tibi uniuersalem quandam medendi uiam ac rationem, quasi per figuram & quoddam compendium ostenderemus. hæc autem qualitate, & quantitate singulorum auxiliorum perficitur, necnon & modo eorum usus, & temporis occasione, quæ præ omnibus est cognitu difficillima: circa quam præcipitem admodum existentem (quemadmodũ quodam in loco etiam scribit omnium bonorum nobis auctor Hippocrates) uides plerunque medicos non modo uulgares, sed & præcellẽtes aberrare. Quin & quòd magni etiam momenti sit, si quantitas bona coniectura uiribus accommodetur, idem uir pariter scripsit. Cum igitur ad recte medendum plurimum conferre, & temporis oc-
C casio, & auxiliorum quantitas uideatur, (inuenies autem hæc unicuiq; ægrotanti propria) nihil autẽ proprium possit sermone explicari, hoc pacto, quod commune est, cogimur scribere, quamuis id sit usu secundum. Nam & quosdam aliquando ægrotos uisimus, cum quibus dum sani essent, non eramus uersati: quo fit, ut neque, quem colorem, quam habitudinem, aut natiuum calorem, aut quem arteriarum pulsum a natura habuerint, agnoscamus: quæ si sciremus, magnitudinem morbi satis aliquando indicare possemus: nam, quantum unumquodq; a naturali statu recedit, ad tantam morbus magnitudinem peruenit: quantum uero recedit, solus ille scire potest, qui naturalem statum exquisite cognouerit. Cum igitur hoc in ipsis fuerit nobis ignotum, ne omnino hæsitemus, ad commune confugimus, quamuis ad usum secundum locum obtineat; Hic uero artifex plus aliquid, quàm hi, qui arte carent, assequitur. Quid uero hoc ipsum plus sit, primus omnium, quos nouimus, & hoc memorauit Hippocrates. Plenius autem de hoc scripserunt, qui Hippocrate fuere posteriores, atque illius scripta accurate legerunt, ex quorum numero unus fuit Mnesitheus Atheniensis, uir tum in alijs omnibus, quę ad artem pertinent, sufficienter doctus: tum uero, qua uia ac ratione medendi scientiã oporteat exercere, nemini peritia secundus. Hic igitur Mnesitheus a primis atq; supremis incipiens generibus, putauit secari illa oportere in alia genera speciesq; & differentias: hæc rursus in alia diuidi, ac
D denuo ista eodem modo, donec ad talem peruenerimus speciem, post cuius diuisionem in unum numero & indiuiduum desineremus. Mihi uero, qui ad te scribã, satis est breuibus meam explicasse sententiam. Nam ridiculus uideri possem, si tua te uelim docere, tanquam non multo antea a Platone illa didiceris: neque enim ut te docerem, quam uiam ac rationem in diuisionibus sectari oporteat, hæc uolui meminisse, sed quoniam mihi ad sequentia omnia plurimum conducere existimaui: &, cũ a me exigeres ediscere causam, ob quam medicorum plurimis aberrare contingit, non aliter tibi ostendere poteram: Etenim, quæ in alijs hæresibus contingunt errata, & quæ multi medici nunc in ægrotantium curatione delinquunt, hanc primam atque præcipuam causam habent, diuisionis scilicet prauitatem. Quidam enim in primis & supremis generibus stant, solum, quæ ab illis sumuntur, indicationibus contenti: quidam uero usque ad aliquid diuidunt, non tamen usque ad finẽ perueniunt: non nulli uero etiam uitiosis utuntur diuisionibus. Qui uero & omnia, quæ sunt secundum naturam, & quæ præter naturam, ad eiuscemodi methodum reducit, atque ab omnibus his per diuisionem inuentis sufficientes sumit indicationes: hic solus, quantum humanis permittitur uiribus medendo non errabit: atque illos quidem, quorum habet notitiam, melius curabit, quàm alios; ignotos uero proxime illis, quoad fieri poterit, ad sanitatem perducet. Siquis enim primum distinxerit eam, quæ secundum ætates, differentiam, deinceps autem eam, quæ secundum temperaturas

atq; potentias, ceteraq; omnia, quæ hominibus insunt: colores dico, atq; calores, habitudinesq;, pulsuum motiones, exercitia, assuetudines, atq; animi mores, his quoque adiunxerit eam, quæ maris a fœmina, differentiam: &, quæcunq; ad regiones, & anni tempora perinde, aliasq; eius, qui nobis circunfunditur, aeris constitutiones recto modo distinxerit: hic ad propriam laborantis naturam agnoscendam proxime accedet. Sed ex his omnibus non nulla quidem in libris de pulsibus: non nulla uero in his, in quibus agitur de temperaturis, sunt determinata: Sicuti, quæ præter naturam sunt, uniuersa quomodo inter se & speciebus, & generibus differant, in libro de passionibus est præfinitum. Nunc uero de his solum ægrotis dicere proposuimus, quorum natura, antequam morbum contraherent, nobis erat exquisite perspecta: cum quibus tamen & reliqui omnes intelligentur, qui nobis erant ignoti. Nihil enim difficile ab eo, quod est perfecte distinctum, id, quod non tale est, inuenire. E

De causis & signis febrium Ephemerarum. *Cap. 2.*

INitium igitur sumemus a febribus: quoniam & tu in his præcipue curandi artificium habere cupiebas. Et primum quidem de his sermonem habeamus, quæ simplicissimæ sunt, quas Hippocrates ephemeras, id est diarias, appellat: hæ uero sunt, quæ propter lassitudinem eueniunt, & ebrietates, atque *iras, * furores, atque mœrores, atque alias animi curas uehementes. Et, quæ ex bubonibus febres ortum habent, ex hoc genere sunt, præterquam si absq; ulcere fiant manifesto: tunc enim suspicionem afferunt, & nullo modo mites sunt. F Et uigiliæ plerunq; simplicem febrem induxerunt, sicut frigefactio, & exustio quandoq;. Atque hæ omnes febres soluuntur facillime. Oportet siquidem eos confestim ducere ad balneas, atque ad aliam consuetam uictus rationem: Quandoquidem, qui pertritum illum sermone medicorum triduanum terminum admittunt, sæpius acriores febres effecerunt, quamuis & aliter præterea delinquant: quemadmodum cernis ex eis plures in quolibet ingressu delinquere ita, ut manufactas plane faciant ægritudines. Sed cura quidem harum febrium in promptu est, sed earum dignotio maiorem exigit diligentiam, de qua nemo ante nos, quantum oportuerit, scriptum reliquit: quare minus mirandum complures tantum in medicinæ operibus aberrare, quantum etiam cognitione falluntur. Sæpius enim quidam ab initio casu aliquo in graues morbos incidunt, ueluti uino pleni, aut sole exusti, aut frigefacti, aut lassitudine oppressi, aut uigilias passi, aut ira concitati, aut quauis alia causa, quæ per se nocere natura sit apta, correpti: deinde totum in causa antecedente consistere, neque aliam subesse dispositionem arbitrati, circa uictum negligentius se habent adeo, ut se ipsos lateant in insanabiles, aut ægre curationem admittentes morbos prolabi. Ob hæc igitur ante omnia curare oportet, quemadmodum etiam Hippocrates admonet, ut non solum futura præcognoscamus, sed præterita etiam atque præsentia. Nam, & quod nunc præponitur, ad eam artis attinet partẽ: G quod pro uiribus manifeste trademus. Neque enim parua est differentia, si laueris iam ægrotantem, & securum esse iusseris, aut eum per omnem custodiam securitatemque traduxeris. Cum igitur ad ægrum accedes, primum a maximis, quæ circa ipsum sunt, consideratio incipienda, deinde & ab alijs, adeo ut nec minimum aliquod pro uiribus omittamus: Nam ut magis aut minus ei, quæ fit ex maximis, indicationi credamus, ex aliorum fit adiunctione. Maxima quidem in omnibus febricitantibus signa, in pulsibus atque urinis consistunt: His uero addere oportet, & quæcunque alia circa faciem Hippocrates scribit: accubitum quoq;, & respirationem: item ea, quæ per superiora uel inferiora excernuntur: Et siquid aliud accidens circa aliquam corporis partem, aut operationẽ consistere uideas (qualia ille mille in millibus scripsit) neque ex his ullum aliquod negligenter prætereas: hęc quidem omnibus febribus communia sunt. Itaque etiam in simplicissimis, de quibus pręsens est sermo, nihil horum relinquere oportet. At, postquam ex pulsibus atque urinis febris *naturam perceperis: cum pulsus nullum inflammationis signum habuerit, neque omnino inęqualitas in una arteriæ compulsione apparuerit, aut si hoc affuerit, omnino sit imbecille: vrinæ autem omnino similes his, quæ secundum naturam se habent, aut non multũ a naturali statu recesserunt: tunc & ad omnia illa, quæ antea a nobis sunt dicta, accedere oportet: Et, cum ueluti chorus quidam omnia concinne loquuntur, tunc etiam fidere H oportet, ac, si libeat, interrogare, nunquid aliqua manifesta antecesserit causa. Siquid enim huiusmodi ęger fateatur, expectata prima febris solutione, statim oportet lauare, cum tunc certior tibi sit facta dignotio, & ex ipso solutionis modo. Nam arteriarum motus in hoc in totum assimilatur ei, qui in sanis deprehenditur: cum in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur, neque si multum temporis inter primę accessionis finem & secundę principium intercidat, quemadmodum in tertianis atq; quartanis. In illis enim febris remanet signum: in ephemeris autem in totum aboletur accessione cessante: Plurimis uero earum & humidi quidam uapores, & quibusdam etiam sudores optimi apparent: aut omnino quidam plurimus ueluti uapor ex intimo corporis exit. Sed & urinæ quoq; multo nunc meliores, quàm circa febris principia, uidebuntur: Et, si capitis aut alterius partis dolor simul inuaserit, neq; hic amplius persistet. Aegrotantis quoque in tolerando facilitas, magnum & ipsa signum, tanquam sigillum quoddam, ultra omnia alia signa, febris bonitatem tibi indicabit. Et, si, dum lauantur, neq; horror quidam insolitus molestauerit, neq; alia tristitia affuerit: &, si post balneum deinceps bene se habere perseuerer, tunc ne uerearis cibum offerre. Vinum quoq; sine formidine ad potandum exhibe, adhibito tamen, ut pręsentia exigunt, modo. Nos autem, ut te non latet, eis causam, quę antecesserit, solemus dicere, neq; expectamus, ut illam ęgrotus anticipet enarrare: quod maximum est argumẽtum,

* ὀργάς. * θυμούς.

* Alias, l. morẽ Alλoς, idest speciem.

A.l.4.f.1.t.2.c.6.p.766.d.

illum

A illum non errare, qui talem sit adeptus facultatem. Si igitur remanentibus adhuc animi affectibus cõsideratio habeatur, tunc ex pulsibus maxime tentanda dignotio, quemadmodum in libris de pulsibus scripsimus: post hos uero & ab alijs dignotio est petenda. Quòd si illi iam quidem cessauerint, remaneat autem dispositio: paruum quidem ex pulsibus habebis indicium earum, quæ febrem attulerunt, passionum: sufficient autem tibi & sine pulsibus reliqua. Communiter quidem omnibus urinæ rufę: Adiungitur uero his, qui propter tristitiam febricitant, acritudo potius, quàm abundantia caloris: quẽadmodum e diuerso his, qui propter *furorem. Sed & extenuatio corporis in his, quos tristitia, quàm in his, quos cura uexauit conspectior existit: oculorum præterea cauitas, ac quædam inconsueta decoloratio. hæc quidem sunt & in alijs, qui quouis modo diu cogitarunt, communia. Maxime autem & ex oculis distinguere oportet: nam ex his etiam in sanis animæ mores possumus coniectare. at in ægrotis, siquis diligenter inspicere queat, sunt indicia certiora. Sic quidem eos, qui propter disciplinas, aut contemplationem aliquam diu cogitarunt, ab his, quos tristitia corripuit, discernere oportet. At eos, qui uigilarint, distinguit forma palloris: nam in ipsis facies est subtumens, & oculorum motus * manifestus: uix enim palpebras attollunt: inest etiam palpebris humiditas. Nam, qui tristantur, aut cogitationibus detinentur, his exiccantur. Cauitas uero est commune accidens omnibus, mœrori, uigilijs,

*Alligatus.]

B cogitationibus, non tamen *furori: in hoc enim neq; oculorum cauitas, neque pallor manifestus, & plus caloris, atq; celerius ex imo prorumpit: neq; pulsuum magnitudo destruitur, quemadmodum in uigilijs, tristitia, & cogitationibus. Quare hæc a * furore apertissime distinguuntur: abinuicem uero, quemadmodum diximus antea. Eorum autem, qui ex lassitudine in febrem inciderunt, cutis est siccior, quàm in alia aliqua ephemera febre: Sed hoc quidem omnibus ex lassitudine febricitantibus cõmune existit in tempore accessionis, donec consistit: post hoc uero pluribus, modo non sint supra modum labore uexati, quidam humidi uapores, aut calidus uapor ex intimo corpore effertur: quibusdam uero, etiam postquam febris consistere desijt, siccitas perseuerat: quod maxime accidit his, quos superfluus labor oppressit, aut refrigeratis, aut a sole exustis simul cum lassitudine. Et quidem pulsus nõ eodem in utrisque modo se habent, quia parui quidem his sunt, quos superfluus labor uexauit: in alijs uero magni. Quæ uero cute condensata accidunt febres (condensatur autem hæc aut ex frigore, aut ex qualitate aliqua, quæ uim astringendi habet, † [subito ei] adueniente, uelut illi, qui aqua aluminosa se lauit, accidit) hæ quidem ex omnibus febribus solæ sunt astricta passio. Has uero tactu cognoscere licet: quemadmodum & arentes febres, & quæ ex lassitudinibus & exustionibus fiunt. Nam neque harum densitas hos queat latere, qui tactum habent exercitatum. Sed & caloris motus nescio quo

*Al. solita e. Al. 4. S. 1. t. 1. c. 33. p. 769.

C pacto resurgit, qui mitis quidem in primo tactu sentitur: acris autem si plusculum tardemus. Non tamen & his urinæ sunt rufæ, neque corporis moles concidit, neque etiam oculi caui atque aridi fiunt: quoniam etiam quibusdam humecti magis atque prominentes apparent, quàm hi, qui secundum naturam se habent. Neque sunt pulsus minores, cuiusmodi in mœroribus, curis, aut uigilijs, aut ualde immodicis exercitijs apparent. Febres autem, quæ ex bubonibus fiunt, pulsus habent maximos, ueloces, atque frequentes: multusque illis calor inest: ac, postquam febris constiterit, statim ex profundo quidam emergit humidus uapor, calidus quidem, sed mitis: acrimonia enim & mordacitas minime omnium febrium, huic generi febrium adest: atq; ut plurimum facies rubicunda illis & magis tumens: urinæq; subalbidæ. Communis autem omnibus huiusmodi febribus est pulsus æqualitas: nam paucæ admodum ex his febribus eam, quæ in uno ictu, inæqualitatẽ ostendunt, & neq; ipsæ satis aperte ac manifeste illam præ se ferunt. Talia quidem sunt ipsarum indicia.

De curatione febrium ephemerarum. Cap. 3.

CVrare autem oportet omnes quidem balneis. At, qui ex densitate cutis aut ex bubonibus febricitant, si in aere balnei immorari iusseris, haudquaquam nocebis: reliquos omnes quàm citissime oportet ab aere semouere: si uero diutius in aqua immorari uoluerint, permittendum. Oleo autem

Al. 4. S. 1. t. 1. c. 9. p. 756 E.

D tepido & multo & manibus mollibus perfricare quàm plurimum oportet, præcipue quidem, qui ex lassitudine febricitant: secundo autem loco, qui meatus habent astrictos: & tertio, qui ex bubonibus febrem incurrerunt: sæpius autem istos lauare oportet, in quantum contigerit. Cibum autem assumere, qui ex lassitudine febricitant, possunt multoties, non æque tñ, qui ex densitate cutis, aut bubonibus febricitant: at his utrisq; tenuis uictus est optimus: qui uero ex lassitudine febrierint, præcipiendũ est, ut cibos assumant concoqui faciles, ac cruditatem præcipue deuitent. Sed & uinum potare, quantum possunt conuincere, sunt permittendi. Mensurę aũt ratio, quemadmodum in alijs omnibus, ex uiribus, & ætate sumitur ęgrotantis, necnon & ex naturali temperatura, & præterea ex consuetudine, & anni tempore, & regione, atq; alijs huiusmodi. Qui uero ex bubonibus febricitant, arcendi sunt a uini potu, donec bubones soluantur. At, qui cutis foramina habent astricta, uel refrigerati sunt, si non multũ hoc affectu laborent, neque plenum corpus habeant, non sunt a uini potu prohibendi: at, qui pleniore corpore sunt, uel multum refrigerati, prohibere utile est. Qui uero ex uigilijs aut aliquo animæ affectu febricitant, postquam balneaueris, cibo humectante ac boni succi reficere expedit. Vinum uero [omnibus, sed] pręcipue his, qui uigiliam passi sunt, intrepide offerendum est, nisi capitis dolore premantur, aut pulsum uenarum in temporibus sentiant. liquet autem, ꝙ etiam in alijs eadem obseruãda sunt. Sed & ijs, qui ira, aut mœrore aliquo, aut cogitatione febricitãt, uinũ est exhibendũ: & qui * furore

febricitant,

febricitant, quando omnino ab affectu quieuerunt: prius uero non tutum est uti uino. Tentare autem E oportet & contrarium semper afferre ei, quod molestat: labori quidem, quietem: uigilijs uero, somnũ: iræ autem, & *furori, atque tristitiæ, eam animi iocunditatem, quæ ex sermonibus, actionibus, spectaculis, enarrationibus percipitur. Sic, qui cogitatione laborat, omnino ratiocinationes omittat: &, qui ex bubone febricitat, prius huius curationi intendat, ac multo prius, ulceris unde originem habuit. Hæc quidem febrium ephemerarum indicia atq; remedia sufficienter se habeant. Reliquæ uero febres nonnullæ ex inflammationibus, nonnullæ ex humoribus accenduntur: &, quæ ex inflammationibus fiunt, sunt ueluti quædam accidentia partium phlegmone laborantium: & morbus magna ex parte ab instrumento patiẽte denominatur phrenitis, aut peripneumonia, atque pleuritis, aut aliquid tale. sed de his postea dicemus.

De febribus putridis. *Cap. 4.*

AT, quæ ex humorum putredine febres accenduntur, hoc ipso nominantur febres, & sunt non accidentia morborum, sed ipsæ morbi. Ex his uero nonnullæ quidem sunt sine accidentibus, quæ & mitissimæ sunt: quædam uero simul cum accidentibus infestant. Nos uero de prioribus dicamus febribus, quæ accidentibus carent, in quibus maxime, si fieri possit, primo die, qualis sit febris, an acuta uel longi temporis, est cognoscenda: & utrum ex his, quæ intermittentes dicuntur, an continua. quod F si primo statim die fieri non potest, secundo saltem formam inuenire est tentandũ. quod si neque in hoc aliquid firmum aut stabile sciatur, in tertio saltem aliquid manifestius apparebit: nam paucæ omnino sunt, quæ, ut exquisite dignoscantur, quartum desiderent. Ego uero, quàm breuissime potero, indicia explicare tentabo, ex quibus speciem febris intelliges: planius autem ac manifestius de omnibus alibi disseruimus.

Signa febris tertianæ. *Cap. 5.*

QVæ igitur cum rigore inuadunt, non ab re ex earum numero esse indicabis, quæ per circuitũ infestant. Tertianæ enim atque quartanæ in totum cum rigore faciunt accessiones. Sed tertianæ quidem in primo insultu cum uehementi sæpe rigore incipiunt: Quartanam uero non uidimus cum uehementi rigore incipientem, sed post tempus magnitudo illi superuenit, præter id, quod neque statim ab initio hæc febris ut plurimum solet inuadere, sed alijs, quæ antecesserint, subsequi. Quartana itaque eas, quæ errabundæ aut erraticę dicuntur, † insequitur: Quotidiana uero raro aduenit, quin os uentriculi patiatur: quemadmodum quartana ex malę affecto splene generatur: tertiana ex iecore laborante. Quæ quidem cum ualido rigore incipit, magis febrem tertianam, quàm aliquam aliarum febriũ fore par est. Si uero & alia, quæ postea dicentur, signa attestentur, hanc proculdubio in prima die tertianam esse cognosces. G Quod si cum paruo rigore inceperit, tunc magis & alia signa attendere mẽte oportet: quoniam non quotidiana tantum atque quartana, sed etiam hemitritæus, id est semitertiana, aut aliqua alia ex continuis esse potest. Alia uero signa & ex caloris qualitate, & quantitate, & arteriarũ motu sumuntur, ex ipsa etiam rigoris, qui sentitur, forma, & anni tempore, & regione, & temporis statu, atque ex natura & ætate ægrotantis, & ex præcedentibus causis, & his, quæ concomitantur. Nam calor quidem, multus & acris esse debet: Pulsus autem magni, † [ac calidi,] uehementes, ueloces, atque frequentes, omnis inæqualitatis, præterquam febrilis expertes. Rigor autem, ueluti si a re aliqua acuta magis, quàm frigida, cutis pungeretur: cum hi, qui quartanam, aut quotidianam patiuntur, potius frigidum rigorem sentiant: Tempus autem anni æstiuum, sicuti & locus & præsens constitutio calida: sit autem & ægrotantis natura calidior, biliosior, & ætas iuuenilis: & exercitationes potius, quàm ociositas, antecesserint: magis deustio, quàm frigefactio: & parcitas cibi potius, quàm crapulæ: uigiliæ quoq; mœrores, atque lassitudines, & intensę cogitationes ad eundem perducunt effectum. Quod si multos alios eodem tempore laborantes contigerit tertianis corripi febribus, hoc quoque maximum præter ea, quæ nuper diximus, signum erit. Quod si, cum hæc omnia affuerint indicia, aut saltem, quæ maxima sunt, & longe præcipua, sitis quoque uehemens adiungatur, uomitusq; bilis, aut sudor, uel utraque su- H peruenerint, tunc etiam aperte manifesta erit. Quod si post hæc a febre quieuerit homo, hac inquam, quæ in suo motu est & omnibus nota: propria uero febrium inæqualitas in arteriarum motu relinquatur, tunc certissime poteris esse tertianam febrem enunciare, æque, ac si per tertium diem accessionem fecisse uidisses.

† Quidã cod. addunt, propter phlegma.

† In antiquis quibusdã hæc non leguntur.

Signa quartanæ. *Cap. 6.*

QVartana autem (nam & huius signa tibi scribere oportet) manifestissimum sui prębet indicium in principijs accessionum, quando rigent adhuc, qui quartana laborant. Nam eorum pulsus satis tardi sunt ac rari. Cum autem consistit febris, aut etiam augetur, necesse quidem est, ut ueloces fiant atque frequentes. Seruatur tamen & tunc propria ipsius tarditas ac raritas, si additam uelocitatem atque frequentiam accessioni, ratione perpendas. Etenim, si comparaueris quartanæ febris consistentiam tertianæ consistentiæ, non paulo ueslociores atque frequentiores in tertianis pulsus ostendere arterię uidebuntur: Et ipsius unius motus inęqualitas in quartana febre eius formam ostendit: nã, quę omnibus communis est febribus, in uno pulsu arterię inęqualitatem in hac manifestissime licet comprehendere, multo enim uelocius principium finemque motus inuenies, quàm medium. Non tamen in tertiana ita se habet: breuis etenim in ipsa est uelocitatis excessus, atque in consistentia praeferetum.

A.l.4.f.1. t. 2. c.61.p.797 b.

Pulsus in quartana

A tim. Verum & caliditatis indicia diuerso modo se habent, nam tertianarum calorem & æstum & ueluti feruorem, in quartanis haudquaquam inuenies. Hæc igitur signa maxima sunt. Reliqua uero extrinsecus, nam neque hæc sunt omittenda, sed & ægrotantis natura est inspicienda, si in ea atra bilis abundat: & tempus quoq; anni, si autumnus: & præsens cõstitutio, si inæqualis: sic uero & loci natura, & morborum peruagantium populariter: & si lien intumuerit, febrisq; sine ordine antecesserit, & ætas senior quam consistentium: & si cum sudore febres desinant. In his uero bilis flauę uomitus minime est expectandus, quemadmodum nec in quotidianis: hoc enim tertianarum proprium est: At, cum febris cessauerit, si adhuc signum febris remanserit: pulsusq;, his qui secundum naturam, rariores ac tardiores fuerint, quartana proculdubio erit huiusmodi febris.

signa consideranda in signa quartanae ex extrinsecis:

Signa quotidianæ. Cap. 7.

Al.4.f.1 t.2.
c.47.p.791.a.

FEbrem uero quotidianam uel ex his maxime signis agnosces: nam eius caliditatem humidiorem cum quadam acritudine esse oportet, non, cum primum manus admouetur, confestim occurrentem, sed per moram. nam quædam fumosa caliditas cum multo uapore commista, exire uidebitur: cũ magis ignis in multo humore suffocetur, quàm ipsum possit cõuincere. Sed & his multo minores sunt B pulsus pulsibus quartanarum, quàm istarum pulsus pulsibus tertianarum. Rursus uero tanto rariores sunt in quotidianis pulsus his; qui in tertianis, quanto illis pulsus quartanarum: at tarditas in utrisque eodẽ mõ se habet. Minus uero siticulosa hæc febris est: tantumque eam quartana excedit, quantum ista tertiana. Lingua uero & totum corpus siccissimum est in tertianis: at in febribus his humidissimum. Et uomitus pituitosi. Et, quæcunque per uentrem excernuntur, frigidiora sunt, atque humidiora, & crudiora, aquosiora, & pituitosiora. Vniuersum corpus denique in hisce febribus plenum crudis humoribus inuenitur. Ideoque ætatibus, naturis, annique temporibus, & temperaturis humidioribus accidunt. Nam iuuenem biliosa ac sicca temperatura nunquam uidi huiuscemodi corripi febre. Pueri autem, & maxime paruuli, & ex his, qui iam perfectum corpus habent, pituitosi & habitus crassi, atque ocio plurimo dediti, crapulis, ebrietatibus, balneis assiduis, post cibum præsertim, utentes, a quotidianis facile capiuntur. Loca etiam humidiora, atque ex anni temporibus hybernum, atq; ex constitutionibus humidiores hanc præcipue afferunt febrem. Quòd si sit etiam populo communicata, tunc præter ea, quæ antea diximus signa hoc quoque non parum ad eam dignoscendam conducit. Non tamen harum febriũ declinationes, quemadmodum tertianarum & quartanarum, sudoribus terminantur. Quare neque ad integram quietem manifeste (exceptis paucis) perueniunt. Vrinæ uero, quæ procedentibus ipsis adue-

*Alias. &

C niunt, totius morbi tempora docent: quæ autem in principijs uidentur, febris etiam speciẽ indicabũt. Nam in quotidianis uel albæ sunt & tenues, uel crassæ & turbulentæ, *uel tubidæ. In tertianis autem rufæ uel subrufæ. In quartanis uero uariæ quidem, sed crudæ omnes. Hæc quidem febrium intermittentium sunt indicia.

Indicia febrium continuarum. Cap. 8.

FEbres autem continuas ex eo cognosces, quod nullum eis adest ex signis, quæ intermittentibus oportere adesse diximus. Et si citra etiam quatuor & uiginti horas non cessauerit febris. Si uero inæquale habuerint incrementum, hoc præter alia signa longius etiam tempus ostendit. Et quidem si & proprium febrium signum in pulsibus manifestum habuerint. Si uero & inordinatio quædam, uel inæqualitas ipsis, uel inconcinnitas adsit, & hoc etiam indicium erit simul magnitudinis ac continuitatis. Si uero in hoc statu permanentes, tertio die maiorem accessionem ostenderint, aut excrementa & urinæ omnino crudę apparuerint, non possunt huiuscemodi febres ad septimum diem iudicari. Si uero & quarta dies tertiæ diei similis fuerit, & febris quodãmodo *submersa, neq; facies, aut reliquum corpus collabatur quicq̃: huiuscemodi febris ad longius tp̃s extẽdi cõsueuit. Tales quidẽ sunt differentiæ earũ febriũ, quæ accidẽtibus carẽt. Curatio aũt earũ deinceps scribetur: primũ quidẽ intermittentiũ, D deinde continuarũ. Ex intermittẽtibus uero breuissima quidẽ ac mitissima est tertiana. Lõgissima aũt, ac, quantum in ipsa est, haudquaquã periculosa, quartana. Quotidiana uero, lõga, & non sine periculo. Quare ab initio statim ad uniuersum ægritudinis tẽpus inspiciẽtes, rõnem uictus instituemus. Nã ægritudinibus, quę acutæ sunt ac celeriter ad statũ ueniunt, & si ualde tenuẽ uictũ exhibueris, haud magnũ afferes detrimentum. Quæ uero sunt diuturniores, nisi ab initio grandiori cibo reficias, hominem cũ morbo pariter perimes, aut intẽpestiue uictus modũ cõmutabis. Neque. n. oportet statu aduentante grandiorem, quam prius, cibum offerre, sed contra potius, tenuissimũ uictum, qui in toto morbo exhibeatur, ad statum reseruare. Hoc igitur in omnibus febribus commune præceptum. Sed oportet prætereà, quæ singulis febribus intermittentibus propria sunt, considerare. Veluti confestim in tertianis (neque. n. male ab his initium sumendum) primum distinguas, si exquisita sit febris, & (ut quispiam diceret) legitima, aut nõ exquisita, sed uelut notha: nam, quæ exquisita est, in septem, quod longissimũ est, circuitibus iudicatur, præter id q᷑ ẽt minime periculosa est: Alterã uero, quæ nõ est exquisita, uidi quoq; cum in autumno incepisset, in uere desinere. Deinde uero, ut par est, in tempore adeo longo, tum quia ægrotus medici præceptis parere noluisset, sed in aliquo deliquisset: tũ quia ex hyeme læsus esset, lien ualde intumuit, & *præcordia flatibus sunt oppleta, & iã subtumida quædã erat decoloratio in facie, ac pręsertim circa crura: adeo ut nobis de iuuene dubitare cõtigerit, ac maiorib' uel remedijs fuerit necessarium.

Al.1.f.4.d.1.
c.1.p.133.a.

Al.4.f.1.t.2.
c.35.p.785.a.

rium. Sic igitur nihil simile habet huiuscemodi tertiana cum exquisita. Quare & ab initio eas distin- E
guere oportet. quantum enim natura differunt, tantum rationabile est rationem uictus permutare. Vt
igitur eas optime sciamus distinguere, quæ adolescenti acciderint, mihi sat erit scribere: quæ, ueluti
quoddam exemplum ac monumenta, tibi futura sunt earum, quæ non exquisitæ tertianæ sunt. Erat
tempus anni medium inter occasum pleiadum & æquinoctium antecedens: inceperat autem febris
cum horrore adolescenti circa auroram fere, ut neq; in caliditate similis tertianæ uideretur, neque in
pulsibus. sed neq; uomitus bilis subsecutus est, neq; sudor sufficiens, præterquam quòd in die secun-
do tantummodo circa horam tertiam quidam pauci humidi uapores exierunt: ex quibus febris qui-
dem transpirabat, at ita pedetentim, ut uix circa uesperam expers febris uideretur. nam febris signũ
satis manifestum in pulsibus manserat: in reliquis uero circa uesperas satis bene se habebat, & per to
tam pariter noctem. Rursus uero circa tertiæ diei auroram secunda accessio facta est; omnino, præter-
quam in tempore, similis primæ: nam nocte superueniente paululum ante diem uapores humidi exha
larunt, ac circa quartæ diei auroram febris cessauit. Ac reliquo deinceps autumni tempore atq; hye-
mis, quo ægrotauit, alia omnia & hora accessionis & solutionis febris eundem modum seruauerunt,
Agebat autem adolescens circiter decimumoctauum ætatis annum, albus aspectu, & pinguis, qui sæ-
pius aute in ocio degerat, & crapulis balneisq; plurimis & repletionibus usus erat: quare neq; bene ci F
bos concoquebat. simul autem aduenit ei durus pulsus, in prima quidem die atque secunda mediocri-
ter: in tertia autem & quarta atq; sequentibus usq; ad septimam, ad tantam peruenit duritiem, ut qui-
spiam, qui soli crederet pulsui, multorum fore mensium ægritudinem iudicaret. talis autem perdura-
uit usq; ad uernum æquinoctium, in quo coepit mollescere. & rursus postea quadragesimo die omnino
æger a tertiana est liberatus, tendente paulatim ad mollitiem pulsu, ac minore quotidie fiente acces-
sione, urinisq; bonam habentibus subsidentiam: etenim hæ quoq; in priore tempore erant admodum
crudæ. Talis quidem est tertiana, quæ alteri exquisitæ maxime contraria existit. Reliquas uero inter-
medias haud numero paucas, ex extremis determinatis haud difficulter inuenies. Quæ enim in princi
pio sermonis tertianarum febrium indicia scripsimus, si omnia affuerint, exquisitam reddunt tertia-
nam: cuius accessionis tempus breue est, quatuor nimirum horarum, aut quinq;, aut sex, aut (quod lon
gissimum est) undecim, aut duodecim. Huiuscemodi præterea febrium urinæ tertio die, aut ad summũ
quarto coctionis signum ostendunt. Hoc pacto quidem exquisitam aut non exquisitam tertianam co-
gnosces: eadem quoq; ratione & quartanam & quotidianam. Cui enim omnia insunt indicia, quæ in
quartanis febribus antea scripsimus, hæc uera atque exquisita quartana est: cui uero minime, spuria est,
& nequaquam exquisita: & quotidiana quoq;, cui omnia, quæ diximus, insunt, exquisita est: cui autem G
non, non exquisita. Non igitur sicuti exquisitæ quotidianæ & quartanæ, ita etiam non exquisitæ, sunt
diuturnæ, sed, quemadmodum exquisita tertiana breuis est temporis, sic & quartana & quotidiana ex-
quisitæ, diuturni. Hæc quidem in his, qui per circuitum quendam febricitant, oportet considerare. In
alijs autem febricitantibus urinas atq; excrementa atq; uniuersum corporis habitum inspicere opor-
tet: calorem quoque, atq; arteriarum motum, & quæcunq; alia præter hæc Hippocrates, & lõgus usus
inspicere iubent, ueluti regiones, anni tempora, constitutiones, & ætates, corporum temperaturas,
consuetudines, & causas antecedentes, & quæ simul cum morbis inuadunt, & quæ in medio tempore
apparent. Iam totum, ut cuiq; uideatur, admonitum est, non tamen re uera ita se habet: nam quoddam
maximum etiam inter hæc omnia, breue tamen dictu, nondum scriptum est. Quid uero hoc est? morbi
quantitas ac uirium, res, quæ ad eam explicandam uno indiget uerbo, ad usum uero permagna: neque
enim bene prænoscere possumus, nisi horum singulorum magnitudinem diligenter pensitemus. Nam,
utrum morbus sit exitialis, an non: & quando magis debeat mori, aut sanitati ęgrotus restitui, nisi om-
nium, quę diximus, quantitatem diligentius animaduertens, ad duo redegeris capita, ad ipsius scilicet
morbi magnitudinem, & ægroti uires, non poteris uere prænoscere. Nam, si uires adeo ualidæ fuerint,
ut possint morbum superare, necesse est ægrotum euadere: si uero contra, omnino morietur. Non igitur H
solum inspicias, qualis sit morbi species ac forma, sed & eius magnitudinem aduerte. ¶Non paruam au-
tem hoc exigit experientiam, tum alias ob causas, tum quia neque scribi, neq; omnino sermone edoce
ri singulorum quantitas potest. † Et, siquid in nobis est, ex nulla re adeo possumus ad exquisitam perue
nire notitiam, quantum ex crebra exercitatione circa quantitatis coniecturã. hoc quidem in ipsis ope
ribus & discere & docere possibile est: quæcunq; uero in qualitate determinantur, hæc diligẽter ac ma-
nifeste, quàm breuibus poterimus uerbis transigemus.

† Alias. Et si id, quod nostrum est, aliquid forte est ex nulla alia re ad tantum perfectionis uenit, quá ex crebra &c.

Tertiana exquisita febris curatio. *Cap. 9.*

EXquisitam ergo tertianam, ut quæ ex flaua bile commota inualescat, quanto magis fieri potest, re-
frigerare oportet ac humectare: nam contrariorum contraria remedia sunt, quæ quidem quod su-
perfluum est, reprimant: quod uero deficit, suppleant. At flauæ bilis humor inter omnes, qui in corpore
sunt, humores siccissimus calidissimusq; existit. Hunc igitur, cum ad uentriculum repit, per uomitũ edu
cere oportet: cum uero uergit ad inferiora, per inferiorem excretionem: hoc quidem & sponte fieri so-
let in tertianis exquisitis. Per urinam quoq; & sudores oportet diuertere. † Iuuat autem & per inferio-
res partes bilis expurgatio. Venter autem mollibus clysteribus exinaniendus est. Vrina uero potioni-
bus, in quibus apium aut anethum maduerunt, prouocanda. Et, si tibi coctionis signa monstrantur, iam

A.l.4.f.1. c. 2. c.39.p.786.e.
† Alias. Iuuat enim & p has partes (urinã scilicet & sudorem) bilis expurgatio.

cum

A cum fiducia absinthium potes exhibere: quod alioquin summum est remedium mordicationum stomachi, quæ a bile proueniunt, si præsertim ex ipsius coma, quantum sufficiat, accipiens melicrato intinxeris. Balnea uero calida ex aqua potabili prosunt, tum quia aliquid bilis educunt, tum etiã quia sua qualitate plurimum iuuant: nam huiuscemodi omnia balnea humectant, ac potentia refrigerant: Marinæ autem aquæ & salsæ, nitrosæ atq; sulphureæ plus quidem bilis educunt, sed multo minus, quàm potabiles, prosunt. Præstat uero neq; ipsas utiles dicere, quandoquidem plus qualitate nocent, quàm euacuationibus iuuent. Equidem noui quendam corrupto iudicio hisce balneis uti persuasum, deinde extenuato corporis habitu ad tantam uenisse perniciem, ut tabe consumptus interierit: reliqua uero uictus ratio † [ad bilem etiam excernendam] exhibita fuerat. Semper autem oportet contrarias qualitates illis, quæ præter naturam inualuerint, opponere: cum hoc *multo plus iuuet, quàm quomodolibet euacuare. sed neq; hoc ipse nouerat, neque alio docente didicerat. Hæc igitur in balneis intentio sit, ut corpus madeat atq; humectetur, atq; iccirco neq; nitrum, neq; sal, neque sinapi inspergere oportet, (quod genus mali complures ægrotis afferre uidentur, † at plurimum olei calidi infundentes ad aquã perducere ac madefacere: &, si in ea natare uoluerint, quantum id facere possint, permittendum. At, qui balneis admodum delectantur, si etiam bis in die lauari permiseris, non aberrabis: sed illud semper B habeto in memoria, ut in tempore id faciant. Si uero etiam coctionis signa ostendantur, tunc, etiam si sæpius laueris, nihil deliqueris. A uino uero ante, quàm morbus concoquatur, omnino abstinendũ: at, ubi concoqui cœperit, dandum est ab initio tenue, aquosum, & paucum: ubi uero iam prope est, ut morbus soluatur, amplius est offerendum. Cibi autem, quicunq; humectant atq; refrigerant, omnes utiles sunt exquisitis tertianis: quantitas uero in ipsis sit tanta, quanta optime concoqui possit. Ex oleribus quidem atriplex, blitum, lapathum, & malua, & lactuca, & cucurbita: ex alijs uero & ptissanæ succus, & ex alica sorbitiones: & ex piscibus, saxatiles: Ex uolatilibus autem, quæ mollibus constant carnibus: quæ autem talia non sunt, eorum alæ: testiculi quoque gallorum: & suum pedes, & cerebra: paruorum uero si etiam dederis carnem liquefactam, nihil nocebis: sed & oua ad sorbendum sunt concedenda, & præsertim uitelli eorum: nam hi facilius, quàm pars alba, concoquuntur. Ex fructibus autẽ permittendum est, ut illos degustent, qui non sunt omnino difficiles concoqui: oportet autem abstinere a melle, sinapi, & salitis, atque omnibus acribus, & a uinis & satis uetustis, & quæ natura sunt calida. Hæc quidem sit uictus ratio in pluribus ueluti ad coniecturam exposita. Qui uero non sunt deliciosi, his talis uictus est instituendus, qualem nosti me aliquando instituisse in exquisita tertiana secundum sermonem Hippocratis, ex succo ptissanæ usque ad crisim. Hæc quidem in exquisitis tertianis ser- C uare oportet.

† In aliquibus cod. Græc. legitur πρὸς τὴν γένεσιν τῆς χολῆς, i. ad generationem bilis.

*Alias. multo tues.

† Alias at oleũ quam maxime calidum.

Tertianæ nothæ curatio. Cap. 10.

A. ibidẽ. c. 39. & 11. b.

IN his uero, quæ non exquisitæ sunt, prouidendum est pro uiribus, ne morbus augeatur, neve ægrotantis uires prosternantur, quæ longiori tempore debent laborare. Difficile uero est seruare utrunque, quoniam inediæ quidem, quantum prosunt ad morbi coctionem, tantum uel etiam amplius officiunt uiribus. Cibi uero, quantum ægroti robur adaugent, tantum coctiones impediũt. Sed & id quoque noscere opus est, ad quantam magnitudinem perueniat morbus, ac quantæ sint ægroti uires: ut ad ea, quæ maius auxilium exposcunt, inspiciens, inedia quidem in ualentioribus audacius utaris uiribus, & morbo coctu difficili: largiori autem cibo, ubi uires sunt debiliores, neq; morbus admodum concoqui contumax. Hæc quidem & in omnibus alijs morbis considerare oportet. In tertianis uero non exquisitis, neq; statim circa initia balneare expedit, sed cum iam coctionis signa apparuerint: neq; quotidie cibum oportet exhibere, sed satis est alternis diebus. Quies uero & calefactio circa præcordia iuuant, & sorbitiones concoqui faciles, & clysteres non admodum molles. Quòd si sanguinem mittere oporteat, neq; hoc quoq; omittendum, sed ab initio statim adhibita earum rerum, quas scis, distinctione tantum mittendum, quantum præsens exigit status. Sit autem totius uictus ratio, non quæ hu- D mectet atq; refrigeret uniuersum corpus, qualis in exquisitis exhibetur tertianis, sed & aliquem modum assumat ad calefaciendum, atq; incidendum. Plurimum igitur eos iuuat ptissanæ succus, pipere adiecto: uel etiam hyssopum, uel origanum, uel spicam nardi mulsa aqua infundens & decoquens ad bibendum propina, & quæcunq; alia, quæ cient urinam, præterquàm illa, quæ supra modum calefaciunt atq; exiccant: maxime uero post diem septimam danda est iugiter absinthij coma. Et quidem oxymeli potione plurimos iuuat: & aliquid ex his, quæ molliter uentrem subducunt, quibus me assidue uti nouisti. Vomitus autem post cibum adeo his, quibus hæc febris perdurauerit, utilis est, ut multos sciã solis uomitibus statim prorsus fuisse curatos.

Quartanarum curatio. Cap. 11.

DEinceps de quartanis dicemus, quas etiam ipsas ab initio mediocriter ac leniter tractare oportet, nullum forte medicamen aut euacuationem exhibentes, nisi forte sanguis uehementer superabundans appareat. Et, si uena incisa is, qui fluit, niger uideatur ac crassus (præcipue uero in his, qui liene laborant, huiuscemodi uisitur) audacius mittendus est: quòd si flauus aut tenuis apparuerit, statim supprimendus. Venam uero secare oportet uel interiorẽ, aut eam, quæ est in sinistro cubito, mediam. Et uictũ deinceps instituere minime flatuosum, & optimum: Ventrem, quantũ possibile est, mollẽ facientes his, quæ usitata sunt: Quòd si hæc nihil proficiant, clysteribus utendum est, a principio quidẽ mollibus,

mollibus,postmodum uero acrioribus.Arcendi sunt autem a carnibus porcorum, atque ab omnibus E edulijs,quę tenacia sunt,& tardum habent exitum,ac quæ refrigerant*exiccantque corpus. Vino per utendum est albo ac tenui,ac mediocriter calido:& uolatilibus,quæ boni succi sunt, & non in paludibus degunt.Pisces autem adhibendi concoqui faciles, mollibus carnibus nihil tenax habentibus præditi.Vtendum est autem salsis,& sinapi:Et certis diebus id medicamen,quod dia trion pepereon uocatur,uel quod diospoliticum,est assumendum.&,si quotidie piper tātum cum aqua biberent, recte etiā facerent. A frictionibus autem, & ambulationibus, & balneis, atque alijs usitatis non sunt penitus prohibendi. Et,si omnino possent a balneis abstinere,solis contenti frictionibus,quamplurimum ex eo iuuamen admitterent.Et,si quartana febris breuis sit, neque admodum uiolenta, nihil nocuerit, si diebus interiectis ad consueta exercitia se transferant. Hæc quidem ab initio & usque ad statum sunt peragenda.Si uero in statu morbi præcipue ægrotus esse uideatur, tunc subtilioris uictus ratio est adhibenda,quàm ante uel postea.Statim uero præcipiendum est,ut diu conquiescat,ac uisceribus prouidēdum ungendo atque emplastrando ijs,quæ mollire ac laxare possint: deinde medicamentis utendum, quæ ciendi urinam uim habent. Et,si coctionis morbi indicia apparuerint, tunc purgare oportet ijs, quæ humores atros exinaniendi uim habent,non semel tantum,sed sæpius,si fuerit necessarium. Vtendum autem & uomitibus post cibum tunc continue:&,si nihil prohibuerit,elleborum album est exhi F bendum,primum quidem*permistum radiculis:quòd si nihil fecerit,elleborū ipsum. Qui uero neque unt euomere,hi per inferiora ualentius sunt purgandi,& his postea medicamen confectum ex uiperis in potu dandum,& alia,quæ ad huiuscemodi febres commendantur, ex quibus est & illud nobis familiare præ ceteris laudatissimum,quod succum cyrenaicum recipit. Quicunque uero ab initio aliquod ex his medicamentis exhibuerunt,aut omnino ante statum,quartanam, quæ erat simplex,sæpius fecerunt duplicem,aut omnino maiorem ac difficiliorem:ex duplici aūt triplicem, aut omnino ambas difficiliores maioresq; reddiderunt.Noui autem medicum,qui ausus est homini,qui triplici quartana laborabat,medicamen ex uiperis exhibere,quando nondum morbus in statu esset,deinde(ut par est) auctis omnibus,febris continua subsecuta hominem occidit.

* Codices græci impressi & manuscripti oēs, Oribas*, Paul*, Aetius & Trallianus in hoc Galenum reprehēdēte, legūt humectant. Vide Stephanū Athe.quomodo hunc locū explanet.

* Alias infixū.

Quotidianæ curatio. *Cap. 12.*

QVotidianam autem cum uolueris curare,utere oxymelite,†[post primos dies,]& illis,quæ possunt urinam ualide ciere:& uniuersum totius uictus caput sit ad incidendum efficacius. Circa statum uero,de uentriculo est habenda solicitudo,ac de eius ore præsertim: deinceps iubendū est,ut post radiculas & cibos assumptos euomant:his etiā,quæ pituitā subducūt,utendum. Reliquā uero uictus rationem ad communes intentiones inspiciens inuenies. G

† Alias primis diebus.

Curatio febrium continuarum,quæ carent accidentibus. *Cap. 13.*

COntinuas autem febres,quibus quidem status morbi non ultra septimam futurus est,& uires ualidæ sunt,atque ætas præterea consentit,his quidem admodum exquisitus & tenuis uictus est instituendus.Quibus uero uel status totius morbi ultra septimam,uel uires inualidæ,hi ab initio solidiori cibo sunt reficiendi: prope uero statum,tenuiori. Cum autem iam adest status, tenuissimum uictum seruare oportet:deinde rursus assidue solidiorem,ac simile augmentum efficere illi, quod ante statum fiebat,decremento.Sanguinem uero mittere oportet & ob morbi magnitudinē:& quibus rubor multo plus,quàm naturæ conueniat,& maior,quàm pro consuetudine,totius corporis tumor,& uenæ eminentes atque extensæ,his omnibus est auferendus,nisi uires,aut ætas,aut aliquid eorum, quæ supra cōmemorauimus,prohibuerint. Quòd uero humidus uictus in febribus acutis omnibus iuuat, dudū recte dictum est.Succum igitur ptisanæ his,quibus non acescit,exhibere oportet:& melicratum,quibus non bilescit.& sorbitiones ex alica,& panem ex aqua,& quæcunq; alia eandem, aut similem uim hn̄t. In his uero,quæ præter modum calidæ & æstuosæ sunt,cum primum uideris coctionis signa,tunc audacter aquam frigidam potandam exhibe.Modus uero in quantitate seruetur,quemadmodū tempus anni,regio,ętas,& natura,& consuetudo etiam exposcit.Talis quidem est,ut in uniuersum dicā,febrium, H quæ accidentibus carent,curandarum ratio.

Febrium,quæ cum accidentibus affligunt,curatio. *Cap. 14.*

QVæ uero cum accidentibus sunt,non æque simplicem exigunt curationem, ac pro uiribus metiendum est,quanta sit febris, quantumve ex accidentibus periculum immineat, atque ad id, quod uehementius ac difficilius est,intendendum, non post habita omnino etiam alterius cura.Age enim siquis febricitet, † [& adsit] plethorica dispositio, uerum ex recentibus cruditatibus sit, ac morsum sentiat afflictumque os uentriculi: uel si etiam humorem aliquem malum euomuerit, & in huius transitu non parum fuerit offensus,adeo ut grauiter se habeat atque anxie: Nunquid hic ad febrem respicientes, solam multitudinem euacuare tentabimus, (quod alioquin sine molestia faceremus,)an prius ori uentriculi prouidebimus,ac deinde,postquam circa hoc bene se habuerit,quam cōtigerit,totius corporis euacuationem faciemus?Mihi quidem ita agendum uidetur.Multos itaque sæpius uidi,qui ita affecti erant,quosdam interijsse,non nullos ad extremum periculum fuisse perductos cum medici eos euacuare tentassent, antequam os uentriculi corroborassent. Sed neque, si fuerit febris cum profluuio uentris,alia est opus euacuatione:uerum hęc sola sufficit, quamuis non sit pro multitudinis ratione:quicunque enim his plus adimere fore necessarium putantes, aut sanguinem mitte-

† Alias legit non adsit.

re,

A re, aut uentrem mouere tentauerunt, in grauiora pericula duxerunt. Sed neque, siquis simul & distentione neruorum laborauerit, & sanguinis eguerit missione: huic tantum semel mittere oportet, quantũ exigit* morbus: sed aliquid etiam accidenti est relinquendum: cuius causa sæpe sudores eueniunt, & uigiliæ molestant, & uires ægroti debilitantur. Ita etiam, si uehementissimæ uigiliæ aut dolor intensus ægrotum infestant, cauendæ sunt subitæ ac multæ euacuationes. Ipsa præterea ambientis aeris temperatura, loco accidentis cuiusdam habenda, quando exquisite calida ac sicca fuerit, † [qualis est tempore medio] inter Canis ortum & Arcturi. Atque ideo omnes, quibus medici nihil omnino de temporũ statu cogitantes, sanguinem abstulerunt, interierunt. Si etiam ualde frigida fuerit, tunc quidem sanguinẽ mittere est formidandum: cum non ignoremus non parua ex similibus sequi pericula. Interierunt autẽ non nulli, qui in calidis admodum constitutionibus non recte euacuati sunt, ex syncopa uocata, & dissolutione: in frigidis uero, cum accessiones incipiunt, nimium refrigerati non amplius releuantur. Ob hæc igitur neque in locis supra modum calidis aut frigidis sanguinem mittere audemus. sed, si regio ipsa & temporis status consentiunt, omnino abstinemus: cum uero non consentiunt, euacuamus quidem, sed multo minus, quàm si neutrum prohiberet. tanquam etiam accidens quoddam, ægrotantis ad patiendum facilitatem considerare est necessarium: multi enim † [neque unquam sunt euacuati,] ne B que euacuationem ullam integram, aut inediam longam possunt perferre: sed alij quidem ex his in omnimodam corporis imbecillitatem facile incidunt: quidam uero statim os uentriculi male affectum habent, adeo ut cibos abhorreant: quòd si eos cogantur assumere, aut non retinent, aut male concoquũt. In hac dignotionis parte etiam ægrotantis temperaturam contemplari oportet: quicunque enim calidi & sicci natura sunt, hi omnes facile ab integris euacuationibus offenduntur. Et consuetudo quoque non parui momenti est tum ad omnia alia, tum præcipue ad euacuationis indicationem, † quidã enim nunquam antea fuere euacuati, neque unquam euacuationem integram pertulerunt, & multis cibis usi sunt, nonnulli contra neque multis cibis usi fuerunt, & euacuationibus sunt assueti. hos igitur intrepide euacuare oportet, quando & reliqua etiam consentiunt, ceteros uero (nempe insolitos) nec si omnia alia id suaserint. Eodem pariter modo & corporis habitus considerare oportet: nam, qui densa & solida carne constant, his habitus haudquaquam facilis pati. quare non oportet uereri ipsos euacuare ex toto si quidem & alia id iubent: sed qui mollem, & humectam, & diffluentem habent carnem, hi mirum in modum sunt ad patiendum habiles. quare, & si reliqua omnia sanguinem esse minuendum persuadent, non tamen id facere audendum est: sed & alijs euacuationibus, quantum moderate & caute fieri potest, utendum est. eodem modo, & quicunque supra modũ crassi sunt aut macilenti: nã & his ue C nam incidere cauendum est, aliasque euacuationes integras uereri oportet. His etiam & ætas annumeranda est ueluti accidens quoddam, quod prohibendi integram uacuationem uim habet: neque enim pueri, neque seniores hanc sine noxa tolerant. Hosce igitur omnes, quos diximus, ubi dispositiones hortentur, non semel, neque ex toto, sed paulatim oportet euacuare inedijs moderatis, & frictionibus & clysteribus mollibus, humectationibusque, & cataplasmatis, & balneis: quorum singulorum indicationes rursus ab ijs, quæ antea diximus, sunt assumendæ. Ita etiam, siquando duo contraria accidentia consequantur, inspicere oportet, utrum eorum sit fortius. Eodem modo, si duo morbi eundem hominem obsederint, qui inuicem pugnantes habeant indicationes: nam & tunc quoque aduersus id, quod magis urgeat, instandum, neque alterum omnino negligendum. Eas uero, quæ habentur ex accidentibus & morbis indicationes, non simpliciter, sed secundum causam, a qua singula fiunt, considerandum; qualia sunt defectus animi, & dissolutio. Nam consueuere medici de una re hæc duo nomina dicere. Est unum quidem res ipsa, cuius sunt plures causæ: Nam animo deficiunt & ex choleris nominatis, & ex profluuijs uentris, & difficultatibus intestinorum ac læuitatibus, & muliebri fluxu, & uulneribus, & sanguine per ora uenarum, quas Græci hæmorrhoidas appellant, emanante, aut per superiora educto, aut per nares aut alios meatus, & ex enixarum purgationibus immoderatis. Non D nunquam uero & uehemens cruditas animæ defectum attulit: & tunc præsertim, cum uentrem supra modum soluerit. Et, qui bulimus appellatur, nihil aliud est, quàm animæ defectus. Omnem præterea, quæ ex utero prouenit, strangulationem, defectus animi antecedit, sicuti ad uteri uersus superiora recursus, & ad latus inclinationes, atque inflammationes plerunq; consequitur. Antecedit autem morbum attonitum, & comitialem, cum malignus existit, & dissolutiones, & syncopen, & tabem. Sed & in principijs febrium non admodum paucarum aduenit, & tunc præsertim, cum supra modum aut siccum, & squallidum, aut plenum immoderate corpus extiterit. † Et non nunquam etiam simul cum febre incendente atque maligna inuasit. Et quibus extremæ corporis partes in principijs febrium plurimum sunt refrigeratæ: & quicunque ob inflammationis magnitudinem uel hepatis, uel uentriculi, uel stomachi febricitant: his etiam in principijs accessionũ nõ nunquam animi defectus adueniũt, illis præsertim, quib[us] humores crudi & incocti redundãt, aut qui aliquã præcipuã partẽ obstructã hñt. Animo etiã deficiunt, quibus os uentriculi male affectũ est, aut humorũ uitio mordicatũ, aut crassis, uel lẽtis, † [uel humidis, uel frigidis humoribus aggrauatur. Quidam etiam in uehemẽtibus animæ affectibus animo defecerunt], sed præcipue senes, & qui alioquin sunt imbecilles. Etenim plures eorum tristati, aut lætati, aut irati, animo defecerunt. Sed & roridæ humiditates quædam aliquando his ita affectis haud in temporẽ superuenientes, animi defectum inducunt: Sicuti, & qui magis robusto sunt corpore,

*Alias multitudo.

† Multi codi. græci legunt. [illegible] &c. i. qualis hoc anno fuit tempore medio &c.

† In quibusdã codic. græcis hæc non habẽtur.

† Manuscripti tamen quidã codices habẽt quidam enim nec unquam euacuationẽ integram pertulerunt, & multis cibis usi sunt &c. Sunt etiã codices, qui habeant. quidã enim nec unquam euacuationem integram petulerunt, nec multis cibis sunt usi, quidam cõtra, & multis utuntur cibis, & euacuationibus sunt assueti.

A. l. 1. f. 4. c. 10. p. 146. F.

A. l. 3. f. 11. c. 2 c. 4. p. 517. A.

A. l. 3. f. 11. c. 2 c. 4. p. 516. E.

† Et cum ardẽti & maligna febre non nũquam simul inuasit etiã eas, quibus extremæ corporis &c. Nam de ijs potius debet intelligi. quæ in inuasionibus causã

pore,ex immoderatis ſudoribus idem patiuntur. Et, ſi abſceſſus quiſpiam rumpatur uehementer ei, E
qui non admodum robuſtis ſit uiribus:ac tum præcipue, cum materia ſimul tota ad uentriculum, uel
uentriculi os,aut thoracem defluxerit:Et, ſiquando etiam nos abſceſſus ſecantes totum ſimul emitte-
re pus tentauerimus,animi defectum ſubſequi eſt neceſſarium. Et, ſi quandoq; purgantes, aut clyſte-
re abluentes,aut quomodocunq; euacuantes, id aliquo modo uehementius, quàm oporteat, egeri-
mus:neq; enim in morbo intercute tota ſimul ſuperfluitas (quamuis ſit præter naturã) poteſt ſine no-
xa euacuari:ſed tunc quoq; neceſſarium eſt hominem deficere animo. At uero ex uehementia dolo-
rum ueniunt diſſolutiones, cum morſus quidam ac tormina, aut ilei,†[aut inteſtini craſſioris affectus]
ſubito accidunt. Sed & neruus percuſſus,& muſculi caput animi defectum intulerunt, & maligna in
articulis ulcera, omniaq; gangrænoſa & depaſcentia,& immoderata frigiditas,atq; caliditas,uitalisq;
roboris diſſolutio. Hæ quidem ſunt defectus animi cauſæ. Singulæ uero earum propriam curatio-
nem deſiderant, & de omnibus quidem non contingit nunc ſcribere:nam,quæ paſſionibus aſſident,ſi-
ne illis curari non poſſunt. Tantum igitur in præſenti ſermone de ipſis dicemus,quantum quiſpiam de
eis edoctus,poſſit ijs,quæ repente ingruunt,acceſſionibus occurrere: Veluti quòd eos,qui ex choleris
& uentris profluuio & multis alijs uniuerſim factis euacuationibus diſſoluuntur, aqua frigida ſparge-
re oportet,& nares apprehendere,& os uentriculi perfricare,ac iubere,ut euomant,ſtomachum irritã F
do digiti uel pennæ immiſſione. ſed neq; malum manus & crura alligare: oportet autem nexus fieri
plures ac fortiores circa manus, quando per inferiores partes fiunt euacuationes: quemadmodum,
quando per ora uenarum hæmorrhoidum ſanguis profluit, aut uentris profluuia adſunt, aut cum per
uteros exeunt in mulieribus menſtrua: nam,ſi tunc crura fortius ligentur, ſæpius aliquid ad partes in-
feriores attrahitur: Contra autem fit in fluxibus ſanguinis factis per nares atq; uomitibus, in quibus
crura ſunt uehementius alliganda. Et quidem,quibuſcunq; in vulneribus ſanguis emanat,eodem mo-
do,ſi ex ſuperioribus partibus accidit,inferiores:ſi ex inferioribus, ſuperiores uinculis ſunt aſtringen-
dæ. Situm quoq; aliquem in aduerſum tendentem parti expedit inuenire,non tamen hoc multum fiat;
nam,ſi nimium tendatur,atq; ex hoc fatigetur,nihilominus irritatur,quàm ſi inclinaret ad eundem lo-
cum. In uniuerſum autem,aut ad communia membris patientibus in aduerſum trahere oportet, aut ad
ea,in quibus eſt euacuationis origo. Atque ideo uehementes euacuationes, quæ ex uteris fiunt,cucur
bitulæ iuxta mammas appoſitæ ſtatim ſedant:quæ uero ex naribus, hepati ac ſpleni ſecundum narẽ pa
tientem:quòd ſi ex ambabus naribus ſubito ac multus ſanguis efflueret, utriq; uiſceri ſunt adiiciendæ.
Vinum etiam aqua frigida temperatum curat eas, quæ ex magnis fiunt euacuationibus,diſſolutiones,
& tunc præſertim,quando ad uentriculum fluunt humores. Sed aduertendum eſt, an aliquid ſit,quod G
prohibeat huiuſcemodi exhibitionem. ueluti ſi aliquod unum ex uiſceribus inflammationem patiatꝰ,
aut caput uehementius doluerit, aut paſſio aliqua,quæ delirare cogat,affuerit,aut febris incendens in
morbo crudo. magna enim & quaſi inſanabilia ex potu uini in huiuſcemodi affectibus nocumẽta pro-
ueniunt. Quòd ſi nihil prohibeat, poſtmodum ægrotantis naturam,& conſuetudinem, & ætatẽ,& am
bientis aeris temperaturam diſtinguere oportet:ad hæc enim reſpiciens, uel frigidum uel calidum po-
tum exhibebis. Nam,qui aſſueti non ſunt potare frigidum,aut manifeſte ex ipſo offenduntur, & qui-
cunque natura ſunt frigidiores,& qui in extrema ſunt ſenectute, & loco natura degunt frigidiori,tem-
pore hyberno, cauere frigidum oportet:at qui contrario modo ſe habent, hiſce intrepide offerendum
eſt. Sit uero uinum in fluxionibus,quæ ad uentriculum fiunt,calidum & tenue, quale Leſbium:in ſan-
guinis autem fluxibus craſſum ac nigrum & acerbum. Ipſis uero locis imponere oportet, ueluti uen-
triculo, & utero,& ſtomacho,& thoraci, quæ corroborandi uim habent:capiti autem & fronti,præter
hæc,illa etiam,quæ refrigerant. Et, quibus in ſummis partibus, & in naribus uena aliqua diſrupta eſt,
medicamen aliquod ex ijs,quæ ſanguinem ſupprimere poſſunt,imponendum. Balneæ uero in fluxio-
nibus quidem ad uentrem aptiſſimæ ſunt,ſanguinis uero fluxum acriter irritant.Et,quicunque ob ſudo
ris multitudinem animi defectum patiuntur,his etiam plurimum nocent: horum enim adſtringere o- H
portet,ac refrigerare,non laxare cutem: & uinum frigidum præcipue his exhibere,& nihil omnino ca
lidum offerre. Sed neq; etiam crura ac manus ligare oportet,neq; cogere ad uomitum,neque ullo mo
do mouere: Ac uentis refrigerantibus aditum præparate: aerem quoq; domus alterare frigida atque
aſtringente qualitate,myrtorum folijs,uitium capreolis,ac roſis pauimentum conſternentes. Nihil ue
ro horum confert,ubi ad uentrem fluxiones fiunt:nam,quo magis cutem denſaueris, tanto ipſæ magis
augentur. His igitur,qui ex euacuationibus diſſoluuntur,ita confeſtim ſuccurrendũ eſt:At, qui ex mul
titudine, non ita. Verum in illis artus quàm plurimum fricare oportet,calfacere,atq; alligare:A uino
uero & cibis abſtinendum,& balneis etiam,ſi febricitauerint:Sufficit autem,ſi eis dederimus melicrati
potum,in quo ebullíuerit thymus,uel origanum, uel pulegium,uel hyſſopus. Conuenit quoque oxy-
mel, [& ligare ac fricare manus potius,quàm crura.] Et, quæ etiam ex utero laborante exoluuntur,
non aliter curandæ ſunt,excepto oxymelite:fricare etiam atq; alligare magis crura oportet, quàm ma
nus. Et,quemadmodum in multo effluxu cucurbitas iuxta mammas imponimus, ſic, quibus ſurſum
aut in latus tractus eſt uterus,inguinibus & coxis adhibebimus:& naribus quidem ea,quę fœtidiſſimũ
odorem habent:utero autem odorata,& ea,quæ laxare ac calefacere poſſint, medicamẽta afferemus.
Si uero os uentriculi fuerit imbecille,atq; ideo animi ſequatur defectus,ea,quæ roborandi uim habẽt,
oportet

maligni extremis corporis partibus refrigeratis,animi defectum incurrunt. ut uidere licet pagin.99.e.

†Codices quidam græci manuſcripti hæc uerba non habent.

A. ibidem.

†κωλικῆς διαθέσεως eſt in pleriſq; codicibus græcis, quãquã aliqui κοιλιακῆς διαθέσεως hic habent. qui tamen inſertus prope finẽ capitis τοῖς κωλικοῖς πάθεσι, ut reliqui etiam cod. habent.

A.l.4.f.5.e. 2. c.13.p.787.f.

A. ibid.5.7.h.

A oportet emplastra adhibere, quale est, quod fit ex palmulis, uino, farina hordei, croco, aloe, ac mastiche: madefacere autem ijs, quæ constant ex absinthio, & oleo melino, & mastichino, & nardo, & œnanthe, & uino: Et, si ipsum æstuet, miscere ex refrigerantibus aliquid, ueluti cucurbitæ succum, atque lactucæ, & portulacæ, & solani, & sereos, & uuæ acerbæ: hæc quidem non solum refrigerat, sed etiam astringit. Aqua etiam frigida æstuanti ori uentriculi plerunq; prodest, si in tempore detur, alioquin plurimum obest. Atq; ijs, qui uentriculi os imbecillum habent, uinum calidum potius oportet exhibere, si nihil sit aliud, quod prohibeat. Plurimum uero iuuat eos, qui ita laborant, etiam frictio extremorum. Quòd si ex his remedijs nihil melius se habuerint, exæstuantes quidem quam primum ad balneas ducere oportet: qui uero aliquid frigiditatis sentiunt, medicamen dia trion pepereon nominatũ, atq; ipsum piper solum, atq; absinthium bibant. Qui uero ex uitiosis humoribus os uentriculi mordicantibus dissoluuntur, hos post aquæ calidæ aut hydrolei potum fac euomere: quòd si difficulter euomant, prius concalefacere oportet, quæ os uentriculi circumstant, loca, & manus, & pedes: quòd si neque hoc modo possunt euomere, digitos aut pennas demittendo irritare oportet: quòd si neque sic euomant, rursus his oleum calidum quàm optimum exhibendum. Solet autem sæpius oleũ non solum ad uomitum irritare, sed etiam uentrem molliorem facere. est autem & hoc præsentibus

B rebus non parum utile: quare nisi sponte accidat, arte procurandum est: præcipue uero & glandibus suppositis hoc tentandum est facere: quòd si ex istis facilius fiat, etiam absinthij comam in melicrato decoquens ad potandum exhibeas, atque deinceps uinum: ac omnibus modis membra oportet corroborare partim ijs, quæ extrinsecus apponuntur, partim absinthij potionibus: non tamen id in principijs faciendum suadeo, sed postea, quando partes, quæ circa aluum sunt, fuerint expurgatæ. Quando uero adhuc humores in ipsis continentur, nondum adstringere, sed tantum concalefacere (ut antea diximus) conuenit. Vbi uero multa pituita frigida in ore uentriculi fuerit aceruata, fouere quidem plurimum oleo, in quo absinthium ebullierit, postea uero etiam melicratum exhibere, uel hyssopum, uel aliquid simile infundendo: Dandum etiam oxymeli, aut piper, aut diatrion pepereon, aut diaspoliticon medicamen: Et uniuersum uictus rationis caput incidendi uim habeat. Quæ uero ex nimia frigiditate ueniunt exolutiones, eodem modo curandæ sunt, quo bulimi, omni modo calfaciendo: uinum igitur eis exhibere oportet calida temperatum, ac cibos, qui calefaciendi naturam habẽt, fricareq; ac calefacere ad ignem simul. Quæ uero ex nimio calore accidunt, ijs, quæ refrigerandi, ac corroborandi uim habent, curandæ sunt: hæ uero maxime eueniunt ijs, qui in aere suffocante ac balneo commorantur. Statim igitur ipsos corroborabis, si aqua frigida sparseris, & flabellaueris ad uẽ-

A. ibid. f. 17. b

C tum conuersos, & os uentriculi perfricueris atq; agitaueris, ac postmodum uino ciboque refeceris. At, qui ob inflammationis magnitudinem, aut uehementis febris malignitatem animi defectum patiuntur, † & in principijs accessionum refrigerantur: his artus fricare fortiter, & calefacere, cruraque ac manus alligare, ac uigilias, cibiq; & potus omnimodam abstinentiam præcipere oportet. Optimũ uero in his, quid futurum sit, præcognoscere, atque hæc ante accessionem facere anticipare. Eos etiã, qui ex siccitate in principijs accessionum syncopam sunt incursuri, optimum est præuidere: nam, si duabus aut tribus horis ante accessionem exhibiro cibo, manus ac pedes constringi iusseris, nõ interibũt. Oportet autem cibos esse concoqui faciles, & uentriculo aptos. Quòd si magnum imminere periculum fueris suspicatus, uinum dare anticipabis, uinumque præsertim in alicam elixatam infusum: quòd si aliquid † [panis loco alicæ] exhibueris, idem ualebit. At, si mediocris syncopa expectatur, uino parcendum: sufficit enim tunc mala punica, aut pyra, aut poma, uel aliquem alium fructum astringentem cibis admiscere: &, si ad hæc mediocriter tulerint accessionem, cum rursus cibum obtuleris, non erit necessarium fructibus uti. hæc quidem facienda sunt, si quid futurum præuideris. At, qui ex inopinato in periculum inciderint, uinum calidum cum pane est exhibendum, & paululum aliquid cum eo alicæ calidæ. Nam, si ijs, qui ita affecti sunt, amplius obtuleris, aut cibos difficiles concoqui, non mo-

† In principijs accessionum & refrigerantur.

† Al. panis ex alica. A. l. 4. f. 1. c. 2. c. 30. p. 784. f.

D do syncopam patientur, uerumetiam penitus strangulabuntur. At, qui animo deficiunt ex membri principalis obstructione, his oxymel dare oportet, atq; ex hyssopo, origano, pulegio, & melle potum, cibosque incidendi naturam habentes: nam crassi ac tenaces magnas in similibus afferunt noxas. Sed neq; deterius fuerit artus perfricare atq; alligare: prodest etiam hisce potibus uti, quæ urinam ciendi uim habent, ueluti qui anethum, & fœniculum, & apium, & petroselinum, & ami, & daucum, & spicam nardi recipiunt: quæ ubi manifeste iuuerint, iam uino utendum est albo & tenui, non admodũ antiquo. Nosces uero huiuscemodi obstructiones cum ex alijs inæqualitatibus pulsuum: tum ex his præcipue, quæ secundum magnitudinem, paruitatem, ac uehementiam, & debilitatem fiunt, ubi syndrome (id est concursus) quam plethoricam uocant, non adsit: nam istius quoque communes sunt. Fiunt uero & in huiuscemodi dispositionibus, cum uehementes fuerint, pulsus intercidentes. Hæc quidem in libris de pulsibus a nobis latius explicantur. Nunc uero transgrediamur ad eum sermonem, qui superest de reliquis exolutionibus, ueluti, quæ ex abscessuum disruptione, aut sectione contingunt, aut ex superflua euacuatione in ijs, qui aquam intercutem patiuntur: confestim quidem hi optimis odoribus fouendi sunt, paulopost autem sorbitionibus concoqui facilibus sunt reficiendi. Si uero ob tristitiam, aut gaudium, aut timorem, aut iram, aut terrorem exoluantur, odoribus & nariũ apprehensionibus sunt reuocandi, cogendique ad uomitum. Eodem pariter modo, qui ex uulneribus, aut pur-

gationibus, aut doloribus, qui in articulis, neruis, & musculorum tendonibus eueniunt, exoluuntur, E statim sunt reuocandi: postmodum uero conueniens passioni curatio est afferenda. Animi uero defectus, qui intestini laxioris doloribus, aut ilei, aut similibus uehementibus cruciatibus fiunt, ex patientium locorum concalefactionibus frictionibusq; extremorum præcipue curantur. At, quæ ex propria imbecillitate uirium, quæ tegunt corpus, eueniunt exolutiones, ex intemperatura uidelicet factæ partium, de quibus uires proueniunt, contrarijs curare intemperaturis oportet: frigidas quidem, concalefacientes: calidas uero, refrigerantes: atque in alijs eadem ratione. Virtus igitur, quam uitalem uocant, quam ex corde prodeuntem ostendimus, ex pulsuum debilitate cognoscitur: At, quæ ex hepate oritur, ac naturalis dicitur, ex sanguineis egestionibus ab initio aquosis atque tenuibus, postmodum uero crassis ad modum fæcis: At, quæ ex cerebro originem ducit, quam præcipue non nulli animalem appellant, ex motuum uoluntariorum imbecillitate deprehenditur. Sed de his quidem dispositionibus proprio tractatu separatim tibi scribemus: permulta enim ab ipsis medicis sunt prætermissa.

A.l.4.f.1.2. c.16.p.783.b

Curatio capitis a uarijs causis molestati. Cap. 15.

QVoniam uero sermonem de accidentibus hucusque fecimus, rursus ad primum institutum redeamus, unam in omnibus communem intentionem habentes, causas nimirum, a quibus fiunt F eorum singula, considerare. hæ siquidem tibi conuenientem curationem indicabunt. Veluti siquis doleat caput, si quidem os uentriculi illi mordeatur, & fastidium sentiat, iubendum est, ut euomat. nam uel bilem euomet, uel pituitam, uel utrunque. Quod si nulla insignis appareat in uentriculo passio, considerandum, nunquid multitudo, uel obstructio, aut inflammatio aliquarum capitis partium adsit: inuenies uero primum quidem; si interrogaueris, nunquid dolor per totum caput extendatur, aut alicui particulæ fortius insideat: deinde nunquid cum grauitate, uel tensione, uel mordicatione, uel pulsu. Nam, qui cum grauitate dolores fiunt, multitudinem ostendunt: qui autem cum mordicatione, uel uaporis uel humoris acritudinem: cum pulsu uero, inflammationem, at cum tensione, si quidem sine grauitate ac pulsu, spiritus crudi ac flatuosi multitudo: si uero cum pulsu, corporis membranosi inflammatio: at si grauitas adsit, multitudo intra membranas contenta significatur. Cum igitur omnia distinxeris, causam, ex qua horum singula fiunt, considerare oportebit: illa enim tibi modum curationis ostēdet: Veluti si multitudo uaporis atque humoris contineatur, aduertere oportet, nunquid ob magnitudinem febrium humores diffusi, ac ueluti efferuescentes ad caput ascenderint, an propter eius partis imbecillitatem, an ob totius corporis plenitudinem. hanc enim totius corporis euacuationibus haud difficulter curaueris: Eum uero, qui ex partis imbecillitate contingit, partim quidem in contrarium tra G hendo per totum corpus, partim ipsi parti remedia adhibendo. In contrarium uero trahes clysteribus acribus, & nexibus, & frictionibus in partibus inferioribus plurimis, &, si expedierit, aliquid etiam sanguinis abducendo. Partem autem sanabis eo tempore, quo ad uniuersum corpus retrahis, ijs utens perfusionibus, quæ a capite uim repellendi habent, ac deinde euacuantibus, postremo uero corroborantibus. Repellit autem oleum, quod omotribes; idest immaturum, nominatur, aut tale aliquid simile, & quod oxyrhodinum, & rosaceum uocatur, ipsum per se ipsum, & quæcunque ex capitibus papaueris, & teneris oliuæ germinibus, & hederæ corymbis, mentaque uiridi, & sisymbrio parantur. Vtendum uero ipsis in *multitudine quidem crudiore ac frigidiore, tepidis: in calidiore autem & biliosiore, frigidis. Euacuat autem atque dissoluit & oleum calidum ipsum per seipsum, magisque, si antiquum fuerit, uel sicyonium aut anethum in ipso ebullierit. nam multitudo humorum, qui non admodū sunt crassi atque tenaces, sufficienter per huiuscemodi euacuatur. Sed, & si spondylion, uel serpillum intus decoxeris, aut pulegij comam, uel calamenthi, uel mentæ, uel sisymbrij, ita etiam id, quod crassius est, euacuabis. Hæc uero ipsa, uirium etiam aliquid membris adijciunt, &, quæ debilia sunt, roborant. Vtēdum igitur ipsis deinceps usque ad integram sanitatis restitutionem. Et, si oportuerit, per nares etiam & palatum expurgabis: & sternutamenta excitabis. Et, si ad balneas hominem induxeris, siccis sindoni H bus caput est perfricandum, salque & nitrum & sinapi sine oleo imponendum. Hæ quidem sunt ex particulæ debilitate doloris capitis medicinæ. At quando ex magnitudine febrium accidit, & medicamenta adhibere est necessarium, frigidæ qualitates ac uires, & quæ ex hydrelæo, & oxyrhodino, & papauerum capitibus constant, infusiones expediunt. In dolore autem capitis, qui sanguinis fluxum aut uomitum decretorium significat, non sunt remedia quærenda. neque enim accidens quoddam, sed bonum signum potius tale quicquam est existimandum, sicuti & multa alia, quæ ante crises contingunt: quæ plurimis quidem terrorem incutiunt, bonum tamen quoddam ostendunt. Optimum uero est posse dignoscere, ubi corpus perturbatur, natura cum alias excretiones, tum præsertim uomitum, & sanguinis fluxum moliente, quorum inseparabile indicium est capitis dolor. Diximus autem plenius de hisce omnibus alibi: nunc uero, quantum poterimus, primum seruantes institutum, breuiter de ipsis transigemus. Considera igitur primum quidem species febrium, si calidæ sunt atq; urentes: nam hæ per excretiones iudicari consueuerunt, quemadmodum, quæ molliores sunt ac ueluti * submersæ, diu durant, & sæpius feruntur in abscessus. Secundo loco, si morbus sit ad salutem decliuis. Quis enim bonam crisim in morbo pernicioso expectauerit? Tertio ad hæc, totius morbi tēpus considerandum. si enim principij uel augmēti fuerit signum, nondum autem status neq; concoctionis signa apparuerint in

A.l.3.f.1 c.2. c.7.p.350.f.

*Al. affecta.

A in urinis, uel sputis, uel alui excrementis, non expectandum est bonam fieri crisim. Hæc sunt, ex quibus
sperauerit quispiam morbum per excretiones crisim habiturum. Eius uero, quod iam instat, neque iã
etiam futurum est, hæc signa sunt. Difficilis quædam tolerantia omnem crisim antecedit, &, si quidẽ in
die crisis esse debet, noctu: si autẽ noctu, in die. Si igitur tale aliquid uideas, considerandũ est, quotus sit
A.l.3.f.2.t.2. c30.p.810.d. ægritudinis dies. Quidam enim sunt, qui ad crisim apti sunt, paruo etiã motu a natura accepto. Multi
uero in magnis motibus nequeunt omnino magnitudinẽ perturbationis inspicere, nunquid sit secun
dum diei naturam. Nam septimus dies etiam ex paruo naturæ apparatu ad crisim per euacuationẽ mo
uetur. Sextus uero magno apparatu indiget, & sæpe neq; ulla in eo fit crisis: quod si fiãt, neq; sine peri-
culo, neq; fideliter accidit. Sic autem & unicuique dierum aliorum quædam inest propria natura, quã,
ubi de diebus decretorijs agitur, definiuimus. Age, iam sit dies pro magnitudine perturbationis: Dein
de oportet considerare, qualis erit crisis. De alijs igitur nihil impræsentiarũ dicere oportet. At, si uomi
tus aut sanguinis fluxus ex naribus futurus est (nam huiuscemodi crisibus unum diximus esse signum,
dolorem capitis) ex his maxime distinguere oportet. Primum quidem, si statim ab initio non inuasit,
sicut quoddam ægritudinis accidens, sed in perturbatione; quæ ante crisim fit. Secundo loco, etiã si cer
uix aliquid compatiatur, & præcordia retracta sint, aut anhelitus difficilis repente superuenerit, thora
†Alias pulsus subito agitati ac perturbati. B ce ueluti angustiore facto. Si enim post hæc omnia † pulsus in tumorem subito elati non reciderint in
paruitatem, neque debiles facti fuerint, statim crisis expectanda est. Si uero non modo non deciderint
A.l.5.f.13.t.5 c.22.p.566.e. sed etiam in altum attollantur, & uehementiam assumpserint iam faciem ægrotãtis inspicere oportet.
Nam, si aliqua ijs, quæ in ipsa sunt, partibus palpitet, aut uenæ, quæ sunt in temporibus, pulsent, aut ge
næ, uel nasus, uel oculus rubidior factus fuerit: magis etiam crisis expectanda est. Si uero & inuiti la-
chryment, aut splendores uidere imaginentur, ac manus naribus ueluti scalpentes admoueant, tũc nõ
iam fluxurum, sed iam fluentẽ sanguinem inspicies: nam, ubi semel aut bis scalpserint, statim erũpit. Ne
que uero ex his perterrearis, si hominẽ desipientem, aut resilientẽ inspexeris. Nam & hæc humorũ re-
pentium ad partes superiores indicia sunt, quemadmodum & anhelitus, difficilis, & præcordia retra-
cta, & collum simul cum capite aggrauatum. At tibi unà cum his indiciò etiam sit desipientia. Et hæc
quidem sufficere signa possunt. Sed accedit quandoq; & ægrotantis ætas, & natura, quæ spẽ magis con
firmat, ac præterea anni tempus, & præsens constitutio. Nam, si ęgrotus fuerit adolescens, aut alioquin
natura calidus, aut multo sanguine abũdauerit, magis adhuc de hoc sperandum erit: & si etiam sæpius
antea, dum sanus esset aut ægrotaret, sanguis ex naribus fluere uisus est, hoc uel solũ sufficit fluxus san
guinis spem afferre. Si uero & tẽpus anni æstatem uideris, uel non quidem æstatem, alioquin tamẽ ca-
C lidam præsentem constitutionem, non ne ex his aliquam indicationem assumemus? Quòd si & plures
eo tempore crisim ex sanguinis fluxu habuerint, & hoc tibi spem uehementius augebit: & si corpus ple
thoricum extiterit, & consuetæ excretiones fuerint retentæ. Mihi quidem non modo non uidetur dif
ficile eum, qui tot & talia habuerit indicia, futuri sanguinis fluxus præcognoscere: uerum etiam absur
dum & magnæ imperitiæ, non præcognoscere. Nostri uero temporis medicorum indiligentia ea admi
ratur, quæ admiratione digna non sunt. Nam, siue ex dextra nare, siue ex sinistra fluxus sit sanguis, ni-
hil difficile ex nuper dictis prænoscere: plures uero medicorum hoc non solum difficile, sed neq; om-
nino possibile existimant. Tametsi has & alias excretiones omnes prænoscere licet, si hæc duo tantum
considerauerimus, & unde naturæ motus agatur, & in quam partem. Nam, & quæ deficiunt adiuuabi-
mus, & quæ immoderate feruntur coercebimus, si ista nouerimus: Veluti, uerbi gratia, sanguinis fluxus
ex splene, magnæ cucurbitæ sinistris præcordijs suppositæ facile retrahunt: at, qui ex hepate prodeunt,
dextris, & qui ab alijs membris, eadem ratione. Nam ex uno de oĩbus colligere poteris, uniuersale con
tẽplando. Quare & ego hoc in loco præsentem finiã sermonẽ: Deinceps autem de febribus, quæ ex in
flammationibus accidunt, tibi transigam, deque alijs passionibus, quæ in singulis partibus corporis cõ
stituuntur. Phlegmonæ autẽ, idest inflammationes, a ueteribus uocabantur, quæ sunt ueluti phlogosis;
D idest inflammina, uel incensiones: a iunioribus autem non omnes. Neq; enim herpetas, neque, erysi-
pelata neque tale aliquid quicquam inflammationibus annumerant: sed uni tantum affectui ex calidis
qui fit cum tumore duro atque dolore pulsatili, hoc nomen accommodant. Non tamen ad hunc solũ
febres & dolores sequi uidemus, sed ad omnes simpliciter calidas, ac ueluti efferuescentes passiones.
De his igitur, atque alijs similibus morbis sequenti libro uerba faciemus.

GALENI DE ARTE CVRATIVA AD GLAVCONEM LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Ratio curandi omnes præter naturam affectus, qui communi nomine inflammationes dicuntur.

De generibus, ac differentijs inflammationum. Cap. I.

DE his autem, quæ in singulis corporis partibus fiunt passiones, ô Glauco, deinceps dicemus, ab inflammatione incipientes. Etenim sæpius hæc fit, plurimasque habet differentias, ex quibus omnibus solent febres contingere. Communis igitur in omnibus immoderata caliditas, & ueluti phlogosis, id est in- F
flammen, unde & phlegmones.i.inflammationis, nomen de ipsis afferre antiqui consueuerunt. Propriã autem in singulis differentiã inuenies, ex qua eius speciem agnosces, & conuenientem assequeris curationem. Aliter enim qui herpetes, aliter, quæ erysipelata, atque aliter, quæ phygethla uocantur, ac reliquas inflammationis species curabis. itaque hoc etiam in loco antecedit ea facultas, qua possumus recte agnoscere passiones. Tibique hoc primum conabor scribere, omnes ab initio distinguens inflammationum differentias. Prima igitur inflammationis differentia est, secundum quam hanc quidem humidam, hanc uero siccam esse contingit: humidam quidem, quæ ex calida fluxione membrum occupãte contingit: siccam uero, quando nullo humore influente calor naturalis ignescit. Hoc autem usq; ad aliquid quidem ueluti febris est membri: cum uero iam ad immoderatam caliditatem ac siccitatẽ peruenerit, corruptio atque extinctio omnimoda fit. Quare neque in plura secari potest, quemadmodũ differentia altera, secundum quam quosdam influere humores particulæ dicebamus. Multæ enim sunt huius species: nam fluente sanguine altera: flaua bile altera: ambobusque simul humoribus alia tertia.
Et quidem in earum singulis uel iam putruit id, quod influit, aut in membro constrictum putrescit: & A.l.4.f.3.t.1.
uel crassum est, uel tenue & uel optimum, uel acre. Sanguine igitur optimo ac mediocrem crassitudi- G c.10.p.838.e.
nem obtinente ad particulam aliquam uniuersim fluente, atque ob multitudinem conculcato, uehemens dolor arripit, hominem nisi membrum sensum omnino hebetem habuerit: pulsusque in profundo molestus accidit, tendique omnino ac contundi membrum apparet, & uehementem calorem persentit adeo, ut comburi uideatur, & refrigerari desideret: talisq; rubor per summa uiget, qualis ex balneis aduenit, aut ex igne, aut quouis alio modo calefactis. Hæc quidẽ passio totius generis nomen accipit, atque Inflammatio nominatur, sicut multæ aliæ species nomen generis accipiunt: fitque assidue ex omni fere occasione. Nam & uulneribus, & conuulsionibus, & contusionibus, & disruptionibus, & defatigationibus ob exercitationem, & exarticulationibus, atque fracturis, & spontaneis ulceribus
aduenit: & præter hæc omnia, quando ad immoderaram humorum repletionem uenæ pertingunt, A.ibidem.
tunc superfluum effundunt ad aliquam partem, quæ eo tempore recipere apta sit. Omnino autem hæc reliquis omnibus est imbecillior, uel rarior, aut ad attrahendũ paratior, uel immobilior, quacunq; causa fuerit ad has perducta dispositiones. Neque enim de hoc dicere proposuimus. Flaua uero bilis: quando sui seruans naturam unà cum sanguine per totum corpus defertur, morbum facit, qui icteros, id est regius, appellatur. Sola uero, quando secreta est, & in aliquo membro consistit.
Herpes uocatur. Si quidem crassa sit secundum substantiam, totam exulcerat cutem usque ad car- H
nem suppositam: atque hunc affectum Hippocrates nominat herpetem exedentem: Si uero tenuior fuerit, id, quod in superficie est, tantum ueluti deurit: atque hæc species generis sortitur appellationem, cum simpliciter & sine additione Herpes uocetur. Nam ex duabus alijs speciebus, quæ quidem nuper dicta est, Herpes exedens nominatur: reliqua uero altera, miliaris, quoniam in hoc affectu pustulæ paruæ ac multæ per summam cutem similes milijs excitantur. fit autem Herpes huiuscemodi ex bile quidem & ipse, sed minus calida & acri, quàm sint priores. Quod si ex sanguine & flaua bile calidioribus, quàm oporteat, mista fluxio fuerit, uel ex sanguine quidẽ, sed feruescente & tenuissimo
secundum substantiam, Erysipelas passio uocatur, multo inflammatione calidior, magisq; colorem fla- A.l.4.f.3.t.2.
uum repræsentans: Et, si tetigeris, facile sanguis subterfugit, rursusq; illabitur exquisite tenuis, & aspe- c.4.p.840.e.
ctu rubidus. Non tamen dolet hoc, ueluti inflãmatio, neq;, ut aliqua inflãmationis species, pulsum, aut cõpressionem, aut tentionem inuehit similem: sed quandoq; ualde parũ infestat, ac tum præsertim, quãdo per solam cutem diffusum fuerit, nihil inferiorem carnem molestãs. & tale sæpius accidit, atq; hoc est exquisitum erysipelas. Quemadmodũ, quod attingit inferiorem carnem: neq; ex uere tenui fluxione consistit, neq; tantum est erysipelas, sed iam dispositio permista ex erysipelate atq; inflammatione. Exuperant autem in ipsa quandoq; propria erysipelatis accidentia, atq; hic affectus a iunioribus medi

cis

A cis eryſipelas inflammationis participans nominatur : non nunquam uero inflammationis, & tunc ip-
ſum nominant inflammationem eryſipelatis participantem. Quòd ſi neutrius accidẽtia manifeſte ob-
tinuerint ſed æqualia apparuerint, tunc eryſipelas atq; inflammatio miſceri dicuntur. Exquiſitum igi-
tur eryſipelas cutis ſolius paſſio eſt,non tamen ipſa inflammatio partium tantum cuti ſubiectarum, ſed
harum quidem præcipue, non nunquam uero etiam cutis : & eſt ipſa quidem dolorem afferens nihilo-
minus,quàm altera,pulſus tamen ei deficit. Cum uero ſanguis influens calidus ſufficienter extiterit
& craſſus,quodcunq; membrorum ſubito occupauerit, hoc comburendo facit ulcus cum cruſta : quic-
quid uero circumiacet, in inflammationem leuat, efferueſcentem grauiterq; dolentem : uòcatur au-
tem Carbo huiuſcemodi paſſio. Cum uero ſanguis influens niger extiterit craſſusq;, ac fęculentus,ac
feruens, qualis, quem antea diximus : ſimul autem & ſanies non nullas tenues admiſtas habuerit,pu-
ſtulas quaſdam per ſumma cutis excitat, ſimiles ijs, quæ ex igne fiunt, quibus diſruptis cruſtoſum ſub
ipſis ulcus inuenitur : hocq; etiam Carbo eſt. Inflammationis quidem ſpecies tot ſunt ſecundum ip-
ſam paſſionis diuiſæ naturam. Multas uero quiſpiam prætermiſſas putaret, deceptus multitudine no-
minum, ueluti a Græcis Bubonas, phymata, phygethla, ophthalmias, peripneumonias, pleuritidas,
& multa alia ſimilibus appellationibus dicta : hæc enim omnia inflammationes quædam ſunt, in prio-
B ribus comprehenſæ ſpeciebus. Singula uero diuerſa ſunt ſortita nomina, quoniam, qui primi ea im-
poſuerunt,uno nomine & paſſionis ipſius, & patientis particulæ compoſitam intelligentiam interpre-
tari uoluerunt : Sunt enim bubon, phyma, & phygethlon, partium laxarum (quas glandulas, ideſt
adenas, uocant) paſſiones : Bubon quidem inflammatio : Phyma autem, quod ſtatim augetur, atque
ad ſuppurationem feſtinat : Phygethlon autem eſt id, quod eryſipelas particeps inflammationis, aut
inflammatio eryſipelatis nominatur : Sic autem & Ophthalmia eius membranæ, quæ corneæ inhæret,
A.l.3.f.2.T.1.c.6.p.408. D eſt inflammatio : Pleuritis autem eius, quæ latera ſuccingit : Synanche autem faucium : Peripneumo-
nia uero pulmonis : eademq; in ſingulis ratione. Eas igitur, quæ ſunt in partibus apparentibus inflam-
mationes, promptum eſt cognoſcere : quæ autem in occultis, & febres afferunt omnino, non æque
diſcernuntur. At mihi uidetur mente egere perſpicaci eiuſmodi agnitio, ac præterea peritia naturæ
membrorum, quam ex ſectione ſimul & exquiſita ſcientia operationumq; atq; uſuum comparamus.
De his quidem in alijs tractatibus diximus. Nunc uero non datur de his ſermonem adiungere, quãdo
tibi repente peregrinandi neceſſitas ingruat. Quo pacto uero quiſpiam eas optime curet inflammatio-
nes, quæ in apertis partibus conſtant: hoc tibi primum tranſigere ſatago, principium ſumens ab ea paſ-
ſione, quæ plurimum fit, atq; idcirco totius generis affert appellationem: In qua hoc in primis conſide-
C randum exiſtimo, quod & in alijs omnibus magnam uim habet, ut morbi cauſam inueniamus.

De cauſis inflammationum, ac de communibus indicationibus illarum curandarum. *Cap.* 2.

EST igitur una quędam apparentium inflammationum cauſa, quæ non admodum occulta eſt, quæ
Fluxio appellatur, niſi quandoq; illis coniungatur, quæ aliqua alia ex cauſa euidenti factæ uiden-
tur : quando enim nulla ex his præcedente membrum confeſtim patitur inflammationem, ea, quæ
hanc paſſionem cauſa generat, Rheuma, id eſt fluxio, uocatur : ipſa uero paſſio, diſpoſitio rheumatica.
Oporteтq; in his inflammationibus principia curationum optima fieri : nam, quæ in ipſis errata con-
tingunt, difficulter ſanabiles, aut omnino inſanabiles faciunt diſpoſitiones. Sunt autem hæc duo ma-
xima errata, ſi nulla de toto corpore prouidentia habeatur : & ſi calefiat atque humectetur etiam mem
brum. Hæc uero duo medicorum plerique delinquunt, non nulli quidem a Methodicorum hereſi per-
ſuaſi, & inflammationes omnes eſſe paſſiones aſtrictas exiſtimantes, quas elaxare oportet. Sunt uero
quidam, qui ſine ratione atq; ulla conſideratione iſtos ſequuntur, unam excuſationem ad male agen-
dum habentes, cum multis delinquere. Sed neque ex Dogmaticis medicis quiſpiam, neque ex Em-
piricis ita ſenſit : ſed, quod & ratio & experientia ſuadet, totum quidem corpus euacuare congruis
euacuationibus conſulunt : Ipſam uero inflammatam partẽ perfundere ac ſuperlinire eis, quæ id, quod
D influit, repellendi uim habent : id uero, quod in membro patiente continetur, euacuandi, uim autem
ac robur adiungendi ijs, quæ iam affectæ ſunt, partibus. Ad quæ uero inſpicientes oporteat eua-
cuare, iam & antea diximus : ſed & nunc breuiter cõmemorabimus, ut in ſequentibus memoria ſerua-
ta, non ſit neceſſarium in ſingulis paſſionibus eas, quæ euacuationes indicant, audite intentiones.
Aetatem igitur, & tempus anni, & regionem, & præſentem conſtitutionem, & eius, qui afficitur,
robur, habitumq;, & conſuetudinem, atque ipſam ægritudinis naturam diximus conſiderandam : Ex
his enim, quando euacuare, uel non euacuare oportet, & unde, & quomodo, inuenitur : Veluti in ea,
de qua nunc agitur, diſpoſitione, ad genu fluxus deferatur, atque hoc ſubito plurimum attolletur : tibi
uero totum corpus plenum ſanguine appareat, & ualida laborantis uis, tempus autem anni ſit uer,
regio temperata, æger uero ſit adoleſcens aut iuuenis : is ſanguinis euacuatione ex ſuperioribus par-
tibus indiget, oporteтq; incidere eius in cubito uenam, aut ſcilicet interiorem, aut mediam : Si uero
aliqua pars ſuperior pateretur, per inferiora ſanguis eſt educendus, (Semper enim fluxionis motum
A.l.4.f.3.T.1.c.3.p.230.C ad contrarium trahere expedit) atque emplaſtrum apponendum eſt ex ſemperuiuo & corticibus ma-
lorum punicorum in uino decoctis, & rhu, & farina hordei compoſitum : hoc .n. in talibus optimum
eſt, atq; ad omnia, quæ facere intendimus efficax : repellit enim id, quod influit, atq; id, quod continet,
exiccat, & membra circunſtantia corroborat : milleq; alia medicamina eodẽ modo componere licet,

quorum compositionis uiam ac modum in libris de medicaminibus didicisti. Vnde ego quoque in singulis unum aliquod tibi subijciam, futurum tibi & monumentum, & exemplum eius, quæ in alijs est facultatis. Si quidem non admodum doleant, talibus utendum est: cum magno autem dolore fluxu incidente non sic oportet, neq; aquam calidam, neque oleum, neque farinæ triticeæ cataplasmata afferre: hæc enim omnia dispositionibus rheumaticis aduersantur, quanuis ab initio aliquid iuuare uideantur. Sufficit autem in huiuscemodi affectibus uehementiam doloris mitigare aliquo ex his, quæ ex passo, & oleo rosaceo, & pauca cera, quæ in utroq; sit liquefacta, conficiuntur. Oportet aūt hæc lanis excipere sordidis, quæ plurimum œsipi habeant, & æstate quidem frigida, hyeme autem tepida apponere: Sic etiam cataplasmata ex arnoglosso, lente, pane, & rosaceo oleo adhibere: paulo autē supra patientes particulas apponere spongiam uino acerbo intinctam, aut aqua frigida: melius uero fuerit, si parum aliquid aceti adiungatur. Quòd si hæc cura insigniter profuerit, neq; alicubi pus se ostenderit, emplastris, quæ ad fluxionem mollia parantur, est utendum. Optima uero ex ijs sunt, quæ exiccandi & repellendi, quod fluit sanguinis, sine dolore uim habent: quemadmodum ea, quæ uehementer intendunt, atq; idcirco dolorem afferunt. plus doloribus obsunt, quàm exiccando proficiūt. Tale igitur oportet esse medicamen, quale nobis in usu est, quod ex chalcite constat oleo rosaceo dissolutum: si uero lanam mundam uino acerbo madefeceris, & exterius apposueris, plus iuueris. Quòd si pus se in particula ostenderit, cataplasma imponere oportet semel aut bis: plus uero in præsentibus iuuat farina hordeacea: adiungendum tamen in his aliquid uel aceti uel uini. Et post, quàm secueris, & pus euacuaueris, cauendum est deinceps, ne oleum aut aquam imponas: Et, siquando uulnus abluere, aut abstergere oporteat, melicrato uel oxycrato & uino et mulso utendum. Superponendum uero, si adhuc inflammetur, ex lente cataplasma: Si uero sine inflammatione fuerit, aliquo ex his medicamentis, quę emplastica uocantur: quibus in huiuscemodi sectionibus uti consueuimus, & præcipue eo, quod ex chalcite constat: Apponenda uero super hæc extrinsecus spongia aut lana uino acerbo perfusa: quòd si acerbum non affuerit, tanto aceti aqua temperanda est, ut adhuc potari possit, atque hac intingere oportet. Sunt uero & ad hoc opportuna ea uina, quæ aliquid aquæ marinæ recipiunt & tu quoque, ubi sit opportunum, potes conficere permiscendo sal ei, quod affuerit. Vulneri autem nullum ex medicamentis, quæ oleosa sunt, apponendum, quale est macedonicum, & quod tetrapharmacum nominatur: nam exquisite exiccare expedit. Ita quidem sanare oportet, quæ ex fluxione fiunt, inflammationes. Quæ uero alia ex causa fiunt, humectare & calefacere nihil prohibet. Et, si ad suppurationem perducere uolueris, cataplasma ex farina triticea, quæ in oleo atque aqua ebullierit, apponendum. Et, siquando scarificare oportuerit, neq; hoc uerendum est. Si uero eas, quæ ex fluxionibus fiunt, inflammationes scarificaueris, magnum afferes malum, ac per initia præsertim. Nam, quæcunq; ex ipsis longioris temporis existentes, post totius corporis euacuationem, atque aliam opportunam curationem, quasdam durities atque nigrities in membris habent derelictas, his sanguinē auferre nihil absurdum est: neque enim amplius hæ inflammationes existimandæ sunt, sicuti neque erysipelas, quod iam liuidum est. Etenim & hoc per initia quidem infrigidandum est, tunc præsertim, cum sine manifesta occasione factum fuerit: quando uero iam illi deerit feruor, & scarificare conuenit, atque emplastrum ex farina hordeacea calida, & ceratum, & aliud aliquod medicamen ex dissoluentibus apponendum: non tamen ex uena in talibus sanguinem mittere necesse est, sed uentrem tantummodo expurgare sufficit: dandum autem medicamen, quod bilem flauam educat. Si uero passio parua fuerit, neq; hoc facere est necessarium, sed sufficit clystere acri uti. Quæ uero ex ulceribus fiunt erysipelata, & quæcunque adeo manifestas causas habent: si statim uolueris cataplasma apponere ex farina hordeacea, & pręsertim si antea scarificaueris, nihil nocebis. Inflammationibus uero, quæ cum erysipelate coniunctæ sunt, & erysipelatis cum inflammatione iunctis, mista, quantum fieri potest, curatio est adhibenda, semperq; illi, quod magis superat, resistendum. Et eorum quoq;, quæ Bubones, & Phymata, & Phygethla a Græcis dicuntur, similem ijs, quę in alijs partibus similes accidunt dispositiones, curationem oportet adhibere, præterquam in partibus, quæ acriora medicamenta in eisdem affectibus possunt tolerare, quemadmodum laxiores partes, quas adenas uocant.

Herpetas autem, quantum ad totius corporis euacuationem attinet, ut erysipelata, curare oportet: quantum uero ad patientem particulam, non omnibus similis curatio adhibetur. Nam, qui exedentes sunt, refrigerari quidem desiderant similiter alijs herpetibus & erysipelatis, non tamen ea ferunt medicamenta, quæ præter id, quod refrigerant, etiam humectare natura apta sunt, sed sola admittunt refrigerantia, quæ etiam maxime possunt exiccare. Non igitur uel lactucam, uel polygonum, neq; ex stagnis lentem, aut palustrem lotum, uel anthylion, uel psylion, uel portulacam, uel serin, uel semperuiuam, uel tale aliquid, quod refrigerare possit atq; humectare, apponere oportet, quæ erysipelatibus erant opportuna: neq; unquam spongię sidas frigida aqua perfusę, neq; solano, quamuis refrigerandi atq; una exiccandi uim habet, sed mediocrem. Cum igitur maiorem, q̄ solano adsit, expetunt siccitatem, super imponere ipsis oportet ab initio quidem ex uite capreolos, & folia rubi, & rubi canini, & arnoglossi. Post hæc uero & lens adiungenda, si oporteat, & aliquando mel, & farina hordeacea, &, quod antea scripsimus ad inflammationes, quæ ex fluxione eueniunt, cataplasma, dempta ab eo semperuiua. Ipsa uero loca exulcerata inunge medicamentis, quæ ad herpetas in libris, qui

A Pharmaceutici dicuntur, scripta sunt. Multa uero huiusmodi apud omnes inueniuntur, plurimaq; ex
his ad figuram paruorum circulorum formantur, &, ubi uti uolueris, ex passo liquefacere oportet:
quòd si passum non affuerit, uino tenui & albo & subadstringente, quale est Falernum, & Massilioti-
cum, & Sabinum, & Adrianum, & Atsyinum, utendum est. Cauendum tamen, ne ob antiquitatẽ,
aliquam contraxerit in gustu acritudinem: &, si posca aquosa loco horum aliquando usus fueris, nil
deterius feceris. Iam uero in longum tempus protractis ulceribus, neque passo circuli parui sunt di-
luendi, neque posca adhuc aquosa sit: & uina, quæ sunt adstringentia, sufficienter conueniunt, præci
puequidem nigra: &, si ea non affuerint, alba. Medicamina autẽ in hoc tempore ipsis præcipue sunt
accommodata, & quod Polyidæ uocatur, & Pasionis, & Musæ, & Andronis, & quæcunq; alia his si-
milia sunt. Herpetas uero, qui summa tantummodo exulcerant, nisi diu perdurauerint, nullo horum
† In cod. Ant. inungere oportet, † [comburunt enim fortiter,] & uehementer exiccant. Verum istis sufficiunt,
Græc. legitur quæcunque uim glaucij habent, medicamenta, diluere autem maxime quidem aqua: quòd si nil pro-
ἔστι γὰρ ἰσχυ- fecerit, etiam acetum adiungere oportet: quòd si etiam solani succo intinxeris, aut arnoglossi, plus
ρά .i. sunt .n. etiã proficies. Summatim uero hæc te cognoscere oportet, quòd omne ulcus, siue sponte, siue ex ac-
fortia. cidenti, siue ex uulnere factum fuerit, exiccari desiderat, medicamento (ut inquit Hippocrates) non
* σμηκτικῷ. B * aspero, hoc est, non mordente, neque uehementer irritante, præterquam ubi malignum & cum pu
trilagine fuerit: talia .n. acriora expetunt medicamina, & quæ ignis uires habent, quale est misy, &
chalcitis, & arsenicum, & calx, & sandaracha: etenim non aliter, quàm ignis, adurunt medicamen-
ta huiuscemodi: sæpius uero, ubi ista cesserint, ipsum ignem adhibemus. Quapropter & his, qui
Carbones appellantur, super ipsam crustam, ubi præcipue particula putrefit, huiuscemodi medica-
mentorum natura est conueniens: Non tamen loca circumiacentia tangere expedit, ne te ipsum lateas
ea exulcerans, quæ minime expedit, sed antedictis circulis paruis utendum est, qualis est, qui An-
dronius nominatur. Si quando uero tubor inualuerit, & multa phlogosis, id est inflammen, medica-
mentum passo diluendum, uel arnoglossi succo. Si uero magnus sit tumor, uino quidẽ acerbo in prin-
cipio, postmodum uero & aceto. Cataplasma etiam ex orobi farina & oxymelite confectum appo-
nendum: atque ante hæc statim ab initio tantum sanguinis auferendum, quantum sufficit, nisi aliud
prohibuerit. Hæ quidem sunt passionum per genera curationes: Quæ pro naturæ instrumentorum
patientium uarietate mutantur. Quatuot uero sunt ab his indicationes, ab eorum temperatura, a for
matione, a situ, atq; a uirtute. A temperatura quidem, si non nulla quidem ex ipsis natura ficciora
sunt, non nulla autem humidiora: quædam frigidiora: quędam calidiora existunt: Et secundum con-
C iugationem humidiora ac calidiora, uel humidiora & frigidiora, uel siccora & calidiora, uel siccora
atq; frigidiora, aut ex toto temperata: oporteq; in curationibus intentionem haberi ad membri na-
turam: hæc enim, quousq; infrigidandum aut exiccandum sit, docet. Nam, si carnosæ partes inflamma
tionem patiuntur, paulum exiccandæ sunt: uenosæ quoq;, quanuis sint carnosis ficciores, non tamen
& ipsæ multum exiccari desiderant. Sed, quæcunq; natura arteriosæ sunt, magis uenosis sunt exiccã-
dæ, atq; his amplius neruosæ, & multo magis his chartilaginosæ & osseæ. Nam prius, quàm ad propriã
naturam particula redeat, nondum curationi impositum esse finem arbitrandum. Ad ficciorem uero
temperaturam reducunt, quæ natura ficciora sunt: & ad frigidiorem, quæ frigidiora: & secundum
alias qualitates eodem modo: ad mediocrem uero referunt, quæ sunt in singulis mediocria. Sic qui-
dem partium temperaturæ passionum uariant curationes. At Formationes hoc modo: nam quædam
ex ipsis intus habent spaciositates, quædam extrinsecus, quædam utrinq;, quædam neutra parte. Ve-
lut ex simplicibus arteriæ ac uenæ & nerui. quæ quidem sunt in artubus seu membris extremis, quæ
græce κῶλα dicuntur, [qualia sunt crura atq; brachia,] intus: quæ uero intra peritonęum, utrinque.
Nerui autem, qui in dictis membris extremis sunt, neutra parte: qui uero intra peritonæum, ex altera
Al.1.f.4.c.1. parte. Visceribus autem fere omnibus intrinsecus atque extrinsecus sunt magnæ spaciositates, ac præ
p.134.D D terea caro ipsa, pulmonis quidem, spongiosa: contra uero renum, densissima: & post hanc, hepatis
caro: splenis uero caro, quanto densior est carne pulmonis, tanto hepatis carne rarior. In omnibus igi
tur his, quæ neutra ex parte habent cauitates, quæ superfluum fluxum excipiant, fortiter exiccare
oportet, quanuis non fuerint natura ficciores, sicuti nerui, & præcipue illi, qui sunt in artubus. Sed,
quæ intus & extra aliquid inflammationis possunt relaxare, non multum huiuscemodi fortiter exiccã-
tibus egent, si præsertim laxam carnem habuerint, quemadmodum pulmo. At ex Positu indicatio,
neq; ipsa negligenda est: nam, per quæ euacuare oporteat, atq; quomodo, ipsa præcipue demonstrat.
Fluentium igitur adhuc humorum, Antispasis, id est retractio, sic enim Hippocrates nominat: eorũ
autem, qui iam membrum obsederunt, Deriuatio medela est. Vtrunq; autem euacuationis genus per
communes uenas fieri præcipit. Veluti in locis muliebribus in contrarium trahes, si eas, quæ in cubito
sunt, secueris uenas, aut iuxta mammas cucurbitas apposueris, uel manus concalefeceris, & fricueris
atq; alligaueris: Deriuabis autem, si eas, quæ in poplitibus, aut talis sunt, uenas diuiseris, & cucurbitas
coxis applicueris, & crura calefeceris, ac perfricueris, atq; alligaueris. Et, si quidem in parte dextra
locorum muliebrium passio fuerit, a dextra manu, aut crure detraxeris sanguinem: si uero in sinistra,
* Alias æqua- a membris, quæ illi e directo sunt. Quod enim ab ipso Hippocrate Cat'ixin, dicitur, hoc ipsum est, se-
litatem. cundum * rectitudinem, Interiores autẽ uenas incidere oportet: hæ enim uiciniores magisq; e directo

ſunt patientibus membris. Nam, ſi ſplene inflammationem patiente, ſanguinem uis euacuare, inte- E
riores in manu ſiniſtra uenas ſecato: & ſi hepate, eadem ratione in dextra. Siquid uero ex ſuperioribus
inflammationem habuerit, ueluti in his affectibus, quos Græci ſynanchas & ophthalmias uocant, & A. ibidem.
quicunq; alij capiti aduenerint, eas, quæ extrinſecus ſunt, atque e directo. Patientibus uero membris
extremis, a coniugibus euacuatio facienda eſt, ſiue retrahere uelis, ſiue deriuare, præterquam ubi paſ-
ſio ſit inueterata: tunc enim a membro ipſo patiente detrahimus. Sic igitur in ſynanchicis eas, quæ
ſub lingua ſunt, uenas incidimus, quando iam totum corpus uacuum ſe nobis obtulerit, paſſio uero ſit
diuturna. Sic & hepati & ſpleni cucurbitulas applicamus: ſic & aliud quodlibet patiens membrum ſca
rificamus, ſi non amplius humores influant (tunc enim magis irritaueris, ac malum duplicaueris) ſed
quando iam totum corpus expurgatum fuerit, neque iam aliquid influit, aliquid uero, quod pridē in-
fluxerat, in membro contineatur. Et quidem laborantibus gibbis hepatis partibus, quod per urinā tra
here oporteat: concauis autem per excretionem inferiorem, ſitus ipſe uiſceris indicat: atq; etiam tho
racem & pulmonem per tuſſes expurgare: uentriculum autem & ſtomachum per uomitus: inteſtina
autem per inferiores excretiones: quemadmodum & ſplenem & renes per urinas: locos autem mulie
bres per menſtrua: cerebrum autem atq; eius membranas per palatum, & gargareonem, & nares, &
aures. Sed, quòd & ijs, quæ in ſuperficie ſunt, partibus talia medicamenta apponere oporteat, quali- F A. ibidem.
bus eget paſſio: ijs uero, quæ in profundo ſunt, & quas per multa interpoſita debent corū uirtutes at-
tingere, non qualia nunc ſint, ſed qualia futura ſint, ex ſitu membrorum agnoſcimus. Quare, ſiue me-
dicamentum eſt ex ijs, quæ extrinſecus apponuntur: ſiue ex ijs, quæ comeduntur, aut bibuntur, nō præ-
ſens eius uis conſideranda eſt, ſed qualem obtinebit, quando ad membrum affectum peruenerit. Ob
hæc igitur, quæcunq; in pulmonis inflammationibus extrinſecus thoraci applicantur medicamenta,
ualde fortiora atq; acriora natura ſunt, quàm ſi ipſa uiſceri patienti apponerentur. Quod enim per mul
torum corporum media ipſi membro patienti eſt occurſurum, omnino exoluitur, & uiribus deficit, ſi
ab initio fuerit imbecille. Tantum igitur aduentitij roboris adiungere oportet, quantum in tranſitu
amittitur, ut, quod relinquitur, æquale remaneat ei, quod tactu iuuat. Ob id igitur in thoracis inflam-
mationibus, quæ in parte ſumma conſiſtunt, ea, quæ ſolum laxare poſſunt, ſufficiunt: Intrinſecus autē,
ſicuti in membrana ſuccingente, acriora ſunt neceſſaria. Et de ſplene etiam, atque hepate, omnibus-
que uiſceribus intra peritonæum ratio eadem. Sæpius enim ex medicamentis impoſitis ulceratur cu-
tis, quanuis durior minusq; ad patiendum habilis, quàm uiſcera. Et, ſi ipſis uiſceribus medicamenta
applicare poſſemus, quibus ſubinde indigent, tanto molliora eſſe oporteret, quanto & ipſorum natu-
ra facilior affici. Et quidem omnia, quæ comedere uel bibere iubent, medicamenta uiſcerum paſſioni- G
bus opitulantia, hæc multo acriora ac potentiora uiribus eſſe conuenit præ his, quibus indigent mem
bra morbis affecta: exceptis illis, quæ & uentriculo & ſtomacho auxiliantur: hæc enim ſola talia exhi-
bentur, qualia a paſſionibus exiguntur: reliqua uero omnia acriora, ac uiribus potentiora ſunt, eaque
præſertim, quæ uel renum, uel pulmonis occaſione dantur. Conſidera itaq;, quot numero partes per-
tranſire oporteat id medicamen, quod ad pulmonem ſit perueuturum: primum quidem os, & fauces,
& ſtomachum: deinde & uētriculum ipſum, & quædam ex tenuioribus inteſtinis: deinde eas, quæ ſunt
in meſenterio, uenas: deinde eas, quæ in cauis partibus hepatis: ex quibus ad eas, quæ in gibbis ſunt,
tranſumptum, hinc ad concauam peruenit uenam: poſt quam ad cor: deinceps hoc modo ad pulmo-
nem. Neq; negare poſſumus, quin in ſingulis partibus his, quibuſdā admiſceatur humoribus, ac quan-
dam tranſmutationem, atq; alterationem pro natura uiſceris capiat: quare, quod de eius uirtute relin-
quitur, minus omnino eſt atq; imbecillius, quàm ut membrum affectum iuuare poſſit. Quæ igitur a ſitu
partium indicatio ſumitur, tantum curationem euariat: Quæ uero a Virtute, quantum nunc dicturus
ſum. Quoniam ex partibus corporis non nullæ ab influentibus uirtutibus gubernantur: quædam uero
a proprijs atq; natiuis: atque ex his ipſis quædam ſibi duntaxat, quædam etiam alijs fons & origo ſunt
quarundam uirtutum: & aliæ quidem opus habent peculiare, aliæ autem commune: permutare opus H
eſt curationis formam pro ratione earum, quas diximus, differentiarum. Nam pleraq; ex remedijs ijs,
† [quæ antea memorauimus,] morbum quidem finiunt, ſed natiuas membrorum uirtutes offendunt, † Non eſt in antiquis.
quæ quidem offenſio ad totum corpus pertinet: Quod dupliciter fit, quatenus aut uiſcus illud alicu- A.l.1.f.4.d.&.
ius uirtutis eſt origo omnibus partibus communicatæ, aut ipſius opus toti corpori utile eſt. Hepar. n. p.134.d.
cor, cerebrum, & teſtes communia uniuerſo corpori principia ſunt uirtutum: Ventriculo autem, atq;
locis muliebribus propriæ inſunt uirtutes nulli alteri parti communes. opus tamen uentriculi quidem
toti corpori confert, locorum muliebrium autem nequaquam. Nocet autem ſæpius paſſionis cura-
tio membri patientis uirtuti. Quæ enim immoderate laxant, ſoluunt robur, quare & membri uirtutē:
quæ autem ſupra modum refrigerant, natiuum calorem extingunt, qui fortaſſis (ut non nulli arbitran-
tur philoſophi ac medici ſummi) ſubſtantia uirtutum exiſtit: &, ſi non hoc, ſaltem primum & maxime
neceſſarium ipſarum inſtrumentum. Iam uero & qualitates quædam extraneæ uirtutes diſſoluere poſ
ſunt. Nihil igitur horum in curationibus præterire oportet, ne noſmetipſos lateamus, in eum inciden
tes ſermonem: Morbus quidem curatus eſt, homo autem obijt. quod a quamplurimis quotidie factita-
ri uidemus, qui irrationalem experientiam colunt, atq; hæreſim methodicā, omnia artis bona deſtruē-
tem, quæ rationes quaſdam dogmaticas quidem, ſed multis erroribus plenas, conſectatur. In indica-
tione

A tione autem, quæ habetur ex uirtute partium, quispiam etiam reponeret & facilitatem & difficultatẽ ad sentiendum. Nam, quæ facile sentiunt, acria medicamenta non tolerant, sicuti neque etiam humores. Nam, cum acris humor in uentriculi ore continetur, sæpius syncopa corripiuntur. Quòd si mediocris sit affectus, anxietatem & nauseam habent, & non nunquam humorem, quo infestantur, euo-

A.l.3.f.13.e. 15.p.163.b.c. munt: non nunquam uero frustra agitantur, hocque in illis affectibus accidit, in quibus in ore uentriculi uitiatus humor imbibitur. Eodem pariter modo, cum ad oculos huiusmodi defluxerit humor, maximum affert dolorem, & pustulas ulcerosas, quæ difficulter curationem recipiunt, excitat. Sic quoq; rursus oculi ipsi ob eam, quam habent ad sentiendum facilitatem, tolerare non possunt acrium medicamentorum uiciniam, quemadmodum neque etiam uentriculi os: quinimmo nec aliquod extrinsecus aggrauans hæ particulæ tolerant, & minus uentriculo oculus, utpote qui non nunquam etiã ab ijs, quæ inunguntur, grauatur. At, quæ difficilem sensum habent, hæc cataplasmata grauia sustinẽt, & medicamenta mordacia. Siquis igitur uelit ex facilitate sentiendi indicationem illis quatuor, quas antea memorauimus, quintam annumerare, uel in ea comprehendere, quæ ex uirtute sumitur, nihil, quantum ad recte medicandum, differt. Has igitur omnes indicationes in memoria habere oportet in quacunque particula morbo aliquo affecta: nam & ipsius Temperatura, & Formatio, & Situs, &

A.l.1.f.4.d.1. c.1.p.133.b.c. B Virtus, singulas, quæ in nobis fiunt, operationes commutant, communi intentione seruata: hanc enim ex morbo semper assumendam esse docuimus. Qui igitur secundum solam & simplicem intemperiem morbi fiunt, per contrarias qualitates curantur: Calida quidem intemperies per refrigerantia, siue primo, siue ex accidenti refrigerent: Frigida uero per calefacientia: sic sicca per humectantia: humida autem per exiccantia curantur. De eo uero, quod primo calefacit, aut ex accidenti, plene (ut nosti) diximus in eo tractatu, quem De simplicium medicamentorum potestate composuimus: Vbi id, quod primo refrigerat, quandoque ex accidenti calefacere ostendimus, quemadmodum aquæ frigidæ infusionem, ubi caloris naturalis fecerit reuocationem: & quod calefacit, refrigerare, cum rarefaciendo corpus caliditatem fecerit euaporare. Quæ igitur secundum solas actiuas qualitates corporis sunt alterationes, ex sola, quæ ex calefacientibus, refrigerantibus, humectantibus, atq; exiccantibus potestate adhibetur, ad naturalem habitum restituuntur, neq; sensibili egent euacuatione. Quæ uero ob materiæ influxum, si quidem bene temperata sint, solam euacuationem desiderant: si uero intemperata, euacuationem, atq; unà per contrarias qualitates expetunt alterationem, ueluti quæ rheumaticæ dicuntur dispositiones. De quibus (ut nosti) unum à nobis uolumen est editum, in quo & hoc statim ab initio ostensum est, quòd ea, quæ totum corpus alit, facultate debilitata, huiusmodi fiunt di-

A. ibidem. C spositiones, cum aceruata superfluitas ad partes præcipue defluat imbecilles. Si enim per rheumaticã dispositionem sanguis, qui in huiusmodi partes fluat, aliquam habeat cacochymian, mista oritur dispositio: quod forte rarissime euenit. Sanguis enim sine pituita, aut flaua, uel atra bile fluens, tenuis semper mihi consistentiæ apparuit. Ex alia autem quapiam causa si pars intumeat, considerandum est, an huiusmodi affectus sit phlegmone, an scirrhus, an œdema. Nos enim omnem calidam ac ueluti flãmeam dispositionem nominamus phlegmonen, id est inflammationem: cuius differentias paulo ante diximus. Tempus itaque est, ut de œdemate quàm breuissime subijciamus, ut memineris eorum, quæ latius de hoc nos dicere audiuisti.

De Oedemate. *Cap. 3.*

OEdema igitur uocamus tumorem mollem, doloris expertem, quem ex pituitosa substantia, aut spiritu uaporoso fieri constat, qualis in cadaueribus euenit. Non nunquam etiam in pedibus & cruribus eorum, qui aqua intercute, & phthisi, & alio malo habitu (Græci cachexian uocant) laborant. Verum tale œdema in periculosis illis dispositionibus accidens est, nulla propria præcipuaq; curatione indigens. Sola enim frictio ex oxyrhodino, aut non nunquam ex sale & oleo, uel etiam ex sa-

A.l.4.f.3.e.2. c.1.p.249.b. le iniecto oxyrhodino sistit ipsum, aliaque huiusmodi multa. Cum uero propter pituitam parti influ-D xam huiusmodi sit affectus, spongia in aqua, quæ parum aceti habuerit, infusa passionem aliquando sedat: quæ si non quieuerit, plus aceti miscendum est: sit tamen moderata ipsius temperatura, ut possit ipsam quispiam bibere. Quæ autem ex ea plus aquæ continet, in principio adhibenda est, maxime in mollibus corporibus: Quæ uero hac fortior fuerit, in robustis & duram habentibus pellem, & quæ ad primam spongiæ appositionem non iuuantur. Oportet autem spongiam omnino nouam esse, quæ si non affuerit, saltem exquisite abluatur ex aphronitro & nitro, & ex ea, quæ conia stacte, id est lixiuium distillatum, a Græcis nominatur. Quòd si ex his œdema non quiescat, aluminis parum imponendum est, spongiaque omnino noua applicetur. Si uero in aliquo artuum tale fuerit œdema, incipiendo ligaturam in imis partibus, finire oportet in altioribus, iniectionem & compressionem & uniuersam distributionem faciendo, uelut in fractionibus. Curationis enim intentio in huiusmodi affectibus mista est, una quidem ut eorum substantiæ aliquid dissoluatur: alia uero, ut aliquid congregetur ac restringatur. Si igitur per ea, quæ dicta sunt, non sedetur, tunc aliquid fortiorum medicamentorum, quod temperaturam mistam habeat, ex dictis uiribus adijciendum est. Ego in diuturno œdemate, vbi prius particulã oleo illeuissem, deinde spongiã ex lixiuio apposuissem, atq; uehemẽtius strinxissem, affectũ perfecte curatum uidi, non amplius uidelicet hac curandi regula hñte mistam uiriũ intentioné, sed ad discutiendũ & incidendum declinãte: id quod in oĩbus fere diuturnis affectibus probatũ

haberi

haberi non ignoramus. Postquam uero satis ad te de œdematis scripsimus, de scirrhosis deinceps tumoribus dicendum est. E

De Scirrho. — *Cap.* 4.

EXquisitus scirrhus est tumor præter naturam sensu priuatus durusque: non exquisitus uero non omnino insensibilis est, difficulter tamen omnino sentit. Scirrhus igitur insensibilis curationẽ nõ recipit: qui uero difficulter sentit, non incurabilis quidem est, non tamen facilem curationem admittit. Fit autem ex humore lento & crasso, qui partibus, quæ indurantur, tenaciter infigitur. Interdum itaque statim a principio congregatur paulatim & augetur: crebrius uero medicorum imperitia paratur, cum uehementer erysipelata & inflammationes astringunt & infrigidant. Siquis igitur medicamenta uehementer dissolutiua induratis corporibus adhibuerit, quæ manifestam faciant scirrhi diminutionẽ, breui tempore sperabit perfectam curationem, non uere, ignorans, quòd residuum passionis hoc curationis modo incurabile redditur: tenuiori enim ex eo dissoluto humore, residuum exiccatum lapidis duritiem assequitur. Non igitur curandæ sunt partes induratæ medicamento immodice siccante, sed eo, quod calorem habeat tepidum, humiditatem uero nec multam, nec omnino minimam. Quod enim superfluum humorem habet, nihil omnino dissoluit: quod uero minimum, plus, quàm oportet, exiccat. Oportet igitur induratũ corpus, a medicamento, quod auxilio futurum sit, simile quid pati his, quę sub sole funduntur: uocantur autem Malactica, id est mollificantia, huiusmodi medicamenta, de quibus amplius diximus in quinto tractatu libri, qui de simplicium medicamentorum uiribus inscribitur. Et exẽpla eorum dicta sunt, simplicia quidem, medullæ omnes atque adipes. Ex medullis primas partes obtinet ceruina, deinde uitulina: ex adipibus autem adeps anseris in uolucrum genere: leonis uero in pedestrium ceteris præstat. At uero, qui ex gallina sumitur, anserinum, & qui ex pardo leoninum sequitur, ac deinde ursinus, atque taurinus. At, qui ex capris accipitur, & crassior, & siccior prædictis est, eoque adhuc magis, qui ab hirco capitur. At, iam dictum est, quod huiusmodi affectus medicamentis uehemẽter siccantibus non indiget. De differentia uero, quæ ex eorum tenuitate crassitudineque oritur, indicatiue quidem dictum est, manifeste uero nequaquam adhuc. iccirco in memoriam tibi reuocãda sunt, quæ inuicem commentabamur, quando Cercyllij puerulum curabam, cui ex erysipelate nimis infrigidato atque abstrito tumor scirrhosus in toto femore relinquebatur. Existimauimus enim medicamenta, quæ ipsum curare deberent, tenuia esse oportere: quare femur oleo perfundebam in profundã peluim posito puero, quæ multum Sabini olei continebat, eo, quod omnium tenuissimum ipsum esse sciebam: a balneo uero abstinebam, nisi in longo interuallo dierum totius corporis curandi gratia. Postquã uero partem fouimus, medicamenta ex prædictis medullis & adipibus confecta adhibuimus: miscendo non nunquam bdellium scythicum, mastichen ægyptiam, atque ammoniacum thymiama uocatum quod pingue & non uetustum esset: similiter & chalbanen. Et post, quàm per hæc præparatum fuerat, soluens ammoniacum pinguissimum in acerrimo aceto circumliniui totum femur circum circa: deinde per aliquot dies rursus opopanacem & pinguissimum miscui aceto acerrimo, & huius uidelicet exoluens id, quod recens erat: alioquin pingue non permaneret: quemadmodum nec bdellium, nec ammoniacum, neque etiam chalbane: iussique puerum alteri cruri innixum saltare, ut plus cibi ad illud ferretur. Postea, ubi repulsus erat iam scirrhosus tumor, timens, ne eius residuum maneret, omnia e cõtrario facere aggressus sum, femur ex aliquo medicamento eorum, quæ pice constant, perungens. Manifeste itaque clarebat, quod ex aceto linimenta egregie tumorem comminuerant, laxatiua autẽ molliorem reddiderant, minorem autem nequaquam: uicissim tamen eis utendo, adhibito conuenienti moderamine, puerulum curaui: Sic, ut, si altero duntaxat medicamentorum genere quis curationem attẽtasset, nihil ad scirrhi solutionem profecisset. In tendonibus (uoco autem sic musculorum aponeurosis, id est eneruationes) ex prædictorum medicamentorum usu manifestissima auxilia uideri licet: siquis recte utatur curatione ex pyrite lapide. Oportet autem eum, cum igne excãduerit, acerrimo aceto aspergere, ac deinde super lapidem mouere partem affectam, ut a uapore sursum lato scirrhus dissoluatur. H
Multæ enim partes iam plane curuatæ conuolutæq; hoc curationis modo membrũ dimouẽdo, perfecte sanatæ sunt, ut fere magicum opus uideretur. At oportet præparare mollificãdo partem scirrhosam medicamentis, de quibus supra diximus. Quinetiã in hac ipsa, quæ fit per pyritem lapidẽ, curatione, abunde multum oleum Sabinum calidum prius perfundendum est, aut aliquod aliud, quod extenuandi uim habeat. Nec minus proderit anethi comam decoquere, præsertim cum uiride fuerit atq; recens. Quòd si piritem habere non possis, molari utendum est: uocant autem sic lapidem, ex quo molæ parantur, quæ frumentum molunt.

A l.4.f.3.t.2. c.11.p.153.a.

A.l.1.f.4.c.19 p.153.a.

A.l.4.f.3.t.2. c.12.A.B.

A. ibidem.

De Scirrho Lienis & Iecoris. — *Cap.* 5.

SPlenem induratum non solum de foris fortibus medicamentis curare conuenit, sed etiam per fortissimas potiones: nam eas sine molestia tolerat. ex quorum numero primas partes sibi uendicant cortices radicum capparis, & scolopendrij, & myricæ tum radix, tum germina, omnibus huiuscemodi in aceto uel oxymelite coctis. At sæpenumero, cum tangitur splen, renitens uidetur: non tamen scirrhosus, sed flatuosus potius est tumor: in quo oportet, ubi prius locum absinthio perfuderis, medicamen emplasticum mistas uires continens superponere, quale est, quod ex sulfure atque alumine constat. sunt profecto multa huiuscemodi in medicamentorum tractatibus descripta. non simpliciter autẽ mi

storum

A.l.1.f.4.c.9. p.139.b.c.

A ſtorum medicamentorum uiribus attendendum eſt, ſed & quantum miſceatur. Cum itaque ſplen flatuoſo tumore afficitur, & magis œdemate: ſi multum aluminis adhibueris, nihil nocebis: in ſcirrhoſis autem tumoribus uim diſſolutiuam ſuperare conuenit: parum autem eius, quod ſtringendi uim habet, admiſcendum eſt. Cum igitur de numero ſimplicium & ſponte naſcentium medicamentorum flos ſalis tali ſit natura præditus, ſanat ſplenes induratos, ſi extrinſecus ipſis in ueſica apponatur. Scirrhum autem hepatis ab initio quidem ſanauimus ſæpius: Vbi uero ad plures dies forte foret extenſus, neque ipſe potui ſanare, neque alium uidi, qui poſſet. Omnibus igitur, qui ita affecti ſunt, ex neceſſitate ſubſequitur aqua intercus: pereunt autem quamplurimi in tempore longo: quoſdam uero noui etiam breui pereuntes, quibus aluus multa deijciebat. Liquet igitur, quod his ſufficienter anguſtata erant ora uaſorum, per quæ tranſmittitur cibus ex ſimis hepatis partibus in conuexas, adeo quod, ſiqui ex eis ſanati ſunt ea, quam antea diximus in muſculoſarum partium ſcirrhis, curationis ratio ſaluauit: neque enim perfert hoc membrum fortia medicamenta, ueluti ſplen. Augere autem oportet ea, quæ ratione inflāmationis ipſi apponuntur, miſtura emollientium: erant autem illa ex abſinthij coma, & expreſſione myrobalani, & utraque nardo indicaque ac celtica: adhuc autem & croco, & œnanthe, & maſtiche chia, & unguentis, quæ ex ſpica nardi conficiuntur: adhuc autem & maſtichino, & melino, & œnanthino.

B His igitur ammoniacum thymiama, & bdellium, &, quas diximus, medullæ, & adipes miſti, & quæ incidere poſſunt, factum in hepate ſcirrhum ſanare poterunt, ſi etiam ratio conueniens uictus adhibeatur unà cum medicamentis, quæ in potu ſumuntur ad aperiendum abſtergendumq; eum, qui in uiſcere cōtinetur, humorem. Sunt uero hæc omnia etiam eos, qui in renibus continētur lapides cōminuere apta, de quorū materia multi medici conſcripſerūt. Admiſcere autē oportet & ex his, quæ urinā mouere poſſunt aliquid. Plurima uero eſt etiam iſtorum materia, quæ a multis quidem ſcripta eſt, atque a nobis comprehenſa in eo, quem de medicamentis ſcripſimus, tractatu. Quare nūc etiam, quæ dicta ſunt, tibi ſufficiant.

De Tumore flatuoſo. *Cap. 6.*

TEmpus enim iam eſt tranſgredi ad alterum genus tumoris, cui materia generationis eſt ſpiritus flatuoſus. Vocatur autem non ſolum flatuoſus, ſed etiam flatus, huiuſcemodi ſpiritus, craſſus ac uaporoſus exiſtens, non ſecundum ſubſtantiam* æthereus neque tenuis. Cogita uero eius naturam ex circumſtante nos aere, in memoriam reuocans, qualis in auſtrinis conſtitutionibus, qualisve in aquilonaribus fiat. ei enim qui in auſtralibus, aſſimilatur flatuoſus: alteri uero, qui in aquilonaribus, is, qui in nobis ſecundum naturam eſt, ſpiritus. Adiuuat autem, ne huiuſcemodi ſpiritus diſflet, etiam denſitas C corporum: quare huiuſmodi affectus curatio unam communemque habebit intentionem ad elaxanda ea, quæ aſtricta ſunt, corpora, atque ad craſſos ſpiritus extenuandos. Nam ſi ſubtiliori ſubſtantia ſufficienter caleſeceris, id quidem, quod denſatum eſt, rarefacies, quod uero craſſius eſt effectum, extenuabis. Patientium autem particularum natura conuenientem auxiliorum materiam indicabit, ac in ipſa maioris minoriſque rationem. Nam ſpiritus iſte craſſus & uaporoſus non nunquam, ſub membranis, quæ integunt, oſſa comprehenditur: non nunquam uero ſub peritonæo: aliquando intra inteſtina uel uentrem: comprehenditur uero aliquando & intra membranas, quæ muſculos cōplectuntur, quemadmodum & a membranoſis tendonibus: comprehenditur etiam ab ijs, quæ ratione cognoſcuntur, ſpatijs in muſculis atque alijs partibus corporis, quorū locorū naturam in adminiſtrationibus anatomicis didiciſti. Ita igitur ipſe muſculus inflatur, atque in uentris uel inteſtinorum corpore flatuoſus includitur ſpiritus, & cum ſufficienter frigidus fuerit, tunc maximum dolorem excitat. Communis autē curatio omnibus (quemadmodum diximus) per ſubtiliorem ſubſtantiam, quæq;, quando paſſioni dolor adiunctus ſit, talem habeat naturam, ut dolorem queat ſedare. Secundum uero patientium partiū differentiam, & materia curationis commutatur: & augetur, atque obtunditur uis. Cum igitur ex tali ſpiritu dolor interuenerit in uentre inferiore, ſubtile oleum cum medicamentis, quæ in ipſo ebulliē D rint, per clyſterē inijciens, ſtatim dolorem ſedabis. Quæ uero debent ebullire in oleo medicamenta, cum ſubtili ſubſtantia calefacientia, ſint cyminum, & id, quod apud nos eſt, & magis, quàm ipſum, id, quod æthiopicum nominatur, & apij, & petrapij ſemen, & marathri, & ſinonis, aneſique, atque libyſtici, & ſeſeleos, & dauci, & ſpondilij. Et ſi coniectura comprehenderis frigidam eſſe dolentium partiū diſpoſitionem, rutam, & marathrum, & grana lauri intus decoques, miſcebiſque aſphaltum, ipſumque oleum laurinum, & ſiqua alia ſimilem naturam habent. Quod ſi inflammationem huiuſmodi doloribus adiunctam putaueris, auferes ea, quæ admodum acria ſunt, & quæ uehementius calefacient: ad ea autem, quæ in hoc mediocrem naturam gerunt, quæque uim elaxandi habent, tranſibis. In oleo itaque ad ebulliendum pones anethum & non rutā, etiam admiſcebis adipem anſerinum uel gallinaceum: ſed hæc quidē, ubi uehementiores dolores infeſtant. Mediocres uero etiam extrinſeca concalefactione iuuātur, ea præcipue, quæ ex milijs fit: nā eorū leuitas dolētibus cōmodiſſima ē. Si hæc nō affuerint, uel ex ſale calefacito, uel ex lini ſemine crudo uel quocunq; alio modo. Cucurbita etiā magna cū multa flamma abſq; cutis ſcarificatione, ſæpius ſtatim dolorē amouit: oportet autem eam umbilicum comprehendere. Quòd ſi etiam poſt hæc dolores permanſerint, medicamentis ex opio uti non dubitabis, quale eſt Philonis Tarſenſis, omnibus medicis notū: quāuis ſcieris aliquam noxā ex huiuſmodi medicamentis, membris patientibus neceſſario affuturam: ſed certe, ei quod magis urget, obſiſtendo, hominem, qui

Alias aere.

Al. 1. ſ. 4. c. 25 p. 153. C.

Al. 4. ſ. 3. t. 2. c. 10. p. 255. D.

Al. 1. ſ. 4. c. 18 p. 151. C.

qui ex nimio dolore ſyncopa corripitur, parua cum noxa ſaluare eliges. nam & ſequentibus dein- B
ceps diebus noxam membro ex medicamento contractam emendare licebit. Vocantur igitur huiuſ-
modi medicamenta, Anodyna, id eſt indolentia, quoniam dolorem ſedant: & dolorem quidē ſedant,
non tamen diſpoſitiones penitus ſanant, ſed uim ſentiendi obtorpeſcere faciunt. Vti autem oportet
Philonis medicamento, omnibusq; ex opio confectis, non ſtatim, ſed poſt tempus compoſitionis an-
nuum, aut omnino ſemeſtre. Maxime uero atq; citiſſime ex potu horum medicamentorum laboran-
tes dolore liberantur, ubi inteſtina gracilia patiuntur: Sicuti ex his, quæ ſedi imponuntur, craſſorum
inteſtinorum paſſiones præſentaneum habent remedium. Non modica autem fit uirtutis diſtributio
& ex ebibitis, cum inferiora afficiuntur: atque ex his, quæ ſedi imponuntur, cum ſuperiora fuerint affe
cta. Quæ quidem in carnoſis fit partibus ſpiritus flatuoſi aggregatio, non nunquam omnino uacat do
lore, ac longiori tempore durat, ac tum præcipue, cum fuerint articulationi uicina. Hic enim ſunt mu
ſculi magis neruoſi ac denſi, atq; in media ſui parte carnoſiores ac rariores. Tales uero (ut noſti) paſ-
ſiones ſanaui medicamentis ex pice, reſina, terebinthina, & adipe leonino atq; taurino. Conuenit au-
tem ipſis & quod ex ſorde balnei, & calce fit, & ex ſycomoro, & (ut ſummatim dicam) ea, quæ inſigni-
ter ſubtili conſtant ſubſtantia, quibus ea, quæ molliendi uim habent admiſcentur.

De Abſceſſibus. *Cap. 7.* F

ENimuero, cum de his ſatis dictum, iam tempus eſt, ut tranſeamus ad apoſtematum.i. abſceſſuum
tractationem: ſic autem nominant eas diſpoſitiones, in quibus inuicem diſtant, quæ prius ſe con-
tingebant, corpora. Spatium igitur uacuum in medio fieri oportet, quod aliquam ſubſtantiam ſpiri-
tuoſam uel humidam aut miſtam ex utriſque comprehendat. Tranſmutantur autem in abſceſſum in-
flammationes quædam, atq; ex inflammationibus eryſipelatis participantibus, & ex eryſipelatibus in-
flammationis participantibus non pauca. Sine his uero etiam abſceſſuum diſpoſitio conſiſtit ex multi
tudine quorundam humorum, aut ſpirituum uaporoſorum, ſiue in ipſis patiētibus partibus [in medio]
generentur, ſiue ex alijs confluant, ea ratione, qua fiunt illa, quæ Apoſcemata ideſt decubitus uocan- A.l.4.ſ.3 c.1.
tur. Nominant uero ſic huiuſmodi diſpoſitiones, cum, qui prius unum membrum infeſtant humores, c.10. p.845.
eo relicto ad alterum tranſeunt. Quocunq; uero modo fiat abſceſſus, id ſpatium quod abſcedentes in- a.b.
teriacet partes, humiditatibus, quæ ipſum faciunt, repletur, quæ, ubi aliquando perdurauerint, multi-
formes habent alterationes. Nam & lapidibus, & arenis, & teſtis, & lignis, atq; carbonibus, & limo,
& ſordiciei balnei, fæci, & amurcæ, & multis alijs talibus ſimilia in abſceſſibus corpora contineri ſæpe
numero inueniuntur. Qui igitur per ſumma ſub cute conſiſtunt, facile dignoſci poſſunt, neq; eſt eorū
ſanatio difficilis: nam ex tactus proprietate facillime diſcernuntur. Curantur uero ex extrinſecus ad- G
hibitis medicamentis, ijs, quæ bibuntur, non indigentes, ueluti qui in profundo atq; in uiſceribus præ-
ſertim fiunt. In dignotionibus igitur, cum ſuppurantur, cedunt digitis prementibus non reſiſtentes,
quemadmodum membra inflammata: dignotionem igitur præbent manifeſtam. At proprietas ceſ-
ſionis alia eſt in tenuibus humoribus, alia in craſſis, quemadmodum & in tenacibus atque mucoſis hu
moribus. Sæpius uero nobis ſubijcitur cum tentione ſpirituoſa pars aliqua abſcedens, quæ ubi ſecta
fuerit, inuenitur ſanguis concretus, adeo ut, qui bis aut ter huiuſmodi uiderit diſpoſitionem, ſi ſolers
& memor fuerit, comprehenſum in huiuſmodi tumoribus ſanguinem ita concretum agnoſcere pote-
rit, cum in memoriam ex collatione reuocauerit tenſionis ac ceſſionis proprietatem. At forſan præſtat
non proprietatem, ſed quantitatem tenſionis ac ceſſionis nominare. Curatio autem earum, quæ in ſu
perficie cutis abſcedunt, inflammationum fit incipiente quidem adhuc abſceſſu per ea, quæ dolorem
ſedant atque elaxant: procedente uero tempore ad ea, quæ concoquendi ac ſuppurandi uim habere
proprie dicuntur, tranſire oportet. De his autem dictum eſt, ſicuti de pluribus alijs, in quinto de medi-
camentorum ſimplicium poteſtate tractatu. Statim igitur aqua abundanti perfundere atque fouere o-
portet, & oleo calido partem inflammatam conſpergere, atq; ex farina triticea, quæ in aqua atque oleo
moderate ebullierit, cataplaſma imponere. Nam hoc citius ad ſuppurationē perducit, quàm id, quod H
ex pane conficitur. Illud enim maxime diſſoluendi uim habet, ut cui adſint ſales atq; fermentum, opti A.l.4.ſ.3.c.1.
meque coctum ſit. Hæc uero omnia deſunt triticeæ farinæ. Et, cum ſuppurari incipientem inflamma- c.18.p.847.a.
tionem curatus, ſuppurationem prohibere poſſe ſperaueris, tunc plurimum panem ebullire permittas,
oleo ſcilicet ac aqua ſubigens: ſit autem aquæ ad oleum multiplex proportio. Plus autem, quàm hoc,
ſuppurationem prohibet hordeacea farina ſimili modo præparata: quæ uero in tali curatione infundi-
tur aqua, habeat althææ radices intus decoctas. Si uero per ſumma cutis in parte inflammata tenſio ua-
lida fuerit, multis ſcarificationibus incidere oportet in ſuperficie, ac poſtmodum ex farina hordeacea
elixata, ut diximus, cataplaſma apponere. Tentaui autem ſæpius plurimas & ualde tenues in ſuperfi-
cie ſcarificationes: contrario autem his modo alias profundiores magnas: & tertias, quæ medium te-
nebant in longitudine ac profunditate. Quæ igitur in ſuperficie fiebant, debile auxilium afferebant:
Quæ uero longæ erant atque profundæ, plurimum quidem ſanguinis exhauriebant, adeo ut fere ani-
mi defectum afferrent: rurſus uero ipſæ propriam curationem, ueluti uulnera, exigebant: Quæ autem
earum ambarum medium tenebant, ſemper inueni ab inconuenientibus dictis eſſe remotas, atq; ideo
eas in uſu cenſui præferendas. In quibus igitur difficulter ad ſuppurationem peruenit, neque facile di-
ſcuti tumor poteſt, ibi humores eſſe compactos craſſiores ac tenaciores eſt exiſtimandum. In his uero
diſpoſitionibus

A dispositionibus tantum conuenit ea, quæ fit per profundiores scarificationes, curatio. Conuenit etiã id, quod ex caricis constat, in aqua decoctis, cataplasma. Oportet autem non ipsas assumere caricas, sed aquam, in qua ebullientes sunt liquefactæ. Expedit uero & caricas pingues esse & dulces, ut carum humor non dissimilis melli uideatur. &, si eas assumens decoxeris usque ad plurimum temporis, reddetur aqua melli tenui substantia simillima. Huic igitur aliquando hordeaceam farinam inijcere oportet, aliquando panem Syncomistum (sic autem nominant eum, qui medius est inter exquisite purum & furfuraceum,) uocant autem non nulli eundem panem Autopyron, quoniam in puro farinam, non qualis natura est, talem ad conficiendum panem assumunt, sed prius purgantes furfur excernunt: contra autem in furfuraceo prius adimunt eam farinæ partem, quæ purissima est. Panis autem, qui autopyros appellatur, qualem habet ex natura farinam triticum, talem etiam seruat. Oportet autem triticum ipsum, ex quo farina sumitur, esse ex his, quæ generosa dicuntur: quædam enim ex ipsis multum furfuris continent, quæ ignobilia nominant: quædam uero siliginem, quæ (ut dixi) generosa uocant. Nequaquam igitur oportet furfuraceum esse frumentum, ex quo utilem ad cataplasma farinam accipimus, sed, quemadmodum dictum est, multam habere siliginem. quòd si ignobilis tritici farinam assumpseris, crassiorem furfuris partem oportet excernere, atq; ita panem medium cõ-
B ficere: Ex hoc igitur pane partem mediam ac teneram ad cataplasmata commiscebis, quando potentia medium farinæ hordeaceæ & triticeæ uolueris facere cataplasma. Nam farina triticea maxime ad suppurationem ualet, hordeacea uero plurimum resoluit. Hic uero, quem diximus, panis mediam naturam seruat: sicuti & eius farina inter nuper dictas farinas triticeas est media. Ad hoc igitur respiciẽs cum decoctione caricarum misce, quod tibi conuenientius uidetur, siue ex panibus, siue ex farinis. Si uero tumor resoluatur, minus tamen, quàm oporteret, simul coquere oportet cum caricis hyssopum uel origanum. Si quando uehementius tumorem exiccare uolueris, sales decoctioni adijcias, deinde hoc modo infunde farinam hordeaceam. Eximatur autem & hinc, quicquid furfuraceum est: &, postquam plurimum ebullierit, appone cataplasma. In tumoribus quidem, qui difficulter resoluuntur, uerendum est, ne eorum reliquiæ, scirrhodes .i. duræ, relinquantur. Quare in singulis solutionibus attendere oportet, ad quid transmutetur omnis, cuius ratio suscipitur, tumor. Nam ea curatio, quæ fortiter exiccantibus agitur, reliquias duras operatur. Hoc uero in singulis solutionibus animaduer-
Al.1.f.4.c.25 p.153.c. tes, si partem patientem tetigeris, &, quod nunc apparet, illi, quod prius uidebatur, contuleris. Si igitur unquam tale suspicatus fueris, decoque in aqua cucumeris agrestis radicem, aut bryoniæ, aut assari, sæpius quidem per se solas, non nunquam caricas pingues adijciens: deinde aquæ farinam admisce,
C commiscens & aliquid adipis, anserini præcipue uel gallinacei: quod si hi non affuerint, suillum adiunges. Radices quoq; earum, quas nuper diximus, herbarum, atq; præterea althææ, si post moderatam decoctionem cum pane atque adipe conterantur, huiusmodi tumores resoluunt. Fortior autem hisce omnibus est dracontij radix. et, siquando ea uti uolueris, cum sit his, quas nuper diximus, multo subtilior atq; ad resoluendum potentior, omnino adipem commisce. Nisi enim humectaueris atque mollieris induratos tumores, sed fortibus medicamentis resoluere tantum studueris, in primis quidẽ diebus eos insigniter decrescere facies, sed pariter id, quod relinquitur, indurabis, hoc uero induratum difficulter resoluetur. Melius igitur, sicut diximus, ut fortiter resoluentibus medicamentis commisceamus mollientia, uerentes, ne tumores in scirrhos (quorum curationem in præcedentibus audiuisti) conuertantur. Rursus igitur ad suppuratos tumores accedamus, quos ubi posse resoluere desperaueris, ex farina triticea utere cataplasmatibus. nam ad celeritatem suppurationis plurimum conferunt. Deinde aperiens, si uideris ea, quæ circa sectionem sunt, libera omnino ab inflammatione, medicamẽ-
Al.1.f.4.c. 16.c. tis, quæ emplastica dicuntur, utere. Sit autem eorum uis ad exiccandum habilis, careant etiam morsu, ut neque astringentia medicamenta habeant admista, sed ea potius, quę sine doloris sensu resoluunt, uel parum aliquid astringentis habeant. Ego uero sæpius in huiusmodi usus sum medicamento, ex fer-
D mento & ostreis combustis confecto. Si uero pars aliqua sectioni circunstans inflammata fuerit, eo, quod ex chalcite constat, usus sum, oleo liquefaciens: &, ubi paulatim refrigeratum fuerat, in mortario temperans & molliens manibus, atq; uinum infundens, ut nosti. Ad multa uero utile est hoc medicamentum, quemadmodum in libris De compositione pharmacorum diximus. Faciemus etiã alios (si Deus uoluerit) de passionibus, quæ singulis partibus accidunt, in quibus omnium medicamentorum, quibus uti consueui, diligenter uires explicare tentabo, atq; eorum usum opportunum exponere. Sed tu iam in hisce medicamentis, de quibus in hoc libro memini, habuisti a me antea & mensuras & præparandi modum. Vbi uero plus opportuno cutis colliquata fuerit in suppurationibus, adeo ut panno lacero similis efficiatur, nõ facile subiectis corporibus agglutinatur, ut necesse sit eum, qui κατὰ πλάτος, id est per latitudinem, nominatur, curationis modum adhibere.

De sinu. *Cap.* 8.

CVm uero amplius agglutinandi cutem subiectis corporibus creuerit difficultas, huiusmodi affectum Sinum appellant. Deinceps tibi in memoriam reuocabo huius quoque curationis modum, quem uidisti me sæpius in pluribus adhibere. Vbi talis dispositio consistit, satius est fistulam di-
Al.1.f.4.c.28 p.155.b. recte perforatam uel ex ære uel ex cornu factam habere paratam: quòd si hæc non fuerit, unum ex his instrumentis, quæ Pyulca, id est puris attractiua dicuntur, quod foramẽ latissimũ habeat, & eius, quod

à nobis compositum est ex charta combusta medicamentum,tu sæpe uidisti me exiguam portionẽ mul E
to oleo rosaceo permiscere, ac per id instrumentum puris attractiuum in sinus inijcere, deinde filis
euulsis orificium claudere.Quæcunq; uero emplastica medicamenta oleo rosaceo liquefacientes inij-
cimus,hoc instrumentum non permeant. In his uero oportet uesicam suillam accipientes, fistulam di-
rectum foramen habentem apponere.Esse uero acriora medicamenta liquefacta,quàm illa, quæ Em-
mota,idest linamentaria,dicuntur,est necessarium,qualia sunt apud omnes usitata, colore uiridi insi-
gnia.Hæc enim oportet non pauco oleo rosaceo liquefacere,ut in sinum inijci possint. Dissoluitur autẽ
emmotorum uis in huiusmodi mistionibus.Igitur emplastica omnino medicamenta,quale est Machæ
rionis,& Epigoni,& quod Isis cognominatur,ubi ad emmotorum usum deducuntur, cerati indigent
admistione:hæc.n.ad sinus utilia sunt. Qua enim ratione eis ceratum admiscetur, eadem etiam sunt ad
sinus utilia.Miscentur autem,quoniã uires mordaces habent,si per se sola liquescerent,non admisto ip-
sis cerato:sed,ubi quidem oleum rosaceum plutimum fuerit,quod uero in ipso liquescit,medicamentũ
paucum, non amplius acritudinem seruat. Vbi uero sinus mediocriter carne oppletus fuerit, tunc ag-
glutinantia medicamenta apponere oportet,ueluti si recenti & sanguinolento vulneri mederens. Mul
ta uero tali sunt natura prædita:Alia quidem,quæ ex asphalto constant:uocãt autem huiusmodi, nescio
quomodo,emplastra Barbara:Alia uero,quæ Cirrha,idest fulua,uel phæa,idest fusca, à colore dicun- F
tur,ex lithargyro & ærugine æris decocta plurimum:sic enim ærugo fuluum colorem accipit. Si uero
paucum ebulliat,facit emplastra,quæ Melina,idest lutea,dicuntur.Te uero non latet, quòd omnia me
tallica medicamenta subtiliores partes habent,& uim exiccãdi maiorem,ubi multum ebullierint. His
uero medicamentis fuluis,ubi statim reponuntur,quædam extrinsecus supereminentia fusca concre-
scit,sub qua pars medicamenti profundior plus,quàm ab initio fulua uidetur.Atq; idcirco,nõ nulli hu-
iusmodi emplastra uocant Dichroma,idest bicolora, quidã uero Diprosopa,idest bifacia. Quanto ue-
ro subtiliora fuerint ac maiorem exiccandi uim habuerint,tanto plus in sinum operabuntur: nã ad eius
profundum oportet transmitti uim,si intentionem propositam assequi uelimus. Quæ uero recentia &
sanguinea uulnera agglutinant,quanquam his, minus exiccant,labra uulnerum, si breuia extiterint ac
minime profunda,agglutinant:atque ob hoc facile ac cito,quod oportet,efficiunt. Si uero in profun-
dum uulnus protendatur,& suturis & fibulis solemus in unum cogere.Sinus itaque omnes non simpli
ces sunt diuisiones,sed frequenter in ipsis modo una pars,modo alia excoriata est, quod neque te opor
tet latere.Cum igitur ad locum superiorem sinus extenditur,facile per os ichor,idest humor uitiatus,
elabitur.Si uero uergit ad ima,cum intus retineatur,partem aliquam continuam erodit.In his quidem
sinibus,nisi prius ad effluxum feceris sectionem, nihil proficies, neq; cum carnem generare, neq; cum G
agglutinare uolueris:In alijs uero non opus est sectione, si modo conuenientem figuram in parte pa-
tiente seruaueris:Ex qua figura potes aliquando sinum ad partem superiorem uergentem, facere ad in
feriorem declinare:ac contra,uergentem ad ima, conuertere ad superiora. Vidisti me igitur sinũ in bra-
chio existentem,cuius os erat prope cubitum,figura in superiora tendente sanasse sine alia facta ex ad
uerso sectione:& in coxa similiter figura sinus ad ima uergente,cum sinus uersus genu quidem termi-
naret,altius uero os media coxæ regione superius,sine ulla ex aduerso diuisione uidisti factam esse cu-
rationem, subijciente me popliti ceruical molle,ut inferiorem situm haberet inguen, quàm genu.Suf-
fecit autem in hoc sinu & alijs isto maioribus solum melicratum immissum, aptum ad conglutinandũ
omnes eius partes profundiores.Quidam autem lixiuium iniecerunt,seipsos coarguentes in his, quæ
prius ad carnem sinui inducendam medicamenta apposuerunt: Neque enim caro noua priori adnasci
potest,cum sordicies circumsedit. Quomodo igitur sufficienter carne innata sinui, conglutinatiuũ ad-
hibent medicamentum,siquidem ueluti satis sordidum existentem lixiuio abstergere tentant, cum pu-
ra caro neq; acrius melicratum toleret? In hoc igitur satis est, si hoc tale immittatur, quale quispiam
cum uoluptate potaret.Et post melicratum solitus sum deinceps,antequã medicamentum conglutina
tiuum imponam,aliqñ uino solo,aliqñ uino mulso sinum abluere: Nam ad abstergendum atq; ad expur H
gandũ circunstantes humores uitiatos melicratũ est melius:sed ad cõglutinandum uinum est melius &
efficacius:sit autem inter dulce & astringens medium.Et quidem post medicamenti agglutinantis ap-
positionem spongia noua ex mulso uel uino circumijciatur quàm mollissima: atq; alligatio quidem in
cipiat à fundo sinus, finiat autem ad os.Sed & linteorum circumuolutiones fundum sinus sine dolore
constringant,paulatim uero laxentur usq; ad os sinus,& hoc ipsum habeat laxam pharmaci alligatio-
nem, emplastro, quod circum apponitur,ita cum forficibus discisso,ut ex ore sinus humores uitiati, si
qui excernantur, possint effluere,paruo aliquo alio ipsi imposito emplastro usq; ad solutionem: quam
tertia quaque die faciens, auferes hoc ipsum,quod ueluti supra positum circumiacet, id,quod per totũ
sinum circũiectum est,medicamentum relinquens. Indicium autem tibi sit,nunquid pars sinus profun-
da sit bene conglutinata,humor emanans si multus aut paucus,decoctus aut crudus: adhuc autẽ si ne-
que in ipso sinu dolor sentiatur,neq; tumor appareat,sed totus locus depressus siccus atq; expers dolo
ris existat.Si autem & pus bene coctum in ore uideris paucum,adhuc magis bona tibi sit spes de sinus
conglutinatione, imponensq; rursus spongiam, ac denuo alligans, ut diximus, secunda quaq; die uel
tertia solue,permutans semper, quod ori sinus superstat, linteum eodem emplastro perunctum, quod
totum os in circuitu comprehendet. Oportet autem non esse admodum impressum, sed ita,ut omnis
humor

A humor uitiatus ex ſinu per ipſum poſſit euacuari. In prima igitur & ſecunda die ſi aliquis humor tenuis
à ſinu excernitur, noli omnino de conglutinatione deſperare. Sæpius enim circumiecti membro patiē-
ti uis medicamenti uehementer exprimit ex ipſa cute & carne ſubiecta tenuem humiditatem, quando
ita affectum fuerit corpus ægroti, aut ex naturali temperatura, aut ex malo uictu, qua humiditate ex-
preſſa ſpatia mediocriter exiccata conglutinantur. In tertio autem & quarto ab initio die ſi ichor cru-
dus ex ore ſe oſtenderit, tunc ſcito ſinum non eſſe conglutinatum. Sit autem prę omnibus id, quod pa-
tienti membro circumijcitur, medicamentum uehementer quidem exiccans, neq; mordens uero, ne-
que intendens, ueluti eſt noſtrum, quod cirrhum .i. fuluum ſeu giluum uocatur, ſine cera confectum ex
metallicis medicamentis elixatis & oleo cicino & aceto, quod uulnera ſanguinolenta conglutinat, ac
ſine moleſtia ſinus exiccat. Vidiſti uero & ipſo ſanatas fiſtulas aliquando, in quibus anguſto, longoquę
exiſtente foramine, cum nondum intus callum haberent ſed ſordiciem ſolum, immiſi primum lixiuium
deinde tandiu intus permanere permiſi, donec ſperaui totam ſordiciem penitus excidiſſe: poſtmodum
medicamentum appoſui. Sic uero & eos, qui ſub cute ſunt ſola ſinus, in quibus nondum carnem ge-
nerari oporteat quiq; inſcite a quibuſdam curati erant, ſimul atq; curandos ſuſcepi, hoc medicamen-
to conglutinaui, cum tamen prius lixiuio abluiſſem. quoniam, qui ulcera curant, nullo ex his, quæ ex-
B purgandi uim habent, utunt̄ medicamento. Vbi uero, qui ad abſceſſum perueniunt, tumores tarde ſecti
fuerint, aut ob medicantium imperitiam, aut eorum, quibus medela adhibetur, timiditatem, qui ſecari
non patiuntur, ſed expectant, ut longiori tempore cutis a pure rodatur: contingit ſæpius uniuerſam cu-
tim a pure circa abſceſſum aggregato ſufficienter extenuari inſtar τῶ ῥάκους .i. laceræ ueſtis, unde & illi no-
men Rhacodes .i. lacerosa, a medicis inditum puto. Eſt itaque huiuſmodi cutis conglutinari contumax,
præcipue ſi quis ſecundum ſubſtantiam ſiccum medicamentum imponat: ex his enim magis fit laceræ
ueſti ſimilis & ſicca cutis, inſtar pellium detritarum. Viſum eſt igitur mihi opportunum, ſi quis ad eius
conglutinationem utatur medicamento, ſubſtantia quidem humido, potentia autem ſicco. Dictum au
tem in libris de medicamentis, quòd potentia ſicca medicamenta dici ſolent a medicis, quæ exiccandi
uim habent. Optimum autem ex omnibus medicamentis, quæ ſubſtantiam quidem humidam habent,
uim autem exiccandi, eſt id, quod a me compoſitum eſt ex lithargyro & adipe ſuillo antiquo & chalci-
te, quibus additum ſit oleum uetuſtiſſimum. Nam nimeius eſſe efficaciorem ſum expertus ad huiuſmo
di diſpoſitiones, cum neq; admodum durum fuerit, neq; exquiſite non inficiens. Sed & ſi tale conficia
tur, & uulnerum ſanguine manantium conglutinatiuum erit: & omnia etiam ulcera ad cicatricem per-
ducit, ſi & oleo[antiquo] remittatur, & cum uino mediocris ætatis commiſceatur, deinde in circuitu
C eiuſmodi diſpoſitionibus apponatur: quas ſæpius ſine ulla moleſtia conglutinauit. Confert autem, ut
diximus, in laceroſis cutibus non parum & mel, ſi uſque ad emplaſtri conſiſtentiam elixetur. Eius ue-
ro elixationis mediocritas uix recte perficitur, niſi inſpiciatur. oportet enim ipſum neq; adeo eſſe du-
rum, ut difficulter labatur: neque ita humidum, ut circumfluat. nam, quod durum eſt, ad eandem perue-
nit cum duris emplaſtris abſurditatem: humidum uero ueluti ſuperiectum calido corpori, undique cir-
cumfluit, & ſiccum linteum derelinquit, quod non modo nihil iuuat, ſed etiam non nunquam obeſt cu-
ti, quæ debet conglutinari: At, ſi mediocriter elixetur, hoc quidem optimum eſt medicamentum in hu-
iuſmodi ſinibus. Sed, quoniam elixationis eius mediocritas non facile poteſt cōiectura attingi, rectius
mihi uiſum eſt ei myrrham ſubtiliſſime tritam aſpergere, aut aloen, uel thus, aut aliquod ex his, uel om
nia ſimul, tum præcipue, cum linteo iniunctum humidius apparet. Oportet autem aſpergere iſta per cri
brum, quod ſublime ſupra mel teneatur: ſufficit autem ſemel aut bis illud agitare, ut mediocriter exci-
dant. Nonnunquam uero &, dum elixatur, adijcio melli aliquid ex antedictis medicamentis, quando
præſertim ſinus maior fuerit atque profundior. Vſus ſum aliquando & tenui centaureo, quod mirum
eſt ad huiuſmodi medicamentum. Poſt ipſum uero & ſymphytum utile eſt, & deinde ireos illyricæ ra-
dix, poſtea farina ex orobis: Neque obſcurum eſt, quin & contundi oporteat, & per cribrū ſubtile tranſ
D mitti, ac poſtmodum conteri talia omnia: Melli autem commiſceantur eo tēpore, quādo debet ab igne
amoueri, tantum nobis ſuper terentibus, donec melli decocto optime uniantur. Melius autem fuerit,
ſi cacabū ab igne amouentes, hæc omnia admiſceamus, & deinde diligenter agitemus, donec mel adeo
tepidum reddatur, ut corpori, cui curatio adhibeatur, poſſit imponi.

De Gangræna. *Cap. 9.*

COnſequens eſt, ut deinceps dicamus de inflammationibus, quæ gangrænæ fiunt. Nominant au-
tem (ut noſti) Gangręnas, eas, quæ ex magnitudine inflammationis nondum factę ſunt, ſed adhuc
fiunt, mortificationes. Nam, cum omnino membrum effectum eſt emortuum, ut punctum uel ſectum
A.l.1.f.4.c.18 uel aduſtum non ſentiat, quæ patitur, ſtatim recidere oportet, qua ſanam partem uicinam attingit. Sed,
p.156.d. quod ita affectum eſt, denigratur. Quod uero in medio eſt conſtitutum, ita ut tendat ad mortificatio-
nem, Gangræna nominatur. Curatur autem euacuantibus nobis quàm poſſumus plurimum ſanguinis,
qui in membro patiente compactus eſt, cuius cauſa fiunt mortificationes, ob id, quòd arteriæ ex angu-
A.l.4.f.3.T.1 ſtia loci nequeunt ſe attollere, reliquo autem tranſpirationes exhibentibus. Aut igitur cutem uniuer-
c.16.p.843.c. ſam multis ſectionibus profundis ſecare oportet unà cum ſubiecta ſubſtantia: aut plurimis ſcarificatio
nibus profundis incidere. Sanguinem uero manare permittens, imponere debes ex medicamentis ali
quod ad putreſcentia utilibus: huiuſmodi ſunt, quæ ex oxymelite & farina orobi uel lolij conficiun-
tur.

tur. si uero talia non assint, fabarum farinam adhibe, atq; ipsum oxymel solum. Et, si fortius medicamẽ E apponere uelis, adiice sal, aut ex trochiscis aliquem exquisitissime tritum, qualis Andronis, & Polyidę & Pasionis est. Et Musæ medicamen ad hæc aptissimum, quod in Heræ sectione scriptum est. Vtaris au tem & his & alijs, quæ antea diximus, animum aduertens ad corpus ægroti. Nam, si rusticum fuerit & durum natura, fortissima medicamenta desiderat: fœmineum uero & molles carnes habens, imbecilliora. Sic & uiri, quicunq; & molles carnes habent, & balneas amant, & in ocio degunt, mollia exigunt medicamenta: Neq; dubium est idem in pueris faciendum esse. Et, si quando etiam putrefactam atque emortuam partem abscideris, ut securius agas, nuper dictis utere medicamentis, naturam corporum simul attendens, atque eius insuper partis, quæ male affecta est. Quædam enim sunt, quę citissime ad putredinem ueniunt: & satius est ob maiorem securitatem, quando abscindis aut circuncidis id, quod iã putruit, eam quæ ueluti quædam radix est, sanæ parti adiunctam, adurere, sicuti sæpius in pudendis facere consueuimus, non nunquam quidem male affectis partibus, quæ adurunt, afferentes, quandoque uero linamentum ante submittentes. Facta uero adustione, solemus (ut nostri) uti succo porri: qui ubi non adsit, his, quæ paulo ante diximus. Vbi uero tibi uidebitur his remedijs adhibitis cessare putredo; ut cito crusta excidat, medicamento, quod nominatur Cephalicum, cum melle utere. Melius uero & ex hydrelæo panem decoquentes, uel farina hordeacea eodem modo parata, uel etiam cum ipsa miscendo triticeam, facere cataplasma. Id etiam medicamentum, quod Tetrapharmacum nominatur, ac præterea Macedonicum, sunt crustarum suppurationibus, atque earum excidẽtijs accommodatissima. F Similiter autem & quæcunq; uim habent ad suppurationem perducendi. Et panis uero tritus cũ apio uel ocymo optime crustas disrumpit, & a sanis partibus separat. Ex simplicibus autem medicamentis iris cum melle, uel radix panacis, uel aristolochiæ, uel acori. In mollibus uero corporibus sufficit orobi farina cum melle uel thure. Aufert autem & crustas Machærionis medicamentum, † & iris cum melle. Cum uero exciderint crustæ, huiusmodi ulcera possunt quibuscunque medicamentis, quæ carnẽ inducant, ad sanitatem perduci.

A. ibidem.

†In græco. cod. legitur, & iris cũ melle. legitur ẽt, & iris, commota.

De Cancro & Elephantiasi. Cap. 10.

CVm de his abunde dictum sit, reliquum est, ut de cancrosis tumoribus disseramus, qui in omnibus quidem partibus corporis fieri consueuerunt, sed in mamillis præsertim mulierum, quæ purgationem secundum naturam non habent: quæ ubi modum seruauerit, tunc mulier integra fruitur sanitate. Hi uero omnes præter naturam tumores ex melancholica superfluitate generantur, de qua diximus in commentarijs, in quibus de potentijs naturalibus egimus: Vbi ostendimus hunc humorem, dum sanguis in hepate fit, fæcis uinariæ proportione generari: expurgari autem a splene, qui ex G eo naturaliter habet alimentum. Cum igitur naturalis temperatura hunc humorem paucum generauerit, & ratio uictus adhibita confert, & splen satis attrahit ex eo, qui generatur, nulla huiusmodi superfluitas in uenis coaceruatur. At, cum contraria eueniunt, tunc in uenis multiplicatur, & eas, de quibus dicturi sumus, facit ægritudines. Dico autem his, quæ diximus, contraria, ut scilicet hepar ad generandum huiuscemodi superfluitatem sit aptum: sit etiam ratio uictus per tales adhibita cibos, qui crassum & fæculentum humorem procreare natura apti sunt: splen uero sit natura imbecillior, &, quicquid de ea superfluitate generatur, ad se minime trahere potens. In hoc uero corpore turbidus fit, ac crassescit is, qui in uenis continetur sanguis, & non nunquam a uenis habentibus (sicut & alia omnia) uim excernendi id, quod extraneum est, per hæmorrhoidas excernitur. Sæpius autem & ad uarices decumbit. Et quandoque ad cutem uniuersam expellitur, fitq; is morbus, quem Elephantem nominant. Nam & aliquando ad alias corporis partes, quæ ceteris sunt imbecilliores, humor iste defert, atq; euidenter apparent, quæ in illa parte sunt, uenæ nigro sanguine ac crasso plenæ, quantoq; crassior fuerit ac nigrior, tanto deterior est passio. In mamillis autem sæpe uidimus tumorem forma ac figura cancro animali exquisite consimilem. Nam, quemadmodum in isto pedes ex utraque parte sunt corporis; ita in hoc morbo uenæ distenduntur, ac figuram omnino similem cancro repræsentant. Hũc mor H bum per sui initia sæpe sanauimus. Sed, ubi in molem insignem satis euectus est, nemo sine manus opere potuit curare. Itaque uniuersæ chirurgiæ tumorem præter naturam excidentis intentio est totũ tumorem, qua partibus sanis adhæret, circuncidere: sed ob uasorum magnitudinem, cum præsertim fuerint arteriæ, profluuij sanguinis statim periculum imminet: quòd si laqueis eas circumprehendas, sympathiæ, idest passiones per consensum, insequuntur. Si autem & morbi radices exurere statuas, neque huic rei maximum periculum deest, cum prope principes partes fit adustio. Hunc igitur morbum (ut diximus) in principio sanauimus, & tunc præsertim, cum melancholicus humor non admodum crassus uidebatur existere. Nam hic purgantibus medicamentis, ex quibus sanitas sequitur, prompte succumbit. Neque obscurum est huiusmodi medicamenta debere esse euacuãdæ atræ bili accõmodata. Quod tandiu faciendum est, donec sanitas pristina parti subsequatur, quando ratio uictus optimos generans humores interim adhibeatur. In Alexandria quidem elephantis morbo plurimi corripiuntur propter uictus modum & regionis feruorem. At in Germania & Mysia rarissima hæc passio uidetur. Et apud Scythas lactis potatores nunquam fere apparuit. In Alexandria uero plurimum generatur ob uictus rationem. Comedunt enim farinam elixatam, & lentem, & cochleas, & plura salita, & non nulli ex ipsis carnes asininas, & alia quædam, quæ crassum & melancholicum humorem generant. Nam, cum circunstans

A. l. 4. f. 3 c. 2. c. 15. p. 854. d.

A. ibidem.

A. ibidem.

A cunstans aer calidus sit, motus humorum agitur uersus cutem. Huic igitur morbo, quas antea diximus, conferunt purgationes. Quod si & ætas & uirtus permiserint, sanguis prius mittendus est. In cãcris uero non inutile est, neque in istis, ubi nihil prohibet sanguinem mittere, demum purgare: & si fuerint mulieres, menstrua euocare, siquidem nondum quinquagesimum annum attigerint. Patienti autem particulæ succus solani imponatur, nam hoc medicamen ad huiusmodi utile est. Quòd si nolit ægrotans medicamento adeo humido illiniri, cum præsertim domum exire cogatur ad consueta negocia peragenda, medicamen ex pompholyge cõstãs, est imponendum, quo me uidisti uti ad cancros exulceratos: &, si hoc nõ adsit, adhibe alterum medicamentum nostrũ, quod ex chalcite fit. In uictus uero ratione succus ptissanæ abundanter exhibendus, & serum lactis: & ex oleribus malua, atriplex, & bletũ: &, quãdo tempus tulerit cucurbitas, ipsis etiam est utẽdum: & piscibus petrosis, & auibus omnibus, exceptis palustribus. Sed his, qui elephantiam patiuntur, in uiperarum esu est mirabile auxilium. Ita uero eas cõdire oportet, quemadmodum uidisti Marsos, qui feris uenenatis & aspidibus nutriuntur, Capite quidẽ primum absciso, & cauda usque ad digitos quatuor: deinde omnibus interaneis exemptis, cute etiam nimirum adempta: aqua deinde abluto corpore ipsarum. Sed neque aliter, cum theriacã antidotum conficere uolumus, usque ad hoc præparamus: sed deinceps concoquimus differenter. In the-
B riaca quidem paululum anethi & pauci salis in aqua ponentes: In his autem, qui elephantiasi laborãt, in olla anguillarum modo præparantes ex albo iure. Fit autem hoc modo. Aqua abundanter in ollam funditur & paucum olei, & cum hoc porrum & anethum adijcitur. Liquet autem, quod uiperarum carnes sunt decoquendæ, donec exquisite molles reddantur. Ipsum etiam medicamentũ confectũ ex uiperis, quod theriacam appellant, optimum est ad potandum ijs, qui huiusmodi morbo laborant, uel etiã, sicut libuerit, ad cutem oblinendam: nam, cum omnia hæc facta fuerint, non nunquam solet squama a cute decidere, quale in serpentibus quod senium appellatur.

Strumarum, Meliceridum & Hydropum curatio. *Cap. II.*

IN alijs autem tumoribus præter naturam non putaui oportere eam, quæ manu fit, curationem hoc in loco scribendam, cum tu medicamenta probatissima a nobis acceperis. In Strumis enim ea, quę astringere, & exiccare & pus etiam facere possunt. In his autem, quæ Melicerides dicuntur, ea, quæ has dissoluendi uim habent, & quæ pus resoluunt, & aquam in scroto & abdomine, medicamenta accepisti, quibus etiam in aqua intercute laborantibus utaris. In his enim duplex intentio est, scilicet ut sanetur tumor durus in uiscere, & coaceruata humiditas dissoluatur. At prius de induratorum uiscerum curatione dictum est: [sed differunt cum talem tumorem partes patiuntur, & differentem exigunt curã.]
C Quare curatio hydropum ad has tres reducitur intentiones, ut sanemus durum tumorem: qui in uiscere est, ut ea apponamus, quæ humiditatem dissoluunt, & medicamenta, quæ urinam mouent, in potu demus. Hæc quidem tibi, qui ad longam peregrinationem accingeris, satis esse arbitror. Si uero (ut institui) librum de medicamentis secundum *morbos, & loca patientia composuero, illum in tuo reditu habebis. Sed & aliud opus magnum amicis expostulantibus exarabitur, in quo tota ars curandi continetur. Quod si tibi peregre detineri diutius contigerit, singulos, qui a nobis scribentur, commentarios ad te mittere non grauabimur.

Al. gra:ra.

GALENI DOCVMENTVM DE PVERO EPILEPTICO.

Nicolao Leonico Thomæo Patauino interprete.

EGo te Ceciliane existimabã ad ęgritudinem filij tui nostris admonitionibus haud quaquam indigere. nam qui prius ipsum uidit, & tecum Athenas iterũ
D nauigaturus est Dionysius, idoneus est & præsens facere ea quæ opus erunt: & rursus discedens, ad habitudinem ægritudinis condecentia documenta relinquere. Ego autem qui nunquam puerum hunc uidi, forsan multum decipi possem: cum neque a principio morbi qualis fuerit ipsius natura, neque nunc qualis ob morbum sit, cognouerim, sed a uobis hoc tantum audierim epilepsiæ accessionibus puerum infestari. Verũ, ne forsitan me suspiceris negligẽtem magis quam ueridicum scriptionem hanc subterfugere: quod nũquam antea feci: laborem hunc libens subibo, ut tibi rem gratam faciam, scribendo quædam medicinalia præcepta pueri epileptici. In quibus necesse est medicæ artis imperitum decipi & aberrare circa mensuram uel tempus utendi. Demonstratum enim a nobis est in alijs libris quod non contingit quempiã recte mederi ne minimis quidem ægritudinibus, nedum adeo magnis ut est epilepsia, nisi methodum aliquam curatiuã nouerit. Atque Dionysius mihi iam communicauit, & mecum prius considerauit de tota pueri curatione, quã tu mihi imposueris, ut hæc documenta conscriberem. Dionysioque meã tum ipse sñiam facile manifestaui, cũ intelligeret, oĩa quæ ego dicerẽ nihilq; ille obaudiret, ceu methodi curatiuæ ualde peritus. Te cum uero neque quomodo sermonem, instituam noui. nam accuratus distinctionibus multis indiget, & obscurior est quàm imperito homini conueniat: breuis autem & manifestus haudquaquam accura-

tus eſſe poteſt. Quapropter ſubuerebar tibi documenta conſcribere: quamuis rem tibi gratam facere E
percuperem: exiſtimans mihi ſimile quippiam euenturum quale Phidiæ utique accidiſſet, ſi poſtquam
Palladis ſimulachrum abſoluit, quiſpiam illum coegiſſet ſeparatim digitum, manum, pedem, naſum, au
res, ſingulasq; corporis partes effingere. Ego uero methodum curatiuam tanquam quoddam ſimula-
chrum in pluribus commentarijs a nobis ſcriptã fuiſſe arbitror, quæ nõ modo imperitos homines, ſed
ne medicos quidem quoſcunque iuuare non poteſt. Quoniam autem cogis me de parte una artis cura
tiuæ ſermonem facere ſeorſum ab alijs: tuæ cedo uoluntati & pareo: atq; in tuam gratiam documenta
ſcribo: quæ tibi in hoc ſufficient. ſatis enim eſt medicæ artis inexperto non magnum aliquid & irreme-
diabile, in medicorum præceptis committere, præcipue cum didiceris legitime uerſari in his commen
tarijs. Eruditis igitur illis curatiuæ methodi negocium ſcriptum eſt: tibi autem & aliis, qui nonnullarũ
rationalium artium ſcientes eſtis, medicinæ autem inexperti, arbitror, ſortaſſe nonnihil utilitatis & in
his commẽtariis, proueniet. Conabor autem quantum fieri poterit maniſeſtiſſime enarrare quanã utẽs
puer diæta non parum iuuetur: & ab accidentibus quotidie ipſum inopinate inuadentibus minime læ-
datur. Cõuenit igitur in primis quantũ fieri poteſt hæc obſeruare. Namq; puerum neceſſe eſt interdũ Cap. 2
occurrere magnis frigoribus, immenſis caloribus, uentis ualidis, balneis malis, cibarijs caput tentan
tibus, rotarum obuolutionibus, coruſcationibus præterea, & tonitruis, & uigilijs, & cruditatibus, tri- F
ſtitiæque etiam, & iracundiæ, & laſſitudini, atque alijs huiuſcemodi rebus, a quibus (ut ſummatim dicã) A.l.3.f.2.T.
corpus uehementer moueri & perturbari ſolet: atque in reminiſcentiam quandam morbi referri, & ad 5.c.9.p.187.
generationem paroxyſmi deduci. Hæc igitur conuenit, multo ante caueri. etſi quandoque his præcedẽ- A.
tibus paroxyſmus ſuccedet, tunc ab omni penitus motu oportet illum remouere, & domi continere,
& uictu ualde tenui illum nutrire, donec a paroxyſmi incommodo liberetur. quis autem ſit tenuis ui-
ctus, quamuis arbitrer te cognoſcere, tamen ſi ea quæ ſequũtur perlegeris, aliquid etiam de ipſo perci
pies. Tempus itaque eſt ut huiuſce rei documenta tradere aggrediar. Accedente uere (nam ægritudi Cap. 3
nes quæ reuerti ſolent quodam modo tunc moueri contingit,) puerum purgandum affirmo mediocri
purgatione. huic autem purgationi Dionyſius præſens moderabitur, & quæ opus erunt imperabit, ac-
curate cognoſcẽs quo nam modo ad purgationem corpus præparare oporteat, & quo uti debeat phar
maco, qua ue quantitate, & in quo tempore: nam de his inter nos ſæpe conſultum eſt. Quare Athenis
præſentem habes Dionyſium, ſed nihilo minus cum ipſo mentem ſimul & conſilium habes meum.
Poſt purgationem autem quando receſſerit Dionyſius, & puer Athenis remanſerit: hanc oportet ipſũ
uictus rationem obſeruet. Cum a cubili mane ſurrexerit, antequam ad præceptorem accedat, medio-
cri deambulatione utatur, greſſu non admodum frequenti. poſthac autem uſq; ad paleſtræ tempus, di- G
ſciplinis uacet quibus aſſueuit. quamprimum autem ab illis diſceſſerit, ubi mediocriter rurſus deambu
lauerit, ad pædotribam accedat. Hunc autem pædotribam ſi quempiam alium ex iis qui puero pręſunt
multum oportet eſſe prudentem. ſed talem inuenire difficile eſt: præſertim cum electio fieri debeat ex
hoĩbus ineruditis & ignaris; non minus aĩam quàm corpus hebetẽ & craſſam habẽtibus. nõ igitur tan
q̃ paruũ hoc te fugiat: neq; cuiuis è populo pueri curam tradas, probe cognoſcẽs ꝙ ſumma curationis
in hiſce duobus uerſatur, in uſu uidelicet a me tibi dati pharmaci, & in exercitii modo. alia nanq; oĩa ho
rum ſunt præparamenta quædam. Pędotribam igitur hunc tecum ſimul Dionyſius eliget. Sit autem ip-
ſius ſcopus in exercendo quo ad quantitatem quidem, ut puerũ anteq̃ defatigetᷓ ceſſare faciat, necnon
ut uniuerſum corpus calefaciat, & mediocriter euacuet: ambo aũt in eodẽ tpe contingent. Quando. n.
quod ſuperfluit ſufficienter euacuatur, & quantum ſatis eſt corpus incaleſcit, tunc ſi quiſpiam ab exerci
tio ceſſauerit, quieſcet antequã in defatigationem incurrat. exercitium uero ab hoc tempore ultra, in
ſolida iam agit membra, & corporis habitum colliquat. aggregat aũt omne id quod colliquat in iunctu
ris maxime & muſculis: ad hocq; ſequitur uirtutis laſſitudo, poſtea ulceroſus ſenſus, quando aliquã cor
poris partẽ mouere tentauerint, & hoc eſt ipſa laſſitudo. Non ſolũ igitur pædotribã prudentẽ eſſe opor
tet, ſed ẽt mediocris exercitij expertũ, ne citius quã par eſt puerum ab exercitio ceſſare faciat, ſecuturã H
timens laſſitudinem, ne ue ſatagens caleſacere, & complete quod ſuperflui eſt euacuare, in laſſitudinem
puerum ducat, Mediocrium igitur exercitiorum in quantitate huiuſcemodi ſunt ſcopi: In qualitate ue-
ro; ut corroborentur omnes corporis particulæ, maxime caput & uentriculus, & huius præcipue quod
ori circunſtat. ut autem quiſpiam iſtud aſſequi poſſit, nunc dicam. Primo quoniã exercitia uehemẽtia A. ibidem
caput replent ab his abſtinere præcipio. ſecundo ſi qñ his uti neceſſe fuerit, capite erecto quæ infra ſunt
moueantur, & ex his maxime crura. tertio a paruis & tardis motionibus incipiat pædotriba, & ſic ad ue
hementiores & celeriores motus deueniat. nam ſubito ab intenſis exercitijs incipere non ſolum imbe-
cillibus, ſed etiam robuſtis corporibus ſumme pernicioſum eſt. Conſiderare præterea oportet, quòd
fricationes exercitii loco habẽtur, maxime in corporibus imbecillibus: immo ſæpenumero ſolæ, modo
recte fiant aliarum motionum uicem ſupplent. opus eſt autem primum manibus molliter cum ſindone
a ſupernis partibus ad inferna delatis, corpus ad rubedinem deducere initio à brachijs & manibus fa-
cto, atq; ita ad pectus & uentrem deuenire. ſubinde etiam crura multum fricare conuenit: ut ſiquid ex
ſupernis partibus illuc fuerit deriuatũ, commode abſumatᷓ, poſtremo ad caput deueniendum eſt. nã ſta-
tim a principio ad ipſum accedere periculoſum. corpore. n. adhuc pleno exiſtente, ad id quod primo
caleſit, facile ſuperfluitates attrahuntur. ultimo igitur loco poſt alias corporis partes, caput confricari
oportet,

A oportet, ut nunc diximus, absq; oleo. quando autem & oleum applicare libuerit, nihil prohibet capitis fricationem simul cum alijs fieri membris. ut unus caput fricet: duo alij pectus & uentrem: & totidem alij crura. sic autem & post exercitia: immo uero magis tunc, omnia simul cōfricentur membra: ita enim celetius ad quietem corpus deducitur, & minus refrigeratur. oportet autem si de quapiam alia re, de hac ipsa magnam curam habere. Non lauari autem, vt plurimum conuenit: neq; statim post exercitium palæstram exire. sed postquam plane quieuerit spiritus, & ab exercitijs commotio prorsus cessauerit, atq; tunc etiam sindone caput multum fricare cōuenit, & sepænumero pectine uti. Post hæc autem ad prandium eat, & prius quippiam ex ijs quę uentrem molliunt assumat, uel olus, uel salsamentum, uel ptissanam, uel oliuas cum tertia parte panis. reliquas uero duas in cœnæ tempus seponat cum ualentio ribus obsonijs. quæ autem huiusmodi existunt paulo post dicentur, si prius enarraueto ex olerum genere omnia quæ absq; nocumento sumi possunt. Ex oleribus igitur, nec à lactucis, nec à malua, nec ab atriplice, nec à blito prorsus illum prohiberi iubeo, non tamen idem semper capiat uolo, uerum aliàs aliud, moderate. ex eodem etiam est genere beta, & brassica. oportet enim etiam ex ijs quippiam moderate gustare. porrum quin etiam interdum, & apium, & smyrnium degustare conferet: & de horarijs fructibus quicunq; nō sunt penitus crudi, aut suapte natura difficulter concoquuntur: ij nanq; & suas ip

Cap. 4 Al. 3. f. 1. T. 5. c. 11. p. 388. D.

B sorum superfluitates, & aliorum etiam esculentorum retinere consueuerunt. ergo & mora & quæ præcocia nominantur, & ficus, & siqui sunt eiusmodi notæ, sine molestia descendunt. Et quæ cucurbita dicitur, nihil ab oleribus uentrem mollientibus differre uidetur: item pepones cucumerini (nam qui tales non sunt, praui sunt): maturæ ēt uuæ aliquantulum quandoque puero concedi potest: mala uero & pira raro & in parua quantitate degustet: & hæc ipsa non solum ut in arbore sua sint bene cocta, sed etiam domi seruata ad maturationem recte peruenerint. Scire autem oportet eadem poma quæ recenter à matre sunt decerpta, & quæ domi deposita reseruantur, permulrum inter se differre: nullamque inter sese similitudinem habere. possunt autem conseruari poma piraque nec non plurimi etiam alij fructus, & pruna quæ uocantur damascena, ficus quin etiam quas carycas uocant. ex huiuscemodi sunt genere, & ex arbore palma, dactyli, quorum comestionem penitus illi non interdico, sed opportune & moderate illis uti permitto: assidue autem & multum illis uti minime uelim. Atque ut semel concludam, quicunque mali succi sunt cibi, uel aluum astringunt, uel inflant, uel difficulter concoquuntur, si assidue uel plusquam conueniat assumantur, non solum huic morbo, sed omnibus etiam aliis nocere solent, atque hucusq; sermo de diætæ modo protractus, alijs etiam quāplurimis ęgritudinibus conueniens erit: Huiusce autem morbi peculiaris & proprius est, ut caueamus ab ijs præcipue esculentis quæ pituitam

C generant. unde in cibarijs, quæ tametsi in alijs non obsinr, uiscosos, aut frigidos, aut crassos humores generant, haudquāquam esse immorandum censeo. huiusmodi autem sunt atriplex, & blitum, & malua. quos sane ut gustet non prohibeo, assiduum autem eorum usum uehementer damno: ex hoc sunt genere & cucurbitæ: multoque magis cucumeres, & poma, & pira: & demum quæcunq; humorem pituitosum gignunt, aur uiscosum, aut crassum, uel quæcunque sunt in genere pessimorum esculentorū, quales sunt qui uulgo appellantur fungi: ab ijs enim omnino abstinere consulo, quemadmodum & a rapis, & a quibuscunque radicibus quæ mandi solent. crassos enim habent succos, & male concoquūtur: exceptis quibusdam quæ acrimoniam quādam & caliditatem in se habent, quemadmodum sunt dauci & raphani: sed ex raphanis haudquaquam illum degustare prohibeo, uerum quodam intercedente spatio: a dauco autem abstinere condiscat magisq; etiam a rapis. in esculentorum autem usu abundent illa quæ acria sunt, & uirtutem incidendi habent: dummodo insigniter non sint mali succi, odoremq; habeant qui caput tentet. quorum ex genere sunt quæcunq; per caliditatem replent caput. quemadmodum uinum; & sinapi, & petroselinum, & daucus, & cæpæ, & smyrnium. hæc enim ultra modum inflammatiua sunt, & malos humores generantia. Sinapi uero licet conueniat ad humores crassos incidēdos, tamen ab eo abstinendum est, quoniam caput tentat. in oxymelitis autem usu secure confidat, etiam si

D quotidie sumere uelit. potest autem cappares ex illo comesse, & parua quædam salsamenta oleo modico super infuso, ut cōcinnetur obsoniū: quod profecto huiuscemodi ægritudinis, ueluti medicamentū quoddam reputari potest: præcipue si sit acetum scilla conditum: hoc omnes uulgo iam scilliticū uocāt. quod ego si quippiam aliud in hoc casu sane laudo. horum uero alterutrum singulis diebus assumere contenderim, dico autem uel cappares uel salsamenta oxymelite condita. si uero puer oxymel bibere uelit, id sit in promptu & ante præparatum, & non ex tempore ex utrisque crudis confectum. quo auté modo ipsum præparare oportet, paulo post recensebimus. ceterum plurima aqua commisceatur. nam quod sic factum est, suauius redditur. ac hyeme quidem calidum accipiatur: æstate uero non erit malū etiā si plerūq; frigidum sumatur, si & uehementes fuerint calores, & ipse uehementer sitiat, potuiq; frigido assueuerit antea. nam inter alia sitim egregie sedat oxymel non ualdę dulce, præsertim si aquæ frigidæ misceatur. mihiq; non parum sæpe contingit puerum a comiriali morbo penitus liberasse, nó immutata uictus ratione, cum post primā purgationem oxymel sumere, eoque uti pharmaco iussissem. Verum quoniam neq; filij tui naturam noui, nescioq; quātum uirium is sibi asciuerit morbus, et ipse assistere nequeo, diuinare haudquaquā possum, quam paucissimis indigeat remedijs. Melius itaq; mihi uidet de omnibus sermonē facere. Igitur post exercitium in prandio (ut dictum est) utatur et quibusdā oleribus, et oliuis, et nucibus, et ficubus, cū siccis, tum recentibus: uerū non simul quotidie omnibus. unum

enim sit & simplex quod assumat: sed ut uictus ratio uariari possit, de omnibus uerba feci. eodem etiã E tempore (ut dictum est) si desiderauerit puer, alij etiam fructus concedi illi possunt. cum alioqui ab ipsis melius sit abstinere, ne dum morbi illius deuitandi causa, sed ad integram etiam totius ualetudinis incolumitatem: quemadmodum uides nos ferme ab omnibus horarijs fructibus abstinere. † [Verũ qm̃ philosophis in presentia salubris uictus præcepta non conscribimus, sane perquam optandũ erit si non solum ad pueri curam hæc documenta, sed ad uniuersam illius uitam facere poterunt.] Est igitur illi concedendum ut palam & tempestiue eos comedat fructus, quicunq; magni nõ fuerint documenti, ne clam & intempestiue illos comedens, magis lædatur. qui enim palam ab aliqua re, quam ualde appetunt, prohibentur, ij cum data est facultas, plus nimio ingurgitare se consueuerunt. quamobtem pueris ego plura esculenta concedere soleo ex ijs quæ non ualde nocent, ut tempestiue & palam illis moderate utantur potius quàm, ut diximus, propter uehemens desiderium furtim ex his & uoraciter assumere festinent. Atque hæc de cibi ratione sufficienter sint dicta.

† At sane philosophis salubris uictus documenta non conscribimus quod certe maximopere optarem, nõ solum ad huius affectus curationẽ sed ad uniuersam pueri tui uitam.

CAP. 5.

Post cibum autem ubi paululum temporis intermiserit, priusquam ad studia disciplinarum accedat leuiter deambulet censeo. & rursum ut id ipsum a studijs rediens ante cœnam faciat sane consulo, quo tempore duas reliquas panis portiones quas reseruauerat assumat, item aliorum unumquodq; sic (ut dictum est) carnes quidẽ ex omni fere auium genere, præter palustres: ab omnium autem quadrupedum esu præcipue abstineat. Quòd si qñ F illis uti necessitas fuerit, domestici quidem suis extremitatibus & stomacho uescatur, syluestris uero carnibus uniuersis bene uti potest. hœdorum quinetiam carnes degustet, & nonnunquam leporum etiam. carnes autem omnes sint uel simpliciter conditæ, uel sine nidore assæ: simpliciter condiuntur si aqua incoquantur & anetho, porro, sale, & oleo concinnentur. quonam autem modo sine nidore recte assetur caro, clibanum quod apud me uidisti, exemplo tibi esse potest. ex marino autem genere crusta intecta quidem omnia nocua, & incommoda: ex piscibus uero optimi sunt ij qui in saxosis degunt locis. sumere etiam poterit ex ijs qui in alto degunt, quos pelagicos uocant. ex chartilagineo autẽ torpedo fere sola conueniens est & commoda. ceterũ de leguminibus ptissana quidem præcipua est: hanc sequitur lens, alica, & pisum: alia autem fere omnia mala. & ut uniuersaliter dicatur, quæcunq; uiscosum, & crassum generant succũ, uentosaq; sunt, & multarum superfluitatũ, necnon difficilis concoctionis, sicut ante dicebamus, maxime sunt cauenda. ostrea quinetiam omnia, & chartilaginea ea quæ σελάχη uocantur, & squammis carent: præterea bulbi, & cochleæ, & caseus, & fungi, bouinæq; carnes: & oua in aqua durata, cum difficilis sunt concoctionis, tum crassos generant succos. alica uero & carnes suillæ bonum quidem generant sanguinem, sed uiscosum. palustria autem omnia superfluitates generant plurimas. legumina uero omnia uentosa sunt, & præcipue faba, & cicceres, ptissanaq; non diligẽter G cocta, uentosa est. quamobrem bene coquere illam oportet, uel ea non uti. lens quoq; bene decocta omnẽ ponit uentositatẽ: uerum illa non assidue crebroue uti oportet, quoniam humores generat crassos. Ceterum ad uictus quotidiani rõnem hæc abunde sufficere possunt.

A.l.3.f.1.T.5 c.11.D

CAP. 6.

Medicamẽto aũt ex scilla, qđ tibi tradidimus purgatione præmissa, quodq; primo uere fieri iussimus, singulis diebus secure filius tuus utatur, prius quàm ad palæstram accedat. nam nisi ualde magna fuerit ægritudo, & occalluerit, sperandum sane est in quadraginta dierum spatio hoc medicamento illam perfecte cessaturam. quoniã iam innumeros pueros nulla ellebori opera sic curaui. uerũ post purgationem prius, quàm hoc utatur pharmaco, semel aut bis absinthium sumere oportet.

CAP. 7.

De oxymelite autem ut dicamus, id certe acidissimũ esse censetur, quod ad mellis proportionẽ quartam aceti habet partẽ: dulcissimũ uero, quod octauam: aliæ aũt intermediæ mensuræ quanto ad extremorũ alterutrũ appropinquant, tanto aciditatis aut dulcedinis participare uidentur. oportet autem ipsum penitus decoquere. ita .n. quæ miscentur, accurate in unum ambo deueniunt: & aciditatis uehementia, quæ in aceto est, retunditur: & quod in melle inflatiuum est, castigatur: spumam .n. illius, qui recte decoquit, auferre debet. nec me præterea latet in Græcia, & in plerisque locis insularum oxymel etiam ex fauis confici solere, quo etiam tibi secure uti licet, puero præsertim æstiuo tempore Athenis degente. minime autem ad me in præsentia pertinet H declarare, quando dulcius id, aut acidius, uel dilutius, aut meracius exhibere oportet: neque in alijs particularibus immorari meum est, sed illius qui & præsens fuerit, & curandum corpus quotidie inspexerit, & de humorum habitu recte coniectari poterit. in crassis enim & uiscosis humoribus acidiori & meraciori oxymelite utendum est: in his autem qui huiusmodi non fuerint, dulciori & diluto magis. eodem etiam modo reliqua quæ dicta sunt omnia, pro quotidianis corporum constitutionibus commutare & uariare conuenit, quemadmodum et in omnibus alijs ægritudinibus facere contingit. Quapropter si quis methodi curatiuæ ignaro & inexperto innumera etiam perscripserit documenta, haudquaquam illum sufficientem efficiet medicum non modo non maximarum ægritudinum, sed ne minimarum quidem. Istud enim sæpenumero palam ostendi cum inueterata ulcera malasque oculorum dispositiones ad sanitatem redegissem ijsdem sane medicamentis, quibus pleriq; ante me usi nihil profecerant. Et profecto temporis opportunitas in usu uniuscuiusq; ut Hippocrati placuit, post quantitatẽ ad uires diligenter accommodatã, reliquum utilitatis apportat. nam pharmaca potius sunt iuuantium materia quàm iuuamenta, quemadmodum ẽt ab excellentibus asseueratur medicis.

A. ibidem.

CAP. 8.

Et meus quidem unde exordiũ sumpsit, finẽ accipiat sermo, haudquaquã fieri posse ut minimum quippiã quod ad artẽ pertinet pertractare recte ualeat is, qui artis penitus sit ignarus & expers, sed illi semper

assistentis

A assistentis periti opus esse. Verum quoniam plerique scillæ succum non recte conficiunt, quando id ti
bi etiam cognoscere cordi est, huic ego sermoni adiungam, quonam modo illum conficere sim solitus.
Vas quodpiam accipio a quo extractum fuerit mel. meliterium id Græci uocant: in quod scillam cõ-
ijcio manibus prius illam in exiguas discerpens particulas. postea bene apto operculo illud obturans,
extrinsecusque pelle circundans, & diligenter colligans in loco quopiam meridiem spectante collo-
co, qui a borealibus omnino nõ perfletur uentis. id autem facere soleo ea anni parte, in qua caniculam
exoriri omnes asseuerant Græci: quadraginta autem huiuscemodi sunt dies: uiginti quidem ante, toti-
demque post exortum. paulatimque in ijs diebus uas illud ad solem conuertere soleo, ut ex omni-
bus similiter partibus incalescat. transacto postmodum præstituto temporis spatio, uas illud ape-
riens, in illo reperire soleo scillæ partes elixis similes, succumque ex illis in uasis fundo quendam de
fluxum, quem colligẽs, quàm optimo melle cõcinno. Huius singulis diebus, cui dare uoluero, cochlea
ris pleni mensuram præbeo, pueris quidem minoris, adultis uero maioris. Quinetiam scillæ ipsius car
nes accurate contundens, illasque cum melle dissoluens, & conterens: ex illis cochleare unum ut dictũ
est, præbere consueui: quod sane quo ad uires & efficaciam secundum a prædicto locum obtinet. Ce-
terum quicunque scillam elixantes, illam postea conterunt, illius proculdubio uires resoluũt quemad
B modum, qui istud ipsum ex aceto faciunt, pharmacum quidem ualidum admodum conficiunt, uerum
neruis non innoxium.

GALENI QVOS PVRGARE CONVENIAT, QVIBVS PVRGATIONIBVS, ET QVO TEMPORE.

Io. Baptista Rasario interprete.

SANA corpora difficiliter purgantur. nam & uertigine uexantur, & torquentur,
& fit molesta purgatio: & celerius præterea exoluuntur. hæc autẽ omnia fiũt,
quod purgans medicamentum proprium educere humorem cupiens, ipsum
que non comperiẽs, sanguinem & carnes colliquat, ut ex eis quod suũ est, eli-
C ciat. at qui sani adhuc sunt illi quidem, sed tamen nisi euacuentur, in morbos
casuri sunt, præueniendi sunt, & ineunte uere uacuandi, uel misso sanguine, si
ex multitudine, uel purgatione, si ex humorum corruptela capi morbis sole-
ant. Ac nos quidem & podagram, & articulorum dolores in principio, cũ non
dum circum articulos tophum excitassent, huiusmodi euacuatione complures annos inhibuimus: eo
demque modo plerosque attonitos, comitiales, melancholicos, & alijs eiusmodi diuturnis affectioni
bus uexatos, prædicta euacuatione sanauimus. alijs itaque pituitam, alijs amaram bilim, alijs atrã, alijs
serosa excrementa, ad essentiam eorum morborum, quibus capi consueuerunt, euacuari conducit. ac
protinus melancholia quispiam, nisi purgatus fuerit, singulis annis capietur. hunc ego non solum uere,
sed autumno etiam purgo. itemque fœminam, quæ in mamma cancrum habuit, quotannis ineũte ue-
re similiter purgandam curo: quam quidẽ ad sanitatẽ perduxi uehementer euacuando, usus medicamẽ
to nigrã bilim expurgante. siq; assumpta purgatio non fuerit, sentit mammã altius dolore uexari. Quin
etiam incipientem elephantiasin misso primum sanguine, & purgatione data, in alio curaui. deinde ei
quoque unica singulis annis purgatio sufficit: eaque intermissa, morbũ statim reuocat. atq; hæ quidem
D ægritudines nigros humores purgari postulant: comitiales autem, attoniti, & asthmatici, pituitosos: ue
lut dolores articulorũ, si cũ multo calore infestẽt, amarã bilẽ: si cum tumoribus frigidis, pituitã euacua
ri postulant. Alius quidam æstiuo tẽpore tertiana semper corripiebatur: qui multos ab hinc annos in fe
brim nõ incidit, sub finẽ ueris pallidã bilẽ nostro cõsilio ante purgãdo. hoc. n. tempore eiusmodi homi
nes euacuare est melius: quemadmodum comitiales, arthriticos, & melancholicos, & quicunque ex
humorum crassitie in morbos cadunt, ineunte uere præstat euacuare. Antequã autem medicamentum
purgans exhibeamus, crassos humores attenuare, tenacesq; dissecare, ac meatus, per quos traduci, tra-
hiq; debent, aperire oportet, si purgatio sit optime successura, idq; cum in reliquis omnibus, tũ uel ma
xime in ijs, qui elleborum sumunt. nã medicamenti uis, quæ diuellit, cũ excutit humores, qui altius af-
fectis partibus inhærent. & ob eã cãm diuturnis morbis prodest, facilius id facit humoribus prius atte
nuatis. qui hoc negligunt, ijs molestæ purgationes succedunt, & cum torminibus, & interdũ cũ uerti-
gine quadam, multaq; nausea, malo pulsu, exolutione, ac difficultate. eius autem, qui elleborũ sumptu-
rus est, prius experiri naturam debemus, quomodo ea ad supernas purgationes, hoc est, quæ uomiti-
bus fiunt, affecta sit. experiemur autem dandis ijs, quæ uomitum mediocriter prouocant. nam si ita
non facile purgetur, non erit ad elleborum agendus, si non ante præparetur. præparatur autem uomitu
ipso sæpius excito. cum ergo is, qui sumpturus elleborum sit, promptius uomere assueuerit, melius ẽt

fiet. si ante corpus humectabimus. humidum uero fit corpus, tum multo cibo, tum quiete. ac quietem E quidem id facere, perspicuum est: quando, ut exercitatio membra exsiccare potest, ita, quies; cum uacatio quædam, & exercitationis uacuitas sit, humiditates conseruet. at cibus copiosior nō absolute humectare aptus est, sed is denique qui uehementis qualitatis expers sit, hoc est, qui neque acerbus, neq; acer, neque salsus, neque amarus sit. nos uero oxymeli quandoque potui dedimus, in quo ellebori albi ramusculos per diem ac noctem raphanis infixos demiseramus, essetque hæc ellebori imbecilla purgatio. Ceterum qui angustum thoracem, & iccirco pulmonem compressum habent, sunt ad uomendum ineptissimi, cum alijs, quæ uomitum cient, tum præcipue elleboro albo. uasculum enim aliquod. ex ijs, quæ in instrumentis respirationis sunt, disrumpent. Præterea amaram bilem per superiora, pituitam potius per inferiora purgare conuenit. quanquam interdum contra est faciendum, si pituita in uentriculo, amara uero bilis in intestinis aceruata fuerit. at melancholicum succum per inferiora semper educimus. Ac de anni quidem temporibus scriptum in aphorismis reliquit Hippocrates, æstate superiores, hyeme inferiores partes medicamento purgandas esse. atque ad temporum anni proportionē, regionum habenda est ratio: ut calore, frigoreque distinguantur. idemque de ætatibus esse sentiendū. iam uero consuetudo quoque non parum facit ad indicandum euacuationem. nam qui uomere sunt assueti, purgationem per superiora minus moleste ferunt: qui assueti non sunt, non sine periculo, & præ F sertim elleboro, purgantur. sed par est etiam, ut genus morbi consideretur. nam cum corpus albidum, & pituitosum totum apparet, quam hydropem leucophlegmatiam uocant, opus est medicamento, quod pituitam educat: ac primum quidem per inferiora, postea per uomitus, postremo per ea, quæ per nares & palatum pituitam trahunt. cum enim redundans humor in toto corpore sit diffusus, omnes euacuationes admouebimus. si uero ascites sit hydrops, medicamentum, quod aquæ educendæ sit, dabimus: quemadmodum in arquatis aliquid dandum est, quod bilem educat. nam & his bilem multis modis euocare oportet sursum, deorsum, per urinas, per palatū, per nares. ita etiā si melancholicus succus redundarit, ut in melancholia, cancro, & elephantiasi, medicamentum, quo nigra bilis educatur, exhibemus. nam in comitialibus utimur medicamentis pituitam extrahentibus. ex quibus est perspicuum, a morbi conditione nobis ostendi & humorem euacuandum, & locum, per quem eundē educere debeamus, ijs enim, quorum iecur inflammatione uexatur, simul atque concocta inflammatio sit, purgationem adhibemus: ac per inferiora quidem, cum ea in simis iecoris partibus sit: per urinas uero, cum in gibbis. ita quoque in reliquis spectabimus & humorem exuberantem, & affectum locum, ex quo tanquam causa quadam, morbus consurgit. hæc enim, & quis humor euacuandus sit, & quomodo, & qua parte sit educendus, indicabunt: & ad hæc omnia, tempus etiam ac- G commodatum commonstrabunt. nam inter initia, tenues & serosos humores uacuabis: concoctionem uero expectabis, ubi crassi, & glutinosi fuerint, quales suapte natura sunt pituita, atque atra bilis, acessiones quoque tibi euacuationis modum indicabunt: ut dum urget accessio, a superioribus educas: ubi cesset, quæ remissio dicitur, ab inferioribus. nam sic etiam iuuant quæ per se in morbis eueniunt: cum in accessionibus uomitus plerisque excitetur, & sanguis e naribus erumpat; in remissionibus uero, lotium & aluus fluat. Tempora autem accessionum, & criticorum dierum maxime obseruanda sunt, siquando purgationem per inferiora moliaris. nam si humores ad superiora propensi ferantur, uis medicamenti per inferiora purgantis impeditur. In ijs autem, qui iam ægrotant, si morbus diuturnus futurus est, expectanda semper erit concoctio: in acutis uero morbis, cum turgeat materia, inter initia medicamento purgante uti licet: atque id ipsum cum magna animaduersione, diligentique consideratione faciendum est. nam in acutis periculum non mediocre est, ne purgatio male succedat, eo quod omnia medicamenta purgantia calidæ sint facultatis: & febris in eo quod febris est, & sui ratione, non sicca, nec calida, sed his maxime contraria, humida frigidaque expostulet. non ergo febrilis caloris causa purgans medicamentum propinamus, quod nos quoque quantum in ipso est, nocere scimus; uerum, ut humores febrem concitantes educamus. H debet igitur maior utilitas prouenire infestis humoribus detractis, quàm sit noxa, quæ a medicamento expurgante corpori infligitur, necessario. prouenit autem utilitas, si & sine molestia, & omnis infestus humor euacuetur, quod ut fiat, considerandum prius est, utrum is, qui morbo laborat, ad eam purgationem sit idoneus. etenim qui plerisque cruditatibus laborarint, crassisque ac tenacibus edulijs uesci consueuerint, itemque quibus tensa hypochondria, inflataque sint, aut satis, superque calida, atque feruentia, aut in eisdem locis inflammatio quædam sit, ij omnes ad purgationes sunt inepti: quamobrem dimittendi sunt. & ægrotantis humores, quoad eius fieri maxime potest, ad fluendum paratos esse oportet: hoc est tenues, & minime tenacitatis ullius participes: & meatus, per quos est transitura purgatio, apertos esse. hæc enim nos ante paramus, cum aliquem sumus purgaturi: at in acutis morbis, si statim inter initia, uel primo die, uel non ulterius secundo, purgatione usuri simus, turgente materia, nihil huic præparationi relinquitur loci: nisi quis forte occasionem nactus sit mulsam potui dandi, in qua parum hyssopi, aut origani, aut tragorigani, aut thymi, aut pulegij, aut aliquid eiusmodi attenuans sit incoctum. quocirca consentaneum est, ut in acutis morbis raro purgante medicamento utamur: quod in principio non sæpe turgeant humores affligentes, neque, si turgeant, ægrotus sit ad purgationem aptus: neque etiam nobis tempus sui paran

di

A di accommodatum præstet. Turgere autem dicuntur humores, cum motu uehementiore agitantur, & ab uno loco in alium confluentes, in principio morbi, uexant hominem, doloresque ac titillationes afferendo, cum quiescere non sinunt. hos ergo humores euacuare conuenit, eos dico, qui in motu, latione, & fluxu sunt. qui uero in aliqua parte corporis iam consederunt, neque ullo alio auxilio, neque medicamento purgante mouendi sunt prius, quàm concocti fuerint. tunc enim naturam etiã euacuationi habebimus adiutricem. hæc enim simul atque humores concocti sunt, eosdem dimouere, idq; quod superuacaneum est expellere conspicitur: quo sane tempore crises etiam fiunt. Verum cum natura perfecte excernit, nullo præterea medicamento opus est. cum uero ipsa mediocriter, atque imbecilius facit, quod deest supplere medici debent. Illud autem sciendũ est, raro euenire, ut humores ab uno membro ad aliud confluant, ac sæpius in uno aliquo membro quiescere, ibique manere, donec cõcoquantur, toto morbi tempore, usque ad morbi solutionem. Cum igitur non solum morbus acutus fuerit, sed etiam, cum uehementissima febri coniunctus, cauendum est, ne purgationem offeramus, præcipue cum ægrotantis natura nobis sit ignota. nonnulli enim suapre natura difficulter purgantur, nonnulli uero modica potione medicamenti epota, copiose purgantur. Cum igitur febris non sit uehemens, tuque ægroti naturam noscas, medicamentum dabis. quam ad rem utitor elleboro nigro, aut
B alio quopiam simili, e quorum numero etiam est, quod ex colocynthide conficitur, quod usitato nomine hieram uocant. hæc autem cum uarie cõficiatur, ea quæ elleborum assumpsit, nec scammoneam habet, præstantissimum medicamentum est in ijs, qui medicamentum subducens sumere omnino possunt. post assumptam uero purgationem, utile est ptisanam sorbere, quemadmodum ait Hippocrates, ipsum enim purgans medicamentum, ut exiguum fuerit, in fundum uentriculi descendit: in descensu uero cum gula, tum pars omnis sublimis uentriculi, non solum medicamenti purgantis qualitate, sed substantia quoque in descensu appulsa inficitur, & magnopere læditur, ex quo fit, ut ptisanæ succus utiliter absorbeatur, quippe qui abstergere, & inferius trahere possit id, quod transeundo meatibus se implicuit: & temperare, atque immutare medicamenti qualitatem, quæ membris insedit. quas ob res iubet Hippocrates, ut post purgationis potionem ægroti ptisanam absorbeant: cum uero purgatio incipit procedere ptisanam dari uetat, ueritus ne purgantis medicamenti actio dissoluatur.

Huic particule corresp[illegible]det aphoris. [illegible] aphoris. 20.

Quot modis aluus non excernat, cum datum purgans medicamentum fuerit. Cap. 24.

C NOn excernit autem quandoque aluus, medicamento purgante exhibito; uel ob ægrotantis hominis naturæ proprietatem, uel ob medicamenti dati exiguitatem. quandoque etiam stercus dẽsatum, atque in aliquo intestino exsiccatum, cum clysteri educendum esset, antequam medicamentum daretur, euacuationem impedit. potest quoque natura ad urinam uergente, purgans medicamentũ nihil facere, interdum etiam, cum euacuatio frustratur, præterquam quod corpori nihil noxæ affert, in alimentum etiam transit. interdum uero in perniciem mutatur, atque uenenum.

Quæ medicamentis purgantibus induntur. Cap. 25.

CVm omnia purgantia medicamenta uentriculum lædant, & eius os præcipue, quod ex neruis quamplurimis constat, & acerrimum sensum habet, excogitatum est, ut medicamentis bene olentia misceantur, ne sola, & sincera ipsorum uis uentriculi os attingat, talia autem esse debent semina, quæ induntur, quæ & medicamenti malitiam retundant, & eius actionem impedire nõ possint: quæque attenuandi, & incidendi uim habeãt, ut & crassos humores secare, & uias, per quas educendi sunt, aperire, ac patefacere queant. oportet etiam, ut commista medicamenta sibi inuicem consentiant, & in nulla parte discrepent. dissentiunt autem non cum hoc bilem, illud pituitam forte euacuet, (utraq;
D enim pari modo euacuare possunt) sed cum hoc celeriter, illud tardius ab assumprione purgationẽ mouet. ita enim euacuatio inæqualiter fit, quamuis simul fuerint accepta. dico autem inæqualiter fieri purgationem, ut, cum ipsa desinere uideatur, alterius euacuationis initium exoritur.

GALENI DE VENÆ SECTIONE ADVERSVS ERASISTRATVM LIBER

DENVO AD GRAECORVM EXEMPLARIVM FIDEM RECOGNITVS.

Iosepho Tectandro interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Increpat Erasistratum, qui posthabito uenæ sectionis auxilio, neque efficacibus, neque tutis remedijs uteretur.

Aduersus Erasistratum, qui cum in minimis plerisque curiosus esset, semel tantum idque obiter, de venæ sectione mentionem fecit. Cap. I.

F

MIHI equidem illud inquisitione quàm diligentissima dignum uidetur, cur nã Erasistratus, cum cetera quæ ad artem spectant, abunde satis pertractaret, ac circa minima quæque tantopere curiosus esset, ut & quorundam holerum cataplasmatumq; decoquendi rationem conscripserit (quorũ facultates usumque si unquam aliquis alius declarasset, non iniuria eorundem conficiendi rationem omittere potuisset, quandoquidem id nullius pretij sit, taleq; quod a quouis ex uulgaribus inueniri possit) de venæ sectione interim, tam potenti ac magno auxilio, quodq; uel ueterum sententia non minus efficacissimis remedijs extolleretur, ipse nullam mentionem fecerit. In illius enim operibus ferme ne nomen quidem unquam uenæ sectionis, præterquam semel, reperiri potest, vbi ipsemet, quemadmodum unicuique considerare facile est, obiter potius præterquam institutum, quam studio insigni de sanguinis reiectione agens, illius meminit, id quod ex suis scriptis intelliges, quæ sic habent: Deligaturæ uero, quæ circa alas & inguina fiunt, non sunt faciendæ more quorundam, qui vulgatam curandi rationem imitantes, nihil aliud consequuntur, quàm quòd sanguinem uinculis abunde exprimant. Quod enim in deligatis corporis partibus sanguis plurimus recipiatur, ex uenarum tensione, earumq; sectione cõ G iectandum est: ex incisa siquidem corporis parte, cum ea deligata fuerit copiosior is effluit. Dum uero sanguinis reiectio contingit ex deligatura in tibiis ac brachiis facta, plurimum eius ibidem recipitur. Postquam etenim qui circa thoracis partes adest, diminutus fuerit sanguis, tum ipsa quoq; reiectio multo minor pauciorq; fiet. Hoc autem ipsum imitari conantur hi, qui sanguinis reiectione laborantibus, uenam secant. Sed in hac re Chrysippus multo consultius agit, quippe qui non solum præsentia inspiciat, sed etiam imminentis periculi curã gerat. Huic enim periculo quod in reiectione accidit, aliud ex inflammatione adhæret, in quo quidem offerre aliquid perquam difficile est: rursum autẽ ei qui a uenæ sectione famem longo tempore tolerare debeat, ne dissoluatur uerendum est. Ceterum Chrysippus simulatq; nutrimentum in corpore iam elaboratum in loca solutu difficilia transtulerit, q̃ eo tempore quo dissolutionis periculum imminet, hoc pacto cibum differre possit, in promptu est. Et hac quidem ille medendi ratione usus nunquam offerre coactus est, ob idq; summa quæque ingenio superauit, ac quòd sibiipsi undequaq; constet, frequentissimas meruit laudes. Quòd autem nullius momenti hæc sint, & indigna omnibus modis, quæ uel ad Erasistrati solertiam, quam ille sibi in hac arte uendicat, uel ad auxilij uires referantur, cuilibet constat. Quandoquidem si neque apud Hippocratem [neq; apud Dioclem,] neq; apud Euryphontem, neq; penitus apud quenquam alium qui ætatem Era H sistrati præcesserunt, tale genus auxilij in scriptis reperiretur, forte suspicari quis posset illum, tanquam de eo cuius usus nondum fuisset inuentus, aut apud celebres medicos approbatus, iure optimo uerba non fecisse. Verum cum permulti alij fuerint, quibus non in uno tantum eodemq; leui affectu, sed etiam in plurimis acutissimisq; frequens huius auxilij usus iam constiterat, ac eo pacto tum Hippocrates omnium bonorum artis medicæ auctor, tum uetustissimi quiq; illo usi esse animaduertuntur, qua quæso re Erasistratus commotus id adeo spreuit, ut ne rationem quidem ullam illius in enarrando habuerit? Etenim & quod illud non improbauerit ad certos affectus, reliquorum præsidiorum more, ipsum referendo indicare, & causam ob quam id probauerit præscribere eum oportebat. Atqui hic in huius præsidij uiribus enarrandis tantopere inops fuit, ut neq; significauerit recipiendus ne sit, an posthabendus usus illius, neq; unquam quid de illo sentiret proferre ausus fuerit, nisi in uno tantum, ut superius dictum est, affectu: quanquam uel ex iis quæ ipse reticet, opinionis suæ summam manifestam facere uidetur. Nequaquam enim, si usum illius probasset, silentio præteriisset. Neq; etiam cum minima quæuis quæ ad leuandos affectus accommoda erant, describenda putaret, hæc utpote tam magna, aliquem etiamsi ab eo non didicisset, propria opera consequi posse persuasum habebat.

Quibus

A *Quibus rationibus Erasistrati sectatores dogma de non secanda uena tueantur.* Cap. 2.

CAusa uero, ob quam uenæ sectione ipse non sit usus, fortassis diuinatione opus habere cuiquam
uidebitur. Qui enim quis rescire possit quòd ea ipsa Erasistratus cognita habuerit, quorum nullā
diffusa oratione ille mentionem fecerit? Nihilominus fuere nonnulli qui in explicanda illius sententia
quæuis uaticinari conati sunt: uerum hi dum inter seipsos discrepant, in maximis erroribus uersari, ma-
nifeste sunt deprehensi. Nam nemini ex illis eadem stat sententia: & quod multo grauissimum est, ne-
que ab ipsis Erasistrati commilitonibus, discipulisq; Chrysippi Cnidij, quo primum auctore de explo
dendo uenæ sectionis usu dogma suscitatum est, de illius sententia quicquam certi constitutū est. Hæc
autem quæ Apoemantes Stratoq; protulerunt plane ridicula sunt: uterq; enim dicit per difficile esse ue
nam secare, uel ob internotionem uasis, uel ob arteriæ incisionem: nocumentum quippe illico ingens
imminere, si quando loco uenæ arteria diuidatur. His addunt quòd quandoq; aliquis præ timore mor-
tuus sit, & alter etiam ante uasis sectionem, alter uero eo iam secto referri nunquam potuerit, tū quòd
quidam irreparabili sanguinis fluxu defecerit. Sed prætereo illa quoque, quæ à reliquis dicuntur, nam
alij quidem eorum asserunt uacuationis mensuram coniectura assequi multo esse difficillimum, ideoq;
necesse esse, ut aut diminute euacuanti nihil plus contingat: aut mediocritatem excedenti maxima im
B pendeat noxa: (quid enim, aiunt illi, uenæ sectio modum exuperans, a cæde differt?) Alij uero dicunt,
quòd cum transsultus spirituum (græce paremptosis) ex arterijs in uenas fiat, necessario inanitionem
sanguinis per osculorum reserationem ipse spiritus sequatur. Sunt & alij qui affirmant uenarum eua-
cuationem inflammationis affectu in arterijs iam constituto, plane superuacaneam esse. Atqui uniuer-
sa talia quanquam credibilia alicui appareant, sunt tamen re uera falsa, indignaq; quibus adhiberi fides
debeat: quæ his omnibus longe facilius habenda fuisset, si hæc in medium protulissent, quæ dicta fue-
rant a ceteris quibusdam, qui ex succorum natura disputandi initium deprompserunt. Et quanquam
uel aduersus hos longiore sermone alicui conueniret instare, huius tamen rei impræsentiarum ea pro
pter nulla est occasio, quia orationem sic in immensam prolixitatem excrescere oporteret: præterea ni-
hil obstat quo minus ea quæ tum ab Erasistrato, tum a quouis alio ex Chrysippi discipulis dicta sunt,
reprehendere aggrediamur.

Quæ fuerit Erasistrati opinio de ortu febris & inflammationis, ac de ipsarum medela. Cap. 3.

COmmodissime igitur sermonem mihi instruxisse uidebor, si prætermissis alijs ab ipsius Erasistrati
placitis initium fecero, orationemq; ipsam quantum eius fieri potest breuissime absoluero. Cete-
rum ille arteriam spiritus, uenam autem sanguinis receptaculum esse asserit. Deinde uero ubi grandio
C ra receptacula diuisa fuerint, magnitudine quidem illa diminui, numero autem effici plura: ac cum nul
lus locus detur ubi circa terminum unius, uas aliud non existat, illa undequaq; per corpus delata in tam
minutos fines desinere, ut contentus in illis sanguis præ extremorum osculorum conniuentia intus re-
tineatur: ob idq;, & si oscula uenarum arteriarumq; inter se uicina sint, sanguinem tamen proprijs ter-
minis circumseptum, ac nullibi in uasa spiritalia insilientem permanere: & eousq; sane animal legibus
naturæ dirigi. Simulatq; uero causa quædam uiolenta irruerit, tum sanguinem ipsum in arterias trans-
ferri, & animal iam necessario ægrotare. Causas item huius rei aliquas, præcipuamq; illarum sanguinis
multitudinem esse, a quo & uenæ tunicam distendi reserariq; fines, qui prius clausi fuerant, transfundi
etiam in arterias sanguinem, qui postea spiritum a corde delatum perturbans, eiq; motum suum alte-
ranti resistens, siquidem e directo atq; prope principem partem constiterit, iam id febrim esse, si autem
πρόσω .i. ante ab ipso *retro repellatur, ac in finibus arteriarum condensetur, inflammationem tū existere. Et talibu
ille rationibus inflammationem ex plenitudine adstruit. Verum quæ ex uulneribus contingit, eam quo
que sanguinis ex uenis in arterias transsultu causari ait, cuius rursum transsultus causam illam quæ ad
euacuationem fit, successionem esse putat. Cum enim scissis arteriis, post inflictum uulnus spiritus uni
uersus ex læsa parte effusus fuerit, & periculum instet ne uacuus fiat locus, sanguinem, illo tempore,
D spiritus euacuati, quiq; locum illum prius replebat, gressum per osculorum reserationes consequi so-
lere. Si ergo spiritus foras emissus fuerit, hunc quoq; effundi: occluso autem illo atq; obserato, etiam
hunc ui spiritus a corde demandati impulsum, in locis uulneri uicinis cunctum coaceruari, & ea ratio-
ne inflammationem efficere. Sed concedamus age ipsi quæcunq; hoc tempore de febribus & inflam-
mationibus dixit, uera omnia esse: nam alibi demonstrauimus ea nihil in se ueri continere. Doceat igi-
tur ipse nos iam medicaminum seriem. Ait enim cum in multis alijs locis, tum in primis in tertio de fe
" bribus tractatu sic uerbatim: Circa ægritudinum igitur initia ac inflammationum generationes omnē
" sorbitionum oblationem auferre oportet: inflammationes enim, quæ febres faciunt, ut plurimū ex re-
" pletione fiunt. Si itaq; hoc ipso tempore adiectiones concessæ fuerint, & concoctione distributioneq;
" suas actiones perficientibus, uasa alimento repleta fuerint, inflammationes multo uehementiores per
" sæpe fieri contingit. Hæc quidem ille de inflammationibus protulit, quæ citra uulnus ex plenitudine
" eueniunt. De illis uero, quæ ex uulnere suboriuntur, in primo de febribus libro denuo in hanc senten-
" tiam recenset: Istis aūt subsequunt medendi rationes, quo uulnera omnia ab inflammatione libera effi
" ciant. Medicamenta .n. cum sanis partibus illinuntur, claudendo atq; obturando prohibent, ne sanguis
" desuper fusus in loca dissecta irruat: quandoquidem in illa, quæ affectu carent: eo quòd multæ arteriæ
" illic uenæque recludantur, sanguis, qui in arterias transilierat, facile in uenas quoque transumetur.

Quamobrem

Quamobrem consequens rursus est,ut uulneratis nihil prorsus inflammationis tempore offeratur:ue- E
næ nanque,cum alimento uacuæ existunt,longe facilius sanguinem in arterias ingestum assumēt,quo
sane ita peracto inflammationes minus contingent.Proinde,quod multitudo euacuanda sit, quodque
uenæ distentæ ac repletæ,in seipsas iterato quicquam recipere non possint,assentire ipsi Erasistrato nos
fatemur:uerum,quonam pacto hæ euacuandæ sint,in dubium à nobis uocatur.

Præstantiorem ex uenæ sectione,quàm ex inedia fore uacuationem,quodq; Erasistratus negligens fuerit in imitanda natura,ac scriptis Hippocratis legendis. *Cap.* 4.

POstquam itaque euacuationem esse confessum iam semel sit, ego eam omnium facillimam atque
expeditissimam,uenæ sectione perfici arbitror, utpote per quam ipsas etiam inflammationes solas
celerrime euacuare possimus:cum e diuerso inediæ,præterquam quòd longum tempus requirant,etiā
uniuersum habitum æqualiter euacuant. Atqui istud nequaquam conuenit: cur enim quis id euacuet
quod euacuatione opus non habet? Aut cur eliquet carnes, cum sanguinem subtrahere liceat? Vt in-
terim noxas reticeam, quæ ex longis inedijs necessario euenire solent, ac uirtutem defatigatam, &
succos biliosiores amarulentioresq́, redditos,frequentes item cordis morsus atq; inquietudinem, tū
deiectionum alui retentionem,& omnia denique excrementa acriora maligrioraq; effecta. Quorum
Erasistratus nihil animaduertens,cæcorum more, qui amplam compendiosamq; & planam uiā in pro- F
pinquo habentes,sæpenumero angustam ac asperam prolixamq; errabundi ineunt, & ipse tam propin
quam satisq; expeditam & amœnam semitam spernens,ad impeditam illam ac longam sese contulit:
quippe qui hoc tantum considerauerit,num quo ipse contendit,uia eo uergat, non autem an compen-
diose,& sine periculo ducat.Nam,quòd uel inedia ad plenitudinis euacuationem conferat,ego quoq;
consentio,uerum longo tempore,magnoq; cum nocumento eam efficere id dico. Attamen sapientem
Erasistratum,qui quorundam iudicio Hippocrati par esse uidetur,non puduit, quòd neglecto tam insi-
gni præsidio,nihil credibile aut rationi consentaneum attulerit,quin potius, uelut de re abiectissima pe
nitusq; nullius præcii,uerba fecerit. At Hippocrates ille medicus te, ò Erasistrate nulla ex parte infe-
rior,non sic de uenæ sectione pronunciauit,sed,quæ tu uerbis saltem admiraris,ea ille opere palam est
executus.Admiraris tu siquidem naturam ipsam, ut artificiosam simulq; prouidam animalis guberna-
tricem,nullibi tamen eam imitaris.Aut,cum illam plurimis morbis sanguinis euacuatione medentem
frequenter animaduerteris,cur ne in uno quidem unquam hoc idem tu ipse fecisti?Cur etiam naturæ,
quam laudas,opera silentio supprimis?Cur præterea,quando apud Hippocratem reperisti multa hu-
iusmodi scripta:Mulieri sanguinem uomēti menstruis erumpentibus solutio. &, Ab atra bile habitis si-
milem effectum hæmorrhoides præstant.Sanguinis item fluxus copiosi,per nares soluuntur.apud te ni G
hil tale,sed unico solum uerbo laudata natura,opus autem illius nullibi scriptum reperitur. Porrò mi-
hi sufficiebat,ut opera illius antea ad perfectum addiscerē,a quibus postea initio sumpto ad inuesti-
gandum reperiendumq; id,quod æquum putabam,idoneus euasi. Liceat ergo mihi uenia eorum, qui
te admirantur,dicere,quod in conspicuo est,quòd scilicet mihi aut modis omnibus demens, aut in na-
turæ operibus quam minime uersatus esse uidearis. Alteri enim ex his duobus, uel quia illa nunquam
cognouisti,uel quia cognita iamdudum non sis imitatus, obnoxius existi. Aut fortassis in cubiculo ali-
quo perpetuo delitescens,neq; aliquando ægrotum aliquem contemplatus, hæc scribebas: hincque
adeo non iniuria naturæ opera ignoras,quæ alioqui pro extrema dementia tua semper es præpostere
admiratus & imitatus: necnon,postquam scribendi prouinciam inijsti, legem scribendo es transgres-
sus.Oportebat enim primum te opera naturæ mihi describere,deinde declarare: & quæ illa integre ac
perfecte proprijs conatibus incitata,& quæ morbosis causis præpedita diminute agat: nam huiusmodi
ratio uiam ad inuenienda medicamenta nobis suppeditat.Cum etenim didicero, quæ probe ab illa per
ficiuntur,superaddito eo,in quo illa deficit,facile ei adiumento esse potero: rursum,si ipsa nihil penitus
mouet,id quod quandoq; morbosarum causarum uehementia superata patitur, tū ego illud omne sug
gerere enitar.Tu uero nihil horum indicans,domiq; te continens,ut qui forte ægrotorum uisitationē, H
ut fertur,paruipendas,quod tibi uidebatur, scripsisti. Ceterum si tu ipse non perspexeras,Hippocratis
monumenta relegenti tibi addiscere integrum erat,& quæ perfecte integreq;, ac ut ille loqui consue-
uit,absolute natura mouente iudicentur,& qua ratione illam quis iudicium non aggrediētem, pulcher
rime imitari possit:quo etiam pacto aggredientem quidem eam,uerum debiliter mouentem adiuuare
oporteat.Si enim in his exercitatus fuisses,talia te consulente audirem,qualia apud Hippocratem quo
que ioaudio:Quæ iudicantur & iudicata sunt integre, neq; mouere, neque nouare siue medicamentis,
siue alijs irritationibus,sed sinere.Istud quidem habes proprium naturæ integræ mouentis præceptum:
quod uero huic succedit,naturæ & ipsum,uerum diminute ad iudicium mouenti congruit,eamq; ob rē
illi auxilio esse iubens,dicit. Quæ ducere oportet,hæc,quo maxime natura uergit, per loca conferen-
tia ducenda.Natura siquidem tunc temporis expellere conatur id, quod eam infestat: cum autem præ
imbecillitate finem operi imponere non possit,nostra auxilia implorat.Propterea etiam lateris inflam-
matione laborantes curans,iuxta humorum uergentiam inanire eos consueuit. Quid enim ait? Cum
ergo dolor ad iugulum extenditur,aut grauitas in brachio,uel circa mammā, aut supra præcordia exi-
stit, interna cubiti uena secanda est. Neque dubites copiosum detrahere sanguinem, donec rubicun-
dior multo,aut pro puro rubidoq; liuidus effluxerit,utrunq; enim contingit. At,si dolor sub septo tran-
suerso

A suerso fuerit, neq; ad iugulum ascenderit, tum aluus uel nigro ueratro, uel peplio subducenda est. Rursus uero in quopiam renalium affectionum concursu præfatus: Et in rene dolor grauis per ilia usq; ad coxas tendens e directo infert poplitem secare, hoc est, uenam, quæ in poplite est, incidere.

De usu sectionis venæ in frigidis, ac reliquis ex multitudine affectibus medicorum rationalium, Empiricorum, ipsiusque naturæ testimonio. Cap. 5.

ILlud uero quo modo dictum est? Ex Margei famula ne sanguis quidem prodijt, nam, ut filiolam hæc peperit, ilico os ad uertebras coxarum derortum est. Porrò dolor ex uena prope talum secta cessauit, quamuis tremores corpus iam occupassent. Atqui nunc ad occasionem ipsam eiusq; fomitē transeundum est. Hippocrates siquidem te & occasionem morbi & generationem occasionis perpendere iubet, id quod tu mea quidem sententia multitudine sanguinis præsertim molestiam inferente, non de alio quoquam, præterquam de uenæ sectione dictum affirmare possis. Ergo præfatæ mulieri, licet iam tremore correpta esset, ille secare uenam non distulit, cum e diuerso nemo alter in tremoribus æque, atq; hydropisi, aliove frigido affectu ullo, sanguinem detrahere unquam ausus fuit. In talibus enim ex calidi succi euacuatione adhuc multo magis corpus necessario refrigeratur, & innatus calor, qui per affectum antea quoq; frigefactus fuerat, extinguitur. Hippocrates uero, ut ipsemet fatetur, multi- B tudinem sanguinis ante ipsum affectum accumulatam considerauit: muliercula enim a purgamentis, quas secundas uocant, non fuerat expurgata. Fomes autem seu nutrimentum occasionis, hoc est generatio, primaq; causa, ob quam non sit probe expurgata, est ipsa contorsio uteri, qui ad coxas cōtortus fuerat. Proinde, cum retentio euacuationem, situs uero uteri locum, per quem euacuatio instituenda est, illi indicaret, uenam talo proximam incidit: talemq; Hippocrates sese in cunctis præstitit. Sed ne laudibus uirum hunc extollentes Erasistratæos tristitia afficiamus, ut qui ipsi, ante eosq; Erasistratus, aduersus illum inimico animo esse mihi uisi sint, missa faciamus nunc Hippocratis monumenta: alio enim tempore totam illius de euacuatione artem declarare constituimus: quin potius trāsferamus nos ad illos, quorum aliqui empiricam rationalemq; sectam unà sunt amplexi, quandoquidem ex his a uenæ sectione abstinere inuenio neminem. Nam inter dogmaticos, Dioclem ac Plistonicū Dieuchenq; & Praxagoram, unà cum Philotimo atque Herophilo & Asclepiade, uenę sectione usos fuisse compertum habeo: quanquam Asclepiades contentionis adeo studiosus fuit, ut omnia ferme priora dogmata lacessiuerit, neq; alicui prioris seculi homini, immo ne Hippocrati quidem pepercerit, hincq; adeo ueterum medendi rationem, mortis meditationem nominare non sit ueritus. Atqui neq; hic eo impudentiæ uenerat, ut uenæ sectionem e medicinalium auxiliorum numero explodere auderet. Quinetiā C neque inter recentiores aut uetustiores aliquis, non Athenæus, non Archigenes, neq; Agathinus, tum deniq; neque ex empiricorum cœtu quisquam: hi enim cum nihil eorum obseruent, quæ rationi cōsentanea sunt, omniaq; experientia sola decernant, tamen ex his neminem mihi proferre poteris. Quando autem isti in omnibus aliis rebus fere dissentientes, in hac sola conueniant, mihi plane concordia suspicione uacante nihil magis fide dignum esse uidetur. Sed, ne præ testiū multitudine opera naturæ, quam tu.s. laudas, obscuriora reddamus, mittamus hos, si lubet. Non ne ipsa mulieres cunctas singulo mense euacuat, sanguine superfluo foras effuso? Muliebre.n. genus, ut quod domi ageret, neque uehementibus laboribus exerceretur, aut sub claro sole uiueret, ac ob utraq; hæc multitudinem humorum coaceruaret, ipsam euacuationem plenitudinis, tanquam remedium naturale, obtinere opus habebat. Et unum quidem istud naturæ opus est: Alterum uero purgatio post partum contingens existit: licet & fœtura ipsa, species sit euacuationis. Nam ex sanguine uteri conceptus nutriri solet. Tū uero, postquam editus est fœtus, generatio lactis in mammillis, uacuatio hæc quoque est† [quantitate sua] non parua: una siquidem & lactis & menstruorum substantia est, amborumq;, ut quisquam dixerit, riuorū fontes communes, uenæ sunt. Quamobrem, quibuscunq; per ætatem menses fluere cessarunt, his neque in mammilis lac amplius colligitur: quæcunq; etiam purgandi tempora adhuc habent, ac interea D lactant, hę non purgantur. Præterea cum mulieri lactanti sanguis per locos eruperit, illico lac huic euanescit. Ad hæc quæcunque animantia utero non gerunt, his neque lac unquam adest: rursus quibus id suppetit, illa etiam ad concipiendum a natura idonea sunt. At si iam addidicisti quot commoda ex huiusmodi euacuatione muliebre genus maneant, quotq; nocumenta ijsdem suppressis sequantur, haud uideo qui sufferas, quo minus sanguinem superabundantem modis omnibus euacuare accelcres. Mulier enim, Hippocrate teste, podagra non laborat, nisi menstrua defecerint. Sed cur ego contra hominem Hippocrati inimicum, uerbis Hippocratis utor? Velim itaque audias iam ueritatem ipsam me precone tibi denunciantem, quòd mulier si probe expurgetur, neque podagris, neq; articulorum doloribus, neq; lateris inflammationibus, neq; peripneumonijs capiatur: sed neq; epilepsiæ, neq; apoplexiæ obnoxia sit, aut spirationis uel uocis ablatione rite purgata ullo tempore infestetur. Num uero menstruis fluentibus, aut phrenitide, aut lethargis, aut conuulsionibus, uel tremoribus, rigoribus ue mulier aliquando correpta est? Num etiam uel melancholia laborantem, aut mania uexatam, aut quæ ex thorace spueret, uel nomeret ex uentre sanguinem, aut capite laborantem, aut synanche præfocatam, aut aliquibus id genus magnis & uehementibus affectibus impetitam, cui menses recte excernerentur, quandoque conspexisti? Verum his retentis eam cuilibet malo implicari facile est, huicq; rursum euacuationes medentur. Sed posthabitis mulieribus te ad mares iam confer, ut discas. s. quod quibuscun-

que

que pro consuetudine, superflua per hæmorrhoides euacuantur, hi omnes uitam morbis minime impeditam agunt: quibus item inanitiones supprimuntur, hi in perniciosissima quæque labuntur. Vtrum igitur neq; horum ubi uel synanchen uel peripneumoniam incurrerint, sanguinem euacuabis, aut potius ne desciscere uidearis ab ijs quæ perperam didicisti, tot hominum interitum paruipendes? Tu fortassis hoc facies: ego autem non hæc solum, sed etiam spasmum hydropemq; sanguinis euacuatione sæpius sum medicatus. In hunc. n. modum erudiuit me tum longa experientia, tum ratio ipsa, quæ mihi suggessit ut occasionem ipsam, eiusq; momentum sic inuestigarem. Quòd autem experientia quoque istud me docuerit, si empiricorum commentaria legeris, scire poteris. E.

Communi hominum natura, ac brutorum quoq; animalium consensui, Erasistratum, ac omnes, qui uenæ sectionem paruipendunt, aduersari. Cap. 6

NE igitur in posterum cum Hippocrate solo (quòd euacuationem sanguinis laudauerit, cum uel in tremorem, uel in hydropem, uel in alium quemuis frigidum affectum, mas quidem ob hæmorrhoidum, mulier uero ob mensium retentionem inciderit) tibi controuersiam futuram rere, sed & cũ uniuersis medicis qui experientiam sectantur, uel potius cum uniuersa hominum uita. Videris enim tu communem omnium subuertere sententiam, præsertimq; si neges quod a natura cuiq; insitum sit, ut considerare possit sanguinem ob nimiam multitudinem euacuandum esse. Quis. n. contraria contrariorum esse remedia ignorat, ut quòd sententia hæc non Hippocratis tantum, sed omnium hominum communis sit? Tu uero præ odio quod aduersus Hippocratem concepisti, mea quidem sententia etiã alijs multo es dementior, idq; cum habeas naturam te ad hæc ipsa quotidie manu ducentem: nã hæc inediam adiectione, ac repletiones euacuationibus, & frigus calefactionibus, caloresq; refrigerationibus curat. Quid enim aliud est offerre cibum, quàm plenitudinem suppeditare? quid rursum excernere fæces, quàm intestina repleta exinanire? quid item meiere, quàm repletioni uesicæ mederi? Pleraq; enim animantia frigore lacessita, latebras ac calidos specus in penetralibus terræ sibi inuestigant. Aliqua etiam æstatis tempore calore anhela, sese in aquã frigidã conijciunt, & in umbrosis locis uentoq; peruijs immorantur. Ego præterea frequenter uidi cãnẽ uomitũ sibimet studiose prouocantem: auẽ quoque ægyptiam clystere imitatam: quæ omnia ab hominibus, ut qui ratione compotes sint, multo faciliore conatu perficiuntur. Accerse ergo hominem quempiam rei medicæ expertem, ad ægrotum qui bona sit habitudine, iuuenis, multo abundans sanguine, quiq; præ synanche aut peripneumonia suffocetur, postea hominem interroga siquid cognoscat quod huic affectui succurrere possit. Quis adeo demens est, ut sanguinis euacuationem non pronunciet? Ceterum Erasistratus ob contentionem quam aduersus Hippocratem præ se fert, ne id quidem, quod communi omnium hominum suffragio receptum est, probare uidetur: & ea propter reperitur uel gruibus ipsis insipientior: hassiquidem æque atque aquilas, præ longo usque ad ultimos terrarum terminos uolatu, partim frigus, partimq; æstum euitantes, quo contraria contrarijs semper propulsent, uidere licet. Atqui, ut & antea dictum est, perspectum habere quòd ijs euacuandus sit sanguis, quibus ex eius multitudine periculum imminet, id præstantiam artis Hippocraticæ nondum æquat: ego enim tum qua ratione, tum quo tempore, qua ve quantitate euacuatio instituenda sit, mihi declarari mallem. Scire nanq; quando uel uenam quæ in fronte est, uel illas quæ in hirquis oculorum, seu sub lingua existunt, uel quæ humeraria uocatur, uel subalarem, uel quæ per poplitem penetrat, quæve prope talum adest, incidere oporteat (prout de his omnibus Hippocrates docuit) hoc ipsum ego ratiocinationem medicorum arbitror esse. Verum quod contraria contrarijs medicanda sint, quodq; euacuatio repletioni opponatur, tantum abest ut admirer, ut etiam huiusmodi cogitatione bruta animantia participare dicam. Si autem auribus apertis, aut animo potius, ac deposita erga Hippocratem simultate, ueram rationem amplecti uolueris, aliquid iam quod illius arte dignum esset, dicere tibi possem. Eousque enim Diocles Plistonicusque ac Herophilus, & Praxagoras atque Philotimus, necnon alij medici permulti inter se consentiunt, quòd ipsi quidem non per sese, uerum diuinum Hippocratem secuti repererint, quo tẽpore quælibet uenæ, quas supra commemoraui, incidendæ essent. Ceterum quòd ab atra bile habitis similiter hæmorrhoides conferant, etiamsi istud Hippocrates perspicue docuerit, non tamen omnes sciunt, sed quicunq; syncere in illius scriptis uersati sunt: hi soli enim quomodo hæmorrhoides, dysenteria ac uarices fiant ab ipso perdidicerunt. Item quòd non semper hotum unumquodq; si existat, prohibendum est: sed ꝙ quandoque coadiuuandum: uel natura quiescente (quando sic confert) ei totum committẽdum, adeo ignorant illi qui dysenteriam uaricesque & hæmorrhoides immature præpropereq; medicari discunt, ut & ea moliantur quæ facere nequaquam debebant. Porrò ego quoque uidi non paucos ob huiusmodi euacuationes, quæ medicorum imperitia cohibitæ fuerant, aut atra bile, aut insania uexatos: quorum aliqui quoque tum intercostali inflammatione, tum renali dolore correpti sunt: nonnulli uero ex aluo sanguinem uomebant, aut eundem tussiendo ex thorace spuebant, aut attonito morbo aquave intercutanea interibant. Hæc illa sunt, quæ mea quidem sententia medicus unà cum præclara euacuationis arte cognoscere debet.

F

G

H

A *Sanguinis missionem non modo non prohiberi, quia vacuandi sanguinis quantitas ignoretur, sed cæteris euacuationibus omnibus certiorem mensuram, ac tutius auxilium præbere.* *Cap. 7.*

QVantum autem de sanguine exuperante euacuandum, idq; cum non sit magni momenti, cur
Erasistratus tanquam ex magnis quoddam contempsit? Aut cur homines illi aduersus omnes
obstrepere paratissimi nugantur, cum illum incusent, dicantq; euacuationis perinde atq; alio-
rum auxiliorum rationem ignorasse? Aut cuiusnam, per deos immortales, illum adeo exquisite tene-
re mensuram arbitrantur, ut neq; excedat in quantitate, neq; deficiat unquam? num clysteris, aut pur
gantium medicamentorum alicuius, aut urinam cientium, uel cibi ullius potusve? Tempus itaq; esset
ipsis, utpote omnia suspicione infesta reddentibus quiescere omnino. Aut cur ergo Erasistratus purgã
tibus medicamentis utitur, ac uinum aqua frigida dilutum, tum alijs quibusdam, tum maxime choleri
cis exhibet, Chrysippumq; præceptorem suum, ut qui inuenerit præsidium nulli ueterum cognitum,
quodq; & solum cholericos iam morti proximos restituere possit, his uerbis satis inuidiose laudat?
" Non etenim quouis tempore id præbet, sed usum auxilii huius ad occasionem uehemẽter præcipitem
" traduxit. Ego uero hac in re ipsum non accuso, præsertim cum tam absolute omnia quæ ad occasionẽ
spectant, disquirat. Illud tamen in eo quis demirari possit, quod si quando Chrysippicum quicquam
B doceat, tum, ut ex uerbis eius colligere licet, uehementer sit audax, nihilq; ipsum prorsus neq; momẽ
tum occasionis, neq; mensuræ difficilis coniectura, neq; affectus periculum perterrefacit, sed putet
adeo exquisite simul clareq; illum & mensuræ & occasionis rationem docuisse, ut decreta sua non me
dicis solum, uerum & popularibus usui futura arbitretur. At rursum cum ex ueteribus medicis aliquẽ
ob rerum inuenta laudare opus habeat, illic undequaq; tergiuersetur. Age ergo declaremus illis, quòd
mensura in uenæ sectione multo facilius deprehendatur quàm in ceteris quibusuis auxilijs. Nã & co-
loris mutationem sæpenumero dispicere licet, hocq; duobus modis fieri potest, interdum quidem san
guinem ipsum fluentem, interdum autem ægrotum considerando. Ad hæc animi quoq; defectio in plu
rimis affectibus uacuationis terminum obtinet, sanguinis item fluentis uigor labescens, & pulsus mu
tati. Adde quòd & medicus huius solius euacuationis liberam habeat facultatem sistendi quandocun
que illi placuerit, aliorum autem nullius. Nam ubi dandum sit aliquod medicamentũ, siue deiectoriũ,
seu uomitoriũ, seu urinarum euacuatiuum, aut thoracis uel capitis purgatorium, horum scilicet omniũ
prima exhibitio in tua potestate sita est, cetera autem fortuna administratrice obtingunt. Ingens præ-
terea in propinationibus pharmacorum periculum est, cum uel non commouetur purgatio, uel quod
in aluum attractum est, non facile excernitur, uel cum dolore, morsibus, torminibus, refrigeratione,
C pulsuum euanescentia ac animi defectu exprimitur, uel cũ corpus uehementer perturbatur, interimq;
paululum admodum euacuatur, aut euacuatio modum excedit: hoc enim ipsum tanquã omnium ma-
lorum extremũ in hac parte frequenter contingere solet. Neq; .n. ut uenæ incisæ fluxum, quẽ superim-
posito digito mox sistes, sic profluuium alui tibi sistere licebit. Veruntamen nemo ex medicis superue-
nientium symptomatum metu perculsus a propinatione pharmacorũ abstinet, sed postquam errorem
commiserit, tum demum cauendum sibi ab illorum usu proponit. Sed quid ego purgatoria refero, ac in
enarratione fortium medicamentorũ tempus tero, cum & cibi cuiusq; in mensura erratum maxima af-
ferat nocumenta, quorum magnitudinem in extenuatis & imbecillibus hominibus, quiq; celeri nutri
tione egent considerare facile possumus. In his .n. siquid minus æquo nutriat, uirtutem tabidã reddet:
contra ubi quid modum exuperans naturæ oneri potius quàm nutrimento fuerit, illam penitus suffo-
cabit, extinguetq;. An igitur a cibi exhibitione abstinebis, eo quod mensuram illius non sine negocio
assequi possis? Atqui ea quoq; ratione a medendi prouincia penitus abstinebis, nihil .n. in medica arte
reperias, quod nisi certa mensura usurpatũ prodesse poterit. Ceterum in sola uenæ sectione ne hoc qui-
dem culpare queas. Proinde errata, quæ utrinq; circa mediocritatem contingunt, non paruæ noxæ se-
quuntur, maximeq; quia excessus perniciosissimos esse nemo neget: uerum in quo minus periculũ est,
D in eo excedere modum non fuerit necesse. Sit enim si ita sors ferat, mediocris detractio trium hemina-
rum, ubi si quatuor detraxeris, noxam maximam inferes: duas rursum si euacuaueris, commodabit qui
dem id satis, læsionis uero nihil afferet: licebit nãq; tibi unam illam heminã uel clysteribus, uel inedia,
uel frictionibus, uel sudoribus exhaurire, præterq̃ ꝙ & denuo detrahere si uoles, nõ uetaberis. Sed qua
ratione ego tam multa in mediũ affero, contendere cupiens cũ hoĩbus insulsis, qui ad hoc ꝙ nihil ratio
ni consonũ loquantur, ẽt ea ipsa non agnoscunt, quæ ipsimet laudibus efferre solẽt? Admirãtur .n. dicta
Erasistrati, ac nomen sibi ab illo uendicant, Erasistratæos sese appellantes: uerũ documentorum illius
adeo ignari sunt, ut quiduis potius q̃ sciam illorũ enodare ualeant. De uenæ ergo sectione tam prolixa
tamq; absurda nugant, ut iure optimo quis non solũ imperitiã illorum, uerumetiã impudentiã detesta-
ri possit: quippe cum Erasistratus in libro de sanguinis reiectione, in quo solo uenæ sectionis meminit,
aperte dixerit, ꝙ Chrysippus ob id non utat detractione sanguinis, quo æger qui ꝑp inflãmationes ne
cessario in inedijs continetur, perdurare possit. Ipsi tñ nihil minus q̃ hoc dñt. Aut uis ne ea gratia ut ho
mines hos Erasistrato obtrectantes in posterum quoq; audiamus, idq; cum uerba Erasistrati in prom-
ptu nobis adsint? atqui hoc nequaquam æquum est. Audiamus ergo dicta ipsius, ubi ait: Multo consul-
" tius agebat Chrysippus, non solum quod præsens erat inspiciens, sed & impendentis periculi curam
" agens. Hæret enim illi quod in reiectione contingit ex inflammatione periculum, in quo offerre non
facile

facile est. Ei uero qui post uenæ incisionem longo tempore sine cibo permanserit, periculum est ne E
dissoluatur. Aperte enim illum a periculo, quod ex inedia accidit, cauere dicit, illudque necessario se-
cuturum putat, quia æger ob inflammationem fame longo tempore sit excruciatus.

Perperam Erasistratum in euacuatione, ac reuulsione, quæ inflammationibus medentur, inediam uenæ sectioni prætulisse. Cap. 8.

HIc quoque nihil moror Erasistratæos blatterantes cur ille hominibus Inflammatione laboranti-
bus nihil offerre iusserit, uerum ipsum Erasistratum per uerba, quorum antea mentionem feci, se
met interpretantem habeo: ex tertio nimirum de febribus, ubi de inflammationibus quæ ex plenitudi
ne fiunt, differit, & ex primo de uulneribus. In utrisque n. commentarijs non semel, sed sæpe uenas quæ
inedijs exinanitæ sunt, ut sanguinem affluentem denuo recipiant, aptiores fieri dicit. Quid enim ait?
His uero consequens est. ut uulneratis inflammationis tempore nihil offeramus: uenæ enim cum a nu
trimento exinanitæ fuerint, sanguinem qui in arterias transilijt, facilius suscipient. Inedia ergo tanquã
euacuatorium auxilium quoddam inflammationes discutit, eamque neque alia de causa inflammatio-
ne laborantibus iniungi dicit, quàm quod uenæ euacuatæ sanguinem in arterias insilientem sic faci-
lius suscipiant. Deinceps uero cum uenas euacuare uelit, possitque id, (ita me Dij ament,) sine mole-
stia ulla celeriterque perficere, longos ille insumit labores. Verum ego non uideo quo pacto seipsum F
quis implicando magis prodere possit: Non secabo, inquit, uenam, ut æger ad sustinendas inedias suffi
ciat. Porrò cuius rei gratia inflammatione correptos fame excrucias? ut, inquit, uenas exinaniam. Cur
ergo eas a principio non euacuasti? Proinde pudet me iam hominis qui in tam grauia errata inciderit,
qui præter hæc, quibus tum perspicuis ipsius artis decretis, tum suis proprijs rationibus repugnat,
etiam hoc ipsum ignorare deprehensus sit, qua de causa inediæ suscipiantur: quanquam de usu illarum
multo antea Praxagoras satis copiose clareque scripserit, tum Hippocrates & Diocles, quantum ad
hoc spectat, nihil prætermiserint. Hic uero ita rudis est, ut inedias solas ad uenarum euacuationẽ assu-
mendas, eaque sola ratione laborantibus succurrendum putet: deinde, per Iouem. euacuatorio re-
medio opus habens, neglectis efficacibus illis, quæue quocunque quis uelit, celerrime ducere possint,
ad omnium leuissimum transeat. Verum age concedatur tibi & hoc, quod inflammationes ex uul-
neribus medicari eodem modo possint, quo & illæ quæ ex multitudine pendent, quid tandem facie-
mus cum multitudine ipsa quæ in uenis etiamnum manens eas extendit? aut etiam cum eadem in ar
terijs impacta fuerit, quonam pacto illi succurrendum sit? Ego sane in huiusmodi omnibus uenæ ina-
nitionem summe idoneam esse arbitror. Incumbat ergo in thoracem tanta multitudo, ut periculum
sit ne aliquod uas in eo rumpatur, num uel sic uenam non incidemus, aut membra potius laneis uin- G
culis excipiemus? Illi quidem istud medius fidius suffecerit, quandoquidem cum his loco reuulsiuí
præsidij utendum censeret, non intellexit uenæ sectionẽ in reuellendo multo esse efficaciorem: pluri-
mis enim irrestringibili sanguinis profluuio laborantibus, uena secta fluxum sistimus. At Erasistratum
hoc quoque ignorasse existimo, nam non cuiusuis hominis est scire quæ uenæ, cum ex aliqua corporis
parte sanguis profluit, incidendæ sint. Postquam igitur uenæ sectio efficere quàm maxime ea omnia po
test, quibus hoc tempore indigemus, illum sane euacuationem unà cum reuulsione prætermisisse cer-
tum est. Quid ergo tu amplius cessas, tempusque inaniter insumis, & hominem conficis, cum possis illũ
uindicare, & a uasorum ruptura, & quæ illam insequitur inflammatione, & a famis cruciatibus, qui in-
ter remedia inflammationis a te instituuntur? Si enim multitudo rupturam efficit, tu illa euacuata id
quod futurum erat prohibebis, quod quidem si feceris, etiam ex ruptura inflammationem de medio
tolles: hac rursum sublata non amplius inediarum usus nobis erit amplexandus. Tu autem eo quod ine
diam cuique consulere cupis uideris mihi ipsemet affectuum qui inedia opus habeant auctor existe-
re. At fortassis graue tibi uidebatur, re quæ lædebat exinanita, nihil negocij deinceps præstolari.

Inter remedia quæ multitudinem emendant, nihil uenæ sectione præstantius, quæ omissa Erasistratum neque inedia neque reliquis euacuatorijs præsidijs uti potuisse. Cap. 9. H

SEd frustra ego forte tantum laboris insumo, quo præsentem hunc sermonem tibi In memoriam re
digam. Sane enim tu ipse nos docuisti in primo de salutaribus libro, ubi de multitudinis generatio
ne quæ in uenis consistit præfatus, illius quoque remedia ordine scribis, euacuationem scopum quidẽ
omnium ipsorum statuens: aliud uero illius genus, alij affectui conferre inquiens. Præterea quæ exina
niant repletionem hoc est plethoran, (sic enim alimenti multitudinem in uenis congestam appellandã
censes) tum exercitia, tum lauacra copiosa, tum ipsam tenuem uictus rationem esse iubes. Neq; idem
euacuatorium auxilium cunctis conferre dicis, ut quod neq; omnes omnium illorum usui simul assue-
facti sint: sed alijs lauacra, alijs rursum exercitia, nonnullis item uomitiones a cibo magis arrideant.
Ad hæc quod non ijsdem morbis omnes obnoxij sint, uerum hic epilepsia, ille sanguinis sputo, alter &
uel hepatis, uel lienis affectibus facile corripi possit. Nullo igitur pacto epilepticum quenquam balne
is euacuare attentabimus. id quod tu quoque cauendum recte putas. Etiam uero neque sicui de uasis
in thorace ruptura timor instet, huic exercitia iniungemus: periculum enim est ne illorum uehemen-
tia, etiamsi non adsit multitudo, ob uirium tamen imbecillitatem ipsius exercentis uena aliqua circa
thoracem rumpatur. Qua ergo ratione illi succurrere debeamus, quæso nos edoce: siquidem quod eua
cuandum sit uel tuipse fateris, hincque adeo euacuatoria illa præsidia, hoc est exercitia, lauacraque fre
quentia,

A quectis,& tenuem uictus rationem abs te habemus. Ceterum exercitijs ne tuipse quidem uti putaueris. Quod autem ad lauacra attinet, utendumne his in rebus sic affectis, an nequaquam utendum sit, tu plane nihil pronunciasti. Ego uero illud quod euidenter apparet experientia corroboratum, aperte dicam: tum si de te quoque uaticinari mihi licuerit, quod tibi forte uisum fuit, aperiam: Tu enim ipse in tractatu de sanguinis reiectione, deligationibus, inedijsque uteris, tanquam quibus solis plenitudinē reuellere, non autem balneis euacuare oporteat. Arbitror nanque te ubi uena iam rupta sit, lauacra inhibiturum, cum interim reticueris si ubi futuræ rupturæ suspitio adsit, uti illo uelis. Porrò ut tu aliter sentias, mihi nihilominus euidens illud satisfacit, quod uniuersis sanguinis fluxionibus ex balneo maxima noxa contingat, & causa huius perspicua est: Sanguis siquidem calido lauacro in uapores resolui tur, ac in spiritus redigitur, proptereaque ad motum incitatur & in tumorem attollitur: ad hæc corpora calidis lotionibus, mollia debiliaque efficiuntur. Qui igitur fieri possit, ut cum ipsa iam molliora effecta sint, isque qui ea rupit, motum simul tumoremque nactus sit, non facile afficerentur? Proinde haudquaquam per balnea illos euacuare conabimur, quibus ne propter multitudinem sanguinis uenæ rumpantur, periculum impendet. Reliquum itaque est, ut ad tertium euacuatiuorum auxiliorum genus, puta tenuem diætam, confugiamus. Age sane postquam hanc quoque tribus modis operatus fue

B ris, nempe tenues paucosue, aut nihil nutrientes cibos offerens, uel nequaquam offerens, uel a cœna uomitum iniungens uideamus in primis quomodo tenuiter cibabimus: nunquid sumpta cœna uomitum prouocantes? Atqui si modo quadantenus ipsis uomitionibus intrepide uti uolemus, sic exercitiorum uehementiam nos euitare oportebit: hoc enim neque plebeium quenquā latet. Superest ergo ut uel inediam præcipiamus, aut pauca nutritionisque expertia alimenta exhibeamus. Verum hæc quamuis non insigniter, nutriunt tñ & ipsa: nos uero non addere aliquid sed auferre potius cupimus. Vltimo igitur laboriosam illam ac re uera perniciosam, æque atque sacram aliquam ancoram, quæq; oībus affectibus opitulari possit, famem accersemus, ac deinceps & Apollonium & Dexippum ea gratia maledictis incessemus? At hic te recordari percuperem illorum quæ ipse de hac re docueris: nam tuipse de inedia sic uideris sentire, tanquam ea ex numero euacuatiuorū auxiliorū nequaquā esse possit. Verum simulac prius quod uolo demonstrauero, tum & testimoniorū quæ adducis, faciā mentionē. Nā inedia inter res existentes nullū obtinet locū, nihiloq; magis subsistit quàm uel cæcitas uel surditas, quæ oīa rerū existentiū priuationes sunt. Ipsa.n. ciborū adiectio ex rebus consistētibus est, unde & hanc opusque eius, corporis nutritionē esse inuenies: rursum subtractio eorundem, non eadē cū rebus existentibus est. Neq; ēt proferre poteris aliquod opus illius, qualis.s. illa est quæ in sudoribus uenæq;

C sectione ac clysteribus cōtingit euacuatio, necnō in edulijs nutritio. Media igitur amborū, hoc est euacuationis & nutritionis, inedia est, ut quæ neq; nutriat, neq; euacuet. Quamobrē ergo ille multos ob inopiā ciborū famis tēpore interijsse dixit? Nō mehercule ob inopiā ciborū respōdebimus, nā eadem quoq; rōne animātia in latebris degētia sine ciborū copia pdurare nequaquā possent. Perdurant uero hæc, idq; ipsomet Erasistrato asserēte, qui & cām huius rei affert. Vniuersa nāque aīalia p exteriorē cutis superficiē, secundū quod magis uel minus de raritate participāt, trāspirare ait. Quod autē uel magis uel minus rara superficies contingat, tū multas alias cās esse, tum illas non minimas, quæ secundū caliditatē & frigiditatē, ac quietē motumq; corporū permutationes fiunt. Si.n. qui nos ambit aer calidus existit, & animans exercitijs uacauerit, plurimū tūc ex eo defluere cōtingit. At in contrario rerum statu, ubi uidelicet ambiens nos frigidus, insuperque animal sine motu degat, dēsari illico exteriorē superficiē, defluereq; nihil prorsus aut undequaq; parū: & ob id feræ quæcunq; latibula incolunt, alimentis opus nō habēt. Cum.n. hæ sub hybernum frigus, quo tempore in cauernis commorantur, toto corpore frigidæ segnesq; ac dēsæ ob quietē redditæ sint, & exterior superficies iam adstricta fuerit, nihil tūc defluere par est, neq; etiā quod euacuatū est, repletione indigere, alioqui nutrimento opus haberēt ad quod inuestigandū eapropter incitantur, quo defectui, quem ex inanitione perceperunt, opem fe

D rant. Patet ergo hinc quod & euacuatio, quæ in tota superficie contingit, defectus sit causa: & indigentia ciborum ideo incumbat, quia quod inanitum est, repleri denuo desideret. Atqui postea quam causa defecerit, ob quam solam animalia cibis indigebant, necessarium omnino est, ut & indigentia ipsa unà deficiat: atque ea de causa animalia latebras incolentia sine cibis degere possunt, siquidem neque adiectione indigent. Manifeste itaq; didicimus, quod nō inedia, sed potius raritas cutis euacuet, quam si frigore atq; quiete densaueris, quid cōmodi amplius ex fame expectabis? Præterea cui de sanguinis sputo periculū imminet, necessario tum exercitia, tum oēs supercalfactiones euitandę erunt: ex uehementia etenim horum uenæ rumpi plerumque possunt. Supercalfactiones item hisdem modis quibus & lauacra obsunt. Corpus ergo citra ullam calfactionem euacuabis: si.n. id uel lauacris, uel exercitijs calfeceris, ipsas uenas ad ruptionem dudum inclinatas maiorem in modum lędes. Quæ ergo sic affectis consulendi ratio nobis superest? Inediæ nanque nisi hominem exercitari, aut quouis modo calfieri contigerit, euacuare non possunt, uenæ uero sectionē ueluti & alia fortiter purgantia medicamenta, quemadmodum manifeste apparet, summe arbitror fugimus. Hæc est illa admirabilis sanè euacuātium præsidiorum opulentia, qua abundant hi qui ad inediā confugerunt, quaq; sola si utemur, iā nobis nihil reliqui fecimus, ut quod sola euacuare nullo modo posit, rursum quibus adiuncta euacuat, ea ipsa maiores longe noxas quàm commoda ex euacuatione portendunt.

GALENI DE VENÆ SECTIONE ADVERSVS ERASISTRATAEOS QVI ROMAE DEGEBANT LIBER,

Iosepho Tectandro interprete.

DENVO AD GRAECORVM EXEMPLARIVM FIDEM RECOGNITVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Ostendit nunquam vsum fuisse Erasistratum venæ sectione, & quod cum id non intellexissent eius sectatores, tum inuicem sunt aduersati, tum in grauissimos errores inciderunt.

F

Quibus de causis Galenus Erasistrataeos Romæ coactus est redarguere. *Cap. 1.*

CVM Romam initio uenissem, incidi in medicos quosdam, qui a uenæ sectio-
ne tantopere abhorrebant, ut cum aliquando æger quispiam propter pleni-
tudinem iam præfocaretur, ne tum quidem hoc auxilio uti uellent. Præterea
mulierculam quandam, quæ uiginti uniusq; annorum ætatem agebat, ac ex
menstruæ purgationis retentione faciem rubicundam obtinebat, tussiebatq;
paululum, & difficulter spirabat, illi curare adorti, primum quidem membra
illius laneis uinculis leniter excipiebant, & in inedia exigere iubebãt, uenam
autem secare nolebant, nosq; id facere uolentes prohibebant. Quia uero do
mesticis ipsius mulieris familiariter utebantur, & ætate me erant multo superiores, facile ipsis est habi
ta fides. Ego quidem illis uenæ sectionem tum temporis suadere non constitueram, interrogaui tamẽ
num mihi per eos liceret sanguinem ad uias uteri, remedijs quæ hoc efficere possent, prouocare: quod
cum illi concederent, illico adij familiarem ipsius ægrotæ obstetricem, quã & exhortatus sum, ut usum
illorum experiretur. Verum illa remedijs huiusmodi, tempore quo factum id oportebat, usam fuisse se G
affirmabat, quando scilicet menstrua purgatio futura in expectatione erat: recitabatque remedia ordi-
ne, quæ mulieri obtulisset: & hæc quidem commoda alioqui erant, eamq; ob rem quo minus efficacia
fuissent, nequaquam illorum imbecillitate factum esse uidebatur. Postquam igitur ego ista percepis-
sem, simulq; a retentione sanguinis quartum iam mensem præterijsse animaduerterem, denuo cum me
dicis illis congressus, ut ad uenæ sectionem sese conuerterent persuadere eis conabar. Cum autem id
facere noluissent, illorum animum demirabar, maximeq; quia eniterentur, ut omni conatu apertis cir-
ca uterum uenis quamplurimis sanguinem superfluum illiuc euacuarent: si uero alia quæpiam uena se-
caretur, noxiam ex eo euacuationem euenturam arbitrarentur. At his respondentibus, quòd uel absq;
talis auxilij præsentia sanguis exuperans sola inedia euacuari possit, taciturnus discedebam, nihil bo-
næ spei de muliere propter tussim ac spirandi difficultatem concipiens. Aut enim rupto uase ipsam ex
thorace pulmone ne sanguinem sputo eiecturam, aut synanche, uel laterali inflãmatione, uel peripneu
monia correptam iri præmeditabar: optabamq; uotis omnibus, ueluti in delectu malorum fieri contin
git, ut mulier laterali saltem inflammatione laboraret. Incutiebat quippe mihi terrorem tum uehemen
tia periculi, quod ex synanche peripneumoniaq; subitura esset, tum ex ruptione uasis in pulmone leta-
le nocumentum, id quod postea re ipsa est subsecutum. Dum enim illa uehementius tussiret, sanguis H
etiam unà extrorsum ferebatur. Atqui iam uel uulgo non pauci medicos obiurgabant, quòd illi mulier
culæ uenam incidere uetuissent, sperabantq; omnino futurum, ut etiamsi id prius non fecerint, hoc ta-
men tempore uerecundia ducti, usum præfati auxilij concederent. Ceterum cum hi neque tum quic-
quam commouerentur, sed potius uincula membrorum fortius adstringerent: iuberentq; uterum re-
medijs irritare, ac mulierem inedias sustinere, ego & ob ætatem & celebre nomen uirorum, nihil me
amplius profecturum credens, illinc discessi. Mulier quoq; ipsa non ita multo tempore interiecto, insa-
nabili spirationis difficultate coercita interijt. Synanchici præterea nonnulli ubi eis a uenæ sectione in
terdictum esset, illorum opera perierunt quàm celerrime. Fuit & alter quispiam, qui ueris tempore, cũ
per totam hyemem magnopere repletus sine exercitijs degeret, ac totam faciem unà cum ipsis oculis
adeo rubicundã haberet, quemadmodum si quis pronus capite in terram defixo, cruribusq; in altum
protensis sub huiusmodi figura perseueret, quinto tandem die præ anhelitus difficultate suffocatus est.
Hos etiam insecuta est mulier, numero quarta, quã illi uenæ sectionis hostes, retentione menstruæ pur
gationis non pauco tempore grauatam, eodem pacto ad interitum fere pertraxerant. Nam primis tri
bus diebus ipsam in inedia conseruabant: febri enim continua laborabat. Quarta uero luce pauxillum
quid sorbitionis exhibentes, quintam sine cibis transigere iusserunt, in qua illa grauissime exacerbata
desipiens

A despiens prosiliebat, & clamore iam extra fores ab illa sublato, uix tandem ab his qui eo confluxerāt retineri potuit. Verum hanc natura copioso sanguine ex naribus effuso seruauit: & dabatur occasio qua non sine admiratione discere poteramus, quantam habeat facultatem ad huiusmodi affectuū medelam ipsa sanguinis subtractio: mox enim post sanguinis e naribus proruptionem mulier ab omnibus symptomatis libera euasit. Ego uero, quanquam antea sermonem cum medicis instituere ueritus fueram, quòd ea considerarem quæ illi pro non admittendo uenæ sectionis usu dicturi fuissent: cum tamē omnes animaduerterent mulierem manifeste ex sanguinis euacuatione seruatam esse, saltem mortuos illos ad memoriam eis reuocandos duxi, quibus siquis uenam secuisset, forte fuissent & ipsi seruati, afferebantq; ad hæc rationes quasdam. Hi uero uerba ultro citroq; inuoluentes seipsos implicabant, nihilq; prorsus certi statuebant, ac postremo ad Erasistratum confugiebant, quem urpote primo de reiectione sanguinis libro dicebant declarasse, quòd uincire ipsa membra, quàm uenā secare longe præstaret. Aiebant præterea illum in opere quod de febribus inscripsit, uenæ sectionis neque a principio meminisse, cum alioqui ea omnia recensuerit quæ de sanguinis reiectione indicauerat. Ridendus enim modis omnibus esset, si uenæ sectione in eo affectu qui ea maxime indigere uidebatur omissa, de alijs uerba facere non destitisset. Asserebant quoq; quòd Erasistratus ipse non solum in opere de febribus, B uerum & in reliquis tractatibus omnibus, uenæ sectionem reticuerit: neq; etenim uel in quo de affectibus alui tractat, uel in quo de resolutionibus, uel ubi de podagricis morbis disserit, aut cum de salutaribus agit, uenæ sectionis auxilio usus est unquam, idq; cū ille in de salutaribus tractatu sanguinis multitudinem præcipuam morborum causam esse arbitratus sit. Porrò ego ea quæ dicebant iterum demiratus, illos de hac saltem re interrogabam, num prorsus uenæ sectione non utendum censerent, uel cū quis pulmonis ulceratione laboraret, uel synanches more præfocaretur, uel ubi menstrua purgatione, hæmorrhoidibusve suppressis sanguis redundans ad partes thoracis propelleretur. Illi autem ad hæc respondebant, ægrotos qui ab Erasistrato in commentarijs de diuisionibus descripti fuerant nobis in medium adducentes: inter quos in primis Critonem quendam, ac puellam ex Chio oriundam proferebant. Et quòd illum quidem a principio synanchicis cruciatibus correptum, atq; uehementer repletum, hanc uero menstruis retentis, sanguinisq; multitudine uersus pulmonem impetu delato, Erasistratus (quemadmodum ipsemet in scriptis testatur) per uenæ sectionem nūquam curasset. Ceterum cum illi hęc adhuc loquerentur, superueniens Teuthras quispiam ciuis & commilito meus, ut erat moribus plane ingenuis, Non flectes istos unquam, inquit, ut qui eousq; stoliditatis processerint, ut & illos in memoriam reuocent, qui Erasistrati opera interiere. Quid enim inquit, aliud in causa esse potuit, quòd C illi, quos nobis isti proponunt, tam propere perierint, nisi quòd in eis prætermissum sit uenæ sectionis auxilium? Cur item alij permulti interierunt, qui per tempus euacuari ab his prohibiti sunt? Et eos deinceps omnes unà cum ipsis affectibus, quos perpessi fuerant, quorumq; ego non multo antea meminî, nominatim ordineq; recensuit: ibiq; in cachinnum effusus manu me comprehendit, attrahensq; inuitum a medicis abduxit. Quin etiam in sequenti die Erasistrati de diuisionibus commentaria in publicum producta coram uniuerso philosophorum cœtu relegebat, partim ut indicaret Erasistrati culpa & Critonem & puellulam illam Chiensem perijsse, partim uero ut medicos natu grandiores ad colloquium prouocaret: uerum illi quia decertare cum adolescente infra dignitatem illorum putabant, tum non comparuerunt: mos enim illo tempore erat, ut aliquis quotidie palàm ad publicas quæstiones responsa daret. Quæsitum ergo a quopiam fuerat, num Erasistratus rectè fecerit quod uenæ sectione nunquam sit usus. Hoc problema quando ita uisum erat ijs qui eo audiendi causa conuenerant, ego explicaui: proptereaq; Teuthras hortabatur me, vt ea quæ illic locutus fuissem, puero quem se ad me missurum receperat, dictare non grauarer. quia uero breui in Ioniam abnauigaturus erat, ardentioreque animo uelle se ea prorsus habere dicebat. Ego itaque amici consilijs acquiescens, sermonem illū scriptis mandaui. Porrò accipit ut liber per illum passim diuulgatus per multorum manus præter sen- D tentiam meam uagaretur. Atqui oratio familiari doctrinæ magis quàm publico cuiquam operi quadrans contexta erat: amicus enim ille, ut præfatus sum, eam dictari tantum cupiebat. Quanquam autē liber tam humili stylo conscriptus esset, multisq; defectibus respectu perfectæ orationis scateret, tū eoipso ille multò maiora effecisse uidebatur, quàm sperare quis potuisset. Oēs etenim hi, qui sese hoc tempore Erasistratæos uocant, contrariam priori rationem ineuntes, iam inde uenā secare consulunt, non solū cunctis his quos paulo antea commemoraui, uerūetiam quauis febre correptis. Quapropter iuxta Stesichori dictū arbitror me apud illos palinodiam aliquā emeruisse, in qua eos cum primis admonendos censeo, ut in sermonē comercio quantumcunq; uelint contentiose se gerant, deposita tn̄ in utranq; partē propensionis temeritate ægrotis parcere discant. Neq;.n. uenæ sectio inhibenda est per omnia, neque rursus illos, quibus Erasistratus inediam iniungit, omnes (id quod huius temporis Erasistratei uniuersi asserunt) uenæ sectione egere arbitrandum est. Huc accedit quòd non facile cognitu sit quibus omnibus huius auxilij usus conserat: tum uel mensura, uel uena quæ secari debet, uel sectionis tempus non sine negocio reperiatur: propterea que illam in quouis morbo Erasistratum puto adeo neglexisse, ut & in his qui eam magnopere requirere uidebantur, ille ipsa uti uetuerit. Et hinc sa
" ne per inflammationis tempus in inedia, ut aiunt, ægrotos degere iubens, hæc ad uerbū scribit: Venæ
" enim posteaquā euacuatę fuerint, sanguinē qui in arterias insilijt facile suscipient: quod vbi cōtigerit,

inflammationes minus accident: Si ergo inediam, inquiunt illi, uelut euacuatorium auxilium præcipit, B
multo sane commodius ad uenæ sectionem sese contulisset: & quod quidem ipse, ubi celeriter euacua
re cupit, multo commodius ad uenæ sectionem transijsset, probe illi dicunt, nihilominus tamen hoc lo
co scopos qui illius usum aliquando impediunt, prætermiserunt: sed hos ego processu sermonis recen
sere conabor.

Quam dissentiant Erasistratæi in ipsa Erasistrati de uenæ sectione sententia percipienda. *Cap. 2.*

QVæritur uero nunquid absolute factu præstantius sit, uerū an Erasistratus præsidium hoc aliqñ
usurpasse reperiatur. Hoc autē cum ego Romam primum appulissem, omnes qui ex Erasistrati
discipulis erant, antea negabant, nunc uero probatissimi quos ego noui, ab his tanquam in re
minima discrepare manifeste animaduertuntur. Vt enim ceteros prætereā, Stratonē ipsum tibi in me-
moriam redigam, qui Erasistrato erat summa necessitudine iunctus, ac eam ob rem cum in patriā scri-
beret & seruiuisse se illi hactenus diceret, inter alia hæc subiungit: Erasistratus iure optimo laudibus
extollendus est, præcipueque quod ea omnia quæ ueteres per uenæ sectionem curare conati sunt, ille
citra illius usum medicatus est. Quanquam uel Strato ipse, curandi rationes se absque uenæ sectione
instituisse in commentarijs suis aperte fatetur. Neque uero mirum est quod Erasistratus Chrysippum
Cnidium in omnibus sequatur, quippe qui statuerit se uenæ sectione (id quod & ille fecit) non usurum. F
Idem quoque & Aristogenes & Medius ceterique omnes, qui Chrysippi sententiæ subscribunt, fecis-
se uidentur. Quantū ergo ad ægrotantium salutem attinet multo melius est si credamus quod Erasistra
tus usus sit uenę sectione, quantum autem ad huius seculi Erasistratęos, id non credere longe pręstite-
rit. Extremæ enim dementiæ esset, siquis Erasistratū ea propter in affectibus paulo ante enumeratis ue-
næ sectionem silentio præterijsse putaret, quia ille alioqui uenas euacuandas palam censeat, huncque
totius curationis scopum statuisse alicui uideatur, eo quod illum in quibusdam affectibus famē consu-
lere animaduerterit, nanq; aperte constat istud euenire his qui uenæ sectionis auxiliū, parem ipsis in-
edijs facultatem obtinere dicunt. Quòd si tantundem non ualeat, & quasdam distinctiones necessario
postulet (quas inuestigare poterit is qui exacte perdidicerit, quando ipsam euacuationem uel per ue-
næ sectionem, uel per inediam solam, uel per utraque commodius facere liceat) iam euidenter rō eos
conuincit. Scripsisset etenim Erasistratus distinctiones has, si mō, ut isti uolunt, uenæ sectioni tribuēdū
quicquā putasset: eoque pacto oratio istorum in utranq; partem inclinando seipsam prodit. Si nanque
hæc eadem facultate pollet, Erasistratus & in tractatu de febribus, & in aliis plerisque, quorum supe-
rius commemini, de uenæ sectione aliquid scribere non temere posthabuit. Si uero uenæ sectionis
præsidium eandem cum inedia dignitatem nō obtinet, non recte illi sentiunt, qui nos ex his quæ de in G
edia scripta sunt, de uenæ sectiōe quoq; coniecturā facere debere aiūt. Quanquā & in hac parte sermo
ipsorum inediam inutilem esse indicans, seipsum denuo implicat. Nā si ob id inedias probamus, quod
uenis per eas euacuatis affectus minui contingat, mulro hercle commodius fuerit, ut euacuatione se-
mel adhibita ab inedijs abstineamus, ut quæ & ægrotos ingenti molestia afficere soleant, & uigilias ac
inquietudinem, orificijque, uentris afflictionem, tum succorum corruptionem, necnon alui atq; inter-
dum urinæ suppressionem inferant.

Neque in puella Chiensi, neque in Critonis historia uenæ sectionis ab Erasistrato habitam fuisse mentionem, sed utrosque quod ea omissa sit interijsse. *Cap. 3.*

QVod autem Erasistratus re ipsa uenæ sectione nunquam sit usus, ex ægrotis quos in commenta-
rijs de diuisione recensuit, manifeste colligere licet: in his enim cum omnia ea explicet quæ in-
ter medicandum unquam gessisset, uenæ sectionis nullibi reperitur commemorasse. Ceterum
cum prolixum sit omnes per illum recitatos ægrotos nunc proferre, sufficit eorum tantum recordari,
qui uel a grandioribus natu medicis, ut antea declaratum est, adhuc in memoria habentur, præcipueq;
cum unus ex illis in priore, alter item in posteriore diuisionū libro descriptus sit. Præterea cōmoda oc-
casio est, ut impræsentiarum uerba ipsa adscribamus, quibus Erasistratus cūcta, quæ circa ægrotos acta H
sunt ordine enumerat, in hunc modum in libro priore scribēs: Puellulæ Chiēsi ea acciderūt: primū qui
dē illi purgationes longo tempore suppressæ fuerant: deinde subsecutæ sunt tussiculæ, unà cū reiectio-
ne pituitæ. Processu uero temporis & sanguinis uomitus superuenit. Tū quod ad circuitum purgatio-
num attinet, interdum illæ in quatuor, interdum duobus mensibus redibant. Etiam ijsdem ferme die-
bus quibus purgationes fiebant, ipsa reiectio accidere solebat, diebusque tribus aut quatuor perdura-
bat. Quapropter inde perspicuum erat illam id genus excretiones loco purgationum sortitam fuisse,
nam & febricula ijs ipsis diebus insecuta fuerat: quæ posthac emendabatur. Hæc Erasistratus præfatus
deinceps de remedijs hoc pacto scribit: Primis autem temporibus ipsa potionibus ceterisque calfa-
ctorijs, deinde etiam per extrorsum applicata, reliquamque adeo quæ ad hoc quadrabat uictus ratio-
nem medicari occepta est. Erat enim circa uteri os non intensa durities. Verum cum remedia nihil om
nino promouerent, ac uno perpetuo circuitu grauitas in lumbos incumberet, humiditasque nulla cō-
pareret, illico febres continuæ, intensioresq; prioribus exortæ sunt, quas & tusses uehementes, postq̃
corpus iam mollius factū esset, insecutæ sunt. Altera igitur die periculosum arbitrati durātibus adhuc
febribus purgationes facere, a medicamētis penitus abstinuimus: reliquis uero remedijs usi sum⁹: quē
admodum & in huiusmodi & in alijs affectibus consueuimus. Præterea ad medēdi rationem ipso pur-

gationum

A gationum circuitu obſeruato, cibaria ſubtrahebamus, eaque ratione reiectio ſanguinis non amplius
quàm ſemel eademque pauxilla ſuperuenit. His ille nihil aliud ſuperaddidit, niſi: Quinetiam purulen-
tæ reiectiones profluebant. Atqui hic de uenæ ſectione mentio nulla eſt, cum tamen, prout omnes ope
rum ipſius artis periti norunt, principium auxiliorum ab illa feciſſe oportebat. Sed fortaſſe quis ex il-
lorum numero, qui ad omnia non grauantur prompte reſpõdere, defenſurus Eraſiſtratum dicet, quod
remedia huiuſcemodi per illum adminiſtrata non ſint, uerum potius ab eo ea gratia nunc prodita eſſe,
quo nos nihil eorum latere poſſit, quæ acta eſſent. At opinionem illorum redarguit id quod infertur,
dum hæc ait: Altera igitur die periculoſum arbitrati durantibus adhuc febribus purgationes facere, a
medicamentis penitus abſtinuimus: reliquis uero remedijs uſi ſumus, quemadmodum & in huiuſmo-
di & in alijs affectibus conſueuimus. Præterea ad medendi rationem ipſo purgationum circuitu obſer
uato, cibaria ſubtrahebamus. In his enim Eraſiſtratus aperte indicat ſe non aliorum medendi rationẽ
recitare, ſed ſuam ipſius enumerare, atque omnia quæ circa ægrotam feciſſet perſcribere. Nam &, ab-
ſtinuimus, &, arbitrati, necnon, uſi ſumus, ac, obſeruato, &, ſubtrahebamus cibaria, alterum ex duobus
manifeſte declarat, aut quod Eraſiſtratus propria remedia recitauerit, aut ea quibus alij uſi ſunt, ipſe
fuerit amplexus. Porrò ſi ea amplexus eſt, quorum alij auctores fuerunt, iam nobis euidenti coniectu-
B ra colligere licebit, quid ille de uenæ ſectione ſenſerit. Per ipſam enim ciborum ſubtractionem rurſus
nobis alterum duorum inſinuatur, aut quod illa in totum ſubtrahi, aut diminui debeat, id quod Eraſi-
ſtratus ſe in muliercula hac ægrota, quo tempore purgationis circuitus aduentabat, feciſſe fatetur. Cõ
ueniunt ergo hæc in hac re cum omnibus ſcriptis illius, quod ille ſolam inediam ægrotis ſeruandam
conſuluerit, uenæque ſectione nullo in loco ſit uſus. Niſi rurſum hic aliqui dicant, mulieri illi uenã qui-
dem ſectam fuiſſe, uerum id auxilium in enarratione omiſſum eſſe, eo quod nos ipſi id adhibitum eſſe
autumare poſſimus, quamuis per illum nõ ſit declaratum. Cur ergo de inedia quoque non reticuit, cũ
de illa uel eadem ratione nobis ſuſpicari licebat? Eadem autem ratio eſt, tum de potionibus, tum de
ſupercalfactione, deque ijs quæ foris applicata ſunt. Si enim neque de his penitus Eraſiſtratus quic-
quam ſcripſiſſet, tamen omnino quod ea a medicis peracta fuiſſent, cogitare poteramus: quippe qui
animo conceperimus uniuerſis auxilijs illud commune eſſe, quod illa adminiſtrata fuerint, quamuis
de eis nihil præſcribatur. At Eraſiſtratus exquiſitæ perſpicuitatis gratia omnia ſimul enarrare conſti-
tuit, ne ſcilicet nacta inde occaſione aliquis, hæc quidem tanquam ægrotæ adhibita fuiſſent, adijcere
poſſet: illa uero ueluti iam prætermiſſa, ſubtraheret. Præterea quoque hæc Eraſiſtrati enarratio, opi-
nioni iſtorum euidenter repugnat. Si enim muliercula uenæ ſectionem ſubijt, inedia fruſtra eſt uſur-
C pata: quin potius ſi ueritas fatenda eſt, non fruſtra ſolum, uerumetiam non ſine noxa. Sed iſtud pau-
lo poſt indicabimus: nunc uero illam fruſtra accerſitam eſſe, ut explicemus, oratio ipſa poſtulat. Poſt
quam enim per tempus purgationis, quæ circuitu quodam fieri ſolebat, ſanguine ad ſuperna perlato
periculum immineret, ne mulier quandoque ſanguinem expueret, Eraſiſtratus plenitudinem minue-
re cupiens, ad inediam ſe contulit: atqui hæc ſuperuacanea plane eſt, ſi modo uenæ ſectio qua mo-
mento temporis ſanguinem ſuperfluum euacuare facillimum fuerat, accerſatur. Proinde illi qui Ro-
mæ mulieres medebantur, rei quæ contigerat experientia maxime commoti, tempore quo eruptio
menſtruorum futura expectabatur, uenæ ſectionem uſurpabant. Neque uero quietem illis impera-
bant, neque ieiunium, ſed melicratum offerebant, uictuque humectante ac lauacris affatim uti conce
debant. Ab his. n. ſi uel mediocri quantitate ſanguis fuerit ſubtractus, purgationes confeſtim exoriri
ſolent, præſertimq; ſi infra poplitem aut prope talum uenæ ſectio fiat. Sed e diuerſo ſiquis uena ſecta
inediam ſuſtinere imperauerit, non ſolum menſes prius fluentes cohibebit, uerumetiam purgationes
quæ iam inculpare euacuabantur, reprimet. Sanguis nãque ciborũ inopia areſit, & denſior ſeipſo reddi
tur, eamq; ob rem ad fluendum ineptus euadit. Quæ igitur tum lotæ fuerint, melicratumq; & cibos ido
neos aſſumpſerint, ac uinum neque auſterum neq; craſſum biberint, his purgationes proculdubio con
D tingent, ob idque ego inedias poſt uenæ ſectionem non fruſtra tantum, uerumetiam non ſine noxa aſ-
ſumi dicebam. Ceterum uenæ ſectionem puellæ illi Chienſi non adhibitam fuiſſe etiam ex his quæ ſu-
peruenerant, patet. Sanguinis enim aliquantum expuebat, quem nequaquam expuiſſet ſi euacua-
tionem experta fuiſſet: demum cum præ ſpirandi difficultate mortua ſit, ne hoc quidẽ ſic perpeſſa fuiſ-
ſet. Maximum præterea experimentum Romæ noſtra tempeſtate a uenæ ſectione eſt ſumptum. Con-
tigit enim cum uulgo mulieres aquam frigidiſſimam ex niue potarent, ut aut nullo pacto, aut prorſus
diminute purgarentur, has tñ medici uenę ſectione adeo incolumes cõſeruarũt, ut neq; ſanguinẽ ſpue
rent, neque laterali inflammatione aut pulmonis, aut ſynanche caperentur. Non ergo puellam illam
Chienſem ab Eraſiſtrato per uenæ ſectionem curatã fuiſſe ſuſpicentur: neq; enim ipſe cũ alia quæuis
enarraret, auxiliũ uenæ ſectionis, tanquã rem parui momenti prætermiſiſſet. Neq; etiã ob inediã ille,
hæc aſit multitudine ſanguinis præfocata interijſſet. Sed de hac impræſentiarũ iſta dixiſſe ſufficiat. Trã-
ſlato uero ad Critonẽ ſermone, orationi huic uerba Eraſiſtrati adſcribemus, quæ de illius affectibus fe
cit: ſic enim habent: Critoni quidem repletio, initium ægritudinis fuit. Acceſſit ad hæc quod in plenitu
dinẽ ſynanchicam iam inciderat, quæ ſane nihil aliud eſt q̃ pariſthmiorũ ligulæq; inflammatio. Plerun-
que ergo cõtingit, ut qui in eã inciderint, ſuffocentur, ac niſi celerrime illis ſuccurratur, breui intereãt.
Cũ autẽ Crito quoq; in horum numero eſſet, prima quidem die illum more conſueto ſpongijs calfa-

cientes medicari sumus, eoq; tempore cataplasmata illi applicata reliquimus, ut in curatione perpe- E »
tuo essent. Exhibita etiam ei sunt catapotia ex castoreo ad aluum ciendam, quæ his commode subdu- »
cta est. Neminem non animaduertere arbitror diligentiam narrationis omnium eorum quæ circa Cri
tonem acta sunt. Nam & calfactionem per spongias factam, & usum cataplasmatum & catapotiorum
retulit, adeoque quod per spongias calfactus sit, manifeste declarauit, ac reliqua ut ordine gesta erant
studiose enumerauit: de uenæ autem sectione ex composito siluit, nempe quod auxilium istud ceteris
uilius putauerit. At tenuia illa quæ in his enarrationibus continētur, commemorare mihi nunc inte-
grum non est: quanquam Erasistratus ipse rursum paulo post ait, Apparebat itaq; nobis quod affectus »
ipsi ad pulmonem heparque permutari incepissent, & synanchis iam illuc deflueret, eoque febres au- »
gerentur. Hoc loco affectuum permutationem sine hypochondriorum tensione factam esse arbitra- »
tus est: ubi quàm diligentissime animaduertendum censęo, considerandumque quale illud sit, quod ti
bi in dictione hac occurrat, qua affectus permutari incepisse ait: num scilicet id ad partes quæ inflam
mantur permutatas pertineat, an ad sanguinis qui inflammationem concitauit transfluxum. Mihi si-
quidem primum ex prædictis ne cogitari quidem posse uidetur, alterum autem illorum uerum esse cō
stat: nam & ego multitudinem in aliquam partem decumbentem sæpius cohibui, quam illa propria
uirtute deinceps in aliam quamuis repellendo transponit. Istud ergo Critoni contigisse apparet, ne F
rumtamen neque tum temporis Erasistratus uenæ sectionis unquam meminit. Sed cur se totum thora
cem unà cum hypochondrijs ipsis, cataplasmatis fouisse ait? Quemadmodum enim ex partibus quæ
circa ligulam & tonsillas sunt, sanguinis exuperantis permutatio ad loca inferiora fiebat, ita quoque
illo ex inferioribus ad caput sursum perlato, contingebat partim febres excitari, partim aggenerari
symptoma, quo principium neruorum affectum esse indicabatur. Audi itaque & hanc Erasistrati sen-
tentiam: Cum autem ab ægritudinis principio iam decimus dies adesset, ac ab instantia sextus: quo tū »
febris uehementi insultu redijt, tum obuersio ceruicis accidit, & una hora transacta tanta insensibili- »
tas hominem inuasit, ut & lotium per lectum emitteret: non multo quoque postea instantia febris ade »
rat. Deinceps inferens ait: Videbatur itaque nobis quod affectus rursum uersus caput permutari ince »
pissent, ac circa hanc permutationem febris redijsset, quæ postea cum iam partes capiti uicinę affice- »
rentur, intensa permanebat. Atqui uel nos aduersus hominem sequenti sermone insurgamus. Rectissi »
me tu quidem Erasistrate dicis, affectuum permutationem ad caput factam esse inquiens: multo uero »
melius fuerat si non quorumuis affectuum, uerum eorum qui a plenitudine causabantur, dixisses: ut.n. »
corporis affectas partes permutari incepisse nemo dicere possit, ita neque ipsos affectus. Arbitror.n.
quod multo consultius diceret, quieuisse quidem priores affectus, alios uero causa permutata exor- G
tos esse, quæ in principio totius narrationis eadem ratione qua & repletio ipsa, aderat: quā si ipse eua-
cuasset, neque unquam morbus earum rerum quæ circa ligulam impactæ erant, permutationem ad in
fernas partes molitus fuisset, neque e diuerso illæ deinceps uersus caput ferri potuissent. Quapropter
Critonem hunc eodem pacto, quo & ancillula Chiensis interierat, quia illi uena secta non fuisset, mor
tuum esse constat. Sed istud quoque Erasistratus ipse persensisse animaduertitur: neque enim aliam
ob causam ait, quod huic interitus causa fuerint ea quæ ad pulmonem delabebantur, & quanquam
statim ab initio hominem plethorico affectu implicitum esse cognouisset, tamen maximo ductus erro
re hæc euacuare non præuenit. Si igitur adstruere quisquam uelit, Erasistratum, quod & peritissimus
medicus esset, & affectus illos tum Critoni ex repletione, tum puellæ Chiensi ob menstruorum reten
tionem contigisse compertum haberet, subtractionem sanguinis nequaquam prætermisisse, quin po-
tius utrisque sanguinem subduxisse, uerum id in enarratione consulto præterijsse: quid uetat & me di-
cere, qualecunque illud ex euacuatorijs remedijs sit, applicatum quidem ægrotis id esse, in enarratio-
ne nihilominus non esse recitatum? Ecquis enim sanæ mentis medicus ferre me non posset, si dicerem
symptomata illa, quæ usque ad mortem apparebant, propter plenitudinem illis accidisse, interitū au-
tem ipsum non alia de causa insecutum, nisi quod plenitudo euacuata non fuisset? Quis etiam ferret H
istos qui dicunt, quod ex his quæ Erasistratus egisset, minuta tantum perscripserit at de uenæ sectione,
eaque quæ per elleborum, scammoniamue fit purgatione, quia hæc auxilia per se clara sint, nullam mē
tionem fecerit? Atqui siquis sola communi sententia, qua repletionem euacuandam esse indicatur, ue
næ sectionem significari asserat, ut quæ etiam inter euacuatoria remedia annumeretur, quid inhibet ea
dem lege, alia cuncta euacuatoria præsidia intelligi? Ne ergo amplius ab Erasistrato solam uenæ sectio
nem ægrotis adhibitam esse dicant, uerum reliqua quoque cuncta, puta clysteres, uomitiones, purga-
tiones, lauacra, exercitia, frictiones, gestationes, inunctiones, calefactoria cataplasmata, ceteraque id
genus, quibus omnibus ille aliquando uti potuerat. Si uero non hoc solum sufficit, quod euacuandus
æger sit, neq; istorū auxiliorum is finis existit, sed in primis modū euacuationis adijcere, posteaq; qui-
bus rebus hæc adamussim indagetur declarare, ac his occasionem & mensuram & utendi rationē adde
re opus sit: sequitur sane quod qui saltem de scopo auxiliorum communi uerba fecerit, is nondum ulla
ex parte particularium meminisse potuit. Si enim commune quid protulisse suffecerit, frustra ille cata-
plasmatum, inediæ, calfactionisque per spongias factæ mentionem habuit. Siquidem neq; cataplasma
ta, neq; inediam, nisi ab eo didicerimus, nostra opera inuenire possumus, uenæ autem sectio, Erasistra-
to quoq; tacente, unicuique manifesta est?

A *Ex ijs quæ in sanguinis detractione considerari solent, cum ab Erasistrato in minimis alioquin curioso omissa sint, conuinci illum ab ea prorsus abstinuisse.* Cap. 4.

SEd quamuis illis istud quis concesserit, absurdum cum sit, tamen ei qui auxilio hoc commode usurus est, multæ etiamnum, eædemq; pergrandes considerationes supererunt. Inter has autem prima est, an, quẽadmodum aliqui sentiunt, quamlibet uenam semper secare nihil differat, aut propriæ uenæ in singulis affectis partibus cõtineantur, quæ ipsarum plenitudinem quàm celerrime euacuare possint. Secunda uero, utrum semel aut sæpius subtrahere conueniat. Tertia item, qua ratione in his intentiones inuestigandæ sint, quas ubi quis exquisite considerauerit, mensuram euacuationis coniectura assequi possit. Quarta, in qua de occasione, ad quam in primis uenæ sectio fienda est, num .s. ea eligibilis sit, per demonstrationem docetur. Qui igitur a uenæ sectione protsus abstinet, apud hunc harum rerum omnium consideratio perit, e medioq; tollitur: eam autem adhibenti, ut omnia ista sequantur necesse est. Quanquam & in reliquis omnibus præsidijs eadem est ratio, ueluti ueratri, scammonij, uini, lauacrorum, cibiq;. Si enim in ęgrotis curandis aliquo dictorum nobis uti nequaquam conceditur, tum neq; occasio amplius, neq; quantitas, neq; utendi modus, neq; quicquam aliud ad inuestigandum reliquum fiet. At ille qui usum istorum probat, hæc omnia discutere necesse habet, idq; non solum in effi-
B cacibus auxilijs, in quibus si uel parui momenti quid prætermittatur, confestim maxima noxa ægrotis imminet, uerumetiam in minimis quibusq;: saneq; ita quotidie euenire uidemus. Proinde siquis medicus homini ægroto gratificaturus auxilium aliquod describit, is neq; omittit occasionem qua nutrire ipsum iubet, neq; cibum facultatesq; ipsius non determinat: neq; uel quantitatem, uel parandi modum, uel utendi ordinem reticet, quin potius unumquodq; horum illis qui tum ibi adsunt, quo pacto id fieri debeat, singulatim explicat. Quin etiam pleriq; in libris passim describunt, qua ope quibusve auxilijs omnia hæc administrari soleant: quorum nonnulli quibus alioqui prolixitas sermonum cordi non est, in huiusmodi enarratione orationem protrahunt, idq; genus disciplinæ non multiloquium, uerum diligentem solertiam esse putant. Hippocrates etiam cum in plurimis suis operibus breuitati summopere studeret, tamen quod ad uenæ sectionem attinet, non est grauatus scribere, tum partem corporis in qua uas secari oporteat, tum euacuationis mensuram, unà cum occasione ipsa. Erasistratus autem, quem asseclæ sui uenæ sectione usum fuisse prædicant, multiloquus fuerit licet, tamen, ut ego paulo post indicauero, principio uenæ sectionis nomen alijs præsidijs ne adscribere quidem dignatus est: deinde etiam omnia quæ iam recitata sunt, utpote tempus, mensuram, uasis situm, utendiq; rationem prætermisit. E contra uero qua ratione & offa inspersa, & cataplasmata ægroto offerenda sint,
C perscribere non est ueritus: immo neq; olerum decoquendi modum silentio prætereundum putauit.
« Audi itaq; quæ ille in opere de alui curatione scribat: Prima quidem adiectione farina crassiuscula, to-
« sta ac probe quassata offerenda est. Cum autem illam offerre uolueris, in uasculo aliquo frigido infu-
« sam, ac aquę commistam exhibeto, non una uice uniuersum id quod daturus es, uerum bis aut ter
« commiscens, ne offa arida effecta ac solutioni inepta, multum humiditatis suscipiat: nullum enim ho-
« rum confert. Ad edendum uero danda sunt affatim cichoria in aceto non acri infusa, ac inter cibos
« consumenda, solidaq; ea decoquenda, duas ollas præparando, & in prima quidẽ iniecta illa decoquere
« oportet. Postquam autem probe admodum cocta fuerint, ac in altera olla aqua iam bullierit, transpo-
« nere ipsa in eam conuenit: uerum cichoria reuincta sint, ut facile quouis transferri possint. At ubi ad
« perfectum cocta erunt, tum aqua effusa, sale oleoq; condienda sunt, exhibendaq; ut offerantur. Num ergo putas quicquam adhuc scribi posset curiosius, ab hoc præsertim qui adeo tenuia considerauit, ut & admonere operæpretium duxerit; quòd cichoria, quo facilius hinc inde transferri possint, uincire oporteat? Patet .n. cuiq; ꝙ ea quæ resoluta sunt, non facile transferri quouis possint, ob idq; non solum nos qui medicã artem profitemur, uerũ & coquos olera elixantes curæ habens, ipsos quo pacto illa liganda sint, edocuit. Eodemq; animo est præditus sicubi uel cataplasmatis alicuius conficiendi modũ
D tradit, uel tot stadia inambulare, uel toties perfricari, aut aliud aliquid huiusmodi iubet. Ob quæ oĩa pleriq; illius superfluã curiositatẽ non solum non laudant, uerũ & uituperijs incessunt, tanquã qui modum terminosq; constituerit, quantitate in infinitum sese extendentes. Quis ergo credat hunc, qui tantopere alioqui curiosus sit, ut alijs auxilijs, sic & uenæ sectione usum fuisse, cum de illa non alibi, nisi semel, ubi de sanguinis reiectione agit, mentionem fecerit? Atqui ille neq; tum ea usus est, sed econtra Chrysippum, eo ꝙ uenæ sectionẽ neutiquã usurpauerit, summopere laudauit, insuperq; demonstrationes quasdã attulit, quibus Chrysippi de uenæ sectione dogma modis oĩbus asserere conatur ✲. Nam hic illã magis sanguinẽ spuentibus, quàm his quibus aliqua corporis pars inflammationi obnoxia est, quadrare dicit. Ceterũ de hac quoq; re alio loco dicetur: Nũc uero quod antea eloqui exorsus eram, repetendũ est, ꝙ Erasistratus .s. quasi alioqui uniuersos suos sermones in immensum extrahere nõ consueuisset, & bis terq; interdũ in diuersis operibus eandẽ sententiã replicasset, illis tñ uel semel quinque syllabas adscribere contempsit, quibus interpositũ ceteris auxilijs phlebotomiæ .i. uenæ sectionis nomen enunciare sibi integrũ erat. Taceo hic, ꝙ & quantitatẽ illius, ut in alijs fecit, & tempus, reliquaque eiusmodi, prout superius significatum est, indicare omnino debuerit. Proinde nõnulli medici fuere, qui quantitatẽ euacuationis, signis quibusdam definierunt, ueluti si uel color, uel tenor, uel sanguinis fluxio mutetur, aut pulsus tempore subtractionis ex debilitate collabantur, ac sudores prorumpant, aut

ea quæ aliqui labores uocant, aut deniq; uomitus uehementiores exuperantesve alui deiectiones appareant. E Alij etiam usq; ad animi defectionem, euacuationem producendam putant, præsertimq; siquid in illa pro euacuationis portione contingat. Nam & ob id bilem pituitamve, cum ea in os uentris influxerint, persæpe animi defectionem manifeste fieri uidemus. Aliqui item tum coloris in toto corpore permutatione, tum pulsuum alteratione commoderatam subtractionem coniectantur: eamq; ob rem modis omnibus illos improbant, qui arbitrantur multo consultius esse, ut considerata ex certis indicijs noxij humoris natura, denuo redeatur ad illius euacuationem, quàm si eadem semel copiosa fiat. Nec defuerunt quidam, qui etiam constitutam quandam mensuram illius proponere auderent, perinde quasi duabus heminis atticis, aut paulo plus minusve moderata subtractio circunscriberetur: quippe cum ex commoderata proportione, adhibitis ad id & ætate hominum & natura, & tempore anni & regione, nos ipsi maius minusve cuiq; quadrans inuenire possimus. Quare & Erasistratus certum nobis numerum frictionis tradit: quo etiam si ab exquisita illa mediocritate aberrauerimus, nullam tamen notabilem noxam incurramus. Mensuram autem de uenæ sectione nullam plane protulit. Nam, sat scio, de uenis quæ incidi solent, non pauca scripsisset, maximeq; cum & Hippocrates tum eius, quæ infra poplitem propeq; talos est, tum illius, quæ uel in fronte recta est, uel earum, quæ sub lingua existunt, frequenter meminerit. Præterea hoc loco referre non est opus, quantum ad uenas F circa cubitum attinet, quod neque Erasistratus reticuisset, num illæ omnes in omnibus morbis secandæ sint, an quemadmodum Hippocrati placet, aliæ in alijs. Eius enim, qui tam diligenter omnia scriberet, proprium officium fuerat, siquid in hoc præsidio a germana mensura discreparet, ad certos terminos redigere, ac quam sententiam in uenis explicandis haberet, id quod & alij medici factitarunt, adscribere. Quidam enim nihil interesse dicebant quancunq; uenam quis incidere uellet, ut quòd ex unaquaq; æqualis totius euacuatio fieret. Rursum alij ingentem uel in hac re diuersitatem contingere censebant: nam aliquas ipsarum celerius, aliquas autem longa temporis mora affectam partem euacuare asserebant. Cum igitur ille nihil tale scripserit, nec uenæ sectionis scopos declarauerit, clare unicuique patet eum uniuersas has rationes ideo intermisisse, quia præsidio hoc nunquam sit usus. Perinde enim ut qui nunquam in ægroto aliquo cataplasmata expertus est, is & differentias ipsorum & conficiendi modum, & occasionem rationemq; utendi describere nequaquã potest (solum enim his, qui illa quandoque more Erasistrati administrauerunt, necessario incumbit de horum singulis disserere) eodem pacto quicunq; uenæ sectione penitus non sunt usi, occasionem illius, modumq; utendi & mensuræ scopos tradere nequeunt. Verum qui illa utuntur, eos in primis & de his omnibus, & multo magis de uenarum differentia distinctim tractare operæpretium est, ac ad illa ut si nihil aliud, hoc G tamen commonefacere, quod nihil differat si hæc uel illa secetur, quia cunctæ inflammatas partes ex æquo euacuare possint.

Erasistratum hac etiam ratione a uenæ sectione abstinuisse, quòd in febrium, ac inflammationum curatione, in quibus conuenit maxime, mentionem de ipsa non fecerit. *Cap.* 5.

VErum eiusmodi rerũ nihil scribere, ac usum oẽm auxilij de medio tollere, in eo præsertim affectu, qui, illud oĩum consensu præcipue requirebat, quis id manifesto argumẽto esse non diceret, quòd Erasistratus auxilio ipso nunquã sit usus? Quid .n. difficultatis fuerat cũ in tractatu de febribus hæc uerba faceret: (Igitur circa ægritudinũ principia ac inflammationum generationes oĩs sorbitionũ ciborumq; adiectio prorsus subtrahenda est) si illic adscripsisset (utendũ uero uenæ sectione) quo totius orationis series talis esset: Circa initia ægritudinũ ac inflammationũ generationes, oĩs sorbitionum ciborumq; adiectio prorsus subtrahẽda est, utendũ uero uenæ sectione. Inflammationes .n. quæ febres faciunt, ut plurimũ ex repletione fiunt. Si ergo in huiusmodi tẽporibus adiectiones offerantur, easq; cõcoctio ac distributio pro suarum actionum facultate uicissim reddant, & uasa nutrimento impleantur, adhuc multo maiores ac uehemẽtiores inflãmationes fieri tunc continget. Commodius itaq; fuerit cibaria nõ exhibere, illicoq; uenæ sectione uti. Et talis quidẽ dictio esset, si ille ut inedijs, ita & uenæ se- H ctione uti uoluisset. Verũ cũ id nõ adscripserit, quomodo quis uirũ crediderit eius remedij usum laudasse? Cũ uero neq; in alio quopiã opere medicinali hoc fecisse illum cõstet, aliquid ẽt multo firmius de illius sententia pronunciare audebit. Quis .n. arbitrari posset, ꝙ Erasistratus cũ alioqui loquacitate quàm prolixissima gaudeat, grauatus fuerit uel semel suis cõmẽtarijs quæ cõscripsit, quatuor aut quinque syllabas addere? Ego itaq; ẽt si nulla Erasistrati monumẽta iã superessent, oĩaq; perijssent, id quod & Chrysippi libris fere imminet, tamen discipulis illius sententiam sui magistri profitentibus credere magis adducerer, ꝗ̃ qui Erasistratũ neq; aliqñ uiderũt, neq; ullos illius discipulos, aliusve qui ad illos discendi gratia proficiscebantur, aut qui his rursum familiariter uterentur, conspicati sunt: sed potius ea temere post tot annorũ secula asserunt, quæ neq; ipsi cognouerunt, neq; ab aliquo qui id cognouerit, audiuerunt, neq; Erasistratum quatuor saltẽ uel quinq; syllabas de hac re scripsisse animaduerterunt. Nam τέμνειν φλέβα, hoc est uenã secare, quatuor syllabis exprimitur: φλεβοτομία uero quinq; syllabas usurpat. Proinde id quod superius uerbis Erasistrati per me adscriptũ est, puta, utendũ uero uenæ sectione, nouem syllabis græce effertur. Quiescãt ergo illi iam, qui tum studiosis, tum ægrotis ipsis artis commoda eripere conantur, dicentes Erasistratũ quidem usum uenæ sectione esse, uerũ eius mentionem ob id non fecisse, quia illa, quàm cataplasmatum olerumq; decoquendi ratio, multo euidentior esset.

Si enim

A Si enim artis studiosi eam ob rem uenas secare in animum inducent, quia quemadmodum uenæ per inedias euacuatæ inflammationes discutiant, ita & uenæ sectio: omnes sane deinceps illos quos Erasistratus inediam sustinere iubet, uenæ sectione curabunt. Atqui uel hoc uile etiamnũ, abiectumq; est.

Errare etiam quàm maxime Erasistratæos, ac ipsi Erasistrato aduersari cum uenæ sectionem suscipiunt. *Cap. 6.*

CEterum si adolescentes qui neq; de uenæ sectionis mensura, neq; de uenarum secandarum ratione quicquam audiuerint, ad præsidium hoc sese accingant, id statim, ut dictum antea est, ab ipso quoq; initio maximum afferret nocumentum. Præstiterit igitur illos neq; penitus uenæ sectionem aggredi, quàm citra respectum dictorum, auxilio manus admouere. Plures enim hac ratione perierunt, quàm quibus non fuerat uena secta. Nam medici natu grandiores uenas tunc temporis nunquam secantes, alijs euacuatorijs auxilijs utebantur, quæ idem quod & uenæ sectio, uerum longiore tempore efficere poterant: nisi si ob affectæ partis dominium uel plenitudinis excessum, mors ægrotum præoccuparet. Sed qui nostra tempestate febres cunctas in principio uenæ sectione indigere putant, non mediocri hercle noxa ægrotos afficiunt. Sic enim sibimet de huiusmodi auxilio persuaserunt, tanquã B si ab Erasistrato ita scriptum esset, ut ego non multo antea additis ipsi orationi nouem syllabis significaui, quo sententia talis fieret (nam eius denuo meminisse consultius fuerit:) Igitur circa ægritudinum principia & inflammationum generationes ab omni prorsus sorbitionum ciborumq; adiectione abstinendum est: utendum uero uenæ sectione. Talem enim Erasistrati sententiam nostri temporis medici ægrotis minime consulentes esse uolunt, cum alia quidem tempora scopiq; ipsius inediæ, alia item uenæ sectionis habeantur, quæ ego omnia in præsenti commentario otdine idoneo explicabo. Nunc siquidem ueluti cum illi a senioribus persuasi nouam auspicabantur palinodiam, sic mihi quoque propositum meum omnino immutandum est, eaque ratione inhibendum censeo illis, qui hactenus uenas temere secarunt, ne eas in posterum penitus secent. Vt enim Plato ait: Minus aberrare eos consentaneum est, qui ea non aggrediuntur quæ non norunt, quàm qui illa tractant quæ nunquam didicerunt: nam hoc idem & isti faciunt, sibijpsis persuadentes, quòd & quibus uenam secare expedit, & cetera id genus quæ a me recitata sunt, inuẽtu facilia existant: hincq; adeo in cuiusq; morbi initio inediam unà cum uenæ sectione ex æquo usurpant, ac hoc ipso, si uera fateri licet, Erasistrati sententiam modis omnibus inuertunt. Nam & uenas secant, & extemplo a uenæ sectione nutriunt, cum illè contra uenas secare inhibeat, sineq; nutrimento degere studiose consulat. Quia uero isti ueritatem C multo magis quàm Erasistratum in honore habent, ostendere eis operæpretium est, quòd sermo ille quem de sanguinis reiectione conscripsit, non proprie ad illum solum affectum pertinet, ut qui unicuique phlegmoni sit communis. Verba autem sic habent: Adhæret enim his tempore reiectionis ex inflammatione periculum, in quo offerre non facile est. A uenæ uero sectione inediam longo tempore toleranti, ne uirtus eius exoluatur, periculum imminet. Sic ille de ijs qui sanguinem uomunt, uerba facit, & ea de causa eis uenam secare prohibet. Ceterum quòd ipse inflammationem subsequi suspicatus sit dum ait: (Offerre non facile est, hoc est, dare cibaria: &, a uenæ sectione inediam longo tempore toleranti, ne uirtus eius exoluatur, periculum imminet) unicuique in conspicuo est. Neque enim illic ad sanguinis reiectionem quicquam proprie spectat, quo quis a uenæ sectione absterreri possit: uerum utraq; hæc, hoc est, neque propter inflammationes cibos dare, atque id tempore uenæ sectionis factitantibus, periculum de resolutione uirium imminere, cum febribus quoque communia sunt. Porrò si diligentius animum aduerteris, reperies Erasistrati sermonem hunc uenæ sectionem in febricitantibus multo magis quàm sanguinem spuentibus detrectare: a principio enim dum sanguis reijcitur haud quaquam uas ruptum inflammatione corripitur: at febrium initia uel Erasistrato teste, necessario inflammationis principio subsunt. Proinde si ad corroborandam rerum in D certarum fidem ijs quæ manifeste apparent utendum est, uidi ego plurima uulnera, quæ priusquam ægris uena secaretur, coalescebant. Fieri ergo nihilo secius potest, quòd uas ruptum nullo pacto inflammetur, dummodo nos cetera rite administrauerimus, sanguinisq; quantum nobis uisum fuerit in tempote euacuauerimus. Præterea si Erasistratus dicit, quòd necessarium sit tempore quo affectæ partes inflammatione corripiuntur, inedias sustinere, ideoque uirtutem uenæ sectione antea dissoluere ueretur: mulro magis ab ipsa in febricitantibus, quàm in sanguinem spuentibus, nobis cauendum est. His etenim si euacuati fuerint, uenam ruptam priusquàm inflammetur coalescere possibile est: febricitantibus autem partem aliquam iam inflammari necesse est. Ceterum quod possibile sit uas quodcunque sine inflammatione conglutinari, id alicui etiam ex reliquis uulneribus credibile apparebit. Frequenter enim uidimus, cum quibusdam singulari certamine pugnantibus, integrum crus brachiumve abscissum esset, coaluisse tamen uulnus antequam inflammatio oborïretur: quod quidem multo magis continget, si, ut Hippocrates ait, sanguis copiosus illico fluxerit. Sæpius etiam foramen in cauas thoracis partes illatum, in tribus diebus conglutinatum conspeximus. Quin etiam nuper in palæstra aliquis insigni plaga accepta, extemplo uehementer tussiendo, duas ferme sanguinis cotylas reiecit: sed ille, quia ei statim uena secta esset, aliaq; quibus opus habebat, facta fuissent, neque omnino deinceps tussiuit, & nunc quoque sanus incolumisque degit. Ex his itaq; dispicere li-

cet, quòd siquis uel adhuc Erasistrato obtẽperare uelit, abstinere magis a uenæ sectione in his debeat E quæ iam inflammari inceperint, quàm quæ nondum inflammatione sunt correpta.

Ex eisdem Erasistrati verbis, quæ ab eius sectatoribus adducuntur, conuinci quòd ipse uenæ sectione non sit usus. *Cap. 7.*

PRæterea ne illud quidem minus clarum est, quòd Erasistratus uenæ sectionem neq; cum inedijs, neq; ante ipsas inedias, unquam usurpauit. Veruntamen nonnulli eo contentionis dementiæque peruenerunt, ut cum sermones hos audiuerint, discutiendorum eorum nullam sane rationẽ inueniãt, tanquam uero nihil illis obiectum esset, propriam sermonum farraginem auspicantur, unam illam sententiam in ore habentes, quam Erasistrarus his uerbis asserit: Consequens etiam est quòd circa inflammationis tempora vulneratis nihil sit offerendum: venæ enim euacuatæ, sanguinem qui in arterias insilierit, facilius suscipient: quod ubi contigerit, inflammationes minus euenient. Et sic illi persuasi q̃ ipse uenæ sectione usus sit, hinc aperte colligi posse aiunt. Quo enim loco ipsam inediam ueluri euacuatorium præsidium ille accersit, multo sane magis, inquiunt, ad uenæ sectionem se accinget. Aduersus quos siquis dicat, quòd per ea quæ allegant, Erasistratum quidem uenæ sectione ante inediã usum esse non demonstrent, sed porius consequens esse ostendant, quòd ipse postea illam usurpauerit: isti hunc ridentes, tu tandem, aiunt, quid consequens sit cognoscis, Erasistratus autem nõ cognouit? quasi F uero ille ingenio exercitato non fuerit præditus, tuq; illo multo sis prõptior, ac rationibus magis polleas? Si itaq; uolueris, illi ut te discendi causa frequentet, consulemus, quo scilicet quid ad quanque rem uel consequens, uel pugnans sit, cognoscere assuescat. Atq; his uerbis habitis illinc discedunt: in posterum uero, ut collocutoribus aliquam contumeliam inurant, adiungunt sibi hominum perfrictæ frontis cateruam adeo copiosam, ut præ illorum clamoribus nemo loqui quicquam possit, eiusmodiq; finem congressuum statuunt. Sed nos impræsentiarum eum non quærimus qui conuicia spargenti uices referat, uerum in primis quidem num Erasistratus uenæ sectione aliquando sit usus: secundo autẽ, quasnam hoc auxilium uires habeat, indagamus. Atqui horum utriusq; propriæ habentur demonstrationes. Quod enim Erasistratus uenæ sectione non sit usus, testantur & monimenta illius, & discipuli fide dignissimi, Chrysippiq; uniuersum auditorium. Ceterum de auxilij huius facultatibus non eadem est ratio: nam de his enunciata quædã quàm uerissima, necnon & conclusiones selectæ afferuntur. Præterea siquis istis quoq; posthabitis, solum rerum ordinem sequi uoluerit, uel sic scripta Erasistrati, quia nihil tale in his proditum sit, modis omnibus periclitabuntur. Reputa igitur hæc in animo, præsertim exordio illinc sumpto, ubi ille in de reiectione sanguinis Chrysippum laudibus extollens, quòd loco uenæ sectionis membra uinculis excipere consueuisset, hæc ad uerbum scripsit: Hoc ipsum autem face G re conantur ij qui sanguinem spuentis uenas secant. At Chrysippus multo consultius agit, ut qui non solum id quod instat præ oculis habeat, uerum & impendenris periculi curam gerat: adhæret enim his tempore reiectionis ex inflammatione periculum, in quo offerre non facile est: a uenæ autem sectione inediam longo tempore toleranti, ne uirtus illius exoluatur periculum imminet. Atqui hic causam non adiecit ob quam tempore inflammationis inediam iniungat, utpote quæ ab illo declarata est, cum in hanc sententiam scriberet: Consequens est quòd vulneratis circa inflammationis tempora nihil sit offerendum: venæ enim euacuatæ sanguinem qui in arterias insilierit, facilius suscipiẽt, quod ubi conrigerit, inflammationes minus contingent. Quapropter ille inedias tempore inflammationis ea causa laudat, quia illæ uenas euacuent: uerum si ambas has sententias in unum redegeris, sermo integer talis erit: Chrysippus sane recte fecit, qui non secuerit uenam ijs qui sanguinem excernebant, eo quòd illi paulo post euacuatorio auxilio, puta inedia, indigebant. Præterea idem iste sermo si compendiosius quoque dicatur, eiusmodi erit: Sanguinem reijcientes nequaquam sunt euacuandi, quia paulo post inflammatione ingruente euacuatione opus habebunt. Etiam uero clarius is hoc pacto explicaretur: Ante inflammationis tempus uenas euacuare non licet, ipsis quippe euacuatis inflammationes cessant. At sermo iste euidenter sibiipsi repugnat, nisi siquis suppetias illi laturus, duo H hæc temere adijciat, quòd uidelicet satius sit ut corpus per inflammationis tempus euacuetur, non ante, quodque inedia sit magis quàm ipsa uenæ sectio usurpanda. Sed si hæc dicat, nos hunc neq; quod propositum fuerat demonstrasse, neque sibimet consentanea dixisse respondebimus: in hocque has partes discrepare dicemus, quòd ordinem sermonum non obseruent. Omnibus enim hominibus, qui præsertim tantum mentis possident, ut considerarione etiam pauxillum quid consequi possint, perspicuum est, quòd huic qui sanguinem in arterias transilientem per euacuationem uenarum ad proprium locum reducere uelit, id primo quoque tempore sit faciendum. Manifestum etiam est, quòd euacuatorio auxilio quàm celerrime utendum sit, ut quo & breuissimo temporis spatio, & sine ulla corporis perturbatione, euacuationem quamuis perficere possimus. Quantum enim inediæ persæpe lædant, superius demonstratum est. Proinde in hunc modum alicui dicere integrum erit: Arbitror equidem ridendos esse eos qui Erasistratum quandoque sanguinem reijcientibus uenam secuisse putant, quandoquidem ubi inediam tanquam euacuatorium præsidium laudat, multo hercle magis ipsam uenæ sectionem laudaturus fuerit: vbi quoque inflammationis tempore euacuatione opus esse arbitratur, sub illius inirium magis quàm cum futura est, ipsam laudaturum fuisse in confesso est. Neque etenim Erasistratus rerum adeo imperitus erat, ut non multo citius sanguinem ex arterijs in

uenas

A uenas reduci putaret, cum neq; circa insultus initium ille uehementer esset densatus, neque a calore febrili tantopere eliquatus, vt ob id crassiusculus efficeretur. Nam qui hoc ipsum assereret, semet potius deridendum quàm illos quos accusat exhibebit: quandoquidem cum Erasistratus ipse scribat uenæ sectionis usum ea causa non esse usurpandum, quia inflammationis tempore longe melius sit ut assumptionem euitemus.

Desiderantur hoc loco non pauca.

Aduersus quendam Erasistrataum, quòd cum Erasistratus multis locis repletionem curarit, de uena tamen sectione non fecerit mentionem. Cap. 8.

COntinere immedicabile, aut profectò non facile sanabile, qualia ipsis quoque hæmorrhoidibus accidunt. Porrò cum nos membrorum deligaturas diceremus multitudinem absq; uenæ sectione attrahere ad se posse, ille hoc ait impossibile in plethoris esse, ob quas Erasistratus brachia manusque ac tibias aduri dixit, fieriq; id, quia uasa propter sanguinis multitudinem intenderentur. Qua ratione ergo in illa id quod in profundo est delabi amplius poterit, cum & sine illo ne ipsa rumpantur periclitari iam uidentur? Atqui iam declarauimus quòd Erasistratus Chrysippum laudauerit non apposita, ut ego nunc scribendo faciam, aliqua sermonis distinctione, uerum absolute sententiam suã pro-
B dens. Oratio nanque sic habet: Deligationes uero laneis uinculis circa alas ipsas ac inguina faciendę. Deligationes enim inquit, faciendæ, neq; interim utrum hoc auxilium plethoricis solis nihil commodi afferat, alijsq; e diuerso emolumento sit futurum, sermoni addidit, sed simpliciter pronũciauit, quo de omnibus dictum istud intelligamus. Atqui (aiebat ille) si de omnibus id intelligendum esset, ipsemet istud declarasset in hunc modum scribens: Deligationes in omnibus faciendæ: uerum simpliciter protulit, deligationes laneis uinculis circa alas inguinaq; faciendę, eo quòd nosipsi suspicari possemus orationem hanc de illis tantum habitam esse, in quibus ad membra sanguinem transferri possibile est: nam in quibus id fieri nequit, ne uincula quidem eorum membris sunt adijciẽda. Cur ergo, aiebamus nos, hoc quod nunc dicis, Erasistratus non scripsit? an quia ijs qui adeo repleti sunt, ut eis brachia, tibiæq;, ac cubiti *adurantur, sanguinem subtrahere necessarium sit, ceteris uero sola membrorum deligatio sufficiat? Quoniam, inquit, non hominibus vulgaribus scripsit, uerum ijs qui ea quæ res ipsas necessario consequuntur, cognoscere atq; operari possint, impossibiliaq; nequaquam aggredi in animũ inducant. Nonne ergo, inquiebamus, si aliquando plethorica dispositio corpus occupauerit, etiamsi Erasistratus istud non scripserit, uenæ sectione opus esse dices? In confesso enim est, quod hoc omnibus cognitum sit, ideoq; ab Erasistrato non est descriptum: ceteros nanq; affectus quicunq; sine reple-
C tione fiunt, Erasistratus seorsim mederi iussit. Verum cum ille ad hæc obstreperet, primum quidẽ hortatus eum sum, vt sententiam ex tertio de febribus descriptam audiret: deinde uero & eã quæ in priore de salutaribus commentario habetur. Nam quæ in tertio de febribus reperitur, hæc est: Igitur circa ægritudinum principia, ac inflammationum generationes omnis ciborum sorbitionumq; oblatio subtrahenda est, plerunq; enim inflammationes quæ febres suscitant, ex repletione fiunt. Si ergo in hujusmodi temporibus oblationes dentur, & eas concoctio distributioq; pro suarum actionum facultate uicissim distribuant, uenæq; alimento impleantur, adhuc longe maiores ac uehementiores inflammationes sæpenumero fieri accidit. His uerbis Erasistratus nomen repletionis aperte descripsit, modumque illius curandi tradens inediæ commeminit, uenæ uero sectionem silẽtio plane præterijt. Quapropter ad Erasistratæum illum me conuertens, quater, inquam, ò amicissime mentitus es, quandoquidem Erasistratum repletionis medicandæ rationem separatim scripsisse patet. Idem nanque uel in priore salutarium libro, ipsaq; illius præfatione recitat, quo cuiq; cognitum esse possit, illum cum repletionis remedia ordine scriberet, quiduis potius quàm uenæ sectionis meminisse. Dictio autem sic habet: Summã in quibusdam sanitatis curam rationemq; habere oportet, ideoq; qua uia quis eum qui in repletione fieri consueuit affectum cognoscere atq; obseruare possit, in primis colligendum est. Incipiente enim
D ea, a discutientibus abstinendum quàm maxime est. Si autem illa nondum adsit, antequam ægritudinis initium fiat, illis utitor. Atqui plures modi extant, quibus huiusmodi affectus discuti potest, neque ijdem cunctis quadrant. Sed de his iam ordine dicere constituimus. Qui ergo corpus laboribus exercere consueuerunt, his multo præstantissimum fuerit, ut illos paulo plures quàm pro consuetudine ineant, ipsisque affectum hunc discutere tentent. Ab exercitijs uero sudores in balneo protitent. Porrò siquid supercalefactione exiccatum est, tum pluribus lauacris uti, hisque omnibus peractis in multa quiete longo tempore nullas oblationes assumentem degere consuetum est. Illo enim tempore repletio summopere attenuatur, præsertimque si post exercitia & lauacra quis longo temporis spatio nulla oblatione utatur, quiescatque postea aliquandiu. Prandium uero subtrahendum est, sed & cœna minor solito assumenda. Tum qui offeruntur cibi nutrimento fere careant, uelutì sunt olera pleraque, tam cruda quàm cocta, cucurbitæque ac cucumeres, peponesque teneri, & ficus recentes: legumina item cum oleribus cocta. Panis quoque omni uitio careat. Nam sic uniuersa talia partim aluum lubricam reddent, partim nutrimenta quæ ex illis fiunt, neque copiosa neq; fortia efficient. Verum a carnibus piscibusq;, ac omnibus rebus cum lacte chondrove aut amylo elixatis, & ceteris id genus alimentis dicto tempore abstinendum, uel prorsus paucis utendum. Huic autẽ uictus rationi diligenter ob id insistendum, quo repletio iam consistens, secure sustollatur. Ceterum qui cor-
pus

[illegible] hæc dictio [illegible] & hoc in loco & infra hic interpres uertit aduri. Interpretes uero libri de curandi ratione per sanguinis missioné. ca. 4 uertit impleti.

pus laboribus exercere non ſunt aſſueti, his plura exercitia iniungere commodum non eſt:quanquam E
hæc alioqui,prout plurima alia,euacuationes tutas faciant. Præterea uero quicunq; ad uomẽdum pro
penſi ſunt,ut a cœna uomitiones inſtituant,omnibus communiter utile eſt. Ne autem ad aliquid aliud
minus idonei fiant,uomitus ab oblatione non multum temporis intercedat :ſic enim cibi adhuc in ſu-
perioribus partibus exiſtentes facilius euomentur: proindeq; alimenta quæ ex ipſis cibis generantur,
non multo ante uomitionem diſtributa ſint. Ad hæc poſtero die lauacra, ſudoreſq; prouocare oportet.
Quinetiam euacuato iam corpore,atq; repletione reſtauratione nacta, paulo poſt ad conſueta redeun
dum.His ergo uerbis Eraſiſtratus clare per omnia indicauit, quod ad repletionis affectum medicandũ
alijs omnibus auxilijs uſus ſit, uenæ autem ſectionem nunquam adhibuerit:iſtudq; & in ſequente ope
ris parte innuit,dum in hunc modum loquitur: Hæc uero animo reuoluẽda ſunt,quod non omnes hõ
mines ad quoſuis affectus æqualiter propenſi ſunt,ſed ubi aliquando idem ſymptoma, ueluti repletio
eſt,intra plurimos contingat, in omnibus ad quæ conſueuit loca , impetu fertur , & in alijs quidem ad
hepar,alijs rurſum ad aluum.Nec deſunt quibus illa uel epilepticos affectus,uel articulorũ dolores cõ
cilict.Opus eſt ergo,ut unuſquiſq; ea quæ illi contingere conſueuerunt cõſiderans,curã affectibus pro
uenientibus idoneam inſtituat.Non.n.eadem ratione ad epilepſiam inclinato,qua ſanguinẽ ſpuenti cu
ratio exequenda. Verum illi perpetuo labore defatigari,huic autem a laborioſis exercitijs cauere ope F
ræpretium eſt:uerendum nanq; eſt ne ex defatigatione initium ruptionis ſuboriatur.Sed qui epilepti-
cis affectibus obnoxius eſt,in labore cõtinuo ac inedia & cibi paucitate ſe cõtineat, frequentiaq; laua
cra quæue uehementem permutationem afferunt,modis omnibus euitet. Præterea quos renales affe-
ctus plerunq; infeſtant,his cibi concoctu faciles offerendi,ac lauacra affatim iniungenda : potus autẽ
conſtringendi facultate careat,ne lotium acrius redditum loca per quæ excretio ipſa fertur,arrodat .
Ad hæc exercitijs diu inſiſtere,huiuſmodi hominibus noxium eſt.Quibus autem uel ad ſplenem uel ie
cur fluxio ex conſuetudine fertur,his a laboribus nimijs frigidaq; ablutione abſtinendum,inedijſq; &
paucitate potationum,ac lauacris curatio in uniuerſum procuranda.

Eraſiſtratum perperam docuiſſe repletionis curationem,ac de noxa quæ ex inedia euenire ſolet. *Cap. 9.*

IN his rurſum Eraſiſtratus ſuam ſententiam clare oſtendit . Nam eos, quibus ex repletione uel ſan-
guinis ſputum,uel epilepticus morbus imminet,neque fortiter purgantibus medicamentis euacua
re unquam,neq; frictione uti uoluit:quæ ipſa etſi debilior ſit,quàm quę huiuſmodi morbis ad amuſſim
opitulari poſſit,præſtantior tamen non paulo una inedia exiſtit. Frequenti.n.frictione non paucos iſto
rum euacuauimus,cum alias præ animi ignauia, neq; purgans medicamentum aſſumere auderẽt, neq; G
uenæ ſectionem ſufferrent.Præterea ſi auxilium hoc in omnibus ſufficeret, forte quis ipſo uenæ ſectio
nis loco ſemper uti poſſet.Conſtat autem quòd interdũ multo minus debiliuſq; reperiatur, quàm qua
le corporis repletio exigat,maximeq; quia illi qui frictionibus non aſſueuerunt, ſi plus æquo perfricti
fuerint,doloroſis affectionibus illico corripiantur . Nonnulli econtra denſam duramq; cutim cum ha-
beant,etiamſi plurimam ſubierint frictionem, nihilominus quàm pauciſſimam euacuationem experiũ
tur. At,ſiquis medicus in artis operibus diligenter uerſabitur,ipſa experientia edoctus,quantopere ſto
machi inanitio ad accerſendum paroxyſmum epilepticum faciat,ſine negocio cognoſcet. Diſpiciet ẽt
illos qui ob ſolam ſtomachi læſam actionem epilepſijs corripiantur , ex inedia uehementer lædi,uelut
& Diodoro grammatico uſu uenit.Is enim ſiquando in quodam ludo literario exiſtens famem diutius
ſuſtineret,illico epilepſia correptus conuellebatur . Huic itaq; præſentaneo remedio ſuccurrebamus ,
iubentes ut circa tertiam aut quartam diei horam,panem ex uino temperato aſſumeret: hocque præſi
dio uſus annis permultis ſanus degebat, quippe qui huius ſolius rei curam gerebat , ut cibos in cœna
aſſumptos quàm optime concoqueret. Aliquando autem cum propter ciuilia quædam negocia in fo-
ro ad meridiem uſque ſine cibo perdurare cogeretur,humi proſtratus denuo conuulſus eſt. Iſte igitur,
ueluti indicaui,propter ſtomachi uitium epilepſia uexabatur . Manifeſtum etiam eſt,quod ſtomachus H
læſus,ſi modo ad hoc idoneus fuerit, alias partes nõ paucas unà ſecum exacerbet,ac ad conſenſum tra
hat.Hoc loco autem aduertendum eſt,quod in huiuſmodi affectibus,os uentris, ſtomachus a medicis
appelletur.Ceterum uel multi ante nos fuerunt qui hos affectus iam pernouerant , ideoq; de his ple-
nius tractare alibi præſtiterit:impræſentiarum uero hucuſq; dictum de ipſis ſit, quo obiter declaremus
multos epilepticos ex ſolo ſtomacho longioribus inedijs perturbato,in exacerbationem incidere.Pro
ponatur ergo homo aliquis,qui adeo repletus ſit,ut brachia,coxas,tibiaſque ſibi*exuri ſentiat,tempus
uero anni uer ſecum afferat.(neq; enim hoc ipſum exemplum perraro contingit,immo nos per id tem
poris homines ſæpiſſime hoc pacto affici conſpeximus.) Huic accedat,quòd is exercitiorum ac frictio
num ſit penitus expers,facileque ab inedijs lædatur: nobis porrò inueſtigãdum fuerit,qua ratione hũc
euacuare debeamus.Nunquid ergo euacuationem inſtituemus lauacris frequẽtibus,aut exercitijs,aut
inedijs,uomitionibuſue a cœna factis?nam præter hæc apud Eraſiſtratum nulla alia repletionis reme-
dia reperiuntur.Atqui ipſe exercitijs uti ijs qui id non conſueuerunt,nequaquam concedit : a lauacris
etiam illos,quia epilepticis affectibus obnoxij ſunt,arcet:arcebit item,mea quidem ſententia,eoſdem
a uomitionibus,ut quæ caput euidenter replere ſoleãt. Ceterum inedia inter ea quæ caput replẽt adeo
eminet,ut ex illa tenſio uehemens circa brachia,manuſquę oriatur:neque tamen ea quoq; ad euacuan

dum

A dum satis uitium obtinet, quin potius siqui stomachum affici aptum habuerint, ijs insignem læsionem
infert. Quomodo igitur ipsam euacuationem adornabimus? num frictionibus solis? uerum earũ Erasi
stratus prorsus non meminit. Præterea fieri non potest, ut illæ in insuetis tot tantæq; fiant, duæ sufficiẽ
ter euacuent. Aut postremo illum laneis uinculis excipiemus? At Erasistratus huius rei nullam hoc lo-
co mentionem fecit, id remedium ad solam sanguinis reiectionem cohibendam referens. Concipia-
tur autem in animo, quod etiam de hoc ipso considerario satis luculenta sit facta: ueruntamen illis qui
eo repletionis uenerunt, ut & membra exteriora sibi* aduri putent, auxilium hoc quàm molestissimũ
ac nullius momenti esse antea dictum est. Neque etiam credibile illud est, ab Erasistrato in libro de
sanguinis reiectione recitatum, quod scilicet reiectionis tempore ex inflammatione periculum immi
neat, in quo ille ea propter ægros sine cibis degere iubet, quoniam eorum quos curandos suscepimus
uirturem uenæ sectione prius dissoluere non liceat. Haudquaquam.n. necesse est ut inflammatio reple
tionem insequatur, dum illam euacuare præoccupauerimus. Et quanquam id quoq;, si quis eminus
consideret, in rebus salubribus persuasibile magis quàm uerum uideatur, Erasistratus tamẽ plenitudi-
nem, quæ aut epilepsiam, aut reiectionem sanguinis effectura est, euacuare per uenæ sectionẽ nunquã
est ausus. Sic etenim in obseruãdis Chrysippi placitis pertinax est, ut neq; uenæ sectione, neq; fortiter
B purgantibus medicamentis unquam uti in animum induxerit. Atqui tum uenæ sectione, tum purgatio
ne aliqua plenitudinem commodissime euacuare poterat. Tamen ille de his nihil scripsit ibidem, quẽ-
admodum neque cum de paralysi, uel de podagra ageret: illic enim etiam in repletionem causam reij
cit, ac deinceps neq; uenæ sectione, neq; aliquo efficacium illorum & purgantium medicamentorum
utitur. Præterea opinionem suam in libro de sanguinis reiectione longe clarius prodidit, idque in illa
operis parte, ubi homines quosdam ex consuetæ excretionis retentione, sanguinis reiectionis pericu
lo subesse asserit. Cum nanq; inter alia retentionum genera, hæmorrhoidum quoq; cohibitionẽ annu
meraret, non simpliciter has euacuatione indigere ait: uerum prout in ceteris operibus consueuit, sic
& ibi omnes quas ipse compertas habuerat, medelarum species, sola uenæ sectione excepta recẽsuit.
« Dictio autem sic habet: Præsentibus igitur his quibus sanguinis exuperantia frequenter fieri consue
« uit, sudorum & lotij excretiones quadrarent. Conueniret etiam subtractio eorum quæ offeruntur, ac
« deambulationes in locis planis, non celeriter peractæ. Verum in his rursum plenitudinem, & sudori-
« bus, & lotio, & inedijs, inambulationibusq; euacuandam censens, usum uenæ sectionis non adhibuit.
Præterea si neq; prius quàm inflammatio fieret, neq; cum facta iam esset, neq; cum futuram suspica
remur, uenæ sectionem usurpandam in hoc libro indicauit, superuacaneum sane fuerat illum in alijs
C operibus de eadem mentionem facere, præcipueq; postquam curationem inflammationis aut iam fa-
ctæ, ueluti primo de febribus, aut futuræ, aut de qua suspicio esset, aut incipientis, ut ex alijs patet, lon
ge antea descripserit. Veruntamen hoc quidam ex Erasistratæis non animaduertentes, dicere conten-
dunt illum euacuatorio auxilio, puta uenæ sectione, usum fuisse, cum tamen ipsemet Erasistratus mani
feste contrarium asserat. Nam simulatque circa inflammationis tempus offerre cibos perdifficile esse
dixisset, ea de causa futura iam inflammatione uenæ sectionis usum explosisse se indicauit. Ista ergo ora
tione palam declaratur, quod quibus inediam consulturi sumus, eisdem a uenæ sectione modis oĩbus
interdicere debeamus. Non ergo consentaneum est, ut quis circa unum eundemq; ægrotum, utraq; au
xilia, nempe inediam & uenæ sectionem usurpet. Hinc quoq; perspicue patet Erasistratum, siquando is
inediam ægrotis iniungit, eo tempore uenæ sectione non esse usum, ac propterea illius in alijs operi-
bus, ut & superius significatum est, nullam mentionem fecisse. In omnibus enim his, ueluti declaraui-
mus, inediam suadens, uenæ sectionem (perperam quidem istud ille faciẽs) e medio sane tollit, ut a no-
bis alio quoq; prius in opere demonstratum est: minus tamen peccat quàm illi, qui omnes illos qui ine
dia utuntur, statim & uenę sectione opus habere existimant. Ego enim sequenti commentario osten-
dere aperte conabor, quod non solum omnes illi uenæ sectione non indigeant, uerũ ne plethorici qui
D dem ipsi, nisi prius qualem illa plenitudo naturam obtineat, discernatur: huicque accesserit de habitu-
dine ætateque ægrotantis, ac de tempore, & regione, atq; constitutione consideratio: tum quæcunque
antecesserunt, queue ipsum ægrotum etiamnum molestant symptomata. Ob singula enim hæc permul-
tos uenæ sectionem nonnunquam citra noxam experiri non posse ostendam. Pręterea & alios pleros-
que tibi ob oculos ponam, qui absque repletione cum sint, uenę sectione nihilominus opus habent.
Posteaquam autem de his singillatim disseruero, tum & occasionem & mensuram uenę sectionis ordi
ne explicabo: addam etiam istis eam quæ in secandis uenis differentia est. Declarabitur quoque, semel
ne an pluries sit subtrahendum. Ad hæc uero non minore opera disquiretur, quibusnam, cum adhuc cõ
moda ualetudine fruuntur, ueris tempore, uel purgationem, uel uenæ sectionem usurpare conferat.

GALENI DE CVRANDI RATIONE PER SANGVINIS MISSIONEM LIBER,

Theodorico Gaudano interprete.

Denuo ad græcorum exemplarium fidem diligentius recognitus.

ARGVMENTVM LIBRI.

Explicatur vniuerſa methodus ſecandarum venarum, affectus ſcilicet, ſcopi, menſura, locus, tempus, & reliqua quæ ad venas & arterias cum ratione ſecandas intelligere neceſſe eſt.

De quæſtionibus, quibus omne uenarum probe ſecandarum negocium continetur. *Cap. I.*

F

QVI de ſanguinis emiſſione ſpeculantur, unum ſibi primumq; proponūt, nempe, vt quæ corporis affectiones euacuatione indigeant, conſiderent: ac deinde alterum, quænam ea quæ ſanguinis ſit detractione. Nam multi ſunt affectus, qui alia quapiam euacuatione quidem indigeant, ſed non ſanguinis miſſione. Tertio poſt hæc ut dijudicent qui innoxie hanc ferre euacuationem poſſint: quippe cum ſæpe fiat ut affectio uenæ ſectionem deſideret, ceterum laborans eam ferre nequeat, ſiue propter ætatem, ſiue propter anni tempus, ſiue propter regionis naturam, ſiue ob os uentriculi uitiatum, quod perſæpe per abuſum ſtomachum appellitant. Ac nos ſane etiam, compendij nimirum cauſa, hac appellatione toto hoc utemur libro. Sed & ſunt qui tametſi uel maxime, quod ad morbum pertineat, ſectione uenæ indigeant, ob totius tamen corporis habitum ferre nequeant. Quæ ſiquis etiam definire aggrediatur, * particularis excipiet contemplatio, ſicuti in alio quouis auxilio. Mox autem de uenis quæ ueniunt ſecandæ: Nam de iſtis quæſitum eſt multum, nihil ne referat quam quis ſecare uenam uolet (omnes enim omnibus æque affectibus prodeſſe) an, ſicuti Hippocrati, ac prope medicorum clariſſimo cuiq; uiſum eſt, multum interſit, hanc an illam incideris. Porrò hac quoq; ſpeculatione abſoluta, ſuccedit de ſcopis ſiue intentionibus oratio, quibus uidelicet quis animum attendens, uacuationis menſuram coniectura queat aſſequi. Ad hæc omnia, in quibus ſemel auferre præſtet, in quibus uero repetitam facere ablationem, quam ἐπανάληψιν nominant, expediat. Tum in quibus inanire ad animi conueniat deliquium, in quibus autem id tanquam ſummum malum uitandum. Hæc igitur proſpiciat neceſſe eſt, qui probe hoc uti remedio uolet.

G

> Quæ ad hanc tractationem pertinent in vniuerſū, ſunt ab Auic. comprehenſa. lib. 1. f. 4. c. 20. p. 145.

> * In impreſsis græcis περὶ μέρους legitur, hoc é de parte. in antiquis tamen cod. legitur περὶ καιροῦ .i. de occaſione.

Quibus libris Chryſippo, Eraſiſtratoque, ac horum ſectatoribus occurratur, qui uenæ ſecandæ uſum, uel ſuſtulerunt prorſus, uel perperam intellexerunt. *Cap. 2.*

SAne de omnibus iſtis in medendi methodo tractauimus, ſicut & ſeorſum ad Eraſiſtratū, quod perperam ab hoc abſtinuit remedio. Deinde alium etiam librum conſcripſimus ad eos Eraſiſtratæos qui uſum eſſe hoc auxilio uirum aſſerunt. Itaq; odio ſane digniſſima eſt ſceleſtorum ſophiſtarum tum uerſutia, qui cum mentiri ſe ſciant, aſtu tamen contraria præ nouarum rerum ſtudio adſtruant: tum ſapientiæ uanæ aucupium, qui rerum utiliſſimarum ignari, contraria tamen uerbis aſſeuerant. Horum alterum Chryſippo Cnedio accidit, qui uenæ inciſionem ex omni medicinalium præſidiorum numero tollendam cenſuit. Secuti hunc ſunt ſui diſcipuli, & ipſi apud Græcos clari, Medius, & Ariſtogenes. His etiam magis Eraſiſtratus ad ſummos euectus honores, Chryſippi ſeruauit ſententiam. Poſt quē ipſius H diſcipuli, principio quidem præceptoris decreto inſiſtebant, ſed temporis ſucceſſu eorum ex numero quidam ab his deſecerunt, pudore affecti impudentiſſimo. Nam quid aliud in illos dicam, qui aſſerere ſuſtinent phlebotomiæ auxilium recipere Eraſiſtratum? tametſi nusquam in cōmentarijs ullo in morbo hoc conſulere conſpiciatur. Immo conſentaneum eſt, inquiunt, qui inediam tanquam euacuatoriū auxilium adhibeat, multo magis phlebotomiam admittere. At qui hæc afferunt, omnes ad ea tundendam eſſe uenam aiunt: ad quæ Eraſiſtratus cibo abſtinendum pręcepit. Cum ergo ille in opere de febribus ſcribat adhibendam morborum principijs inediam, ſequitur utiq; omnibus detrahendum eſſe ſanguinem, id quod ſane iſti etiam arbitrantur, illo utique in tempore. Verum maximum id malum fuerit; ſi ita faciendum adoleſcentibus artem diſcentibus perſuadeatur, multoq; etiam pernicioſius, ſi nō alia quoq;, quæ diſcernere conuenit, reſpiciant. Quocirca alio libro ea exponere neceſſe habui, quo uidelicet adoleſcentibus commonſtrarem & Eraſiſtratum uenæ ſectione haudquaquam uſum (id enim pręſtat eos credere, quàm omnibus uno ordine uenam incidere, quibus ille ciborum uſu interdicit) & maximum laborantibus inde prouenire commodum, ſiquis recte utatur. Itaq; aliud mihi denuo, mea quidem ſententia, de phlebotomia ſcribendum non fuit, cum nimirum remedij huius uſus quidem in medendi ſit methodo expoſitus, ſimulq; in opere de tuenda ualetudine: in duobus autem libellis, quorum

alter

A alter ad ipsum Erasistratum inscribitur, alter ad Romæ agentes Erasistratæos, prauas illius opiniones indicarim. Cum tamen precibus me suis obtundere non cessarent complures amicorum, quos piget, ut mihi uidetur, curandi librum perlegere: coactus tandem sum ad hæc scribenda descendere, ne scilicet inuidere illis uidear: mox uero serie conuenienti omnia quæ de hoc auxilio proferri possint, enarrare. Atq; adeo iam tempus est orationem ordiri.

Quid affectus, affectiove, & quibus ex libris petenda principia, quæ ad secandæ venæ viam ac rationem maxime faciunt. Cap. 3.

AFfectionis uocabulum, uelut alibi diximus, ab afficiendo dictum, æque atq; illud, de multis effertur rebus. Sed nunc recessus in statum præter naturam, qualescunq; ij fuerint affectiones siue affectus, toto hoc libro nominabimus. Quæremus autem omnium primum, quot, qualesq; hæ sint uacuationem poscentes: deinde quænam ex ijs uenam incidi postulent. Quoniam autem omnia quæ in quæstionem ueniunt, duo inuentionis organa obtinent, nempe rationem, & experientiam, idque cum in artibus omnibus, tum per omnem prope uitam: necesse esse arbitror, & nunc quoq; me aut ratione sola, aut sola experientia, aut iunctis ambobus, quæ proposita sunt scrutari. Porrò quoniam ratio ipsa partim ex communibus tantum notionibus progrediens inuenit & demonstrat, partim uero B etiam quæ ex istis inuenta sunt, ad demonstrationem adhibet, utraq; ratione omnes uti artes demonstrauimus: ac nos quoque in præsentia, utra earum utilis reperietur, eam rebus nostris accommodabimus. Sane priori ratione omnes per totam uitam homines uti assolent, altera uero non omnes: nam proprie ad artifices attinet. Etenim geometra primum artis suæ theorema per solam priorem rationem demonstrat, † [deinde in secundo non sola ea utitur, sed ad eius demonstrationem quod ex prima probatum est, unà adhibet.] Quantum uero deinceps a primo recedit theoremate, tantum etiam a prima ratione abscedit. Denique uero & paucissimis utitur, per ea quæ demonstrata sunt, alia demōstrans, & per illa rursum alia, & iterum per illa, alia, ut tandem demonstratio ad ea quæ plebi incredibilia sunt, procedat, nempe ad solis, lunæ, & terræ, non solum magnitudinum, sed & distantiarum cognitionem, Ex quibus tandem inuentis horologia construunt & clepsydras, qui hac uidelicet uia incedunt, lunæq; ac solis deliquia prædicunt. Sic nostra quoq; arte procedens oratio, multis utetur quæ in alijs operibus sunt demonstrata, puta quòd complures sunt facultates quæ animalia gubernāt, quarum alias naturales, alias animales appellamus. Generationis autem principia in rebus omnibus pro materia quatuor habent elementa, quæ per sese mutuo tota misceri, inque inuicem agere sunt nata. Quapropter nulla hoc libro Asclepiadis fiet mentio, ut cuius elementa falsa ostendimus & in decimo C tertio de demonstratione commentario, & in opere de Asclepiadis placitis, in quo quintus & sextus, elementorum eius confutationem continent. Demonstratum est etiam & in commentario de elementis ex Hippocratis sententia conscripto, de qualitatibus effectricibus, quarum nomina sunt, caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, & de humorum tum differentia, tum generatione. Porrò de medicamentis humorem unumquemq; purgantibus paucula quædam in libro de Elementis, sed separatim in alio libro tractauimus. Vtilis quoq; in rem præsentem tractatio de temperamentis est, elementorū sequens tractationem: uerum omnium maxime liber de plenitudine, in quo ostensa est & ut ad uires plenitudo, & ut ad capacitatem in qua continetur. Atq; hæc plenitudo a medicis κατὰ τὸ ἔγχυμα nuncupatur. Optimum ergo fuerit, ut qui scienter uolet expendere quæ hoc uolumine dicenda ueniunt, De plenitudine librum prius perlegat. Quæ uero & ille ante perlecta requiret, ipse indicabit. Nec uero mirum cuiquam uideri debet, si tantis sit opus ut probe de uena secanda contemplari liceat. Non enim ad huius modi auxilij inuentionem, sed & aliorum omnium, necessaria est eorum, quæ modo recitauimus, cognitio. Nam si citra illorum notitiam rectè curare possemus, haud esset cur ea tanti facerem us. Sed hæc præfari necesse fuit. Tempus autem nunc est orationem ordiri, considerando quot sint affectiones uacuatione indigentes. Ergo siquis eas experientia collectas exponat, sola opus est D ad explicationem memoria. At si uia rationali, commune & generale inueniat necesse est. Ex illius deinde in species differentiasque sectione usque ad species ultimas, affectuum numerus uacuationem indicantium, inuestigandus est. Sic enim constare uniuersa, quæ per rationalem uiam inuentionem sortiuntur, monstrabimus.

† ita etiā uertit ant. interpres: licet ex græc. cod. impressis ita uertendum esset, deinde sola secūda ratione utitur, assumit uero ad ipsius demonstrationem & id quod ex prima probatum fuit.

Quæ corporum affectiones uacuatione indigeant. Cap. 4.

IGitur cum artis medicæ officium sit, omnes partium corporis functiones, ubi corrumpuntur quidem, recuperare: tueri autem, ubi saluæ fuerint: hæq; ad constitutionem sequantur naturalem, necesse est hanc, dum præsens est, seruare, intereuntem uero recuperare. Cum ergo primarias actiones a similaribus corporibus perfici ostensum sit, ab instrumentarijs uero secundarias, uidendum est tibi, qui in corpore continentur humores, quam aut utilitatem aut noxam partibus eius afferant. Posteaquam igitur in libro de plenitudine demonstratum est bifariam & fieri & dici plenitudinem, nempe uno significato ut ad uires, altero ut ad continentium humores uasorum laxitatem, quod quidam uocant κατὰ τὸ ἔγχυμα, utrique uacuatione est opus, siue in homine ualetudinario, siue ualente euenerit. Sane quemadmodum qui onus gestat, non protinus ubi grauatur ac fatigatur, iam cecidit & uictus ab est: ad eundem modum ubi uirtus a plenitudine grauatur, fieri potest ut nondum homo ægrotet. Siqui dem nonnulli qui cōsueta etiamnū munia obeūt, sentire sese graues, pigros, segnes, atq; ægre mobiles referunt,

referunt, atq; ea est ut ad uirtutem plenitudo: uelut ubi post exercitia tendi uideantur, quemadmodū E
Erasistratus dixit: *Implentur brachia & cubitus: non exigua est ea alterius plenitudinis nota, quàm κατὰ τὸ ἔγχυμα uocari a quibusdam propofui, quandoquidem κατὰ τοὺς ἐγχυμένους, id est infusis per uasa humoribus, consistit, & intelligitur. Dictum autem est in libris de sanitate tuenda, ubi in toto corpore sensus prouenit ulcerosus, ac potissimum dum mouemur, talem affectum mali succi esse sobolem. Attamen id non paucis consuetas etiamdum res agentibus usu uenire conspicitur. Quandoq; autem & in partibus quibusdam corporis, non in tota mole, indicia existunt affectionum illis in partibus consistentium similium ijs quas in toto corpore consistere dictum nunc est. Nam caput aliquando solum grauati sentimus, aut ulcerosam quandam affectionem habere, aut musculos temporis, quos κροταφῖται nuncupant, intendi, idq; aut simpliciter, aut cum maiore quadam caliditate. Sic & in iecinore, liene, uentre, costis, septo transuerso, grauitatem sæpenumero percipimus. Similiter in ore uentriculi aut grauitatē, aut morsum, aut nauseam, aut ciborum fastidium, aut absurdum appetitum quandoq; sentiscimus. Ad hæc autem fixi in parte quapiam dolores, idq; aut ob humorum copiam confertim ingruentium, aut propter spiritum flatuosum, uacuationem indicant, sicut qui ab acri humore partem exedente rodenteq; proueniunt. Sunt autem qui ab intemperie nascantur, atq; inter eos ipsos quidam ab ea sola citra humores, alij uero cum humoribus. In omnibus itaq; istis modo propositis, infestantium tum humorum, tum uaporum euacuationes a pathematis, id est passionibus, hominem liberant. Non tamen una secta prorsum est opus, sed sufficit purgatio, frictio, balneum, & inunctio cum digerente medicamine. Ergo qui uc ia incisa iuuentur affectus, deinceps dicamus. F

*παρατείνεσθαι.

A.l.3.f.1.t.2. c.5.p.349.b.

Quo pacto Cor, & reliquæ corporis partes ab humoribus alterentur. Cap. 5.

NOn solum nutrimentum animantis partibus ex sanguine est, sed calor quoq; naturalis perseuerantiam ex sanguine obtinet: quemadmodum ex lignis comburi idoneis qui in foco est ignis, a quo ædes totas calescere conspicimus. Itaq; quemadmodum ignis hic offenditur, interim quidem congestis in eum confertim lignis, interim uero tametsi non multis, tamen admodum madentibus, nonnūquam aūt oīno non impositis, aut ualde exiguis: sic qui in corde est, calor, interdum seipso minor efficitur aut pp sanguinis copiam, aut pp ingentē inopiā, aut propter qualitatem frigidam: interim uero maior aut propter calidam sanguinis qualitatem, aut pp pauculam inopiam. Quicquid autē cor in caliditate frigiditateque perpetitur, eius protinus & aliæ corporis partes participes fiunt. Euenit autem & una in parte persæpe præter naturam tum caliditas, tum frigiditas, sicuti sæpenumero in alijs commentarijs demōstrauimus. Idq; duplici ratione prouenit, interim ob humores calidos, aut frigidos, interim uero ob solam intemperiem. Ceterum quæ membratim accidunt caliditates aut frigiditates, eas quæ G parti quidem affectæ uicinæ sunt, una alterant, at in totum extendi corpus priusquam cor mutent, nequeunt. Eundem in modum & cordis corpus duplici modo alterari ostensum est, aut per intemperiem, aut propter humores calidos uel frigidos, aut ob alicuius horum inopiam. Porrò humores calidos frigidosq; fieri demonstrauimus pro cibi potusq; modo, & ob pleniorem corporis animiq; tum motum, tum quietem. Ceterum quemadmodum in uentre frequenter prauæ fiunt coctiones, ijs quæ assumpta sunt, in pituitam aut bilem conuersis, aliamve præter naturam corruptionem perpessis, aut crudis, & alterationis expertibus plurimo tempore manentibus, & in flatum uersis: ita ubi sanguinis fraudamur generatione, humorum in arterijs uenisq; affectiones proportione respondebunt ijs quæ a frustrata in uentre concoctione proueniebant. Quoniam autem calida simul humidaq; omnia celerrime putrescere apparent, & præcipue si in locis calidis sint, consequitur necessario, quod ex uentre distribuitur nutrimentum, quando a natura non superatur, inq; sanguinis boni generationem non conuertitur, alias aliam perpeti putredinem. Atqui cum quæ ex materia calida putrescunt, calidiora etiam euadant, calidior quoq; erit proinde sanguis putrescens. Hic autem ubi calidior fuerit, calidior quoq; sensibiliter pars in qua putrescit, euadet. Porrò autem quoniam a notabiliter calidis, una quæ uicina sunt, incalescunt, una quoq; cum sic affectis partibus, quæ circunquaq; ulterius sunt, incalescent, idq; calore acri H ac mordaci. Eiusmodi.n. est qui a putredine proficiscitur. Ergo si pars quæ hoc pacto incaluit, insignis sit, & calorem suum in cor protendere ualeat, siue quòd uicina sit, siue quòd ex principalibus, siue quòd calida, una & ipsum accendet, ut quod natura calidissimum sit. Quod si semel illud accensum fuerit, facile totum ipsius iam corpus simul excalfiet, quemadmodum ab ingenti in foco flamma quæ illam cōtinet domus. Vocant autem id pathema Græci quidem πυρετόν, [Latini uero febrem.] Sed & nonnunquam priusquam putrescat ingens sanguinis uis in partem impetu decumbens, aut prorsum eam extinxit, ut actio interiret, aut certe non contemnendam noxam inflixit. Nam hoc pacto apoplexiæ proueniunt, multo nimirum sanguine in principium animantis confertim incumbente. Nam ubi in aliam partem præceps ruit, tumorem inibi præter naturam efficit. Ex hoc genere est phlegmone. At ubi crassior est, melancholiæ quæ magis naturam refert qui decubuit sanguis, scirrhosus tumor efficitur, sicut si pituitosior sit fluxio, laxus: in biliosa, erysipelas existit. Discriminata hæc ad unguem habes in ijs quæ modo recensuimus operibus. Nunc autem ut dixi, quæ sunt demonstrata, hypothesium loco, hoc in libro assumens, consentaneam illis secandæ uenæ rationem demonstro. Igitur cum plenitudo duplex sit (optimum enim fuerit hinc auspicari) & ea quæ ad uires refertur, facile in putredinem perueniat, atque etiam interdum in partes quasdam ingruens, inibi tumores præter naturam excitet: & altera quo-

que,

A que,quæ κατὰ τὸ ἔγχυμα appellatur,sæpe in partes decumbat,ac tumores creet,immo & apoplexias moliatur,uenarumq; ruptiones: eam celeriter euacuare tentandum, priusquàm magnum aliquod malum in homine admittat.Porrò fusissime expositum est in tuendæ ualetudinis uolumine, quo pacto utranq; affectionem & agnoscere & sanare oporteat,sicut ubi febris aut sanguinis reiectio præ plenitudine inuasit,aut apoplecticarum infirmitatum aliqua,quomodo & illas curare oporteat,in curandi methodo diximus.Quare de his plura conscribere superuacaneum censeo. Nam si perinde ut in illis tractatibus scripsi,ita & hic scribam,bis eadem de re uerba facere cogar, ac propterea in longum etiam sermonẽ extendere.Sin in compendium librum hunc contraham,duorum alterum subibo periculum, aut ut ob breuitatem obscurus fiam,aut distinctionem aliquam utilem prætercam. Verum quoniã haud mea uoluntate hunc aggressus sum librum, siquod dictorum peccatum eueniat, ipsi culpam ferent, quorum auctoritate hoc coactus sum onus suscipere: sicut si rectè atq; ex sententia accidat,utilisq; appareat,laudem illis omnem cedo.

Qui scopi in mente habendi,quibusve indicijs discernendi,vt sanguinem mittamus. Cap. 6.

RVrsus ergo orationi sumatur principium. Qui res consuetas adhuc factitãt,sed princeps illis pars aliqua aut totum corpus grauatur tenditurve,ijs necessaria est euacuatio.Porrò si ætate nec pue-B rili sint,nec senili, de secanda uena consilium inito,præ oculis habens principales hosce scopos, nempe plenitudinis tum quantitatem, tũ qualitatem & uirium robur atq; infirmitatem:deinde naturalem totius corporis habitum,tempusq; & regionem,uitamq; anteactam,tum an cibi potusq; copia,& præcipue affatim nutrientium,qui sic affectus est,sit usus:adhæc consuetudinem, & res præter consuetudinem actas,quosq; motus exercuerit,quas excretiones habuerit, aut præter solitum compescuerit: ad omnia autem hæc num gracilior aut crassior euaserit. Sane utriusque plenitudinis quantitas ex propriorum signorum magnitudine definietur.Quanto enim grauior sibi homo uidetur, tantum & plenitudinem,quo ad uires creuisse constat.Ad eundem modum quantum auctus fuerit tensionis sensus,tãtum & alteram inauctam plenitudinem,quam à quibusdam κατὰ τὸ ἔγχυμα, uocari diximus. At utriusq; plenitudinis qualitatem partim ex coloribus agnosces,(memor colorem humorum esse,siquidem modice a calore frigoreque externo affectum totum corpus fuerit:) partim ex ijs quæ humorum naturæ coniuncta sunt. Etenim calidiores,calidior totius corporis sensus sequitur, frigidiores uero frigidior: tum eos qui in uenis quidem aceruantur humores,uasorumq; distensio: qui ueto in carne,sensus in ea aut grauitatis,aut tensionis,sicut certe & caliditatis.Porrò dispensantium nos facultatum infirmitatem ac robur proprijs indicari functionibus ostendimus: arbitrarijs quidem, ea quæ in neruis,&
C horum principio cerebro:pulsatiuis autem,ea quæ in arterijs & corde:at a functione quæ in bona editur nutritione,aut nutritione abolita,tum colore bono aut malo,tertia facultas, nempe nutrix,quam a

A.l.1.l.4.c.10.p.146.e.

iecore proficisci demonstrauimus, agnitionem sortita est. Vbi ergo extantibus plenitudinis signis ualentes facultates fuerint,uenam incides uidelicet, si tensiua quidem sit affectio, nullo discrimine,magisq; etiam in phlegmonode.Sin infesta sit degrauans plenitudo,haud semper sanguinis molienda detractio est.Fieri enim potest,ut crudus per corpus collectus sit succus. In quo aduertendum diligenter est,quatenus ualeat robustaq; sit uirtus,†[& quatenus humor ipse sit frigidus.]Nam exoluta ab id genus affectibus uirtus,adhibita sanguinis missione,in extremum malum recidere solet, ut nequaquã postea restitui possit. Quod ubi euenit, periculum non leue consequitur, potissimum si febris accedat statu æstiuo,stomachoq; male affecto,aut toto adeo corpore natura molli,& tẽperie humido. Eiusmodi enim hominibus multa accidit per halitum digestio,repentinaq; syncopa, etiam si febris haud magna inuadat.Si uero horum nihil sit, ceterum hyems fuerit, regiove natura frigida, tum natura quoq; hominis frigidior,ijs per sanguinis missionem & totum corpus grauiter refrigeratur, & accidunt non nulla quæ ad grauem sequuntur refrigerationem,symptomata.Quo circa qui sic affecti sunt, eos sanguinis missione uacuare non conuenit, sed frictionibus, mediocriterque excalfacientibus unctioni-
D bus,tum potionibus humorum crassitudinem incidentibus,ac modice calfacientibus. Nam quæ ualenter calfaciunt,nimis subito uires deijciunt,ut in reliquam curationem non sufficiant,sæpe etiam febrẽ auxere:itaq; & inde uiribus noxa obuenit. Quapropter humorum incidentes crassitudinem tum cibi, tum potus mediocris sunto in excalfaciendo facultatis.

† Gr. μέχρι ὅσον αὐτὸς ὁ χυμὸς ψυχρὸς ᾖ, i. & quantum humoris ipsius genitũ sit. Antiqui tamen codices habẽt ψυκτέος ut hic & antiquus interpres transtulit.

Quibus morbis præcauendis veris tempore uel uena sectio uel purgatio conueniat. Cap. 7

POrrò qui sanguine ex pectore reiecto in præsens quidem curati, ceterum eam sortiti sunt corporis structuram in thoracis, pulmonisq; partibus, ut uel pauculo plus collecto sanguine protinus aut uasis alicuius osculum reseretur, aut ipsum rumpatur:ijs etiamsi nullum in corpore etiandum symptoma extiterit,ineunte tamen uere sanguinem mittere oportet: similiter qui prompte morbum comitialem,aut apoplexiam incurrunt. Ad eundem modum,si aliorum morborum cuipiam obnoxium esse hominem cognorimus,puta peripneumoniæ,pleuritidi,anginæ,committendum non est, ut expectemus dum aliquod euidẽs plenitudinis symptoma appareat, sed anteuertere sanguinis detractione præstat. Eodem modo quibus,hæmorrhoides retentę sunt,potissimum si natura sint atrabilaria, quiq; quotannis æstate plethoricis morbis corripi assolent, & hos quoque ueris initio uacuare expedit. Eadem ratione & qui ipso etiam uere illiusmodi malis uexantur. Sunt autem quidam oculis imbecillioribus, aut

A.l.1.l.4.c.10.d.

A.l.1.f.p.d.9. et p.218.e.f.

aut ſcotomaticis quas uocant,hoc eſt uertiginoſis obnoxij paſſionibus, qui & ipſi principio ueris inani E
ri poſcunt.Sed illud prius uidendum quid ſit quod in illis aceruetur.Siquidem nonnullis amaræ bilis ſuccus plus ceteris colligitur, quibuſdam bilis atræ, aut pituitæ, alijs ex æquo omnes, in quibus ſanguis abundare dicitur.Hos ergo omnes uacuabis,ſicuti etiam podagricos & arthriticos ueris principio,exhibito uidelicet aut medicamento purgante,aut ſanguinis diminutione. Equidem complures A.l.1.ſ.4.c.10 p.145.d.
ipſe ſanaui,qui tribus quatuorve annis per interualla pedum laboraſſent doloribus,exundante humore ueris initio expurgato, aut ſanguine diminuto.Ceterum id neminem latere puto,illos in omni deinceps uictus uitæq; ratione agere moderatos.Nam intemperantes,uinoſoſq;, ac uentri gulæq; deditos neq; purgatione,neq; ſanguinis miſſione magnopere adiuueris. Nam per uitæ intemperantiam, crudorum humorum copiam ocyſſime colligunt.uerum his ne manum quidem admouere tentandum eſt. Eis uero qui præceptis ſalutaribus obſequentur,ſummopere profueris, ſi principio ueris primum quidem euacuaris:deinde autem ad exercitia,uictusq; rationem ſalubrem deinceps perduxeris. Quæ de iſtis dixi, hęc tibi dicta putato, & de omnibus qui quibuſuis capi morbis ſunt apti ex ijs quos modo enumerabam, nempe aut comitiali, aut apoplexia, aut uertigine, aut ſanguinis reiectione, aut melancholicis.

Nonnunquam abſq; plenitudinis indicijs ſanguinem mitti oportere,ac de ortu eorum affectuum qui Rheumatici uocantur. Cap. 8 F

POrrò non ſolum ubi adeſt plenitudo,ſiue ea ut ad uires ſit,ſiue ut κατὰ τὸ ἔγχυμα,mirifice prodeſt uenæ ſectio:uerum etiam citra plenitudinem initio phlegmones,quæ aut propter ictum, aut propter dolorem,aut partium debilitatem prouenit:quippe cum dolor ſanguinem ad ſe trahat, & ſępe partium debilitas phlegmonem,abſq; ut in corpore plenitudo ſit,procreet.Oſtenſum eſt enim in uirtutum naturalium commentarijs,infirmam natura partem prompte grauari,ſi uel paulo modo plus aceruetur in ea excrementi:quinetiam quòd pars quælibet uim poſſideat ſicut familiarium attractricem, ita quoq; alienorum excretricem:tum quod duplex ſit alienum,alterum quantitate, alterum qualitate.Itaq; partem quamuis,quæ licet ab humoribus in ſe contentis non grauetur, tamen excrementa quædam habeat in qualitate præter naturam, ad eorum excretionem per uenas inibi ſitas tanquam per canales inſurgere.Porrò ſi quod propellitur prauus ſit ſanguis,ſiue alius quiuis ſuccus, ad propinquam primũ ueniat partem neceſſe eſt.Vbi rurſum duorum alterum eueniet:aut enim concoctus corruptusve in aliam tertiam haud transfluet,aut ſi neutrum aſſequatur, denuo ex parte ſecunda in aliam labetur, atq; iterũ ex illa in aliam:neque ceſſabit quoad in talem quampiam illabatur,quæ amplius ex ſe propellere quod in ipſa redundat,nequeat.Accidit autem id illis partibus, quæ uim excretricem uicinis omnibus imbecil G
liorem obtinent.Siquidem haud etiam in illas quæ præ uirium robore non admittant, repellere quod moleſtum eſt ualent. Nam & hoc quoque nobis in illis monſtratum eſt commentarijs, quòd non ſolũ pars quælibet recrementum in uicinam protrudat,uerum quòd & recipiat quidem, ſed contra ſæpe remittat,& contra repellat,in ſeſe haud admittẽs: quo in certamine uictoria potitur ualidior. Quapropter partes infirmiores omnium primæ excrementitijs morbis corripiuntur. Huiuſmodi quapiam ratione rheumaticos uocatos affectus prouenire ſcito,toto uidelicet corpore infirmo (quæ una eſt mali habitus ſpecies)principibus uero illius partibus,paulum,licet inſit ipſis ſanguinis, grauari tamen ſolitis,eumq; ad carnoſas cutis partes protrudentibus,potiſſimumq; ad adenas excipiẽdis recremẽtis idoneos,tum ob ſubſtantiæ laxitatem,tum quia omnium partium minime robuſtas habeant naturales uirtutes,ſicut & pinguedo.Nam cum quatuor eæ ſint,ut oſtenſum eſt,prima attractrix, ſecunda retentrix, tertia excretrix,& quarta alteratrix,alias quidem tres imbecillimas, adenes carnesq; obtinent:at unã alteratricem haud ita multo ceteris partibus minorem. Poſt adenes ſequitur pulmo,fluxioni recipiendæ promptiſſimus.Nam & hic tres facultates infirmas poſſidet, & corpus ipſum laxum.Deinde eſt liẽ. Porrò cerebrum aut perinde ut illi,aut etiam plus excipiendo fluxui eſt habile. Ceterum hoc illis potius eſt, quòd conſtructionem habeat eijciendis ijs quæ accepit promptiſſimam. habet enim ingentes H
uentriculos,qui pronis meatibus euacuantur.Quibus ergo carnoſo genere pulmo,lien, ac cerebrum, natura robuſtiora ſunt, in ijs ad adenas & carnes fluxiones perueniunt, ubi totus nimirum habitus infirmus fuerit,uelut in rheumaticis affectibus accidere ſolet. Merito ergo his curandis ſcopus eſt, non euacuatio, ſed corporis totius roboratio, quanquam tamen curationis initium illis à miſſo oriatur ſanguine,ac ſi excrementa prauam etiam qualitatem habuerint,una adhibeatur purgatio. In quibus maxime corporibus neutrius proprium expectandum plenitudinis ſymptoma eſt, puta grauitas quidẽ eius, quæ ut ad uires eſt, tenſio uero eius quæ ut κατὰ τὸ ἔγχυμα. Eadem ratione in ijs quibus pars quæpiam grauiter icta eſt,aut utcunq; aliter incipientem habet phlegmonem: eam ſi magnam fore ſuſpicamur, curationem ab inanitione auſpicamur,aut purgatorio medicamine exhibito,aut uena inciſa,prout nimirum alterum altero magis conuenire iudicamus.

Inter ſcopos ſanguinis detrahendi quinam ipſam detractionem,qui ipſius quantitatem dicantur indicare. Cap. 9.

† REcte ergo admonemur in ijs, qui exempli cauſa in libro de ratione uictus acutorum proponuntur,ſanguinẽ mittere,ſi magnus ſit morbus,& æger florenti ſit ætate,roburq; adſit. Perperamq; Menodotus in ſola ſyndrome plethorica ſeruari uenæ ſectionem inquit. Contra enim prorſum ſangui

†Ego ita uerterem. Recte ergo admonemur i iis qui

nis

adiecta ſunt libro de uictus rõne acutorũ ſanguinẽ &c. & ita ẽt ter inferius in hoc capite. legerẽ enim græce ἐν τοῖς προκειμένοις τῷ περὶ διαίτης ὀξέων, ut ſemel ẽt inferius uiſus ẽ legiſſe Nicolaus Calaber. Dicebat. eñ Galenus i eodem quarto libro de uictus rõne in morbis acutis eũ librum ẽt Eraſiſtrati temporibus germanũ Hippocratis libro adiũctum fuiſſe.

A nis mittendi ſcopi, primum in ſe plenitudinem non comprehendunt, ſed ſicnris, [ut ſic dicam,] paſſionis ſuſpicionem. Nam ſi eam magnam fore apparet, omnino ſanguinem mittemus, etiãſi nulla exiſtat plenitudinis nota, tantum inſpecta ætate, uiribus, & regione, quæ ſola in *propoſitis de ratione uictus recenſeri conſpiciuntur. Vigentes enim ætate, propter pueros & ſenes in diſtinctionem aſſumpſit. Ceterum primi principesq; mittendi ſanguinis ſcopi ſunt, morbi magnitudo, & laborantis robur, & hanc eſſe primam dicendum eſt ſyndromen, non plethoricam, in qua ſeruata ſit ſanguinis miſſio. in illa.n.& hæc comprehenditur, ut quæ morbi magnitudinem adaugeat. Quippe non ſolũ ubi iam adſit morbus grauis, ſanguinis detrahendi tempus eſt, ſed ubi futurum uerisimile eſt. Anteuertit enim Hippocratis doctrina, qua nos docet quæcunq; morbis præſentibus recte peraguntur, aut incipientibus, aut imminentibus præuertenda. Quare & propoſitos ſcopos ad ſanos transferre liceat. Siquidem & his ſanguinem mittere expedit, ubi nimirũ magni alicuius morbi metus imminet, ratione habita & ætatis, & uirium. Nam ſiquis ut magnum incurrat morbum ſit habilis, licet nullum etiam in corpore ſymptoma acciderit: uenam tamen ſecandam cenſemus. Satis eſt enim ætatẽ & uires inſpexiſſe. Itaq; tria ſunt quæ agnitionem continent, morbi magnitudo aut præſens, aut imminens: ætas florens, & uiriũ robur. Forte uero negligentius in *propoſitis in libro de uictus ratione acutorum, expoſita uideri poſſit una ætatis

B tis particula. Nec enim florentem duntaxat dixiſſe recte habet, ſed addenda eſt & quæ illam præcedit, & quæ ſequitur, uti uidelicet duæ tantum diſtinctioni eximantur, nempe puerorum, & ſenum. Verum ſenum ætas in uirium uerbo comprehendi poteſt: nulli enim qui ea ætate eſt, robur ineſt. Quibuſdam uero medicis ne pueris quidem robur ineſſe uiſum eſt, ſed perperam rem intelligẽtibus, ſicut alibi nos oſtendimus. Itaq; ſi magnum fore morbum expectamus, aut iam præſens eſt, aut incipit, uenam tundemus, uirium habita ratione, tantumq; ex oratione exemptis pueris: dicemuſq; minus perfecte poſitam ætatis dignotionem ab eo qui *propoſitos conſcripſit in libro de uictus ratione acutorum. Satis enim ſunt ad incidendam uenam hi duntaxat ſcopi. Neq; enim ubi tanta crudorum humorum copia accumulata eſt, ut ſecandam uenam prohibeat, ratio redarguitur. nam iſtis uirium robur non adeſt. Eſtque hoc indicium eos haud poſſe ſanguinis miſſionem perferre, quando unà cum colore corporis totius, qui exciderit ab indicando ſanguinem abundare, pulſus adeſt in uehementia & magnitudine inæqualis, exuperantibus per ipſius inæqualitatem, imbecillibus & paruis. Definitis itaq; tribus mittendi ſanguinis ſcopis, nempe morbi magnitudine aut præſente, aut imminente, aut incipiente: ætate florente, uirium robore, extra puerorum ætatem, ad alia antedicta mittendi ſanguinis indicia, quæ non pauci adijcienda medici cenſuerunt, nunc accedamus. Coindicant autem hæc detractionis quanrita-

A.l.1.ſ.4.c.10.p.145.d

A. ibidem.

Cu̅ copia crudor̅ humor̅ uir̅ robur non adeſt

C tem, non ipſam ſanguinis detractionem. Itaq; ex morbo, ætate, & uiribus minuendus eſſe ſanguis cognoſcitur. At uacuationis quantitas non ex iſtis modo, ſed ex alijs deprehenditur. Ea ſunt, plethorica uocata ſyndrome, aeris nos ambientis temperies, in tempus & locum diuiſa, eaq; quæ in antecacta acciderunt uita circa comeſorum tum quantitatem, tum qualitatem excretioneſq; ac motiones, aut factas, aut non factas. Sed quæ nam ſit in his diuerſitas, paulo poſt uiderimus.

De ratione uacuandi eos, qui cum plenitudinis indicijs ſanas obeunt actiones. Cap. 10.

IN præſenti autem de utriuſq; plenitudinis notis contemplabimur, an ubi eæ in homine ſolita negocia obeunte apparuerint, mittendus illi omnino ſanguis ſit: an id neceſſarium non ſit, ubi nulla magni affuerit morbi expectatio. Porrò quid hac de re ſentiam, neminem ueſtrum ambigere arbitror, ut qui ſępe affueritis ſanguinis miſſionem: ſuadenti, tum podagricis, tum arthriticis, tum epilepticis, ad hæc melancholicis, quiq; ſanguinem antea expuiſſent, aut in thorace ſtructuram ſortiti eſſent ad id malum idoneam, præterea uertiginoſis, quiq; aſſidue corripi ſolent angina, peripneumonia, pleuritidibus, hepatidibus, ophthalmijs uehementibus, aut, ut in ſumma dicam, magno quopiam morbo. Nam in illiuſmodi omnibus neceſſarium eſſe remedium ſanguinis minutionem arbitror: confeſtim adhibitã poſt

A. ibidem. habitam uirium atq; ætatis rationem. Hæc enim ſi forte aliquando non dicantur, ſubintelligere opor-

D tet, At qui nihil eiuſmodi unquam antea perpeſſi fuerint, omniumq; corporis partium inculpatam ſortiti conſtructionem, geminam me uacuationis uiam proponere noſtis: per uenæ ſectionem quidem, ſi in uictu ſint intemperantes: citra hanc, ſi temperantes. Licet.n. frictionibus multis, balneiſq;, & ambulationibus, alijſq; motionibus, ad hæc unctionibus digerentibus celeriter plenitudinem exhaurire, ſi utique uidebitur non eſſe craſſi ſanguinis abundantia. talis eſt ut plurimum maxime melancholica, raro uero crudorum quos uocant humorum. Ceterum in redundantia humoris melancholici ſanguinẽ mittere præſtat, aut certe omnino medicamento uti atram bilem expurgante. At ubi crudi ſucci exuperant, antequam morbus inuaſerit, caute uacuabis: ſed ubi iam febris corripuerit, uti ante monui, nequaquam. Habebis uero eorum indicium tum colorem plumbeum, aut ex pallido album, omniaq; potius quàm rubrum, tum pulſuum inæqualitatem. Si uero etiam admodum creuerit talis plenitudo, tum & corporis illis grauitas ineſt, atq; ad motus pigritia, tum mentis tarditas, & ſenſus hebetudo. Contra uero ſi quibus ex compreſſis hæmorrhoidibus cumulatus in corpore ſanguis extiterit, audacter uenam incides, etiamſi antea grauem experti morbum non fuerint. Fieri enim poteſt, ut apti quidem ad eiuſmodi aliquem fuerint, ceterum ob inanitionem quæ ex hæmorrhoidibus fit nondum perpeſſi. Porrò ſi quæ illis partes prauam ſortitæ ſtructuram appareant, ac potiſſimum in thorace omnino eis ocyſſime ſanguinem detrahes.

De ratione euacuandarum mulierum, quibus menſtrua ſuppreſſa ſunt, ac quòd ſanguinis miſſio reuellendi gratia inanitis etiam corporibus adhibetur. Cap. 11. E

IDem me ſentire nouiſtis & de mulieribus, quibus menſtrua reſtitit purgatio. Neque enim profecto proroganda in his euacuatio eſt, non tamen neceſſe eſt illis uenā ſcindere: quippe cum malleolorū ſcarificationes ſuperfluitati quandoque euacuādæ ſatis eſſe queant: †quāquam nec deſit & aliud quippiam, quod menſium motum ciere poſſit, ſicut in malleolis ac poplitibus inciſæ uenæ. Nam plenitudines a ſuppreſſis menſibus ortas, omnino per crura euacuabis, ſiue uenam ſecare oporteat, ſiue ſcarificare. Sectæ enim in cubito uenæ mulierum reuellere purgationem aſſolent. Porrò quæ ex mulieribus albidiores ſunt, ſanguinem aceruare tenuem ſolent. Quocirca adhibitis malleolorum ſcarificationib' maxime iuuantur. At quæ nigriores ſunt, ſecta uena curato. Craſſiorem enim ſanguinem, ac magis melancholicum colligunt, magis uero etiamſi magnas habere uenas appareant, quod illis accidit quę graciliores ſunt ac nigriores. Carnoſis uero & candidis paruæ inſunt uenæ, quibus malleolos ſcarificare, quàm uenam ſecare præſtiterit: quippe cum hæ paruas in cruribus uenas habeant. Itaque etiam ſi probe ſecentur, quod iuſtum tamen ſit, non profluat. Ceterum non contemnenda uenæ ſectio eſt, tanquā non ſit auxilium reuulſorium, cum me ſæpenumero conſpexeritis in ualida ſanguinis e naribus eruptione eo uſum repente fluxionem ſedaſſe. Expedit autem, uti uidiſtis, non eo uſq; ſanguinem educe- F re, dum ad extremum uires ducantur, ſed quoad quod ſymmetrū, moderatumque ſit, eductum uideatur, prorumpentiſque ſanguinis impetus nondum flacceſcat, ſed ualidus permaneat: ſecare in cubito uenam, ſi ex dextra nare prorumpat ſanguis in brachio dextro: ſin ex altera, in ſiniſtro. Simul autē cum hoc agis, artubus uincula inijcito aut ex lana, aut ex canabe, tum hypochondrio directe ſuppoſito cucurbitam admittito. Nam hæc nos faciendo, ut icitis, ſemper erumpentem ex naribus ſanguinē compeſcuimus, cum antea experiundo quæ ſcribunt in nares inſerenda medicamenta, atque in frontem illinenda, infirma omnia compererim. Itaque ad ea quæ ſupra de ſanguinis miſſione dicta ſunt, & hoc quoque Menodoti opinionem conuincit: qui putarit plethoricam uocatam ſyndromen remedij nos admonere. Nam quæ dicta eſt affectio, plethoricæ plane contraria eſt. Adhibemus autem ad eam ſanguinis miſſionem, non ut euacuatorium, ſed ut reuulſorium remedium.

†Alias ex antiquis clari', quæ & alioqui hoc etiā habent, quod menſium uacuationē ciere poſſunt, ſicuti etiam in malleolis &c.

A.l.1.f.4.c.21 p.151.b

A.l.1.f.4.c.3. p.137.a.

Quod melius ſuccedat partita ſanguinis detractio, quando ſemel confeſtim, uel ad animi deliquium uſque uacuandum. Cap. 12.

NIhil æque artem medicam in agendo coniecturalem efficit, uti cuiuſque remedij quantitas. Et- G enim cum ſtequenter compertum habeamus tempus inſtare exhibendi aut cibi, aut potus, eiuſque aut calidi, aut frigidi: quantū tamen dandum ſit, certo haud nouimus. Idem uſuuenit in purgantibus medicinis. Nam quod laboranti præbendum ſit medicamen, aut bilem, tum flauā, tum atram, aut pituitam, aut ſeroſum excrementum euacuans, exacte nouimus; ceterum quantum præberi debeat, neſcimus. Atqui talis exhibitio corrigi poſtea nequit. Nam quod ſemel in uentrem deuoratū eſt medicamentum, quo minus omne deuoratum ſit, fieri nō pōt, neq; poſſibile eſt, ubi plus quàm conueniat, iam purgetur homo, partem oblati auferre. At in ſanguinis miſſiōe ſummū id bonum eſt, euacuationē dum uoles poſſe ſiſtere, ac rurſum quo uideatur tempore, fluere ſinere, quoaduſque recte habere appareat. Quapropter præſtat, niſi quid urgeat, priori miſſione detrahere, iterumque eam repetere, immo ſi lubet, & tertio. Vbi ergo multa euacuatione eſt opus, uerum uires ſunt imbecilliores, in his euacuationem partiri expedit, uti nimirum & me feciſſe uidiſtis in ijs, quibus crudorum inerat humorum copia. Nam pauculo ſanguine detracto, protinus melicratum exhibeo probe coctum non incidentium medicaminū quopiā, uelut hyſſopo, origano & interim etiam nepita, aut pulegio, aut certe cū melicrato oxymele, aut oxyglycy, ac ſic rurſum ſanguinem minuo, uel ipſo eodem nonnunquam die: interdum die poſtero, in quo rurſum exhibito propoſitorum medicamentorum quopiam, iterum de ſanguine quid H aufero, ac rurſum tertio die ſimiliter bis. Ceterum ubi feruefcentis ineſt ſanguinis plenitudo, acutiſſimam accendens febrem, ſubito ac ſimul euacuare expedit, eamque inanite tentandum, uel ad animi deliquium uſq; uirium modo inſpecto robore. Itaq; memini quibuſdam ſex detractas protinus cotylas aut poſtridie, aut tertio quattoue: quibuſdam primo etiam die, cum febris principio noctis cœpiſſet, aut medio, ac quæ pridie comederant, probe fuiſſent concocta. Nonnullis autem pridie inæqualitatem, aut *ſudorem, aut capitis alteriuſue alicuius partis dolorem ſe ſentire quęrentibus, ac proinde parce eſitantibus, ubi febris præcedente inuaſiſſet nocte, primo etiam die me ſanguinem detraxiſſe meminі. Nam in quibus tibi ſanguinis feruentis copia apparet, quàm ocyſſime eum uacuare conator, pri' quàm in principem aliquam partem ingruat. Quamobrem nec per noctem ſanguinem aliquando mittere uerearis. Siquidem ridiculū eſt, quod quidam factitant a ſecunda diei hora ad quintam aut ſextam ſolummodo ſanguinem mittentes haud alio quouis tempore: quos ſi non clyſteres, cibū, aliaque exhibere remedia quocunque tempore noctis uidiſſem, grauiter profecto in illos inueherer. Quoniā uero omnia agunt haud præfinito uno horarum numero omnibus morbis cōi, ſed ut affectus moneat, in ſola autem miſſione ſanguinis dictum modo tempus ſemper obſeruant, tolerabilis eſt illorū error. Sic itaq; affectis ægrotis, ut diximus, expedit aduſq; animi defectū ſanguinem educere. Noui enim ex ijs quoſdam

A.l.1.f.4.c.20 p.145.e

Alias βάρος. i. grauitatem ut ita legaſ, aut grauitatē, aut dolorem capitis alteriuſue.

A quosdam necessario ex animi deliquio refrigeratos, ac toto corpore affluentibus madoribus & aluo rupta, celerrime morbo liberatos. Vtile est autem pulsuum diminutionibus animum aduertere, tangendo eos sanguine etiamnum fluente, sicut in alijs omnibus dum sanguis mittitur, facere consueui, ne uidelicet nobis nec opinantibus pro animi deliquio mors occupet, quod sane tribus euenisse medicis noui. Venam secabat eorum unus mulieri febricitanti, aliorum uterq; uiro, sed ad tantum animi duxere deliquium, ut uires recuperari non possent. Proinde satius est tam copiosa uacuatione abstinere, nisi magna incumbat necessitas. Quin & reuulsionem, nō leue & ipsam auxilium, quodq; sæpe secta adhibetur uena, quanto maiorem in numerum particulares auxeris detractiones, tanto efficaciorem effeceris Hæc itaq; prænouisse præstabat.

Quæ præuidenda ante uenæ sectionem, ut tuto sanguinem mittamus. Cap. 13.

RVrsum autem a principio ad propositam reuersi speculationem, exponamus quæ summe necessaria esse compertum habemus ijs, qui innoxie uenæ sectiones obire semper uolent. Primum omnium scire conuenit, dum propositi scopi huius præsidij augentur, maiorem indicari euacuationem: dū uero exoluuntur, tantum detrahendum de sanguinis missione, quanto illi minores euaserint. Morbi itaq; magnitudo cum uirium robore, primi erāt mittendi sanguinis scopi. ille quidem quæ faciēda sunt
B indicans, hic tanquam illum haud prohibens, id quod contra indicare iuniorum medicorum quidam appellant. Nonnunquam enim affectio mittendum sanguinem commonet, ceterum uirium contra robur prohibet. Quibus ambobus scopis præsentibus, constat, ut ante diximus, nullam esse crudorum humorū tantā talemq; plenitudinē, quæ hoc inbibere auxiliū possit. Deinde considerādum q̄ sit naturalis hominis tēperies. Nā quib⁹ amplæ sunt uenæ, quiq; modice graciles sunt, nec cādidi, neq; tenera carne præditi, copiosi⁹ euacuabis: cōtrarios aūt parcius: quippe qui exiguū hn̄t sanguinis, carnéque facile trā-
A.l.14.c.10 p.46.F. spirabilem. Hac ratione nec pueris uenam tundes usque ad quartumdecimum ætatis annum, post quē si multus congestus sanguis appareat, tempusque anni uernum fuerit, regioque natura temperata, & pueri natura bene sanguinea, sanguinem minues, multoque magis si aut peripneumoniæ, aut anginæ, aut pleuritidis, aut alterius acuti, grauisque morbi periculum incumbat. Detrahes autem primum, ut summum ad cotylā usq;. Quod si postea perpendenti uires, permanere ualidæ uideantur, dimidium, eius adijcies, reiterata missione. Didicisti autem uehementi pulsui cum æquabilitate, tanquam minime fallaci uirium robustarum signo fidem habere, ex abundanti autem & magno. Itaq; & septuagenarijs, modo dicti adsint pulsus, si affectus iubeat, uenam secabis. Sunt enim quidam & in hac ætate multi sanguinis uiresque habent robustas, sicut alij sicci, & pauci sanguinis, & facile *arescentes quauis percussa
*al. nigrescentes.
C parte. Itaq; non numero annorum solummodo animum aduertes, quod quidam faciunt, sed & corporis habitui. Nam sunt qui sexagesimo ætatis anno uenæ sectionem non ferant, cum quidam qui septuaginta nati sunt annos, perferant. Verumtamen minus his utiq; detrahes, etiam si eandē habere affectionem, quàm florens corpus, appareant.

Quibus indicijs uacuandi sanguinis mensuram discernamus. Cap. 14.

OPtimum autem fuerit, priusquam aperiatur uena, hæc oīa considerare, & maxime de hæmorrhoidibus suppressis, aut muliebri purgatione. Vbi uero incisa uena sanguis effluit, mutationi eius, & maxime cum adest iam phlegmone, labascentique fluxionis robori, potissimum autem pulsuum mutationi, tanquā indicio haudquaquā mēdaci, animus diligēter attendēdus est, continuoq; quiescendum pulsu alterascente aut in magnitudine, aut in quauis inæquabilitate. Nam de mutatione in imbecillitatem, quid attinet dicere? Didicisti enim in hac qualitate certam fieri discretionē firmarū, infirmarumque uiriū. In quibus aūt iuxta sectam uenam phlegmone est ingens, optimū est sanguinis & in colore, & in consistentia mutationem expectare, sicut indicauit Hippocrates in libro de acutorum uictu, quan-
A. ibidem. c. 41 e.
D do de pleuritide uerba facit. Alius enim est qui in phlegmone est sanguis, ab eo qui secundum naturā, utpote plus excalfactus. Nam si antea crudior erat, rubrior modo & flauior efficitur: sin eiusmodi prius fuerat, ad atredinem uergit adustione. Proinde Hippocrates de pleuriticis hunc in modum scripsit: Secanda uero in cubito uena interna, nec uerearis multum detrahere, donec rubrior flauiorq; multo fluat aut pro puro, & rubro liuidus, utrunq; .n. euenit. Siquidē signū cōstituit assumpti in sectā uenā ex phlegmone sanguinis, mutationem in eo apparere. Non tamen omni ex parte expectanda est, sed est quando antequam fiat mutatio, cessare cōueniat, idq; duplici nomine, ob infirmas uidelicet uires, aut phlegmones malignitatem. Interdum .n. nihil ab ea emittitur, sed inibi fortiter cōstrictus est. Si tamen uires exolui euacuatione nondum uideantur (id quod ex pulsu scies, & si cui sanguis mittitur, ætate sit florenti) expectanda est, mutatio potissimum si ambiens sit tēperatus. Duo .n. hæc sunt, ob quæ maxime cōiecturalis efficitur euacuationis in hoc auxilio quantitas, laborantis natura qualis sit, quam utique ad amussim nouisse non liceat, & ambientis temperies qualis sit a misso sanguine futura. Nam cum febrilis calor multum sanguinis digerit, atq; abstinenter laborans uictitat, necessario breui illum nutrimentum ex sanguine destituit, interimq; uirtus exoluitur. Absumitur autem ob laborantis quidem temperiem si calida humidaq; sit, cuiusmodi est puerorum, ob ambiētem uero si regio sit calida, & tēpus æstiuum. Proinde minus detrahimus, quàm plenitudo commonet: quod ad ætates quidē attinet, in pueris:

quod ad corporis habitus, in candidis, & quibus mollis teneraque est caro, quales Galli sunt: quod ad tempus, sub Cane. similiter etiam in regionibus & constitutionibus. Alia uero ratione, ut & ante propositum est, in contrarijs, hoc est in frigidis tum temporibus, tum locis, largam euacuationẽ fugimus, propter insequentem nimirum refrigerationem. Quapropter unum definire in quoque dictorum uacuationis modũ scripto nõ licet. Memini enim quibusdam ad sex usq; libras sanguinẽ detractũ fuisse, ita ut febris protinus extingueretur, nec ulla sequeretur uiriũ afflictio: quibusdã uero sesquilibrã haud citra leue saltẽ uiriũ detrimentũ, quibus siquis duas uacuasset, extreme læsisset. Quapropter utiliter q-busdã unã quoq; detraxi aliquãdo, immo uero nonnunquã hac quoq; minus, idq; ex uena aut cubiti, aut poplitis, aut tali. Nã ex venis quæ ad magnos oculorũ angulos cõspiciuntur, aut sub lingua, quod certe mentione dignum sit, effluere nõ solet: sicut nec siquis summa in manu aut pede uenã secet, quẽadmodum putant, qui lienem curari aiunt a uenæ ad secundum paruum digitum sitæ sectione, de qua fusius deinceps differetur. E

Aui. ibid. 148.

Quòd natura euacuatione e directo soleat affectus omnes persanare. Cap. 15.

QVæcunque igitur de hoc scemmate, siue speculatione, a medicis dicta sunt, ea si scribere aggrediar, opus erit libro ijs singillatim dicato, eoque ingenti. Ceterum quemadmodum in alijs, quæ hactenus definita sunt, effeci, ut scilicet & mentem meam uobis exponerem, qui eam a rebus F ipsis probari uidistis. idem nunc quoque faciam, sumpto initio ab ijs quæ quotidie in laborantibus uidentur: quæ quidem Hippocrates diligenter obseruata, memoriæ prodidit. Est uero eorum unum primariumque caput, hoc scilicet: Quibuscunque κατ' ἴξιν eruptio sanguinis accidit, summum id commodum laborantibus affert. (Hoc autem κατ' ἴξιν quod in rectum intelligatur, omnibus confessum est, cũ clarissime sæpenumero hac uoce κατ' ἴξιν in hoc utatur significaro.) Quibus uero contra euenit, nihil iuuat, aut etiam interdum nocet, quod uires scilicet citra morbi leuamen deijciat atque exoluat. Non enim in liene turgente ex dextra nare erumpẽs sanguis, nec in iecore ex sinistra ullam fert utilitatem, sed reuulsio quibus in directum adhibetur, euidentem utilitatem celeriter ostendit: quibus contra, haud etiam. Dextra igitur nare sanguis erumpens, ad dextrum hypochondrium fixa cucurbitula, clare celeriterq; sistitur: sicut ad sinistrum, ex sinistra erumpens. Porro reuulsionis causa, si uenã seces, in directe quidem oppositis sanguinis eruptionibus, citissime conspicuam uidebis utilitatem. At si contra seces, nihil profuerit.

A. l. 1 f. 4. c. 3. p. 137. a.

Venæ sectionem e directo patientis partis fieri oportere, ac de uenis quæ in cubito secantur. Cap. 16.

SIc affecto liene [haud] æque adiuuerit circa annularem digitum sinistræ manus incisa uena, atque G si internam cubiti secueris. Multum enim iuuat afflictum lienem sanguinis ex sinistro brachio detractio. Præstat autem non semel quantum conueniat extraxisse, sed in duos dies id partiri satius est. Inuenire tamen nequeo, quamobrem medici lienosis sanguinem detrahere neglexerint. Siquidẽ ego ingentem perpetuo utilitatem prouenire conspexi, si uel libra duntaxat una detracta foret. Vacuationis tamen mensura ex dictis scopis coniicienda est. Quin & pleuriticis, quæ e directo laborantis lateris adhibita fuit sanguinis missio, clarissimam sæpe utilitatem attulit: quæ uero ex brachio opposito, aut omnino obscuram, aut certe post temporis interuallum. Ad hæc, oculorum persæpe dolores grauissimos e directo uenæ, quam humeralem nominant, sectio intra horæ unius spatium compescuit. Conari autem in omnibus affectibus præstat, post medicam sanguinis missionem iterato mittere: interim eodẽ die, si ita expedire uideatur: interim postridie, nisi qñ, ut ante dictum est, ad animi deliquium euacuationem ducere conueniat. Itaque dolentibus oculis humeralis uocata uena, quæq; ex ea deriuata est, in cubito incisæ, luculentum celeriter commodum afferunt. Affecto uero latere, aut pulmone, aut septo trãsuerso, aut liene, aut iecore, aut uentriculo, ea quæ per alas ad cubiti iuncturã pertingit. Hoc autem casu maxime interior secanda uenit: quod si non, certe ea quæ ab ipsa diducta in iuncturę apparet flexura. Nouistis sane paulo ante ab humerali uena prædictam diduci, ipsam connectentem. Nam hi tres H sunt loci mittendi ex cubito sanguinis, interior, exterior medius. Igitur interior utilis est in ijs quibus inferiores collo partes patiuntur. Exterior uero in ijs quibus quæ his superiores sunt, ut facies, aut caput. Medius locus interdum utrasq; habet diductas uenas in ulteriorem brachij partem tendentes, ac deinde hic coeũtes: interim uero celeriter in unũ mutuo cõgredientes, in ipso uidelicet iuncturæ flexu, ac nonnunquã obscuram earũ alterã, clarã uero alterã. Itaq; ubi uena quæ parti affectæ propria est, obscurior fuerit, & ad mediorũ aliquã accedas, conare, quæ a propria diducitur, potius incidere. Est uero ubi & quæ inferiores sunt cubiti iunctura, eas quæ in ulna existunt scilicet, nihil secare prohibeat, ubi nimirum quæ in cubito sunt, non appareant, sed eas certe quæ in rectum sunt affectis. Porrò tã perspicuum sæpe celereq; remedium, quæ e directo affectis partibus uenæ secantur afferunt, ut & qui patiuntur, & familiares ipsorum sæpenumero obstupescant.

græci cod. legunt affirmatiue.

A. l. 1 f. 4. c. 20 p. 148. e.

A. l. 1. f. 4. c. 20 p. 148. E.

Historia œconomi Romani diuitis, qui fuit ab oculorum inflammatione, ac cæcitatis periculo per sanguinis missionem e directo liberatus. Cap. 17.

ITaq; ego olim rogatus sum a diuite quopiam in suburbijs Romanæ urbis, ut rerum suarum œconomum inuiserem, cui cæcitatis imminebat periculum: nam ita ille dicebat, certe magno dolore uexabatur, idq; diebus iam uiginti. Diuitis autẽ illius familiæ præfect⁹ erat medic⁹ sectæ Erasistrateæ, anxie

semper

A ſemper uenæ ſectionem refugiẽs. Vbi ergo laborante inſpecto, iuuenem eum multi ſanguinis cognouiſſem, ac oculos quidem nondum ulceratos habere: ceterum phlegmonen maximam fluxionemque, tum in ambabus palpebris denſitatem, atque in altera quaſdam etiam aſperitates, a quibus oborta caligine ægrotus magis magiſque dolebat, ac phlegmone fluxioque acerbabantur: his inquam conſpectis, cognitaque omni ratione curationis, qua medicus ille uſus fuerat, me quidem aſſidue in ſuburbiũ uenire poſſe negabam. ceterum ex uſu eſſe ut triduum ut minimum hominem paruis temporum interuallis inſpicerem. Permitte igitur illum inquam mihi, ſi uidetur, tres hoſce dies. Immo uero, inquit, ut facias obſecro, gratiamque habebo, quin iam hominem tecum ad ædes tuas abduc. Venit autem circiter horam quintã, ac prima protinus detractione tres ſanguinis libras exhauſi, deinde hora nona aliã. A quibus mirifice refectus: inunctus eſt poſtero die mollium collyriorum quopiam, cui admiſtum erat quod uinum habet, ſicuti in eiuſmodi facere conſueuimus, illitu ſub palpebris facto, ſpecilli cuſpide in ſummo medicamẽ impoſitum ferente. id primum quidem mane faciebam, deinde ad horam tertiam, poſtea ad nonam: poſt quas inunctiones ſub occaſum ſolis in balneum ductus eſt. Poſtero deinde die, palpebris extra uerſis bis inunctus eſt, maiore copia collyrij illius uinum recipientis, molli illi collyrio admiſta. dein ad ueſperam lotus eſt. Poſtridie uero mane obuius diuiti illi egreſſus, eo loci, ubi ex
B uehiculis deſcendere ſolent, ſalutauit illum oculis apertis, phlegmoneque ac fluxione plane liberis, qui ante biduum illos ne aperire quidem præ fluxione atq; dolore potuerat. Itaq; res incantationi ſimilis uiſa eſt, adeo ut & ipſe ille curationis celeritatem admiratus, exclamaret, unàq; qui cum eo erãt omnes in clamorem prorumperent: cum nos interim haud magnum quippiam feciſſemus, niſi tantum ex medici illius comparatione, qui ſummum malum attulerat uenæ ſectionis metu. Porrò ex palpebris reſtabant extergendæ laboranti tum denſitates illæ, tum aſperitates, ceterum id fieri non poterat citra medicamentum mordax. Atqui ferre illud neutiquam potuiſſet, niſi prius uacuatus foret. Dictũ enim ſæpe a nobis demonſtratumq; eſt, acria omnia medicamenta parti cuiuis admota, niſi uacuũ corpus omne fuerit, atq; ad amuſſim excremẽti expers, fluxionem attrahere, phlegmonenq; efficere. Percontatus itaq; tunc diues quænam ea fuiſſet incantatio, req; omni intellecta, exinde Eraſiſtratæum illũ medicum αἱμοφόβον, quaſi dicas ſanguifugũ, nominabat. Hæc itaq; narratio utriuſq; indicationem continet, tum quod in affectionibus eiuſmodi uenam ſecare oporteat, quod in præſenti oratione propoſitum nobis haud erat, tum quod e directo laborantium partium: præterea humerales uenas ſecandas, ubi ſuperiores pectore partes laborant.

Quæ uena quibus affectibus ſecanda, ac de ratione euocandorum menſtruorum. Cap. 18.

C PORrò quemadmodum prædictæ omnes partes in cubito ſecta uena iuuantur, uti dictum eſt: ſic quę his inferiores ſunt, illis quæ per poplites & malleolos decurrunt. Sunt autem dictis inferiores coxendix, uterus, ueſica. At renes cui parti adſcribi debeant, ambigunt. Siquidem inferiores ſunt ijs, quas prius recenſuimus: ſuperiores uero quàm eæ quas ſecundo loco. Itaque miſſo ex cubito ſanguini interdum auſcultant, ubi uidelicet recens fuerit phlegmone, copiaque ſanguinis affuerit. Quibus uero affectio ineſt, quam proprie nephritin nominant, eam quæ in poplite eſt ſecare expedit, aut certe quæ in malleolis ſunt. Porrò uteri inflammationes magis etiam quàm renum a uenis in crure ſectis iuuantur. Nam quæ ex cubito fiunt euacuationes, aliud etiam habent adiunctum malum: nempe quod purgationes menſtruas comprimant, ſanguinemq; ad ſuperiores corporis partes retrahant.† Quæ uero fiunt ex cruribus, tantum abeſt ut retrahant, ut etiam menſes promoueant: ac ubi id facere uolueris, tẽpus conſueti mulieri circuitus tribus quatuorue diebus anteuertas, aut uena inciſa, aut ſcarificatis malleolis cruris unius pauculum euacuato: deinde poſtero die ſimiliter facito in crure altero, ut tamen & iſtis diebus in quibus uacuas, & ante eos quatuor aut quinque extenuantem uictum procures. Conſcriptus eſt autem a nobis ſeorſum liber De uictu extenuante. Sed mulieribus ſine huiuſmodi uictus ratione menſes abunde prouocant & nepita, & pulegium. Exhibebis ea in melicrato cocta, ſed antea
D contuſa, arida; cribroque ſubtili diſcreta, ac rurſum trita uſque dum pollinem tenuitate referant, ita denique melicrato inſperge. Porrò conuenientiſſimum potui tẽpus eſt a balneo inuolutis adhuc linteo. Atque hæc quidem medicamenta mitia ſunt. Valentiora ſunt, ſauina, & dictamnum: ceterum uſus ante dictis ſimilis. Datur autem & hoc tempore medicamentum, quod proprie Amarum appellatur, centum habens drachmas aloes miſtis aliorum medicaminum cuiuſque ſex. Optimum eſt, ubi cinnamomum acceperit. Sed hæc obiter ſint dicta, quanquam non a re ipſa aliena, quandoquidem ſanguinis ex utero fluxui auxiliantur, cum euacuatione ex cruribus, quæ fiat aut malleolis ſcarificatis, aut inciſa in talo, aut poplite uena. Memini me iſchiadas, ſiue coxendices uno die ſacta ex crure euacuatione curaſſe, nimirum ubi non ex frigore, ſed impletis ſanguine quæ in coxa ſunt uenis, proueniſſent. Quare ſecta in poplite uena commodior ita affectis eſt, quàm in malleolo. Scarificatio autem nihil perſpicuo illis prodeſt.

† Quanquam græce legatur τὰς δ' ἀπὸ τῶν σκελῶν οὐ μόνον ἀντισπᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ προτρέπειν ὑπάρχειν τὰ καταμήνια. i. quę uero fiunt ex cruribus non ſolũ retrahere, ſed etiam prouocare menſes poſſũt. Interpres tamẽ Nicolaũ Calabrum ſequutus eſt ita uertẽs. Eis uero quę a cruribus non ſolũ non antiſpare ſed & prouocare ineſt mẽſtrua. Vide libro ſecũdo ad Glauc. cap. 2. 101.£.

De ratione uacuandi per ſectionem uenarum in initijs ac finibus fluxionum, ac eo quoq; tempore cum præſeruare ab imminentibus morbis uoluerimus. Cap. 19.

PORrò, ut ſummatim dicam, incipientes phlegmonas reuulſu euacuare oportet: quæ uero inueteratæ iam ſunt, ex ipſis, ſi fieri poteſt, affectis partibus: quod ſi nequeat, ſaltem ex uicinis. Etenim in incipientibus, auertere quod influit expedit, in inueteratis autem, ipſum tantum quod affectæ

parti infixum eſt,euacuare. Euacuabitur porrò id optime per uenas coniunctas cum ijs quæ in parti- E bus ipſis ſunt ſitæ.Huic rationi experientia quoque ſubſcribit.Quocirca quæ in gutture & arteria, gra ui torquentur inflammatione, in principio quidem ſecta in cubito uena, poſt principium autẽ * in ipſa lingua magnifice prodeſt,inciſis uidelicet uenis quæ * in ea ſunt ambabus. Sic induratæ phlegmonarũ in oculis reliquiæ,ſecta quæ ad magnum decurrit angulum uena,mirifice iuuantur:ſicut capitis grauitates,& inueteratos in eo ex plenitudine dolores leuare manifeſte ſolet tuſa in fronte uena: at incipientes,aut etiam uigentes,per cucurbitam in ceruice procurata retractio,interim quidem ſolam, interim cum ſcarificatione.Ceterum præuacuatum eſſe corpus uniuerſum oportet. Eadem ratione incipientes in occipitio dolores.aut etiam uigentes,inciſa frontis uena iuuat.Quippe reuulſiones cum euacuatione adhiberi magis debent in fluxionibus incipientibus. Quæ uero fiunt ex ipſis partibus affectis, aut illis uicinis,in phlegmonis quæ uelut ſcirrhi naturam referunt. In quibus autem corporibus nulla dum particula affecta eſt,ceterum uacuationem uere ineunte anteuertimus:in ijs ſiquidem talis ſit homo,qui quotannis æſtiuo tempore febrilibus morbis obnoxius eſſe aſſolet,atque eorum ſuppeditationem euacuare ſtudemus,æque pars quæuis in ſanguinis detractionem accommoda eſt, ſicut ſane etiã ſi arthriticus ſit,omnibus articulis laborans. Quibus autem eximie pars quæpiam, ubi prius euacuati non fuerint,infeſtetur,haud æque liceat ex quauis parte euacuationem moliri,uerum ſicut in ijs qui pa F ti iam occipiunt. Quamobrem podagricos ex cubito euacuato, comitialibus uero morbis uertiginibuſque obnoxios potius ex cruribus. Ceterum ſi retentæ hæmorrhoides mittendi ſanguinis occaſio ſint:ſiquidem cohibere eas uoles,quæ in brachio ſunt:ſin prouocare,quæ in cruribus ſunt, uenas ſecare conuenit. At in ijs quibus repreſſi ſunt menſes,ſemper in cruribus. Nõ enim ut in hæmorrhoidibus quidam eiuſmodi liberari euacuatione uolunt,quidam habere etiam gaudent,ita quoque ſe res habet in menſium purgatione. Quippe cum hæmorrhoidum euacuationem uereamur, ne in tantam euadat immoderationem,ut hominem uel protinus interimat,uel aquæ inter cutem obnoxium,aut cachecticum,hoc eſt habitus mali,reddat.At uteri purgationibus,ut quæ ſecundum naturã ſunt,tale nihil euenit.Accidit tamen aliquando,ut ex utero per eroſionem ſanguinis erumpat,in quibus non idem eſt curationis ſcopus.Siquidem haud effluere ſanguinem uolumus uti ex menſibus,ſed plane ſiſtere conſiliũ eſt. Communis ergo in his omnibus,ijs qui uere ineunte ad ſanguinis miſſionem accedunt, hæc ratio eſt:ſi quidem inſigniter infirmam partem aliquam habeant, in quam quæ colligitur plenitudo decumbat,per reuulſionem euacuare.At ſi tale nihil ſit, qua cuiq; magis placebit, excepta tamen aut hæmorrhoidis,aut menſium retentione,ut paulo ante definiuimus.

In græcis codi. antiquis legitur in primo loco δι' αὐτῆς. i. ab ipſa in ſecundo ὑπ' αὐτῆς. i. ſub ipſa. & ita uetus interpres. A.l.3.f.9.c.11 p.470.d.e.

A.l.1.f.4.c.20 p.140.d.e.

Aduerſus eos qui primis tantum morbi diebus ſanguinem mittebant. Cap. 20. G

DE hoc ſane poteſtate & ſupra dictum eſt. Verumtamen ſatius fuerit & hic quoque omnia percurrere,omnibus quæ ante dicta ſunt,in unum collectis,& ſiqua minus exacte diſtincta ſunt, unà diſcretis.Igitur uniuerſim hoc ſciendum, in ſanguinis miſſione dierum numero primum haud eſſe attendendum,ſicut quidam ſcripſere:ac nonnulli, admodum ridicule, poſt tertiæ diei paroxyſmum, quando uidelicet,ut aiunt,dignotio quædam habetur,qualis ſit in forma & moribus, atq; adeo tota natura ſua morbus. Alij extremum terminum mittendi ſanguinis definiunt diem quartum,intra quem miſſionem ſanguinis concedunt in paroxyſmorum interuallis adhibendam,electo quo libeat die. Alij detrahere feſtinant,quibus ſanguinis detractionem ex uſu eſſe ſtatuerint.transfluente etiamnum eo, ac ubi necdum firmiter in parte aliqua ſuperfluitatem recipiente,inhæſerit unum modo conſiderantes, num corruptio aliqua cibi in uentre concoquendi ſit facta, aut tarda concoctio, aut etiam cibi in eo contineantur.Ergo quod maturandum ſit in quibus uacuatio ex uſu eſt,niſi prius concoqui aut cibos,aut in primis uenis contentos ſemicoctos ſuccos oporteat,rectiſſime præcipiunt,habendaq; fides. Verũ quoniam quintum ſæpe diem,aut ſextum ab initio expectant priuſquam nos ad curandum accerſant,expediet nihiloſecius quoq; ſanguinem detrahere,etiam ſi huius auxilij primũ tempus ſit omiſſum. Quocũque enim die mittendi ſanguinis ſcopos in laborante inueneris,in eo auxilium illud adhibeto,etiam ſi H uel uigeſimus is ab initio extiterit. At quinam fuerint hi ſcopi? Morbus ingens,robutq; uirium, excepta ætate puerili,& aere nos ambiẽte ualde calido. Porrò autẽ quoniam prius exoluitur tẽporis tractu in pleriſque morbis uirtus.idcirco & mittendi ſanguinis occaſio dierum numero deperditur,non tanquam primario id dies efficiant.Sed re aliqua intercedente,nempe uirium diſſolutione. Itaq; ſiquãdo uel ſecundo a principio die uires exolui uideantur,a uena ſecanda abſtinebimus.

A.l.1.f.4.c.20 p.146.d.

A. ibidem.f.

De hora in detractione ſanguinis eligenda. Cap. 21.

SEd enim quod in ipſo rurſum die in quo ſanguinem mittimus,obſeruanda ſit febris declinatio, clarere ſatis arbitror:quanquam quibuſdam id non ſatis ſit notum,qui mane tantum tundendam eſſe uenam,aut ad ſummum in horam uſq; quintam aut ſextam exiſtimant. Verum ſi quis memoria teneat quæ toto ſupra libro ſunt dicta,nihil tale committet ſanguinem mittens, quauis diei noctiſque hora, modo reſpiciat in febrientibus quidam particularium paroxyſmorum declinationem: In quibus autẽ aut ob oculorum lippitudinem,aut aliud ſimile citra febrem,hoc opus eſt auxilio,non declinationem omnino,cum omnino febris non adſit, ſed magnitudinem aut doloris, aut phlegmones, aut totius affectus in quo ſecta opus eſt uena,inſpicere cõuenit. Cum autẽ nihil eiuſmodi aut urgeat,aut prohibeat, præſtat mane uenam incidere,haud protinus ex ſomno excitis,uerum circiter horam unam iam antea uigi-

A uigilantibus. Dictum eſt autem, quòd & balneo uti quibuſdam expedit: quod ſi uerum eſt, & præeunte quoque ambulatione nonnullis. Ceterum in quibus uere ineunte uenam incidere aggredimur, aut propter febris metum, aut alterius cuiuſpiam affectus, ſcio me ſanguinem miſiſſe quibuſdã etiã poſteaquã rerum ſolitarum quippiam obijſſent, ſiue in ludo literario, ſiue in officinis, ſiue in foro, ſiue in ædibus. Iteratæ tamen detractionis tempus, in quibus ſimpliciter quidem uacuare conamur, eodem die eſto: At in quibus reuellere, ſi uel duobus deinceps diebus fiat, melius fuerit. Porrò intẽto ſemper animo in omnibus id genus in laborantis uires eſto, manu iugiter arterijs illius admota. Sunt enim quidam tam ad patiendum apti, ut confertam inanitionem non ferant: Quo caſu, refecto primo die ægroto, iterare ſecundo detractionem expedit.

De affectibus, qui arterijs in capite diſſectis iuuantur. *Cap. 22.*

QVòd autem arterias antiqui uenas appellãt, & a nobis alibi demonſtratum eſt, & ante nos alijs confeſſum extitit. Ob idipſum ergo, ac præterea diſciplinarum affinitatem, compendij gratia ſatius mihi uiſum eſt, haud alium conſcribere librum de arteria ſecanda, ſed orationi de ſecanda
B uena annectere, atque idipſum in hac parte in qua conſideramus quas uenas ob quas partes affectas ſecare oporteat. Sicut enim alias uenas ob alias affectas partes oſtendimus ſecandas, ſic quoq; & quæ in temporibus ſunt arterias, & quæ poſt aures, incidere medicis mos eſt. In temporibus quidem, infeſtantibus oculos fluxionibus tum calidis, tum ſpirituoſis. Poſt aures uero, in uertiginoſis maxime, & quæ diuturnis doloribus capitis calidis ac ſpirituoſis affliguntur. Iam uero & ob alios quoque affectus in capite conſiſtentes diutinos, ſunt qui arteriarũ poſt aures utuntur ſectione, nõ tamen in ulla alia particula patiẽte eam adhibuerũt, tametſi multæ ſint, quibus hoc potius auxilio, q̃ uenæ ſectione ſit opus. Vbi enim calidus ſpirituoſuſque infeſtus eſt ſanguis in arterijs aceruatus, illic communibus parti affectæ ſectis arterijs eſt opus. Verum propter difficilem eruptionis ſanguinis compreſſionem, arterias medici incidere metuunt: quippe cum ſiquis in ſecanda forte uena arteriam uulnerat, ægre ſtatim ſanguinis eruptionem compeſcat, ac ubi res optime cadat ad cicatricẽ perducta diuiſione, tamẽ aneuriſma fiat.

A.l.1.f.4.c.20 p.147.b.

De periculo impendente ijs, quibus non recte diſſecta ſunt arteriæ, & quo pacto Galenus ſomnij monitu eas auſus eſt diſſecare. *Cap. 23.*

†Al.leg. nonnullos quidẽ protinus ob uinculum circũpoſitũ (nolentibus medicis ſiſtere ſanguinis eruptionem) in gangrænã incidentes.

A.l.1.f.4.c.50 p.148.E.

C QVin & interijſſe quoſdam noui ab arteria interiori in cubito uenæ ſubiecta, †[nonnullos autem protinus ob uinculum imperite a medicis iniectum, adeo ut ſanguinis eruptio in gangrænã euaderet,] alios poſtea in aneuriſmate manu curando defunctos. Neceſſe enim hic eſt laqueo uaſculum conſtringere. Itaque maiuſculas proinde arterias medici refugiunt, paruas autem tanquã haud ita multum profuturas. Quanquam & ipſe quoque nonnunquam haud paruum attuliſſe commodum uiſæ ſunt, cum hoc quòd citra aneuriſma cicatrice claudantur. Quin & ſi maior ſit arteria, & ipſa quoque citra aneuriſma, cicatrice includi poteſt, tota nimirum diſſecta, idque ipſum ſæpenumero imminens ex ſanguinis profluuio diſcrimen ſuſtulit. Clare enim apparet, cum tota tranſuerſim per ſe totam diſcinditur, reuulſis utrinq; partibus ambabus, unam ſurſum, alteram deorſum concedere. Atq; id quidem & uenis uſuuenit, ſed arterijs ſemper plus quàm uenis. Sane uero quæ mihi occaſio extiterit ſecãdæ arteriæ, nunc iam ediſſeram. Monitus per quædam inſomnia, quorum duo perſpicuo mihi uiſa ſunt, acceſſi ad dextræ manus arteriam, inter indicem & pollicem ſitam, ſiuiq; fluere donec ſponte ſanguis reſiſteret, nam ita ſomnium præceperat. Effluxit autem non tota libra. Subito atq; diuturnus extinctus dolor eſt in illa maxime parte fixus, qua iecur ſepto tranſuerſo committitur. Mihi quidem hoc ætate
D iuuenili euenit. At miniſter Dei Pergami, diutino lateris cruciatu laborans, liberatus eſt arteria in ſumma manu inciſa, aggreſſus & ipſe illud inſomnij monitu. Porrò alteri cui ex uulnere in malleolo inflicto diſſecta arteria fuerat, ſanguinis quidem curſus haud quieuit, donec ego uocatus totam diſſecui, ac medicamento ex aloe & manna, & ouorum albumine, pilis leporum molliuſculis impoſito fuiſſem uſus, citraq; aneuriſma curatum eſt uulnus, obducta uidelicet arteriæ oſculo carne. Vir autẽ ille quartũ iam annum haud exiguis tẽporum interuallis coxæ dolore uexatus, exinde prorſum ſanus extitit. Hæc itaq; mihi perſuaſerunt, ut ſubinde in ſummis artubus, immo & in capite arterias ſecarem in omnibus doloribus, qui a calida ſpirituoſaq; ſubſtantia naſci uidebantur, & maxime in membranis: quarũ dolor punctioni ſimilis eſt, ac ſenſim expãditur, pungente quidem ſenſu una in parte, tanquam in affecti loci centro infixo, tenſionis uero ſenſum præcipientẽ omni circuncirca ad centrum muſculo*.

Al. μυρίου .i. paracula.

GALENI LIBER DE MARCORE,

Io. Baptiſta Raſario interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Quot ſint marcoris genera, quæ curari non poſſint, & qualis curatio adhibenda ſit ijs, quæ ſanari poſſe uideantur.

Quid marcor ſit, quot modis dicatur, & quænam eius præcipua cauſa ſit. Cap. I.

MARCOR eſt uiuentis corporis præ ſiccitate corruptela. cum autem duobus modis corruptela dicatur, tum de ea, quæ fit, tum de ea, quæ facta eſt, hoc nomen eſt in priore ſignificatione capiendum. ſic etiam marcor dicetur, & qui iam marcuit, & qui marceſcit, quem nos hoc ſermone inueſtigamus: ſiquidē marcorem eſſe uiuentis corporis corruptelam affirmauimus. uiuentium au- F
tem ſunt tria genera, animalia, ſtirpes, ſemina, & horum cauſa, etiam fructus, marcorem eſſe horum affectum aſſerunt, qui proprie loquuntur: ac per tranſlationem quoq; omnes alias corruptelas, quæ ex ſiccitate proueniunt, marcoris nomine appellant: vt etiam ad ignem, ac multo etiam longius, ad ea omnia, quæ ſenſim corrumpuntur, hoc nomen traducant. nobis uero de nullo alio, quod non proprie marceſcere dicatur, ſed de ſolo marcore, quem definitione explicauimus, eſt inſtituta tractatio: præcipue autem cum in corpus animantis cadit: quanquam neceſſe erit, ut hæc ipſa diſputatio communione quadam ſtirpes attingat. itaq; cum primi, ſimplicesq; modi, quibus uiuentia corrumpuntur, quatuor ſint, quod etiam elementa eorum eſſentiæ quatuor ſunt; certe quæ ex ſiccitate corrumpūtur, ea nos marceſcere dicemus. quæ ſi hoc ſolum habeant, ut exiccentur, altera uero elementorum repugnantia, quæ in calore, frigoreque uerſatur, ſuis in terminis maneat, is marcor ſimplex erit. cui ſi calor, aut refrigeratio nimia acceſſerit, iam is corruptelæ modus compoſitus, duplexq; fuerit. ac ſimplex quidem marcor ex inedia proficiſci uidetur; uel cum ſponte homines abſtinent: vel cum inopia ciborum fame conficiuntur. qui cum fri- A.l.4.f. 1.c.3.
gore iunctus eſt, is tum ſeneſcentes obſidet, tum uero etiam eos, qui ex affectu aliquo in affectionem c.9.p.805.
ſenectuti ſimilem incidunt. qui uero cum calore eſt, in febribus [quibuſdam] hecticis exoritur. cete- G
rum in ſtirpibus & corpus totum, & particula quæuis marceſcere dicitur, cū e ſiccitate corruptela proficiſcitur: at in animalibus totum corpus marceſcere illud quidem dicimus, ſed tamen hoc nomen ad ſingulas partes traducere non ſolemus. neq; nobis nunc eſt propoſitum, ut de particulis propter aliquod ſymptoma ſicceſcentibus, ſed cum totum corpus ita affectum ſit, diſſeramus. itaque perſpicuum iam eſt, ſi marcor totius corporis affectus ſit, ipſum, niſi etiam animalis principio patiente, fieri poſſe. immo uero fieri non poteſt, ut alius in toto animali affectus ſit, alius uero principium occuparit. ita fit, ut marceſcentibus neceſſe ſit cordis corpus exiccari. quam ob rem ſi omnes cauſas, a quibus exiccari cor ſolet, inuenerimus, etiam utrum qui marceſcunt, omnes inſanabiles, an curari quidam eorū poſſint, intelligemus.

Senectutem uitari non poſſe: & de cuiuſdam ſophiſtæ ſtultitia, qui ſe immortales homines eſſe redditurum pollicebatur. Cap. 2.

PRæſtiterit fortaſſis hoc loco diſputationem ad principium quoddam redigere. atq; optimum quidem erit principium, ſi cauſam ſenectutis perueſtigabimus: quando hic unus e marcoribus maxime ineuitabilis, & item ſecundum naturam eſſe uideatur. omnia autem naturæ opera ſunt ineuitabilia: quippe quæ ſui ortus ordinem neceſſarium habeant. ſed hanc rem unum illud antecedit, ut quid, H
ſecundum naturam, ſignificet, cognoſcamus. neq; enim eodem modo dicimus, ſenectutem eſſe ſecundum naturam, uti nutriri, atq; augeri: ſunt enim hæc naturæ opera, cum interim ſenectus non naturæ opus, ſed affectus ſit, neceſſario conſequens. nam nullum unquam animal uiſum eſt, quod genitum ſit, quin idem ſenectuti fuerit obnoxium. proinde quidam fuere, qui ſenium ſecundum naturam eſſe dixerint, quod ipſum omnia ea, quorum eſt natura gubernatrix, neceſſario conſequatur. ſi igitur in hac ſignificatione ſenectutem eſſe ſecundum naturam dictum ſit, nihil iam erit, cur alias huius dictionis ſignificationes, de quibus male quidam ſenſerunt, ut nos alibi docuimus, adhuc conſideremus: neque alicui dubitationi locus præterea relinquetur. etenim ſi ita, ut modo dictum eſt, accipiant, ſenectutem ſecundum naturam eſſe, eamq; euitari non poſſe, uere dixeris, ſiquidem opera naturæ neceſſario comitetur. et tamen noſtris his temporibus philoſophus quidam librum cōſcripſit, in quo docebat, quomodo quis ſenectutis expers perpetuo uiueret. edidit autem librum, cum annum adhuc quadrageſimum ageret, & uſq; ad octogeſimum peruenit. quo quidem tempore tanta in eo gracilitas, ſiccitasq; erat, ut quod eſt in præſagijs ab Hippocrate ſcriptum, præclare in eum conueniret, nares acutæ, oculi concaui, collapſa tempora, frigidæ, contractæque aures, & imis partibus leuiter uerſæ; cutis circa frontem dura, intenta, & arida. cum autem irrideretur, quod ipſe talis eſſet redditus, quando alios, qua ratio-

A ne senio uacantes uiuerent, docere conabatur: secundam editionem fecit: ac librum de admirabili senectutis uacuitate (sic enim illam appellabat) in apertum protulit, in quo ostendebat, non iam omnes homines posse sine senectute permanere: sed hanc ad rem natura apta, & accommodata opus esse: atque in primis ut prima educatione huiusmodi sint iacta fundamenta. hoc etiam pollicebatur, si ipse ab initio statim eos infantes qui ad hanc rem idonei erant, educasset, se illorum corpora immortalia redditurum. neq; hæc eius professio redargui poterat: propterea quod prius quam pueri quos educandos suscepisset, in uiros euasissent, uita ipse erat excessurus. quam ob rem summam eius stultitiam ceteri omnes contempserunt: ego uero non item: quippe qui probe nossem, plerosq; uiros exijs, qui rationibus niterentur, multa quoq; alia decreta pronunciasse, quæ cum ijs pugnant, quæ ipsa experientia nos docuit, deceptos nimirum probabilitate rationum. itaq; ne id quidem mirum uideri debet, si rationem spectes. nam hæc sententia, omne, quod genitum est, omnino corrumpetur, neq; necessariam habet consecutionem, nec quæ scientiam efficiat: sed quæ, ut in lib. de demonstratione ostendimus, usq; ad probabilitatem progredi uideatur. & tamen omnes fere hac ratione utuntur, qui necesse esse, ut consenescant animantia, demonstrant. hanc enim esse ad interitum uiam contendunt, qui omnia, quæ genita sunt, sequitur necessario. adhuc igitur a sola experientia habemus senectutem esse ne-
B cessariam, & secundum naturam, sicut etiam mors est: de qua nulla demonstratio facta ab ijs est, qui pro pti enunciant, &, quicquid genitum sit, statim necessario corruptum iri, confirmant. sed est hoc in more positum sophistarum, ut experientiam oppugnent: quod illi quoq; arbitror contigisse, qui omne animal & mori, & senescere ignoratione eorum, qui præcessent, asserebat.

Falsam eorum esse sententiam, qui a natiuo calore corpora, ut ab igni ligna, consumi dicebant. Cap. 3.

ERit autem fortasse melius, ut nos causam peruestigemus, cur & animalia, & stirpes omnes consenescant. uidentur enim exiccari, & senectus quidam est affectus huiusmodi: quáuis aliter alij existiment, quibus frigidos, humidosq; esse senes placeat: quorum errati causam in libris de temperamentis demonstrauimus. num igitur ob hanc causam siccescunt, ut nonnullorum fert opinio, quod innatus animantibus calor, ueluti quidam ignis, incrementum sumit a materia, ex qua accenditur? huic enim infixus est, ab hac separari non potest, ex hac denique habet omnia. animantia igitur omnia nuper genita, ut etiam stirpes, humida sunt. ideoq; calor tanquam humoris copia suffocatus, se se uix attollit, estq; caliginosus, tardusq; , & ægre mouetur. tractu uero temporis, cum humoris illam uim superat, tũ uero cuiusq; materiæ dominus euadit. itaq; nec caliginosus, nec turbidus, nec fumeus est: sed purus, æthereusq; effectus, omnes suas motiones sine ullo impedimento obit: &, ut uno uerbo complectar, ut
C flammæ, cum in humida ligna inciderunt, principio quidem fere obruuntur, & quasi extinguuntur, quippe quæ & exiguæ, & imbecillæ admodum sint, progressu uero temporis paulatim emicant, & crescunt: paulatimq; materiam superant, tandem uero, cum uniuersam materiem superarint, in magnitudinem ingentem attolluntur: qui ipsarum uigor, roburq; est: tum uero alimento mox deficiente marcescunt, & extinguuntur: eodem etiam modo, inquiunt, noster calor, animalis corpori, ceu materiæ cuidam inditus, principio quidem humidus, imbecillusq; est: & usq; ad florentem ætatem auctus emicat, & augetur, & ad summam euehitur magnitudinem, ignisq; flammam imitatur: hincq; alimenti inopia sensim marcescit, estq; id senium: mox penitus extinguitur, idq; mors est. hæc ratio omnibus fere recentioribus & medicis, & philosophis probatur: quæ tamen, meo iudicio, uera non est, utpote qua flamma ignis animalium calori comparetur. ac ne illud quidem sentiam, qui ea utuntur, flammis ortum esse ex corruptela eius materię, ex qua accenduntur: animalia uero non ita natiuum calorem ab eo, qui ipsa effinxit, nacta esse: sed, ut ab eo augerentur, & gubernarentur. neq; ullum est tempus, in quo innatus nobis calor per uniuersam hanc materiam non diffundatur, ijs nō modo uiribus prædîtus, quibus animal effingit, sed alijs etiam permultis. nam & alimentum ad se trahit, & materiam dispensat, & apponit, & agglutinat, & assimilat, & ut summatim dicam, omnia secus, quàm flamma, in materia sibi innata effi-
D cit. ecquæ nam unquam flamma materiam, cui indita est, adauget? ecquæ materiæ potius alimentum assimilat, quàm sibi ipsi materiam? ecquæ tot machinationes conseruandæ materiæ causa adinuenit? nã partes quasdam circumuestiuit, ac clausit, ne quid exterius exuperet: quasdam perforauit, ac dilatauit, canalesq; induxit, quibus modo alimentum, modo refrigerationem, spiritumq; traherent. simul etiam excrementa per alios crassa, per alios tenuia extrudit. omnem profecto de usu partium tractationem huc imprudens transferam, si omnia naturæ opera deinceps recensuero. quanquam huius opinionis principes idem esse natiuum calorem, & naturam dicunt. sed non recte ipsum flammæ assimilant, & cõparant, & corpora ab ipso corrumpi arbitrantur. cur igitur, inquiunt, hæc sunt ab Hippocrate conscripta uerba, calor, qui corpora produxit, nos interficit? in primis, ò præstantissimi uiri, eũ librum, in quo hæc habentur, non esse uerum Hippocratis dicemus: dein de si fuit ea Hippocratis sententia, quomodo enunciata sit, explicandum fuit, & aliqua afferenda demonstratio. si uero adhibendam sibi fidem cẽsent eo, quod demonstrationes non suppetant, profecto non recte sentiunt. est illud quidem uerũ, propter innatum calorem senescere corpora, atq; corrumpi denique: falsus tamen est modus, quem isti afferunt. neq; enim ab innato calore corpora, ut ligna a flamma consumuntur: atque hoc fortasse exemplum est ijs, qui a febri corrumpuntur, accommodatum: & quod prædictis uerbis persecutus est Hippocrates, indicare tale quidpiam uidetur. est tamen uerissimum, corpora naturali quadam consecutione

exiccari,

exiccari,idq; propter natiuum calorem effici:quemadmodum in primo de ualetudine tuenda libro de- E
monstratum est. nec minus tamen est necessarium, ut idem hoc etiam loco repetamus.

De senectutis necessitate,deq; eius principio. *Cap.* 4.

NAtura,quæ stirpes,animantiaq; procreat, corporeum aliquod principium ad illorum ortum om-
nino capit:quippe cum nulla res sit,quæ sui ortus initium ab eo, quod penitus non est, possit su-
mere.inde uero exorsa ad eum scopum,quem sibi in fabricatione proposuit,semper ordinate procedit:
quod in eo positum est,ut quod facit,perfectum reddatur,siue stirps,siue animal sit. illudq; perfectum
est,in quo nulla propriarum actionum desideratur.multæ autem actiones sunt,ad quas duris opus est in
strumentis.quod in causa est, ut multæ in animantibus duræ particulæ fiant. cum uero necesse sit, ut
principium ortus ipsarum contra,quàm perfecti animalis postulat ratio,molle sit,ut apte componi, cõ
formariq; possit,suoq; opifiei ad omnia prçsto sit;ideo quantumq; semen durum sit,mollis tamen stirps
editur,cum illud prius moderato humore quodam irrigetur,ut natura fiat pro semine.quo circa si opor
tet,ut ortus animalis e molli essentia ducat initium,quæ ut absoluitur, sic redditur dura,certe in prima
elementorum,e quibus animal constituitur,temperatione,tum humidum, tum siccum dominetur,ne-
cesse est.atque humidum quidem aqueum est:siccum uero est duplicis naturæ,ut uel terreum,uel igneũ
sit. non poterat autem ab initio maior terrei copia admisceri, cum animantis principium esse humidũ F
oporteat.reliquum igitur modo est igneum,quod in primo ortu, primaq; compactione necessario exu
perat.si igitur natura,cum animal,aut stirpem ad uigorem usq; produxisset, aliam rursus elementorum
dispositionem quæ & proportione responderet, & æqualis uiribus esset, inducere potuisset; hoc utiq;
solum modo eius fabrica uacans senio, & incorrupta permansisset,cum præfectum quempiam sapien-
tem nacta esset.neq; enim mala uictus ratione utens,sic incorrupta simpliciter perdurasset.ac tum qui-
dem Aegyptius ille suam nobis artem in re, quæ fieri posset, ostendisset. nunc uero cum prima ortus
animalium, stirpiumq; elementa nec transferri, nec commutari queant, etiam post uigorem exiccari
corpus necesse est:quamuis non iam opus sit,hoc ut patiatur; cum iam usus, qui siccitatem postulabat,
pertransierit.sed declinatio,quæ exiguam siccitatem habet, multos fallit quasi non dum marcor quidã
sit:at senectus,quæ ab illa non differt genere,sed sola magnitudine,deprehendi facile potest.hæc nimi-
rum causa est,quæ euidenter ostendit,siccitatẽ progressu tẽporis esse uniuersis animantibus necessariã,
nisi quis omnino amens sit:& senectutem nec uitari posse,nec sanari.nam quod primum ortum animã-
tis necessario consequitur,quo modo prohibebit quispiam,ne fiat,aut cum iam factum sit,abolebit?sed
iam esse oportunum uidetur,ut & quod nam sit initium senectutis,& quando corpora senescere primũ
incipiãt,perpendamus.quicunq; temperaturam eorum,quorum ætas inclinat,siccam, frigidamq; senũ G
humidam,& frigidam esse arbitrantur:ij in huius mutatione principium senectutis statuunt. nos uero,
qui in libris de temperamentis omnia corpora post uigorem usq; ad finem exiccari demonstrauimus,
iure de principio senectutis dubitauimus:cum tota ætas,quæ uigorem excipit,sicca, frigidaq; existat.
neque enim quia declinantium alter altero magis aut minus siccus sit, & frigidus, senectutis statuere
principium possumus;cum ad plurimam siccitatem corpus deuenerit:quia illud,ad plurimam, eam du
bitationem,quæ ab aceruo σωρείτου nominatur; incidit. poterit tamen quispiam hanc dubitationem cõ
temnere,sicut etiam sæpe necesse est:uerum cum finibus manifestis definire rem ualeamus,præstat has
non necessarias dubitationes declinare. manifesti autem termini declinantis,senilisq; ætatis, est humi-
dorum excrementorum exuperantia:a quibus excrementis in errorem inducti quidam,senectutem,ut
monuimus,esse humidam pronunciarunt.statim quoq; actiones omnes in hac ipsa debilitari perspicue
intueri licet:& item uia ad mortem,quæ in declinantibus latebat,tunc euidenter perspicitur.hinc argu-
menta quæstionum sophistis existunt,alijs senectutem esse morbum:alijs esse sanitatem in habitu, alijs
neutrum quid esse,alijs esse eam secundum naturam, alijs deniq; præter naturam proponentibus.alijs
etiam hoc ipso in loco medium quid inter utrunq;, & neutrum esse senectutem placuit: ut neq; secun
dum naturam, neque præter naturam eam appellent, ut subinde tertium loquendi genus inuenerint, H
ut ipsam non natura esse dicant. sed hasce controuersias explicare,non est huius instituti.

Quomodo senectutis celeritas cohiberi possit,& quot marcorum sint genera. *Cap.* 5.

SEnectutis marcor dissolui nullo modo potest:afferri tamen id auxilij potest,ut ipsum quàm plurimũ
remoremur:quod munus eius medicinæ partis est,quam,quia senum curam gerit, γηροκομικὴν nomi-
nant:cui hoc propositum est,ut rei natura indicat;ut,quo ad eius fieri potest, obsistat,prohibeatq;, ne
cordis corpus usq; adeo exiccetur,ut tandem ab actione uacet: nam uacuitas actionis cordis est uitæ
finis:& quousq; cor sua actione mouetur,mori animal non potest: quam ob rem si corpus cordis, aut
certe iecoris reddi humidius potest,etiam cohiberi senectus poterit: si uero nemo queat iecur, & cor
se ipsis humidiora efficere, sed necesse est, ut procedente tempore se ipsis sicciora euadant idque non
uiscera solum,sed & arteriæ,& uenæ patiantur,certe ut senectutis celeritatem retineas,ipsam tamẽ pro
hibere nullo pacto poteris.quare uidetur Homerus,si quid aliud,hoc etiam præcipue uaticinans,de se
nibus cecinisse.

Vt lauit, sumpsitq; cibum, dat membra sopori.
Mollibus in stratis,ut par fecisse senectam.

nam & balneum in ijs est,quæ humectant,& molle cubile,& somnus,in primisq;, ac præcipue alimen-
tum:

A tum: ſiquidem hoc ſolum pars efficitur eorum corporum, quæ nutriuntur, eorumq; ſubſtantiæ aſſimi-
letur: cetera uero omnia uel quod uetent, ne particulæ ſimiles inter ſe uehementius exiccentur: uel
quod humorem, qui in ſpatijs intermedijs continetur, irrigent, & augeant: humectandi uim,& appel
lationem ſibi uindicarunt. ita igitur, vt nuper diximus, uſu quandoq; uenit, ut iecur, & cor humecten
tur, adaucto nimirum eo humore, qui in ipſis diſperſus eſt: quem etiam in corporibus iuuenilibus ex-
tenuatis conſumi, ac ſæpe quidem in toto corpore, manifeſte: interdum uero etiam in iecore, cordeq;
contingit. horum autem uiſcerum alterum eſſe arteriarum, pulſuumq; principium, alterum uenarum,
& nutritionis, eſt a nobis alio in opere demonſtratum, quod de Hippocratis, Platoniſq; decretis in-
ſcripſimus. hæc igitur uiſcera moderato alimento non carent prius, quàm ualida ſanguinis penuria uni
uerſum animantis corpus occuparit: ac iecur, quia ſanguis uniuerſus inde ortum ducit: cor uero, ob
uim attrahendi, qua plurimum ualet. trahunt autem omnes animalis particulæ ad ſe proprium alimē-
tum, non omnes tamen pari ui trahendi utuntur: eaq; cauſa eſt, cur in ſanguinis indigentia non æque
A.l.4.f.1.t.c. omnes alimento deſtitutæ ſint. ſed cor, in quo uehementiſſima attrahendi ineſt actio, deſtitui alimen
10.p.805.c. to nunquam poſſet prius, quàm omnes animalis particulæ ad extremam eſſent redactæ penuriam. quã
ob rem non eſt exiſtimandum, cum corpus diuturno morbo uexatum ſit gracile redditum, cor & ie-
B cur ad proportionem omnium reliquarum partium eſſe extenuata. id quod, ſi libeat, in alijs etiam in-
tueri animantibus poteris. quoties enim cunq; aliquod horum fame confectum incidere uolueris, a-
lias eius partes extenuatas, ſiccaſq; omnes; iecur uero, & cor prope ad naturalem ſtatum accedere cõ
peries. nam qui poſt inedias iugulantur, non tam ob inopiam alimenti corporum ſolidorum, quã ob
ſpiritus defectionem. ideo partes omnes humidæ, molleſq; ſunt, vt in uiuentibus: quando contentus
in eis humor, a quo primum ipſæ aluntur, totus conſeruatur. qui uero fame pereunt, ij propius ad ue-
rum marcorem accedunt: proinde, cum nulla occaſio ſit, quæ proprie loqui nos cogat, eos marcuiſſe di
cimus: re uera tamen non marcuerunt: uel certe, non omnes corporis partes. at vbi uerus marcor, eſt,
tum omnes pariter marceſcunt: quia etiam principia in eandem affectionẽ cadunt. hicq; marcor in æta
tibus, eſt ſenectus: in rebus uero præter naturã, febris marcida. eſtq; alia affectio, quæ ſenectuti pro por
tione reſpondet: quam non erit fortaſſe alienum, ſenectutem ex morbo nominare: non quidem, ut Phi
lippus, qui marcidam febrim appellat: ſiquidem ea affectio febris non ſit, in qua cor frigidius, quàm ſe-
cundum naturam eſſet, redditum fuerit. ipſum autem tali eſſe temperatura, non minimo inditio eſt pul
ſus, qui paruus, rarusque factus eſt: ut ipſe quoque Philippus ſcriptum reliquit. talem autem pulſum ex
frigore effici, in libris de pulſibus oſtendimus. ſed & reſpiratio pulſui eſt in ijs, qui ſic affecti ſunt, perſi
C milis, parua, raraq;, & per longa interualla: quæ uim frigoris earum partium indicat, quæ ad cor perti
nent: quod etiam in commentarijs de difficultate ſpirandi docuimus. ſed neque calidum hi expirant,
quod inſeparabile ſignum eſt, ut principium eſſe refrigeratum intelligas: ſicut contrarium eſſe calfa-
ctum indicat. vnde igitur ſumas, eos febricitare, cum neq; thorax eorum calidus ſit, nec partes pecto
ris, neq; aliæ; nec partes, quæ ſub alis ſunt, nec ubi coſtæ curuantur, nec quæ ad ſpinã uſq; pertinent?
at hæc etiam Philippus fatetur. ceterum ait, eorum pulſus habere febris inditium; nempe duritiam,
quam Archigenes ſignum inſeparabile febrium omnium ſtatuit. at ſi eum, qui re uera durus eſt, intelli
git; is quidem marceſcentibus ineſt omnibus, propter arteriarum ſiccitatem, non tamen eſt febrium
ſignum. ſi uero eum, quem Archigenes durum uocauit, nomen ſolum pronuncians, cum rem nullam
poſſit afferre, de qua nomen dicatur: contra hanc ſententiam multa quoq; a nobis in commentarijs
de pulſibus, dicta ſunt. ſenium uero ex morbo cum frigus cum ſiccitate iunctum ſit, febris non eſt. a-
liud autem marcoris genus, quem torridum Philippus uocat, re uera marcor eſt: ſicut etiam eſt is, quẽ
[quia animi defectionem ſequitur] συγκοπτικὸν nominat: in quibus pulſus frequens, paruuſq; eſt. parti-
culatim uero ijs, quos torridus marcor occupauit, hoc euenit, ut dum oſcitant, calidum adeo ſpiritum
efflent, ut aſſimilare illum ardori iure poſſis. oritur autem torridus hic marcor, ut diximus, ex calore, fe
D bribuſq; ardentiſſimis, præcipue autem ubi corporis habitus ſit ſiccior: qui uero συγκοπτικὸς appellatur,
gignitur, cum ijs, qui correpti ab animi defectione ſint, periculiq; uehementiã tunc effugerint, aliquid
ex illo ipſo affectu adhuc remanet. frigidus autem marcor, qui affectionem ſenectuti ſimilem habet,
fit febribus in ipſum tranſeuntibus, cum non ita, ut oportet, aut aquæ gelidæ potu, aut ijs remedijs re-
frigerantibus, quæ præcordijs, thoraciq; imponuntur, refrigeratæ ſint. illud autem, non ita, ut opor-
tet, duobus contingere modis poteſt: vel quod uſus refrigerantium ſit immoderatior, uel quod nõ ad-
hibeatur in tempore: quamuis poſſit etiam affectus ipſe ex ambabus hiſce cauſis ſuboriri.

Quibus marcoribus adhibere remedium queas, & de uſu balnei, aduerſus Philippum. Cap. 6.

NOn poſſe autem eum, qui uere marcor ſit, ſanari, ſupra quoq; dictum eſt, cum de ſenectute age-
remus: ac nunc itidem iterabimus. qui ſanari marcorem putant poſſe, ijs tale quid uſu uenit,
quale illis, qui uertebrarum, quæ in ſpina ſunt, in priorem partem dimotionem ſanari poſſe arbitran-
tur. vnde enim utriq; in affectibus dignoſcendis lapſi ſunt, inde ſe rectiſſime quid effeciſſe exiſtimarũt.
† Hoc abeſt a quoſdam enim extenuatos curarunt, [†ex ijs uero, qui marcuerunt, neminem] cum uero eorum, qui
græcis libris. ita extenuati ſunt, ſit duplex affectio, de utraque ſeparatim loquamur. altera igitur extenuatorum affe-
ctio exiſtit, ubi humor ſolidarum partium, quem eſſe proprium illarum alimentum aſſeruimus, perijt:
ac

ac tenerę carnes sunt colliquatæ. altera uero ipsa etiam solidiora corpora attingit, quæ & prima, & e E
similibus inter se particulis conflata appellamus. hæcq; est, quæ, ut etiam senectus, curari non potest.
altera, ut periculosa sit, non omnino tamen est insanabilis: habetq; hoc cum ceteris affectibus commu
ne, ut contraria morbo remedia exposcat non æque tamen, ut alij complures, securus est. has autē tres
affectiones humectare oportet, hocq; earum omnium commune est, quod communis etiā siccitas sit:
cum interim una earum, quam senectuti comparauimus, calfieri debeat: alia uero refrigerari, quam tor
ridi marcoris nomine appellamus: mixtam uero quodam modo curationem exposcit is marcor, quem
μαρασμώδη nuncupamus, non qui factus iam sit (hoc autem perpetuo in memoria habendum est) sed qui
adhuc fiat, cum humor solidis mēbris innatus absumatur. hæc sunt, quæ tibi in curatione proponas. ut
autem materias remediorum inuenias, & quomodo eis utaris, deinceps agendum est. melius igitur fe
cisset Philippus, si non modo ea, quæ in primo libro de marcore, nempe de eius origine, deq; differen-
tijs dignoscendis, ac de transitu, sed etiam si aliquid de curandi ratione conscripsisset. nunc uero de ea
re nihil monimentis literarum uidetur consignasse. ego cum multos iam annos secundum eius de mar-
core librum perquisierim, neq; ipse inueni, neq; in quenquam incidi, qui se illum legisse unquam affir-
marit. in primo autem libro, quem nonnulli ne primum quidem uocant, sed solum de marcore inscri-
bunt, cum secundus non extet; de usu balnei mentionem fecit: eorum tamen sententiam nō probat, qui F
eo utuntur remedij loco, quod marcescentes a lauacris lædi opinetur. uerum quia obiter hoc attige-
rat, ideo de eo nec copiose egit, nec diligenter, ut solet, hoc remedij genus perpendit. & tamen euiden
ter conspicitur exiccatos humectare, ut facile in ijs, qui sub sole æstiuo iter fecerint, aut alio quouis
modo se se exercuerint, aut exusti sint, licet intueri. nam & hos omnes, & præterea, quotquot siti confli-
ctantur, & humidos reddit, & a siti liberat. immo uero & alios, qui quomodocunque aut a uigilijs, aut
curis, aut rebus uenereis, aut edulijs, aut exiccante medicamento, aut ira exiccati sint, omnes madefa-
cere, reficereq; uidetur. sed arbitror, Philippum in ijs, qui iam in uerum marcorem inciderunt, balneum
contempsisse, quippe quos nullum etiam aliud remedium sanet. quo fit, ut hac in re ab eo duplici ratio
ne dissentiam, & quod nonnullos, qui iam re uera marcore obsidentur, sanari posse putet; & quod bal-
neum despiciat. potest enim euidens de eius facultate periculum fieri in ijs, qui nondum in marcorem
illum, qui curari nequit, inciderunt: qui ne marcor quidem fortasse appellabitur ab eo, qui accurate lo
qui uelit: nos uero nullam alioqui uerborum curam gerimus, dummodo res ipsas clarius exponamus.

Qui marcores usu balnei, & aquæ potu curentur: & quomodo oriantur. eaque in re Philippi reiecta sententia. Cap. 7.

CVm tres sint primæ, & generalissimæ febrium differentiæ, nunc diarias missas faciamus, ac de ijs G
loquamur, quæ ex humoribus oriuntur, deque hecticis. itaque febribus, quæ ex putrescentibus
humoribus accenduntur, balneum remedio est, si post humorum concoctionem eo utaris: in hecticis
uero quæ solæ sint, nec ullam aliam febrim iunctam habeant, omne tempus est balneo accommodatū.
si annexam febrim ex humoribus ortam habeant, tum, cum illi concocti erunt. eadem autem esse pro- A.l.4.f..t.3.c.
pemodum frigidæ potui dandæ tempora existimandum est: sed si in ea erraris, magno cum detrimen- 21.p.805.c.
to id feceris balnei usus in febribus ante dictis periculo uacat: nisi forte uires esse infirmas suspiceris.
ac nos quidem multos, quibus marcor imminebat, his auxilijs curauimus. in primo autem de febrium
differentijs libro dictum est, diarias quasdam cum hecticarum genere communionem habere: quas pri
mo die accurate cognoscere non possumus, sed uel secundo, uel summum tertio: ac cum primum qui-
spiam eas norit, aquam frigidam esse potui dandam: quod eo tempore sine ullo prorsus periculo propi-
netur, cum & uires ualentes sint, & copiosus adhuc sanguis contineatur in corpore. cum uero diutius
immoratæ sint, uires imbecillæ redduntur, sanguisque fit exiguus. unde duplex subinde incommodum
affertur: alterum est, quod aliqua particula in frigida bibenda percutitur, ac refrigeratur: alterum uero,
quod ij, qui aquam præbent, nisi mensuram sint debitam assecuti, non modo aliam particulam quam-
piam, sed ipsam quoq;, in qua originis febris initium situm est, refrigerabunt. ubi uero cor plus, quàm H
par est, refrigeratur, si natiuum adhuc madorem suum seruet, uires concidunt: sin siccius sit, ab eo affe-
ctu, qui senectuti similis est, corripitur. sed eodem ipso tempore, quo prima febrium hecticarum signa
manifesta erunt, etiam utile erit refrigerantia medicamenta foris imponere, eaq; ipsi ut ita dicam, fe-
bris foco, de quo paulo post accurate disseram admouere. nunc ad balneum redeo, quod omnibus fe-
bribus squalidis utile est, nisi si quid aliud eis annexum id prohibeat. interdum uero utilius est, quàm
medicamenta refrigerantia, cum squalor in toto animante, aut certe in foco exuperet. focum autem fe
bris uoco eam animalis partem, quæ prima suis solidis partibus immodice excalfacta sit. cor igitur pri
mum calidius, quàm par sit, effectum, hecticam febrim affert: deinde iecur, non tamen per se, ut cor: sed
quod illud in consensum secum trahit, nimirùm cum ipse affectus cordis rationem causę obtinet: sed
qui sunt corporum cordi uicinorum. tum uentriculus: & post hunc, quæcunque alia concalefacere cor
possunt. quare si uicinitatem attendas, oporteret pulmonem maxime omnium aliorum simul concale-
facto corde febrim hecticam, & siccam importare, ex qua marcor consequitur: id tamen fieri non uide
tur, tum quod uiscus ipsum humidum est, tum quod respiratione refrigeratum, non facile † in similem † lib.5 habet
unquam affectionem incurret. quare hectica febris plerunque ex alijs uisceribus solet excitari cum bi- διαθέσεν ὁμοί[illegible]
lioso humore, qui in uentriculum hominis male affecti sit infusus. quam ob rem Philippus in multis fe- [illegible] similē affectio[illegible]
bribus

ne suscipies impressi uero, ut appareret, corrupti sunt. videntur cum innuere hunc sensum: affectio causæ similis hoc ui sus non facile unquam oc capabis.

A Febribus marcescentibus putat affectionem erysipelatis naturam referentem in uentriculo exoriri. siq;
in uentriculo, profecto etiam eandem affectionem in iecore constitui suspicandum necessario est: a qui
bus solis uisceribus male affectis fieri marcorem existimare Philippus uidetur. ego tamen non raro ui-
di, qui his partibus illæsis, in corde marcescerent: cuius cordis cur oblitus Philippus sit, certe nescio:
cum neq; ex iecore & uentriculo solis affectis, quomodo marcescens febris oriatur, nisi affectus cor-
di communicetur, ostendere nullo modo possit. uerum non solum in hoc labi mihi uidetur, sed in eo ēt,
quod marcidam febrim ab alijs oriri partibus non arbitratur. siue enim affectio erysipelatis speciem re-
ferens, sola in uentriculo exorta talem febrem inducat, siue etiam sine ea sit, quando illius corpus so-
lum sine bilioso humore accensum sit: poterit certe similis affectio in aliqua alia parte nasci: si uero ea
pars talis sit, ut cor cum ea concalefiat, necesse omnino erit, ut eius affectio in febrim transeat: quæ si-
ne dubio progressu temporis in hecticam euadat: ac nisi dissoluatur, marcorem inducat. sed, ut etiam
ante monui, uerborum nō est habenda ratio: cum adhibendum studium sit; ut omnes affectiones, a qui
bus corpus exiccatur, dignoscamus, ac simul recte curemus. in quibus una est, quæ febrilem calorem
adiunctum habet: quam si sola per se sit, balneum perpetuo iuuat. quandoq; enim, ut dictum est, hecti-
ca febris, & marcida cum affectione, quæ erysipelatis naturam imitatur, hominem corripit: quæ refri-
B geranda prius est edulijs, potionibus, & ijs quæ foris imponuntur. sed hæc ipsa febris per se, nec alteri
ulli morbo iuncta balneum requirit, ut aliæ quoq; siccitates uniuersæ; siue calidæ, siue etiā frigidæ fue-
rint. estq; hoc admirabile, in balneis hanc esse uim, ut calidas, & frigidas siccitates iuuent: sicut etiā, ut
non sitientibus, sitim afferant: ac sitientibus, sitim adimant. hæc autem a balneis effici, uel nulla allata ra
tione, euidenter conspicitur: quod eos, ut ante dixi, qui uel ex sole, uel itinere calfacti exiccati sunt, cū
lauerint, humectari, refrigerariq; mirum in modum intueamur: nec minus, celerrime calefieri eos, qui
magnam uim frigoris passi excalfactionem postulant; uideamus. præterea uero qui ex itinere, aut solis
æstu sitim contraxerunt: sitim usu balnei sedāt: ac qui siti carent, cum lauerint, sitiunt. ceterum hos persæ
pe, illos semel modo lauare conuenit. atq; hæc quidem ita fieri planum est: eorum uero causas nos ali-
bi attulimus.

Curatio marcoris, cui affectio, erysipelatis naturam imitans, coniuncta sit. Cap. 8.

NVnc ad propositum reuertamur. balneum omnibus hecticis febribus, cum hoc solum habent, ut
hecticæ sint, auxiliatur. at si erysipelas, aut inflammatio adiuncta sit, aut putrescentes humores,
& item incocti contineantur in corpore, tum ægroti, qui balneis utentur, non ob febrim, hecticam, sed
C ob hęc ipsa lædentur. ipsa enim in eo, quod febris sit perpetuo, tum a frigida potione restinguitur, tum
a balneis iuuatur: offenduntur autem ægri propter ei adiunctas affectiones. atque hæc quidem sunt ef-
ficacissima remedia, quorum usu, ne fiat marcor, prohibeas. suntq; hæc in hecticis febribus audacter ad
modum adhibenda. at si affectio, erysipelatis speciem referens, adsit, a balneo est omnino abstinendū:
& aqua frigida in statu morbi † summa concertatione utendum. sic enim dicere solemus, cum aquam
& affatim, & frigidissimam potui damus. in principio uti ea non debemus, nisi æger, qui frigidæ potio-
ni assuetus, ferre sitim non queat, nos cogat: sed tunc imponenda sunt extrinsecus refrigerantia. quæ si
nihil proderunt, eos etiam ut ipsa intra corpus sumant, cogere oportebit. ijs autem maxime conueniūt
humidæ, nouæq; lactucæ, in aqua pura frigida demersæ, atque ita præsertim sumptæ. si uero æger petat,
ut illarum ita oblatarum insuauitas deliniatur, acetum aqua frigida temperabis, & in eo illas ut intin-
gat, permittes. quo in casu acetum omnis uinosæ qualitatis expers esto. foris quoque accommodate
admouebitur tum lactucæ ipsius, tum semperuiui, intybiq; succus, & cetera omnia refrigerantia. præstā
tissimum autem est, quo utimur eo tempore, cum uuæ acerbæ habentur. expressum enim ab eis humo-
rem unà cum portulacis in pilam conijcimus, tum contundimus, atq; in uas exprimimus: uasq; illud in
frigidam aquam immergimus: eaq; erit præstantior, si niuis quidpiam contineat. cum uti eo uolumus,
D modicum *albæ farinæ admiscemus, tum in duplicatum linteum infundimus. mox præcordijs præten-
dimus: nec ibi diu morari permittimus: sed cum tepescere incipit, auferimus, alterumq; simili modo im
ponimus, idq; subinde facimus, usquedum æger intimas partes refrigerari sitimq; mitescere persenti-
scat. interdum uero oleum quoq; immaturum, aut rosaceum admiscemus, præsertim uero cum aliquid,
quod inflammationem sapiat, præcordia obsideat. itaq; affectiones erysipelatis naturam præ se feren-
tes sic refrigerandæ sunt. in quo illud intelligendum est, ubi quædam huiusmodi affectio sit, ibi hecticā
febrim exquisitam esse non posse. est autem exquisita hectica febris, quæ neque principium, neque in-
crementum, neque statum, neque declinationem singularum accessionum habet. ceterum in libris de
febrium differentijs, cum alia multa, tum uero hoc etiam monuimus, febres hecticas solum post assum
ptum cibum, ut calcem inspersa aqua, efferuescere: hoc autem incremento sublato, æquales semper
permanere. Si quando tamen aliquod breuissimum incrementum, aut inuasio incidit, spectandum est,
an ulla sit humorum corruptela, an uero quispiam alius locus prior, seorsum a corde, sit affectus, quem
nec simplex, nec hectica affectio; sed uel inflammationis, uel erysipelatis naturam referens obsideat: ut
ita accommodata affectionibus possit adhiberi curatio.

Qua

Qua uictus ratione in omni marcoris genere ſit utendum. Cap. 9. E

CVm igitur torridus marcor ab ardentibus febribus ortum ducat. ei obſiſtes medicamentis refrigerantibus, quæ tum foris loco affecto ſuperdentur, tum intra corpus aſſumantur. ſi uero ſenectus ex morbo effecta ſit, ſi ea iam plane talis euaſerit, curari nullo modo poterit: quæ uero nondũ abſoluta ſit, ſed inibi iam ſit, ut talis fiat, unum ſolum habet propoſitum, in quo eius curatio uerſatur: eſtq; ea, quam refectionem, renutritionemque nominamus: quæ e multis, iiſque ſingularibus actionibus conſtat, quæ & multis rebus, & magna cautione egent. quibus de rebus ſi loqui nunc uelim, prolixa admodum mihi inſtituenda eſſet oratio. ac de eis in methodo curandi abunde diſſeruimus. in præſenti ſatis ſit monere, ſolida corpora exiccata alimento curari. in commentarijs uero de facultatibus naturalibus oſtenſum a nobis eſt, alimentum non per ſe ipſum ad omnes corporis partes comportari, ſed ab ijs trahi, quæ alimenti indigent. ſed eæ in marcoribus inualidæ, & propter ſiccitatem ad trahendum infirmæ ſunt. ac ſi frigus etiam accedit, parum abſunt a mortuis. quocirca alimenta eſſe eiuſmodi debent, ut trahi facile poſſint: ut imbecillitatem attrahentium uirium ſuppleat materiæ facilitas. eſt autem attractu facile alimentum, quod tenuium partium eſt, ac natura calidum: ſed hoc fere non nutrit. oſtenſum enim eſt, alimentum eſſe craſſum, & glutinoſum oportere, ut ſtabile ſit, difficulter diſflari poſſit, & nutriendis corporibus prompte aſſimiletur. cum autem ita inter ſe hæc pro- F A.1.4.f.1.c.3. c.11.p.803.c
poſita repugnent, certe alimentum, quod hæc ambo accurate in ſe habeat, inuenire non poteris. conandum tamen erit, ut comperias, quod utrunq; præſtare mediocriter queat. ac mihi quidem ad hæc efficienda nihil uidetur eſſe lacte præſtantius: præſertim uero, ſi quis ſuſtinere uelit, ut ore apprehenſa muliebri mamma, lac ſugat: ut Eurypho, & Herodicus in tabidis eſſe faciundum cenſent. ſin minus, aſininum ſaltem lac bibant, dum adhuc calet, & breuiſſimo tempore aeri fuerit expoſitum. porrò hæc alimentorum intentio non modo illis confert, qui affectione ſenectuti ſimili detinentur, aut quos marcor ex animi defectione obſidet, ſed etiam ijs, quos Philippus torridos appellabat. uerum in ijs non ſunt calidæ alimentorum adhibendæ materiæ, ut in ſenecta, ſed frigidæ: inter quas mediæ ſint, quæ marcidis ex animi defectione offerantur. itaque lac, ptiſſana, & alica his tribus affectionibus conueniunt. ſed alica non ſecus, quàm ptiſſana, ex aceto confecta ſit, ut facilius diſtribuatur. mel eſt ad affectiones frigidas accommodatiſſimum: calidis, maxime noxium. quare eandem quoque rationem obtinebit in ijs, quibus imminet periculum, ne in prædictos marcores incidant. torridis autem inimiciſſimum eſt: utiliſsimum ijs, qui, ne in ſenum affectionem cadant, periclitantur. in ijs uero, qui ex ani- A. ibidem.
mi defectione marcore correpti ſunt, niſi uentriculus obſtet, poterit coctum uel ſolum, uel admixtum ceteris edulijs dari. iam uero oportunus balnei uſus cum ad omnia, quæ prædicta ſunt, tum ad alimen- G
ti diſtributionem eſt auxilium præſtantiſsimum. ſed adhibeatur cibo iam concocto, non tamen poſt longiorem inediam. nam ſi is, qui recens comedit, lauet, corpus crudis, incoctiſque humoribus implebitur. ſi uero poſt longiorem inediam, uires minuentur. in alijs omnibus corporis ſtatibus, præcipue in eo, de quo modo facta mentio eſt, dare operam debemus, ut abſoluta iam concoctione, homo lauet. uini quoque uſus ut ſummopere in frigido marcore prodeſt, ſic eſt in torrido fugiendus in eo uero, qui ex animi defectione oritur, ut media quædam, mixtaque affectio eſt, utpote quæ aliquid frigoris habeat, & aliquid febris adhuc ſeruet, ita mediam rationem retinet. ceterum cum hæc affectio per partes in contraria commutetur, & interdum refrigerationem, pulſuſq; priuationem, &, ut uno uerbo complectar, ea, quæ animi defectionis propria ſunt, inuehat: interdum uero calorem, & pulſus marcoris torridi pulſibus ſimiles: immutanda curatio eſt, prout eorum, quæ in ipſa exuperant, natura poſtulat: ut in eo marcore, qui ex defectione animi exortus eſt, uinum, temperataque alimenta demus, corpusque uniuerſum denſemus, & conſtipemus. in torrido, contraria admoueamus. qui autem ſe in libris de curandi methodo exercuerit, in omnium horum uſum oportunum ſingillatim comperiet. hunc enim librum non quibuſuis hominibus, ſed ijs, qui iam aliquem habitum hac in arte compararunt, ſcribendum eſſe exuſtimauimus. H

A GALENI DE HIRVDINIBVS, REVVLSIONE, CVCVRBITVLA, CVTIS CONCISIONE, SIVE SCARIFICATIONE.

Ferdinando Balamio Siculo interprete.

De Hirudinibus. *Cap.* I.

NONNVLLI captas hirudines includunt, easq; ad multiplicem usum accommodant. Vbi enim mitescunt, carni facile admouentur. Quæ uero modo captæ fuerint, per diem adseruandæ, exiguoque sanguine alendæ sunt, atq; ita fit, ut quicquid uirulentum in se continent, exprimatur. Quando autem ijs uti opus est, ea pars, cui hirudines admouendæ sunt, nitro prius fricanda, inungendaque, vnguibusve ipsis scalpenda est. hoc enim pacto auidius adhæ-
B rescunt. Oportet etiam eas ipsas in tepidam aquam, quæ uase lato & mundo contineatur, infundere, mox spongia comprehensas mucore & sordibus manu purgare, atque ita admouere. Vbi uero admotæ fuerint, ne ea pars, cui inhæserint, frigescat, oleum tepidum superinfundes. Si autem manibus aut pedibus affigendæ sunt, in aquam, in quam hirudines iniectæ sint, manus aut pedes immergantur. Si uero non firmiter hæserint, earum caudæ forcipe incidendæ sunt. Nanque ita, ubi sanguis effluxerit, ab attrahendo non desistunt, donec cinere aut sale os earum aspergatur. Postquam autem exciderint, quod relinqui abieis uenenosum solet, cucurbitula exhauriendum est, uel si id minime fier, fotu per spongiam adhibito utendum est. Quòd si inde cruentæ lachrymulæ adhuc effluxerint, farinam, cyminumque admoueto, lanamque subinde modico madentem oleo alligato. Ceterum si manare sanguis non desinat, linteolum aceto madefactum, gallamve combustam, uel spongiam in liquidam antea picem immissam, mox crematam imponito. Illud quoq; compertum habere oportet, hirudines ipsas sanguinem illum attrahere, qui carni adiunctus est, non qui in imo corpore continetur. Earum uero usus pro cucurbitulis esse solet. Præterea remouendæ tunc sunt, cum dimidiam sanguinis partem extraxerint. Quin etiam prohibendum, nec permittendum est, ut sanguis eousque effluat, quousq; sit satis. Siquidem pars ipsa frigescit, tum ob ipsas hiru-
C dines, quæ natura frigidæ sunt, tum etiam ob aerem ambientem.

De Reuulsione. *Cap.* 2.

VEhementes humorum fluxiones reuulsiooe cohibendæ sunt, ne nimium confertæ alioquin prorumpant. Sunt autem remedia, quæ per reuulsionem adhibentur, eiusmodi. In pectus uidelicet, aut uentrem, siquid defluxerit, ad manus retrahendum est, uomitus uero ad partes inferiores, ueluti quæ ex acribus clysteribus fluxiones proueniunt, uomitus contra præsidio auertuntur. His uero ambabus fluxionibus, cum superior atque unà inferior uenter urgetur, eas ad urinam sudoremq; reuocabimus: vrinæ autem fluxum ad sudorem aluique deiectiones. Est quoque auxilium quod ex diuersis contrarijsq; partibus reuellit cucurbitula, si mammis proxima apponatur. Item adiumento est, si ubi nimium sanguinis fluit e naribus, aut per loca muliebria immodici effluxus labuntur, præcordijs (hypochondria Græci dicunt) affigatur: acria quoque medicamenta finibus admota, eas fluxiones retrahunt, quibus caput aut uiscera uexantur. Atque ut summa rem complectar, ita reuulsio efficitur. In humoribus uidelicet partes superiores petentibus ad inferiores: & contra, si inferiores petant partes, ad superiores: & contra, ad dexteram similiter partem aut læuam, item in anteriorem aut posteriorem siquid defluxerit, ad oppositas partes reuulsio facienda est.

D *De Cucurbitula.* *Cap.* 3.

Al.1.f.4.c.21 p.351. CVcurbitulæ purgatis prius corporibus utiles quidem, sed in repletis (quæ plethorica Græci uocant) prætermittendæ sunt. Idemque initio phlegmones si uel cerebrum ea, uel cerebri membranulas, uel alias corporis partes occupauerit, seruandum est, eisq; abstinendum: sed cum nihil amplius adfluxerit, totumq; exinanierimus corpus, & usus rei inflammantis uel mouendæ uel amoliendæ, uel extrorsum abstrahendæ tulerit, illas adhibebimus. In his quoque affectionibus dum gignuntur, non quidem membris ipsis quæ cœperint laborare, sed eis quæ laborantibus coniuncta fuerint, reuulsionis gratia cucurbitulæ sunt imponendæ. Initio uero quæ repercutiendi uim habeant, sunt adhibenda. Cucurbitula exhaurire materiam, dolores soluere, phlegmonem minuere, inflationes discutere, appetentiam cibi excitare, imbecillo uentriculo uires restituere, animi deliquia leuare, si quæ profundas partes fluxiones infestent, eas transferre & siccare, sanguinis eruptiones prohibere, & quicquid mẽstrua uitiauerit, attrahere, ijsq; alleuiationem præstare potest.

De Scarificatione, seu cutis concisione. *Cap.* 4.

COrporis partes scarificandæ sunt, quę phlegmone uel duritie urgentur, quę uel tensę fuerint, uel dolore aliquo affliguntur, quæque fluxionibus uexantur: vbi eæ ipsæ fluxiones desierint, aut cum atrem materiam subesse uiderimus, seu uis aliqua uenenosa extrinsecus illata fuerit, præterea si ab altera

altera ad alteram partem deducere materiam uolumus, ſicuti ſcarificatis cruribus, affecto capiti me- E
demur. Sique exuberans materia in corpore minuenda eſt, atque ob id potiſſimum exuperantia illa oriatur, quod materia ipſa quæ emitti ſolet, ſupprimatur, ſcarificatione utimur, quemadmodum ſanguinis profuſionibus ſuppreſſis (quas hæmorrhoidas Græci appellant) crura ipſa lota quidem prius, uel ſpongia calido fomento adhibito, ſcarificantur. Eodem nanque anno uenam frequenter incidere, minime quidem rationi conſentaneum arbitramur: quandoquidem cum larga ſanguinis copia uitalis quoque ſpiritus emittitur: quo ſane abſumpto, crebrius quidem moles uniuerſa frigeſcet, tum † animales functiones omnes deteriores redduntur. Quamobrem ab ignobilioribus membris utpote a cruribus ſanguis educendus eſt. Vtilis quoq; oculis ſcarificatio eſt, quos diutinæ fluxiones infeſtant, tum capitis uitijs: itē particulis quæ pectori dorſove adiunctæ ſunt. Prodeſt præterea cōpactæ materiæ, anginæq;.

† Orib. 1. ad Eunap. ca. 14. & Aet. l. 3. ca. 21. legūt φυσικὰς. i. naturales.

ORIBASII DE CVCVRBITVLIS, SCARIFICATIONE, HIRVDINIBVS, DERIVATIONE, ET REVVLSIONE TRACTATIO: F

Quæ apud eum habetur lib. ſeptimo, & octauo collectorum ad imperatorem Iulianum.

Io. Baptiſta Raſario interprete.

De cucurbitula, ex Galeno. *Cap.* 15.

Ex lib. vij.

CVCVRBITVLAE corporibus prius euacuatis utiles ſunt: cum enim plethorica ſunt corpora, cucurbitulas non adhibemus. eadem quoque ratione in cerebri, membranarumq; inflammationibus non utimur cucurbitulis in principio affectionum, quemadmodum ne in ulla quidem alia parte, quam obſideat inflammatio: ſed tum, cum nihil præterea influat, totumq; corpus ante ſit euacuatum, atque uſus poſtulet, ut aliquid eorum quæ in parte inflammata ſunt, moueamus, & amoliamur, uel ad exteriora attrahamus. Cū uero affectiones G
adhuc fiunt, tum non ijs membris, quæ laborare incipiunt, ſed eis quæ his continuata ſunt, reuellendi cauſa cucurbitula admouetur. in principio uero utendum eſt repellentibus.

Antylli, de cucurbitula; ex ſecundo libro de præſidijs euacuantibus. *Cap.* 16.

IN mediocri dolore, & ſimilibus, leuibus cucurbitulis, quæ ſine ſcarificatione admouentur, utimur: ubi autem uolumus roborare, uehementibus. in oppletis uero particulis, ut in ijs quæ a corrupta materia uexantur, præciſa cute affiguntur. antequam uero applicentur, uentrem iam emollitum eſſe oportet, aut omnino nullam infeſtantium excrementorum ſuſpicionem ſubeſſe: & prius omnino comediſſe, aut poſt leuem cibum, eumq; iam ſubductum aquam præbibiſſe. maxime autem ſi ſanguinem detracturi ſimus, primum locus eſt parumper illinendus: ſiq; poſtea ſatis ruber, & tumidus a cucurbitula ſit factus, ſcarificandus erit: ſi non, tertio loco erit admouenda, donec pars in tumorem extollatur, atque rubeſcat. ſi uero nec tumor, nec rubor excitetur, partes uſq; dum puniceæ fiant, ſpongijs fouendæ ſunt, & ita poſtea ſcarificandæ. at ſi norit quiſpiam, corpora non rubefactum iri, ueluti in ijs, quorum pingue abdomen eſt, aut in refrigeratis, & mulieribus quæ pepererunt, uſu uenit, tum antequam cucurbitula affigatur, cataplaſma partibus ſuperdabitur. ſed fit interdum, ut a leuibus cucurbitulis tumor ualidus, & colore liuidiore excitetur: ubi uero ſcarificatio ſit facta, aut parum quidpiam, aut certe nihil ſangui- H
nis effluat, cum & craſſius ſit, quod ante ſtat, atque carnoſius. in eiuſmodi ergo, ſpongijs maxime fouere locum, tenuemq;, & facile fluentem reddere ſanguinem conuenit. Ne uero prope mammas cucurbitulæ affigantur, cauendum eſt. illapſæ enim cucurbitulis nonnunquam mammæ, & inturgeſcentes, magna admodum difficultate auelluntur. ubi autem eas auulſeris, oleum erit perfundendum. applicandæ autem cucurbitulæ ſunt ex modico igni. nam ſi uehementes adhibeantur, uapore inflammantes, contendenteſq; corpora, nihil notabile attrahunt. eo uero ſitu collocandas eſſe partes, ut ne ſanguis in eis contineatur, craſſeſcenſq; excretioni impedimento ſit, ſed ut pronus ad inferiora effluat, inter omnes conſtat. ablatis cucurbitulis, ſi quod eductum eſt, ſatis ſit, partes, curabimus: ſin ſecus, iterum eas affigemus. In capite uero non cum multo igni affigendæ ſunt: ſiquidem uehementer attrahent, & euelli difficulter poterunt. quæ ex modico igne admouentur, id quod opus eſt, facient. Cum uero ad auellendum difficiles ſunt, ſpongijs calida & frigida aqua imbutis circundare eas oportet: ſiquidem ita remittentur: ſin minus, eas perforare conſilium eſt.

De cucurbitularum differentia, ex materia, & figura ſumpta.

DIfferentiæ cucurbitularum, quæ ſumuntur a materia, tres ſunt, uitreæ, corneæ, æneæ. argenteas, quia uehementer igniuntur, reijcimus. ænearum eſt uſus frequentior. uitreis quoque uti poſſemus,

A mus,in quibus sanguinis est consideranda euacuatio : & corneis item in capite , ubi æneas auulsu dif-
ficiles fore cognosceremus:itemq; in timidis, qui a flamma deterrentur.in figura autem præcipue dif
ferunt æneæ.altiores enim magis,quàm humiliores trahunt.quæque humiliores sunt , quia non uehe-
menter attrahunt,capiti sunt accommodatiores. quæ habent plana labia,corporibus latis, quarum la-
bra resima sunt,curuis & gracilibus aptius admouentur.quæ acutum os habent, ijs conueniunt,in qui
bus non scarificamus,sed uehementi impositione cucurbitularum,quas leues affigimus,attrahere uo-
lumus:cum acumen labrorum ad uiolentum attractum faciat. quæ labra habent obtusa , cum in alijs,
tum uel maxime in capite utimur.attractio uero ænearum , itemq; uitrearum cucurbitularum ex igne
fit:cornearum,citra ignem.siquidem in extremo perforatæ sunt:cumq; adhibentur abstersæ uehemen
ter per foramen trahunt.statim uero foramen digito,aut cera clauditur.

Herodoti,de cucurbitulis,ex libris de præsidijs euacuantibus. *Cap.* 17.

CVcurbitula materiam,quæ in capite est, euacuare potest,itemq; dolorem soluere,inflãmationem
minuere,inflationes discutere,appetitum reuocare:imbecillum, exolutumq; stomachum robora
re:animi defectiones amouere:quæ in profundo sunt,ad superficiem traducere: fluxiones siccare,san-
guinis eruptiones cohibere,menstruas purgationes prouocare , facultates corruptionis effectrices at-
B trahere,rigores sedare,circuitus soluere,a propensione in somnum excitare,somnum conciliare,graui
tates leuare.atq; hæc quidem, quæq; his similia sunt,præstare cucurbitularum usus potest.

De scarificatione,ex libris Antylli,de præsidiis uacuantibus. *Cap.* 18.

SCarificamus partes corporis,quæ aut inflammatione,aut duro tumore laborant,eæque siue disten-
tæ sint,ac dolore uexentur,siue fluxionibus infestentur: cum scilicet ad statum uenit fluxio , aut iam
eundem sit consecuta:aut acris adsit materia. Pars autem,quæ scarificanda est,prius,si fieri potest, laua-
ri debet:sin minus,aqua tepida perfundi,usque,dum rubefiat:aut spongijs foueri,aut soli, ignive expo
ni:& postea scarificari.adhibendæ autem sunt incisiones cruribus,& abdomini per rectitudinem. eodẽ
que modo in thorace,dorso,& ceruice.at in capite,pro situ capillorũ.in fronte,obliquæ. porrò incisio-
nes sunt æquali inter se magnitudine,sintq; æqualia quæ inter eas sunt interualla,initiumq; scarificatio
nis ab inferioribus partibus sumatur.ita enim sanguis ad extimas partes influens non obscurabit eas ,
quæ deinceps scarificandæ erunt.situs uero scarificationum per æquales inter se ordines fiat. non fiat
autem scarificatio plagam infligendo,sed per tractum. hoc enim pacto dolore uacabit.

C *Apollonii,de scarificatione.* *Cap.* 19.

CVm ad corroborationem,& quamlibet corporis tutelam , sanguinẽ conferre plurimũ didicerim:
qui quidem plerunque redundat,& interdum qualitate in peius uertitur;existimaui,ubi redundat
imminutionem:ubi corruptus est,immutationẽ conuenire . Venas igitur eodem anno sæpe incidere
non esse accommodatum censui : quoniam unà cum multo sanguine spiritum quoq; uitalem effundi
intelligebam:quo crebrius exhausto,tota corporis compages refrigeratur , & omnes naturales actio-
nes peius obeuntur.quocirca iudicaui a particulis ignobilissimis,utpote a cruribus , sanguinis detra-
ctionem scarificando fieri debere,quantitatem metiendo ex hominis habitu , atq; usu , qui expostulet.
præstantissimum autem hoc auxilium est,tum ad tuendam sanitatem,tum ad recuperandam ,cum auer
sa fuerit, * * uel ab aliquibus huiusmodi causis.sed nemo tamen putet, me uenæ sectionem reijce-
re.eam enim ego in maximis,periculosissimisq; affectionibus non omitto:in quibus abunde, affatimq;
sanguinem effundere oportet.nam in uehemẽtibus affectionibus euacuationes affatim faciendæ sunt.
Plethoram uero mediocrem,quæ aliquid mali sit factura, & iam conuersionem in morbosum statum at
tingat,tibia scarificationibus uexata,quæq; sine molestia,& quantam uoluerimus sanguinis extrusio-
nem reddiderit,citra ualidam totius corporeæ molis commotionem,soluit. sæpe autem plus,quàm sa-
D tis sit,congregatur.quare non est cunctandum,quin quoties signa plenitudinis inciderint , eam tolla-
mus eo modo,quem nunc præscripsi.præstat autem uiscera,quæque in toto corpore insunt uasa , non
repleri immoderate,neq; distendi:sed potius in quadam relaxatione terminata contineri , ut expedite
permeare spiritus naturalis queat.

Scarificationem mulieribus quæ non probe purgantur,itemq; aliis plerisque affectionibus prodesse. *Cap.* 20.

MVlieribus , quibus non prospere succedit purgatio, scarificatio mirabiliter auxiliatur . nã quod
illic minus est factum,hac ratione euacuatur , statutum autem purgationis tempus expectandũ
est:tuncq; si nihil,aut parum sponte sua effluxerit,hoc auxilio tantum detrahemus , quantum usus po-
stularit,quinetiam hoc auxilium quibusdam mulieribus maxime profuit, ut menstruæ purgationes de
more iterum redirent.continua enim ad partes inferiores sanguinis deductio,ei quoque uiam ac pro-
pensionem parat. Equidem mulieres , quæ multum ætate processerunt , quibus iampridem menstruæ
purgationis nihil apparuerat,ubi aliqua molestia corporea uexarentur , hac curatione subleuare con-
sueui.est enim hæc mulierum propria,multumq; efficax est : quippe quæ naturalis excretionis modum
imitetur. Euacuare autem interdum scalpello soleo , interdum hirudines admouendo . Iam uero cum
oculos quidam ex longo tempore ab incessabili fluxione infectos haberet , hoc præsidio sanatus est:

cum nos alijs quoque localibus auxilijs ad oculos uteremur,& totius corporis curā gessissemus. Se- E
nex etiam quidam.cum prius per longa interualla,deinde breuia, strangulante circa pulmonem angustia uexaretur, simili modo est curatus. uacuandum autem tantum est, quantum conuenire uideatur. estque cauenda refrigeratio: alimentumque moderatum tribus, aut quatuor diebus dandum. Cumque pestilentia uehemens per Asiam uagaretur,multique ob eam causam obirent, egoque in morbum itidem incidissem,secundo die cum remissio fieret,crus scarificaui,& ad duas libras sanguinis detraxi, atque hac ratione uitaui periculum.quo sane auxilio, cum multi quoque usi essent, sunt seruati. erant enim signa plenitudinis.atque illi præcipue euaserunt,qui sanguinem copiose euacuauissent. Quinetiā capitis dolores moderatos,tonsillarum inflammationes,ac dolores laterum recentes tollit. nam diuturniora huiusmodi symptomata localibus scarificationibus dissoluimus, eos denique qui uires reficiunt,& ad statum naturalem difficultet redeunt,nihil sane est,quod æque ad eis accommodatā,& idoneam,bonamq; nutritionem ducat,ac sanguinis per scarificationem euacuatio.

Antylli, de hirudinibus, ex libris de præsidijs euacuantibus. Cap. 21.

NOnnulli captas hirudines includunt,eisque ad multa utuntur.ubi enim mitescant,carni facile admouentur:cum aliæ quandoque peregrine se gerant. eas uero experientia docti protinus admouemus:quæ uero nuper sunt captæ,unum diem seruare, & parum sanguinis alendi gratia inijcere conuenit.ita enim uirus earum exprimetur. Vbi uti uolumus,locus,cui applicandæ hirudines sunt, nitro F
prius fricandus est,ac sanguine alicuius animalis,aut argilla liquida illinendus;aut fouendus, aut unguibus scalpendus.siquidem ita promptius carnem apprehendent, hirudinesque in aquam puram, & tepidam in uase lato, atque magno inijciendæ sunt, ut commotæ uirus abijciant: deinde spongia sunt excipiendæ,& strigmentis purgandæ,ac denique manibus admouendæ.ubi omnes inhæserint, oleum tepidum particulæ,ne refrigeretur,infundemus.si uero manibus,aut pedibus affigendæ sint,partem in aquam,in qua hirudines sunt,inijciemus.si uero cum cruore plenæ sint,uti etiam eis oporteat,uel quia paucæ nobis hirudines suppetant,uel quia paucæ carni inhæserint, earum caudas ubi expletæ sanguine fuerint,forcipe excidemus.nam sanguine fluente nunquam trahere cessant, donec nos sale, aut nitro,aut cinere earum ora perspergamus.cum exciderint,si locus est cucurbitulę capax,eius applicatione uirus extrahendum est; eaque erit ualide agglutinanda, celeriterque auellenda:si uero capere cucurbitulam non queat, spongijs fouendus est. si uero ex corporibus, aut osculis cruentæ lachrymulæ adhuc effluxerint, mannam,uel cuminum, uel farinam insperges: deinde lana pauco oleo madente cōuolues. Si sanguis etiam erumpat,linteola,uel telas aranearum ex aceto inijcies, uel gallam, uel spongiam nouam pice liquida illitam,& combustam deinde chartulam aceto madefactam applicabis, atq; G
alligabis. hæc in medijs corporis partibus agenda sunt.nam in artubus,hoc est brachijs & cruribus,sola deligatio ad cohibendum sanguinem est satis: quæ postero die soluenda est, sique sanguis constiterit,abijcienda,si non, ijsdem utendum. Scire autem conuenit, hirudines non ex intimis partibus sanguinem attrahere,sed eum,qui carni adiacet,exsugere. porrò utimur hirudinibus in ijs, qui incisiones pertimescunt,uel in ijs particulis,quibus propter exiguitatem, aut gibbositatem, aut inæqualitatē affigere cucurbitulas non possumus. hirudines autem auellimus,quando eius sanguinis, quem detrahi oportere existimamus,dimidium extractum fuisse conijcimus: deinde tandiu sinimus effluere, quandiu fuerit excretus is; qui satis sit. cumque particula tum ab hirudinibus, quæ suapte natura sunt frigidæ, tum ab aere ambiente refrigeretur, ideo fouenda est, ac recalfacienda: sanguinisq; effluxio nō refrigerantibus,sed adstringentibus,& emplasticis,ut diximus,cohibenda est.

Menemachi, de hirudinibus. Cap. 21.

HIrudines locis affectis,aut ijs,quæ non pinguibus proxima sunt, applicantur. nam oleum earum appetentiam subuertit. in angustiam uero stricti calami, ab utraque parte non perforati, aut in H
operculum paruæ harundinis, aut quippiam simile demitti debent, cum admouendæ sunt. earum numerus ex duabus magnitudinibus,loci uidelicet,& affectionis est sumendus. ✻ auferantur autē oleo calido earum labijs infuso. mordacitas uero salis est in partibus ulceratis exoluenda. quod uero post euulsas hirudines effluit,digitus impositus cohibet.quantum autem excretum sit, ex erectione hirudinum apparet.Sed euidentius quoque cernitur,si conductū in unum sit,ubi auulsæ a corporibus hirudines sanguinem euomuerint. illis ægre adhærescentibus,loca,quibus, affigendæ sunt, superficie tenus scarificanda sunt:nam cum primum sanguinem gustarint,eundem magis expetunt.

De deriuatione, Galeni. Cap. 18.

DEriuatio eiusdē generis est,cū euacuatione;quæ fit per eā partē,quæ fluxionē suscipit.ea fit p aliquā uicinā partē:ut cū per gurgulionē,aut palatū fit fluxio,ipsius deriuatio accōmodate per nares fieri,nobis irritātibus,aut p acria medicamēta prouocātibus. Cū aūt ad oculos,aut aures,fucci uergūt, tū eos nō in nares tm̄,sed in os et̄ deriuare debemus,medicamēto qđ ex origano & sapa,& qđ ex sinapi cōstat,dato,ad os colluendū,& gargarizandū. Id et̄ nobis ē perspicuū, uuā taminiā commansam, pyrethrumque,

A thrumque,& cetera huius generis acriam,succorum copiam,quæ in oculos,aut aures ex capite fertur ad os traducere. Fit etiam deriuatio,si id quod per asperam arteriam in pulmonem defluit,ad stomachū diuertamus,si quidem hoc est potius eligendum. atque etiam in muliere si per uenas sedis sanguis erūpat,eumque ad uteri uenas traducamus.fiet deriuatio.ex quo fit,ut riuare sit per riuos ducere, deriuare uero est e riuis ad latera diuertere.

De reuulsione,eiusdem. *Cap. 19.*

VEhementissimos influxus succorum auxilijs reuellentibus confertim ingruere prohibemus.sunt autem reuellentia auxilia, uincula artuum, ubi succi in thoracem & uentrem uehementer inclinant:uomitus uero,ubi partes infernas petunt:quemadmodum etiam acres clysteres,ubi ad uomitum uergunt.Has ambas succorum inclinationes,cum eam inquam quæ per superiorem, & per inferiorem uentrem fit,ad urinas,& sudores reuelles. urinas quoque tum ad sudores, tum ad alui deiectiones trahes.reuellens etiā præsidium est cucurbitula prope mammas affixa.quæ uero hypochondrijs adhibentur,sæpenumero sanguinis ad nares impetum ualde reuulsisse conspexistis: quemadmodum etiam immodicas per uterum irruptiones.acria quoque medicamenta artubus imposita,succos ad caput,uisceraque uergentes reuellunt.Omnino autem reuulsio faciēda est,deorsum,ubi succi sursum uergunt:sur
B sum uero,ubi ad inferiora feruntur:& ubi introrsum ad exteriora:ubi extrorsum,ad interiora:itq; dextrorsum inclinant,in sinistram:si sinistrorsum,ad dextram facienda reuulsio est. eodemque modo fluxiones,quæ retro inclinant,antrorsum,quæ uero in anteriora,retrorsum reuellendæ sunt. Timocrates igitur Heracleotes,cum iuuenis quidam ex agro non mediocre pōdus in urbem dextra manu tulisset, ob eamque causam impleta manus fuisset,iussit, ut pari pondere sinistræ imposito tantundem itineris conficeret:ita enim fore ut manus tumor euanesceret.qua re confecta statim tumor cessauit: ac me quidē non solum in manibus,sed cruribus etiam tale aliquid facere conspicitis.cruri namq;, in quod humor confluit,aliquod repellens medicamentum adhibeo,idq; apte ligo:eaq; deligatio ab inferioribus partibus incipit, eaque semper uicinas partes continenter excipiens, & densans, usque ad inguina progreditur:alteri uero cruri aliquod medicamentum calfaciens impono,atq; ita fluxionem commuto, & ad alterum crus reuello.

GALENVS DE FASCIIS

C

Vido Vidio Florentino interprete.

VIDIVS LECTORI.

Postremi libri de fascijs,de laqueis,de machinamentis non reperiuntur (quod sciam) nisi in eo codice, cuius mentionem fecimus in epistola ad regem,in quo sunt tres auctores de fascijs,Galenus,Soranus,& Heliodorus,e quibus ego latinum feci Galenum duntaxat,nam qui hunc norit,reliquos plane norit.Sed an eiusmodi liber germanus sit Galeni, dubitare nemo debet,nam uel ipso proœmio conuincitur,atque hic est ille liber, quem ipse pollicitus est in secundo commentario de officina medici.Verum desiderantur in Galeno quædam, quæ placuit accepta a Sorano et Heliodoro in hunc librū inserere,ne qua supersit humani corporis pars,cuius uinculū in hoc opere nō reperias. quæ suppleuimus putamus,uel ab auctore omissa,uel (quod magis probabile est) intercidisse. neque enim uerisimile est Galenum tam Sorano quàm Heliodoro posteriorem, qui ab utroq; multa alia de fascijs mutuatur,quæ nūc desiderantur,omisisse,nec singulis partibus (ut pollicetur) suā uinciendi rōnem assignasse.Huc accedit quòd descriptio Asciæ uinculi,quā posuit Heliodorus ad uinciendū femur, ī libro Galeni nō legitur,licet eius meminerit sæpenumero,quia tamen necessaria fuit,prætereunda fuisse non uidetur.ubicunque autem aliun-
D *de quidquam petemus, auctoris nomen maiusculis literis notabimus hoc pacto. EX SORANO. EX HELIODORO, cumq; ad Galenum reuertemur. Nunc Galenus.*

HIppocrates ille auctor uetustissimus mundiciem spectans, quam exigunt aliæ artes in agendo, mihi uidetur non inconsiderate protulisse. Nobis sane placet in arte uniuersa animi intentionem adhiberi. in quacunque enim opera decore agere recteque possumus, decore ac recte agere conuenit. quæcunque mundiciem celeritatemque admittunt, celeriter mundeque conficienda sunt: atque ubi euitari dolor possit quàm maxime iocunde: tum reliqua huius generis omnia præclarius agere debemus,quàm alij eiusdem artis professores. Siquidem(ut in nonnullis,quæ efficiuntur,uidere licet)artifices usum habentes non alia re præstant ignaris & expertibus, quàm celeritate atque elegantia. Medicum ergo eo magis quàm alium artificem fungi decet suo munere,quo sibi nobilior est subiecta materies: & id-
« circo,siue secet,siue adurat,siue alliget,siue quid aliud manu moliatur, non modo utilitati studere de-
« bet,sed mundiciei & elegantiæ, quemadmodum ipse alibi rursus testatur, quum inquit, Vinculi ratio duplex,altera illius quod inijcitur, altera illius, quod iniectum est.quod inijcitur,ut celeriter, iocunde prompte,

prompte,eleganter.celeriter quidem,ut opus expediatur:iocunde,ut facile præstetur:prompte: ut ubi E
que sit in promptu: eleganter,ut oculos delectet. Mala enim in nō nullas corporis partes incumben-
tia,idoneam uinciendi rationem postulant, eamque per se homo sæpissime decoram expetit. quare tā
solius ægrotantis gratia,quàm omnium quibus sui uidendi copiam faciet,scire oportet,quæ uincula,&
simplicia,& uaria,singulis partibus accommodentur:nec ignorandum est nonnullis utraque conueni-
re,nonnullis alterutra, nempe uaria, licet alij secus existiment, de qua controuersia primo dijudicare
operæprecium est.Expellunt nonnulli uaria uincula,non modo tanquam nihil proficientia, sed ueluti
usum præstantia maxime alienum.id quod nulla stabili ratione firmant:sed testimonio maiorum nitun
tur,primum Hippocratis, cum inquit, Sed qni præstantia uincula amant sine mente complura alia »
lædunt.præstantia id est uaria:deinde Mantiæ referentis cuidam oculos procidisse, cui pharmacopola
caput & faciem uario uinculo deligauerat:idque iure putant euenisse, quod fasciæ ob uarietatem inæ
quales urgeant, & idcirco mouere inflammationes possint, atque abscessus. Sed satius fuit eos di-
gnoscere,non uinculorum uarietate accidere,quod adducunt,sed inscitia alligantium,qui ualenter ad
stringunt.oportuit enim ita deligare,ut Hippocrates docuit,cum ait,In his autem maxime ad uinculū »
pertinet ut arctetur quidem sic,ut quæ iniecta sunt neque recedant, neque comprimant, sed fulcian- »
tur,non tamen cogantur.æquum autem fuit,ubi Hippocratem citarunt,illud adiungere quod in Hip- F »
pocratis oratione restabat,non enim simpliciter scripsit.Sed,qui præstantia uincula amant, complura
alia lædunt.uerum subiecit,sine mente intelligant autem ex ijs quæ mox persequar, uinculum uarium
nullo modo ab Hippocrate submoueri.ipse igitur in libro de officina medici fasciandi rationem agens,
ubi narrauit quid uincula requirant dum inijciuntur,quid postquam iniecta sunt, subdit. Quod inie- »
ctum est,ut recte,ut decore,recte intelligit iniectum,quod confert:decore,quod elegans est. ut autem »
exponat quid sibi uelit decore,addit. Decore quidem, ut simpliciter.ut distincte: adiungit autem uer »
bum simpliciter, non quo ex toto declaret decore, sed ex parte quasi dicat uinculum simplex sit & di-
stinctum, quod euidentius colligitur ex ijs, quæ subiecit. Aut similibus & æqualibus, æqualiter & si »
militer, aut inæqualibus & dissimilibus, inæqualiter & dissimiliter. Species autem simplex orbicu- »
laris, ascia, sima, oculus, rhombus, dimidiatus. aptetur uero species speciei, ac morbo illius, qui de »
uincitur. Ergo uinculi speciem, quæ simplex est, orbicularem esse necesse est, sed ascia omnino sima »
est, atque ita quod prorsus æquale est, erit sibi simile, quod inæquale dissimile. num igitur deterren-
tur iam de sententia, qui uaria uincula repudiari ab Hippocrate uoluerunt, fatentes asciam, oculum,
rhombum, dimidiatum, uarijs assignari? an præter hæc, illis commemorem eundem Hippocratem in
libro de articulis,ad fractum iugulum, uinculum admouere; quod a gruis similitudine γερανίδα nomina G
uit, idque uarium esse? Sciant autem quibusdam partibus, cuiusmodi femur est, ubi repositum est,
atq; humerus & cubitus aliaque plura, nullum aptari uinculum posse nisi uarium. Hactenus de his.
pergamus iam ad fasciarum uinciendique rationem, scrutemurque in primis, ut fasciæ inter se dissēt,
materia,habitu,longitudine,latitudine,structura. Materia igitur inter se dissident, quoniam nonnullæ
linteæ sunt,nonnullæ ex lana,aliæ ex membranulis,quarum usus,cum neque unus sit,neque similis,sed
dispar, ubi opus erit, eas accipere conabimur, quæ morbo maxime congruant. quæcunque ergo ad-
stringenda erunt, linteis alligabimus, at ubi adstringere non oporteat, propterea quod hoc inflam-
mationi sit inimicum, sed abunde sit continere uel tegere,ex lana:ex membrana uero secuti Hippocra
tem,ubi nasus uel maxilla comminuitur, extremitatem membranulæ parti quæ uinculum postulat, ag
glutinantes. Habitu, cum aliæ glomeratæ,aliæ scissæ sint, assutæ aliæ: glomeratæ sunt, quæ ex habe-
na in longitudinem fiunt, quibus nihil assuitur, tales sunt quibus perfracta membra uinciuntur: scis-
sæ, quæ ex uno linteo extremis partibus uel alibi scisso conficiuntur, quales sunt, quæ ad capitis uul-
nera dantur (cancri dicuntur) siue in quatuor partes scindantur, siue in sex, siue in octo,assutæ ex plu-
ribus habenis uaria figura inter se iunctis componuntur, quales sunt, quæ suspendunt, quæ cingunt,
quæ mammas deuinciunt, quæ mammis & loco prӕterea, qui iuxta anum est, accommodantur. Lon H
gitudine, cum quædam breuiores, quædam longiores sint: Latitudinis eadem ratio est, siquidem tam
hæc, quàm illa debet uinciendis partibus respondere: Structura, nam aliæ texuntur, aliæ constant
ex materia per se coacta, uel certo ordine implicata, quæ simplici textura fiunt, nonnullæ hac de cau-
sa texuntur, nonnullæ conficiuntur ex tela quæ ad alium usum texta scinditur in fascias, his plerun-
que uulnera obligamus, illis utuntur uenatores ad crura defendenda, eædem primæ palmæ parti cir-
cundantur, quæ ex implicata materia fiunt, ab aurigis ad latera continenda adhibentur. Est autem
perpetuum,ut qui uinciunt fascijs abundent, & quas habent, sciant quàm optime adhibere, atq; ubi
deligandi locus est,tales accipiant, quales docuit Hippocrates,quū inquit. Iam uero fasciæ parentur,
leues, tenues, molles, mundæ, latæ, sine suturis, sine eminentijs, ita ualentes, ne extentæ rumpan-
tur,& paulo amplius. Mundas quidem esse conuenit, quoniam sordidæ præterquam quod indeco-
rę sunt, liquore aliquo respersę, non madescunt, deteriusque id reddunt,quo perfunduntur:esse item
sui coloris debent,ne si purpura inficiantur,uel alia huiusmodi re,eandem noxam afferant,aut coloris
similitudine currentē sanguinē repræsentent:tenues insuper, ne ambitus in tumorem nimiū assurgant:
molles, ne ob duritiem urgeant:leues,ne onere infestēt,sint pręterea sine suturis inęqualibus,ob quas
futurū esset,ut comprimerent:tum sine eminētijs,hoc est non sint orę a lateribus ipsa textura cōfectæ,

uel

A uel alioquin uerſæ atq; conſuetæ,nec quædam extantia,quaſi fibræ. cum quæ eminent, uinculum red-
dant inæquale,quæ extant,non patiantur faſciam facile circuire. Quòd ſi faſciæ ex inciſo linteo fiant,
incidatur non per tranſuerſum,ſed in longitudinem,ſicut intextum eſt, ſectione ad ſtamen directa, ſic
enim lintea facile ſcinduntur,quod ſecus habet,ſi qua ſubtegmen procedit,hoc tentetur. adde, quod
quæ in longitudinem ſcinduntur faſciæ,quod uinctum eſt,firmius continent. At uinciendi ratio quæ-
dam(ut ſuperius dixi)ſimplex eſt,& quædam uaria,atque hæc modo nomen inuenit a ſede, cui adhibe
tur,modo ab euentis,nonnunquam transſlato uocabulo a ſimilitudine animalium.a ſede,quæ uincitur
nomen trahit,oculus,naſus,inguen,ceteraq; huius generis ab animalibus,cancer, accipiter, aries, le-
pus,teſtudo:ſed ab euentis,uallum ſeu coniunctum,ſeu diſiunctum,operculum, habena, & quæ his ſi-
milia ſunt.Præterea ex huiuſmodi uinculis quædam ſunt uincula tantum,ut tholus,regium, ſcapha,di
ſcrimen:quædam uincula ſimul & laquei,cuiuſmodi eſt lepus auritus,paſtoralis,cereriq; conſimiles.
Vinculum inſuper aliud ab altero faſciarum capite incipit:aliud a medijs faſcijs:aliud utroq; modo..
Quoddam item certis ſedibus idoneum eſt,reliquis alienum cũ ſit:quoddã alijs quoque aptatur. Su-
per hæc aliud a priori parte conſpicitur,quod priorem hominis partem duntaxat alligatam oſtendat:
aliud a poſteriori,aliud ab utraque ſimiliter & priorem & poſteriorem partem æque uinctam demon-
B ſtrans,atq; hæc nunc conſimili,nunc diſpari ratione ueniunt in conſpectum,quæ omnia plana fient,cũ
ad ſingula uentum erit. Sed conſiderandum eſt,inquirendumque an quomodolibet ordiri faſcias opor
teat:maiores enim omnes ſtatuerunt certas corporis ſedes, a quibus faſciæ ordiri deberent, exempli
cauſa in capite,ob quãcunque cauſam uinciatur,faſciæ caput in occipitio collocant, inde ipſam circũ-
agentes,iuncturam conficiunt,nec quidquam intuentur, quod agunt:morbo ne cuius cauſa uinculum
adhibent,ſecundum ſit,an aduerſum:in alijs item partibus inſcitia uel ignoratione(ut credibile eſt) de
cepti,locos præſcripſerunt. neceſſe enim eſt recte uincientem auctore Hippocrate eo incumbere, ut
non ſolum deligandæ parti,ſed affectui quoq; uinculum conueniat. Nos igitur non undecunque, ſed
qua maxime expedit,ordimur,extremamque faſciam imponimus,qua docuit Hippocrates,cũ inquit.
" Quæ mouentur, ut articuli, quà curuantur, minimis,& maxime collectis,ueluti poples: qua extendũ
" tur,ſimplicibus & latis,ueluti patella,obuolui debent.quæ autem adijciuntur ad continendum quidẽ,
" quæ circa hæc ſunt: ad ſuſpendendum uero faſciam omnem,qua corpus quieſcit,& qua magis cauum
" eſt,ſuperimponenda,ut ſupra uel infra genu.Conſentit autem cum capite humeri faſcia:ad alteram alã
" demiſſa:cum inguine, ad alterum ilium:cũ crure,ſuper partem huius poſteriorem,quæ carnoſa promi-
" net.quibus autem ſurſum labitur,ab inferiori parte ſuſpendenda eſt:quibus deorſum, a ſuperiori. ubi
"C nihil tale eſt,quemadmodum in capite, qua maxime æquale eſt, contineri faſcia debet, & duci quàm
" minime obliqua,ut poſtremo obuoluta,qua ualentiſſime hæreat,uagos circuitus contineat. Oportet
præterea deligantem ad ea reſpicere,quæ in uinculo requiruntur,cuius Hippocrates duas eſſe ſpecies
teſtatur, unam eius,quod inijcitur,alteram eius,quod iniectum eſt. utrobique autem ſumma cura eni
tendum eſt,dum uinculum inijcitur,ut celeriter,iocunde,prompte,eleganter.celeriter quidẽ, ut opus
expediatur:iocunde,ut facile præſtetur:prompte,ut ubiq; ſit in promptu:eleganter,ut oculos delectet.
cum iniectum eſt,ut recte,ut decore habeat,nihilq; abſit ex his,quæ ſupra opus eſſe retulimus. De uſu
autem uinculorum ſcire licet quædam ea de cauſa adhiberi,ut continendo curantibus præſidijs ſubſer
uiant:alia non propter hoc,ſed ut ipſa per ſe agant,quibus curatio committitur.in his maxime attendẽ
dum a qua parte faſcia ordiatur,qua circumeat,qua deſinat.quæ ſingula exquiſitius conſcribi non poſ-
ſunt,docere tamen uiam licet per quam medicus facile iudicare de ſingularibus poterit,naturam ſingu
larium partium perſpiciens,quàm facile alligentur,ſuſpendantur,collocentur:atq; inſuper quid uincu
lum ualeat:efficit enim,ut quæ abſceſſerunt propellãtur,hiantia coniungãtur,peruerſa dirigantur,atq;
omnium contraria præſtentur.Oportet autem ſi quid abſceſſit,ita deuincire,ut quæ ſublimia ſunt, ſedẽ
contingant, hoc eſt locum, unde receſſerunt, at non premant:incipiendum uero a parte ſana,& qua ul
D cus eſt,finiendum,ut quod ſubeſt effundatur,& aliud ultra non coeat.Sed quæ abſcedere uolumus,cõ-
trario modo penitus alliganda ſunt,atq; ubi in unum adducere conuenit.uerum ubi,quę hiant,hoc eſt,
quæ in exteriorẽ partem cõuerſa ſunt, longe initio accepto coniungenda ſunt,in ceteris eodem modo
uinciendum,tantum ab ulterioribus aliquid adducendum erit,paulatimq; comprimendum, primo mi
nimum,deinde magis maxime compreſſionis terminus ſit,ubi ſe contingunt, aptanturq;, ſed non ur-
gent,uerum in diducendis,quæ contracta ſunt,ſi inflammatio eſt,ſuperſedendum eſt,ſi ea non eſt,præ-
paratione eadem utendum,ſed uinculo contrario. digerere itẽ ubi peruerſa oporteat, cetera fieri eadẽ
debent.tum quæ receſſerunt adducenda ſunt,contraria autem contra. Hæc omnia medicum quaſi le-
ges tenentem,obſeruantemque expedit id eligere,quod ſingulis uitijs idoneum eſt, minimeq; ad cer-
tos locos conſilium dirigere. Nos,quanquam in uno quoque caſu,qua primum ordiri uinculum opor
teat,perfecte explicare difficile eſt,dum tamen faſciarum rationem indicabimus,ut res euidentior ſit,
locos ſtatuemus,a quibus ordiri potiſſimum conueniat:medicus uero in agendo ubique illum eliget,
qui maxime in rem erit.

Linteum ſciſſum ad ſummum caput,& ei proximam regionem. I. B





I



Linteum iuſtæ magnitudinis ſciuditur in partes ſex, & medium qua uerticem complectitur, integrum relinquitur,ex partibus uero pendentibus mediẹ findantur e regione auriũ,ac ſub mẽtũ demiſſẹ, nodo inter ſe uinciant. Quo facto altera faſciola anguſta media occipitio inijcitur,extremaq; ad frontem adducuntur, & a latere capitis nodum accipiunt: quatuor uero partium, quas pendere ſinebamus,hæc ratio eſt poſteriores prope nodum anguſtioris faſciolæ,priores ſupra occipitium inter ſe colligantur:licet item abſq; nodo,alijs ſubiectis, alijs ſuperdatis, poſtremæ fibulam imponere.

Linteum ſciſſum ad frontem,& partes,quæ iuxta ſunt. II.






II

In quatuor partes ſcindere linteum oportet,medio intacto qua fronti circundetur: prioreſq; partes ſuper poſte
riores,quæ dependeant,ad occipitium dare, ibiq; inter ſe F
deuincire:poſt hæc reliquas duas conuerſas,in ſummo capite colligare,quæ ſub mentum etiamnũ demitti poſſunt, & ibi nodum accipere. Hoc uinculo ad occipitium quoque utimur partibus a latere capitis nodo inter ſe deligatis.

Linteum ſciſſum ad totum caput. III.



III




Linteum ſciſſum in partes octo,ita,ut medium integrũ ſit,donec tegere caput poſſit,toti capiti obuoluatur: tum ex pendentibus partibus, duæ iuxta aures fiſſæ ſub mento inter ſe deligentur,e reliquis uero,binis a priori parte, quaternis a poſteriori, duæ a poſteriori extremæ ſuper alias ducantur ad frontem,altera alteri ſubiecta, ut a ſuperiori contineatur, deinde priores duæ ferãtur ad occipitium,ſic,ut æque alteri altera inſidat, his comprehenduntur quæ prius fuerant cicundatæ,reliquæ duæ poſteriores ad frontem attrahantur,altera ſimiliter alteri ſubiecta,extremæq; a latere fibula
inijciatur.Hæc uinciendi ratio efficit,ut caput ſine nodis inuolutum defendatur a tædio, quod hic com G
primendo afferre plurimum ſolent.

Cancer ſiue uinculum capitis ſiue operculum ſciſſum in partes octo ad caput. IIII.




IIII



Medium amplecti debet uniuerſum caput,ſic, ut quatuor partes a fronte recte dependeant, ab occipitio totidem:ex illis exteriores,ad occipitium porrectæ inter ſe alligentur;ex his exteriores ſimiliter fronti circundatæ,a latere deligentur. tum ex reliquis,quæ in fronte ſciſſæ partes ſunt,ad occipitium,quæ in occipitio,ad frõtem attrahantur.


Operculum ex faſcia lata trium capitum (σκεπάστρα dicitur) & ex altera,quæ hanc continet(κάτοχος uocatur) & tertia,quæ probibet. ne totum uinculum diducatur, καθολκεὺς nominatur. V.





V

Pertinet ad obuoluendũ uniuerſum caput,dicitur au-
tem περισκεπάστρα·eſt quidem κάτοχος faſcia longior, quæ in
orbem faciei & capiti circundatur, ut operculum cõprehendat:ſed καθολκεὺς ex faſcia fit oblonga, adhibeturq; eo nomine, ut diduci uinculum non ſinat.quarum hæc ratio eſt.Linteũ adhibetur ſic latum,ut caput uniuerſum complectatur,lõgius quàm ut duplicatum, hoc efficiat:cuius alterum caput occipitio datur,alterum a fronte depẽdet: tum anguſtior faſcia ſub mentum media inijcitur, & in utranque partem per malas attrahitur inter frontem & uerticem,inde ſub mentũ rurſus demittitur:poſt hæc alterius anguſtioris faſciæ medium fronti inijcitur, capitaq; in orbem ad occipitium porrecta,ibi & inter ſe,& cum alterius anguſtioris faſcię capitibus alligantur;at quod a facie pendebat in longitudinem, uſque dum ad ſupercilia uentum fuerit,diuiditur in duas partes, quæ in fronte altera ſuper alteram inſidente ad ſimilitudinem literæ X in orbem ad occipitium ducuntur,atque ibi deligantur.Poteſt autem una faſcia duntaxat longior,



VI



VII

A gior,& operculum continere,& prohibere,ne tota iunctura diducatur,ad hunc modum,si media inter frontem & uerticem ordiatur,capita uero recta per malas sub mentum demissa,ibique altero super alterum excedente in similitudinem literæ X sub imas aures ad occipitium dentur,ubi rursus in speciem literæ X,inter se aduersa ad frontem ducantur,& nodo a latere deligentur.

Hactenus de simplicibus uinculis,sequitur,ut de uarijs dicamus,si id antea ostenderimus, quod fasciæ circuituum alius dicitur rectus,alius transuersus,obliquus alius,quid autem hi sibi uelint,nomina declarant:tum alius στεφαναῖος,μετωπιαῖος alius,παρειὰς alius,alius γενειὰς præter hæc aliud uinculum orbiculare,aliud in orbem serpens nũcupatur,aliud postremo ascia.est autem στεφαναῖος, qui coronarũ modo inter frontem & uerticem tendit:μετωπιαῖος,qui frontem ambit:γενειὰς,qui sub mento circumagitur:παρειὰς similiter a malis per quas ducitur,nomen habet:illa demũ uocatur ascia, quæ lunata figura ab una pratesima est,ab altera gibba. Circuituum igitur isthæc nomina sunt.

Rhombus alter simplex,alter Hippocratis,de quo nunc. VI.

Aptissimum est uinculum hoc(ut quidam senserunt)ad suturas,ubi dehiscunt,uel(ut alijs placet)ad partium,quas uulnus diduxit,glutinationem,atq; ad emittendum humorem, eo, quod comprimendi uulneris uim habeat.sic autem circuire debet.fascia a latere capitis orsa,obliqua ducenda est ad uerti-

B cem atq; alterum tempus,deinde malis utrinq; circumdanda & oblique parti prius obuolutæ aduersa in modum literæ X ad occipitium demittẽda,inde obliqua,sic,ut a priori circuitu distet,per malas porrigenda est ad alteras malas,ac rursus obliqua sursum danda ut bis X literam repræsentet, quodque in medio est rhombi figuram accipiat,quo facto ad occipitium ferẽda est,& fronti in orbẽ inijcienda, eatenus autem circumagenda,ut quæ nuda sunt,includantur.

Semirhombus uel lepus sine auribus. VII.

Huic,& illi,cui nomen est Tholus, in omnibus eadem uis est. Ratio adhibendi huiusmodi est.fasciæ caput occipitio inijcimus,eamq; sub infimã auriculam oblique inter frontem & uerticem ad occipitiũ ducimus,tum inter frontem & uerticem priori parti aduersam, ac sub infimam auriculam ad occipitiũ attrahimus.post hæc fronti circumagimus sie,ut quod medium est,semirhombi effigiem referat. extrema uero fascia,non modo in hoc,sed in alijs quoq; capitis uinculis,fibula a latere uincienda est. Possumus etiã,si ex usu sit fasciam circunducere,non ab inferiori parte sursum, sed contra.

Vinculum ad caluariam,uel scapha,uel Tholus,seu Dioclis,seu Glaucij. VIII.



Maxime idoneum est, ubi summum caput, & quod inter ipsum & frontem est, uincire conuenit. hoc autem mo-

C do ipsum inijcies,orsus ab occipitio fasciam recte per uerticem duces ad frontem, ibique sinistræ manus digito indice continebis, & iuxta priorem partem rursus ad occipitium demittes, ab eoque tertio ad frontem porriges iuxta partem priorem,ubi ipsam obuolues per eum sinum, qui a digito tenebatur,postremo fronti circumages.

Thais Perigenis,quam alij ad Molpi eam auctorem referunt. IX.

Adhibetur eadẽ causa, qua Tholus, sed quandam præter usum elegantiam habet. Vbi Tholus uinculum superdatum fuerit,angustioris fasciolæ caput, sub eius ambitũ indatur, eaq; porrigatur obliqua ad summum caput, & inter ipsum & frontem,tum in fronte sub prioris fasciæ sinũm agatur,inde obliqua ad uerticem, per id, quod inter ipsum & frontem est,ducatur,post hæc ad occipitium,de-

D in sub infima auricula dextra inter frontem & uerticem, sub infima auricula sinistra rursus ad occipitium reuertatur. Nos uero,ut fidelius contineatur, alium quoq; ambitum per frontem adijcimus.

Thais alia sine auctore. X.

Tholo obuoluto,fasciola, quæ digiti latitudinẽ æquet, uel etiamnum angustior sit,orsa ab occipitio recta ad summum caput,& ad frontem,per id,quod inter ipsam & uerticem est,adduci debet, ibiq; duplicata rursus ad occipitium porrecta conuerti, atque inde per dexteram capitis partem ad uerticem, & inter ipsum & frontem procedere,deinde ad sinistrum tempus demitti,qua duplicanda est,et per partem prius obuolutã, ad dextram capitis attrahenda,inde similiter duplicata ad tempus,quod tertio fiat, ut tres sinus duplicatæ fasciæ cincinnotum imaginem referant, sed postquam tertio ad dextram occipitij partem uentum fuerit, fasciola ad sinistram partem conuertenda, ut æque in altero tempore conspiciatur, postremo, ut bene priores ambitus teneat,fronti circumagenda.

Discrimen. XI. E

Ad eosdem pertinet ad quos Glaucij Tholus, inijciturque hoc modo. fasciæ quod satis est, a facie dependeat, & reliqua eius pars ad summum caput, per id quod inter ipsum & frontem est, feratur inde ad occipitium, ibiq; tradatur ministro continenda, post hæc conuersa circa frontem detur, quo facto caput a facie pendens, per partem primo iniectam, recte ad uerticẽ, per id, quod inter ipsum & frõtem est, procedat, inde ad occipitium, ibiq; finiatur.

Scapha, seu Tholus Diocleus. XII.

Recte datur, ubicunque coniungere diducta necesse est uel quòd ob diutinum materiæ cursum ad oculos incisa cutis fuerit, uel quòd frons alioquin uulnus acceperit. Obuoluitur autem hoc modo. fasciam ob occipitio orsam trahimus sub infima auricula dextra, uel sinistra, prout ab hac uel illa prius ducendam æstimabimus, inde ad tempus adiũctum, ab eoque transuersam inter frontem & uerticem, porrigimus ad alterum tempus, inde sub infima auricula ad occipitium, qua caput prius superiniectũ adstringimus, dein super aurem fronti circundamus, sic, ut ambitus hic, illi subijciatur, qui inter frontem & uerticem procedit, ac uterq; e regione alterius, ab interiori parte sit tesimus, tum quoties opus est eodem modo circumagimus.

Inijcitur & aliter per duos fasciæ ambitus, circa eam suturam, quæ ad aures per uerticem tendit sic, F ut alter ambitus super suturam sit, alter infra, & uterq; ab interiori parte sit tesimus, inferior autem sursum procedere debet, superior uero deorsum.

Thais sub incerto auctore. XIII.

Illis idonea est, quibus quod inter frontem & uerticẽ est ac proximas partes, conuenit deuincire. Eam sic admoueto, ubi semirhombum inieceris, sic tamen, ut fascia frontem non complectatur, ipsam ab occipitio obliquã, ad uerticem & frontem porrigito, ibiq; conuertito, facitoq;, ut circa frontem Lunæ figuram imitetur, & cornua sursum spectent, ima parte sita inter supercilia: post hæc ab altera parte uerticis ad occipitium ducito, sicq; circa frontem attrahito. huiusmodi uinculum præter eam, quam semirhombus affert utilitatem, est etiam aliquo modo speciosius.



Glaucij vinculum superimpositum uel additum. XIIII.

Ad eosdem confert, ad quos uinculum ad caluariam, G sed huic magis fidendum. igitur, ubi uinculum ad caluariã adhibitum est, aliud super inijcito, cui nomen est lepus sine auribus, ne longum faciam.

Re ium. XV.

Idem efficit, quod Thais sub incerto auctore, nimirũ, quod inter frontem & uerticem est, ac proximas partes, deuincit, cuius hæc ratio est, fasciæ quantum satis est dependere a facie sinimus, quodq; ex ea restat, inter frontem & uerticem tecta ad occipitium trahimus, inde conuersam sub ima aure inter frontem & uerticem oblique ad occipitium, ab hoc oblique item ad id contrariæ partis, quod inter uerticem & frontem est, tum per tempus, ac sub ima aure ad occipitium ducimus, deinde caput, quod a facie pendebat, ad frontem attrahimus, terq; ibi replicamus, sic, ut sinus ad similitudinem graduum, se excedant, quos postremo comprehendimus fa H scia circa frontem obuoluta.

Capistrum, quod dimidiatum, uel ad alteram partem dicunt. XVI.

Expeditissimum est, ubi maxillam seu uulneratam, seu prolapsam, seu ob distentionem oris aliumve morbum oportet ab altera parte uinciri. fascia ab occipitio orsa, obliqua per uerticem, & inter ipsum & frontem per tempus ferri debet ad malas, inde sub mento & ima aure alterius partis ad occipitium, deinde sub imis auribus ac mento attracta eodem reuerti, atque ad eandem rationem, quoties opus est, circuite. Tunc uero commodum ita circundatur, cum a superiori parte deorsum deligandũ est, sin ab inferiori parte sursum, fascia ab occipitio incipiat, & sub infimam auriculam, mentumque procedat, tum per malas ducatur, & obliqua inter frontem & uerticem ad occipitium, dein sub mentum circumagatur, postremo frontem ambiat.

Capistrum ad utranque partem. XVII.

Ad eos pertinet, quibus maxilla uel utrinq; suo loco mota est, uel alio quopiam tenetur, ex ijs, quę dicta sunt in capistro ad alteram partem. fascia occipitio primum iniecta, oblique per uerticem & inter ipsum & frontem ad malas porrigitur, demissaq; sub mentum maxillam, & malas ab altera parte

...lectitur,

A amplectitur, inde inter frontem & summum caput per partem priùs iniectam in speciem literæ X ad occipitium reuertitur, & sub imis auribus ac mento rursus ac occipitium data, nouissime frontem complectitur.

Idem ab inferiori parte sursum. XVIII.

Ab occipitio ordiatur, & sub Infimam auriculam, ac sub mentum detur ad malas, inde oblique per summum caput ad occipitium tendat, ab eoq; sub infima auricula alterius partis, & sub mento demittatur, tum ad malas, post hæc oblique inter frontem & uerticem ad occipitiũ ducatur. & fronti postea circundetur.

Idem in vtranque partem ductum a superiori parte deorsum. XIX.

Media fascia complecti occipitium oportet, capitaq; eius per uerticem obliqua inter ipsum & frontem porri-
B gere, sic, ut X literam repræsentent, deinde per malas sub mentum, & sub imas aures ad occipitiũ reuerti, post hæc circa frõtem obuolui, & ad occipitium adducta sub mentum demitti, postremo ad occipitium per frontem circuire.

Idem aliter. XX.

Media fascia super frontem detur, capitaque eius ducantur ad occipitium, ibiq; figuram accipiant literæ X, post hæc sub imas aures ac mentum ad malas, inde inter frontem & uerticem obliqua ad occipitium demittãtur, tum sub mentum, nouissime per frontem circundentur.

Aliter. XXI.

Fascia media ab occipitio orsa, capita sub imas aures mentumq; attrahenda sunt, tum per malas, quod superest eodem modo obuoluendum, quemadmodum in ea,
C quæ proxime posita est.

Capistrum obliquum ad alteram partem, quo uinciuntur quæ iuxta aurem sunt, & maxillæ processum. XXII.

Ab occipitio initium sumat, & sub infimam auriculã ad tempus, atque inter frontem & uerticem oblique ad occipitium, & circa frontem procedat, sæpiusq; ad eandem rationem circumeat. quo modo procedere debet, cum ab inferiori parte sursum attrahitur. Sin expeditius sit a superiori parte deorsum, ita porrigatur, incipiat ab occipitio, & oblique per uerticem, & inter ipsum & frontem ad tempus procedat, ab eoq; sub imam aurem ad occipitium reuertatur, deinde frontem ambiat.

Quod alii leporem sine auribus, alii semirhombum uel naviculam dicunt, ad utramque partem commodissime ad frontem, & ex parte etiam ad id, quod inter ipsum & verticem est, ad-
D *hibetur.* XXIII.

Occipitio primum fasciam iniicimus, ab eoque sub infimam auriculam ad tempus, & inter frontem & uerticẽ adducimus, & obliquam ad occipitium demittimus, inde circa frontem iuxta angulum oculi tempori propiorem, & inter frontem & uerticem oblique ad occipitiũ, inde oblique inter uerticem & frontem, parti prius iniectæ aduersam sic, ut ibi X literam repræsentet, post hæc sub infimam auriculam ad occipitiũ, postremo circa frontem.



Idem in vtranque partem ductum a superiori parte deorsum. XXIIII.

Media fascia occipitium amplectitor, capitaque eius per uerticem inter ipsum & frontem adducito, sic, ut ibi X literam repræsentẽt: inde sub imas aures ad occipitiũ, post hæc circa frontem attrahito.

Idem ab inferiori parte sursum. XXV.

Fascia media ab occipitio orsa sub infimis auriculis in utranque partem ducitur ad angulos oculorum temporibus propiores, ab his inter frontem & uerticem ad occipitium reuertitur, deinde frontẽ comprehendit. quibusdam placet hanc sub mentum quoque circumagi.

Vinculum à superiori parte iunctum. XXVI. E

Capistrum rectum ad utranque partem adhibemus, fasciamq; non amplius sub mentum, sicut in illo, sed per medium nasum agimus ad occipitium, & supet eam suturam attrahimus, quæ ad aures per uerticem tendit.

Vinculum Glaucij ualde iunctum. XXVII.

Eadem ratione obuoluitur, atque id, quod a superiori parte iunctum inscribitur, nisi quòd fertur etiam sub mentum.

Perigenis galea gladiatoria. XXVIII.

Aptissima est, ubi caput ac malæ pluribus locis uulnus acceperunt. capistrum obliquum ad utramq; partem inijcitur: dein Glaucii scapha, post hæc rursum capistrum ad utramque partē. nonnulli ut uinculum hoc elegantius reddant, id capitis ornamentum, quod [illegible] appellant, parantes assuunt. adhibetur itē & alio modo sine obliquo capistro, & fascia per malas minime porrecta.

Galea aliter ad eosdem. XXIX.

Fasciæ quod satis est a fronte dependeat, reliqua ad occipitium recta ducatur, & eatenus obuoluatur, ut rectum capistrum efficiens totas genas & caput complectatur. quo facto caput quod a fronte pendet, sursum conuertendum est, & recta per uerticem ad occipitium attrahēdum, ac, si placeat, sub imas quoque aures adducendum. F

Lepus auritus. XXX.

Sic appellabant semirhombum, ubi laqueus ille accedit, quē auriculas nuncupant, qui uel gladiatoribus decoris causa datur, uel ut caput contineat, ubi propter aliquē faciei affectum pertractare id oporteat. si decoris causa, auriculæ breues sint, & in medio frontis, nam sic animalis imaginem referunt: sin ut contineant, in medio similiter, & magnæ, ut digiti in earum sinus coniecti, continere caput queant.

Alius ad tempora. XXXI.

Hac ratione obuoluitur. ex altera parte fasciæ laqueus fit pastoralis, uel qui duos habens sinus nominatur (quos sæpius in libro de laqueis breuiter declarauimus) & fronti inijcitur, super quem deinde semirhombus, uel nauicula circumligatur. G

Simplex oculus, uel tenue uinculum ocularium. XXXII.

Fasciam ab occipitio orsam ducimus per uerticem inter ipsum & frontem, inter supercilia, ad oculum sic, ut ipsum contegat, inde sub infimam auriculam ad occipitium, postremo circa frontem.

Idem ab inferiori parte sursum. XXXIII.

Ab occipitio initium sumit, & per summum caput inter ipsum & frontem inter supercilia ad oculum, tum sub infimam auriculam ad oculum, inter frontem & uerticem agitur, post hęc ad occipitium, & circa frontem. H

Duplex oculus a superiori parte ductus. XXXIIII.

Orditur ab occipitio, & per summum caput, atque id, quod inter ipsum & frontem est inter supercilia fertur ad oculum, tum sub infimam auriculam alterius partis, ad alterum oculum, inter supercilia inter frontem & uerticem ad occipitium, postea circa frontem.
Potest etiam, si ad rem magis pertineat, initio conuerti, & ab inferiori parte sursum circundari.


Duplex in utranque partem ductus a superiori parte deorsum. XXXV.

Media fascia ab occipitio orsa, ducere capita oportet inter frontem & uerticem, atque inter supercilia, sic, ut ibi X literę figuram accipiant, tum ad oculos, atq; inde sub imas aures ad occipitium & circa frontem.


XXX


XXXI


XXXII


XXXIII


XXXIII


XXXIIII


XXXV


XXXVI


XXXVII


XXXVIII


XXXIX


XL

Aliter.

A *Aliter.* XXXVI.

Media faſcia ordiatur a fronte, capita ad occipitium dentur, inde ad modum literę X ſimiliter, atq; in ſuperiori uinculo procedant.

Oculus rectus ad alteram partem. XXXVII.

Orſi ab occipitio faſciam per ſummum caput, & inter ipſum & frontem directa ad oculum ducimus, inde per eam partem, qua maxilla cum malis committitur, ſub mentum, & ſub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.

Duplex ex eodem ductus. XXXVIII.

Priuſquam frontem comprehendat, ab occipitio ad alterum oculum trahi debet, tum recta, qua maxilla cum malis committitur, ſub mentum, ab eoque ſub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.


Idem ab inferiori parte. XXXIX.

Faſciam ab occipitio orſam ducito ſub infimam auriculam, ab eaq; ſub mentum, & qua maxilla cum malis committitur, ad oculum, inde inter frontem & uerticem ad occipitium, poſt hæc ſub infimam auriculam, ſub mentum, qua maxilla cum malis ex altera parte committitur, ad oculum attrahito, tum
B inter ſupercilia ſuper partem prius iniectam ad modum literæ X inter frontem & uerticem ad occipitium porrigito, & circa frontem nouiſſime circundato.

Idem in utranque partem ductus. XL.

Faſcia media non ſecus ac in ea, quæ obliqua oculum uinciebat, occipitio inijciatur, capitaq; a ſuperiori parte, uel inferiori attrahantur, poteſt etiamnum media faſcia ſub mento incipere.

Linteum ſciſſum ad naſum. XLI.



Faſcia eatenus lata eſſe debet, ut naſum complectatur, longa uero, ut duplicata à naribus ad occipitium perueniat. Orſam igitur ab occipitio recta per uerticem & inter ipſum & frontem ad medium naſum adducimus, & quod ex ipſa ſupereſt a facie ſinimus dependere, quod rectum in duas partes ſcindimus, uſque dum uentum ſit ad ſuperius labrum: quo facto alteram faſciolam mediam, ab imo naſo orſam ſuper eam, quæ ſciſſa pendet a facie, in utranque partem, ſub imas aures ad occipitium ducimus, ſuper
C partem primo iniectam, ſic, ut ibi X literam repræſentet, miniſtroq; tradimus, deinde partes ſciſſas a facie conuertimus ab utraque parte naſi inter ſupercilia, ut ibi literæ X ſimilitudinem accipiant, ac per ſummum caput obliquas ad occipitium porrigimus, & cum priori capite iūgimus, ſuper quas deinde capita a miniſtro contenta circa frontem attrahimus, ſic, ut a latere nodo uel fibula inter ſe uinciantur.

Funda ad naſum ex quatuor capitibus. XLII.

Scindendum linteum eſt in partes quatuor, mediumq; integrum relinquendum, qua uincire debet imum naſum. ex capitibus uero, quæ ſuperiora ſunt, pendere deorſum oportet, inferiora per genas primum ad angulos oculorũ temporibus propiores procedere, inde inter frontem & uerticem ad ſimilitudinem X literę inter ſe commiſſa a mi-
D niſtro contineri, reliqua duo ſub imas aures ad occipitiũ demitti, ibiq; literæ X ſimilitudine accepta, circa frontem agi, & à latere inter ſe deligari, tum quæ a miniſtro tenebantur, in occipitio deſinere.

Eadem ex tribus faſciolis. XLIII.

Vna media inijcitur ſub imo naſo, capitaque eius per oculorum angulos temporibus propiores inter frontem & uerticem ducuntur, ibiq; aduerſa ad imaginem literæ X a miniſtro continentur, altera media datur ſuper imum naſum, & in utranque partem ducitur ad occipitium, ibiq; accipit nodum cũ capitibus a miniſtro contentis, tertia orditur a fronte, & capiti circundata a latere deligatur.

Eadem ex duabus. XLIIII.

Vna ſub imo naſo dari media debet, capitaq; eius per angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & uerticem porrigi, atque inter ſe aduerſa in ſpeciem literæ X miniſtro ſimiliter tradi: altera media inijci ſuper imum naſum, & capita eius ferri ſub imas aures ad occipitium, & ibi X literæ ſimilitudine accepta per frontem circumagi, & a latere deuinciri.

Nasus ex binis fasciolis. XLV. E

Vna super nasum in lõgitudinem detur, dimidiaq; pars a fronte dependeat, reliqua per uerticem recta ad occipitium porrigatur, sed alterius medium dandũ est sub imũ nasum, capita uero sub infimas auriculas ad occipitium ferenda, ubi debent literæ X similitudinem accipere. post hæc prioris fasciæ quod a fronte pendet, sursum conuertendum, & super partem primo uolutam recta per uerticem ad occipitium demittendum. quo facto, capita quæ ibi literæ X figuram acceperant, id complexa, postquam fronti circundata fuerint, finienda sunt.

Accipiter ad nasum ex tribus fasciolis. XLVI.

Vna sub imo naso media incipit, cuius capita utrinq; iuxta nares inter supercilia ducuntur ad imaginem literæ X, inde ad summum caput atq; occipitium dantur, ibique continentur: altera media super imũ nasum obuoluitur, capitaq; eius sub infimas auriculas ad occipitium demittuntur, & ibi inter se, & cum capitibus, quæ continebantur, uinciuntur, tertia media a fronte orditur, & in utranq; partem circumacta a latere capitis finitur. F



Idem ex binis fasciolis. XLVII.

Prior fascia perinde atq; altera circumagenda est, sed capita huius in occipitio ad literæ X similitudinem inter se aduersa, ubi frontem complexa sunt, finiuntur: illius uero sub his comprehenduntur, uel ipsa quoq; in occipitio in speciem literæ X inter se aduersa sub mentum adducũtur, ibiq; inter se alligantur.

Fascia glomerata ad idem. XLVIII.

Fasciæ pendere tantum a facie sinito, quam tum a naribus possit ad occipitium peruenire, reliquam eius partem recta per nasum, inter supercilia ad frontem & uerticem trahito, inde per medium caput ad occipitium demittito, ibiq; conuersam sub infima auricula ad imum nasum attrahito super partem pendentem, inde sub infima auricula alterius partis ad occipitium ducito, ibiq; contineto. post hæc caput, quod a facie pendebat, recta super partem priorem uolutam, ac occipitium dato, sic, ut a reliqua fascia comprehendatur, quam postremo circa frontem adducito, & ad occipitium reuersam a latere capitis deuincito. G

Funda. XLIX.

Orsa ab occipitio obliqua per uerticem & inter ipsum & frontem tendit ad angulum oculi tempori propiorem, inde per genam ad imum nasum, ab eoque ad genam similiter alterius partis, oculi angulum tempori propiorem, inter frontem & uerticẽ, ad summum caput fertur priori parti aduersa. post hæc ad occipitium demittitur, & sub infimis auriculis porrecta ad occipitium reuertitur, nouissimeque fronti obuoluitur.

Eadem aliter. L.

Fasciam occipitio primum inijcimus, deinde obliquam per uerticem ad tempus atque angulũ oculi tempori propiorem adducimus, ab eoque sub imum nasum, atque infimam auriculam rursus ad occipitium demittimus, ibique conuertimus, & priori parti aduersam obliquam ducimus ad tempus, ac sub imum nasum ad infimam auriculam contrariæ partis, post hæc ad occipitium, deinde sub infimam auriculam, sub imum nasum, ac sub imam auriculam alterius partis ad occipitium, postremo circa frontem obuoluimus. H

Amintæ uallum. LI.

Orsi ab occipitio, fasciam oblique per uerticem ducimus, atque inter ipsum & frontem inter supercilia, inde a latere iuxta angulum oculi, naribus propiorem recta ad proximam narem, inde qua maxilla cum malis committitur, attrahimus, tum sub mentum demittimus, & sub infimam auriculam ad occipitium damus, ab eoque per uerticem oblique inter ipsum & frontem, atque inter supercilia porrigimus, priori parti aduersam in speciem literę X post hæc a latere nasi, ex contraria parte, & qua maxilla cum malis committitur, sub mentum atque infimam auriculam alterius partis ad occipitium, inde frõti circundamus, post hæc sub infimam auriculam, per medium nasum, ad alteram infimã auriculam atque occipitium. præter hæc nonnulli quoq; mentum complectuntur. Adhibetur autem commodissime, ubi uel inter supercilia, uel medium nasum deligare opus est.

A *Phaleræ, seu uallum.* LII.

Ab occipitio inchoatur, & oblique per summum caput atque inter ipsum & frontem procedit inter supercilia, inde iuxta angulum oculi naso propiorem per genam sub imam aurem ad occipitium, ab eoque per contrariam partem, sic, ut inter supercilia literæ X figuram accipiat, tum oblique inter frontem & uerticem, per uerticem ipsum ad occipitium demittitur, deinde sub infimam auriculã, per medium nasum, atque alteram infimam auriculam, item ad occipitium reuertitur, post hæc circa frõtem agitur. Quidam, ut speciosius uinculum efficerent, per eam quoque futuram, quę ad aures per uerticem tendit, circuire uoluerunt. Potest etiam, si res postulat, fascia duci in utranque partem. huic & superiori eadem uis est.



B *Menecratis accipiter.* LIII.

Fascia primum occipitio detur, & recta per uerticem inter supercilia tendat iuxta angulum oculi naso propiorem, & ab altera nare super imum nasum feratur iuxta alterum angulum naso propiorem, & inter supercilia, ut ibi similitudo literæ X fiat, post hæc recta iuxta partem prius uolutam ad occipitium reuertatur, ibiq; conuersa sub infimam auriculam, & super imum nasum, ac sub infimam auriculam alterius partis, itidem ad occipitium adducatur, & fronti nouissime circundetur, quam agere etiam licet super eam futuram, quæ ad aures per uerticem tendit. Nonnulli, ut elegantius uinculum reddant, adiiciunt semirhombum, cuius rationem supra indicauimus.

C *Amintæ uallum ad nasum in alteram partem declinatum.* LIIII.

Fasciam ab occipitio orsam recta ad summum caput adducito, deinde inter ipsum & frontem, atq; inter supercilia ab altera nare sub imum nasum attrahito, inde sub imam auriculam alterius partis, & super imum nasum ab eoq; sub imam aurem ad occipitium obuoluito, inde circa frontem.

Hippocratis uinculum adducens. LV.

Idem præstat, quod proxime positum. sic autem obuoluitur. membranula palmę longior accipitur, cuius unum caput glutine uel gummi illitum naso agglutinatur ab ea parte, in qua iacet: alterum sub imam aurem ad occipitium adducitur ab eoq; ad frontem, qua similiter agglutinatur.

Ad aures linteum scissum in quatuor partes. LVI.

Medium auriculam complectatur, ex partibus uero scissis, quæ super auriculam sunt, ubi X literæ figuram acceperint, una per frontem, altera per summum caput, ad occipitium porrigantur, tum
D quæ per frontem procedebat, qua X literæ similitudo est, attrahatur, quæ per uerticem, ad frontem ducatur, & a latere capitis ambæ inter se uinciantur, sed partes subiectæ aduersæ inter se procedant, & altera per posteriorem partem, altera sub mentum detur ad occipitium, ibiq; nodum accipiant.

Auris ex fascia glomerata. LVII.

Fascia post læsam aurem prope occipitium orsa, per ipsam ferri debet, ut ex parte eandem includat, inde inter frontem & uerticem attrahi non longe a fronte, tum per priorem partem prope alteram aurem ac sub mentum ad aurem affectam, deinde inter uerticem & frontem ad posteriorem partem integræ auris, & sub mentum, atque infimam auriculam ad occipitium, inde circa frontem, ac rursus ad occipitium.

Aliter. LVIII.

Occipitio primum inijcitur, & sub infimam aurem sanam inter frontem & uerticẽ ad priorem partem affectæ auris porrigitur, atque inde sub mentum, & sub infimam aurem ad occipitiũ, deinde oblique super aurem, post hæc circa frontem.

Linteum

Linteum sciſſum in partes ſex ad regionem iuxta aurem. *LIX.*

Medium ſuper locum uinciendum inijcimus, ex partibus uero alijs a ceruice dependentibus, alijs ſuper caput collocatis, eas, quæ a priori parte ſunt, inter frontẽ & uerticem nodo inter ſe deuincimus, medias uero in ſummo capite & inter ſe, & cum prioribus alligamus, poſteriores ad occipitium adductas, ut X literam referant, circa frontem agimus ſic, ut a latere capitis finiantur.

Iunctura ad malas ex tribus faſcijs. *LX.*

Vna media inter frontem & uerticem inijciatur, capitaque eius per malas ſub mentum demittantur, ab eoq; per malas iuxta priores partes inter frontem & uerticẽ procedant, ibiq; inter ſe colligentur, quòd ſi oculos quoque deuincire uolueris, ducantur non iuxta priorem partem, ſed per oculos, tum inter frontem & uerticem data in ſpeciem literæ X ad occipitium adducãtur, altera faſcia media inter frontem & uerticem orſa in utranq; partem attrahatur iuxta oculorum angulos temporibus propiores, ad mentum, atq; ibi nodum accipiat: tertia media medium naſum amplectatur, capitaq; eius ſub infimis auriculis ad occipitium adducantur, ibiq; X literæ ſimilitudine accepta per frontem circumcant, & nodo a latere capitis uinciantur.

Longa ad frontem & regionem, quæ inter ſupercilia eſt ex faſcia glomerata. *LXI.*

Dari primo ſuper occipitium debet, poſt hæc recta duci ad frontem & inter ſupercilia, deinde ad occipitiũ reuerti, & poſtremo per frontem circumagi.

Funda ad labrum inferius ſciſſa in partes quatuor. *LXII.*

Medium, quod integrum eſt, inijcito ſuper labrum inferius, ſuperiores uero partes ad mentum adducito atque inde ad occipitium, ibiq; in ſpeciem literæ X altera ſuper alteram excedente, ad ſummum caput, & inter ipſum & frontem attrahito, miniſtroq; tradito, reliquas uero binas partes ſub infimis auriculis ad occipitium porrigito, atque ad formam literæ X ad frontem attrahito, & has, & quæ a miniſtro continebantur, inter ſe deuincito.

Eadem ad labrum ſuperius. *LXIII.*

Media ſuperius labrum complectitor, inferiores partes iuxta angulos oculorum temporibus propiores adducito inter frontem & uerticem, ut ibi X literæ figuram accipiant, inde ad occipitium demittito, reliquas duas partes ſub infimas auriculas ad occipitium attrahito, ibiq; inter ſe aduerſas circa frontem agito, & inter ſe deuincito.

Faſcia glomerata ad labrum inferius. *LXIIII.*


Orditur ab occipitio, & ſub infima auricula fertur ad labrum inferius, ac ſub infima auricula reuertitur ad occipitium.

Eadem in utranq; partem ducta. *LXV.*

Media labrum complectitur, capitaq; eius ſub imas aures ad occipitium attrahuntur, & fronti circundantur.

Alia. *LXVI.*

Incipimus ab occipitio, & ſub infimam auriculam ad labrum faſciam ducimus, ab eoq; ſub infimam auriculam ex altera parte ad occipitium, inde per uerticem obliquã & inter ipſum & frontem ad tempus porrigimus, ab eoque per malas ſub mentum ad malas ex altera parte, deinde inter frontem & uerticem in ſpeciem literæ X inde ad occipitium, poſtremo circa frontem.



F

G

H

Ad labrum ſuperius. *LXVII.*

Ab occipitio ordiatur, & obliqua detur inter uerticem & frontem iuxta oculi angulum temporibus propiorem ad labrum ſuperius, ab eoq; ad alterum tempus, atque oculi angulum ipſi propiorem, tum

inter

A inter frontem & uerticem super partem prius iniectam ad imaginem literæ X inde ad occipitium & circa frontem.

Eadem a medio orsa. LXVIII.

Media superius labrum complectere, capitaq; iuxta tempora, oculorumque angulos temporibus propiores porrige, inde inter frontem & uerticem, ut ibi X literam referant, tum ad occipitium, post hæc per frontem, rursus ad occipitium.

Funda scissa in partes quatuor ad occipitium. LXIX.

Media occipitium comprehendit, ex partibus uero, quæ subiectæ sunt per malas atque angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & uerticem feruntur, ibique inter se deligantur. reliquæ sub infimas auriculas ad occipitium ducuntur, ubi ad modum literæ X altera super alteram excedit, quòd si breuiores fuerint, in occipitio cum prioribus aptantur, si longiores, ad frontem adducuntur. * Cum de uinculis tam simplicibus, quàm compositis, quæ faciei & capiti conueniunt, abunde dixerimus, proximum est, ut ad reliqua pergamus.

B *Iunctura ad mentum* EX SORANO. LXX.

Fasciam ab utroque capite scindentes, sic, ut medium, quo mentum comprehenditur, intactum relinquatur, inferiores quidem partes, recta per malas inter frontem & uerticem porrigimus, superiores per mentum transuersas ad occipitium attrahimus, nodoque inter se alligamus, prodest autem quibus deuincire mentum conuenit.

Spica Glaucij. Nunc GALENVS. LXXI.

Nomen inuenit a spica, quam suo ambitu imitatur, maxime autem proficit, ubi iugulum fractum est, aut humerus excidit. eius ratio est. Hapsus lanæ mollis ab ea parte, quæ uincienda est, alæ subijcitur, donec id cauum compleat. post hæc fascia glomerata, quæ longitudinem & latitudinem habeat pro portione eius, quod alligatur, ab altera ala incipiens obliqua per dorsum tendit, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde sub ala affecti humeri ad eam partem reuertitur, qua iugulum cum la-

C to scapularum osse committitur, ita, vt ibi X literam repræsentet, deinceps obliqua per pectus procedit ad alam integræ partis, inde per dorsum obliqua ad iugulum, ita, ut parti prius obuolutæ aliquantulum insidat, ab eoq; sub ala iterum datur ad iugulum, sic, ut secundo similitudo X literæ fiat. postremo ad alam integræ partis, atque ad eandem rationem circumagitur.



LXXI LXXII



LXXIII LXXIIII

Eadem media primum iniecta. LXXII.

Adhibita spica brachium figurandum est ad angulum rectum, atque altera fascia media inuoluendum, cuius capita recta ducenda sunt, qua iugulum cum lato scapularũ osse committitur, atque ibi in speciem literæ X aduersa inter se ad alam integræ partis attrahenda. post hæc per la-

D tera atque affectum humerum circundanda eatenus, ut omnia includantur, & sub ala sanæ partis finienda.

Eadem in utranque partem ducta. LXXIII.

Media alam affecti humeri complectitur, & in utramque partem ducta, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, X literæ figuram accipit, inde oblique pars una per dorsum, altera per pectus procedit ad alteram alam, atq; ad hunc modum, quoties opus fuerit uolura, finitur.

Geranis (ita enim appellatur a gruis similitudine) Hippocratis, siue (ut aliis placet) Perigenis. LXXIIII.

Iisdem conuenit, quibus spica, in hunc autem modum obuoluitur, ubi spicam iniecerimus, semel circa humerum dari fascia debet, inde ad iugulum procedere, tum oblique ad alteram alam, atque ibi desinere.

Funda humerum complectens, qua idem præstat atque Geranis. LXXV.

Spicam adhiberi prius conuenit, tum ab ea parte qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, fasciam semel recta ferri ad brachium, quod ad angulum rectum figuratum sit, atq; inde rursus ad eam partem, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, deinde ad alam integræ partis, post hæc humero & lateribus circundari, & sub ala nodum accipere.

Eadem

Eadem aliter. LXXVI. E

Media uitiati humeri caput amplectatur, capitaq; eius recta ducantur ad brachium in uicinia cubiti, & rursus iuxta partes prius iniectas, qua iugulum cum lato scapularum osse coniungitur, inde ad alam integræ partis, post hæc in orbem.

Aliter. LXXVII.

Media circundāda est alæ integræ partis, capitaq; eius in orbem ad latera atq; humerum attrahenda, tum sub ala integræ partis iterum demittenda, inde obliqua ducenda sunt ad eum uitiatæ partis locum, ubi iugulum cum lato scapularum osse committitur, deinde recta per humerum ad cubitum, ab eoq; rursus ad eam partem, qua iugulum cū lato scapularum osse committitur, inde ad alā integræ partis, postremo in orbem circa humerum.



LXXV



LXXVI

Spica duplex, quam alii quadrigam dicunt. LXXVIII. F

Commodissime inijcitur, cum utrumque humeri caput male habet. eius ratio hæc est. ubi spica simplex data fuerit fasciam sub alam uincti humeri demittentes obliquam ducimus ad alterum humerum, atq; ad eam partem, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, sic, ut ibi X literam referat, deinde ad alteram alam, atque ad eandem rationem circumagimus.

Cataphracta. LXXIX.

Nomen habuit a similitudine thoracis Romani, quem cataphractam dicunt. prodest autem quibus deligare iuxta iugulum conuenit latum os scapularum, pectus, dorsum aut latera. quod uinculi aliqua ex parte duplicem spicam repræsentat, sic autem obuoluitur. Alæ primo circundatur, tum oblique per pectus ducitur prope illam regionē, ubi iugulum cum osse pectoris committitur, inde per ceruices ad latum scapularum os humeri contrarij atque ad alam subiectam, ab eaq; ad ceruices super partem prius iniectam, ita, ut prope ceruices similitudo X literæ fiat, post hæc obliqua datur ad latum scapularum os ex altera parte, atq; ad alam, ab ala ad ceruices, ut in uertebra colli X literæ figurā accipiat, deinceps sub ala & oblique prope eam regionem ubi iugulum cum osse pectoris committitur, sic, ut hic quoque similitudo X literæ fiat, & iuxta ceruices & super latū scapularum os, & sub ala, ut quater X literam repræsentet, nimirum semel a priore parte, semel a posteriori, bis prope iugulum. Ad eandem autem rationem quoties opus est, circuit, deinde in orbem attrahitur circa pectus & latera sic, ut tota iunctura thoracem referat.



LXXVII



LXXVIII



LXXIX



LXXX

G

Eadem in utramq; partem ducta. LXXX.

Sub ala dari mediam fasciam oportet, & in utramq; partem ferri ad proximum iugulum, sic ut prope ceruices X literam referat, deinde oblique porrigi ad contrariam alā, ab eaq; ad proximum iugulum, ut ibi prope ceruices fiat similitudo literæ X, inde ad alteram alam oblique, postremo in orbem circa pectus. H

Sostrati uinculum rectum ad alam & pectus. LXXXI.



LXXXI



LXXXII

Maxime conuenit, ubi medium pectus, uel dorsum aut latera, seu thoracem uolumus deuincire. duas igitur fasciolas iustæ longitudinis humerorum capitibus inijcimus, earumq; capita recta sinimus dependere: deinceps fascia glomerata thoracem totum obuoluimus & latera, ut contegantur, extremamq; fasciam nodo alligamus: capita uero, quæ & a priori & a posteriori parte pendebant, fasciæ circuitibus assuimus, ac, si longiora fuerint, sursum conuersa, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, inter se colligamus.

Vinculum in speciem literæ X ad alam & pectus. LXXXII.

Quas proxime posui fasciolæ, non rectæ, sed obliquæ dependeant, ita, ut tam a pectore, quàm a dorso

A so similitudo X literæ fiat. cetera eadem fieri debent, quæ, ubi rectæ adhibentur.

Aminta thorax. LXXXIII.

Huic & uinculo, quod ad alam posui, eadem uis est, sic autem fasciatur. imposita cataphracta ad utramq; partem ducta, ubi fascia eatenus circuierit, ut usque ad umbilicum complexa omnia fuerit, capita inter se uinciri debent sic, ut lupus laqueus fiat, quodque ex his ultra laqueum relinquitur, ad ilia utrinque adductum prioribus circuitibus inseritur, sic, ut extremum pendeat, quod quatuor digitorum longitudinem æquet, quo fit, ut thoracis fimbrias repræsentet.



LXXXIII



LXXXIIII

Thorax ad idem X literam repræsentans. LXXXIIII.

Fasciam ilibus primum a dextra parte inijcito, & oblique per latus & medium pectus trahito ad humeri caput,
B ab eoque ad alam atque iterum ad humeri caput super partem priorem ad effigiem X literæ, post oblique per dorsum ad ilia super caput primo iniectum, deinceps per uentrem ad ilia sinistræ partis in orbem circunducito, deinde per dorsum priori parti aduersam, sic, ut ibi eiusdem literæ similitudinem habeat, ad caput humeri dextrum, post hæc sub alam demittito, & rursus ad caput humeri circumagito sic, ut ibi similitudo X literæ fiat, post hæc per medium pectus ac latus oblique ad ilia sinistræ partis, nouissime in orbem circundato, atque ad eandem rationem uoluito, dum quæ liganda sunt, omnia includantur.



LXXXVI



LXXXVII

Stella. LXXXV.

Adhibito uinculo, cui nomen est thorax X literam repræsentans, debet angustior fasciola dari in orbem semel aut iterum circa pectus & dorsum, & extremo capite fibula deuinciri.

C *Gerauis in speciem fiscellæ.* LXXXVI.

Idem potest, quod cataphracta, eius autem ratio est. a dorso incipit, & oblique per scapulas ad eam partem procedit, ubi iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde sub ala demissa eodem reuertitur, ut similitudinem X literæ super eandem commissuram accipiat, post hæc obliqua per mammam ad umbilicum, ibique conuersa oblique trahitur ad alteram mammam, atque ad eam partem, ubi iugulum cum lato scapularum osse committitur, ut ibi literæ X figurã accipiat, deinde per dorsum demittitur, & in orbem datur circa latera, atq; ad eãdem rationẽ circuit.

Stella a posteriori parte se ostendens. LXXXVII.

Vtiliter adhibetur, quibus deuincire dorsum oportet. sic autem circũdatur. ab ilibus orsa puta sinistræ partis, per dorsum tendat ad caput humeri dextri, inde ad alam, ab eaq; per latum scapularum os sinistræ partis ad alam atq; humeri caput, dehinc oblique per dorsum feratur priori parti aduersa, post hæc semel aut iterum in orbẽ circa ilia
D detur, eoq; ambitu extrema pars cõtineatur. Eandẽ quoq; sic circũmagere licet, ut a priori parte oculis exponatur, id qđ fit, ubi nõ a priori parte, sed a posteriori æque circũeat.



LXXXVIII



LXXXVIIII

Vinculum, quod a fulmine κεραύνιος appellatur. LXXXVIII.

Idem efficit, atq; illud, quod proxime positũ est, fasciam iustæ longitudinis atq; latitudinis mediã in longitudinem scindimus, dũ recipere caput possit, ex capitibus uero unũ a uentre, alterũ a dorso patimur dependere, post hæc imponimus id uinculi, cui nomen est Thorax X literam repræsentans, imaq; capita prioris fasciæ scissa in plures partes pendere sinimus.

Simplex uinculum ad ceruicem. LXXXIX.

Commodissimum est, ubi res poscit alteram ceruicum partem alligari. incipit autẽ a medio latere, & per dorsum fertur ad ceruicẽ & pectus, & post hæc ad latus super caput primo iniectum, deinde per thoracem in orbem.



XC



XCI

Duplex. XC. E

Fascia primum alæ circumdari debet, tum oblique per dorsum ad ceruicem procedere, inde ad pectus,& alam,atq; alteram alam,post hæc oblique per pectus ad ceruicem ita, ut ibi X literam repræsentet,deinde oblique per dorsum ad alam, ac postremo in orbem circumagi,atque ad eandem rationem circuire.

Cuspis,siue hamus. XCI.

Binæ fasciolæ,quæ & longitudinem conuenientem habeant,& duorum digitorum latitudinem nõ excedant,mediæ humerorum capita complexæ dependent,& tam a dorso, quàm ab umbilico X literæ figuram accipiunt, post hæc fibula inter se iunguntur, quo facto obuoluitur Geranis in speciem fiscellæ.

Rhombus simplex. XCII.

Iisdem prodest, quibus proxime adscripta. conficitur autem ex duplici uinculo ad ceruices,& ex Geranide, antedictis.

Rhombus duplex ad idem. XCIII.

Fascia ab ilibus orsa obliqua per iugulum fertur ad latũ scapularũ os,inde ad alam, ab eaq; ad iugulum ita, ut qua iugulum cũ lato scapularũ osse committitur, referat similitudinem literæ X.post hæc transuersa per collum ad alterũ iugulum, tum sub ala demittitur, atque ad idem iugulum reuertitur, ut ibi quoq; similitudo X literæ fiat,inde obliqua per mammam porrigitur ad ilia contrariæ partis sic, ut in pectore eandem literam referat, postea in orbem circa ilia fertur, & obliqua per dorsum tendit, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde ad alã demissa eodem reuertitur,tum transuersa per priorem partem, qua iugulum cum osse pectoris, & qua cum lato scapularum osse committitur, & obliqua per dorsum ad ilia, postremo in orbem. Cum hoc etiam imponitur, uel duplex geranis,uel simplex uinculũ ad ceruicẽ,uel ẽt duplex. F



XCII



XCIII



XCIX



C

Sostrati κατάφρακτος. XCIIII. G

Proficit ubi medium pectus & dorsum deligandum est, sic autem obuoluitur. duo inijci uincula oportet, & quod cuspis,& quod stella nuncupatur,tãtummodo capita,quæ in stella per fibulam inter se iungebantur, ad ilia adducta dependent.

Apollonij iunioris ἀμφίπλοκος. XCV.

Fasciolas, quas in cuspide adhibuimus, ad humerorum capita damus,tum duplex uinculum ad ceruices inijcimus,deinde geranida in speciem fiscellæ.

Sostrati parua ara. XCVI.

Speciosa est,siquidem obuoluta paruæ aræ angulos repræsentat.Primum deligetur uinculum ad ceruices,deinde geranis in speciem fiscellæ, quo facto adijcitur uinculum Sostrati ad pectus cum fasciolis suspendentibus.

Eiusdem paruum templum. XCVII.

Hoc etiam & decorum est, & idem proficit, recto uinculo Sostrati imposito illud inijciendum est, quod Quadriga nominatur. H

Apollonij Thirij paruum templum. XCVIII.

Binæ fasciolæ super dorsum dantur,quemadmodum in uinculo recto Sostrati ad pectus,postea simplex rhombus circumagitur.

Geranis in speciem fiscellæ in priori parte se ostendens. XCIX.

A latere orsa obliqua per pectus eo ducenda est,ubi iugulũ cum lato scapularum osse cõmittitur,inde sub alam, ab hac eodem reuersa per collum trãsuersa ducenda est ad cõmissuram iuguli alterius partis cũ lato scapularũ osse,deinde sub ala a priori parte uersus posteriorẽ ad candẽ commissurã porrigẽda,inde obliqua per pectus,& postremo in orbem circa ilia.idẽ quoq; uinculũ a posteriori parte se ostẽdet,si circuitus,qui a priori parte fuerant in posteriori collocemus,& eos qui a posteriori, in priori.

Auriga. C.

Valet ad latera deligãda,atq; ad hunc modum inijcitur.Media fascia collum comprehendimus, capitaq; obliqua per pectus attrahimus,ibiq; inter se implicata sub alas adducimus ad dorsum, ubi rursus implicamus, atq; ita,donec totum thoracem deligauerint,modo a posteriori, modo a priori parte implicamus,extremaq; inter se deuincimus,quo uinculo utuntur aurigæ ad latera continenda.

Expositis fascijs,quæ thoraci accommodantur,proximum est,ut ad reliquas pergamus.

A ### EX HELIODORO.

Assuta fascia ad mammam. CI.

Fasciam,cuius lõgitudo ac latitudo sit proportione hominis duplicamus,tũ initio facto a medio eius partis, quæ duplicatur,suimus deorsum oblique tendentes, deinceps omne id,quod super futuram est,excidimus,ut pilei modo sinus fiat,qui mammam,& quod superiniectum est,capiat. utrunque huius fasciæ caput in duos scindimus,deinde ab altera parte sinus,quæ contra futuram est,& ueluti labrum lintei, fasciolam latam circiter digitos duos a latere suimus sic,ut alterum caput longius sit,breuius alterum, quæ fasciola cingulus dicitur uinciendi ratio est. sinus datur ad mammam, ut ipsam comprehendat, longius uero cinguli caput per dorsum attrahitur ad integram mammam, & cũ
B breuiori nodum accipit. ex capitibus scissis priora duo sursum feruntur ad ceruices,ita,ut dexteriori sinistrum,sinisteriori dextrum procedat,pendereq; sinatur,quibus cum reliqua duo capita colligantur.



CI

Glomerata fascia ad mammam. CII.

Longioris fasciæ,quæ tantum latitudinis habeat,quantũ usus requirit,caput in duas partes scissum detur iuxta integram mammam, fascia uero per dorsum oblique ad uitiatam mammam procedat,ab eaq; ad alteram,post hæc super dorsum, inde ad affectam mammam a superiori parte deorsum porrigatur,ut inter utranq; mammam X literæ figuram accipiat,sæpiusq; ad eandem rationem circumeat,dum quæ nuda sunt,omnia contegantur. extrema uero fascia scindatur, tum scissæ partes inter se uinciantur altero nodo sub integra mamma, al-
C tero supra collocato.



CII



CIII

EX SORANO.

Duplex in utranque partem ducta,a superiori parte deorsum. CIII.

Mediæ fasciæ,quæ pectori transuersa circundetur,altera assuitur, donec utranq; mamillam pertransierit,hæc capitibus suis recta ad collum datis ex eo suspenditur,illa per dorsum procedit,utriusq; capita inter se uinciuntur,ut deligandis mammis accommodentur.

Vinculum suspendens,sex habens capita. CIIII.

Suspendenti uinculo quatuor capitum circa mediam suturam,alia fascia transuersa assuitur,cuius capita,ubi(ut dictum est)deligauerimus in dorso inter se uinciuntur,ne aut resolui uinculum possit,aut rugosum fieri. Habet autẽ eundem usum,quem proxime traditum.



CIIII

NUNC GALENUS.

D

Iunctura ad alterum inguen. CV.

Expeditissima est,ubi alligare inguen oportet. Iniicitur autem hoc modo. fascia ab ilibus orsa oblique per clunes ferri debet a parte inguinis uitiati inter anum & naturale, post hæc sursum procedere ad inguen, tũ in orbem per coxam ad ilia super partem prius iniectam,& ab inferiori parte sursum adduci.

Ad utrumq; inguen. CVI.

Abdomini fasciæ caput iniicito, eamq; oblique per coxam inter anum & naturale attrahito ad inguen ab inferiori parte sursum, deinde iuxta caput primo iniectum ad coxam, atq; inter anum & naturale ad alterum inguen ab inferiori parte sursum, post hæc infra umbilicum,sicq; circũ agito,dum inguen utrumq; includatur.



CV



CVI

Eadem in utramque partem ducta. CVII. E

Media fascia incipit ab inguine,capitaq; eius ad coxam data literæ X figuram accipiunt, & unum ad inguen,alterum ab exteriori parte procedit, deinde ambo in unum adducuntur atq; ad eandem rationem circumeunt.

Aliter ad alterum inguen. CVIII.

Vnum fasciæ caput, quod breuius sit, nec duorum uel trium cubitorum longitudinem excedat, ab inguine depẽdeat, alterum uero glomeratum, per ilia ad coxam detur atq; abdomen,inde oblique ad coxam & inguen circumagatur ab inferiori parte sursum, tum ad ilia & coxam, ac per ilia contrariæ partis ad abdomen, tuncq; caput dependens ad inguen sursum cõuertatur sic, ut ibi sinus fiat, qui altero capite,quod glomeratum est,comprehẽdatur, post hæc rursus quod glomeratum est, per inguen & coxã ducatur ad abdomen,rursusq; primum caput duplicetur a superiori parte deorsum,& eo,quod glomeratum est, comprehendatur, ac dum fascia desinat, alterum quidem duplicetur,alterum superdetur,nouissime fibula imponatur.


CVIII


CIX

F

Aliter ad utrumq;. CIX.

Fasciola media lumbos complectimur, capitaque eius ab inguine non secus quàm in iunctura ad alterum inguẽ sinimus dependere, tum alteram fasciam a uentre orsam. quemadmodum in iunctura adutrumq; inguen circundamus,capita uero,quæ pendebant,quemadmodum in simplici dictum est,duplicamus.

Pecten seu uinculum suspendens ad colem. CX.

Fasciola media lumbis inijcienda est, capitaq; eius super uentrem adducta nodo inter se uinciẽda, tum alterius fasciæ glomeratæ caput zonæ inserendum,reliqua pars ad colem data in zonã rursus a superiori parte deorsum conijcienda,post hæc sub colem & ad zonam postremo testiculos complexa,in zonam demittenda est.


CX


CXII

G

Aliter. CXI.

Iniecta zona fasciæ caput super colem imponatur,eaq; circa ipsum in orbem detur,donec totum includat, deinceps ad zonã feratur. ab eaq; ad colẽ, atq; inde rursus ad zonã,nouissime testiculos amplexa in zonam demittatur.

Idem ex fascia scissa ad zona. CXII.

Linteum iustæ magnitudinis scindito in partes quatuor sic,ut medium integrũ relinquatur, quo colem excipito, tum ab altero capite scissas partes in uicinia colis findito, in quæ fissa conijcito partes alterius capitis,cinguloque inserito,& nodo alligato.


CXIII


CXIIII

H

EX HELIODORO.

Vinculum ad alterum inguen,quod nonnulli dixerunt cancrum pro inguine. CXIII.

Fascia ab ilibus contrariæ partis incipiens obliqua fertur ad lumbos,deinde ad inguen, quod uinciri debet, ab eoq; ad summam coxam porrigitur, post hæc ad idem inguen reuersa datur ad regionem, quæ sub umbilico est, ut X literæ figurã accipiat,ab eaq; ad ilia alterius partis,sicq; circũagitur,donec,quæ nuda sunt,oĩa cõplectatur,tuncq; utiliter semel in orbẽ ambit circa lũbos,& infra umbilicũ. Prodest autem quibus deuincire inguen oportet.

Ad utrunque inguen. CXIIII.

Vbi uinculum adhibuerimus ad alterum inguen, omisso circuitu in orbem, in uinculo ad utrunque inguen,


CXV: CXVI

A faſciam a lumbis attrahimus ad alterum inguen, deinceps ad ſummam coxam, ab eaque ad idē inguē, ut in altero ſimilitudo X literæ fiat, deinde ad lumbos adducimus, poſt hæc eatenus hac ratione obuoluimus, ut quæ nuda ſunt, includamus. Valet ad utraq; inguina deliganda. neq; ab te eſt ultra propoſitos circuitus, in orbem quoq; faſciam circumagere.

Iunctura ad inguen tuendum. CXV.

Faſciæ glomeratæ, a capite duodecim interpoſitis digitis faſciolam aſſuere duorum cubitorū oportet, eoq; capite ſuper ilia contrariæ partis iniecto, faſciolam rectam a poſteriori parte per lūbos & clunes demittere inter anum & naturale, obuolutamq; inguini uitiato ſurſum porrigere, deinde glomeratam faſciam bis, terue circūagere, per quē ambitū faſciola attrahitur quaſi per nodum, ubi uero huiuſmodi circuitibus in orbem inguen adſtrictum eſt, faſciola ad ſummam coxam porrigitur, ab eaq; ad idem inguen, & ad eam regionem, quæ ſub umbilico eſt, quo facto ex faſcia glomerata uinculum fit ad alterum inguen, nodumq; accipit ſub umbilico. Pertinet autem hoc uinculū ad eos quibus propter uarices, qui inguen implent, manus curatio admouetur.


Aſſuta iunctura ad anum. CXVI.

B

Faſcia ſumi debet eatenus longa, ac lata, ut huic iuncturæ ſufficiat, cui ab uno capite altera ualentior faſcia, lata circiter digitos tres, tranſuerſa aſſuenda eſt, hæc zonæ nomen inuenit: tum eidem faſciæ interuallo puta nouem digitorum alia faſcia tranſuerſa, perinde lata ut zona, ſimiliter aſſuenda eſt, cuius partes utrinq; adiuncta crura nuncupantur; alterum uero caput rectæ faſciæ, quod contra ſuturam eſt, ſcindendum in duo crura. Homo igitur explicata zona cingatur, recta uero faſcia per lumbos procedat ad anum atque inter ipſum & naturale, eiuſque crura ad inguina ducta zonæ inſerantur: poſt hæc adiuncta crura arctata in zonam demittantur, atq; ibi cum cruribus alligentur. quod uinculum ſine adiūctis cruribus nonnulli ad calculoſos, ubi calculus euulſus eſſet. adhibuere, id nos ob nodorum inæqualitatem reijcimus, ne pars umbilico ſubiecta urgeatur. ueſica enim inæqualiter compreſſa inflammationi obnoxia eſt. deligamus autem, quibus calculus euulſus eſt, parua faſcia, quam proxime ad inguen propoſuimus: ſed nunc breuiorem rectam faſciolam aſſuimus, extremamque ſcindimus in duas partes. hæc autem iunctura illis longè commodior eſt, quàm quæ ani cauſa inijcitur. ſiquidem glomerata faſcia in orbem uoluta lumbos & omne id, quod ſub umbilico prioribus circuitibus aſſuitur: ex recta uero faſcia, quod integrum eſt, ad anum & inter ipſum & naturale demittitur, partes uero ſciſſæ ad in-
C guina attractæ in priores circuitus immittūtur, quæ unciēdi ratio, calculoſis, ubi, ſecti ſunt, aptiſſima ē.

Sciſſum uinculum ad ſcrotum. CXVII.

Linteum pro hac ipſa iunctura lōgum latumue, ab utroque capite in quatuor parteis diuiditur, ſic, ut ab uno breuiores ſint, ab altero longiores, deinde a medio uerſus breuiores exciditur, donec, ubi uſus requiritur, coles eo cauo excipiatur. zonam ergo iniicere primum homini oportet, tuncq; ex breuioribus partibus lintei medias duas in zonā demiſſas, inter ſe deuincire, & reliquas duas ī eandē zonam coniectas pati dependere. quo facto coles per id cauum excipi debet, ſcrotumque totum comprehendi integro linteo, ex cuius partibus longioribus, duæ exteriores ſcroto inuoluendæ ſunt, ita, ut dextra ſiniſteriori, dexterio-
D ri ſiniſtra procedat, deinceps in zonā demiſſæ eo modo, quo priores permittendæ ſunt pendere, reliquæ duæ mediæ ſcroto ſimiliter iniectæ, ut dextra ſiniſteriori, dexteriori ſiniſtra procedat, per ſummas coxas in eandem zonam demittendæ, & cum prioribus partibus pendentibus alligandæ.



CXVII



CXVIII

EX SORANO.

Iunctura ad ſcrotum ex tribus capitibus. CXVIII.

Vni extremæ faſciæ aſſuatur altera media ad imaginem literæ. T. harum, quæ tranſuerſa eſt, hominem cingat: quæ recta, feratur ad ſcrotum, ibique eatenus incidatur, quatenus coles ſuo cauo recipiatur, extremaq; ad zonam alligetur, ut ſcroti uitijs accommodetur.

EX HELIODORO. E

Fascia glomerata ad cubitum. CXIX.

Incipit ab imo humero in uicinia cubiti, atq; in orbem circumagitur, post hæc obliqua ducitur per priorem cubiti partem, qua secari uenæ solent, tum brachio in orbẽ obuoluta obliqua ad humerum reuertitur, sic, ut in priori parte cubiti X literam repræsentet, sic autem circuit, donec tegantur, quæ nuda sunt, & ubique a latere nodum accipiat. Illud autem commune est humeri brachij alteriusue membri uinciendi, quod fasciæ in orbem ferri debent, cum eo ut interdum etiam obliquæ procedant, quo uinculum firmius hæreat. Huius uero fasciæ extremitas uel inferioribus assuenda est, uel angustiori fasciola uincienda est, aut in duo capita scindenda, quæ ab altera membri parte nodo inter se alligentur.



Iunctura in orbem, quidam adijciunt sub auctore Hippocrate. CXX. F

Huius uinculi ratio est ut fascia super aliquod membrũ pluribus circuitibus in orbem ambiat, recte autem inijcitur, ut membrum contineat, quod in suum locum restituitur, magis uero pertinet ad corporum, quæ abscesserũt glutinationem, his seruatis, quæ ad artificiosam fasciãdi rationem pertinent. abscedentiũ .n. ore in inferiori partẽ sito fascia a superiori parte deorsum procedit, ut humores excernantur, & eorum, quæ abscesserunt alterum alteri insidat, ut glutinentur: sed si ulcus superius sit, ut materia ab inferiori parte sursum sub uinculo excernatur. ubi uero abscedentia corpora transuersa sint, fascia ab ipsis circundetur uersus os, ut humor emittatur.

Menecriti uinculum ad partes extremas. CXXI.

Ab extremo brachio prope manum orsi, ubi fasciam semel in orbem duxerimus, obliquam attrahimus per primam palmæ partem, deinde per palmam ipsam circumagimus priori parti aduersam, ita, ut ad primam palmæ partem reuertatur, prope ipsam prius X literæ similitudine accepta, atque ad eandẽ rationem obuoluimus, dum quæ nuda sunt, contegantur. Adhibentur autem utilissime, ubi & primam palmæ partem, & palmam alligari necesse sit. G

Cancer. CXXII.

Angustioris fasciolæ, cuius latitudo exempli causa digitum æquet, capite super primam palmæ partem imposito, ipsa per palmam attrahenda est, & ab interiori parte uersus exteriorẽ oblique ad pollicem adducenda, tũ circa ipsum ab exteriori parte oblique porrigenda ad primã palmæ partem aduersa parti prius iniectæ sic, ut super exteriora pollicis X literã referat, atque ad eandem rationẽ eatenus uoluenda, ut omnia complectatur, nouissimeq; circa primam palmæ partem data, finienda est. commodissime autem obuoluitur ad uinciendum pollicem, quem ἀντίχειρα uocant.

EX SORANO. H

Iunctura ad primam palma partem. CXXIII.

Orsa a prima parte palmæ obliqua uersus palmam ducatur, deinde per palmam ipsam transuersa, postremo in orbem circa primam palmæ partẽ, ut quibus hanc ipsam uincire uolumus, accõmodetur.

Vinculum appositum. CXXIIII.

A prima palmæ parte incipiens, post ipsam oblique circa pollicẽ obuoluitur, tum oblique a priori parte manus ad primã palmæ partem porrigitur, ibiq; in orbem attrahitur, ut uinciẽdo pollici aptetur.

Vinculum, ut in palæstra ductum. CXXV.

Adhibito uinculo ꝗpposito fasciã insuper obliq; prope primam palmæ partẽ uersus digitos circundamus, deinde in orbem circa indicem, post hæc oblique aduersam parti prius iniectæ, prope primam palmæ partem attrahimus, idemq; facimus circa reliquos digitos, ut illis idoneum sit, quibus tã quod prope primam palmæ partem uersus digitos est, quàm quod post digitorum articulos, uinciri debet.

Rhombus



CXXVI

CXXVII

CXXVIII

CXXIX

A *Rhombus, ad medium membrum.* CXXVI.

Fasciæ caput membro inijcimus, eamque super id obliquam ducimus, post hæc in orbem, deinde aduersam parti prius obuolutæ, atque ab altera parte in orbem, ut ad eas fracturas conferat, quibus carnis quoque uulnus accessit.

Rhombus multiplex ad unicum membrum. CXXVII.

Super extremam unius membri partem fascia imponitur, & per ipsum æquis interuallis quasi in cochlea serpit usq; ad alteram extremitatem, quam in orbem complexa oblique circuit, & in orbem datur aduersa parti prius iniectæ certa seruans interualla, ut ijs, quæ comprehendit, accommodetur.

Palma habena. CXXVIII.

Orsa a summo mẽbro, obliquã per mediũ ad imum feB ratur, & in orbem circa ipsum detur, post parti prius iniectæ aduersa ad summum reuertatur, & iuxta eosdẽ circuitus ambiat, ut eas partes fideliter contineat, quæ recenti callo glutinatæ sunt.


EX HELIODORO.

Rhombus æqualium crurum. CXXIX.

Tradita iunctura hæc est ad femur, ubi id aliqua parte uulneratum sit, & adiunctæ partes abscedant, cuius ratio est. Ab inferiori parte ulceris fascia in orbem circuit, inde obliqua ducitur a latere ulceris, & rursus in orbem a superiori parte ulceris attrahitur, tum obliqua ad imaginem literæ X deorsum demittitur, deinceps conuenienti interuallo bis iuxta ulcus obliqua porrigitur semel ab inferiori parte sursum, semel a superiori deorsum, ita, ut bis litera X repræsentetur, & in medio rhombus super ulcus collocetur, quo per medium interuallũ nudatum humores excernantur. Circuit autem ad eandem rationem, donec quæ nuda sunt excipiat,
C eoq; fit, ut quæ abscesserunt sub uinculo, quasi sponte sua ad glutinationem ueniant, nudatoq; ulcere, quidquid humoris collectum est, effundatur.

Rhombus inæqualium crurum. CXXX.

Vbi proximum uinculum inieceris, requirit quod nunc proponitur, ut fascia per uulnus feratur, etiam obliqua. eo usi sunt, quibus operiendi quoque uulneris consiliũ fuit.



CXXXI

CXXXII

CXXXIII

Ascia. CXXXI.

Scribunt, qui huiusmodi iuncturam adhibuerunt, ipsam utiliter inijci, quibus uulnerato femore proximæ partes diducuntur, sic autẽ inijci debet. uoluẽda sub uulnere fascia est in speciem ascię, sic ut pars gibba deorsum, sima sursum spectet, deinde super ulcus iterũ in speciẽ asciæ priori aduersę circũagenda est, atq; ad eandẽ rationem attrahenda dum quæ nuda sunt contegat, ab inferiori parte sursum, & a superiori deorsum procedẽs, interdum etiã per ulcus, ut
D ipsum operiat.

Vinculum a latere X literam repræsentans. CXXXII.

Fascia imo femori in orbem prope genu circũagimus, tum oblique ducimus, & rursus parti prius iniectæ aduersam attrahimus sic, ut a latere genu literæ X similitudinem referat, eodemq; modo circunducimus. Potissimum autem pertinet ad eos, quibus genu in alteram partem lapsum reconditum est. repræsentanda uero X litera est ab ea parte, in quam excidit.

Testudo. CXXXIII.

Super genu fasciam tẽdere in orbem oportet, inde obliquam a superiori parte deorsum per patellam demitti ad poplitem, ibique sub genu in orbem iterum circumagi, & parti prius iniectæ aduersam super patellam procedere in speciem literæ X. post hæc per poplitem & patellam in orbem circuire, atque ad eandem rationem obuolui. conuenit autem patellæ, quomodocunq; sua sede proruperit.

Ad Calcem. CXXXIIII.

B

Circumagenda fascia est circa talos in orbem, inde a posteriori parte ex uno latere nerui lati oblique ducenda ad alterum latus, tum circa calcem uoluenda, ab eoque porrigenda, atque ad eandem rationem circundanda. valet autem ad calcem alligandum.

Ad talos. CXXXV.

Fascia super talos datur, inde obliqua ad superiora pedis porrigitur, post hæc sub plantam demittitur sic, ut ad superiorem partem reuersa X literæ similitudinem referat, alligata uero planta circumducitur in orbem. Valet, ubi uinciri talos oportet.

F

Spica ad plantam. CXXXVI.

Fascia in orbem magnum digitum complectatur, ab eoque per plantam procedat circa talos, inde obliqua reuertatur ad plantam sic, ut non longe a minimo digito similitudo literæ X fiat, post hæc ad superiorem partem pedis intendat, & ad eandem rationem circumeat. Maiores uinculum hoc ad magnum digitum deligandum memoriæ prodiderunt: nobis uero superuacaneum uidetur digitum alligare ad plantam atque ad talos, abunde enim existimamus, si cum digito, & planta pars pedis superior uinciatur, quemadmodum propositum est in digitis manus.



G

EX SORANO.

Calceus. CXXXVII.

Fasciam primo talis inijcimus, tum per ipsos obliquam ducimus ad plantam, ab eaque ad alteram partem talorum obliquam attrahimus, postremo circa crus in orbem porrigimus, ut illis accommodetur, quibus deuincire talos conuenit.

Ad calcem. CXXXVIII.

Fasciæ caput sub talis inijcito, eamque circa ipsos oblique ad plantam demittito, tum oblique circa calcem, & in orbem iuxta talos adducito, ut illis aptetur, quibus obligare calcem uolumus.

FINIS GALENI DE FASCIIS.

H

A # ORIBASIVS DE LAQVEIS EX HERACLE,

Vido Vidio Florentino interprete.

VIDIVS LECTORI.


Laudatur liber de laqueis a Galeno in libro de fascijs, quamuis alibi quoque mentionem facit laqueorum, qui hoc opere continentur, refertur tamen hic liber in græco exemplo ad Oribasium auctorem. quicquid est, opus utilissimum est, sine quo multa sunt, quæ in medicinali arte nec comprehendi, nec præstari possunt. pertinent enim laquei non modo ad fasciandum, sed etiam ad extendendum ossa fracta, uel suo loco mota, seu æqualiter, seu inæqualiter adhibere uim oporteat: tum ad curanda atque alliganda membra, dum manus adhibetur.

Quæ ratio sit laquei attollentis.

B

AD attollentem habena adhibetur duplicata, cuius utrunque caput sinistra manu continetur, sinus uero dextra prehenditur, & capitibus superinijcitur, sic, ut capita sita sint in medio sinu. quo fit, ut ex una parte, laquei nexus feratur, capita ex altera. Habet autem hic laqueus facultatem extendendi æqualiter, pertinetq; non modo ad extendendum membra, sed etiam ad continendum, cum in suam sedem compelluntur, & ad figurandum corpora, ubi quid manu fieri oportet. Recte quidem eas partes intendit, quæ binis ossibus continentur, quandocunque enim alterum uitiosum sit, sinus super ipsum, capita super integrum imponuntur. nam sinus corpori inhærentes affectam partem uehementer distendunt, at capita, cum recedant a corpore, eam partem, quæ bene ualet, uel nihil omnino intendunt, uel certe quàm minimum. Membris quoque, cum reponuntur, aptissimus est, sicuti cubito, cum in aliquam trium partiũ excidit, in quas ubi prolapsus est, brachium curuum est, neq; extenditur, id est in

C posteriorem, interiorem, atque exteriorem. in quo casu laqueus ossibus brachij iuxta primam palmæ partem inijcitur, capitaque eius sublimiora feruntur, & ut retinacula sint, ad aliquid immobile deligantur. Ad figuranda insuper corpora, ubi manu medemur, adhibetur commodissime. in ijs enim, quæ iuxta anum uitia infestant, ubi tractãtur, brachia poplitibus subijciuntur, & huiusmodi habenę attollentes ad brachia dantur in uicinia manus, eorumque capita ad ceruices hominis adducta, inter se uinciuntur. quoniam at tollens laqueus non solum inijcitur implicitus, sed super membrum quoque circumponitur. suspensa enim fascia sinus membro subijcitur, capitaq; eius per mediũ sinũ trajciuntur, eaq; ratione circumpositus conficitur.



Quomodo laqueus Nauticus debeat adhiberi. II.

D

Ex medio sinu duplicatæ habenæ duos item sinus facere oportet, eosque inter se permutatos ita collocare, ut interior extrinsecus, exterior ab interiori parte situs sit. hac enim uia nexus laquei ab una parte, capita ab altera procedunt. Est autem idoneus ijs, quæ extendi inæqualiter debent: ualet item ad continendas ferulas, quæ fracturis accommodantur. iunctura nanque adhibita unum habenæ caput sinistra manu teneatur, alterũ uero per affectam partem uoluatur, sic, ut unus & alter sinus fiat, per quos reliquum habenæ caput trajciatur, ut ab ea parte, quæ in nos spectat, uersus contrariam porrectum sinistra rursus contineatur. quo iniecto ferulæ in sinus demissæ ad uitiosum membrum dentur, capitaq; attrahantur, & inter se alligentur, ut ferulas teneant. Valet item ad cubitum sustinendum, non secus atq; ad intentionem, aut ad ferulas continendas. imponitur enim, implicaturq; ad cubitum suspendendum, ubi lata fascia non est. in quo casu sinus ita inter se diducendi sunt, ut alter prope cubitum sit, iuxta manum alter, capita uero ad ceruicem adducenda sunt, ibiq; nodo inter se deliganda.

Laqueus χιαστὸς quo modo implicetur. III.

Ad χιαστὸς habena duplicanda est, cuius utrumque caput sinistra manu continendum: sinus uero dextra prehensus conuertendus est, sic, ut capita ad similitudinem literæ X aduersa inter se sint, inde enim nomen habuit χιαστὸς. quo facto sinus capitibus X literam referentibus superinijciẽdus, quodq; ex his subiectum est, per medium sinum attrahendum. eoq; fit, ut medius laquei nexus appareat: a lateribus uero, hinc sinus unus, inde duo capita se ostendant. Valet autem, ubi oportet inæqualiter distendere. E



Pastoralis laqueus, qui & Sandalius dicitur, quo modo inijciatur. IIII.

Pastoralis, dictus a quibusdam Sandalius, cum eo implicatur, quem χιαστὸς nominauimus, hic siquidẽ primo est adhibendus, ut Sandalius fiat: quo iniecto sinus eius dependens attrahi debet ab inferiori parte sursum; per medium eius sinus, qui contra capita situs est. sic enim ab una parte laquei nexus, ab altera capita collocantur: in nexu uero terni sinus, duo scilicet a lateribus, tertius in medio conspiciuntur. Adhibetur autem commodissime ad talũ prolapsum, ubi reponitur. unus enim sinus à posteriori parte tali super latum neruum datur, a priori alter ad partem pedis superiorem, medius, hoc est tertius, plantæ subijcitur. quo facto capita ad id uinciuntur, quo extendendi causa utimur, neque talo duntaxat conuenit, sed maxillæ, quæ excidit, ubi in suam sedem compellitur. unus enim sinus ad frontem hominis, alter ad occipitium datur, medius per os procedit utrinq; sub malis, capita uero per tempora ad ægri caput feruntur, ac siue, ut retinacula sint, siue, ut a superiori parte extendant, ibi inter se uinciuntur. F

Draco laqueus, qua uia iniciatur. V.

Ad laqueum draconem media habena a posteriori parte tali, incipiat iuxta latũ neruum: capita uero uersus priorem ferantur ad superiorem partem pedis, ubi X literæ similitudine accepta, ad plãtam porrigantur, & rursus inter se aduersa eandem literam repræsentent, post hæc circa talum, uel ab inferiori parte sursum, uel a superiori deorsum circumdentur, tum deligentur ad id, cuius opera ad extendendum utimur. Facit autem hic laqueus ad talum suo loco motum, ubi reconditur. G



Qua ratione is laqueus adhibeatur, quem simplicem nodum dixerunt. VI.

Laqueus, cui nomen est simplex nodus, a quibusdã Perineos appellatur. Quocũque autem uocetur, eius ratio est. Habena simplicem nodum accipiat, eiusdemq; sinus attrahatur, capita uero dependeant: deinde membrum, quod reponere opus est, inter superiores sinus collocandũ, tum alter sinus in alterum insitus, ad capita ducendus, communique nodo cum capitibus ad id uinciendus, quod ad intendendum adhibemus. Habet autem inæqualem extendendi facultatem. H

Lupus laqueus quo modo nectatur. VII.

Duæ habenæ iustæ longitudinis duplicentur sic, ut capita ab eadem parte collocentur, sinus inter se aduersi sint, tũ capita, quæ ab inferiori parte, sursum, quæ a superiori, deorsum uellant, sic, ut medius laquei nexus, utrinq; uero bina capita se ostendant. Habet autem uim extendendi æqualiter, pertinetq; non modo ad ossium, quæ restituuntur, intẽtionem, sed in herniæ curatione ad membranam abdominis astringendam, item ad uincienda uenarum capita sanguinem fundentia. Nos autem in sinus conijcere lina simplicia consueuimus, quæ communi medicorum uocabulo, quòd relaxent, χαλαστήρια dicuntur, neque hæc ipsa temere adijciuntur, sed ut, ubi quæ arctata sunt, remittere uolumus, per lina id præstemus, & non per capita.

A *Nodi Herculei ratio.* *VIII.*

Ad nodum Herculeum, habenam adhibere oportet, quæ duos nodos accipiat inter ſe diſtantes, quo fit, ut Herculeus nodus utrinq; ſe oſtendat, hinc autẽ ſinus, inde uero ſint capita duo. Valet ubi æqualiter intendere conſiliũ eſt. Quòd ſi ſinus, qui contra capita eſt, medius incidatur, a lupo laqueo non differet.



Simplex charcheſius qua uia implicetur. *IX.*

Ad ſimplicem charcheſium, qui uim habet extendendi æqualiter, duplicari habena debet, capitaq; eius ſiniſtra manu contineri, ſinus uero dextra ſurſum conuerſus ſuper imponi capitibus, quæ media opus eſt aduerſa inter ſe collocare in ſpeciem X literę. eo facto ſinus capitibus inie-
B ctus a ſuperiori parte deorſum attrahatur, per mediũ eius partis, qua X literæ fuit accepta ſimilitudo. ſic enim laquei nexus medius apparet, ab uno latere ſinus unus, ab altero duo capita.

Duplex charcheſius quo modo implicetur. *X.*

Duplex charcheſius æqualiter diſtendit, ac ſimplici lõge eſt efficacior. eius autem ratio eſt. Habenam prehendimus duplicatam, capitaq; leua continentes, ſinũ patimur dependere. tum ex capitibus, quæ contra ſinum ſunt alterum duplicamus, ſic, ut paruus ſinus fiat, quem in ſiniſtra manu ponimus, alterum per ſinum traijcimus, deinde nexum per ſinus conuertimus, & in ſiniſtra collocamus. quo facto, ex capite, quod contra ſinum eſt, rurſus alterum ſinum efficimus, quem nexui adiungimus: poſtremo pendẽtem ſinum per medium nexum trahimus, ab inferiori parte ſurſum. quo fit, ut ab uno latere ſint duo capita, ab altero unus ſinus, qui-
C bus laquei nexus medius interijciatur.

Duplex charcheſius, quomodo ex ſimplici fiat. *XI.*

Cum duplex charcheſius uarie conſueuerit implicari, ſiquidem per ſe interdum, interdum fit ex ſimplici, nonnunquam conficitur circumponendo. ſupra demonſtratũ eſt, quo modo per ſe inijciatur, nunc qua ratione ex ſimplici fiat, exponemus. Adhibere igitur primo ſimplicem charcheſium oportet, ſinuſque alterum ab altero diducere, deinde eum, qui ſubiectus eſt, in ſuperiorem conijcere, & ſimiliter utrunque diducere, ac per ſpatium, quod ipſis medium interijcitur, ſinum qui contra capita eſt, ab inferiori parte ſurſum attrahere. ſic enim rurſus laquei nexus medium ſeſe oſtendit, hinc unus ſinus, inde bina capita
D conſpiciuntur.



Duplex charcheſius, quomodo implicetur circumponendo. *XII.*

Quoniam uehementi ualidorum corporum intentione, laquei capita, ex una parte ſæpius rumpuntur, ante perfectam intentionem, ne cogamur intendentis adhuc laquei capita relaxare, charcheſium circumponimus. Tenẽtes igitur ſiniſtra manu caput, circa membrum reſtituendũ tres ſinus efficimus inter ſe diſtãtes ita, ut ex his quod ſatis eſt, dependente poſt hęc primum ſinum in poſtremũ demittimus, & ſemel aut iterum eos conuertimus, per quos medium ſinum rurſus attrahimus. quo fit, ut circa membrum laquei nexus, ab uno latere unus ſinus, ab altero duo capita ſe oſtendant.

Plinthii,

Plinthij, quod alioquin quadruplex circulus dicitur, qua ratio sit. XIII. B



Ad Plinthium laqueum, adhibetur habena circulum repræsentans, idest sine capitibus, hæc ab interiori parte manus, pollicibus minimisque digitis circundatur, necnon utrique indici, ut sinus in utraque manu terni sint, unus circa minimum digitum, circa indicem alter, tertius super pollicem. post hæc, sinus, in quos insiti pollices sunt, ad proximos minimis transferuntur, tum ad indices, qui minimis iniecti fuerunt, deinde sinus, in quos indices demissi postremo erant, medij a pollice a superiori parte deorsum uelluntur, sicq; ab uno latere duo sinus, totidem ab altero, medium inter hos laquei nexus ad rhombi similitudinem conspectui subiiciuntur. Habet autem æqualem intendendi facultatem, & non solum ad intentionem, sed uidetur ad menti quoque fracti compositionem pertinere. nam mentum ipsum sub fractura aliquando peruersum, in laquei complexum, rhombum referentem inferitur ab exteriori parte, sinus uero per malas, parteisq; superiores, ad summum caput feruntur, atque ibi inter se deligantur. F




14

Laqueus Epangylotus (ita enim appellatur, quoniam sinus super sinum iniicitur) qua uia inseri possit. XIIII.

Ad Epangylotum, unum habenæ caput, inter sinistræ manus pollicem & indicem collocamus, eamque extrinsecus ultra primam palmæ partem adducimus, inde per palmam ipsam, datam, inter pollicem & indicem vtriusque manus attrahimus, post hæc inter minimum & proximum digitum demittimus. eo facto habenæ caput dextra manu sursum uellimus, extremamque partem inter minimum ac proximum digitum tenemus. quo fit, ut duo sinus efficiantur, in- G ter quos attractus nodus apparet. Facit autem ad corpora figuranda, ubi manu curatio adhibetur. inter sinus enim utraque manu hominis coniecta, reliquis habenæ partibus totum corpus firmiter continetur.

Ratio eius laquei, quem auriculas nuncupant. XV.



Ad auriculas, epangylotus primo iniiciendus, danda autem opera est, ut alter sinus amplior sit, quem implicare oportet ad modum laquei chiasti, sic, ut duo sinus oculis exponantur, inter quos, quod ex habena dependet, duplicatum se ostendat. Recte autem adhibetur, ubi prolapsa maxilla reponitur, tum ad processus capitis recondendos. sinus enim dantur ad tempora ægrotantis, quodque inter eos duplicatum conspicitur, ad frontem, deinde uinculum illud inijcitur, quod leporem auritum appellant, postremo auriculæ, uel ut contineant, uel ut a superiori parte extendant, super caput offensi porriguntur. H

15

Laqueus duos habens sinus (quem nonnulli minus proprie strangulantem dixerunt) quo modo iniiciatur. XVI.



Laqueus, quem duos sinus habentem appellant, ex binis constat chiastis, quorum alter ab altero diducitur. Est autem aptissimus ad corpora figuranda, ubi uitia iuxta anum curantur. siquidem brachia subiecta poplitibus, eiusmodi laqueis adstringuntur: at pars, quæ media inter sinus duplicata dependet, ad ceruicem hominis fertur, atque hac uia corpus figuratur.

16

A *Ratio laquei, quem ſtrangulantem proprie nuncupans.* XVII.

Laqueus, qui proprie ſtrangulans nuncupatur, ex ſimplici fit charcheſio, hic enim primo inijcitur ſic, ut alter ſinus ab altero diſtet. Confert autem ad quos proxime expoſitus, brachia nanque rurſus coniecta in ſinus coarctantur, & ea pars habenæ, quæ duplicata eſt, media ſimiliter collocatur, in eamque ceruices inſeruntur.


Quomodo adhibeatur laqueus ὑπέρβατον, id enim nomen traxit ex eo quòd ſupra feratur. XVIII.

B Hyperbatus fit ex laqueo Nautico, ſiquidem in hunc primo implicitum brachia inſeri debent, ſinusq; inter ſe diduci, & capita ad ceruices deligari.

Laquei igitur, quorum expeditiſſima comprehenſio eſt, huiuſmodi ſunt.



16



17

FINIS ORIBASII DE LAQVEIS.

ORIBASIVS EX HELIODORO

C DE MACHINAMENTIS,

Vido Vidio Florentino interprete.

VIDIVS LECTORI.

Machinamentis non ſolum vtuntur architecti, ſed medici etiam, cum his robuſtiora membra utiliter, & quantum fieri poteſt, ſine dolore extendant, vbi luxatis uel fractis medentur. hæc ab Oribaſio collecta ſunt ex Hippocrate, Galeno, atque alijs auctoribus, ut patet, vbi ſingulorum uſus & ſtructura exponitur: ſed præter utilitatem, quam in curatione exhibent, multos aperiunt in medicina locos, qui ſine his omnino ſunt incomprehenſibiles, quanquam in hoc libro machinamenta aliqua deſint, quæ auctor inter initia commemorauit, vbi uniuerſam machinamentorum rationem recenſet, ſed optime nobiſcum agitur, quando non omnia interierunt.

Quibus modis luxata reſtituantur. I.

D LVXATA in ſuam ſedem tribus generalibus modis collocantur, quibus alij fere omnes continentur. Vnus uocatur palæſtricus, ad quem fere ſolas manus admouemus, atque hic, utpote imbecillis, aptatur ad mollia corpora, muliebria nimirum & puerilia, tum ad maſcula, quæ illis robuſtiora ſunt, modo recens uitium fuerit: alter methodicus dicitur, ad quem inſtrumenta adhibemus, quorum uſus in communi uita eſt, hic omnibus idoneus eſt, pueris, fœminis, maſculis iam robuſtioribus, & corpori iuuenili, atque ijs luxatis, quæ iam uetuſta ſunt: tertius reponendi modus, qui per organa eſt, maius momentum habet. ualet enim ad prolapſa, ubi malum diutius trahitur, ualet ad corpora athletarum, prætereaquæcunque prolapſa curationem recipiunt, & ſub methodico modo curari nequeunt, omnia organorum opera reponuntur.

De organorum differentijs. II.

ORganorum medicinalium differentiæ in uniuerſum, & quaſi generales, ſummum (ut alij ſentiunt) ternæ habentur, alia enim tractoria ſunt, alia machinamenta, alia quæ erecta collocantur: nobis aũt placet nonnulla tractoria eſſe, nónulla machinamenta, nonnulla, quæ erecta, nonnulla, quæ plana collocantur. Tractoria ſunt, quæ, cum parua breuiq; ſint ſtructura, extẽdendi duntaxat facultatẽ habent

habent.hæc ut ſuo munere fungantur,aduentitia quædam poſtulant, ut ſcammum,lectum,ſcalam, co E quod per ſe uſui eſſe minime poſſint,quocirca & alligata,& in plano ſita nũcupantur. nam,ubi in agro, aut ſolitudinẽ quapiam,quæ ſuo loco mota ſunt,reponimus,ac neq; ſcamni, neque lecti, neque ſcalæ copia eſt,aliquid in ſolum defigimus,ad quod tractorium organum alligemus. Machinamenta ſunt organa tractorijs ampliora, minora tamen alijs,quæ non modo intentionem, ſed impulſum quoque pollicentur,ac præcipue quorundam membrorum gratia comparantur.Erecta organa ſublimiorem ſtructuram habent,& non ſolum ad extendendum ualent,ſed etiam ad impellendum. Porrò autem plana organa ſunt,quorum humilis ſtructura eſt.ex ijs conſtant,quę & extendẽdi & impellendi uim habent, ita,ut homine illis inſidente,recondi,quod elapſum eſt, poſſit. reperiuntur etiam in his quædam propria ſtructuræ diſcrimina.

Ex qua materia ſtruantur organa. III.

BAſis,crura,latera,tranſuerſaria,cubiti,teſtitudines,adiuncta crura,hæc omnia,quæ in organis ampliora expediuntur,ex robuſtiori materia conficienda ſunt, ut puta ilignea, uel fraxinea, quæ ſecundas obtinet. Oportet autem ea de cauſa ualidiſſimam eſſe organorum materiam, ut uim queant in condendis articulis ſuſtinere,quòd in ijs potiſſimum organis requiritur,quę erecta collocantur. Vertebræ,radices,claui,unci,catenulæ,uectes, omnia quæcunque exigua ſunt, quæque plus efficiunt, ærea F uel ferrea comparentur,ut quod ſtructuræ exiguitas detrahit,materiæ firmitas reſtituat. Aliquando autem quæſitum eſt, ferrea ne, an ænea ſumi debeant.inquiunt,qui ferro æs præferunt, hoc leuius eſſe & facilius tractari,minuſque rubiginem trahere quàm ferrum: contra, qui æri ferrum anteponunt, ualidiorem huius materiam laudant. ære enim efficacius robuſtiuſque ferrum eſt. atqui de ferro conuenit firmius eſſe,ſed ſuperuacuum eſt eximium robur, ubi eius nullus eſt uſus,cum liceat hæc ex ære fabricare,quod mollius eſt,& ſatis roboris habet. licet tamen & ex ferro. Quòd ſi ex ære fiant, ſumatur id, quod ducitur,nam, quod conflatur,facilius rumpitur, comminuiturq; ita ut præſtet ex ferro hæc parare,quàm ex fuſo ære. Sed quoniam ferrum cito rubigine obducitur, idcirco aliquod interpoſitis diebus ſubinde pingui aliquo inungendum, ac, ne rubiginem ſentiat,manu perfricandum.At dicet quis,ſi ferrum neglectum rubigine corrumpatur,id culpa domini ipſius organi fieri.

Ex quibus partibus organa conſtent,& quis ſit earum uſus. IIII.

COntinetur omne organum non omnibus,ſed quibuſdam ex ijs,quæ numerabo,nempe baſi,cruribus,trãſuerſarijs,cubitis,axibus,tegulis,teſtudinibus,cochleis,tympanis,clauis,manubriolis ductarijs,uectibus,baculis uerſantibus, obicibus, cuneis,item lunatis lignis,orbiculis, trochleis, foſſis, operculis,uertebris,fibulis,radicibus,uncis catenis,ſorficibus,ſedilibus,priapiſcis, ad hæc cochlea fœ G mina,quæ græce περικόχλιον appellatur,cuneolis,chiniſcis,colũbarijs,ergata. hæc fere ſunt,quibus organa componuntur,quorũ uſus ſigillatim iam nunc exponẽdus nobis eſt.Baſis ad id potiſſimũ ſtruiť,ut ſuper eã erecta organa ſtatuantur. Crura in organis & latera dñr,in ijs, quæ erecta collocãtur,proprie crura,minus proprie latera,ſed in tractorijs proprie latera dñr,minus proprie crura. hæc fere in organis ſtatuuntur, ut ipſorum machinationes contineant: proprie aũt in organis erectis crura recte commodeq; dimenſa ad illam pertinent condendi rationẽ,quæ excitando præſtatur. Tranſuerſaria, quæ διαπήγματα dicuntur,ut græcum nomen indicat, ad crurum laterumq; compaginem fiunt, ad quem uſum primo præcipueq; deſtinantur.huc accedit, quòd machinationes quoque ſuſtinent, ut puta trochleas, cubitos atque alia quædam.Cubiti ad eum uſum in organis comparantur,ut per ipſos, quæ ſuo loco mota ſunt,a ſuperiori parte extenta reponantur, quemadmodum uidere licet in organis Fabri atq; Andreæ, in quibus cubiti per ſuperius tranſuerſarium demiſſi in teſtudinem figuntur, ut hac elata,quæ prolapſa ſunt a ſuperiori partes intenta recondantur. latæ cubitorum ſummitates alæ ab architectis dicuntur, imæ uero partes quadratæ,calces.hi ergo proprie cubiti nominantur,ſed quidam uocabulo abutũtur. Spathæ impellendo ſunt idoneæ, ea aũt ſpatha, quæ in Fabri atque Andreę machinamento eſt,utimur, ubi extrahendo impellimus ad femur in poſteriorem partẽm erumpens: ſunt & aliæ ſpathæ in quibuſdã H organis,ad alios impellendi modos fabricatæ.Radices & fibulæ cõplures uſus in organis præſtant.primo.n.radix & fibula in organo Fabri ſpatham diſtinent ad teſtudinẽ.eſt quidẽ in teſtudine radix,ſpatha uero,qua parte quadrata eſt,medium habet cauũ,in quod radix eadem inditur,deinde fibula continẽdi cauſa,in ſpatham ac radicem pertuſam inſeritur.proprie radices ad id fiunt,ut recipere uncos poſſint,& alios effectus præſtare: ſed fibulæ item gratia eſt,quòd machinationes immobiles ſeruat, ut puta axes. Catenæ eo pertinent,ut fibulæ ex ipſis ſuſpendantur,quo ſeruentur in organis, neq; decidant. Vnci adijciuntur,ne mobiles machinationes moueantur,ueluti axes, quove in radices coniecti quædam organorum machinamenta ſiſtant. Per uertebras(quas græci στροφώματα dicunt,) fere id efficimus,ut quædam organa immobilia moueantur,ſicuti crura organi Andreæ.crura enim in organo tranſuerſa ſecta, uertebris fibuliſq; continentur,ut organo,modo erecto,modo per uertebras inclinato, circumducendo impellamus. ad exemplum huius ſtructuræ organi Andreæ Plinthii crura prope baſim ſecta ſunt, rurſuſq; uertebris continentur,ut organum modo erigatur, modo per uertebras motum,adiunctis cruribus innitatur,uſumq; illius organi præſtet, quod planum collocatur. hi ſunt effectus uertebrarum in organis. Axes ad corporum ductionem, hoc eſt intentionem ſpectant, quorum quidam ab una parte ad alteram penetrant,ac per ſe mouentur,quidam latent,& per alias machinationes conuertuntur.penetrat

A netrat axis in Plinthio Nilei,& in ſcamno Hippocratis:latet in Appellidis organo,quod, quia per tres funes circumuoluitur,triſpaſtum appellatur,& in Nymphodori gloſſocomo. penetrantes igitur axes per ſe manibus conuertuntur, latentes autem per alias quaſdam machinationes, exempli cauſa in Nymphodori gloſſocomo per tympanum,& cochleam ad lentis imaginem fabricatã, in triſpaſto per funes alligatos. Ad clauos,qui in axibus infiguntur,funes alligantur, uel habenæ atque huiuſmodi alia ad extendendum pertinentia. Manubriola ductaria,bacula uerſantia,& uectes, omnes hæ machinatio nes ad axium cochlearumq; uerſationes ſtatuuntur. primas occupant manubriola ductaria, ſecundas uectes, quibus minus efficacia ſunt bacula uerſantia. pleraq; enim ex ipſis exigua cum ſint, una manu conuertuntur. Chiniſci,cuiuſmodi ſunt in lyra, excogitati ſunt ad axes continendos. ubi enim fibulæ non ſint,quid poterit aliud utilius inueniri?quod enim ad uim pertinet,uſum habent fibularum: decoris autem cauſa inſculpta habent anſerina capita lignea. Statuuntur in organis phliæ, ut ab uno latere ad alterum penetrantes axes contineant,cuiuſmodi ſunt in ſcãno Hippocratis & in noſtro. Eſt & alia media phlia in organo Hippocratis ad ſimilitudinem literæ. λ. eo nomine fabricata, ut ad eam impellẽdi rationem,quæ extrahendo fit,ubi femur excidit,accommodetur. Trochleæ in organis collocantur, ut funes libere duci poſſint,ueluti in organo Fabri, quod duplicem cochleam, qua teſtudo mouetur,
B in ſuperiori tranſuerſario continet. in noſtro quoque organo rurſus trochleæ ſunt, quæ per inditos funes,axes attollunt. uerum trochleæ fere ad id fiunt,ut axes & habenæ celeriter ducantur, ſimulque ut ad intentionem,quæ alio intercedente motu fit, accommodentur. Orbiculi ſtruuntur ad trochlearum motionem,quæ per ſe ſunt immobiles, collocantur autem in medio earum, quemadmodum in Demoſthenis ἀστράβῃ,& ad funes continendos,ut in triſpaſto Apellidis. Cuneus præſertim paratur ad humeri caput in alam prolapſum,ac deinceps ad alios quoque uſus. At lunatum lignum prodeſt, ubi humeri caput in priorem aut poſteriorem partem excidit. Eſt autem Polus lignum infixum ſuperioribus crurum extremitatibus in organo Philiſtionis. luxato enim humeri capite brachium extenditur,poluſque obijcitur ad hominis ceruices. Epipoma uero,quod & Epipigma dicitur, eſt. λ. figura in ligno inſculpta, in quam conijcitur. λ. inuerſum: qualis conſpicitur in eo organo, quod Hermes dicitur. fit autẽ hoc, ne ab Hermis vultu corpora terantur,ut in organi compactione oſtendemus. καλάθιον uero & σκυτάλιον communiter parata ſunt, ut epipigma ferant. Eſt quidem σκυτάλιον lignum ſex digitorum in medio hebes. καλάθιον uero lignum ſex digitorum rotundum: quod anguſtiori baſi nititur,& quaſſillo ſimile eſt. Sunt & in organis quædam columbaria inſculpta ad ſimilitudinem columbarum, quæ ornandi cauſa facta ſunt,atque ad id etiam,ut aliud ferant epipigma. Tympanis hæc gratia eſt, quod quædam orga-
C norum machinationes,quæ maximum uſum præſtant,per ipſa paulatim mouentur,ut axes,& cochleę. eſt autem tympanum rotunda machinatio dentata. At Delphines dentibus incluſi, machinationes motu prohibent,quòd unci quoq; efficiunt. Teſtudines in organis ad id collocatæ ſunt, ut corpora, quæ reſtituuntur,paulatim,& minime concuſſa extendantur. quemadmodum enim teſtudines animalia lento gradu procedunt,ita machinationes,quibus illa referuntur. Porrò autem ex teſtudinibus nonnullæ tranſuerſarijs ſimiles ſunt,aliæ oblongæ, aliæ cubi ſpeciem repræſentant. tranſuerſarijs ſimiles ſunt, in organo Andreæ,Fabrive: oblongæ in quadrata columna, quæ appellatur Hermes: cubum referunt in rotunda columna Eraclidæ Epheſij. præterea teſtudinum aliæ cubitos & ſpatham attollunt, aliæ cuneatam & lunatam appendicem, quædam nihil attollunt,ſed ſolum ſunt ad extendendum inuentæ. cubitos attollit teſtudo,quæ ſurſum fertur,in organo Andreæ:cubitos & ſpatham teſtudo, quę eſt in organo Fabri cuneata,& lunata appendix ea teſtudine excitatur,quæ in Herme eſt. nihil attollit, ſed ſolum modo extendenda eſt ea teſtudo, quæ in rotunda columna Eraclidæ Epheſii collocatur, ſimiliter & quæ deorſum fertur in organo Andreæ. Alæ autem & dracones fibulæq; infixæ clauorum uſum præſtant,proprie autem dracones, quod ad materiam pertinet, in uicem manubrioli ductarij fabricantur. Quoniam uero teſtudines plerunq; a cochleis mouentur, proximum eſt,ut cochlearum ſtructuram,at-
D que uſum exponam. comparantur ergo cochleæ in organis, ad alias machinationes impellendas, puta tympana & teſtudines,quo paulatim & nulla ratione concutiendo extendant. Cochlearum,quædã quadratæ ſunt,quædam ad imaginem lentis,quæ figuræ nomen inuenerunt, relatæ ad capreolos,at nõ ad ſtructuram ſcapi, quęlibet enim cochlea rotunda eſt ad tornum rotundata. differũt cochleæ capreolis,quòd aliæ quadratæ,aliæ ad lentis imaginem dicuntur. quadrata cochlea eſt, quæ capreolos habet quadratos,atq; ex ijs non ſolum quod prominet,ſed etiam quod cauum eſt, cuiuſmodi cochleas uidemus in organo Andreæ: quæ in lentis ſpeciem ſunt, id capreoli,quod cauum eſt alte anguſtum habent, latum uero in ſummo, contra quod prominet a baſi latum uertice ipſo tenuatur. ſimilis autem eſt huiuſmodi capreolus lenticulæ dimidiatæ, a qua figura cochlea hæc ad imaginem lentis dicta eſt. cochleæ igitur tam quadratæ,quàm ad imaginem lentis ad motionem diuerſarum machinationum ſtatuuntur. quadratæ enim teſtudines compellunt: quæ ſunt ad imaginem lentis primo quidem tympana, interdum etiam teſtudines in ijs,quæ pericochlia nuncupantur.

Qua ratione quadrata cochlea teſtudinem moueat. V.

DEmus teſtudines eſſe ita fabricatas,quemadmodum in organo Andreæ, quarum ſingulæ pertuſę ſint,atque in id cauum cochleæ demiſſæ,ab interiori autem parte caui ferrea,uel ænea lamina teſtudini infixa ſit,quæ quidem lamina dens nuncupatur. hic igitur dens teſtudinis, in cochleæ capreolo includitur.

includitur.quo fit,ut in quadam cochleæ conuerſione,lamina,quæ dens nuncupatur , teſtudini infixa , E
atque in cauo capreoli contenta teſtudinem moueat .præterea ex ijs ipſis cochleis quadratis alia ſim-
plex eſt alia duplex:ſimplex,cochlea eſt,quæ uno duntaxat capreolo eſt excauata, unamq; teſtudinem
impellit:in duplici,bini ſecti ſunt capreoli, hęc & binas teſtudines mouet , qualis cochlea reperitur in
magno Andreæ organo,quod Plinthium nuncupatur. excauatum enim lignum eſt a medio ad trãſuer-
ſaria capreolis inter ſe aduerſis,ita,ut quadam cochleæ conuerſione orſæ teſtudines , uel a medio uer-
ſus tranſuerſaria,uel a tranſuerſarijs uerſus medium impellantur. eſt & alia cochlea duplex in eo,quod
κοχλίαν appellatur excauata a ſummo principio uſque ad extremũ aduerſis capreolis, quæ rurſus duas
teſtudines mouet , quemadmodum in ipſa organi ſtructura uidemus . At cochlea ad imaginem lentis
tympanum mouet, ſiquidem capreoli cochleæ , tympani dentibus inſiti machinationem conuertunt.
quemadmodum cochlea,quæ baculo uerſante , uel manubriolo ductario conuertitur in tympani den-
tes conueniens machinationem mouet:mouet interdum eadem cochlea,teſtudinem,ſed non amplius
per dentem , quemadmodum quadrata,uerum in fœmina cochlea cõtenta, quæ in ipſa teſtudine ſtrui-
tur.quoniam teſtudinis cauum,in quod cochlea demittitur, exciſos habet capreolos aduerſos ijs , qui
ſunt in cochlea lentis formam referente,ſic,ut id,quod prominet ex capreolis cochleæ lentem referen
tis,in cauo capreoli fœminæ cochleæ recipiatur,quodq; cauum eſt in capreolis cochleæ, id, quod ex- F
tat ex capreolo,cochleæ fœminæ capreolis admittat. Accidit autem in cochleæ conuerſione,ut teſtu-
do modo ſurſum moueatur,modo deorſum,cum cochlea in ipſius capreolis uoluatur.huiuſmodi ſtru-
cturæ plurimæ adhibentur ad organa, quæ plana collocantur.ad id.n.fabricantur,ut homines, quibus
luxata reſtituuntur,inclinatis organis inſidant.organa enim quæ plana collocantur, ita parata ſunt , ut
ægris ſuper ipſa,uel ſedentibus,uel cubantibus, luxata reponantur . Priapiſcus , qui & ſtiliſcus & ſcal-
mus nuncupatur,in quolibet organo, quod planum collocetur,ſtatuitur.fit autem ea de cauſa, ut ei par
ti,quæ inter anum & naturale eſt,obex ſit, ubi quæ prolapſa ſunt,reſtituuntur.eſt igitur priapiſcus lignũ
octo digitorum,magna ex parte rotundum,ab eo,quod ſupereſt quadratum,ſic ut quadrata ipſius pars
conijciatur in cauum,ad literæ.τ.ſimilitudinem quadratum,in organo,quod planum collocatur : reli-
qua uero pars,quæ extat,inter anum & naturale obijciatur. Configitur autem in tranſuerſarium.τ. fer-
reum,ut firmiter priapiſcum contineat.ſed in noſtro organo uidere licet magnum .τ. ferreum ad alium
uſum comparatum,nempe ad gibbam ſpinam per preſſum impellendam.Opercula in organis parãtur,
ut machinationes ſub ipſis occultentur,ne,ſi abſque operculo fuerint, idiotis pateant. Anuli adhiben-
tur ad organa tractoria,ut alligari poſſint:ad alia uero, ut machinationes contineant , quemadmodum
in Menecriti Bucranio,ubi axis continetur,atq; eadem de cauſa in alijs organis. Forfices in organis ar- G
cte tranſuerſaria cum cruribus iungunt,ad hunc enim uſum infixas forfices æneas inuenimus. Adiũcta
crura id efficiunt,ut organa,quæ erecta collocantur,illis innixa, inclinataq; eundem uſum præſtent , ac
ſi plana ſtatuerentur. Pręfatus ex quibus omnia organa parentur,& quorſum ſingulæ ipſorum machi-
nationes ſpectent, declarabo in ſequentibus , quænam ex organis immota,ſuo munere fungantur , &
quæ mota:tum ex ijs,quæ mouentur,quænam ſuo loco maneant,quæ locum mutent , dum mouentur:
rurſus ex ijs,quæ immobilia ſunt,quæ perpetuo & ubiq; immobilia maneãt,quæ eximi poſſint,ad alios
quoque uſus idonea.Hæc itaque immobilia ſunt in organis,baſis, crura,latera , tranſuerſaria, cuneata
& lunata appendix,ſedile,priapiſci,atque alia complura.Vſui ſunt,cum mouentur,uertebræ,unci,axes
tympana,cubiti,cochleæ,teſtudines,atque huius generis plurima. Mouentur in eodem loco manentia
uertebræ,unci,tympana,cochleæ,plerique axes.Locum mutant teſtudines,cubiti. Eorum,quæ in orga
nis immobilia ſunt,quædam ſemper & ubique immobilia ſunt,quædam & eximi, & inſeri poſſunt.ſem
per quidem immobilia manent,baſis,crura,latera,tranſuerſaria,radices,ſedilia, lunata appendix: extra
hi poſſunt in quibuſdam organis,quamuis immobilia ſint, tum cunei,tum priapiſci , qui ad alios quo-
que uſus facti extrahuntur, & immittuntur.

Ex Galeno de machinamentis. *VI.* H


ARticulis reponendis Hippocratis ſcamnum per ſe abunde eſt . ſi quis autem uelit alijs quoque
uti eſt polyſpaſton(ita appellatum,quoniam multis orbiculorum circuitionibus facilitatem pre-
ſtet)quod iter facientibus maxime idoneum eſt,refertur autem ad Archimedem auctorem,in urbibus
uero non alienum eſt Fabri uel Andreæ organum,cum erecto opus eſt:ubi plano,ſcamnum Hippocra-
tis præcipue aptatur.

De Gloſſocomo machinamento. *VII.*

NOn ab re quidem mihi gloſſocomum uidetur a iunioribus medicis inuentum , quod ſeu femur,
ſeu crus comminutum ſit, ubi callus circundatur,commodiſſime admouetur . Habet autẽ ab ima
parte axem,ad quem extremi laquei in diuerſa extendentes deligantur. Injiciãtur laquei extremis par
tibus oſſis,quod curatur,fiantque ex duabus habenis, ſic, ut quatuor uterq; capita habeat , bina a dex-
tra,totidem a ſiniſtra. ex ijs capitibus, quæ inferioris laquei ſunt , per foramina facta in inferiori parte
gloſſocomi ad axem duci deberit:quæ ſuperioris,primo procedere ad ſuperiora , deinceps ipſa quoq;
per latera gloſſocomi perforata traijci , quibus foraminibus trochleæ includantur. utrinque ergo ab
exteriori parte gloſſocomi,ſuperioris laquei capita ferenda ſunt ad axen.his.n.ita conſtitutis,una axis
conuerſio

A cōuersio pariter ambos laqueos extendit deorsum uersus, illum qui ad inferiora fracti ossis alligatur sursum, alterū sic, ut composita fractura in posterum liceat quotidie hanc laqueorum in diuersas partes intētionem corrigere, ualentius, uel lenius extendendo. laqueum igitur, qui in inferiori parte est directa ductione axis extendit: eum, qui B in superiori parte, intercedēte alio motu, græci διὰ τῆς μεταληπτικῆς τάσεως dicunt.

CAPSVLA MACHINARIA
A. AXIS AD QVEM LAQVEORVM CAPITA CIRCVMIICIVNTVR
B. LAQVEVS SVPERIOR
C. LAQVEVS INFERIOR
D. INFERIOR CAPVT CAPSVLAE
E. TROCHLEAE
F. SVPERIORIS LAQVEI CAPITA AB EXTERIORI PARTE CAPSVLAE



Nilei Plinthium. VIII.

FActum est Plinthium Nilei ad eorum organorum exemplum, quæ uocantur tractoria quadrata oblonga. duo enim habet latera longa palmos quatuor, digiti crassitudine, quæ extremis partibus transuersarijs inter se compacta sunt. Est autem transuersariorum crassitudo & latitudo, quanta laterum, sed longitudo palmum implet. merito igitur, cum talis compactio sit, vt latera quatuor palmos longa sint, transuersaria unum, totius organi quadrati structura oblonga confecta est. Licebit autem, si quis uoluerit latera breuiora, C quàm dictum est, efficere, quandoquidem organum, per unicum axem, effectum præstat. media itaque latera pertusa sunt rotundis ac peruijs foraminibus, per quæ axis traiicitur, qui media parte clauum infixum habet: capitibus uero, quibus latera excedit, uectes æneos, uel ferreos decem digitorum magnitudine. Sunt item in organo quatuor anuli lateribus affixi, bini ab inferiori parte, totidem a superiori: Antiqua huius organi structura auctore Nileo talis est. Herodotus quidam architectus transuersariorum priores partes medias excauauit ad figuram literæ. ◡ . ne habenæ, quæ a corporibus, quibus uis adhibetur, ad axis clauum feruntur, extantibus angulis atterantur, sed recta procedant. hactenus Herodotus. nos uero quam accepimus, historiam referemus. ferunt Pasicratem architectum D Sidoni organum hoc uidisse, quod a statua continebatur, aliter tamen fabricatum. nam cum eadem compactio esset, conspiciebantur in eo organo ab extantibus axis capitibus, æneorum draconum complexus, quorum capita e regione ad caudas spectabant. sed quo pertinebant hi dracones? non alio nisi ut in uicem uectium axes conuerterent: tum in organo, quod Sidoni erat, media transuersaria pertusa erant rotundis foraminibus, quæ clauo axis responderent. constat autem foraminum eundem esse usum, qui in organo Herodoti, nimirum ut habenæ, quibus corpora extenduntur, ad clauum rectæ per ea foramina porrigantur. Retulit insuper Pasicrates axem inclusa habuisse in uicinia laterum tympana quatuor ex ære dentata, duo ab interiori parte, totidem ab exteriori, atque item in lateribus foramina fuisse dentium ordini respondentia, ut postquam abunde extenta corpora fuissent, fibulæ inter dentes eo demissæ, ubi in luxatis restituendis opus esset, axem sisterent. Sed recentiores


A Duo latera.
B Transuersaria.
C Rotūda, ac peruia foramina.
D Axis, q̃ media parte clauū īfixū hēt.
E Vectes ænei.
F Annuli.
G Transuersarii priores partes excauatę ad figurā literæ. ◡ .
H Aeneorum draconum complexus.
I Foramina rotūda.
K Tympana ænea dentata.
L Fibula indita.
M Vncus.

Nilei Plinthium.



E

N SCAMNVM QVALE IN LVDO VIDEMVS
O CVVA QVADRATA
P FIBVLA



tympanis omiſſis priori parte latera pertuderunt: pertuderunt item in orbem aliquo intermiſſo ſpatio, & ipſa axium capita, quo ad uſum dictum fibulæ inditæ axem mobilem tuerentur. Ego autem, cum fibulæ decidant, ad eum, quem dixi uſum, uncos lateribus infixi: axis uero capita foraui ſic, ut huius foramina illis conuenirent, quæ erant in orbem in lateribus aliquo ſpatio interiecto, quo, ubi uellem in luxatis condendis axem immobilẽ reddere, uncum includerem in foramen, quod eſſet accommodatum. Communis Plinthij tractorij fabricatio huiuſmodi eſt: uerum ego aliter Plinthiũ ſtruxi, ſalua enim eadem laterum mẽſura inferius tranſuerſarium ſurſum tranſtuli, quatuor digitis infra tranſuerſarium extrema crura relinquens, axẽ uero collocaui in medio trãſuerſariorum, cui parti græce [illegible] nomen eſt, & ſcamnum quoddam, quale in ludo uidemus, ab una extremitate excidi cauis quadratis atq; oblongis, ut propoſitorũ crurum extrema in eiuſmodi caua conuenirent, ipſa item latera extremis partibus tranſuerſa pertudi, foraminibus ab uno latere ad aliud penetrantibus, ut fibula in foramina coniecta Plinthium contineret. Hæc de organi ſtructura, nunc ad ipſius motionem aggrediar. F


De motu organi tractorij. IX.

QVoniam tractoria organa imperfecta ſunt, nec præſtare quidquam per ſe poſſunt, ſed alterius operam requirunt, puta ſcalæ, lecti, ſcamni, quæ ubi non ſunt, eorum uicem exhibet pauimentũ terraq; ad prolapſa reſtituenda, mihi operæpretium uidetur, quaſi doceam in ludo, gratia eorũ quæ nunc tractantur, ſuper ſcalam præparatam, organi motum enarrare.

Scala præparata ad humerum reſtituendum in alam prolapſum. X. G

PAratur ſcala una ex ijs, quæ in communi uſu ſunt, non lata, quæ oblique collocatos gradus habeat ſiquidem talis luxatis reponendis eſt aliena, ſed æque craſſa ſit, quadratiſq; gradibus conſtet, leuatis angulis, ne corpora conterant, atq; in rotundam figuram redactis. huiuſmodi ſcalæ ubi copia non ſit, quo mollius corpora inſidant, gradus lana inuoluantur. Ordiar autem ab humeri capite in alam excidente. Oportet igitur, ubi id reſtituitur, cuneum funibus ſuſpenſum collocare ſuper gradum idoneum, cui brachium (ut oſtendi) ſuperimponatur, & per funes ad eum alligare. eſt autem ille gradus reponendo idoneus, quem retuli. brachio ſuperiniecto inteutioneque adhibita ſuſpendẽdus homo eſt ſic, ut duos palmos a pauimento recedat. & cuneus ad gradum firmiter alligandus non temere, ſed eo obſeruato, ut ex partibus, quæ cum cauo quodam capitulata eſt, ad humerum detur, quæ gibba iuxta eſt, ad latus. A cuneo uero deorſum uerſus alterius, ſiue tertij gradus interuallo, organum ad ſcalam uinciendum eſt per eos quos habet anulos & funes, aut habenas, aut alia quæpiam traiecta. ipſa item ſcala in pauimentum fortiter adigenda eſt, ne in extendendo moueatur, ſed ſtabilis maneat, ac ſine ulla inclinatione. quatuor præterea trochleæ, ſiue ſolidæ, ſiue ex duobus lignis curioſius factæ alligentur, quarum duæ a ſummo gradu ſuſpenſæ deorſum ſpectent, duæ ab imo ſurſum. qua fabricatione parata cuneus ad id, quod prolapſum eſt reponendum, admoueatur, tenui lana mollique obuolutus, tum ut lignum quod durum eſt, circundata lana minus tactu lædat, tum ut ſudor, qui proprie oriri ſolet ala plurimum calefacta, magiſque ægrotantis metu ac labore, lana cuneo impoſita combibatur. Hæc autem ſcala, uel contineatur ſtabiliter ab aſſiſtentibus, uel extremis partibus in pauimentum defigatur, cuneiſq; (ut propoſitum eſt) confirmetur. Illud autem in aperto eſt ſcalam bene longam eſſe debere, ut poſtquam demiſſa in terram fuerit, quod extat, ubiq; pro magnitudine eius, qui curatur, abunde longum ſit. ſcala confirmata ſubſellium iuxta collocetur. H

A — A Cuneus funibus ſuſpenſus, ac ſuper gradum alligatus.
B Organum ad ſcalã alligatum.
C Trochleæ duæ a ſummo gradu ſuſpẽſæ deorſum ſpectantes.
D Trochleæ duæ ab imo gradu ſuſpenſæ, ſurſum ſpectantes.
E Subſellium.



De humeri capite in alam prolapſo. XI.

SVper ſubſellium homo aſcendens, brachium ſuper gradum traijciat, ita, ut cuneus apte in alam demittatur: poſt hæc duplicata habena media inter cuneum
B & humerum detur, capitaq; eius extrinſecus pendeant, deinde charcheſius laqueus, uel alius æqualiter extendens humero inijciatur, non circa medium, ne lacertum urgeat, ſed citra lacerti tumorem uel ultra. ſic enim cubiti inæqualitas laqueum deorſum labi non patietur. præterquàm quòd hoc modo utilius imponetur. ſequuntur .n. facilius ea corpora, quæ ampliori ĩteriecto ſpatio adducũtur: quæ exiguo, difficilius. Circũdato laqueo capita eius recta deorſum ducta ad clauum axis religentur, & axis uel per uectes, uel ſolis manibus conuertatur, ut eius conuerſio directa ductione ab inferiori parte intendat. eodem autem tempore, cum aucta iam intentio eſt, ſubſellium ſubtrahatur, ut homo a ſcala pẽdeat. atq; ita excitando reponi luxatum poſſit. Suſpenſo homine, miniſter, aſſiſtens a poſteriori parte utrãque manum ſimul iunctam ad ceruicem eius adducat, collumq; in cõtrariam partem cogat, idque fiat, quo tempore intendimus, atq; excitamus, cum laquei ægro iniecti poſtea laxentur. Neruis abunde di-
C ductis, debet qui reponit, aſſiſtens habenæ capita prehendere, cubitumq; ad ſcalam repellens, humeri caput per habenã extrahere. quo facto remittenda intentio eſt, & ipſe articulus ſurſum compellendus, ut in regionem priſtinã reuertatur. Ratio directæ ductionis ita habet. Sed ut tuto reponamus, optimum fuerit prius, quàm nerui extendantur, habenis & crura hominis inter ſe & integrũ brachiũ ad latus deuincire, ne ob tormẽtum, quod in cõdendo articulo ſentiet, uel ſuper ſcalam aſcendat, uel manu laquei capita cõtineat. Licebit etiamnum alio intercedẽte motu ab inferiori parte extẽdere, id qua ratione fiat ſubijciã. Iiſdẽ omnibus factis, quæ præcepimus, cũ ab inferiori parte extẽdentes directa ductiõe utebamur, laquei capita per inferiores trochleas traijciũtur ab inferiori parte extra, atque ad axis clauũ religãtur, uel ducta ab exteriori parte uerſus interiorẽ ad axis uectes uinciũtur, ut axe uerſato alio intercedẽte
D motu ab inferiori parte extendamus. nihil item prohibet, quo minus eadẽ fabricatione parata duplici motu cõtrario intercedẽte ab inferiori parte adducamus, quod ad quẽ modũ fiat, indicabimus. Laquei capita ad inferiores trochleas ducta, ibiq; traiecta, ad ſuperiores referũtur, tum deorſum attracta, ad axis uectes alligãtur ut eius cõuerſio duplici motu cõtrario intercedẽte ab inferiori parte extẽdat, poſtquã abũde extenderimus, proximũ eſt, ut impellamus eo, quo oſtẽdimus, mõ, ubi de directa ductione loqueremur. Hi ſunt modi, q̃bus ab inferiori parte intẽdimus. Poſtquã reconditus articulus fuerit, ſubſelliũ ad ſcalã referendũ eſt, ut æger ſuper id ſtatuatur, tã a ſcala, quàm a cuneo remotus, collocato humero ut antea dixi. uerum, cum maiores nr̃i idẽ organũ idoneũ a ſuperiori parte attrahẽdo tradiderint, ſequitur, ut nos quoq; a ſuperiori parte extẽdendi rõnem uobis aperiamus. Ergo (ſicut dixi) placuit maioribus luxati reſtituẽdi modũ, & a ſuperiori parte adducẽdo, & in diuerſa trahendo explicare. potiſſimũ aũt a ſuperiori parte intẽderunt, ubi humerus nõ ſolum elapſus eſſet. ſed etiã perfractus. ſpectemus igitur, quibus modis uoluerint luxata reſtituere, a ſuperiori parte intendentes.



tendentes.Scala igiẽ in ceteris eodẽ modo ꝑparata,cuneũ non amplius ex funibus ſuſpenſum,ad gra- B
dum alligant,ſed ſolũ ſuperimponunt: funiũ uero capita admodũ longa per ſuperiores trochleas ab in
teriori parte extra traijciunt:poſt hęc deorſum demiſſa uectibus,qui pro clauis ſint,circũligant.His ita
conſtitutis ſubſelliũ ad ſcalam ponunt,ſuper qđ homo aſcendens,brachiũ ſuperinijciat, ut cuneus rur
ſum in alam indatur,deinceps carcheſium laqueũ,uel alterum ęqualiter extendentẽ humero inijciunt,
capitaq; eius deorſum ducta,ut contineantur,ad aliquem ſcalę gradũ deuinciunt.quibus ita contentis
axis conuertitur , per quã conuerſionem cunei funis alio intercedenre motu attractus a ſuperiori par-
te intendit. Neruis,quãtum res poſtulat,intentis impulſus adhibetur,& per duplicem habenã extrahẽ
do,& manibus ſurſum compellendo. Equidem huic reponendi modo non ſubſcribo ea de cauſa , quã
adiungam. cuneus elatus circumagitur, qui cum ſub ala non manet , articulus ex toto non reponitur ,
ac potiſſimum , ubi quis uelit ſuſpenſo homine excitando illum reponere . Ea uero extendendi ratio ,
quæ ab interiori parte adducit,ſtabilis eſt cuneo ſuper gradum collocato , & per funes alligato , ut an-
tea diximus. At quo pacto nos a ſuperiori parte adducentes firmiter reſtituamus,paulo poſt intellige-
tis,ubi condendi luxati rationem recenſebimus . Ratio autem,quæ in diuerſa diducit, ſic habet . cete-
ris omnibus ordinatis laquei capita non amplius ad gradum uinciuntur,ſed ad axis clauum dãtur , per
ſe dantur , uel alio motu intercedente , ut prius ſcilicet per inferiores trochleas traijciantur , tuncque F
ad axem deligentur . Eadem nunc culpari poſſunt in hac in diuerſa extendendi ratione,quæ paulo an-
te dicta ſunt in illa,quæ a ſuperiori parte extendit, ubique enim probo , cum is , cuius articulus repo-
nitur,rectus collocatur,ſolam ab inferiori parte extendendi rationem adhiberi . Nunc proximum eſt ,
cum de humero in alam prolapſo dixerimus , ut de eodem quoque in priorem partem excidente per-
tractemus .

De humeri capite in priorem uel poſteriorem partem excidente. XII.

AD humeri caput in priorem uel poſteriorem partem elapſum ſcala eadem ratione modoq; præ-
parata uel figurata organoq; & trochleis(ut antea dictum eſt)alligatis, rurſus, ubi reſtituere uo-
lumus,ſubſellium iuxta ponimus , lanaq; uel linteis contegimus gradum idoneum , ſuper quem reſti-
tuamus:cui(ſicut oſtenſum eſt)inuoluto ala inſidat:tum carcheſium laqueum, uel alium æqualiter extẽ
dendi uim habentem humero(ut propoſitum eſt)circundamus, cuius capita deorſum attracta ad orga
ni axem religamus,quemadmodum ad humerum in alam prolapſum tradidimus, ut conuerſus axis di
recta ductione ab inferiori parte intendat.eodem momento,quo intendimus,aliquis rurſus a poſterio
ri parte aſſiſtens,utraq; manu ad ceruices hominis data,corpus in contrariam partem repellat.Licebit
autem in hoc caſu magis & extendere & ducere ad inferiora.Subſellio itaq; ſubtracto, homo ſuſpendi G
tur,ut ſimul & articulus excitetur,& quæ illi ſuperiecta ſunt, laxentur . ubi quantum reponendus arti-
culus poſtulat,intenderimus.circumducendo impellimus.ſiquidem in priorem partem,humeri caput
exciderit,ab ea ſede,in quam uenit,ad eam,ubi eſſe naturaliter debet,prominentiori palmæ parte urge
mus, atq; altera manu cubitum a poſteriori parte in priorem adducimus , quo facto miniſter aſſiſtens
manum apertam lato ſcapularum oſſi opponat,atq; id repellat,ne uis operæ reſoluatur:uerum,ſi in po
ſteriorem partem protumpat,contrarium fieri debet, humeri quidem caput prominentiori parte pal-
mæ urgendum eſt , ut a lato ſcapularum oſſe in ſuam ſedem reuertatur , atque altera manu cubitus ad
poſteriorem partem prorſus adducendus . Hac igitur ratione humeri caput reſtituendum ducimus ,
ubi in priorem uel poſteriorem partem eruperit . Sed alij in utroque caſu eam reponendi rationẽ pro-
barunt,quæ a ſuperiori parte extendit ,hoc,quo pacto agant,uideamus. Scala eodem modo parata du
plicatæ habenæ uel funis medium lana uel linteo inuolutum alæ ſubijciunt , capitaq; eius per ſuperio-
res trochleas traducta deorſum ad axis uectes tanquam ad clauos alligant , deinde humero carcheſiũ
laqueum,uel alium,qui æqualiter extendere ualeat,circundant,cuius capita deorſum demiſſa, ut con-
tineantur ad aliquem ſcalæ gradum deuinciunt. quibus ita conſtitutis axis conuertitur, quo conuerſo
& continent,& a ſuperiori parte intendunt,ac poſtquam abunde extenderunt , adducendo impellũt . H
At cum in diuerſa contendunt , capita laquei uel directa ductione uel alio intercedente motu , funis
uero per alium motum interiectum ad axis clauum alligant,ut conuerſo axe in diuerſa diducant,poſt-
quam ſatis intenderunt,adducendo impellunt.Intentiones quidem ſuccedunt,ſed impulſus fallax eſt.
ſiquidem homine excitato,& ſuſpenſione diſtracto ægre articulus reſtituitur. atq; ob hanc cauſam nũc
placuit extendendi rationem tam a ſuperiori parte,quàm ab utraque præterire.Humeri ergo caput, in
quãcunque partem uenerit,conuenit ab inferiori parte extendendo reponere, cum erectus homo col
locatur. Qua uia humeri caput reſtituatur,expoſuimus.Pergamus igitur ad cubitum .

De cubito. XIII.

AEque duo brachij oſſa in quatuor partes erumpunt,in interiorẽ,exteriorẽ,priorẽ,& poſteriorẽ,
atq; ubi in tres partes uenerint:exteriorẽ ſcilicet interiorẽ & poſteriorẽ, brachium curuatur, &
extendi non poteſt . Commune eſt horum trium caſuum , in quibus curuum brachium minime exten-
ditur,ſcalam cum organo(vt dictum eſt)ad reſtituendum parare,poſtea hominẽ iuxta ſcalam colloca-
re,ut ſuper ſubſellium aſcendens brachiũ ſuper conuenientem ſcalæ gradum inijciat , tum ea iunctura,
quæ

A quæ palma nuncupatur,humerum continere,& laqueum inæqualiter extendentem, ut attollentẽ chiastum, aut nauticum brachio in uicinia manus circundare,eiusq; capita ad unum scalæ gradum, ut retinacula sint,deuincire,ut ubi uis adhibetur,recti anguli figura fideliter conseruetur,eoque facto mediũ duplicatæ habenæ,brachio prope cubitum inijcere,capita uero deorsum ducere ad axem, ibiq; uel directa ductione ad axis clauum alligare, uel alio intercedente motu, non secus ac ubi humeri caput reponitur,ut similiter axis conuersio ab inferiori parte intendat. Traditur etiam ad cubitum ille reponendi modus,qui a superiori parte extendit,cuius ratio est hæc. Ceteris omnibus(ut propositum est)constitutis,humerus non amplius,ut contineatur,deuincitur, sed laqueus carchesius, aut alius ex ijs, qui æqualiter extendunt,ipsi circumligatur, cuius capita ad superiores trochleas adducta ab interiori parte in exteriorem attracta deorsum feruntur,& ad axium uectes quasi ad clauum alligantur; duplicatæ uero habenæ capita deorsum adducta,ut retinacula sint ad aliquid immobile dantur. conuerso igitur axe & continemus,& alio intercedente motu a superiori parte extendimus. At modus, qui in diuersa extendit,hinc manifestus est. ubi enim in diuersa extendimus, laquei capita per se ad clauum axis uel alio intercedente motu ad eiusdem uectes deligantur,ut eadem conuersio in diuersa extendat. Neruis,quantum res postulat,extentis conuenienter impellere oportet, adducendo, si luxata in duas par-
B tes uenerint,in interiorem scilicet & exteriorem:extrahendo,si in posteriorem,quas impellendi rationes in opere de articulis exposui. Hæc igitur fieri debent,quando cubitus in propositas partes erũpit. Verum,si in priorem,in quo casu diximus extentum brachium non curuari, iterum eadem scala atque organum comparatur, æger scalæ assistens brachium super commodum eius gradum imponit, humerus ad scalam per eandem iuncturam uincitur, laqueus æqualiter extendens ad brachium datur in uicinia manus,cuius capita deorsum feruntur ad organum,ut ab inferiori parte attrahantur. si quis autẽ uelit agere hoc tum continendo, tum a superiori parte adducendo, humerum non amplius ad scalam deuinciat,sed utriq; membro laqueum inijciat,qui æqualiter intendat,unum scilicet humero, alterum brachio,& superioris quidẽ laquei capita sursum ferat ultra caput,alterius uero deorsum,ut(quemadmodũ in alijs reponendi rationibus declarauimus)extẽdat. quod ubi abunde fecerit, nunc reponendi causa duo modi impellendi potissimum aptantur,qui premit,& qui circumducit,sed ante quidem premere conuenit,dum intentio adhuc manet,dehinc circumducere, quos impellendi modos multo ante exposui in opere de articulis. Oportet autẽ eo,quod luxatum est,restituto brachium curuare atq; extendere, pronumq; & supinum collocare, ut ex toto restitutũ es-
C se intelligas, tum ad angulum rectum in sequentem cu rationem figurare. Vtraq; igitur brachij ossa, ubi loco suo non sunt,per superiores modos reponuntur. uerum quoniam utrunq; per se proprie uitiatur, cum suo loco mouetur,post hac necesse est scribamus,quonam modo cubitus erumpens, radiusq; diductus ab inferiori parte extenti reuertantur.



A Cuneus sub ala per funes suspensus.
B Organum ad scalam alligatum.
C Trochleæ a summo gradu suspensæ.
D Trochleæ ab imo gradu suspensæ.
E Subsellium.
F Iunctura,quæ palma nuncupatur.
D G Laqueus attollens in uicinia manus.
H Capita laquei,ut retinacula sint,ad scalæ gradũ deuincta.
I Medium duplicatæ habenæ prope cubitum iniectum.
K Capita ad axis clauum directa ductione alligata.

De cubito & radio. XIIII.

MOuetur per se cubitus interdum loco & rursus per se radius diducitur, ijs modis, quos in opere de articulis declarauimus. Ad hæc igitur ossa restituenda,scala similiter paratur, humerusque ad gradum uincitur ea iunctura,quæ palma dicitur:ad ipsum uero brachium utiliter datur laqueus aliquis ex ijs,q inæqualiter extendunt,cuius laquei sinus a parte, quæ restituiť,capita a cõtraria,hoc


eſt ab integra collocentur. proprie enim laquei, qui inæqualiter extendunt, eas partes magis cogunt, B quibus ſinus hærent, minus uero, quibus capita. ſiquidem conſilium eſt, ubi ſuperius os excidit, ab inferiori parte attrahere: ad id, quod ſuo loco eſt, uim minime adhibere. Huius igitur laquei capita ad axis clauum dari debent, uel directa ductione, uel alio motu intercedente, ut conuerſio axis ab inferiori parte extendat. ſed ubi, quantum reſtituendum os poſcit, extenderimus, idoneis impellendi modis uti conuenit, cubito quidem in interiorē partem excidente, radioq; in exteriorem adducto, utriuſq; manus digitos inter ſe iunctos eminentiæ cubiti ſubijcimus, prominentioreſq; palmarum partes utrinq; ponimus, atq, his ſummopere urgentibus adducimus: ſed, ſi poſteriorem partem prorumpant, cubitus præſertim, ea reponendi ratio efficaciſſima eſt, quæ extrahendo impellit, ſin radius in priorem partem conuertatur, expedit premendo & circumducendo impellere quemadmodum oſtendimus, ubi utrunq; os in priorem partem elapſum ponebamus. exquiſitos autem reponendi modos in opere de articulis expoſuimus. Repoſiti autem oſſis indicium erit, in cubito libera brachij contractio atque porrectio: in radio, in pronū uel ſupinum habitum conuerſio. quo modo igitur per ſcalam homine erecto reſtituere luxatum conueniat, demonſtrauimus. uerum quia iuſta aliqua de cauſa, aut ob imbecillitatem, aut ob femur, ſeu crus ſimul comminutum, æger ſtare nequit. dum luxatum reſtituitur, neceſſe eſt in ſequentibus aperire, quæ ratio ſit reſtituendi, homine ſuper planam ſcalam iacente.



B Organum ad ſcalam alligatum.
C Trochleæ ſuperiores.
D Trochleæ inferiores.
E Subſellium.
F Iunctura, quæ palma nuncupatur.
G Laqueus inæqualiter extendens.
H Capita laquei duplici intercedēte motu ad axem data.

Quo pacto iacente homine reſtituatur humerus in alam prolapſus. XV.

SCalam collocare planam oportet, & ut a pauimento attollatur, extremitatibus lapides uel ligna ab utraq; parte ſubijcere, atq; æquandi gradus cauſa linteum ſuperimponere. huiuſmodi enim lectus, quod pertinet ad ægrum iacentē, dum reſtituitur, ſcamni munus pręſtabit. organum uero ad ſcalam alligandum ab inferiori crurum extremitate, rurſuſq; trochleæ (quemadmodum dictum eſt) binæ a ſuperiori ſcalæ parte, totidem ab inferiori uinciendæ. ſatius autem eſt ad luxata reſtituenda pro ſcala adhibere ſcamnum, quod ab altero extremo quadratis foſſis excauatum ſit, ubi organum firmiter inſiſtat. quæ præparatio eſſe debeat, dictum eſt: modos autem, quibus humeri caput reſtituitur, exequemur. Prolapſo igitur humeri capite collocare hominem conuenit, ſic, ut iaceat ſuper ſcalam, organo ad pedes conſtituto, ſupinus, ubi in alam uel priorem partem excidit: in uentrem, ubi in poſteriorem. Igitur, H ubi in alam conuertitur, funis capita ſuper caput a priori uel poſteriori parte adducenda, mediumq; habenæ duplicatæ dandum eſt ad humerum ſic, ut inter ipſum & cuneum demittatur, capitaq; eius ab exteriori parte ferantur, atq; ita pendeant: poſt hæc laqueus charcheſius, uel alius ex ijs, qui æqualiter extendunt, humero (ut ſupra oſtenſum eſt) inijciendus, cuius capita deorſum ad organum adducenda. eius capita ergo ad pedes ferantur, agemus uel conrinentes, & ab inferiori parte extendentes, uel in diuerſa trahentes, ſiue directis ductionibus utamur, ſiue alius motus intercedat, ut antea indicauimus: cum ſatis extenderimus, condere humerum debemus, idoneam impellendi rationem adhibentes. Præcipue autem duplex impellendi ratio idonea eſt, & quæ articulum extrahit, & quæ ſurſum compellit. manente intentione duplicatæ habenæ capita tenentes ui humeri caput extrahimus, eodemq; momento cubitum in interiorem partem ad latus repellimus, eo enim fit, ut humeri caput facile prompteq; in exteriorem partem ducatur, moueaturq;. quo facto remiſſa intentione, protinus ſurſum compellimus poſt hæc humerum prehendentes attollimus, ut in ſuum locum collocemus. Hæc ſunt quæ fieri oportet, ubi humeri caput in alam excidit.



A Cuneus alligatus ad funem, cuius capita dantur ad gradum supra caput.
B Organum ad scalam alligatum.
C Trochleæ a summo gradu suspensæ deorsum spectantes.
D Trochleæ ab imo gradu.
E Habena media demissa īter cuneū & humerū, cuius capita spectēt in partē exteriorē.
F Charchesius ad humerum datus.

De humeri capite in priorem uel posteriorem partem excidente. XVI.

SEd si humeri caput in priorem uel posteriorem partem conuertatur, homine (ut dictum est) figurato; nempe supino, si in priorē partem uenit, in uentrē, si in posteriorem, funis aut habenæ medium lana siue linteo obuolutum, alæ subijcitur, capitaq; supra caput feruntur, non quidem e regione uitiati humeri, sed obliqua uersus partem contrariam, ad rem aliquam immobilem uinciuntur, qua retineantur. Ambigitur uero, quamobrem capita nō recta ferant, sed uersus contrariā partē obliqua. Pasicrates quidē atq; alij nōnulli hoc ea de cā fieri aiūt, ne a medio funis humeri capite sursum attracto prohibeamur, quo minus ab inferiori parte extēdamus. sed decipiūtur silitudine femoris, cū res aliter hēat, siquidē femur ad. Γ. lræ silitudinem declinat, at humeri caput dimidiū orbiculatū est, neq; pōt femoris mō a medio fune sursū adduci. quorsum igitur id fit? ne sub medio fune, quæ sub ala sunt compressa, alæ re-
C gionē cōpleant, cōpleto.n. recessu, humeri caput locū nō hēbit in quē recōdatur. Nos ēt nō secus atq; ij, qui nō multo ante nos uixerūt, ob propositā cām, habenā uel funē silr collocamus. cōsueuimus interdū & alr cōtinere, duos.n. laqueos ex ijs, qui inæqualr extendūt, implicantes, thoraci, dorsoq; sub alijs circūponimus, eorumq; capita cōtinendi cā ad gradū, qui cōtra situs est, alligamus, qua cōtinēdi rōne adhibita laqueū æqualr extēdētē humero circūponimus, quemadmodū tradidimus, qua de humeri capite in alā prolapso, cuius dd laquei capita ab inferiori parte ad organū demittimus, & ad axē deuincimus, ut eo cōuerso cōtineamus, & ab inferiori parte pariter extēdamus. Vi quantū res exigit, adhibita, ut articulū restituamus, præmēdo impellimus. prominētiori.n. unius manus palma ui humeri caput cōprimimus, altera uero cubitū huc atq; illuc agitamus. Indiciū āt repositi ossis in superioribus explanauimus. fit etiā interdum, ut ad humeri caput luxatum, medij quoq; humeri fractura accedat, cogaturque medicus eodem tempore utriq; uitio subuenire. Docendi autem gratia sermoni insistam, qui eum casum explicet, ubi & caput humeri in alam excidit, & medius humerus comminuitur.

De humero fracto simul & prolapso. XVII.


QVæsitū est a maioribus nostris, qua uia hæc restituātur. Pasicrates quidē os suo loco motū primo restituit, q maiorē uim in restituēdo postulet, quàm fractura. At si quis sub fractura laqueū inij-
D ciēs eodē momēto uelit, tam quod fractū est, quàm qd excidit, restituere, dū uis ad luxatū, quantū postulat, adhibeī, fractura plus iusto intēta partes fracturæ superiectæ ultra debitū extētæ lædenī, resoluenī nerui, aut abrūpentur, & fortasse corpora tota, priusquā articulus laxetur, atq; hac de cā cēsuit ipse laqueū super fracturā imponēdū, & ante qd luxatū, dein qd fractū est, restituēdū. Voluit Aristion eodē tēpore, & luxatū, & fractū humerū restituere, ne si luxatū prius reponaī, dū fractura cōponiī, præ qui positū humeri caput erūpat. Quæ dnr in utroq; casu sequi detrimēta, uere sic hnt, quapropter nobis placet, ante articulū reponi, proximeq; fracturā curari, ea cautione, ne dū quod fractū est, ab inferiori parte extenditur, articulus elabatur. Ad luxatū igitur restituendum cuneus a funibus depēdens in alā cōijcitur, rursusq; capita funis sursum adducūtur super caput, humero super fracturam Charchesius laqueus imponiī; uel alius, qui æqualr extēdat, eiusq; capita, deorsum demissa, ut retineātur ad aliquā moram uinciūtur, atq; a superiori parte attrahēdo articulus reponitur. quo facto cuneus in ala relinquiī, ut humeri articulus maneat, laquei uero capita inferiori parte resoluūtur, & super caput adducta tanquā retinacula uinciūtur, ut utriusq; præsidio cunei scilicet & laquei, articulus suo loco seruetur. post hæc Charchesius laqueus, uel alius æqualiter extendens humero inijcitur, cuius capita deorsum demissa ad axem, ut ab inferiori parte intendant, religantur. quo fit, ut fractura ab inferiori parte intenta componatur, superiori articulo non excidente. hactenus de humeri capite, nunc de cubito.

De cubito luxato. XVIII. E

CVbito in illas treis parteis conuerso, in quas ubi procidit, brachium curuum est, neq; extenditur, homo resupinandus est super asserem scalæ insidentem: alligatis trochleis organoq; ab inferiore parte, laqueus inæqualiter extendens brachio prope manum inijciendus, cuius capita super caput adducta ad oppositam moram alligentur, tum duplicatæ habenæ medium iuxta cubitum dandum, capitaq; eius deorsum adducenda. Dantes igitur capita, laquei quidem humero iniecti, supra caput, duplicatæ uero habenæ, deorsum, continebimus simul, & ab inferiori parte extendemus, ut ostensum fuit in superioribus. neruis abunde intentis eo modo impellemus, quem paulo supra diximus, cum de erecta scala pertractauimus. At si in priorem partem elabatur, in quo casu brachium extenditur, resupinato itidem homine, laqueus æqualiter extendens humero inijciatur, capitaq; eius super hominis caput attrahantur, tum alter laqueus æqualiter extendens ad extremum brachium alligetur, eiusque capita deorsum ducantur. intentionem uero a pedibus adhibendam esse antea exposui. Eodem autem modo, vbi articulum restituimus, impellere oportet, premendo scilicet & circunducendo, eademq; ratione, quæ in opere de luxatis dicta est. verum, si alterum os præter naturam habeat, siue cubitus excidat, siue radius diducatur, laqueo rursus æqualiter extendente ad humerum dato, capitibusq; eius sursum super caput adductis, ut retinacula sint, brachio laqueus inijcitur, qui inæqualiter extendat, quemadmodum explicauimus, capitaq; eius deorsum ad organum, adducuntur, & iidem impellendi modi accommodantur. Absoluimus iam sermonem uniuersum de cubito atque humeri capite, restat, ut ad manum accedamus. F

De manu. XIX.

MAnus in quatuor partes mouetur, interiorem, exteriorem, priorem & posteriorem. Restitui autem debet, uel super scamnum, uel super scalam, quæ plana collocetur. homine itaq; iuxta scalã uel scamnum sedente, figuretur manus, supina, si in interiorem partem erupit: prona, si in reliquas tres, deinceps circa sinum manus, ferramentum, quo adurimus transuersum uel transuersus axis detur, atq; ad ipsam palmam uinciatur: tum extremitatibus propositi uectis, seu ferramenti sinus laquei inæqualiter intendentis uel mediæ habenæ iniiciantur, capitaq; a priori parte ad organum ferantur. brachio autem in uicinia manus circumligetur laqueus æqualiter extẽdens, cuius capita ferantur a posteriori parte, rursusq; intentio adhibeatur, quæ paulo ante exposita est, uel continendo & seu ab inferiori, seu superiori parte extendendo, uel in diuersa adducendo, postquam abunde intenderimus, impellere debemus, quemadmodum in libro de luxatis exposuimus, premendo, ubi in interiorem uel exteriorem partem uenit: vbi in priorem & posteriorem, adducendo. sed uenio ad spinam. G



A Organum ad scalam alligatum.
B Trochleæ.
C Ferramentum datum ad sinus manus.
D Sinus laquei dati ad ferramenti extremitatem.
E Laqueus æqualiter extẽdens brachio iniectus in uicinia manus. H

De spina. XX.

SPina gibba ex recenti ictu restituitur. Oportet in restituendo hominem pronum collocare, uel super scalam, cuius gradibus asser iniectus sit, uel super scamnum, trochleasque (ut dictum est) adhibere: post hæc ad spinam dare binos laqueos æqualiter extendentes, unum a superiori parte gibbi, alterum ab inferiori, uel quaternos ex ijs, qui inæqualiter extendunt, inter se oppositos, binos a superiori parte, totidem ab inferiori, & superiorum quidem capita sursum, inferiorum uero deorsum adducere, siue ut retinacula sint, & uel ab inferiori, uel a superiori parte intendant, siue ut in diuersa diducant, uerum ubi in diuersa diducimus, trochleis utimur alio intercedente motu agentes. Postquam abunde intenderimus, eo modo impellimus, quem in libro de articulis enarrauimus. Sequitur autem, ut de modis reponendi femoris pertractemus.

De femore. XXI.

FEmur in quatuor partes prorumpit, interiorẽ, exteriorem, priorem, & posteriorẽ, atq; ubi in tres partes conuertitur, crus extentum est, & curuari minime potest: q si in posteriorem partem prolabatur

A labatur, curuatur, sed non extenditur. Igitur, si in illas tres partes uenit, ubi extentum crus minime implicatur, resupinandus homo est super scalam uel scamnum, & duplicatæ habenæ uel funis medium lana seu linteo circundatum inter anum & naturale inijciendum, capitaque eius super caput adducenda. Sin in exteriorem quidem & priorem partem femur eruperit, media habena uarie quacunque parte inter anum & naturale dari potest: sed, si in interiorem partem exciderit, inter femur integrum adhibenda est, & articulum, qui restitui debet, ne si femoris capiti subiecta fuerit, membrum ab inferiori parte attrahi non sinat. quo facto Charchesins laqueus uel alius æqualiter extendens femori extremo circũponendus est, capitaq; deorsum ad organum ferenda, & ad axis clauum alliganda, ut adhibitis retinaculis conuerso axe contineamus, & ab inferiori parte extendamus. nihil item prohibet, quo minus a superiori intẽdamus, quẽadmodũ dictũ est, qua de humeri capite. Neruis, quantum satis est, diductis, ijsdẽ utendum est impellendi modis, quos in opere de articulis indicauimus. At, si femur in posteriorem partem prolabatur, ubi complicari crus diximus, sed nullo modo extendi, organo ab inferiori parte alligato, æger sedeat, magis tamen in supinum habitum conuersus, in alteram coxam inclinetur, post hæc cõtineatur, sicut in opere de articulis ostendimus, tunc Charchesius laqueus, uel alius æqualiter extendẽs femori circundetur, eiusq; capita deorsum demissa, ut ab inferiori parte extendant, ad axem religẽtur.
B neruis, quantum res postulat, intentis, oportet eadem ratione in restituendo impellere, quæ in opere de articulis exposita est, spatha premendo idonea extrahere, & femoris caput in exteriorem partem adurgere, sicq; crure deorsum extento, atque homine resupinato articulus reponitur. crus autem restitutum testatur eius flexus, atque porrectio. in quamcunq; enim partem uenerit, ubi restitutum est liberam eius actionem spectamus, flexum scilicet & porrectionem.

De genu. XXII.

GEnu in tres partes erumpit, interiorem, exteriorem, & posteriorem: ubiq; autem crus extentum est. Si in interiorem & exteriorem partem ueniat, hominem resupinare conuenit: si in posteriorẽ, pronum collocare, tuncq; laqueos æqualiter extendentes membris inijcere, unum quidẽ femori prope genu, alterum cruri super eam regionem, quæ carnosa a posteriori parte prominet, rursusq; organo ad inferiora deligato, easdem adhibere intendendi rationes, quæ in alijs luxatis sunt ostensæ, impulsumq; in opere de articulis declaratum.

De talo. XXIII.

TAlus modo in interiorem, modo in exteriorem partem prolabitur, nonnunquam etiam in posteriorem. rursus itaque oportet hominem sedere, extentoq; cruri laqueum imponere, qui æquali-
C ter extendat, eiusq; capita ad posteriorem partem porrigere, ad talum uero sandalium, uel draconem laqueum dare, capitaq; a priori parte ad axem adducere, continendoque ab inferiori parte extendere, & ijsdem uti modis impellendi, quos in opere de luxatis explicauimus. Restituendi rationem præterimus, quoniam de hac præcipue agimus, ubi organorum, quæ plana collocantur, præsertimque nostri machinamenti, motum declaramus.



A Laqueus iniectus cruri æqua liter extendens.
DB Sandalius laqueus ad talum datus.


Glossocomum Nymphodori. XXIIII.

GLossocomum Nymphodori tractorium organum est quadratum, habet autem duo latera, quæ extremis partibus per duo transuersatia inter se iũguntur, laterum uero & transuersariorum eadem est magnitudo, sunt enim longa lataque duos palmos, crassa digitos totidem. quare, quum æqualis sit eorum modus, iure glossocomum ex eorum numero est, quæ proprie quadrata appellantur. Media igitur latera exculpta, cauataq; sunt cauis non nimis alte penetrantibus, quibus includitur axis habens in medio tympanum, cui ab utraque parte ferrei unci sunt, duo in uniuersum, uel foramina, in quæ possint conijci funes, quorum hæc ratio est. funes duo uncis medij circunligantur, & ab utraque parte prope foramina nodum accipiunt, quorum capita, quum quatuor sint, duo traijciuntur per transuersariũ prius, ab interiori parte extra, reliqua duo per id, quod posterius est. Secundum tympanum cochlea speciem lentis referens recta collocatur, hæc composito uocabulo græce χοχλιάζων dicitur. eius extrẽmitas demittitur in cauum non penetrans prioris transuersarij: pars uero, quæ cochleæ modo striata

eſt,iuxta tympanum collocatur;quod ſupereſt ex eius longitudine per foramen tranſit, extremaq; parte baculum uerſans habet,quo torquetur, ut cochlea per id uerſata tympanum moueat, conuerſo hoc axis uerſetur,quo moto funium capita, quæ extra procedunt ad,intendendum ducuntur.Sunt item in gloſſocomo opercula,ut quæ in eo ſunt machinationes occultentur: tum quatuor anuli ad latera fixi, bini ab inferiori parte,totidem a ſuperiori, ea de cauſa,ut alligari organum poſſit. Huius fabricationis auctor eſt Ariſtion filius Paſicratis,ſiquidem aliter ſtructum fuit a Nymphodoro.in uetuſta enim ſtructura extat cochlea non per tranſuerſarium,ſed,qua opercula ſita ſunt,traiecta. duas enim forfices ferreas ad latera affixas habet ad medium pertuſas,quarum una axi ſubijcitur, altera ſuperponitur, utraque a latere tympani collocatur,inferior anguſtius foramen habet,ſuperior latius. Cochlea igitur ab ea parte,qua opercula ſita ſunt,traiecta, atque a forficibus contenta, alterum operculum ſine impedimento clauditur:alterum claudi non patitur pars cochleæ,quam penetrare diximus, cuiq; baculū uerſans affigitur.hoc itaque operculum medium tranſuerſum in duas partes ſecatur, quarum altera manet immobilis,altera clauditur,atq; hæc media in longitudinem lunata figura exciditur,ut, quum operculum clauditur,lunatum eius cauum propoſitam cochleæ partem excipiat. Hanc Nymphodori ſtructuram non accepit Ariſtion, ſed adiecit organo axem habentem tympana foraminaque, ut axis, qui in medio eſt,motus,ubi uelis,conſiſtat,& ui minime uoluatur.tranſtulit item anulos iuxta prius tranſuerſarium,ne organum a parte operculi,ſed a parte prioris tranſuerſarij alligetur:traiecit præterea funium capita per opercula,hæc quidem a ſuperiori parte,illa uero ab inferiori.quod quidem pertinet ad anulorum ſitum,una nobiſcum ſentit,ſed axem,quem adiunxit,tanquam ſuperuacaneum reijcimus. ſiquidem unus axis ex robuſta materia pręparatus,quod opus eſt,abunde efficit.Sed cum gloſſocomi fabricationem abſoluerimus,ſequitur,ut ad eius motum ueniamus.

A	Latera	I	Capita funium per poſterius tranſuerſarium traiecta.
B	Tranſuerſarium prius.	k	Cochlea ſpeciem lentis referens.
C	Tranſuerſarium poſterius.	L	Manubriolum.
D	Cauum non penetrans.	M	Quatuor anuli in tranſuerſarijs.
E	Axis habens tympanum in medio.	N	Ferrea forfex.
F	Foramina in quæ funes conijci poſſint.	O	Pars operculi,quæ manet immobilis.
G	Funes duo.	P	Pars operculi in lunatam figuram exciſa.
H	Capita funium traiecta per prius tranſuerſarium.	Q	Axis habens tympana foraminaq;.

NYMPHODORI GLOSSOCOMVM CLAVSVM.



NYMPHODORI GLOSSOCOMVM APERTVM



A *De motu organi.* XXV.

VBi humeri caput ſuo loco mouetur,præcipueq; ſi in alam ueniat,ad ſcalam eodem modo paratã, quo in Nilei Plinthio explicauimus,nunc pro Plinthio Gloſſocomum alligetur, non ab operculis,ne ſub cochlea habenæ abrumpantur,ſed a priori tranſuerſario,anulis prope ipſum affixis. Aperiantur item opercula,capitaq; funium ad axem alligata excipiantur,hæc quidem a ſuperiori parte,illa uero ab inferiori:ac deinceps,ubi reſtituere uolumus,ſubſellium prope ſcalam ponatur, ſuper quod homo aſcendens brachium ſic traijciat,ut indatur cuneus in alam:circunligetur inſuper humero Charcheſius laqueus, uel alius æqualiter extendens, eiuſque capita ducantur ad ſuperiora funium capita, ut machinationum motu, aut directis ductionibus ab inferiori parte intendamus, aut alio intercedentẽ motu,aut per duos contrarios motus interiectos,hoc modo.Laquei capita per inferiores trochleas traijciantur,& cum funium capitibus colligentur,quo rurſus fit,ut machinationes motæ,alio intercedente motu ab inferiori parte extendant: uerum,ſi per ſuperiores, laquei capita traijciantur,deinceps per inferiores demiſſa,ad funium capita uinciantur,rurſus machinationum motus per duos cõtrarios motus interiectos ab inferiori parte extendit.Impulſus uero,quos deinde res poſtulat, fiunt,quemadmodum dictum eſt,ubi humerus in alam prolabitur, & per duplicem habenam extrahendo, & intentione
B remiſſa per manus ſurſum compellendo.Retulerunt alij organum hoc, ubi a ſuperiori parte extenderẽ uolumus,idoneum eſſe, transferunt enim ipſum ad ſuperiorem partem ſupra caput,cuneumq; ad gradum adhærentem,ſolutum tamen,in alam conijciunt, deinde capita funium cunei, ad inferiora capita funium organi religant,& Charcheſium laqueum humero iniiciunt, cuius capita deorſum adducta ad imum ſcalæ gradum immobilem deuinciunt,ut per hæc retinaculis adhibitis directis ductionibus a ſuperiori parte intendant.licet etiam organo ab inferiori parte alligato a ſuperiori extendere alio intercedente motu,alligatis enim laquei capitibus,ut(quemadmodum dictum eſt) retinacula ſint, cunei funium capita per trochleas traiecta cum ſuperioribus capitibus funium organi uinciunt,ut machinationibus motis alio intercedente motu a ſuperiori parte extendant,aut laquei capitibus non amplius retinaculi uicem exhibentibus,ſed ad funium organi capita alligatis, uel ad ſuperiora directis ductionibus,uel alio intercedente motu ad inferiora idem præſtent,cumq; abunde extenderunt,eoſdem adhibent impulſus,quos paulo ante propoſuimus. Quæ relata ſunt, adſcripſimus, probamus autem & in hoc,quod de Nilei Plinthio diximus,ubi ſcala erecta collocetur,intentionem ab inferiori parte adhiberi,cuneo ad ſcalam alligato:eã uero,quæ uel a ſuperiori parte trahit,uel in diuerſa deducit,ex toto prætermitti,eiuſmodi ſiquidem imbecilles ſunt. Quòd ſi homo iaceat,ſic interdum cenſui luxatum reponi.
C contentus ſum propoſitis reponendi rationibus exempli cauſa propter organi motum huc allatis.omnia enim luxata per hoc quoq; inſtrumentum reponi poſſunt, non ſecus ac per Nilei Plinthium. utriuſque machinationes ſunt diuerſæ,ſed reponendi rationes eædem, ſic, ut liceat ex ſuperioribus uniuerſum huius organi motum intelligere.


Triſpaſtum Apellidis,ſeu Archimedis. XXVI.

ILlud in primis ſcire conuenit,quod neque Apellides,neque Archimedes medici fuerunt, ſed architecti,qui machinamentum hoc excogitarunt(quemadmodum nos accepimus de hiſtoria,) ad naues deducendas funibus non per manus, ſed per ergatam attractis,illius autem ſeculi medici eius ſtructuræ modum minuentes triſpaſtum organum medicinale ad luxata, fractaq; reſtituenda fabricarunt in hunc modum. Totum organum ex eorum genere eſt,quæ oblonga quadrata nuncupantur. eſt autẽ hoc modo compactum. duo latera longa palmos quatuor digiti craſſitudine inter ſe coagmentantur per traſuerſaria longa palmos duos,craſſa digitum, latitudo potiſſimum poſterioris tranſuerſarij ſex digitos æquat:prioris propter opercula palmos duos. Vt retulit autem Paſicrates, media latera excauata ſunt,cauis non nimis alte penetrantibus, quibus duo axes includuntur rotas habentes in uicinia laterum.utrinſque axis rotæ perforatæ ſunt peruijs foraminibus, quæ non alia de cauſa facta ſunt, niſi ut
D in ea funes immittantur,quorum ratio hæc eſt. funes duo extrema parte nodum accipientes, coniecti in prioris axis foramina attrahuntur ita, ut nodi ſuper foramina collocentur: tum funes circa ſuas uterq; rotas inuoluuntur,& per poſterioris axis foramina traiecti nodum accipiunt.Poſterior axis medius inter rotas foramen habet,in quod rurſus funis conijci debet. ſumitur funis longus, qui ab utraq; extremitate nodum acceperit,deinceps per propoſitum foramen traijcitur ſic, ut nodus foramini iungatur,poſt hæc circa medium axem inuoluitur,quo facto altera eius extremitas per poſterius tranſuerſarium,quod medium perforatum ſit,traijcitur.at quid nunc fit fune traiecto?manu tractus euolutuſq; poſteriorem axem conuertit,quo conuerſo alia capita funium,qui extra procedunt,ducuntur. Adhibẽtur autem funes quatuor,duo,& item duo,atque ad hunc modum immittuntur. Sumuntur funes duo, qui extrema parte nodum acceperint, & per duo foramina prioris axis, quæ inter rotas ſunt, traiiciuntur, attrahunturq; ſic, ut nodi foramina contingant, tuncq; funium capita per prius tranſuerſarium perforatum ab interiori parte uerſus exteriorem traiiciuntur: aut prehenditur funis unus duplex cuius capita coniecta in prioris axis foramina attrahuntur,ut medius funis inter foramina ſtatuatur, poſtea eiuſdem funis capita traiiciuntur per foramina tranſuerſarii prioris. Duo item alii funes ſumuntur nodo extrema parte deuincti, hi per foramina inter rotas poſterioris axis facta, & a medio foramine recedentia attrahuntur, qui deinde, ubi eorum nodi ad foramina peruenerint, tunc

ducuntur

ducuntur, traijciunturque per poſterius tranſuerſarium perforatum ſic, ut quinque nunc ſint funium, B quæ extra feruntur, capita, duo per prius tranſuerſarium, tria per poſterius. his poſterioribus manu attractis, incluſisque funibus (ut dictum eſt.) inuolutis atque euolutis, capita eorum, qui exterius ſe rebantur, ducuntur, extenduntque capita habenarum, quibus diſtenditur corpus. Huiuſmodi organi ſtructuram Paſicrates exponens reprehendit tanquam minime efficacem. vniuerſum enim organi opus conſiſtit in ductione funis poſterioris, qui manu attrahitur, at nequit manus in reſtituendis luxatis uim tantam ſuſtinere, præſertim, ubi magni articuli ſunt, & corpora robuſta. quamobrem organi ſtructuram immutauit, duosque axes, qui incluſi erant, ita ſtruxit, ut penetrarent, & priorem minorem exiguis capiribus extantem, poſteriorem maiorem & longiora capita habentem, & ad prioris quidem axis extantia capita clauos confixit poſteriori uero uectes adiecit. demiſſis axibus duobus digitis machinamentum in reſtituendo ſic mouit. Habenas extendendis corporibus iniectas ad extantia prioris axis capita deligauit. vt poſteriori axe conuerſo prior moueretur, & euolutis, inuolutisque funibus nerui extenderentur. Sed Ariſtion Paſicratis filius patri aduerſatur, ut uetuſtam organi ſtructuram ignoranti. In uetuſta enim (inquit) organi ſtructura, axes non mouebantur in laterum cauis, ſed circa ferreos chodaces affixos lareribus in capreoli formam excauatis, quod uidere licet in organis ad aquam hauriendam comparatis, quæ ob fabricationis rationem facile conuertuntur, neque ta- F men rotæ in ſe continent armillam, ſed chodacem. quoniam igitur axes per armillas mouentur circa chodaces, & rotæ per chodaces circa armillas, axes prompte admodum uerſabuntur, atque idcirco ſine impedimento erunt, etiam ſi funis manu ducatur. Ob id autem ipſum triſpaſtum organum appellarum eſt, quoniam tres funes agunt, unus quidem extra ductus, duo incluſi. Hactenus ipſe probabiliter ſcripſit, ſed uera ſunt, quæ a Paſicrate adducuntur. non enim poteſt manus funem ducens bene reſtituere, ſed fortaſſe monſtrationis cauſa in ludo organum mouere, uis autem, quæ in reſtituendo requiritur, per manum minime poterit adhiberi, atque ea de cauſa iiſdem omnibus factis, quæ in uetuſta ſcriptura ſunt oſtenſa, tertium axem organo adijciendum iudicauimus, cuius capita traiecta per latera eſſent, ut poſterior axis nunc medius fiat, medius autem perforetur, in extantibus capitibus uectes demittantur, uel manubriola, aut bacula ductaria. medius uero funis poſterior, ubi circa axem eſt inuolutus, traiicitur per foramen axis penetrantis, ſuoque ibi capite alligatur. His ita conſtitutis conuerſus poſterior axis, ille inquam cuius capita extant, funem circa ſe inuoluit, quo fit, ut medius axis moueatur, quo moto prior quoque axis mouetur. Tribus axibus conuerſis, funium, qui extra ducuntur, capita tenduntur, cum quibus uinciuntur habenæ, quæ corpora extendunt. Habet item organum opercula, ueluti gloſſocomum, ne machinationes oculis exponantur, atque item anulos ad latera affixos, quibus alligetur. Hæc eſt uniuerſi triſpaſti fabricario. Reſtituendi autem modi aptantur iidem, quos poſuimus in gloſſocomo. diſtat enim ſolum, qui bus mouetur, machinationibus: præterea funium eadem eſt ductio, habenis ad eos alligatis. Sed iam triſpaſti fabricationem explicatam habemus. G

TRISPASTVM APELLIDIS. SEV ARCHIMEDIS.



- A Duo latera.
- B Prius tranſuerſarium.
- C Poſterius tranſuerſarium.
- D Duo axes habentes rotas in uicinia laterum.
- E Funes circa rotas inuoluti.
- F Funis coniectus in foramen medium inter rotas poſterioris axis.
- G Funis duplex, cuius capita traiecta per foramina prioris axis per prioris tranſuerſarij foramina traijciuntur.
- H Tertius axis, cuius capita traiecta ſint per latera. H
- I Vectes in extantibus capitibus demiſſi.
- K Anuli ad latera affixi.

A *Fabri organum.* XXV.

FAbri organum ad hunc modum fit. super basim, quæ ἐσχάρα nominatur, pro organo dimensam, statuuntur crura duo, quorum longitudo duos cubitos & semissem æquat, aut etiam excedit: latitudo implet digitos quatuor: crassitudo tres. crura hæc per duo transuersaria inter se coagmentantur, altero ab inferiori parte, quod quinque palmos a basi recedat, altero a superiori, qua crura finiuntur. inferiori transuersario subijcitur asser transuersus, qui & cum lateribus organi, & cum transuersario committitur: hunc asserem sedile consuerunt omnes appellare, cuius medium ad transuersariũ exciditur ad effigiem ⅄ inuersi, qua parte transuersario infigitur æneum ⅄. Accommodatur tam cauum, quàm ⅄ demittendo priapisco octo digitos longo. Inter transuersaria ab interiori parte crurum canaliculi excauantur, in quibus, dum luxata reponuntur, moueatur quadrata testudo, spatham, & cubitos mouens. quandoquidem prior pars testudinis (frontem dicunt) peruio foramine pertunditur, in quod radix coniicitur, cuius extremum, qua extenuatur, ad posteriorem testudinis partem per crassitudinem traijcitur. Proposita pars radicis peruio foramine pertunditur, per quod fibula demittitur, ne radix euellatur, sed manens in foramine torqueatur. Fibula autem in extrema radice scutulo superposito includitur. Radix eo pertinet, ut spatham in organo sustineat, habet enim organum B spatham capitulo leniter cauo assurgentem, ita longam, ut a testudine ad superius transuersarium, quod caput nominatur, pertineat, & cuneati axis modo excedat. huius spathæ extremitas, quæ contra capitulum est, media in quadratam figuram exciditur, atque in id cauum includitur radicis extremitas lata, quæ perforatur. perforatur item spatha ab uno latere ad alterum, in quod foramen fibula demittitur, ut spatham detineat ad radicem. ipsa uero testudo iuxta medium pertunditur foraminibus quatuor, uel ordine dispositis, uel duobus a priori parte, totidem a posteriori constitutis: quæ non alia de causa fiunt, nisi ut funes in ea indantur, ut in sequentibus ostendam. Medium caput, hoc est superius transuersarium in quadratam figuram excauatur, in quod cauum duplex trochlea inditur, quæ circa axiculum uersatur. habet item superius transuersarium duo alia caua quadrata peruia, nempe ab utroque trochleæ latere unum, in quæ conijciuntur quadratæ cubitorum partes: duo enim cubiti per superius transuersarium demittuntur deorsum, & testudini inhærent, quæ quadrata caua in summo habet. Imas cubitorum partes quadratas tenuesq; architecti calces nuncuparunt: superiores latas ac rotundas dixerunt alas. In alas ergo cubitorum, quæ superius transuersarium excedunt, & peruijs foraminibus pertusæ sunt, axis conijcitur, cuius capita utrinque excedunt, medium cuneatum est, in extremis capitibus uectes sunt, uel manubriola ductaria, quibus conuertatur. Alarum partes C priores iuxta foramina & axis capita rursus forantur, vt, siquando opus sit, in foramina fibulæ demissæ seruent axem immobilem. Organo præterea iuxta crurum extremitates alia duo sunt adiuncta crura, ut, siquando sedilis uicem exhibeat, super basim atque adiuncta crura iaceat. Verum, quia testudo per funem elata, & cubitos & spatham attollit, in sequentibus qua ratione funis indatur, adijciam. Sumitur funis duplex, cuius capita per duo foramina, quæ uel iuxta cubitos sunt, uel a priori parte, uel a posteriori, uel in medio traijciuntur, uel ab inferiori parte sursum adducuntur sic, ut medius funis inter foramina collocetur: deinde capita sursum feruntur, & circa duplicem trochleam prioris transuersarij inuoluuntur, atque (ut dictum est) permutata deorsum procedunt, & ad clauos penetrantis axis religantur, continetur enim organo Fabri alius axis coniectus in crura, quæ super transuersarium inferius digitis quinque interpositis perforata sunt. in axis medio duo claui sunt infixi, in extantibus capitibus uectes uel manubriola ductaria, quibus conuertitur axis, cuius conuersio per funes testudinem attollit, atq; unà cum spatha simul cubiti & axis, qui alis continetur, sursum feruntur ad luxata, quæ a superiori parte extenta in suam sedem collocantur. Huiusmodi est antiqua structura organi, quod ad Fabrum refertur auctorem.

E

A ≡ Basis.
B Crura duo.
C Transuersarium superius.
D Transuersarium inferius.
E Asser trāsuersus subiectus inferiori trāsuersario.
F Medium asseris excisi ad formam ≈ inuersi.
G Priapiscus.
H Canaliculi excauati ab interiori parte crurum.
I Quadrata testudo.
K Spatha.
L Cubiti.
M Prior pars testudinis ꝑuio foramine pertusa
N Radix.
O Fibula demissa per radicem.
P Capitulum spathæ cuneati axis modo.
Q Extremitas spathę in quadratam figuram perforata.
S Foramina quatuor testudinis.
R Duplex trochlea īdita in cauum superioris transuersarij.
T Caua duo quadrata superioris trāsuersarij, in quæ demittuntur cubiti.
V Imæ partes cubitorū quadratæ.
X Superiores cubitorū partes rotundæ, quæ alæ dicuntur.
Y Axis in alas cubitorū demissus.
Z Fibulæ demissæ in alas perforatas, quę axem immobilem seruent.
a Alia duo crura adiuncta.
b Funis duplex.
c Alius axis, qui in cruribus continetur.
d Vectes, quibus conuertitur axis.
e Binæ trochleæ ad basim.
f Binæ trochleæ ad summa crura.
g Cuneus.

FABRI ORGANVM



F

G

FABRI ORGANVM




H

De motu

A

De motu organi. XXVIII.

CVm erecta organa comparentur ad reponendum humeri caput excitando, & alijs quoque mo-
dis idonea sint, de humeri capite restituendo tractare constitui. ordiar autem ab eo casu, sub quo
in alam prolabitur. Verum, ut organi motum perfectum habeamus, quaternæ trochleæ organo adij-
cientur, binæ ab inferiori parte, qua basis sursum spectat, totidem a superioti ad summa crura, ubi er-
go luxatum restituere uolumus, cuneata pars axis primum lana uel linteo circundetur, subselliumque
iuxta organum ponatur, super quod homo ascendat, deinceps uinciantur crura quidem habena inter
se, sed integrum brachium extentum, ad latus. in foramina autem alarum, indantur fibulæ, ut axis serue
tur immobilis, usque dum eo moto opus erit. His ita constitutis brachium super axem imponatur, at-
que ubi cuneata pars axis in alam coniecta sit, laqueus Charchesius, uel alius æqualiter extendens hu-
mero inijciatur, eiusque capita deorsum adducta, ad clauum eius axis, qui cruribus annectitur, alligẽ-
tur, fune non amplius indito, quemadmodum in organi fabricatione retulimus, axis conuersio directa
ductione ab inferiori parte extendet. id quod etiam, alio intercedente motu, ad hunc modum fit. La-
B quei capita primo per inferiores trochleas traducuntur, inde sursum data ad clauos axis alligantur, ut
hic uersatus propositam intentionem moliatur. Idem quoque efficitur duplici contrario motu interie
cto, laquei enim capita per inferiores trochleas traiecta ad superiores ferũtur, inde ad axis clauos uin-
ciuntur, ut duplici contrario motu interiecto ab inferiori parte extendant. Tales sunt modi, quibus ab
inferiori parte intendimus. Si quis autem a superiori intendere uoluerit, fune in testudinem coniecto
ueluti in organi structura posuimus, laquei capita deorsum adducat, & tanquam retinacula ad aliquid
immobile deuinciat: post hæc axem conuertat. quo conuerso testudo alio motu intercedente, per funẽ
elata a superiori parte intendet. Ex his quoq; ille modus cõ-
prehẽditur, qui in diuersa extendit, hic nõ amplius requirit,
ut capita retinacula sint, sed ab interiori parte ad axis clauos
uinciantur, uel per se uel alio motu intercedente, ut per unũ
machinationis motum, propositus extendendi modus adhi-
beatur. Seruetur autem in intendendo axis immobilis, quem
admodum declarauimus. Postquam abunde intenderimus,
fibulæ, quæ moueri illum non patiebantur, recipiendæ sunt,
C atque ipse per uectes uel manubriola ductaria conuertẽdus,
ut cuneo aliqua ex parte inclinato, extrahendo impellamus,
sicut in alijs organis ostendimus: post hæc dum restituimus
humero deorsum intento, minister a posteriori parte assistẽs
manus det ad ceruices hominis, ut corpus uersus pedum re-
gionem cogat in contrariam partem. Verum, ubi restituimus,
ministro id præstante, quod ostendimus, subsellium pedibus
hominis subiectum subtrahatur, ut ipse suspendatur ab orga-
no, tum (ut alibi dictum est) eodem momento, quo ab inferio
ri parte extendimus, atq; excitamus, per cuneum extrahẽdo
impellemus, deinde intẽtione remissa sursum cogemus, utra
que manu membro comprehenso, &, ut in suum locum recõ-
datur, elato. Hac igitur ratione humeri caput in alam prola-
psum restituitur.



Verum si in priorem partem aut posteriorẽ ueniat, uertere
D sic axem oportet, ut quod ex eo cuneatũ est deorsum, spectet
sursum, quod æquum est. hoc siquidem nunc aptatur ad repo-
nendum humeri caput, quod in propositas eruperit. Eo facto
homo super subsellium, quod iuxta sit, ascendens brachium superponat sic, ut axi insidat: deinde hume
ro inijciatur laqueus æqualiter extendens, cuius capita deorsum ad axem alligentur: eædemq; intendẽ
di rationes adhibeantur, quæ traditæ sunt, ubi in alam excidit. Neruis abunde diductis impulsus cõue-
nit, quem in aliorum organorum motione monstrauimus.

Sed si neque cubiti sint, neque axis in alas coniectus, humeri caput in alam prolapsum ita restituitur,
agitatur spatha sic, ut capitulum eius, perinde atque cuneata pars axis superius trãsuersarium excedat,
tum duplex habena media inter spatham & transuersarium datur, cuius capita ab exteriori parte pen-
dent. In restituendo autem, æger ad organum assistens, brachium super transuersarium imponit sic, ut
spatha in alam indatur, post hæc Charchesius laqueus, uel alius æqualiter extendens humero inijcitur:
cuius capita deorsum demissa ad transuersarium ut retinacula deligãtur: fune ad testudinem dato axis
conuersus testudinem, cumq; ea spatham attollens a superiori parte extendit. Aptatur item ille exten
dendi modus, qui in diuersa ducit. laquei capita mutata ad axem alligantur, tunc siquidem conuersus
axis in diuersa diducet. postquam satis extenderimus, duplicis habenæ capita continenda sunt, &

per

per hanc ipsa spatha, ut per spatham extrahendo impellamus. Quo facto intentio remittenda est, mẽ E brumq; sursum adducendum, ut quàm celerrime in suum locum articulus collocetur. At si organum non spatham habear, non cubitos, non axem illis contentum, humeri caput in alam ueniens per cuneũ sic reponi debet. cuneus, in quem funes coniecti sint, superiori transuersario insidat, & per funes ad ipsum uinciatur, deinceps æger brachium superimponat, cuneusq; in alam conijciatur, quo coniecto laqueus Charchesius humero circumligetur, eiusq; capita deorsum demissa detur ad axem, qui cruribus continetur, ut axis uersario ab inferiori parte extendat. At ubi satis intenderit, impellere oportet, uelut in alijs organis demonstrauimus, aut extrahendo, aut sursum compellendo, qui modi cum ab inferiori parte extendimus, potissimum ad rem pertinent. Placuit alijs per testudinem ita reponere. funem primo resoluunt, ipsumq; duplicant, cuius duplicati capita per duo testudinis foramina traijciunt, a superioti parte deorsum, & ad inferioris axis clauos alligant. attollunt itaque testudinem prope superius transuersarium, tuncq; restituendum brachium superinijciunt, cuneumq; in alam demittunt, post hæc brachium per palmam iuncturam ad testudinem uinciunt. his ita constitutis inferior axis conuertitur testudoque a subiecto fune deorsum uersus attracta ab inferiori parte ducit. quo pacto intentio quidem ab inferioti parte adhibetur, sed humero ad testudinem alligato prohibetur conueniens impulsus. F

Cubito in illas tres partes elapso ubi brachium curuatur, interiorem inquam, exteriorem, & posteriorem, iuxta orgaňum ab omni parte præparatum stare æger super subsellium debet, atque axis conuerti sic, ut pars eius, quæ cuneata est, deorsum spectet, sursum, quæ ęqua, dehinc brachium date super axem. quo facto humerus ad axem per palmam iuncturam deligandus est: brachio uero in uicinia manus inijciendus est laqueus inæqualiter extendens, eiusque capita sursum adducenda, & ad alam, uel ad extans caput axis è regione alliganda. brachio sic ad rectum angulum figurato habenæ uel latæ fasciæ medium ad eam regionem detur, quæ proxime sub cubito est, cuius capita deorsum ad axem portigantur. Quod ad extendendum pertinet, ijdem modi conueniunt, quos, ubi humeri caput restituitur, ostendimus, nunc siquidem licebit uel continendo, & a superioti parte extendendo, uel in diuersa ducẽdo uim adhibere, qua abunde adhibita eadem impellendi ratio accommodatur, quæ tradita est, ubi de aliorum organorum motu pertractauimus. At si cubitus in priotem partem moueatur, in quo casu brachium extenditur, membto superimposito humerus ad axem deligetur, tunc Charchesius laqueus, uel alius æqualitet extendens btachio inijciatur, eiusque capita doorsum ferantur, eadem intendendi ratio adhibeatur: post idem impellendi modus expeditissimus, quem in tractandis organis demonstrauimus. Proprie autem spatha plurimum uidetur ad cubitum restituendum pertinere. Videamus autem, G quo modo, ubi neque cubiti in organo sint, neque axis in alis contineatur, opus hoc efficiendum sit. Funis igitur resoluitur, duplicaturq;, & eius capita per duo foramina testudinis a superioti parte deorsum traiecta, ad axis clauos alligantur. testudo autem cum spatha prope superius transuersarium attollitur, dein spatha torquetur, & brachium super transuersarium, cui lana circundata sit, imponitur, humerusq; ad transuersarium per palmam iuncturam alligatur, brachium uero ad spatham toto membro curuato. conuertitur igitur axis cruribus contentus, testudoq; deorsum uersus a fune coacta spatham similiter deorsum adducit, sicq; ab inferiori parte intendimus. At, ubi saris extenderimus, aptatur impulsus, quẽ paulo supra posuimus, si in exteriorem uel interiorem partem cubitus elabatur, adducendo: si in posteriorem, extrahendo. Porrò ab inferiori parte extendere possumus, impulsu autem, eo quòd brachium deuinctum sit, ad spatham extrinsecus prohibemur, nisi, cum radix euelli ex foramine possit, extrahendo impellamus. Magis autem accommodatur spatha, ubi cubitus in priorem erupit, quem si restituere uelimus, funem demittere similiter oportet, sinereq;, ut spatha dependeat, deinde membro superiniecto, humerum ad transuersariũ deuincire, brachiũ uero ad spatham, post hæc ab inferiori parte extendere, ui, quantum res postulat, adhibira impellere, ante quidem premendo, tum circunducendo, spatha cum brachio torta curuataq; premendi causa. hactenus de cubito luxato. H

Ex Rufo scamnum Hippocratis. XXIX.


HIppocrates maxime admiratione dignus multis in locis suum organum ξύλον appellauit, in quibusdam etiam χαθίκην: recentiores id βάθρον, id est scamnum, dixerunt, eoque affixis cruribus & pro organo & pro scamno usi sunt. struitur autem sic. Paratur lignum sex cubiros longum, latum duos, nouem digitorum crassitudine, resupinaturque, & quatuor alia ligna pedem longa extremis partibus rotunda, duo scilicer, & duo cum eius extremis iunguntur, huiusmodi ligna, quæ ὄνοι ab Hippocrate uocantur, in latitudine peruijs foraminibus pertunduntur, quibus continentur penetrantes axes in medio clauos habentes, & in extantibus capitibus manubriola ductaria ad conuertendum. totum lignum in medio usque ad alteram partem quatuor digitorum spacio iniecto caua habet; quorum altitudo pariter & latitudo treis digitos æquet; caua hæc Hippocrates κατένους nuncupauit. Medium præterea lignum alte in quadratam figuram excauatur, quo scalmus demittitur, qui priapiscus uocatur. Alias item habet φλιὰς in medio ad similitudinẽ literæ τ. non inutiliter adiectas. Structura igitur Pasicrate auctore huiusmodi est, cui deinceps subdam qua ratione moueatur

scamnum

A scamnũ Hippocratis, quod ubi uetustam structuram habeat, homine iacente, ad luxata omnia restituenda idoneũ est, ut dum singula exequar, declarabo.

Scamnum Hippocratis.


A LIGNVM QVADRANGVLVM SEX CVBITORVM, LATITVDINE BICVBITALI. CRASSITVDINE DODRANTALI.
B POSTES BREVES AXES HABENTES.
C FOSSVLAE.
D LIGNVM TERES IN MEDIO CAVO INFIXVM.



E POSTES PEDALES LIGNVM TRANSVERSVM TANQVAM SCALAE GRADVM CONTINENT.

De maxilla restituenda. XXX.

MAxilla excidente, siue ab altera parte, siue ab
utraque homo resupinatur sic,
ut caput iuxta axẽ, qui ab eius
parte est, collocetur, brachijs
ad pectus, atque abdomen alli
B gatis, cruribusq; inter se, & om
nibus ad scãnum organum de-
uinctis, tum capiti ea iunctura
imponitur, quæ lepus auritus
dicitur, eiusque sinus ad ea li-
gna, quæ proximum axem su-
stinent, ut retinacula sint, deligantur, media habena in os
inditur, quantum potest intima, iuxta eam regionẽ, qua
maxilla cum malis committitur, inter dentes maxillares
eiusq; capita deorsum demissa ad axem, qui a pedibus
est, alligantur, aliaque habena media mentum complecti
tur, & in utranque partem ultra caput adducta ad axem,
qui super ipsum est, diducendi causa deuincitur. his ita
constitutis, inferior axis torquetur, ut continendo, & ab
inferiori parte extendendo uis adhibeatur. Postquam in
C tenderis, quantum res postulat, ad eos impellẽdi modos
uenies, quos in opere de articulis exposuimus. Si maxil-
la quidem ab una parte exciderit, tria efficies, adduces,
premes, & sursum compelles: sin ab utraq; extrema mo-
ta fuerint, premere conueniet, & sursum compellere. hęc
de maxilla, nunc uenio ad humeri caput.



A Iunctura lepus auritus.
B Sinus leporis deligati ad ea ligna, quæ sustinent axẽ proximum, ut retinacula sint.
C Habena, quæ media in os inditur.
D Capita habenæ alligata ad axem, qui a pedibus est.
E Alia habena, quæ media mentum complectitur.
F Habenæ alterius capita diducendi causa ad axem deuincta.

D

De humeri capite in alam prolapso. XXXI.

VBicunque humeri caput restituimus, si in alam uel in priorem partem uenerit, resupinare hominem debemus: si in posteriorem pronum collocare. ubi ergo in alam prolapsum restituimus, cuneus eo immittendus est, sic, ut qua capitulum assurgit rotundum ac leniter cauum, in priorem partẽ spectet, qua æquus est, in posteriorem. expedit autem cuneum, ut mollior sit, linteo uel lana inuoluere. omne enim lignum (auctore Hippocrate,) durum est & tactu lædit, atque hac de causa potissimum lana circundatur. adde, quod hæc sudorem absorbet, qui in ala oritur & ob curationis metum, & ob calorem eius partis naturalem, qui ad diducendum confert: & quod cuneum labi non patitur deinde funiũ capita, hæc quidem a priori parte, illa uero a posteriori super caput ad axem adducenda, media item habena sub ala inter cuneum & humerum danda est. uel (ut alijs placuit,) inter cuneum & latera, eiusque capita ab exteriori parte attrahenda. Ipsi autem humero Carchesius laqueus, uel alius æqualiter exten

dens inijciendus, non qua laceratus est, ne cum neruosus sit, si adstringatur, doleat: sed supra uel infra. E pleriq; superiorem regionem anteponunt tanquam magis idoneam, quod proxime ad articulum accedat, sed locus hic ad curationẽ minus accommodatur, prohibet enim rectum impulsum. Sub musculo igitur deligandum censemus, & ob hanc causam, & propterea quod locus, qui iuxta adstringitur, ægre laxatur, quæ uero mediocri intericcto spatio attrahuntur, facile sequuntur. Expedit autem, ut laqueus mollius insidat, humerum lana obuoluere, deinde laqueum inijcere: tubercula enim cubito subiecta prohibent, quo minus laqueus sub extendentium ui deorsum labatur. his ita constitutis laquei capita deorsum demissa e regione ad axis clauum alliganda sunt. uel circa ipsum obuoluta, uel nodo inter se deuincta. magis autem ad rem pertinent, ubi inter se alligata clauo circumponũtur, tunc siquidẽ opus suum firmius præstant. necesse autem est, uel continere, & seu ab inferiori, seu a superiori parte extendere, uel per organi axes in diuersa contendere. Abunde ui adhibita, primum conuenit impellere, per duplicem habenam extrahendo: & eodem, quo extrahimus, momento cubitum altera manu ab exteriori parte in interiorem agere, intentione adhuc manente: tum hac remissa laxataq; manibus sursum compellere. At si caput humeri in priorem partem moueatur, hominem supinum collocamus: pronum si in posteriorem. cuneoq; omisso, medium duplicatæ habenæ lana inuolutum sub alam demittimus, capitaq; eius supra caput adducimus, non e regione humeri uitiati, sed uersus contrariam partem, ho- F mine resupinato, si in priorem partem articulus exciderit. Quæsita autem causa est, quamobrẽ id fiat. Pasicrates quidem id propterea fieri dixit, ne humerus detineatur habena e regione sursum uersus attracta: recentiores non ea de causa capita oblique ducenda esse dixerunt, sed ne corpora, quibus ala continetur, compressa lati scapularum ossis sinum impleant: nobis uero cum omnibus conuenit, capita oblique danda esse ad contrariæ partis ligna, quibus axis continetur. Rursus autem humero Charchesius laqueus inijciatur, uel alius, qui æqualiter extẽdat, eiusq; capita deorsum ad axem, qui a pedibus est, demittantur, ut uel retinaculis adhibitis ab inferiori parte intendamus, uel (si placeat,) in diuersa contendamus. Conuenit autem impulsus, quemadmodum supra declarauimus manibus præcipue adducẽdo, comprimendoque. Similiter autem ubi humeri caput in posteriorem partem moueatur, homine prono eadem mollri conuenit, quæ ubi in priorem uenit, tradita sunt. At ubi satis extenderimus, manibus premere, & adducere, & sursum compellere necessarium est. G



A Cuneus.
B Funium capita ad axem supra caput adducta.
C Habena media inter cuneum & humerum data.
D Charchesius laqueus humero iniectus.
E Laquei capita ad axem, qui a pedibus est, alligata.

De humero luxato comminutoq;. XXXII.

NOn nunquam accidit, ut prolapso humero fractura quoque adijciatur membro medio cõminuto, in quo casu recondere articulum oportet, & fracturam cõponere. quod ad reponẽdum pertinet, retinaculo uti expedit, & a superiori parte extendere: quod ad fracturam, H similiter uti retinaculo, & ab inferiori parte attrahere, sed ante restituere, quod prolapsum ẽ, oportet: deinde, quod fractũ. Ergo, ubi uolumus, qđ prolapsũ est cõdere, cuneũ in alã indimus, capitaq; funium super caput attrahimus, ac mediã habenã inter cuneũ & humerũ demittimus, cuius capita ab exteriori parte procedãt. tũ infra cuneũ ac super fracturã charchesiũ laqueũ inijcimus, eiusq; capita deorsum ad ligna, quæ axẽ sustinent, ad retinendũ, alligamus: sed funium capita ad axem, qui super caput est, uincimus, ut eo conuerso & contineamus, & a superiori parte extendamus. Neruis abunde intentis per conuenientem impulsum articulum restituimus. quo facto laquei capita super caput data, retinacula fiunt, & alter laqueus æqualiter extendens, cuiusmodi charchesius est, humero inijcitur, cuius capita demissa ad axem, qui a pedibus est, uinciuntur, ut & retinendo, & a superiori parte extendendo uis adhibeatur. neque nunc est, quod timeamus, ne fractura ab inferiori parte attracta repositus articulus excidat. siquidẽ, cũ a superiori parte tã a cuneo, quàm a superiori laqueo retineatur. Vi satis adhibita fracturam

A fracturam manibus componimus, quemadmodum sæpius indicauimus. Quòd si humeri caput in priorem uel posteriorem partem uenerit, ubi restituitur, easdem animaduersiones desiderat. hactenus de humeri capite.

De cubito. XXXIII.

CVbito in illas tres partes elapso, in quas ubi uenit, brachium curuum est, neque extenditur, interiorem exteriorem & posteriorem, homo super organum resupinetur, quo commode figurato charchesius laqueus, uel alius æqualiter intendens humero circundetur, cuius capita, ut retinacula sint, sursum super caput uinciantur, brachio autem in uicinia manus laqueus inijciatur, qui inæqualiter extendat, puta Attollens, Chiastus, aut Nauticus, cuius capita sursum adducta ad ligna, quibus axis cō tinetur, religentur, utrumque scilicet ad id, ad quod spectat e regione sic, ut cubitus cum humero ad rectum angulum figuretur. tum duplicatæ habenæ, seu latæ fasciæ medium ad brachium detur iuxta cubiti iuncturam: cuius capita ad axem, qui a pedibus est, uinciantur. Datis igitur capitibus laquei ad superiora, duplicatæ habenæ ad inferiora, binisque axibus uno super caput, altero iuxta pedes collocato, uim adhibebimus, uel continendo, & a superiori, uel inferiori parte attrahendo, uel in diuersa ducendo
B eaq; ratione impellemus, quæ reponendo articulo idonea fit. ubi in interiorem uel exteriorem partem conuertatur, adducemus: ubi in posteriorem, extrahemus. Quòd si in priorem partem articulus elabatur, in quo casu curuari extentum brachium nequit, homo supinus iaceat in uitiatam partem inclinatus, brachio super scamnum extento charchesius laqueus humero inijciatur, cuius capita super caput procedant, extremo item brachio in uicinia manus alius detur laqueus, qui æqualiter extendat, cuius capita deorsum attrahantur, item eadem uis adhibeatur, nempe retinaculis, & intentione a parte inferiori. Equidem satius duco in diuersa contendere, nam hoc ad articulum reponendum efficacius est, quàm si ab inferiori parte solummodo extendamus. oportet autem, cum abunde extenderimus, ad cōmode impellendum transire, premendo nimirum & circunducēdo, premendo quidem intentione adhuc manente, circunducendo, postquam remissa fuerit. Condito articulo, ut eius restituti certa indicia habeantur, experiri oportet naturales brachij actiones, flexum inquam & porrectionem, prçterea sitū in pronū habitum, ac supinum, quoniam, ubi huiusmodi actiones liberæ sint, perfecte restituti articuli fidem faciunt: possumus & conferentes cum altero cubito, num ex toto luxatum restituerimus, colligere quo perfecte restituto brachium commode ad rectum angulum curuetur, contineaturq; in sequentē curationem. Duo igitur brachij ossa, ubi suo loco mota sunt, his modis reuertuntur. sed potest seorsum
C utrunq; etiam offendi, cum cubitus erumpat, radius diducatur, quod nunc quoque explicabo. Læditur per se cubitus radio inuiolato: dehiscit seorsum radius, cubito in sua sede manente. utrumlibet horum ossium lædatur, ubi per hoc organum restituitur, humerus iniecto laqueo ad ligna, quæ axem super caput continent, alligatur, extremoq; brachio rursus laqueus circundatur, qui inæqualiter extendat, sicut Attollens, aut Nauticus, cuius capita deorsum demissa intendendi causa ad axis clauos uinciuntur. In circundando laqueo, qui inæqualiter extendit, id obseruatur, ut sinus super eam partem, quæ reponitur, capita super contrariam collocentur, siquidem laquei inæqualiter extendentes proprie illas partes magis cogunt, quibus eorum capita insident, minus uero contrarias. Ergo, cum brachium duobus ossibus contineatur, ubi alterum suo loco motum reponitur, cogere id potissimum expedit, & alterum, si fieri potest, non urgere. Intentione abunde adhibita, illi conueniunt impellendi modi, quos luxati genus postulat, siquidem cubitus in interiorem partem uenerit, utriusque manus digiti inter se iuncti ab exteriori parte radij eminentiam cubiti complectuntur, prominentioresque palmarum partes a latere dantur, ut his impellentibus quasi adducendo, os in suam sedem collocetur. At si cubitus ad posteriora radij proruperit, brachio aliquantisper curuato, eodem momento, quo ab inferiori parte extendimus, prominentiori palmæ parte premere debemus, ut os in suam sedem reponatur. hæc enim premendi
D ratio ad restituendum proprie aptatur. At, ubi radius in priorem partem recedat, extento brachio perinde agere conuenit, quasi utrunq; in eandem partem excesserit: adhibenda itaque uis est, & continendo, & ab inferiori parte extendendo, quo abunde facto duplex impulsus accommodatur, & qui premit, & qui circumducit, qui premit intentione manente, hac remissa, qui circumducit, ut ostensum iam est. Commune est utriusq;, ubi restituta fuerint, spectare, an brachium suo munere sine impedimento fungatur, curuetur nimirum, & extēdatur, & supinum, pronumq; figuretur, quæ actiones, si liberæ sint, ex toto restitutum esse testantur. quo facto brachium, in sequentem curationem ad rectum angulum collocētur.

A Charchesius laqueus humero iniectus, cuius capita sursum, ut retinacula sint adducuntur.

B Attollēs laqueus in uicinia manus, cuius capita ad ligna, quibus continetur axis, religantur.

C Medium duplicatæ habenæ ad brachium datæ.

D Capita duplicatæ habenæ religata ad axem, qui á pedibus est.



E

F

De manu. XXXIIII.

MAnus in quatuor partes prolabitur, in interiorem exteriorem, priorem, & posteriorem. Oportet, si in interiorem partem ueniat, supinam collocare, super scamnum homine similiter resupinato, pronam, si in reliquas tres partes elabatur: deinde Charchesium laqueum uel alium æqualiter extendentem brachio inijcere, & super sinum manus dare uectem transuersum, uel ferramentum, quo adurimus, ad palmam ipsam deligare eo uinculo, quod[Ad extremas partes] inscribitur: tum uectis uel ferramenti extremitatibus inijcere, uel medias habenas duplicatas, uel laqueorum inæqualiter extendentium sinus, deorsumq; demittere, atq; alterum laqueum æqualiter extendentem brachio circūponere, eiusque capita super caput adducta, ut retinacula sint, deuincire: quæ uero deorsum ferebantur capita extendendi causa ad axem, qui a pedibus est, religare, ut eius conuersione & contineamus, & ab inferiori parte extendamus. quam rem ubi satis præstitimus, conuenienter impellimus. Nunc autem maxime ad manum restituendam pertinet adhibito retinaculo, ab inferiori parte extendere: licebit præterea & sursum adducere, & in diuersa contendere. Neruis abunde diductis impulsus necessarij sunt, qui eam compellere in suum locum possint. quòd si in interiorem uel exteriorem partem exciderit, prominentiori parte palmæ, aut etiam calce superdato pressa ossa G coguntur, deinceps manus iuxta digitos huc atq; illuc agitur: sin in priorem uel posteriorem partē eruperit, utiliter adducendo impellimus.

De spina luxata. XXXV.

HIppocratis organum luxatis omnibus restituēdis accommodatur, sed præcipue spinæ, quæ, ubi gibba facta est, tunc maxime curari posse censetur, cum recens ex ictu uitium est. collocatur igitur homo pronus super scamnum, ut laquei capita e regione ad axem ferātur: circumdantur spinæ laquei duo æqualiter extendentes, unus supra gibbum locum, alter infra, aut quaterni ex ijs, qui inæqualiter extendunt, bini a superiori parte, totidem ab inferiori inter se aduersi inijciuntur, ut in opere de luxatis explicauimus. Vis neruis adhibetur potissimum in diuersa deducendo, interdum tamen continendo, & uel ab inferiori, uel a superiori parte extendendo. Intentione abunde adhibita, ille impulsus, quo premimus, accommodatur. Hippocrates uarios tradidit impellendi modos, & per prominētiorem palmæ partem, & per spatham premendo idoneam. Impulsus per huiusmodi spatham illis restituendi modis annumeratur, qui facile cōparantur. extremitas enim spathæ in fossam aliquam demittitur, uel in lignum excauatum. Nos, ut spathæ obex opponeretur, Hippocratis scamno .*. ferreum adiecimus, quod & extrahi & infigi posset, & spathæ rīderet, pertusumq; pluribus foraminibus esset, & in foramina crurum organi demitteretur. ut .*. pro gibbi magnitudine accommodaretur, spathaq; extrema in .*. coniecta, eius partem premendo accommodatam super gibbum dantes premendo impulimus. Alij duplicatæ habenæ medium organo subijcientes eandem spatham super locum iniectam premunt. Premendi modum in opere de articulis exquisitius indicauimus.



H

A A Laqueus æqualiter extendens ſupra gibbum, cuius capita recta ad axem feruntur.
B Laqueus ęqualiter extendens infra gibbum, cuius capita recta ad axē feruntur.
C Spatha.
D τ.ferreum.

De femore. XXXVI.

FEmut in quatuor partes promouetur, in interiorem, exteriorem, priorem, & poſteriorem: ſi in tres partes prolapſum eſt interiorem, exteriorem & priorem, crus extenſum eſt, implicariq; non poteſt: ſi in poſteriorem, curuum eſt, neque extenditur. Ergo, ſi in illas treis partes erumpat, in quas ubi uenit, crus extenſum eſt, reſupinato homine medium duplicatæ habenæ lana inuolutum inter anum & naturale demittendum eſt, capitaq; eius ſuper caput adducenda: ubi in alias partes uenerit, nullo interpoſito diſcrimine inter anum & naturale dari habena debet: ſed ea animaduerſione, ſi in interiorem partem exciderit, ut ad integrum ſemur magis ſpectet, ne femoris caput, cum extenditur, habena media detineatur, cuius capita uel ad axem alligentur, ubi in diuerſa contendimus, uel ad ligna, quibus axis, qui a capite eſt, cōtinetur: ubi & retinemus, & ab inferiori parte extendimus. Extremo autem femori prope genu Charcheſius laqueus inijciatur, eiusque capita deorſum demiſſa ad axis clauum uinciantur, ut eo conuerſo,
B & contineamus, & ab inferiori parte adducamus. Neruis, quantum res exigit, intentis ueniendum eſt ad impulſum.

De femore in interiorem partem prolapſo. XXXVII.

PRoprie autem ad ſemur in interiorem partē prolapſum excogitata ſunt ligna ad ſimilitudinem. τ. a lignis, quibus axis continetur, non abhorrentia. Vbi ergo femur in interiorem partem erumpens reſtituitur, æger in integrum latus uerſus iaceat, euulſoque priapiſco integrum crus propoſito ligno ſubiiciatur, alligeturque ad ſcamnum ita, ut immobile perſeueret, eademq; ratione & brachia, & reliquum corpus, crus autem uitiatum detur ſuper tranſuerſarium lignorum, quæ. τ. literam repræſentant, ita, ut trāſuerſarium inter anum & naturale collocetur. ſed extremo femori iuxta genu inijciatur laqueus, uel Carcheſius, uel alius, qui æqualiter extendat, eiuſque capita ad inferiorem axem demittantur. Super ipſum uero lignum. τ. literam repræſentans ſub crure, quod reſtituitur, detur ſpatha, quæ premendo aptatur, uel lignum ha
C bens in ſummo capitulum rotundum ac leniter cauum, ab interiori parte a ſummo crure ad imum pertinens. Quo facto, ubi reſtituere uolumus, axis conuertitur, cuius conuerſio ab inferiori parte extendit. poſtquam neruі abunde extenti fuerint ſpatha uel eo ligno, quod in ſummo capitulum habet, ſuper id lignum, quod. τ. literā refert, cum crure magna ui deorſum adducto, impulſus extrahendo adhibetur, poſt quem alius idoneus eſt, qui ſurſum uerſus compellit. quemadmodum diximus de humero in alam prolapſo.



A Poſtes. τ. literam repræſentantes.
B Tranſuerſarium.
C Charcheſius laqueus.
DD Lignum a ſuperiori parte cruris ad imum pertinēs.

De femore in poſteriorem partem prolapſo. XXXVIII.

VErum, ſi femur in poſteriorem partem elabatur, neque pronum, neque ſupinum hominem collocamus, ſed ſedentem, magis autem in integram coxam inclinatum. Homine ita figurato, duas prehendere habenas oportet, earumq; unam ſimplicem extendere, atque alteram duplicem demittere in mediam ſimplicem, & ſimplici quidem hominem cingere, duplicem a ſuperiori parte deorſum demittere, ab ea regione, quæ umbilico proxime ſubijcitur, ad eam, quæ inter anum & naturale eſt. & per anum ſurſum adducere, ut quatuor habenæ capita a poſteriori parte ad retinendum uinciantur. Retinaculis datis lata pars ſpathæ, quæ premendo accommodatur, coxæ ſupponatur, imoque femori iuxta genu laqueus inijciatur, qui æqualiter extendat, cuius capita ad inferiorem axem demittantur, ut eo conuerſo, & contineamus, & ab inferiori parte intendamus. Intentione ſatis adhibita, dum adhuc intendimus, caput femoris per ſpatham in exteriora propellatur, apertaq; manu æger reſupinetur, per hanc enim uim femur in ſuum locum compelletur. Repoſiti autem indicium erit, comparatio cum altero crure, & liberæ ipſius actiones. nam, ſi citra impedimentum complicari & extendi poteſt, ex toto intus eſſe conijciendum eſt.


De genu.

De genu. XXXIX. E

GEnu in tres partes prolabitur, interiorem,exteriorem, & poſteriorem. In omnibus his caſibus, crus extenſum eſt, & minime complicatur. Oportet, ſi in exteriorem partem prociderit, hominem extento crure ſuper ſcamnum collocare: tum duos laqueos æqualiter extendentes, cruri inijcere: alterum a ſuperiori parte ſuper femur, alterum infra genu: dein capita ſuperioris ſuper caput adducere, inferioris ad axem: neruosq; intendere, quemadmodum in reliquis articulis dictum eſt, ſiue retinaculis uſi ab inferiori uel ſuperiori parte intendamus, ſiue in diuerſa diducamus. Neruis abunde diductis, ſi in latus ab inferiori uel exteriori parte motum fuerit, ille impellendi modus conuenit, qui adducit: ſi in poſteriorem, & ille qui premit, & ille qui circunducit. quos impellendi modos, cum ſimiles illis ſint, qui ad cubitum traduntur, commode in hunc locum transferuntur.

De talo. XL.

TAlus modo in interiorem partem procidit, interdum in poſteriorem quoque conuertitur, in quas partes ubi uenerit, æque reſupinare hominem conuenit crure extento: ac cruri Charcheſium laqueum æqualiter extendentem circumponere, eiusque capita a poſteriori parte ad axem, qui ſupra caput eſt, adducere: talo autem draconem uel ſandalium laqueum inijcere, eiusq; capita ad inferiorem axem alligare, tuncq; membrum uel in diuerſa diducere, uel continere, & ab inferiori parte extendere. Neruis, quantum res poſtulat, diductis conuenienter impellere, ubi in interiorem uel exteriorem partem eruperit, retro cogendo, ubi in poſteriorem, extrahendo. nunc ſiquidem ob eum habitum impulſus extrahendo aptatur. De modis autem impellendi diligentius tractabimus in opere de luxatis.



F

G

A Charcheſius laqueus.
B Sandalius laqueus.

SEXTAE CLASSIS FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes ſunt Quaterniones, præter V. Duernionem.

VENETIIS,

Apud Vincentium Valgriſium.

M D L X I I.


GALENO ADSCRIPTI LIBRI.

Hoc volumine contineri uoluimus libros omnes, qui ad Galenum, sed falsò, referuntur. varia enim præcepta, atq; instituta ad omnes medicinæ partes accommodata, & uarijs ab auctoribus collecta hic suppetunt.

Quæ nos tum noua interpretatione, tum plerisq; correctionibus illustrauimus.

Qui autem libri huiusmodi sunt, procedens pagina declarabit.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

Apud Vincentium Valgrisium.

M D L X I I.

SPVRII LIBRI.

GAL. PARAPHRASTAE, *MENODOTI F. ORATIO, QVA* AD INGENVAS ARTES, ET DISCIPLINAS CAPESSENDAS HOMINES ADHORTATVR.

Io. Baptista Rasario, interprete.

ORATIONIS ARGVMENTVM.

Neque fortunæ, neque corporis, sed animi solum bona esse nobis exoptanda.

B *Hominem esse omnium artium, scientiarumque capacem: ac solum inter alia animantia rationis dici participem.* *Cap. I.*

VTRVM animantibus, quæ rationis expertia nominantur, nulla omnino sit tributa ratio, non plane constat. nam ut careant ea, quæ in uoce uersatur, quẽ sermonem uocant: certe eius, quæ in animo est, quam internam appellant, omne genus animantium, quanquam uel magis, uel minus, particeps fortasse fuerit. quantum uero hac ipsa ratione ceteris animãtibus homo præstet, ignorare nemo potest, qui magnum artium numerum, quas hoc animal pertractat, intueatur; solumque hominem, ad scientias percipiendas natum, quancunque uelit, artem perdiscere animaduertat. ceteras enim animantes fermè omnes paucis quibusdam exceptis, artis esse expertes cernimus: quæque artes colere uidentur, eæ natura potius, quàm consilio sunt eas consecutæ. at homo nullã artem, quæ in ceteris inesse putetur, negligendã censet; immo uero & araneã texendo imitatus est: &, more apũ multa fingit: & quanquam terrenum animal est, tamen natantium uim exercet: nec non diuinas artes excolit: quippe qui in medicina tum Ae-
C sculapium, tum Apollinem æmuletur: & hunc ipsum deum in ceteris artibus, quæ ei tributæ sunt, ut in arcu tractando, in musicis, in diuinatione imitetur: & illarum omnium, quæ singularum musarum propriæ sunt studia persequatur: cum neque geometriam, neque astronomiam a se reijciat: sed, ut est apud Pindarum, quicquid sub terra, & ultra cælum est, perscrutetur. est uero etiam industria & labore philosophiam adeptus: quo bono nullum maius, aut præstantius datum est mortalium generi deorum concessu, atque munere. ita fit, ut licet pars rationis in ceteris animantibus sit, homo tamen solus per excellentiam particeps rationis dicatur.

Fortunæ, ac Mercurij pictura, ex qua Fortunæ inconstantia, nequitiaque cognoscitur. *Cap. 2*

NOn ne igitur turpe est, quæ una res nobis est cum diis communicata, eam negligere, itaque artiũ studia contemnere, in aliarum rerum curam incumbere, seque fortunæ arbitrio committere? cuius cum indicare nequitiam ueteres uellent, eam siue pingerent, siue fingerent, fœminea specie eam exprimere non contenti (quanquam hoc satis esse ad ipsius significandam amentiam potuisset) ei etiã gubernaculum manibus habendum tribuerunt, globosamque pedibus basim subiecerunt: & oculis captam esse uoluerunt: ut his rebus omnibus illius declararent inconstantiam. quemadmodum igitur in naui tempestate uehementer iactata adeo, ut fluctibus obruatur, & periculum immineat, ne submerga-
D tur, eius gubernaculum cæco gubernatori male committeretur: sic, opinor, in hac uita, in qua maiora pleraque domus naufragia, quàm naues in mari faciunt, non fuerit recte intelligentis hominis, per huiusmodi rerũ discrimina se deę cęcę, atq; inconstanti cõmittere. ea.n. tam stupida, tamq; amens est, ut sæpenumero dignis hoĩbus pręteritis, indignos diuitiis cumulet: neq; tamẽ ijs certis ac firmis: sed quas eadem, qua dederit, ratione, adimat. hãc deã magna uis hominũ imperitorũ comitatur. ea nunquã permanet in uno & eodem statu, propterea quod basi est innixa uolubili, quę ipsam ducit ac rapit modo in præcipitẽ locũ, modo uero etiã in mare: ubi, qui eã sequebanť, cõi fato omnes intereunt. ipsa sola innocua euadit, atq; illos lugẽtes, ipsamq; tum cum nihil prodest, accusantes, irridet. atq; huiusmodi quidẽ sunt fortunæ opera. contra uero Mercurium, orationis parentem, omniumq; artium auctorem aspice, ut qui eum pingendũ, fingendumq; susceperunt, alia, quàm fortunam, forma cõdecorarint. iuuenis formosus est; non fucatus ille quidem, & comptus, sed ita, ut in eius forma uirtutis animi protinus eluceant. est enim hilari uultu, acribus oculis, basi innixus sic undique figuratæ, ut firmissima in sede, & minime omnium caduca considat. quadrata enim est, qua etiam forma hunc deum quãdoq; cohonestandum curant. eius etiam sodales, nõ secus, quàm ipsum ducem, quẽ nunquã, ut ceteri fortunã accusant, hilares, nec ab eo ulla in parte derelictos, neq; auulsos: sed perpetuo ipsum comitantes, ipsiusq; prouidentia perfruentes intueberis. ceterum fortunæ asseclas oẽs desides cernes, nullisq; artibus expolitos,

sed spe semper ductos, ut unà cum dea currente ipsi quoque cursum teneant, sed partim propius, par- E
tim longius: alij etiam de ipsius deæ manu pendeant. in his omnibus Cræsum, Lydum illum, ac Poly-
cratem samium conspicies: ac fortasse miraberis, quod alteri Pactolum auro fluentem, alteri marinos
etiam pisces inseruientes intueare. cernes cum ijs Cyrum, Priamum, & Dionysium, sed paulo post Po
lycratem cruci affixum, Cræsum in Cyri dominatu, Cyrum in aliorum esse potestate, Priamum cōstri-
ctum, & Dionysium Corinthi esse perspicies. si uero oculos in ceteros conijcias, qui currentem fortu-
nam sequuntur, non assequuntur tamen, magnum in gregē uniuersum odium habebis. ibi enim pleriq;
sunt populi concitatores, scorta, pueri meritorij, amicorum prodirores, itemque homicidæ, sepulcrorū
ꝑdatores, & fures, nec desunt, qui ne dijs quidem ipsis parcant, sed nefaria quoq; sacrilegia cōmittant.
Mercurij chorus omnes continet modestos, artibus perpolitos, nō currētes, nō uociferātes, nō inter se
contēdentes: sed deus ipse in medio est, oēsque circa ipsum ordine dispositi sunt. nec quisquā est, qui lo
cū ei a deo assignatū deserat. qui uero proxime ad deū accedūt, & circa ipsum in orbem sunt constitu-
ti, ij geometrę, arithmetici, philosophi, medici, astronomi, & grammatici sunt. hos deinceps alter cœ-
tus excipit: ij pictores sunt, quique artem fingendi statuas exercent, tum scribæ, fabri, architecti, & scul
ptores. post hos tertius ordo consequitur: qui alios omnes artifices complectitur. sic unicuique sua se-
des est attributa, omnes tamen in deum pariter intuentur, & communi eius imperio parēt. iam uero & F
apud ipsum deum multos uidebis, quos ille in quarto quodā electo ordine esse constitutos uoluit: non
tales sane, quales prope fortunam esse diximus: prop terea quod is deus non ex gestis in regenda rep.
honoribus, non ex generis nobilitate, non ex amplis fortunis solet hominum æstimare præstantiā: sed
eos denique, qui & bene uiuunt, & suis in artibus primas tenent, & dicto dei audientes sunt, & artes ita
ut par est, exercent, plurimi facit, ceteris anteponit, ac semper apud se esse censet. hūc cœtum si noscas,
ne tu non æmulaberis modo, sed etiam uenerabere. Socratem in eo, Homerum, Hippocratem, Plato-
nem, & qui hos uiros sequuntur, conspicies. quos æque, ac deos, colimus: ut pote qui præfecti quidam,
deiq; administri sint. ceterorum autem omnium nemo est, quem deus unquam despiciat: siquidem non
modo eorum, quos præsentes intuetur, curam gerit, sed etiam adest nauigantibus, atque itineris se co-
mitem præbet, sique nauim frāgant, eos non relinquit. Aristippus autem cum olim ita nauigaret, ut fra
cta naui in littora Syracusarum eiectus esset, primum bona esse spe cœpit, cum formā geometricam in
arena descriptam uideret: quod reputaret se ad Græcos, sapientesque homines, non ad barbaros, esse
delatum: deinde Syracusas accedens, ut in gymnasium peruenit, hosque uersus pronunciauit,

Quis hac die uagum accipiet Oedipum,
Eumque donis augebit pulcherrimis? G

reperit, qui sibi obuiam procederent, atque agnoscerent quisnam esset: ac statim omnibus rebus, qua-
rum indigens erat, condonarent. cum uero quidam in eius patriam Cyrenē essent nauigaturi, & ex eo
quærerent, uellet ne quidpiam ad suos familiares eius nomine deferri; præcipite, inquit, meis, eas pos-
sessiones parent, quæ enatare etiam cum possessoribus in naufragio possint.

Maius adhibendum esse studium, ut homines bonis artibus ornentur, quàm ut diuitijs onerentur: &
Demosthenis, ac Diogenis acuta uox in diuites imperitos. *Cap. 3.*

COmplures autem infelices sunt, qui cum omnia sua studia in diuitijs ponant, si eiusmodi casus in-
cidant, aurum & argentum corpori appendunt, & circumponunt, & cum ipso animum etiam per
dunt. ac ne id quidem possunt intelligere, a se ipsis in primis inter animantia rōnis expertia, magis dili
gi ea, quæ sint ornata artibus. nam & aptos pugnæ equos, & uenaticos canes ceteris anteponūt: ac ser-
uos artibus imbuendos curant, & in eam rem magnos sæpe sumptus faciunt: se uero ipsos despicatui
ducunt. num igitur turpe est, seruum æstimari quandoque decem denariorum millibus: dominū ipsius,
ne uno quidem? quid inquam, uno? immo uero ne si gratis quidem seruiturus sit, quenquam, a quo re- H
cipiatur, comperiet. an se ipsos solum è rebus omnibus despexerunt, cum artem nullā didicerint? cum
enim animantia rationis expertia studijs cum arte coniunctis erudiant, seruumque segnem, & artis ex
pertē nihili esse faciendū censeant, agros quoque diligēter colant, ceterasq; res curent, ut optimus sit,
quatenus earum natura fert, omnium status: se uero ipsos solos negligant, neque utrum animo præ-
diti sint, nec ne, intelligant: profecto planum est, eos esse seruis, atque ijs quidem abiectis, quàm simil-
limos. quocirca si in eiusmodi hominem incidas, hoc ei merito obijcies: domus tua, uir bone, recte se
habet, seruique omnes, & canes, & equi, & agri, & quę possides, omnia bono in statu sunt: tui ipsius nul
la cura habetur. recte igitur & Demosthenes, & Diogenes: quorum alter diuites, qui rudes sint, oues
aurei uelleris appellabat: alter fico in præcipiti loco sitæ eos comparabat: ut enim illius fructus non
homines, sed corui, graculiq; depascuntur: sic horum diuitiæ bonis ciuibus adiumento non sunt, sed ab
adulatoribus absumuntur. qui tamen si forte accidat, ut illi omnia consumant; si eis obuiam fiant, præ
tereunt; ac, ne se quidem eos cognoscere, dissimulant. quam ob rem non erit fortasse ineptus, qui hos
fontibus similes dixerit. nam qui prius ad fontes aquatum ire solebant, cum exhausta omnis aqua est,
illi abducta ueste eos permingunt. enimuero cōsentaneum est, quos nullæ aliæ res, nisi pecuniæ, cōmen
dabant, simulatque illis sint priuati, etiam ceteris rebus, quæ illarum beneficio eis suppetebant, destitui

quid

A quid enim cauſæ eſt,cur hoc non uſu ueniat,quando nullum proprium,atque ſuum bonum poſſideant, ſed alieni ſemper,& ijs,quæ fortuna tribuit,efferantur?

Aduerſus eos,qui generis nobilitatem oſtendunt:& ſuper ea re Themiſtoclis, & Anacharſidis Scythæ ſententia. Cap. 4.

HViuſmodi etiam ſunt,qui generis nobilitatem iactant,& ob eam cauſam magnos ſpiritus ſumũt. ij enim in ſumma paucitate ſuorum bonorum ad genus confugiunt. neque id adeo animaduertunt,generis nobilitatem,eam qua gloriantur,monetæ ſimilem eſſe,quæ in ea urbe,ubi cuditur,probata eſt,apud alias gentes adulterina habetur. quare uerum hoc eſt,

" Te non ad iſtud euexit decus genus.
" Nec me genus pauit,cum nil eſſet mihi.

Præclarus autem eſt,inquit Plato,theſaurus, parentum uirtus:ſed præſtantius eſt, poſſe illud Sthenei objicere:

" Lætamur,noſtros uirtute anteire parentes.

" Nam ſi quam generis ſplendor vtilitatem affert,eam ſolam affert denique,ut præclara maiorum exempla nobis ad imitandum proponamus:ne,ſi ab illis uirtutis gloria longe ſuperemur, hoc illis dolorem, B ſiquis modo eis ſenſus ineſt; nobis eo maius dedecus afferat,quo nobilitas illuſtriore ſita ſit loco. qui enim inſcij,ijdemq; obſcuro loco nati ſunt, hoc lucri faciunt, ut quales ſint, multos lateat: qui uero tam claro,tamque illuſtri ſunt genere,ut ne in hominum quidem uerſari ignoratione queant, quem in de alium fructum ferunt,niſi,ut miſeria circumuenti,magis cognoſcantur? adde, quod ſuo genere in dignos uehementius accuſamus,ac reprehendimus.quã ob rem ſi quis ſtupidus & bardus ſit qui ſplendore generis glorietur,is ſuauitia minus uenia digna eſſe declarat.neque enim tam accurate facta obſcurorum hominum,ut eorum qui ſummo loco ſunt nati,peruestigamus,atque expendimus: ſed illos licet mediocris ſit eorum uirtus,admittimus,& quod in eis deſideratur, ignobilitati adſcribimus: hos uero,ſi nihil maiorum ſuorum laudibus dignum in ſe habeant, quamuis ceteris omnibus ualde præſtent,nulla ex parte admiramur.quæ cum ita ſint,ſi quis ſatis ſanus ſit,is ad artes capeſſendas,atq; exercendas animum adiungat:quarum uſu hoc conſequatur,ut ſi nobilis ſit,nihil ſuo genere indignum faciat:ſi non ſit,ipſe ſuum genus illuſtret,ueterem illum Themiſtoclem imitatus,qui,cum ei neſcio quis ignobilitatem generis,ut probrum obieciſſet,fertur dixiſſe: ego,inquit, ero poſteris meis nobilitatis initium,meumque genus a me incipiet,tuum in te deſinet.uiden,ut nihil impedimento ſit, quo minus Anacharſida Scytham,licet genere barbarum,homines admirenrur,ac ſapientẽ uocent? is cum olim C ei quiſpiam contumeliæ loco patriam barbaram,& Scythiam obieciſſet,mihi inquit, patria dedecori eſt,tu patriæ.accommodate nimirum nullius pretij hominem, ſolum patriæ ſplendore exultantem,perſtrinxit.etenim ſi res ipſas diligenter perſpicias,non iam ciues ex urbibus nobilitatos, ſed contra potius,urbes e præclaris ſuorum ciuium factis,& artibus ingenuis illuſtratas, ac celebratas comperies. nam quæ tandem de ſtagiris haberetur oratio,niſi Ariſtoteles eam urbem e tenebris in lucem euocaſſet? quis ſolos memoraret,niſi in eis Arati,Chryſippique uirtus, quaſi lumen aliquod eluxiſſet? unde autem Athenarum gloria tam longe, lateque uagata propagata eſt? non ſoli fœcunditate, quod ſatis tenue eſt; ſed laudibus uirorum,qui plurimi, & præſtantiſſimi in ea urbe nati ſuam ſunt patriæ gloriam impertiti. id autẽ ex omni parte uerum eſſe intelliges,ſi ueniat tibi Hyperboli,& Cleonis in mentem, qui tantum fructum ab Athenarum nobilitate tulerunt, quantus ſatis eſſet, ut eorum uitia nota omnibus eſſent, atque illuſtria.

" Olim ſuem dixit genus Bœotium, ut eſt apud Pindarum. qui etiam ita ſcripſit,
" Bœotiam ſi nos cauebimus ſuem. quod exiſtimaret totius fere gentis illius maculam,quam ex opinione inſcitiæ ſuſceperat,poſſe ſuo poemate,ſuiſque carminibus delere.

Formam corporis,niſi artibus exculta ſit,non eſſe flocci faciendam. Cap. 5.

D LAudibus igitur ornandus eſt,qui Athenis legem tulit,ne quis patrem aleret,qui filium artibus eru diendum non curaſſet.cum enim eo potiſſimum tempore perdiſcere artes oporteat,quo formoſiſſima noſtra corpora ſunt;pleriſque accidit,ut cum ſe egregia eſſe forma perſpiciant,omnem animi curam abijciant.poſtea uero fruſtra dicant,utinam forma,quę me perdidit,male pereat.ac tum illud Solonis,quod iubet,nihil magis eſſe ſpectandum,quàm uitæ finem,eorum animis obuerſatur.deinde ſenectutem accuſant,cum ſe ipſos debeant: & Euripidem commendant,qui monet,non eſſe temperantis, formam ſupra,quàm mediocrem expetere. præſtat igitur adoleſcentes noſſe,ſuam formam eſſe uernis floribus ſimilem,& quæ breuem ſit uoluptatem allatura: & Lesbiam eſſe laudandam,cum ait,

" Qui forma præſtat,pulcher eſt,dum cernitur:
" Sed qui probus eſt, nunquam formoſus non erit.

Eſtque parendum Soloni,cuius eſt eadem ſententia.& contra ſenectutem,quæ non ſolum indumenta, & ueſtimenta,& domicilium accommodatum, ſed alia etiam innumerabilia requirit, tanquam aduerſus ſæuam tempeſtatem imminentem ſe inſtruere quiſque debet: ut bonus gubernator,qui ſe multo ante procellam parat. ſiquidem miſerum illud eſt,

Cognouit factum demens. nam quam ad rem eſſe utilem rudis adoleſcentis pulchritudinem dicas? an ad bellum? immo potius ſcite in huiuſmodi adoleſcentes illud dixeris.

Sint modo coniugij tibi dulcia munera cordi. E
Aedes ingredere, atque tuas ibi suscipe partes. & illud de Nireo.
Iuerat iliacas uir formosissimus arces,
Verum mollis erat.

quod in causa fuit, ut poeta semel modo eius mentionem in nauibus Græcorum numerãdis fecerit, ut indicaret, mea quidem sententia, pulcherrimos homines inutiles esse, cum nullam rem aliam ad uitæ usus necessariam adiunctam habeant. nec uero ad diuitias parandas aptã est pulchritudo, ut miseri quidam audent dicere. quæstus enim libero homine dignus laudabilisque, & firmus ab artibus proficisci solet: qui uero ætatis flore, formaque colligitur, & turpis est, & perpetuo uituperandus. debet igitur adolescens ueteri illi præcepto parere, ut suam in speculo formam contempletur: si egregia sit, det operam, ut talis quoque animus reddatur; quod turpe censeat, formosum corpus esse deformis animi domicilium: sin corporis speciem turpem intueatur, eo maiore studio animum uirtutibus excolat, ut canere illud Homericum possit:

Est alius, nulla exornat quem gratia formæ,
Eloquio at suaui decorat deus: huncque tuentur
Læti omnes, tenero conspersus dum ora rubore
Commotos dictis animos regit: omnibus unus F
Excellit, uertitque omnes, quocunque uoluntas.
Dumque urbe incedit media, sibi quisque uidetur
Inspexisse deum.

ex his omnibus plane perspicuum cunctis est, nisi qui omnino dementes sint, neque nobilitatis, neque diuitiarum, neque pulchritudinis fiducia, artes esse contemnendas. atque hæc quidem satis esse possunt. uerum fuerit fortasse melius, illud Diogenis, tãquam epodum laudabilem, hic subiungere. is conuiuio exceptus a quodam, qui res suas omnes diligenter apparauerat, suique solius nullam penitus curã gesserat, excreans, omnem in partem circumspexit, quo conspueret. tandem ceteris rebus parcens, dominum domus consputauit. cumque ille indignaretur, & causam exquireret, tum Diogenes, nihil inquit, in tota domo æque, ac te ipsum esse neglectum uideo. nam & parietes omnes pulcherrimis sunt picturis ornati: & pauimentum lapillis pretiosis extructum, in quo deorum imagines ex ipsis confictæ, & conformatæ uisuntur: & suppellex omnis nitida atq; pura: lecti & fulcra miro artificio elaborata sunt: te solum ego neglectum intueor. est autem hoc in more omnium hominum positum, ut abiectissima loca deligant, quo expuant. cauete igitur adolescentes, ne eiusmodi sitis, ut uos ceteri consputandos censeant: ne ue cetera omnia uobis esse† pulcherrima uideantur. quanquam raro usu uenit, ut unus idemq; G hæc omnia, nobilitatem, diuitias, formamque simul consequatur: tamen si unquam contigerit, scitote graue esse, uos solos, ceteris rebus omnibus exceptis, dignos haberi, quos homines consputent.

† Si legas, pulchriora, feceris fortasse ad sententiam accõmodatius.

Athletarum institutum esse inutile, ac perniciosum. & bonorum diuisio. Cap. 6.

AGite igitur filij, qui orationem meam audiuistis, in studium artium diligenter incumbite, & cauete ne fallax uir, aut ueterator præstigijs quibusdam animum uestrum perstringat, uobis ut persuadeat, ut prauæ, aut inanis artis studia amplectamini. illudque uobis exploratum sit, quæcunque instituta ad uitæ usum non pertinent, eorum nullam artem esse. atque in ceteris ego plane arbitror hoc uobis esse cognitum, nullam artem uersari, ut in tesseris iaciendis, ut in studio super tenues funiculos ambulandi, aut se se raptim in orbem conuoluendi, ut tenebræ fere oculis offundantur: qualia fuere Myrmecidis Atheniensis, & Callistrati Lacedæmonij instituta. at in solo studio athletarum, quod uires corporis pollicetur, & popularem gloriã aucupatur: suspicor, ne, cum athletæ quotidie apud maiores nostros argenteis donis publice cohonestarentur, & eodem in pretio, quo uiri in re militari præstantissimi, haberentur: aliquem adolescentem in fraudem impellat sic, ut aliquibus ipsum artibus anteponat. quam ob rem præstat hoc ante diligenter considerare: siquidem facile quisque fallitur in ijs rebus, quas non ac- H curate perpendit. hominum igitur genus, ô filij, partim cum dijs, partim cum brutis animantibus cõmunione coniunctum est: cum dijs, quod rationis sit particeps: cũ brutis, quod mortale existat. itaque melius est, ut electa præstantiore communionis parte, in studia bonarum artium incumbatis: quas consecuti, maximum bonorum omnium adepti eritis. siu secus, deteriores inertissimis beluis esse non pudebit. athletarum uero studium qui sequitur, id nisi consequatur, turpissimum est: si consequatur, non est tamen beluis præstantior. ecquis enim est leonibus, aut elephantis fortior? ecquis lepore celerior? sed quem etiam præterit, uel deos ipsos nullam aliam ob rem, nisi propter artes, ornari laudibus? aut hominibus præstantissimis diuinos honores esse habitos, non quod recte in certaminibus, currerent, aut discum proijcerent, aut luctam exercerent: sed quod præclaris artibus de humano genere optime mererentur? atq; Aesculapium quidem, & Liberum patrem, siue homines prius fuerint, siue dij sint ab initio procreati, maximis honoribus afficimus: unum, quod medicinam; alterum, quod colendæ uitis artem nos docuerit. qua in re si adhibere mihi fidem nolis, dei certe Pythij te moueat auctoritas. is enim & Socratem omnium mortalium sapientissimum esse dixit, & Lycurgum his uersibus est affatus:

Tu mea, tu inuisis gratissime templa Lycurge:
Cælicolum quem cœtus amat, quem Iupiter ipse.

» A Te ne deum dicam? an mortali corpore natum?
» Crediderim at potius numen, te magne Licurge.

hic ipſe deus Archilochum poetam, iam mortuum, nō mediocri proſecutus honore uidetur. eius enim percuſſorem, qui ingredi in templum uolebat, deterruit hoc uerſu:

Eſto procul templo, pollutus ſanguine uatis.

tu uero contra, mihi narrato, quæ deorum cum athletis unquam fuerint colloquia: ſed cum nō habeas, quæ proferas, nihil profecto memorabis. fortaſſe aūt hunc deū, quaſi teſtē non fide dignū reijcies. id.n. uideris indicare, quādo uerba uulgi, teſtimonia putas, & e uulgo laudem quæris. & tamē certo ſcio, ſi in morbum incidas, non te eſſe uulgo uitam tuam commiſſurum, ſed paucis, iiſque artis medicæ peritiſſimis, quos ex oībus delegeris. neq; etiā ſi nauiges, oībus te nauiculatoribus, ſed uni gubernatori cōmendabis. idē in minimis rebus facies denique: ſi fabrefactū quid tractet, fabro: ſi de calceis agaſ, cerdoni credes. cur igitur, cū de ijs, quæ in rebus primas tenent, agatur, tibi iudiciū arrogas, uiros te multo ſapientiores reijcis? ſed ut miſſos in præſentia deos faciam, audi quid Euripides de athletis ſentiat:

» Cum Græciam mala innumera inuaſerint:
» Nullum athletarum eſt natione grauius.
» B Primum ij ſuam rem bene gerere † neſciunt:
» † Nec, ſi uelint, queunt: nam qui aliquis deditus
» Gulæ, atque uentri ſeruiens cogat opes,
» Alat unde ſuam familiam liberaliter?
» Nec miſerę poſſunt paupertatis onera
» Perferre, duriſque obſecundare uicibus.
» Fortunæ. prauis etenim imbuti moribus
» In deſperatis cuncta habent, & perditis.

† μανθάνουσιν est legendū in G.L.

† In græ. lib. legendū eſt, οὔτ᾽ ἂν δύναιντο. ſic n. eſt apud Athenæum.

quam porro inutilem omnem athletarum exercitationem eſſe dixerit, audi deinceps, ſi lubet:

» Quis ſeu palęſtra decertat, ſeu curſibus,
» Seu diſco ferit æthera, ſeu crudo cædere
» Cæſtu peritus eſt malas, ſi tempora
» Circum ſua recens corona fulſerit:
» Patrijs poterit contentus eſſe laribus?

ſi uero etiam his minutiora deſideras, audi quæ ſequuntur, cum ait:

» C Num cum hoſtibus pugnabunt, dum diſcum tenent?
» Graminea aut curſu dum tranſmittunt æquora,
» Clypeis tecti, procul patriæ mœnibus,
» Inſtructa urbem euertere, fugabunt agmina?
» Non nonnulla hæc ſunt, cum ferro decernitur.

an uero Euripides, cetérique huius generis contemnēdi ſunt, iudiciumq; eſt philoſophis deferendū? hi enim uno ore omnes & uitioſum & nullius pretij eſſe athletarum inſtitutum atteſtantur. ſed nec medicus quiſquam, a quo laudatum ſit, inuentus eſt. atq; in primis audi Hippocratis ſententiam, † affectio inquit, athletarum non naturalis eſt: habitus uero ſalubris eſt melior. idem optimi medici omnes, qui poſt ipſum fuere, comprobarunt. uerum nolebam hāc rem teſtium fide pertractari: quod hoc oratoris ſit potius, quàm hominis ueritatem colentis: quia tamen aliqui ad uulgi laudem confugiunt, & popularem gloriam, ac uanam aucupantur, nec curant conſiderare, quale hoc ſtudium ſit, rebus externis nudatum, ideo teſtes quoque afferre coactus ſum, ut illi ne in hac quidem parte ſe nobis eſſe præſtantiores intelligant. quocirca illud Phrynæ eſſe opportunum uidetur, quod recenſeam. hęc cum olim in conuiuio eſſet, ac talis eſſet ludus inſtitutus, ut unuſquiſque uiciſſim conuiuis, quicquid collibuiſſet, impe-D raret: uideret autem cæteras mulieres anchuſa, ceruſſa, fucoque comptas, afferri aquam iuſſit: eamque manibus hauſtam ſibi fœminam quanq; ad faciem admouere: ſtatimque linteo abſtergere. idque hoc ipſa princeps fecit. ceterarum omnium fœminarum faciem maculis plenam continuo conſpexiſſes, ut laruas uidere uidereris: ipſam uero formoſiorē uiſam eſſe: propterea quod ſola erat ſuapte natura pulchra, ac nulla arte excompta, nulloque fuco illita, & imbuta. quemadmodum igitur uera forma per ſe ſola accurate expenditur, detractis rebus omnibus aduentitijs: ita par eſt, athletarum ſtudium per ſe ſolum expendere: & utrum ullum commodum publicum reip. an priuatum athletis ipſis afferat, intueri. bona autem, quæ in rerum natura ſunt, quædam animi, quædam corporis, quædam externa cenſentur: præter hæc nullum aliud bonorum genus excogitari poteſt. ac bonorum animi, ne per ſomnium quidem participes eſſe athletas, conſtat inter omnes. in primis enim neque utrum animum habeant, ſatis norunt: tantum abeſt, ut eſſe cum ratione præditum ſciant. nam cum carnis & ſanguinis mole ſe ſemper onerēt, animum quaſi amplo in cœno obruptū, atq; extinctū tenēt: ut nihil iā reconditū queat intelligere, ſed ſtupidus modo animantiū rationis expertiū iaceat. fortaſſe aūt controuerſabūtur, ſe q; alicuius boni, quod corpus attingat, eſſe auctores contēdent: ſed quod nam hoc eſt? an bona ualetudo, quæ in eo gñe bonorū pſtātiſſima eſt? imo uero, ſi Hippoc. fidē habeas, neminē cōperies in piculoſiore corporis affectione cōſtitutū. ipſe.n. ſcriptū reliquit, bonū habitū, qui ad ſummū gradū peruenerit, quēq;

† Alibi legitur, Affectiōe athletarum non naturali habitus ſalubris eſt melior.

isti propositum habent, esse periculosum. iam illud quoque, bonæ ualetudinis studium in eo positū esse, E ut cibos ad satietatem ne ingeras, & in rebus omnibus ne segnis sis, cū est ab Hippocrate recte dictū, tum uero ab omnibus commendatum. athletæ uero contra faciunt: quippe qui nimio labore corpus fatigent, nimioque cibo expleant: & ad summum quicquid senex ille commonuit, bacchantium more insanientes despiciant. ille enim cum salubrem uictus rationem nobis præscriberet, ita monuit: labores, cibi, potius, somni, res ueneræ, moderata omnia. at hi quotidie supra, quàm par sit, laboribus exercentur: cibos persæpe ui adacta ingerunt ut ad mediam usque noctem conuiuia producant: ut aliquis in eos merito hæc torqueat.

Dij reliqui, atque homines septi fulgentibus armis,
Nocte leui tota resoluti membra sopore
Incumbnnt stratis. insomnes ducere noctes
At miseri athletæ coguntur.

somni autem modus ceteris, quæ in eorum uita geruntur, proportione respondet. nam cum ij, qui conuenienter naturæ uiuunt, opera dimittunt, & ad cibum sumendum se conferunt, tunc illi e somno excitati exurgunt; ut ipsorum uita a porcorum uictu nihil differre uideatur; nisi quod porci neque immodicis se laboribus macerant, neque se se per uim explent; quod athletæ faciunt: & præterea eorum tergo F ra rhododaphnis quandoq; cæduntur. iam uero ad ea, quæ paulo ante ex Hippocratis sententia attulimus, hoc accidit etiam eiusdem senis præceptum, multum inquit, ac repente implere, aut uacuare: calfacere, aut refrigerare: aut alio quouis modo corpus mouere, periculosum. quicquid enim, inquit, † nimium est, id est naturæ inimicum. athletæ uero cum hæc non intelligunt, tum cetera, quæ sunt ab ipso conscripta diuinitus, contemnunt, & omnia a salubris uictus ratione abhorrentia efficiunt. quam ob rē illorum ego institutum non sanitaris, sed morbi potius studium appellarim: quod censere etiam Hippocratem puto, cum air, affectio athletica non naturalis est: habitus uero salubris est melior. quibus sane uerbis non solum illorum institutum non esse naturale, significauit, sed ne habitum quidem illorū affectionem appellanir, ut eo nomine illos priuaret, quod corpori uere sano antiqui omnes tribuerunt. habitus enim est affectio quædam permanens, quęq; difficulter immutatur. at bonus athletarum habitus, qui ad summum gradum peruenit, periculosus est, & commutari facile potest. nam & incrementum capere nequit, siquidem ad summum est perductus, & manere in eodem statu non potest, nec quiescere: reliquum igitur est, ut in deterius uergat. corporę igitur ita affecto sunt, dum in certaminibus uersantur. cum cessanr, deterius mulro afficiuntur. nam alij paulo post moriuntur, alij, ut plus ætate procedāt, ad senectutem tamen non perueniunt: siq; eam quandoq; attigerint, tamen a Litis Homeri nihil differ G re uidebuntur: siquidem facti erunr,

Clandi, rugosi, cernentes lumine limo.

quemadmodum enim muri, qui concussi a machinis sint, quouis accepto incommodo corruunt, neque terræmotum, neq; alium † leuiorem ferre casum possunt: sic athletarū corpora crebris plagis suo in studio debilitata, ruptaque & languida effecta, a quauis uel leui occasione facile læduntur. oculi enim sæpenumero excauati cum uires corporis obsistere amplius non possunt, fluore implentur. dentes, quos sæpe ante concussos uires tractu temporis deficiunt, facile decidunr. iam distorti articuli, ac debilitati nullam externam uim ferre queunt: † & quicquid ruptum, & cōuulsum sit, facile mouetur. quare, si corporis ualetudinem attendas, nullum aliud hominum genus esse athletis miserius, perspicuum erit. proinde dicet quispiam, eos rite hoc nomen inuenisse, ut athletæ dicantur, quod ἄθλιοι hoc est miseri sint, uel ut athletæ & ἄθλιοι ἀπὸ τῆς ἀθλιότητος, id est a miseria, tanquam communi fonte quodam nomen hausetint. nunc uero cum de eo bono corporis, quod est omnium maximum disseruerimus, ad cetera eiusdē generis bona transeamus. pulchritudinis igitur ea in illis ratio est: ut non modo ullum adiumentum ab athletico studio naturæ non afferatur: sed etiam plures eorum, quorum erat prius satis apta conformatio membrorum, ab exercitoribus acceptos, saginatos, & mole carnis conuestitos, sanguineq: auctos H contrariam in formam adductos conspicias. nonnullis uero, præsertim qui pancratio, uel cæstu decertant, faciem omnino deformem, ac uisu horribilem uidebis. cum uero membrum aliquod ex toto abruptum, aut distortum sit, aut effossi oculi, tunc opinor, tunc inquam uel maxime pulchritudo, quæ ex athletico studio comparatur, euidenter cernitur. ac sic quidem res, ipsis adhuc sanis, ad parandam pulchritudinē successit. ubi uero studiū illud missū fecerint, tū deniq; cetera instrumēta sensuū, quæ in corpore erāt, pereūt: oīaq; mēbra, ut dicebā, distorta causam oīs deformitatis afferūt. sed fortassis athletæ nihil horū, quæ dicta sunt, sed robur sibi uindicabūt. hoc. n. sat scio, dicēt, se ea in re ceteris pstare oībus. at, dij immortales, quænā sunt eæ uires, & quā ad rē utiles? an ad agriculturā? egregie quidē admodum aut fodere, aut metere, aut aliud qnidpiam, quod ad agricolationē faciat, psit efficere. fortasse autē ad obeūda belli munera. hoc loco pete iterū ab Euripide testimoniū, quo laudes eorū celebrenē? ut cū ait,

Num cum hostibus pugnabunt, dum discum tenent?
Graminea aut &c.
Non non: nulla hæc sunt, cum ferro decernitur.

an uero ad frigus, & calorem sustinendum fortes sunt? ut Herculem illū æmulenē, qui una, eademque pelle & per æstatem & per hyemē tegebatur? ut sine calceis incedant? ut sub dio dormiant? ut humi cubent?

† multum.

† Legitur etiā βαρυτέραν .i. grauiorem.

† In quibusdā lib. legitur καὶ πρὸς πᾶν ῥῆγμα καὶ &c. i. et quæuis ruptio & conuulsio eos facile tentat.

A cubent? immo uero ad hæc omnia ſunt infantibus nuper in lucem editis imbecilliores. quid igitur reſtat, in quo ullum dent uitium ſuarum ſpecimen? aut quanam in re ſibi multum arrogant? non ſane eo, quod uel cerdones, uel ſabros, uel ædium ædificatores in palæſtra ſternere, aut ſtadio poſſint: ſed fortaſſe, quod totum diem ſeſe in puluere peruolutant. ſed hoc eſt etiam coturnicibus, ac perdicibus attributum: ſi quidem par eſt, ut gloria efferantur, quod totum ſe diem in luto proluant. at mehercule Milo ille Crotoniata immolatum taurum humeris impoſitum olim per totum ſtadium geſtauit. ó amentiam incredibilem, quando ne hoc quidem intelligunt, paulo ante cum taurus adhuc lucis uſura frueretur, illud pondus eſſe ab eius anima geſtatum, idque multo facilius, quàm à Milone: ut illa currere etiã ſub onere poſſet. quanquam ſi cum Milonis anima collata eſſet, nullius ſuiſſet plane pretij. ac certe finis ipſe, quàm demens Milo eſſet, declarauit. is cum iuuenem ligna per longitudinem cuneis adactis findentem conſpiceret, illum irridens a munere ſuo reiecit; atq; ipſe ſuas manus ſolus admouere auſus eſt, lignũ ut diuerſas in partes diuelleret. is in primo conatu totis uiribus exhauſtis adeo ligni partes utrinque diduxit, ut cunei exciderint: findere tamen reliquam ligni partem non potuit. itaque diu renixus, tandem uictus eſt, neque eripere manus ualuit: ſed eæ a ligni partibus recurrentibus uſque adeo contritæ ſunt, ut poſtea miſeram Miloni mortem afferrent. quam magno igitur ei adiumento fuit geſtatus

B in ſtadio mortuus taurus, ut nullo malo afficeretur? quàm egregie res Grecorum, dum cum barbaro bellum gererent, hic Milonis in tauro labor, & non Themiſtoclis ſapientia conſeruauit? qui primũ oraculi ſententiam rite intellexit, tum exercitum, ut par erat, duxit, & gubernauit. unum enim ſapientis cõſilium multorum ſuperat manus. inſcitia per ſe mala, iuncta armis eſt peior. quare iam a me declaratum intelligo, athletarum inſtitutum ad nullam rem, quæ uitam noſtram attingat, eſſe accommodatum. ſed neque ipſos ſibi exercitationibus, in quibus uerſantur, gloriam ullam comparare, intelligetis, ſi fabulam eam uobis narrem, quam non inelegans uir quidam his uerſibus expreſſit:

» Si uitæ ratio contigiſſet omnibus,
» Eadem Iouis ſententia animantibus;
» Nec ſolos homines certamen ad Olympicum
» Præco uocaret: ſed pariter ceteris
» Liceret ad palmam aſpirare animantibus;
» Eſſet relictum nil hominibus loci.
» Namque in * δολιχῷ equus ferret uictoriam:
» Leuis in curriculo palmam ferret lepus:
C » Atque in * διαύλῳ cunctis caprea excelleret.
» Sic omnis ablata foret ſpes hominibus,
» Nanciſci poſſe pedibus uictoriam;
» O uos celeres, qui exercetis certamina,
» At nullus elephanto, aut Leone cæſio
» Repertus eſt poſt Herculem ualentior.
» Cæſtu coronam, ut puto, taurus auferet.
» Si calcibus uilis aſellus contenderit,
» Sibi ſuperbus præmium popoſcerit.
» Proin, theſauro rerum, commendabitur
» Hiſtoriæ, Olympiade prima, & uigeſima
» Pancratio aſellum homines uiciſſe, & omnia
» Impleſſe circum lætis nemora ruditibus.

* i. lõgo curriculo.
* i. curriculo in orbem deflexo.

Hæc fabella eleganter admodum indicat uires athletarum non eſſe ad humana munera accommodatas. ac ſi athletę nihil præſtant ceteris animantibus robore, ecquod nam tandem erit bonum, quod ij

D ſibi uindicent? nam neque, ſi quis uoluptatem corporis in bonis ponat, eius illi ſunt participes, ſiue dũ certamina adhuc tractant, ſiue cum ceſſarint; ſiquidem cum adhuc ſtudium illud ſuum perſequuntur, in laboribus ac miſerijs ſunt occupati; nec modo ſe ſe exercent, ſed etiam ui cibis ſe explent. cum uero miſſis certaminibus quieſcunt, plurimis partibus corporis ſunt mutilis, ac decurtatis: iam uero ideo fortaſſe hac ſpecie ſibi multum tribuent, quod maximas congregent, amplaſque fortunas. immo uero uidere eſt eos omnes ære alieno obſtrictos, non modo dum in ſtudium illud ſuum incumbunt, ſed etiam dum in quiete uitam ducunt: neque ullum athletam uno quouis domus fortunati hominis magiſtro ditiorem comperies. quanquam hoc genere ſtudij diuitias comparare, non omnino laudi datur: ſed tum denique cum eiuſmodi artem didiceris, quæ etiam ſi nauem fregeris, enatare ſimul poſſit. quam ſane in ijs deſideramus, qui res diuitum procurant, itemque in publicanis, & mercatoribus: licet ex hoc potiſſimum ſtudij genere maximas illi opes comparent. at ſi pecunia pereat, ſimul etiam actiones pereunt: quod pecunijs ad eas exercendas opus ſit: propterea quod ſi ſors eos deficiat, priſtinam inſtaurare negociationem nullo modo poſſint. neque enim ſumere mutuum niſi oppoſitis pignoribus poſſunt. quam ob rem ſi quis certum, & non indignum facere quæſtum in animo habeat, ea illi ars exercenda eſt, quæ futura ſit uitæ æqualis. cum autem artium ſint duo prima genera, ut quædam ratione animoq; tractentur, ac liberales ſint: quædam ignobiles, quæ in labore corporis

ſunt

ſunt poſitæ,quas etiam ſordidas,& in manuum opera ſitas uocant: præſtiterit,ex primo genere aliquã E deligere,in qua tempus,atque operam ponas. nam quæ ſecundo genere continentur, eæ in ſenectute deſerere artifices ſolent.porrò primi generis ſunt,medicina,Rhetorica,Muſica,Geometria, Arithmetica,rationum ſubducendarum diſciplina,aſtronomia,grammatica,& legum cognitio, ad has, ſi lubet, adde pingẽdi,fingendiq; artem:quia licet utraque artificis manu tractetur,opera tamen inſtituta iuueniles uires non requirunt.ex hoc igitur genere deligenda adoleſcenti quædam eſt,niſi craſſo, hebetiq; admodum ingenio ſit,in qua ſe exerceat:præſertim uero medicinæ ſcientia, quæ mea quidem ſententia,(id quod deinceps oſtendam) eſt reliquarum omnium præſtantiſſima.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER
DE HISTORIA PHILOSOPHICA:
Io. Baptiſta Raſario, interprete.

Hic liber eſt totus fere ſumptus ex Plutarchi libris de placitis philoſophorum. F

Qualis ante Socratem philoſophia extiterit:quæ ab illo partes addita: & quid hoc in libro ſit auctori propoſitum.

QVI PRIMVM in philoſophiæ ſtudio ſunt uerſati, in eam ſolum partem, quæ de natura eſt,incubuerunt: eamque eſſe ſtudiorum ſuorum finem ſtatuerunt. exortus autem multis poſt annis Socrates illud ipſum percipi ab hominibus poſſe negauit: quod rerum abditarum certam nobis dari comprehenſionem, difficillimum exiſtimaret. hoc autem maius adiumentum eſſe mortalibus allaturum, ſi quomodo melius uitam traducamus,mala declinemus, bonaq; fere adſciſcamus, perueſtigaremus. quod cum ille utilius cenſeret, poſthabita philoſophiæ parte,quæ in naturæ contemplatione uerſatur, utpote quæ ad uitam degendam uſum non ferat,diſciplinam quandam excogitauit,qua quid bonum,quid malum,quid honeſtum,quid turpe,quid dignum honore,quidque indignum æſtimemus.ita enim fieri putabat,eos, qui hæc prius animo complexi eſſent,ab omnibus uitę incommodis liberos fore.quamobrem ad phi- G loſophiam acceſſit ea pars,quæ pertinet ad mores:in qua totum conſilium eorum,qui optimam uiuendi rationem delegerunt eſſe poſitum cenſuit.cumque intelligeret,opus eſſe,ut qui eſſent his rebus animum adhibituri,etiam aſſentirentur;idque ſe eſſe conſecuturum,ſi † ſe dialecticis rationibus cum ijs, quibus cum diſſerebat,recte uti oſtendiſſet.dialecticam facultatem,qua omnia plene perſuadeas, excogitauit:ſiquidem eius inducti rationibus res noxias declinemus,ad eas uero animum adiũgamus, quibus,ut perpetuo proſint,eſt natura comparatum.quæ res fecit,ut auctore Socrate philoſophia,quæ ad eum uſque diem in naturæ ſolum poſita cognitione uidebatur,tres ſit partes conſecuta. Nobis autem hæc erant prædicenda,ut ab ipſa origine exorſi de philoſophia loqueremur.ceterũ de ea diſſerere propoſitum nobis eſt,non quia proprium quidquam afferamus,ſed ut quæ † ueteres monimentis literarũ conſignarunt,perſpicue,breuiterq; explicemus:ut qui diſciplinarum in ſtudijs uerſari uolunt,ſi hęc noſtra prius legerint,nullum inſuper interpretem requirant: ſed quidquid dictũ erit,ipſi per ſe conſequãtur.id autem fiet commodius,ſi ſophiſticas,& nimis comptas diſſerendi rationes miſſas faciemus:quãdo non hæc conſcribere inſtituimus, oſtentationis gratia; ſed ut eos adiuuaremus, qui e philoſophiæ ſtudio aliquam ſumere utilitatem ſibi propoſuerint:quique non ſolum philoſophos eos ducãt,qui ſordidum palliolum geſtent,ſed eos etiam,qui eadem,qua ceteri homines,ueſte utantur,modo animo eſ- H ſe conentur,philoſophia quàm digniſſimo. nunc autem & quæ a doctoribus meis audiui, & quæ ipſe ſum lectione conſecutus,unum in uolumen plane redigam:ut ex ijs omnibus quiſque percipiat, & unde philoſophia primum in Gręciam peruenerit:& qui eam in illam prouinciam introduxerint: & qui in eius ſtudio præſtare ceteris uideantur.

† Sic habetur in Græcis libris:ſed ſi dixeris,ſi iis, cũ quibus diſſereret,ea uere probare uiſus eſſet,dialecticã &c. erit fortaſſe melius. † Legitur etiã περὶ πρωτης id eſt, de prima parte philoſophiæ: quod non placet propter ſequentia.

De philoſophia inuentione,deq; ſucceſſione,& ſectis philoſophorum.

THales igitur Mileſius, ut quamplurimi exiſtimant,philoſophandi rationem in Ioniam introduxit: proinde eius temporis ſapientiam,Ionicam omnes nominant. Anaximander eius ſodalis in eodem eſt philoſophiæ genere uerſatus. poſtea uero Anaximenem ipſius inſtituti ſucceſſorem reliquit: cuius fuit auditor Anaxagoras.hic autem relicta Mileto Athenas profectus eſt: atque ibi Archelaum Athenienſem primum ad philoſophiæ ſtudium eſt cohortatus:eum audiuit Socrates,is,qui cauſam attulit,cur & qui tunc erant homines,& qui poſtea extiterunt,puro & recto animo philoſophiæ darent operam:& quicunque ad ipſum acceſſiſſent,ita a ſe dimittebat,ut omnes fere philoſophandi cupiditate arderent.& quanquam Socratici multi fuerint,tamen nunc illorum modo facienda mentio eſt, qui ſunt a Socrate diſciplinæ ſuæ ſucceſſores inſtituiti.eorum omnium fuit longe princeps Plato:& , ut ita dicam,ſolus inuidia ſuperata,ſocraticus dictus eſt.itaque ex doctrina nobilis & clarus ueteris academiæ

A miæ princeps fuit. Speuſippus ad exigui quidem ſpatium temporis eãdem ſectam defendit, ſed cum in morbum articulorum cecidiſſet, Xenocratem reliquit, qui decreta Platonis explicaret. hunc ſecutus eſt Polemo, qui & ipſe in Platonis philoſophia permanſit, & Cratem inſtituit, in quo uetus academia deſijt. Arceſilas enim, qui Cratis auditor fuerat, mediam academiam inuenit, hocque excogitauit, ut aſſertionem ſuſtineret. huic ſucceſſit Carneades, qui nouæ academiæ fundamenta iecit, atque in eius inſtitutis Clitomachus permanſit. poſt omnes has, duæ nouiſſimæ academiæ fuerunt, quarum priori Philo, poſteriori præfuit Antiochus. cumque Socratici admodum multi extiterint, † Antiſthenem ego multis parem, nullo inferiorem cenſeo. is cynicam philoſophiam ſecutus, conuenienter illi uitam traduxit: eius æmulus Diogenes eodem ſtudio delectatus eſt. huius auditor Zeno Citieus ſtoicam philoſophiam adinuenit: eoq; doctore Cleanthes uſus eſt, quem poſtea Chryſippus audiuit: qui eandem ſectam adamauit: eamq; excepit eius auditor Diogenes Babylonius, is, qui Antipatrũ docuit: a quo Poſſidonium eſſe inſtitutum accepimus. Ariſtippus autem Cyrenaicus doctrinæ Socraticæ auditor Cyrenaicam Philoſophiam nobis reliquit. Iam uero nec Megaricorum diſſerendi rationem quiſquam iure contempſerit. eam inuexit Euclides Megaricus, a quo diſciplinam accepit Stilpo, nec cuiquam eorũ, qui Socratem audierunt, acumine ingenij cedit. Stilponẽ uero Menedemus Eretrenſis audiuit, a quo
B eretriaca philoſophia manauit. Phædonem autem Elienſem inter ſocraticos unum e primis eſſe habitum nemo ignorat. eius inſtituta ſecutus Anaxarchus Abderita Pyrrhonem ſcepticæ ſectæ auctorem docuit. Ariſtoteles cum diu Platonis decreta tenuiſſet, animum ad alia conuertit. cuius ſcholam, ac diſciplinam Theophraſtus excepit. is Stratonem auditorem habuit: qui peculiari quadam ratione de rerum natura diſſeruit. Poſt hos exortus Epicurus, contempta, ut quibuſdam placet, philoſophica grauitate, ad quoddam uitæ genus, philoſophis claris & præſtantibus nõ probatum deflexit. eius frequẽs auditor Metrodorus fuit, itemq; Hermachus, qui illi ſucceſſit. Summa autem genera philoſophorum duo ſunt: alij Italici dicti ſunt, quorum Pythagoras inuentor fuit: alij Ionici, qui Eleæ floruerunt ſub auctore Xenophane Colophonio, cuius inſtitutum in dubitatione potius, quàm in rei alicuius aſſertione fuiſſe pleriq; commemorant. huius decreta probata ſunt Meliſſo, atque Parmenidi: quem rerum abditarum cognitione præſtitiſſe ſatis conſtat. Zeno Eleates contentioſæ philoſophiæ auctor fuiſſe perhibetur. hunc audiuit Abderita Leucippus, qui primus atomos inuenit. Democritus illius doctrina inſtitutus, eandem ſententiam maioribus confirmauit argumentis. Democriti uero auditor Protagoras Abderita fuit, qui primus artem dicendi cum philoſophia coniunxit.

†Libri Græci corrupti hoc loco ſunt.

Sectarum nomina, unde ſint ducta.

C PHiloſophia uel ab auctore nomen accepit, ut Epicurea: uel ex fine, atque ſententia, ut beata: ſiquidem Anaxarchus philoſophiæ, in qua ſui temporis homines uerſabantur, finem eſſe beatitudinem ſenſit: uel ab actione, ut peripatetica. cum enim Ariſtoteles in congreſſionibus ſuorum familiarium doceret inambulans in Lyceo, hoc cognomine ſuam philoſophiam nominari, cenſuit oportere: uel a ratione occurrẽdi: ut Cynica, dialectica. alia a loco, ut ſtoica, & academica. uel ab affectione, ut ſceptica. uel ab auctore, patria, & fine, ut quam Ariſtippus introduxit, ab eius nomine, Ariſtippica: a patria, Cyrenaica, a fine uoluptaria dicta eſt. plerique tamen uoluptatem illam eſſe philoſophiæ finem ab Ariſtippo dictam uolunt, non quæ illecebris quibuſdam titillet ſenſus, ſed quietum animi ſtatum, qui nullis perturbationibus moueatur.

Ordo partium philoſophiæ, eiuſque definitio.

PArtem, quæ in diſſerendi ratione uerſatur præponi cæteris oportere philoſophi poſteriores iudicarunt: quod exiſtimarent, eum, qui ſedulo in ſtudia philoſophiæ uellet incũbere, non prius ad alias partes adiungere animum, quàm diſſerendi artem, & quid quicque ſit, quid conſequens, quidque repugnans, cognouiſſet. ceterum philoſophiam quidam eſſe facultatem cognoſcendi, & optimam uitam cõmoſtrandi dixerunt: optimam uero eſſe uitam eam, quæ ex uirtute ſit. alij hac definitione ipſam expli-
D carunt, ut ſit exercitatio artis ad optimam uitam neceſſariæ: ſiquidem omnes philoſophiam eſſe exercitationem: artem uero ſapientiam, quæ eſt diuinarum, humanarumq; rerum comprehenſio cenſuerunt. alij putarunt, eam potius eſſe habitum, quo expetenda, fugiendaq; cognoſcantur: ac cum expetenda dicerent, bona: cum fugienda: mala ſignificabant: bona autem per ſe expetenda eſſe, eaque cum adepti homines ſint, uſum eis ferre: mala per ſe declinanda, quòd damnum inueha nt.

Philoſophiæ partes.

PHiloſophiæ partes, ut placet ijs, qui rem accuratiſſime pertractarũt, tres eſſe accepimus: quarũ una in diſſerẽdi ratione poſita eſt, quæ nos docet, quõ cuiuſq; rei eſſentiam ab cuctis diſtinguamus, & quid quicq; ab alio differre uideatur. altera naturam continet, cuius beneficio cognoſcere licet, quid cauſæ ſit, cur tãto ordine, quantũ admiramur, cæleſtia moueantur: & quæ ſit partiũ illarũ celeritatis, tarditatiſque ratio: quæque ſunt huius generis. tertia eſt maxime omniũ neceſſaria, & ad uitæ ſtudia accõmodatiſſima: qua mores cõformantur. ea nos docet, quomodo aliorum ſocietate utamur, & pacate cũ alijs uerſemur: tum uero audaciſſimos homines contemnamus, non ut eos odio habeamus, ſed ut eludamus, aut ut nos eorũ miſereat: humanos uero ac modeſtos diligamus. eſt autem facilius horum uitã agere, cum ad illos pateat aditus, utileſque cum eis congreſſiones ſint: illorum, difficile, quod nec ad eos adire, nec cum eis colloqui ullo modo poſſis.

De sectis, quid secta sit; & sectarum numerus. E

SEctarum genera quidam tria fecerunt, commune, proprium, ac maxime proprium: communem uero sectam esse consensum aliqua in re ad uitam pertinente: propriam, in arte quadam: maxime propriam, in philosophia. ex notione uero sic eam definiunt. secta est multorum decretorum, inter se consentientium, & ad unum finem pertinentium coaceruatio. Sectæ, quæ generalissimæ habitæ sunt ab ijs, qui de eis sunt locuti, quatuor numerantur, dogmatica, quæ in multis stabilis, firmaq; est: sceptica, quæ de rebus omnibus dubitat: contentiosa, quæ fallacibus conclusiunculis uictoriam affectat. porrò fallaces conclusiunculæ sunt huiusmodi, quod ego sum, tu non es: ego homo sum, ergo tu homo non es: & ceteræ huius generis pueriles, & concertandi studio comparatæ argumentationes. Mixta accedit, quæ licet multis sit statuta decretis, in multis tamen etiam dubitat, neque omnia sic tractat, ut ea cõstituat. Dogmaticos fuisse aiunt Pythagoram, & Epicurum: Scepticos, Zenonem Eleatem, Anaxarchum Abderitam, & Pyrrhonem, quem in hoc studio summa cum diligentia uersatum ferunt. contentiosos uero Euclidem, Menedemum, & Clitomachum uocarunt. mixtos Xenophanem, qui res omnes in controuersiam adduxit: illudque solum asseruit, unum esse omnia: idque esse Deum, finitum, ratione præditum, & immutabilem: & Democritum, qui cum nulla alia de re sententiam enunciasset, atomos, plenum & inane constituit. F

Philosophiæ principium, eiusque ortus causa.

PRincipium tribus modis dicitur, ut causa, ut constitutio, ut demonstratio. principium causæ est, cũ quærimus, quid primos illos homines in philosophandi sententiam induxit. constitutionis, cum inuestigamus, quænam pars in artem prius sit redacta. demonstrationis, cum ea, quæ probata nobis sint, demonstramus. causam uero, cur inuenta philosophia sit, esse ait Xenocrates, quia cũ uita, quæ in actione est, turbulenta sit, homines ad studium contemplationis animum appulerunt.

De signo.

SIgnum ita dialectici definiunt, ut sit effatum in mente coniunctum. &, antecedens, cui consequens sit adnexum. signa partim sunt indicantia, partim admonentia. indicans signum est, quod ita rei iunctum est, ut cum primum apparet, nobis rei significatæ notitiam suppeditet. cuiusmodi est fumus: quem ubi uiderimus, illico ex igni prodire illum cognoscimus. admonens uero signum uocatur, quod non nisi prius obseruatum in rei cognitionẽ nos perducit. ut quæ lac habeat, eam ante peperisse admonemur.

De ratiocinatione.

RAtiocinatio est, quæ ex ijs, quæ concessa sint ab eo, qui cum disseritur, aliquid inexpectatum concludit, ut in politia Platonis, cum Trasymachus concessisset, iustum esse, quod magistratibus utile sit, ac magistratus quandoque errare: Socrates iustum quoque esse magistratibus inutile conclusit. G

De definitione.

DEfinitio, breuis est oratio, quæ nos in cuiusq; rei notitiam ducit. uel, oratio, quæ breui cõmonefactione rem subiectam perspicuam reddit. definitiones aliæ substantiã, aliæ notionem attingunt.

De diuisione.

EXistimant diuisionem esse rerum iunctarum secretionem: diuidi uero nomina in significationes, & totum in partes, & genera in species, ac differentias. hasque in accidentia.

De iudicio.

IVdicum est consideratio, qua res dignoscitur. id uero duplex est, alterum, quo utentes uiuimus: alterum quo rem esse, uel non esse intelligimus. tribus modis etiam dicitur, communiter, proprie, & maxime proprie.

De uero.

VErum est quod alicui opponitur. hoc differt a ueritate tribus modis, substantia, constitutione, & potentia. substantia, quia uerum uacat corpore: cum sit effatum, & ab omnibus efferatur. ueritas, corpus est: si quidem est rerum omnium scientia. ac scientia princeps animi facultas esse præcipua facultas uidetur, qui spiritus iure corpus censetur. constitutione, quia uerum sit euidens, ut ego dissero: ueritas autem a nobis inueniatur, cum bona omnia in se contineat. potentia, quod uerum etiam malis & non ita eruditis hominibus in esse queat, cum ipsi quoque uera interdum loquantur: ueritatem uero soli consequantur ij, qui optimis præditi sunt moribus. H

De ijs probationibus, quas indemonstrabiles uocant.

CVm ad eam philosophiæ partem, quæ logica est, pertineat etiam ea tractatio, qua argumentationes indemonstrabiles continẽtur, par est, de eis ut disseramus. eas ego indemõstrabiles ratiocinationes uoco, quæ ex euidenti propositione & assumptione conclusionẽ probãt. uel, quę nullius alterius probationis indigent. earum sunt septem genera. primum est, in quo duobus positis, quorum unum antecedat, alterum consequatur, antecedens assumitur, & consequens concluditur: ut si dies est, lux est. dies autem est, ergo lux est. secundum est, in quo ex antecedente & consequentis opposito cõcluditur id, quod antecedentis oppositũ sit: ut si dies est, lux est: at lux non est, ergo dies non est. Tertiũ, quod ex annexo negato, & opposito unius partis concludit alterius partis oppositum, ut, non si dies est, lux non est: sed dies est, ergo lux est. quartum genus est, in quo ex disiuncto & eo quod sit unius partis oppositũ, alterum infertur: ut uel dies, uel nox est: sed dies nõ est, ergo nox est. Quintum, in quo ex disiuncto & cuius

A eius una parte, non eſſe altera probatur: ut uel dies, uel nox eſt: dies autem eſt, ergo nox non eſt. Sextũ, quo ex coniuncti negatione & una eius parte non eſſe reliquum oſtenditur: ut non & dies & nox eſt, ſed dies eſt, ergo nox non eſt. Septimum eſt, in quo ex connexo & una parte negata, alterum concludimus: ut aut dies, aut nox eſt: dies autem non eſt, ergo nox eſt. ac de his hactenus.

De philoſophia parte, quæ in natura contemplatione uerſatur.

QVæcunque ad diſſerendi rationem pertinere exiſtimauimus, alibi ſumus copioſius perſecuti: hoc uero loco pauca quædam attingemus, & ad ea, quæ de rerum natura ueteres prodidere, pertranſibimus. nemo autem mihi ſuccenſeat, ſi quæ ceteri perplexe dixerunt, ego nunc aperte me propoſiturũ confido. ſiquidem hoc fieri a nobis poſſe ſperamus: & ſatis fore ijs, qui nunc primum ad hoc ſtudium accedunt, ſi his ſententijs, tanquam ſacris initiabuntur. initium autem ſumemus a primis rerum principijs tum efficientibus, tum materiam attingentibus. quæ cum nos animo uolueremus, cauſas efficientes ceteris eſſe anteponendas iudicauimus: inter quas primæ ſunt deo ſine dubio tribuendę, quem eorum, quæ ſunt, quæque fiunt auctorem, &, ut ita dicam, artificem ueteres dixerunt. ac Plato quidem, & Zeno ſtoicus cum dei naturam quid ſit exponerent, non mundum ipſum eſſe, ſed aliud quid præter hæc omnia, uoluerunt: idque non corpus, ut Platoni placet: corporeum uero ex Zenonis ſententia. neuter B tamen dei formam exponere eſt auſus. Epicurus humana eſſe forma deum putauit. Stoici non ſemper habere eum formam propriam: ſed cum igneus ſpiritus ſit, facile in formas eorum, quibus affluxerit, ſe induere. Epicurus uero & locum definitum, & inceſſum deo tribuere non eſt ueritus. Stoici rebus omnibus innatum uolunt, ijsque ſimilem effectum, cum ijſdem moueri, locum mutare, atque illarum habere prouidentiam ex ſua ui dixerant: ita tamen, ut cuncta ille quidem gubernet, ſed tamen nullius rei curam peculiariter habeat. id ipſum Epicurus confirmat. ait enim, beatam, æternamq́ue naturam nec moleſtiam capere, nec alteri afferre: deum uero bona in cunctos homines conferre. Plato & omniũ ſimul, & cuiuſque rei ſingillatim curam gerere deum, in ijs ſolum, quæ ad uitam pertinent, exiſtimauit. qui mundum genitum uolunt, eius effectorem fuiſſe deum cenſent. alij tamen, qui mundum eſſe genitum concedunt, non eandem habent de fine ſententiam. ſed Plato propter præſtantiam eius, qui ipſum admirabili eſt artificio fabricatus, neque corrumpi, neque mortis fata ſubire unquam poſſe iudicauit. Stoici interiturum mundum putant: hancque mutationem ab igni profecturam, ut cum mundus ardore conflagrarit, in infinitum effundatur: & materia certo quodam tempore conquieſcat, ac deſinat: rurſus facta rerum uiciſſitudine, alia elementa denuo exoriri incipiant, ac diuino iuſſu cõiuncta, in unumque corpus redacta nouum mundum efficiant. alij autem omnes, qui deum eſſe rerum omnium opificẽ C ſtatuerunt, in hoc ſtudium incubuerunt, ut ipſi omnium eorum, quæ fiunt, cauſam acceptam referrent. at Plato ideas etiam introduxit, in quarum exemplum deus in rebus faciendis intueretur. atq; etiam materiam qualitatis expertem, ex qua ſingula conficeret, reſque inter ſe diſſimiles procrearet. unum tamen non cenſet ſatis eſſe ad res efficiendas, ſed tria ſimul, ſi quid abſolutum reddi uelit. De efficiente principio ſatis eſt dictum, nunc de materia agendum eſt. Phyſici omnes materiam eſſe ſimili modo dixerunt: non unam tamen omnes concedunt: ſed Pherecydes Syrus hanc eſſe terram exiſtimauit: Thales aquam: Anaximander † infinitũ: Anaximenes, & Diogenes Apolloniates, aera: Heraclitus & Hippaſus Metapontinus ignem: Xenophanes Colophonius, aquam & terram: Hippo Rheginus, ignem & aquam: Oenopio Chius, ignem & aerem: Empedocles quatuor elementa, ignem, aerem, aquam, & terram, quibus litem & amicitiam adiunxit: quarum una coniungit, & conciliat, altera diſgregat, & diſſipat. Democritus, & eius æmulus Epicurus atomos eſſe rerum omnium materiam crediderunt. Heraclides Ponticus, & Aſclepiades Bythinus rerum principia ſtatuunt moles quaſdam corpore uacantes. Anaxagoras Clazomenius particulas ſimiles inter ſe. Diodorus, qui cronus dictus eſt, indiuidua, minimaque corpuſcula. Pithagoras numeros. Mathematici, fines corporum. Strato cognomento Phyſicus, qualitates. Ariſtoteles, Plato, & Stoici naturam quandam informem, ex qua primum quatuor D elementa progrediantur, tum fiant cetera. Ariſtoteles porrò quintum corpus, quod in orbem fertur, immutabileque eſt, adiunxit.

† Lib. habet æthera, ſed Plutar. primo de Placitis. phil. cap. 3. & Ci. primo. acad. infinitũ.

Quod inter principium, & cauſam interſit.

SVnt, qui inter principium & cauſam nihil putent intereſſe. ſunt, qui principium antecedere res omnes arbitrentur totius tamen effectus cauſam non eſſe. cauſam uero eſſe exiſtimant in quaque re, propter quam effectus fiunt. Cauſarum faciunt genera quatuor: præcedens: remanet, autem quod ab ea factum eſt, continens, quæ rem effectam comitatur. ea enim præſente res fit: cum abeſt, deſinit: cum augetur, res progreſſum facit: cum deſiſtit, imminuitur. perfecta cauſa eſt, quæ per ſe ſolam rem conficit. cauſa adiuuans eſt, quæ parem ceteris uim ad rem conficiendam confert: ut in agricolatione uidemus, in qua plurimum adiuuat, qui etiam perexiguum adiumentum affert: ut opus quidem eſt duobus bobus ad arandum, ſed arator ſi tertius bos aliorum laborem leuet, rem facilius tranſigat.

Principij, & elementi differentia.

IOnici philoſophi nihil principium ab elemento differre crediderunt: Plato uero plurimum; ut elementum ſit compoſitum, ut aqua, aer, ignis, & terra: principium uero, quod nihil prius ſe habeat, ex quo gigni poſſit: elementis enim priora ſunt hæc, eſſentia informis, & æterna, quam nonnulli materiã

qualitate

qualitate uacantem, nonnulli perfectionem & priuationem nominãt. præterea elementa cõcreta sunt E & effecta: principium uero neutrum horum est. quare merito fecisse uidetur Plato, qui hæc distinxit.

De natura.

NAturam esse aiunt artificiosum spiritum, qui uiam ad rerum originem cõmuniat. alij esse corporũ concretionem & disiunctionem arbitrantur: Aristoteles uero esse eam dixit principium motus, et quietis eius, in quo est primo, & non ex accidenti. naturalia autem uocat elementa, quæque ex ijs conflata sunt, animantia, stirpes, metalla, quæ in aere gignuntur, ut imbres, niues, fulmina, grandines, quæque sunt huiusmodi.

De motu.

MOtum, qui accuratius in philosophia sunt uersati, pene omnes concesserunt: ut loci mutationem, ut cum quis e loco in alium locum se transfert. ut qualitatis, quemadmodum quispiã immutatur. tertium genus ad originem pertinet, ut cum ex ijs, quæ nulla sunt, fit quidpiam: & ad interitũ: ut cum e rei statu ad nihilum recidit. postremum attingit incrementum, ut ex paruo fit maius: & diminutionem, ut quispiam e magno fit paruus, & exiguus.

De corpore.

CVm quidam esse corpus putent siue agat, siue patiatur: alij quod triplici interuallo constet, longitudine, latitudine, & altitudine dixerunt: punctum, cuius nulla pars sit: lineam longitudinem uacantem latitudine: superficiem latitudinem & longitudinem habere: eamque, si altitudinem accipiat, corpus uocant. quidam fines corporum esse corpora censuerunt. Plato uero corpus esse molem uoluit, quæ cum occupat locum, tum intra se nullam aliam molem capit: quod duo corpora uno loco simul contineri nullo modo possint. F

De figura.

FIgura est corporis superficies, circumscriptio, & finis. figurarum aliæ globosæ sunt, aliæ angulos habent: quarum est prope infinita uarietas.

De idea.

IDea est essentia uacans corpore, quæ ipsa per se non cohæret, sed materias formis carentes informans, causa est, ut res extare uideamus. † Socrates ac Plato ideas esse essentias a materia secretas, in dei intelligentia, & cogitatione, hoc est in mente diuina sitas uoluerunt. Aristoteles uero ideas, & species non sustulit, non esse tamen a materia seiunctas. Stoici nostra animi sensa esse ideas arbitrãtur.

† Sic habet Plutar. unde hic locus sumptus est.

De mundo.

VNum esse mundum, & eum corporatum Stoicis placuit: Empedocles unum quidem esse mundum concedit, non tamen uniuersum, sed uniuersi particulam: reliquum esse otiosam materiam. Plato uero tribus argumentis unum esse mundum, & uniuersum suspicatur: quia perfectus non esset, nisi haberet in se omnia: quia non esset opifici similis, si non esset unus: quia denique nõ esset æternus, si quid excederet extra. Metrodorus non minus esse absonum censet, si dicas, unum mundum in infinito esse productum, quàm si in magno amploque agro unam esse exortam spicam. cum enim infinitæ causæ sint, mundos quoque esse innumerabiles necesse est. causæ autem, hoc est atomi, infinitæ sunt: ergo etiam infinitos extare effectus, hoc est mundos, oportet, siquidem quisque eorum est finitus. G

Mundi constitutio.

MVndus globosus est factus hoc modo: corpuscula indiuidua, quæ motu temerario ciebantur, unum in locum plurima conuenerunt, magnitudine, figurisque differentia. itaque ea, quæ angulos haberent, magnaque & grauia essent, substiterunt: quæ parua, leuia, & rotunda in sublime sunt elata; nec prius ascendere cessarunt, quàm impellendi uis quieuerit. tunc enim retro acta, cum nõ possent inferius descendere, in locis accommodatis constitere. Sunt autem ea, quæ circũposita erant. quare ubi ea, quæ ex omni parte circum erant, inter se sunt satis composita, extimum cælum ipsum effecerunt. quæ proxime ad illa & loco & natura accedebant, planetas: aerem natura corporum, quæ exhalatæ erant, composuit: qui aer in uentum conuersus, agitare cælum cœpit, & ipsum in orbem agere, ac circumuoluere: quem ordinem motionis stellæ adhuc seruant. atque ut ex corporibus, quæ superiorẽ locum petierunt, cælum, ignis, & aer extiterunt: sic ex ijs, quæ subsidebant, orta est terra: quam magna adhuc materię ui plenam, & corporis mole grauatam impetus uentorum, & splendor stellarum compingendo ad eam paruitatem, quam intuemur, redegerunt. expressa enim aqua est, quæ natura fluida, cœpit per decliuia, cauaq; loca labi. uel etiã aqua ipsa per se huc, illuc discurrens, & alueos sibi parauit, & sinus amplos confecit. atque hac quidem ratione mundi partes præcipue sunt exortæ. H

De Deo.

NVnc propositum nobis est, ea de Deo afferre, quæ principio prætermisimus. ex ueteribus philosophis quidam fuere, qui Deos esse negauerunt: in quorum numero Diagoras Melius fuit, itemq; Theodorus Cyrenaicus, Euemerus Tegeata, & Euripides Atheniensis, quanquam hoc aperte dicere non sunt ausi. nam Euripides sibi cauit per Sisiphum, metu Areopagitarum. At Anaxagoras censet, res omnes a mundi primordiis inter se confusas esse distinctas a mente diuina: atque ita cuncta esse ab illa procreata. Anaximander stellas cælestes esse deos putabat: Democritus mentem igneo, & orbiculato corpore utentem, hoc est mundi animam. Pythagoras e principiis, quæ ipse posuit, unum & mentem

esse

A esse Deum,& bonum:duo uero dæmonem,& malum censuit:quæ duo moles corporea circunstat:hoc est is,quem cernimus,mundus. Socrates,& qui eius sententiam,expressit Plato, Deum esse uolunt quod unum,quod solum,quod suapte natura bonum est:quibus uerbis significant, Deum mentem esse ab omni materia secretam & liberam,& nullis perturbationibus obnoxiam. Aristoteles supremum Deum esse formam uult,eamque separabilem:& corpori æthereo,quod quintum uocat, inhærentem, hoc corpus in multos orbes natura coniunctos illos quidem,sed ratione distinctos partitur: & unumquenque orbem esse animal ex anima & corpore conflatum existimat. quorum illud æthereum est, & in orbem uolubile:illa uero est ratio,quæ licet nõ moueatur,est tamẽ motus causa.Stoicis placet Deũ esse ignem arte præditum,qui ratione ac uia ad mundum gignendum progrediatur, omnesque rerum omnium rationes contineat,quibus cuncta fato fiunt:aut esse spiritum toti mundo infusum,qui pro uarietate materiæ,in quam diffunditur,diuersis nominibus appellatur.ceterum deos censent esse stellas, & cælum,& mentem uel maxime.Epicuri sentẽtia est,deos omnes humana specie esse: sed oculorum nostrorum effugere obtutum propter summam tenuitatem atomorum,ex quibus sunt conflati. idem quatuor etiam alia genera rerum posuit,eaque sempiterna,ut atomos,ut infinitum,ut inane,ut similitudines:quæ ab ipso & † homœomeriæ,& elementa aliorum nominantur.

†hoc est particulæ similes inter se.

B

Vnde orta sit Dei cognitio.

In dei cognitionem,deuenimus,inducti pulchritudine, magnitudineque eius operum, quæ intuemur.nihil enim pulchrum est temere ortum,sed a sapienti opifice,tanquam de fonte,manauit. unde etiam est Euripidis sententia,cælum esse stellis ab artifice sapienti exornatum.hoc etiam nouimus, tum aliarum stellarum,tum Solis,ac lunæ beneficio.hi enim confecto sub terra itinere,eodem colore, eadẽ figura,eademque magnitudine,atque etiam ijsdem locis,atque temporibus exoriuntur.

De heroibus,ac dæmonibus.

Thales, Plato,Pythagoras,& item Stoici Demonas esse naturales essentias confirmant: heroas autem esse animas a corporibus separatas.quæ uel bonæ sint,quales eorum,qui uitam sine uitio traduxerunt: uel malæ: cuiusmodi eorum,qui scelesti fuerunt.Epicurus neutrum horum concessit.

De anima.

De anima autem fuit inter ueteres magna contentio. nolim autem uideri discere ab eo docendi genere,quod ijs conuenit,qui modo instituuntur,si quæ hac de re fusius a clarissimis dicta sunt philosophis breuiter conabor afferre.animam igitur quidam esse uoluerunt spiritum toti corpori adiunctum, atque uni parti magis,alteri minus adnexum.huius sententiæ auctor fuit Asclepiades.alij, esse uim aiunt,qua uiuimus.alij,principium motus eorum omnium,quæ fiunt,quæq; in rerum natura consistunt. Epicurus eum aera,quem inspirando foris ducimus,esse animam censuit. hanc uero essentiam alij corpore uacantem,ut Plato:alij corpoream,ut Zeno,& qui ab eo manarunt,esse posuerunt: siquidem ipsam esse spiritum sunt arbitrati.iam uero alij mortalem esse animam aiunt, ut Epicurus, & † Diocles: alij immortalem,ut Plato,& Stoici.sed Plato uult ipsam interiore motu ac suo moueri, nec unquã interituram: Stoici tam diu duraturam animam,quàm diu mundus dissoluatur: ac tunc ipsam corruptũ iri.aliis sic adnexas esse corporibus animas probatur,ut ipsas ex ijs esse spõte natas uelint.ut potequæ incontinentes sint,& uoluptatum cupiditate ducantur,quibus beneficio corporum perfruuntur. alij a Deo indi corporibus asserunt:ac nullum elementum esse.quod otiosum sit,quodq; in rerum compositionem non ingrediatur.peccare animas quidam uolunt,quia cum liberæ sint,suapte uoluntate ad malum conuertantur.cum enim uoluptatũ desiderio trahantur, ut eas adipiscantur,sectari uitia non esse flagitiosum credunt.qui uero omnia fieri fato putant,animam quoque nullo adhibito consilio in uitia incidere arbitrantur.ceterum sceleratorum animas,pœnas dare,cum e corporibus exierint, arbitratus est Plato:qui uero incorruptam uitam duxerunt,eorum animam ad Deum post mortem reuerti, & in numerum astrorum referri. Stoicis nihil horum probatur:sed placet,ut postquam a corporibus sint secretæ,quæ intemperanter uixerunt,& uoluptates adhuc expetunt,in aliud corpus iterum ingrediantur illecebris inductæ uoluptatum:quas beneficio corporis adipiscũtur.eas autem tam diu id efficere, donec recta institutæ disciplina,& honesti cognitionem consecutæ rectam uiuendi rationem deligant. postquam uero solutæ,liberatæque a corporibus sint,ideis proborum hominum per se lucentibus coniunguntur,a quibus ita affectæ nullo unquam tempore diuelluntur. partes animæ treis posuit Plato, quarum una rationis particeps est:altera irarum æstu fluctuat: tertia uoluptate alitur: Aristoteles & naturalem,& uitalem addidit. Stoici quatuor animi partes faciunt,ratiocinandi,sentiendi,loquẽdi, & gignendi. alij simplicem,& partibus uacantem animam statuunt:nec aliud ipsam esse, quàm prudẽtiam, quam tum mentem uocant,tum intelligentiam.Menemachus Stoicorum sectam æmulatus, loquendi, & gignendi facultatem sustulit. quia hæc ad sentiendi facultatem pertinere existimabat: atque animæ partes putauit esse sensum & rationem,quas potius quispiam merito concesserit.

C — †Dicæarchus

D

De minimis.

Ante quatuor elementa quidam paruissima, orbiculataque fragmenta, ueluti elementa elementorum fuisse putant. ea minima uocarunt. quæ Heraclitus quoque, sed quæ tantum cogitatione percipiantur, introduxit.

De colore. E

Color eſt aſpectabilis qualitas corporis.Pythagorici ſuperficiem corporis colorem appellabat.Em
pedocles,quod meatibus conueniret oculorum.Plato flammam e corporibus progredientem, cuius
partes apte ſub oculos cadunt.Zeno,a quo Stoicorum familia manauit,colores eſſe primas materiæ ef
formationes uoluit.Pythagorei quatuor genera colorum faciunt,album,nigrum,rubrum, & pallidũ.
alias colorum uarietates ex uaria miſtione elementorum extare : ut animantium,ex aeris, & locorum
oriri differentia putauerunt.

De mixtione.

Mixtionem priſci ex mutua primarum qualitatum actione,ac temperatura conſtare dixerant. Ana-
xagoras & Democritus ex ſolo congreſſu.Empedocles e paruiſſimis particulis elementa conflat : eas
autem minima quædam fruſtula,& ueluti elementa elementorum uocat. Plato tria ſolum inter ſe ſe
miſceri,atq; exoriri uult,ut ignem,aquam,& aerem:terram uero ſolũ nulli mutationi obnoxiã putat.

De inani.

† Pythagoras,& phyſici omnes uſque ad Platonis ætatem inane de mundo ſuſtulerũt.Empedocles
in mundo nihil inane,nihilque ſupereſſe ſcripſit.Democritus,Leucippus,Epicurus,et Metrodorus ato
mos mulritudine,inane magnitudine eſſe infinitum dixerunt.Stoici nihil eſſe uacuum in mundo, extra F
uero infinitum concedunt.alij tantum uacui extra mundum eſſe,quantum ad mundi reſpirationem ſit
ſatis.intus enim eum eſſe igneum:proinde reſpiratione ei opus eſſe.

† Thales eſt apud Plutar.

De regione.

Stoici,& Epicurei locum a regione differre exiſtimarunt:ac locum eſſe eum,qui totum corpus con-
tingit ut ſuperficies:regionem uero,quæ partem ſolum,ut in uinariis uaſculis uſu uenit, affirmarunt.

De tempore,& eius eſſentia.

Pythagoras putauit tempus eſſe globum cæli nos continentis.Plato mobilem imaginem æternita-
tis,uel cæleſtis motus interuallum. Eratoſthenes ſolis curſum.Temporis autem eſſentiã eſſe cæli mo-
tum Plato cenſet.Stoici fere omnes motum:ceteri uero ingenitum tempus putant.Plato genitum no-
ſtra cogitatione.

De ortu,& interitu.

Parmenides,Meliſſus,& Zeno Eleates ortum,interitumque adeo ſuſtulerunt,quod uniuerſum eſſe
immobile exiſtimarent.Empedocles,Epicurus,& quotquot e tenuibus corporibus mundũm fabricã-
tur,ex atomorum congreſſu gigni,& ex earum ſecretione interire omnia arbitrantur.illi enim ortus et
interitus proprios nullos ſtatuunt:cum ex congreſſu,non alteratione res gigni putent. itaque non qua G
litatis,ſed quantitatis motum uolunt ortus & interitus momentum præcedere.Pythagoras,& alij, qui
pati materiam putant,oriri,& interire proprie res uolunt:utpote qui immutatis qualitatibus elemen-
torum res exoriri,& interire arbitrentur.

De neceſſitate,& eius eſſentia.

Neceſſitatem eſſe ualidiſſimam Thales affirmauit:quod mundo dominetur:Pythagoras eam adiace
re mundo putat.Parmenides & Democritus neceſſitate euenire omnia crediderunt.eandemq; eſſe fa-
tum, iudicium,& prouidentiam.Platonis ſententia quædam in neceſſitatem,quædam in prouidentiam
referuntur,eius uero eſſentiam Empedocles putat eſſe cauſam,quæ principijs,atque elementis utatur.
Democritus renixum,motum,& plagam materiæ.Plato modo materiam, modo relationem eius, qui
in actione materiæ uerſetur.

De fato.

Fato fieri omnia Heracliti ſententia eſt;ipſumque idem eſſe,quod neceſſitas.Plato in animis, uitaq;
hominum fatum quidem ponit,ſed ei tamen noſtram libertatem connectit,ei Stoici hac in parte cõſen
tiunt:ac neceſſitatem eſſe aiunt,inſuperabilem,uiolentamque cauſam : fatum uero, ſeriem cauſarum.
qua illa quoque cauſa contineatur,quæ ſita eſt in nobis,ut quædam fato fiant,quædam non fiant.Eſſen
tiam uero fati ſic definiuit Heraclitus,ut eam eſſe rationem dixerit,quæ ſubſtantiam permeat uniuerſi: H
fatum ipſum eſſe corpus æthereum,ex quo,uelut ſemine,gignitur uniuerſitas.Plato uero,eſſe perennẽ
rationem,ac legem naturæ totius uniuerſitatis.Chryſippus uim ſpiritalem,ordinemque omnia guber
nantem.in definitionibus quoq; fatũ eſſe uult,rationẽ,ſeu legem cuncta,quæ hac mundi ſede cõtinen
tur,prouidentia regentem.uel rationẽ,per quã nata ſunt,quæ orta ſunt:& naſcentia oriuntur: & oritu-
ra naſcentur:reliqui Stoici fatum eſſe cauſarum ſeriem dixerunt:hoc eſt ordinem,& connexum, quem
tranſgredi nemo poteſt.Poſſidonius fatum tertium a Ioue poſuit, ut primas Iupiter, ſecundas natura,
tertias fatum tulerit.

De fortuna.

Plato eſſe fortunã dixit,cauſam,quæ ex accidenti eas res conſequatur,quæ ex inſtituto fiunt. Ariſto
teles cauſam,quæ accidit ijs rebus,quas ex propoſito,alicuius rei gratia facimus,eã tamẽ & obſcuram
eſſe,& inſtabilẽ.atq; inter fortunã & caſum intereſſe,quod quæ fortuna fiũt,eadẽ caſu quoq; fiãt : ſiqui
dẽ in noſtris modo actionibus fortuna uerſetur:quæ uero caſu geruntur,nõ iam omnia fortuna fieri di
cãtur:quod in eis quoq; caſus cõperiatꝰ,quæ nihil ad actiones noſtras pertineãt.præterea uero fortuna
ſolũ ad hoĩes,caſus non ad hoĩes modo,ſed ad bruta,& ad alia uita carẽtia pertinet.Epicurus uero for
tunã eſſe dixit cãm incõſtantẽ,& modis,& tẽporib.& perſonis.Anaxagoras & Stoici, cauſam eſſe,quæ
hũana rõne cõprehẽdi nõ poſſit.atq; alia,neceſſitate;alia,fato;alia,conſilio;alia,fortuna;alia caſu effici.

A

De mundo, & finitus ne, an infinitus sit.

PYthagoras hoc rerum omnium ordine inductus, hoc quod uniuersa continet, mundi nomine appellauit. Thales unum esse mundum censuit. Democritus, Epicurusq;, & eorum magister Leucippus mundos infinitos in uacuo infinito posuerunt. Empedocles solis cursum esse mundi circumscriptionem, atq; finẽ uoluit. Seleucus eum esse infinitum asseruit. Diogenes uniuersitatem quidem infinitam, sed finitum mundum. Stoici totum ab uniuerso ualde aiunt differre: atq; uniuersum qoidem esse infinitum, utpote quod uacuum, quod infinitum est, comprehendat: totum uero, quia excludit uacuum, esse finitum. itaq;, quia totum & mundus idem est, mundum esse finitum statuunt.

De figura mundi.

STоici globosa figura mundum esse uolunt, alij coni, alij oui figuram ei tribuunt. Epicurus censuit, & his & item alijs constare ipsum posse.

De anima mundi.

ALij omnes & animatum esse mundum, & prouidentia gubernari asserunt. Democritus, Epicurus,
& omnes, quicunq; atomos, † & inane introduxerunt, cum neq; animatum esse, neq; prouidentia † casum.
gubernari, sed natura quadam rationis experte. Aristoteli placet, neq; anima, neq; ratione, neq; mente,
B neq; prouidentia esse omnibus suis partibus præditum mundum, sed cęlum solum: orbesq; cęlestes singulos & animam, & uitã habere: quæ uero infra cęlum sunt omnia esse horum expertia. si uero ea quendam habere ordinem uideantur, cum non ex se se, sed fortuito habere: quatenus inquam, a cęlestibus corporibus gubernantur.

An mundus interitui sit obnoxius.

PYthagoras, & Plato mundum a deo factum esse crediderunt: eumq;, quantum in se est, posse corrũpi. cum enim sensu percipiatur, fit ut corporeum sit, proinde etiam dissolubile: dei tamen prouidentia, non esse interiturum. Epicurus, & Stoici mundum interitui obnoxium faciunt, utpote qui ortus sit: id quod ceteris quoq; animalibus, ac stirpibus uidemus accidere. Xenophanes ingenitum, sempiternũ, & non caducum mundum esse contendit. Aristoteles, quæ infra lunam sunt, mortalia censet; quæ supra, æterna.

An mundus alimento utatur.

ARistoteles, de cuius sententia æternus mundus est, non ali ipsum putat. nam si aleretur, esset etiam
interiturus: quia uero nullum alimẽtum exposcit, ideo fit, ut æternus censeatur. Heraclitus ex ijs,
quæ apud nos corrumpuntur, mundum sibi suppeditare alimentum immutatione quadam existimat,
C Philolaus Pythagoricus duplicem esse corruptelam putauit, alteram, cum ignis de cælo fluit, alteram, cum lunaris aquæ circũuersatione aer effunditur: atq; horum exhalationibus ali cælum.

A quo elemento initium sumpserit Deus in mundo fabricando.

PHysici mundum initium a terra sumpsisse aiunt, tanquam a centro, quod centrum sit globi principium. Pythagoras ab igni. Empedocles primum æthera constitisse uult, deinde ignem; tum terrã: postea aquam, ex qua in uaporem conuersa aer extiterit: cælum uero ex æthere, solem ex igni solo esse factum: quæ apud nos sunt, e ceteris. Plato, qui hunc mundum aspectabilem ad mundi, quem intelligentia comprehẽdimus, imitationem esse factum censet, animum primum exortum, tum corpus, quod primo ex igne, & terra, & secundo ex aere & aqua constat, memoriæ prodidit. Pythagoras, cum quinque solas figuras solidas intueretur, quas etiam mathematicas uocãt, ait ex cubo terram: ex pyramide, ignem: ex octaedra, aerem: ex ticosiedra, aquam: ex dodecaedra, cælum factum esse. qua in parte Plato quoque secutus est Pythagoræ sententiam.

De mundi partium ordine.

PArmenides mundi partes esse coronas inter se complicatas testatus est, ut una aliam contineat. li-
cet enim ex raro, densoque omnes sint factę, eas tamen, quæ medium locum tenent, ex opaco, luci
D doque esse temperatas uoluit: quæ ceteras complexu suo coercet, æque ac murum, esse solidam. Leucippus, & Democritus tunicam & membranam mundo in orbem obducunt. Epicurus mundos operit partim raro, partim denso inuolucro. eorum porrò alios circumagi, alios non item, existimat. Plato summo in loco ponit æthera, deinde ignem, tum aerem, postea aquam, ultimo terram. quanquam est interdum, cum ætherem igni coniungit. Aristoteles ætheri primum locum tribuit. hunc non esse mutationibus obnoxium, & quintum corpus censet. post ipsum collocat, quæ mutantur, ut ignem, aerem, aquam, postremo terram: quibus quidem sic inesse motum probat, ut quintum corpus, ipsi inquã orbes cælestes circũuoluantur; cetera, quæ infra cælum sunt, recto ferantur motu: ut leuia, hoc est ignis & aer, in sublime ferantur: grauia, hoc est aqua & terra, deorsum. Empedocles elementis non tribuit certum perpetuo ac definitum locum: sed omnia in locum aliorum irrepere arbitratus est.

De mundi inclinatione.

DIogenes & Anaxagoras post mundum constitutum, & animalia ex terra genita, mundum ipsum sua sponte unam sui partem ad meridiem inclinasse: alteram ad septentrionem extulisse sunt arbitrati. quod fortasse diuina factum est prouidentia, ut quædam mundi partes habitari possent, quædam non possent, ui caloris frigoris, ac temperiei. Empedocles autem dixit, aerem solis impulsum impetu aquilonales plagas extulisse: & austrinas depressisse. itaque totum mundum esse inclinatum.

An extra mundum sit quidpiam. E

PYthagorici extra mundũ esse uacuũ putarũt: quod uacuũ mundus respirando attrahat: expirando, repellat. Stoicorũ quoq; sententia est, uacuũ extra mundũ esse, ut cum ardore conflagrabit, diffundi in ipsum possit: hocq; uacuum esse infinitum. Possidonius tamen non esse infinitum uult: sed tantum modo, quantum sit ad mundi dissolutionem satis. id quod in libro primo de uacuo scriptum reliquit. Diogenes etiam uacuum posuit. at Plato & Aristoteles nec intra, nec extra mundum esse uacuum uoluerunt.

De dextra, ac sinistra mundi parte.

PYthagoras, Plato, & Aristoteles dextram mundi partem esse eam, quæ ad orientem est, unde motus exoritur, prodiderunt: sinistram eam, quæ ad occasum sita est. Empedocles, quæ ad Solstitium, dextram: quæ ad brumam, sinistram censuit.

Quanam essentia cæli sit.

EXtimã cæli circumferẽtiam Anaximenes esse terram iudicauit. Empedocles cælum esse solidum existimat: & ex aere qui in crystalli morem ui ignis concreuerit esse factum: & utroque hemisphęrio & aerem & ignem continere. Aristoteles e quinto corpore ipsum construit: ceteri ex igne: & ex caloris, frigorisq; temperatione.

De cæli partitione. F

CAelum diuidunt in quinque orbes, quibus Zonarum nomen imponunt Thales, Pythagoras, & qui ab eis profecti sunt. ex eis, qui nobis semper apparet, arcticus dicitur: alter, solstitialis: tertius, æquinoctialis: quartus, brumalis: quintus antarcticus, qui in aspectum nostrum non cadit. obliquus, quem signiferum uocant, tres medios cõnectit. eos uero, qui a septentrione ad austrũ pertinẽt, æquinoctialis ipse ad rectos angulos partit̃ aiũt Pythagorã primũ omniũ excogitasse, signiferũ orbẽ esse obliquum: quod tamen Oenopides Chius, tãquam id ipse comperisset, sibi arrogare non est ueritus.

De stellis.

THaletis opinio est, stellas e terra factas illas quidem esse, sed ignitas. Empedocles ignem solum, quem æther, quo tempore segregabantur elementa, compressus illuc extrusit. Anaxagoras ætherem esse igneum suapte natura putauit: atq; ipsum suæ circumuolutionis impetu, lapides e terra tollere, eosque in sublime elatos, atque inflammatos, stellas reddi. idem alio in loco stellas uocat saxa latentia: quæ frequenti in terram casu restinguuntur: ut usu uenit, cum in flumen Aegos candens saxum in morem stellę cecidisse uisum est. Diogenes stellas similes pumici esse uult, ac per eas mundum respirare. Empedocles stellas fixas crystallo (sic enim ipse cælum nominat) uinctas: errantes uero, solutas esse affirmat. Plato quamuis stellas multis partibus plures esse igneas arbitretur, non tamen putat, eas esse G alijs elementis uacantes: sed ipsis elementis in modum glutinis contineri. Xenophani placuit, stellas e succensis nubibus constare: easq; interdiu restingui, noctu accendi, ut carbones: & ortum, atq; occasum esse accensionẽ, & restinctionẽ. Heraclides, & Pythagorici unãquanq; stellam unum esse mundum putant, qui terram, aquam, aerem, & æthera comprehendat, perq; aerem infinitum feratur. hanc opinionem in sacris esse Orphei dicunt: quibus, qui initiati sunt, singulas stellas esse unum mundum existimant. Epicurus nihil horum reijcit: cum hæc contingere posse non neget.

De figura stellarum.

GLobosa figura esse stellas, Stoici non secus, quàm mundum, Solem, & Lunam uolunt. Cleanthes coni figura. Anaximenes, ut clauos cælo infixos: alij esse ceu folia igni candentia, atque picturas.

De ordine stellarum.

XEnophanes una extremitate moueri omnes stellas putauit. Stoici quasdam sublimius, humilius quasdã. Democritus eũ ordinẽ tribuit stellis, ut in summo loco sint fixæ, deinde uagæ subsequantur: inter quas Solẽ, ac Lunã statuit. Plato post fixas, esse Saturnũ ait, deinde Iouem: tum Martem: tum Venerẽ: tum Mercuriũ. tum Solẽ: postremo Lunam. ex mathematicis fuere, qui Platonem sunt secuti: sunt etiam, qui medium locũ Soli assignarint. Anaximander, ac Metrodorus Chius, & Crates summũ H locum Soli tribuunt, deinceps Lunã collocãt: in tertio stellas fixas, & uagas cõsistere arbitrantur.

De motu stellarum.

ANaxagoras, Democritus, & Cleanthes omnes stellas ab ortu in occasum ferri putant. Alcmæo, & mathematici errantes aduerso motu, ei, quo fixæ feruntur, moueri aiunt: ut ab occasu in orientem procedant. Anaximander stellas ab eo orbe putat moueri, cui illæ insint. Anaximenes non aliter sub terra, quàm supra, eas moueri. Platonis autem, ac mathematicorum sententia Sol, Venus, & Mercurius eodem tempore cursum suum conficiunt.

De lumine stellarum.

MEtrodorus putat stellas oẽs tã fixas, q̃ errantes lumen a Sole mutuari. Heraclitus, ac Stoici ali stellas e uaporibus in sublime elatis arbitrant̃. Aristoteli uero non probatur, cælestia, quę eterna sint, & corrũpi nõ queant, alimento indigere. Plato ut mundum, sic stellas a se ipsis ali dicit.

De stellis Castoris, & Pollucis.

QVæ in malis nauiũ ueluti stellæ apparent. Xenophanes esse nubeculas quasdam putat, quæ motu quodam excitæ splendorem mittunt. Metrodorus oculos nautarum metu perculsorum interlucere eo tempore existimat.

A *De significatione stellarum.*

SOl, Luna, & aliæ stellæ tã erraticæ, q̃ firmæ suo ortu,& occasu tẽpestates significãt, quæ tã æstate, q̃ bruma cõtingunt;ut Platonis fert opinio:Anaximenes uero Solẽ modo,non alia,significare hæc putat.Eudoxus,& Aratus hæc ab omnibus sine discrimine uolunt indicari.

De Sole.

ANaximãder Solẽ esse maiorẽ terra octies uicies iudicat:eũq; esse rotæ plaustri similẽ, cãthũq; habere,concauũ,ignis plenũ,quẽ nobis paruo quodã ore ostẽdit,tanquã per modioli foramẽ. atq; hoc esse Solẽ.Xenophanes e siccis uaporibus colligi igniculos quosdã uult,qui in unũ corpus redacti, Solẽ efficiant. uel Solem esse nubem succensam.Stoici fluentũ ignitũ esse Solem,e mari illuc comportatũ putãt. Plato maiore ex parte constare ipsum existimat.Aristoteles globũ e quincto corpore profectũ.Philolaus Pythagoricus corpus uitro cõsimile,quod ab igne,qui in mũdo inest, lucẽ accipiens, eã ad nos remittit:proinde ad Solis naturã tribus opus esse,igne,qui in cælo est:corpore,quod ab ipso, ut speculũ ignem,& lucẽ possit accipere:tũ luce,quæ ab eo speculo repercussa ad nos effundatur. nos.n. hanc lucem appellare Solem quasi simulacrũ simulacri cõsueuimus. Empedocles geminos esse Soles putauit,unũ primũ,ac præcipuũ;eumq; esse ignem,qui est in opposita,ac media cęli parte,quam replet:
B quiq; ex aduerso imaginis suæ,hoc est nostri Solis,fertur:alterũ esse eũ,quem intuemur:qui est reflexio eius lucis,quam ex prædicta cæli parte,aere concalfacto plena,ignis ante dictus effundit:& in solis corpus,quod crystalli similitudinem gerit,transmittit:unde repercussa ad nos peruenit, & ad primi Solis motionẽ circumfertur.&,ut rem paucis complectar,Sol est reflexio ignis,qui circa terrã mouetur.Epicurus terræ concretionem pumici similem esse putat,quæ ab igni,foramina illius permeãte, accendatur.Heraclitus uaporem collectum,qui dum oritur,accenditur:dum occidit,extinguitur.

De Solis magnitudine.

ANaximander Solem esse terræ æqualẽ censuit:sed orbẽ eum,quo fertur, & in quo spiritũ mittit, ac ducit,septies uicies terra maiorem.Anaxagoras multo maiorem† terra.Heraclitus humani pedis longitudine Solem metitur:Epicurus hæc omnia,quæ diximus,fatetur posse contingere: sed tamẽ Solem esse tantum,quantus apparet,aut certe paulo maiorem,aut minorem.

† Apud Plutar. Peloponneso.

De figura Solis.

ANaximenes Solẽ latũ,ut foliũ credidit.Heraclitus in motem peluis,intus cõcauum foris cõuexũ:Stoici rotundum,ut cęlum,& stellas:Epicurus has omnes ei inesse figuras posse concedit.

De Solis conuersione.

C ANaximenes cõuersionis Solis caussam esse putat,quod ab aere cõdensato, & renitẽti repellatur. Anaxagoras eum repelli existimat ab eo aere,qui in Septentrione est:quemq; cõpactũ Sol densitate ualẽtiorẽ efficit.Empedocles ab orbe,quo cõtinetur,& a circulis brumæ,ac solstitij effici putat, ne Sol ad uertices recta descẽdat.Diogenes ideo cõuerti Solẽ,quia alioqui Sol extinguereť, cũ frigus calorẽ oppugnaret.Stoici usq; eo ferri Solẽ uolũt,quousq; alimẽtũ cõperiat,quod ei & Oceanus,& cetera maria suppeditãt,nẽpe submissos ab ipsis uapores,cũ quibus ẽt,quæ humus exhalat,admiscẽtur.Plato,Pythagoras, & Aristoteles id in signiferũ obliquũ conijciũt:qui Solẽ cogit,ut obliquo incessu feraẽ & cõueniẽter circulis brumæ,ac solstitij progrediatur.quæ omnia in globo æneo facile conspicies.

De Solis defectione.

THales primus interuentu Lunæ ad perpendiculũ,quæ suapte natura & terrea,& obscura est, Solẽ deficere suspicatus est.id quod in speculo ad Solem posito comprehendi facile posse existimauit: Anaximãder uero clauso foramine,per qđ ignis exspirat:Heraclitus, si concauã partem ad superiora, & conuexã ad aspectũ nostrũ cõuertas.extingui aũt Solem,cũ deficit Xenophanes arbitratur : tũ renascentem aliũ accendi.isq; ait,interdũ toto mensis spatio Solem defecisse:& alio item tempore sic plane Solem defecisse,ut dies in noctem esse uersus uideretur.quidam putant densa caligine, ignota nobis,
D oculos nostros obduci. Aristarchus Solem ad fixas stellas aggregat, uultq; terram circa Solis orbem moueri:illaq; inclinante Solis orbem tenebris offundi.

De Luna.

ANaximãdri opinio est,orbẽ Lunæ esse nouies decies maiorẽ terra:ipsamq;, ut de Sole dictũ est, rotę plaustri similẽ cãthũ habere,eũq; cõcauũ,ignis plenũ,& e quo per foramẽ uapor ꝓdeat.Xenophanes uero nubẽ accẽsam esse putat:Stoici corpus ex igni,terraq; cõcretum:Plato ignẽ maiore ex parte:Anaxagoras,& Democritus solidũ corpus,idq; igni candens, in quo cãpi,mõtes, uallesq; insint: Heraclitus terrã nubula inclusam.Iam Pythagoras Lunæ corpus esse ignem arbitratus est.

De Lunæ magnitudine.

STOici Lunam esse terra maiorem putant,ut etiam Solem.Parmenides Soli æqualem, a quo Luna lucem mutuetur.

De figura Lunæ.

PLacet Stoicis Lunam,non secus,quàm Solem, esse rotundam. Empedocles disco similem facit: Heraclitus pelui comparat: alij cylindro similem esse aiunt.figuratur uero septem modis:cum primum incipit apparere,cum inquam ab interlunio discessit,cornuta uidetur,mox dimidia,tum semiplena.item a plenilunio rediens,semiplena fit,deinde dimidia, tum cornuta,postremo nõ uidetur, donec

iterum noua fiat.hac autẽ de re multa fieri uerba solẽt.quidam hoc euenire existimant,quod incidat in E umbrã terræ,quę modo totã, modo aliquã eius partẽ tenebris obducat.

De luna lumine.

PVtauit Anaximander,lunam habere propriam lucem,sed rariorem:Antipho suo splendore lunam lucere:eumque paulatim abscondi,propter solis uicinitatẽ.sic enim fieri,ut minor lux maioris præsentia obscuretur:quod etiam reliquis stellis accidit.Thales,& qui eum sunt secuti, lunã a sole illustrari censuerunt.Heraclitus idem lunæ,quod soli ait accidere.uult enim stellas, quia concauæ sint, & uapores excipiant,uideri lucem mittere: ac maiorem quidem a sole proficisci, quod ille in aere puriore cursum suum conficiat: lunam non ita magnam,quia in aere turbidiore feratur.

De lunæ defectione.

DEfectionis lunæ causam esse Anaximander arbitratur, quod rotæ os obstruatur: Berossus, quod minus lucidam partem ad nos uertat:Heraclitus,quia cauam partem auertat. quidã Pythagorici, reflecti lucẽ, & intercipi a luna uolũt:quorũ illud nostra,hoc eorũ,qui aduersa nobis urgẽt uestigia,terra efficiť. Plato, Arist. Stoici,ac mathematici uno cõsensu aiũt lunã solis cõgressu occultari, digressu illustrari:deficere aũt qđ incidat in umbrã terræ:quæ tũc ex diametro paulo plus,aut minꝰ sit inter utrũq; sidus interiecta. F

De lunæ maculis.

LVnam ideo esse maculis distinctam Phytagorici putant,quod maiora illic animalia,proceriores q; arbores,quàm hic apud nos,sint.illa porrò animalia esse decies quinquies maiora, ualentioraque nostris, nec ullum usitatum excrementum emittere :diem quoque nostro, quantum diximus,longiorẽ. Anaxagoras hoc partium uarietati acceptum refert:siquidem luna ex gracilibus, corpulentisque partibus constet:proinde opacam lucidis interpunctam uideri,& eam ob rem stellam falsę lucis appellari. Stoici quoque non plene concretam lunam putant,cum scilicet dissimilibus sit partibus.

De lunæ distantia.

EMpedocles distare lunam duplo maiore interuallo a sole,quàm a terra memorauit. mathematici decies octies,plus.Eratosthenes subducta ratione dixit solem a terra distare cẽtum triginta stadiorum millibus : lunam octo & uiginti.

De anno.

ANnus saturni est annorum triginta:Iouis,duodecim:Martis,duorum: Solis, mensium duodecim: Veneris, totidem,itemq; Mercurij:siquidẽ eodẽ,quo sol,tẽpore cursum suũ cõficiũt.Lunæ annus est triginta dierũ:nã mẽsis tot hẽt dies,si quis a cõgressu ad digressum numeret. eũ uero annũ, quẽ magnũ uocat,qdã octauo quoq; anno,qdã undeuigesimo,qdam primo & sexagesimo cõpleri crediderũt. G Heraclitus ei duo de uigiti ãnorũ solis millia tribuit.Diogenes e trecẽtis sexaginta qnq; annis tã lõgis, q̃ fecit Heraclitus,cõstare eũ uoluit. sunt qui eũ ex septẽ millibꝰ septingẽtis octuaginta septẽ cõficiãt.

De circulo lacteo.

LActeus circulus est nubibus similis,q noctu in aere semp̃ conspiciť, & lacteus ꝓpter candorẽ coloris uocať.qdã Pythagorici putarũt,esse hoc uestigiũ incendij stellæ cuiuspiã, q̃ tp̃e Phaetontis e sua sede exciderit,eaq; loca,p q̃ trãsijt,cõbusserit.qdã aiũt solẽ priscis tẽporibus illac suũ iter fecisse.quidã hæc reijciũt oĩa: idq; sic nobis uideri ꝓpter copiã & uim luminis a cælesti igne manãtis,qđ illis in locis a cælo,ut a speculo quodã refractus ad nostros oculos reflectať.qđ etiã arcus cælestis nubes afferre nobis solẽt.Metrodorus ait,hũc solis esse circulũ,q,cũ sol discessit,uideri a nobis queat. Parmenides lacteũ colorẽ ex raro qđ dẽso mixtũ sit,effici existimat.Anaxagoræ sentẽtia est,lacteũ circulũ, umbrã terrę esse:a quo cælũ ita occupeť,qa cũ sol terra cõdiť,suo lumine cõplere cũcta nõ possit.Democ. uero putat,cum multarũ ac paruarũ,& cohærẽtiũ stellarũ splẽdorẽ.illæ.n.crebræ lucẽ simul mittere existimanť. Aristo. esse siccæ exhalationis incẽdiũ,q̃ cõtinẽtet,copiose fit,ut in crinitis usu uenit: quas eẽ infra planetas,& ab igne succẽdi plane cõstat.Stoici hũc circulũ eẽ ignis ætherei raritatẽ,ac planetis superiorẽ. hũc quoq; Possidonius ignis magnã uim esse credidit,stellis clariorem,sed splendore continuo. H

De stellis crinitis,ac discurrentibus,& trabibus.

QVidã Pythagorici crinitas stellas ex ijs esse opinanť,q̃ nõ semp̃ apparẽt:sed statis qbusdã tẽporibus oriunť:alij aspectus nostri reflexionẽ ad solẽ,sicut in speculis fieri perspicimus:Anaxagoras & Democritus duarũ,aut pluriũ stellarũ se se illuminantiũ,esse cõgressum: Arist. cumulũ siccæ ex terra exhalatiõis accẽsum . Strato astri cuiuspiã lucẽ dẽsa nube cõprehẽsam:qđ ẽt laternis accidit:Heraclides Põticus altiorẽ nubẽ,q̃ illic a luce superna splẽdorẽ accipiat.is aũt eadẽ de cã barbatas, areas,trabes,colũnas,& alia huius generis fieri putat,ut est ẽt oĩum Peripateticorũ sentẽtia: q hæc uisa oĩa ex incẽsis exhalationibus excitari uolũt.Epigenes spiritũ terræ cõmixtũ,in sublime elatũ, atq; ibi incẽsum eẽ dixit. Boethus esse aeris ardẽtis spẽm,Diogenes crinitas esse stellas,uoluit ipse qdẽ,sed q̃ malũ aliqđ portenderẽt.Discurrẽtes uero stellas,quas uocãt,Anaxagoras ut scintillas ex æthereo igne decidẽtes credit: ꝓinde eas statĩ restingui.Metrodorus stellæ discurrẽtis speciẽ effici a radijs solis,q magna ui,ut sagittæ in nubem irruunt.Xenophanes hæc esse nubium accensarũ cõstitutiones,& incursiones dixit omnia.

De tonitruo,coruscatione,fulmine,turbine,& conuolutione.

HAec oĩa effici a spiritu,densa nube intercepto,q erũpere nititur,Anaximãder putat.ille.n.incidẽs in tenuiorem partem,nube disrupta,tonitruum efficit:spiritu uero secundũ nubem atram extẽto, coruscationem.

A coruscationẽ. Metrodorus auctor est, cum spiritus in concretam, densatamq; nubem incidit, frangẽdo, ac discerpendo, tonare: percutiẽdo, ac diuellendo, micare: si uero motus celeritate a Sole calorem mutuetur, fulminare: ac fulmen inualidũ in turbinem degenerarẽ. Anaxagoræ uero placet, cum calor frigori occurrit, hoc est, cum pars ætheris in aerem densum impetũ facit, tum crepitu tonitruum fieri: tum ex colore, quem ex uicina nube atra ducit, coruscationem: magna uero, copiosaq; luce, fulmen: corpore paulo magis densato, cõuolutionẽ: magis deniq; nubiloso, turbinem. Stoici tonitruum sic definiunt, ut sit nubiũ coruscatio: ipsam uero coruscationem, ut sit accensio nubium attritu excitata: fulmẽ, ut sit incẽsio nubis motu uiolẽto impulsæ: turbinem, ut sit nubis tardius motæ progressus. Aristotelis sententia hæc omnia fiunt e siccis uaporibus, qui in humidos incidentes erũpere conãtur. quare dum sicci humidos pellunt, & disrumpunt, strepitumq; attritu excitant, tonitru fit. dum uero extrudunt, & erumpũt, inflammantur: & inde oritur coruscatio. cum uero magis accensi impetu uehementiore, quasi catapulta expulsi feruntur, fulmen mittitur. turbo enim a conuolutione differt, quod ille ex calidiore, hæc ex densiore materia constat, cum tamen magna eius in utroque sit copia.

De nubibus, pluuia, & grandine.

B ANaximenes ex plurimũ densato aere nubes gignit. ex eodẽ magis cõdensato pluuiã manare arbitratur. ex hac, si cadens gelu obrigeat, niuem procreari putat, & item grãdinem, si ab aliquo uẽto frigido cogatur. Metrodorus nubes e uaporibus sursum elatis credit gigni: Epicurus ex atomis: tum grandinem, & pluuiam longo per aerem descensu rotundari.

De arcu cęlesti.

EOrum, quæ æthereis in oris cernuntur, quædam re uera corporea sunt, ut imber, & grando: quędã nihil habẽt solidi, sed tñ inanem quandam sui speciem faciũt, quã nos uidemur intueri. ex quo genere arcus est cęlestis; de quo loquemur, si prius quomodo aspectus fiat in nobis, exponamus. quæcũque igitur aspicimus, ea uel recta linea, uel curua, uel refracta uidemus. Sed nemo putet, lineas conspici oculis posse. cum.n. corpore uacent, animo tãtum cerni possunt. ceterum rectis lineis ea cernimus omnia, quæ fiunt in aere, & quæ cornu, uitro, aut lapide speculari interiecto, uidemus: siquidem hæc rara sunt, & quæ uideri debẽt, rectis meatibus transmittunt. lineis uero curuis aspicimus ea, quæ sub aquis sunt. quæ causa facit, ut remi, si quis eos procul prospiciat, curui uideãtur, necesse.n. est curuari aspectũ, cum aquæ natura sit aere densior. at imagines, quas in speculis inspicimus, reflexis lineis intuemur: ad quod genus arcum quoq; cęlestem pertinere non dubium est. prius tamen animo debemus concipere humidam exhalationẽ, quæ in nubem sit conuersa, tum ex ea minutas guttas, uelut rorem dimanare.
C quam ob rem cum Sol aut in occasu, uel ortu sit, (debet.n. arcus esse Soli contrarius) tum oculi guttas, quas iam diximus, conspicientes, lucem Solis in eis refractam, nempe arcũ ipsum cęlestem intuentur. guttæ ipsæ non figuræ, sed coloris causam afferunt. arcus enim triplici est colore distinctus, puniceo, uiridi, & purpureo. ac puniceo quidẽ, quia radij solis sinceri fere remittuntur: uiridi, quia magis sunt aquæ admixti, & minus puri: purpureo, quia turbidiores sunt, & inter guttas dissipati. potest quisque sibi ipse exemplũ efficere, si aquã ore cõceptam soli aduerso cõpressis labijs ita reijciat, ut rorẽ nobis referat; siquidẽ luce ad guttas refracta statim arcus conformabitur. Lippi quoq; si ad lucernã respiciant, iridem illic uidebunt: hęcq; est Platonis, Aristotelisq; sententia. at Anaximenes fieri cęlestem arcũ putat, cum Solis radij in nubem aduersam quæ densa, crassa, nigraq; sit, immissi non possunt euadere, sed ab illa detinentur. Anaxagoras Solis lucem, quam aduersa nubes, eaq; densa repercutit, arcum nominat. atque eum e regione Solis perpetuo consistere censet. is quoque eandem esse causam uult, cur gemini Soles, ut in Ponto persæpe accidit, uerum Solem utrinque adstare uideantur. Metrodorus auctor est, cũ radij Solis in nubem sint ingressi, tum & nubem uiridem, & radios purpureos nobis uideri.

De uirgis, & gemino Sole.

D VIrgæ, quas in cęlo intuemur, & Sol geminus, tum habent corpus quoddam, tum non habent. habẽt aũt quia e nube, quã uidemus, cõstãt: nõ habent uero, quia color, quẽ aspicimus, nõ proprius eis inest, sed aduẽtitius: quippe qui ex ijs rebus oriatur, non quæ sunt, sed quæ apparẽt. Sed oẽs hi affectus, tam qui secundũ naturam fiunt, quàm qui adumbratim, sunt inter se consimiles.

De Ventis.

VEntum esse Anaximander putat aeris fluxionẽ, cuius tenuissimas, humidissimasq; partes sol dimouerit, aut absumpserit. Stoicorum schola omnem uentum esse aeris fluentis impetum tenuit: qui uarijs nominibus, pro locorum uarietate appelletur: si quidem ab occasu flans, Fauonius: ab ortu solis, subsolanus; ab ursa, Aquilo: ab Africa, Africus nominatur. Metrodorus alios excitari uentos dixit, cũ Sol aquosæ exhalationis humorem expresserit: Etesias uero tum subsequi solem recedentem confecto Solstitio, cum aer iam sit ad Septentrionem condensatus.

De hyeme, & æstate.

HYemẽ fieri dicũt Empedocles, & Stoici, cũ aer sua dẽsitate dominaẽ, seq; sursum ꝓpellit: ęstatẽ, cũ ignis plus põt, seq; deorsum ad nos agit.

De terra.

THales, & eum secuti philosophi unã tñ esse terram uoluerunt. quidam e Pythagoricis duas, hanc nimirum, & alteram huic aduersam. Stoici unam, eamque terminis inclusam. Xenophanes infini-

tam dixit ea parte, qua deorsum tendit:& eam ex aere,ignique cõstare.Metrodorus uero cum terram E aeris, tum Solem ignis esse fæcem ac sedimentum putat.

De figura terræ.

THales,& qui ab eo manarunt,terram globosam esse dixerunt. Anaximander columnæ similem: quæ planam,non globosam habeat superficiem. Anaximenes mensæ similem: Leucippus tympa ni formam ei tribuit. Democritus disco similem facit,sed magnitudine concauam putat.

De terræ situ.

QVi a Thalete profecti sunt,terram in medio positam crediderunt. Xenophanes primam esse collocatã,utpote quæ radices suas sic proferat,ut nullis terminis includãtur. Philolaus Pythagoricus igni medium locum assignat:cumq; totius naturæ meditullium putat:supra quem terram eam esse, quæ huic nostræ opposita sit:tũ nostrã statuit.quã oppositã illi esse uult, & circa eã ferri. pinde qui illic sunt,cerni a nobis nõ posse.Parmenides primus oĩum terrã extra duos circulos solstitij,& brumæ,esse habitabilem monuit.

De terræ inclinatione.

TErram in austrum inclinari Leucippus existimat: ducta coniectura , quod in meridiana regione terra sit exilior;in aquilonali uero quæ summis algoribus conflictatur,magis compacta:meridiana uero contra,sit combusta.Democritus uero propendere ad meridiem terram credidit,quia non satis queat,quæ illic nascuntur,sustinere. Septentrionem enim,quia intemperatus sit , pauca producere: meridiem,quia bona est temperatura,multa gignere,a quibus,dum augentur, terra opprimitur. F

Vtrum terra moueatur,an consistat.

QViescere terram ceteri,Philolaus moueri ipsam circa ignem per obliquum circulũ,ut Solẽ,& Lunã uidemus,scriptũ reliquit. Heraclides Ponticus,& Ecphantus Pythagoricus dicũt illi quidẽ moueri terrã,suũ tamẽ locũ excedere non concedũt:sed in morẽ rotæ circa suum medium ab occasu in ortum cieri.Democritus terram initio,cum leuior esset,ac rarior,uagatam esse:progressu uero temporis grauiorem,densioremq; effectam constitisse,memorauit.

De terræ sectione.

PYthagoras terram , ut cęlũ quinq; Zonis secuit,septentrionali,solstitiali,æquinoctiali, brumali, & australi.harũ aurem media,& duæ proximæ mediã terrã circũdant:hæcq; pars cõbusta nominatur. quæ utrinq; usq; ad australẽ,& septentrionalem plagam pertinent,quia bona sunt temperie, ideo habitabilis regionis nomine gaudent.quod uero,est reliquum, quia nimio gelu riget,habitabile non est.

De terræ motu.

TErræ motus causam aquæ acceptã referunt Thales,ac Democritus.cum sic Stoici definiũt, ut sit G exitus humidi uaporis e locis,quæ sub terra sunt,in aerẽ prorũpentis.Anaximenes terræ motus causam in terræ siccitatẽ,& humorem cõijcit.atq; illam quidem æstus,hunc pluuia efficit.Anaxagoras id proficisci putat ob aerẽ terrę inclusum,qui cum ad eius extremitatem peruenit,nec penetrare illam, quæ densa est,potest, locum ambientem concutit. Aristoteles ob frigus omni ex parte circunfluum id fieri putat,cum illud in abeuntis succedere locũ uult.cum.n.uapor leuis,calidusq; sit,in sublime ferri conatur:sed quia uijs angustis,& obliquis prohibitus,succedenti dare locum cogitur, ideo conatus magnaq; reluctatio subsequitur,unde fit,ut terra motu cieatur.Metrodorus adduci non potest,ut rem ullã,quæ proprium locum obtineat,moueri concedat,nisi ui pellatur inde,atq; auellatur. proinde terrã, si in sua sit sede,non posse cõmoueri: eius quidẽ partes loca inter se quandoq; uariare. Parmenides, & Democritus terrã æquis portionibus undiq; recessisse,& omnem in partem æq; perpendere, nec habere causam,cur plus huc, quàm illuc uergat,affirmarũt.atq; indę effici,ut uibrare quidẽ se queat. sed mouere,non item.Anaximenes concuti terrã existimat propterea,quod terrã ob eius latitudinem insidere aeri, tanquã uehiculo opinaẽ.alij,quia non secus,quam crusta,seu tabella mari innatet. Plato motus recti sex genera constituit,sursum,deorsum,a dextris,a sinistris,ante,& retro.horum nullo cieri terrã censet.cum.n.ei non suppetat,quo plus inclinet,immota manet. quædam tamen concaua eius loca ab in- H clusis flatibus agitari concedit.Epicurus fatetur fieri posse,ut ab aere incluso,qui crassus sit,utpote qui naturam aquæ adhuc referat,concussio terrę excitetur,ut ipsa ueluti subter pulsata moueatur.idem admittit, terram, ut quæ cauernis scateat, ui spiritus, qui sit ei interfusus,quique per cauernas huc illuc percurrat,posse fluctuare.

De mari,& cur salsum sit.

ANaximandri opinio est,mare esse primi humoris reliquias.cũ.n.maior eius pars,quæ dulcis erat, igni cõsumpta esset,reliqua,cum extenuari non posset,amara permansit.Anaxagoras ait,cũ principio aqua stagnaret,continuo solis cursu uri cœptam esse,atq; ita euenisse, ut pinguis pars in uapores abierit,reliqua & amara,& salsa remãserit.Empedocles existimat terrã Solis calore æstuãtem mittere ex se sudorẽ,eũq; salsum mare efficere,quia maris fluctibus eluatur.Antipho mare esse credidit sudorẽ corporũ æstuantiũ.Metrodorus uero mare a terra transmitti,ceu per colũ fieri solet:itaq; crassum, & salsum ab ea reddi:nõ secus quàm in aqua,per cineres traiecta conspicimus. Platonici aquã ex aere frigoris opera genitã esse dulcẽ,ui aũt caloris resudantem aut euaporantem,esse salsam prodiderunt.

De maris accessu,& recessu.

ARistoteles,& Heraclitus uẽtos cõplures a Sole excitari,& in orbẽ ferri scriptũ reliquerũt.illis autẽ flãtibus mare Atlanticũ impelli,ĩpulsum intumescere,& tumidũ littora magna ui aquarũ adim

plere

A plere:cum aũt uẽti posuere,aquas cõtrahi:atq; hoc modo recessum, illo accessum effici. Euthymenes
Massiliensis Luna crescente mare crescere:illa decrescẽte,hoc decrescere iudicauit. Plato mare attolli
existimat cum aquæ in sublime feruntur:subsidere,illis descendentibus.esse.n.ostiũ quoddã, per quod
ultro citroq; fiat aquarum uicissitudo.atq; inde accessum,recessumq; exoriri. Timæus multorũ fluminũ
incursu in mare Atlanticũ e Celtarum montibus crescere mare putat;illis rursus cessantibus,mare sub-
sidere. Seleucus,is qui etiam moueri terram arbitratus est,hanc habet sententiam, terrã sua conuolu-
tione Lunæ obuolutioni occurrere,eoq; modo repercussum inter duo corpora afflatum in mare Atlan
ticum impetum facere,quo maria omnia attolli credit.

De Nili incremento.

THales putabat,Nilũ ab Etesijs uẽtis aduersus Aegyptũ flantibus extolli.cũ.n.tumor superueniẽ-
tis pelagi ipsum sic cogat,ut erũpere nõ queat,necesse est,increscat,alueumq; excedat. Euthyme-
nes Massiliensis augeri Nilũ credidit externis Oceani aquis,quas ipse dulces esse arbitrabatur. Anaxa-
goras id fieri putauit posse Aethyopiæ niuibus,quæ hyeme densatæ per æstatẽ liquũtur. niuibus id ip-
sum acceptum retulit Democritus,sed quæ sint in septentrione.censet.n.niues illic peracto solstitio re
solui,easq; primũ in uapores,nubesq; mutari:tum ab Etesijs in meridiem,Aegyptumq; propelli:& illic
B imbres repentinos effundi,quibus Nili paludes restagnent,ipseq; fluuius redundet. Herodotus histo-
ricus æstate & hyeme ait Nilũ æqualẽ e fontibus manare:sed tñ hyberno tempore uideri minorẽ,quod
sol,qui tum est Aegypto proximus,eius aquas imminuat. Ephorus,qui conscripsit historias,auctor est,
æstiuo tempore totam Aegyptum laxari,eamq; ob causam magnam uim aquarum prorumpere:& Ara
biam,ac Libyam,quæ rara,& arenosa terra sunt,ad hanc ipsam rem plurimo adiumento esse. Narrat
Eudoxus,se ab Aegyptijs accepisse sacerdotibus,mutationem æstatis in hyemẽ in causa esse, cur Ni-
lus singulis annis exuberet. cum enim nobis,qui sub Cancro sumus,æstas appetit,tũ ijs, qui sub Capri
corno sunt,hyems instat.quare efficitur,ut inde emanans Nilus, imbribus continentibus increscens,
extra alueum latissime propagetur.

De Sensu.

EX sententia Stoicorũ,sensus est rei sensilis comprehensio.multis.n.modis sensus dicitur: siquidẽ
& habitus & potentia,& actus, & ea imaginatio,quæ aliquo sensus instrumento res percipit,&,
quod ipsi octauum ponunt,animæ principatus,a quo sensus omnis proficiscitur,hoc genere continen
tur. Sensus uero instrumentũ uocatur spiritus intelligens,qui est ab animæ principatu in mẽbra sensuũ
distributus.cẽset Plato sensum esse corporis,& animæ societatẽ ad ea,quæ extrinsecus sunt,cognoscẽ-
C da:eã porrò uim,qua id fit,ad animũ:instrumẽtũ,quo facit,ad corpus ptinere:utrunq; aũt ad res exter-
nas intelligẽdas cõuenire. Leucippus aũt,& Democritus sensus in nobis putãt excitari e rerũ nobis oc
currentiũ simulacris:ac neminẽ posse quicquã persentiscere,nisi rei simulacrũ se eidem objiciat.

Verus ne sit sensus,& imaginatio.

SEnsus quidem ueros esse omnes,sed imaginationes quasdã ueras,quasdã falsas esse Stoici putant:
ac sensum uno solum modo falli in ijs,quæ intelligẽtia cõprehenduntur:imaginationem tam in ijs
quæ ad sensum,quàm quæ ad intelligentiã pertinẽt. Epicurus tã sensum,quàm imaginationem esse ue-
ram arbitratur:opiniones uero tum falsas,tum ueras censet.

Quot sensus sint.

PRoprios sensus quinque esse,Stoicis placet,ut auditũ,aspectum,olfactũ,gustatũ,& tactũ. Aristote-
les non adiungit quidem sextum,sed tamen communem quendam sensum compositarum forma-
rum iudicem esse dixit,in quem singuli sensus suas imaginationes referunt. singula enim ille indicat,
quo modo ab una re ad aliam sit factus transitus,ut figura,uel motu. Democritus plures sensus brutis,
quàm Dijs,& sapientibus tribuit.

De notione,anticipatione,& ratione.

D CVm homo in lucem editur,ut traditum est a Stoicis,animæ principẽ partem habet, membranæ
persimilẽ,quæ sit scribendis literis accommodata,in qua notiones singulas notat. prima aũt ad-
notandi ratio per sensus efficitur:ut si quis tunicam cernat candidam,is ea ablata,notionẽ illius in me-
moria conseruet.siq; illam persæpe uideat,multas etiam eius habebit memorias.multæ autem memo-
riæ,experientiæ nomine appellantur,cum nihil aliud sit experientia, quàm plures rei, quæ eiusdẽ spe-
ciei sit,memoriæ.notiones autem aliæ naturales sunt,cuiusmodi sunt, quas modo attulimus, alias no-
stra disciplina,ac studio comparamus.hæq; notiones modo:illę ẽt anticipationes uocantur. ratio aũt,
qua dicimur esse rationis participes,anticipationibus absoluitur intra septem primos ætatis annos. est
enim cogitatio de re,quã imaginari queas.res aũt huiusmodi simulatq; in animæ partem, quæ rationis
est compos, incidunt, ἔννοια, hoc est mentis cogitatio uocatur,nomine a mẽte deducto. quam ob rem
in ceteras animantes non cadit res,quã imaginari possint,sed in uos solum,& item Deos. quæ tamẽ in
nos cadunt,ea genere sunt,ut eas queas imaginari:specie uero mentis cogitationes.

Quid phantasia,phantasticon,& phantasma differant.

CHrysippus inter hæc quatuor,phantasiam,phantaston,phãtasticũ,& phãtasma differentiã esse exi
stimauit:ut phãtasia sit animę affectus,qui & se,& auctorẽ indicat:ut cũ quis candorẽ aspicit,affe
ctus quidem ex aspectu in animo illius gignitur,eiq; respõdet res, quæ alba sit:quod,ut in aspectu, sic

in ceteris sensibus contingit. φανταστὸν est, quod sui imaginem gignere potest in animo: qualia sunt alba, E frigida, ceteraq; quæ exteriores mouere sensus queunt. φανταστικὸν est animi affectus, cum nullus e quinque sensibus occurrit, sed potius quadam inclinatione animi exortus, quod usu uenit tironibus, qui ut se ad prælium exerceant, hostem animo concipiunt, & contra ipsum ictus suos dirigunt: cum tamen nemo sit, quem gladio petant. quæ res facit, ut nihil ei extra respondeat, ut phantasiæ. phantasma est, ad quod inani quadam animi imaginatione perducimur: id quod frequenter atra bili agitatis, & insanis, ut Oresti, & Theoclymeno euenit.

Quomodo aspectus in nobis fiat.

DEmocritus, & Epicurus a re, quæ aspicitur, oriri simulacrum putant, quod in oculos incidit eius, qui eorum utitur munere. quidam ab oculis radios ad res progredi, & a rebus ad oculos redire affirmant. Empedocles radios & simulacra miscet, hocq; totum, radios simulacri uocat. Hipparchus ab utroque oculo radios ad res peruenire ait, earumq; extremitatem ueluti manum attrectare: atque ita rem, quæ foris cernitur, intus significare. Plato duorum hominum concursu fieri in nobis aspectũ censet: quorum alterum oculi emittunt ad certam usque distantiam progrediens: alterum a rebus ortum, quod obuiam nobis fit. uultq; aerem, qui medius interiectus est, affinisq; luci, facilem utrique conuentum concedere: præcipue cum uis oculorum ignea maximo sit ad hanc rem adiumento. hæcq; est, quæ F Platonis collustratio nominatur.

De imaginibus speculorum.

IMagines speculorum Empedocles a rebus uisis, quas ipse simulacri radios uocat, prodire existimat. hos autem in extremo speculo collectos ab ignea ui, quæ de speculo manat, secumq; aerem educit, in quem radij feruntur, ostendi scribit. Democritus uero, & Epicurus illud cerni a nobis simulacrum in speculis putant, quod a nobis proficiscitur. cũ primum enim in speculum incidit, quia progredi lõgius non potest, conuertitur, & facit, ut ipsum nos intueamur. Pythagorici eas imagines ex confractis aspectus nostri radijs excitari credunt. radij. n. feruntur intenti in modum ferri: uerum densitate, ac leuore speculi repulsi, redeunt in se ipsos, ut facere manus solet, quam, si quid offendat, retrahere solemus.

An tenebræ uideantur.

VIderi tenebras Stoici putãt, quod ex oculis in ipsas lux quędã emanet, & aspectus nõ fallatur, sed tenebræ re uera comprehendantur. congregatur enim aspectus tenebris, quę eundem quoq; intercipiunt, & retundunt: lux ipsum dissipat, protendit, & usque ad res, quæ cerni queunt, ducit. ex quo fit, ut aer lucidus præstet nobis uicem medij: tenebricosus uero, obiecti. Chrysippus ea nos ratione aspicere censuit, ut a principe animi ui spiritus non ater, nõ obscurus, sed igneus, ac splendidus ad pupillas G oculorũ funderetur. atq; inde effici, ut si aer uicinus esset similis, hoc est lucidus, in morem coni usq; ad res uidẽdas se funderet: si dissimilis, hoc est opacus, tenebris occurreret, sicq; eas intueretur.

De auditu.

AVditum effici in nobis Empedocles putauit, quia aer intimam aurium partem impellit. cum. n. ea in morem cochleæ obuoluta sit, ac tãquam tintinnabulum edito in loco appensa, omnes ingrueñtis aeris appulsus percipit. Alcmæo ideo nos audire ait, quia aures intus sunt uacuæ: & uacua resonare omnia, cum in ipsa uox incidat. Diogenes esse in capite aerem, eumq; percuti uocibus, & commoueri putat. Plato, & qui eius sectam adamarunt, aerem, qui auribus insidet, pulsari: pulsum in principem animi sedem mitti, sicq; auditum effici uoluerunt.

De olfactu.

ALcmæo principẽ animi partem in cerebro sitã esse, ab eaq; percipi odores, qui respirãdo attrahũtur, existimauit. Diogenes illã in arterijs cordis collocatã, in quibus ẽt esse uult spiritũ, qui ad pulmones cõportatur. itaq; odores in cordis sinus ingredi credit. proinde fieri, ut quibus facta est grauis respiratio, quod euenit ijs, quos destillationes exercẽt, exasperatis, & impactis muco meatibus, odores non sentiant. H

De gustatu.

SApores lingua dignosci Alcmæo censuit: idq; fieri eius tum humore, & calore tẽperato: tũ uero etiã mollitie. Diogenes, quia instar spõgiæ rara, teneraq; sit, ideo sapores eam recipere, & eos per uenas, quæ plurimæ in ipsam pertinent, in sensum, ac principem animæ partem delegare existimauit.

De uoce.

VOcẽ sic definiuit Plato, Vox est Spiritus a cogitatione p os emissus: & impulsus aer, qui p aures, ac neruos cerebri usq; in animũ pertingit. hominũ aũt loquela proprie uox dicit: nõ proprie uero ẽt aliorũ animãtiũ sonus, & mutarũ rerũ crepitus. Epicurus ait uocẽ esse fluxũ atomorũ, qui a loquẽtibus, aut sonãtibus, aut alioqui strepẽtibus manat. uult aũt has atomos primũ fluere ad ea, quæ cũ ipsis similitudinẽ gerũt: sic aũt appellat ea, quæ sunt eiusdẽ generis: ut rotundæ rotũdis, triãgulæ triãgulis similes sunt. tũ uero auribus occurrere, & ibi uocis sensum efficere. id uero intelligi ex utribus posse, cũ musti pleni efflãt: & itẽ ex infectoribus, qui insufflare uestibus solẽt. Democritus quoq; aerẽ in similes atomos diuisum, simul cũ atomis uocis ad aures usq; deferri memorat. nã, ut tritũ est sermone prouerbiũ, Gracculus Gracculo hæret: &, similia Deus semper iũgit. Stoici nõ esse aera ex atomis cõflatũ, sed p totũ cõtinuatũ, nec habere intermixtũ uacuũ narrãt. ita fit, ut aer a spiritu agitatus, ĩ orbẽ fluctuet: ut solet

iniecto

A iniecto lapide ſtagnum. hoc ſolum diſcriminis cernitur, quod aquæ extremitas maiores circulos ſubin-
de excitat: aer uero totus ex omni parte in orbes exundat. uocis originem eſſe cenſuit Anaximander,
cum aer ſpiritũ repellit, & ad aures uſque flectit: quo etiam modo efficitur ea, quæ Echo nominatur.

Vox ſit ne corpus, an ſecus.

PYthagoras, Plato, Ariſtoteles uocem eſſe corporis expertem dixerunt: aerem namque nõ eſſe, ſed
aeris extremitatẽ, quæ certo quodam oris impulſu figuretur. Stoicis eſſe corpus uidetur: quod om
nia quæ agant, aut faciant, ſint corpora: uocem autem aiunt agere, cum in noſtris auribus ſonitũ creet:
& facere, cum in ſenſu relinquat, quod percipiamus. præterea quicquid mouetur, corpus eſt: uox mo-
uetur. ſi enim in loca polita incidat, non ſecus, quàm a pariete pila, ſic uox ad nos redit. quæ res in Ae-
gypto facile cognoſcitur. nam ſiquis intra pyramides ſemel uocem mittat, eadẽ quater, aut quinquies
deinceps remittetur.

De principe animi parte, & quomodo ſingula percipiat.

STоicis ſummam quandã animi partẽ eſſe probatur: quam principẽ uim, rationẽq; uocãt: ab ea ſeptẽ
alias oriri: ut aſpectum, quem hac definitione explicant, ut ſit ſpiritus a principe ui in oculos uſque
pertinens. tum auditum, quem eſſe aiunt, ſpiritum a ui principe in aures pertinentem. & olfactum, quẽ
pariter ſpiritum eſſe uolũt, a principe illa ui ad nares uſque exporrectum. & guſtatum, quem uolũt eſſe
B ſpiritum a principe ui in linguam profectũ: & tactum, quem eſſe ſpiritum docent, a ui principe in corpo
ris uniuerſam extremitatem diſtributum, ut illic comprehenderet omnia, quæ admota obeſſe, aut pro-
deſſe nobis ualerent. duo reſtant, quorum alter nomine facultatis, quæ procreatrix ſeminis ſit, uocatur:
quam ſic definiunt, ut ſit ſpiritus a ui principe in membra, quæ ſunt ad ſemen gignendum procreata, de
latus: alter uero facultas, quæ uocem efficiens nominatur: quam etiam eſſe uolunt ſpiritum a ui princi
pe in membra uoci efficiendæ idonea tranſmiſſum.

De ſede principatus animæ.

PRincipem animi partem in toto capite collocant Democritus, & Plato: Strato in ea parte, quæ ſu
percilijs reſpondet: Eraſiſtratus in mẽbrana, qua cerebrũ continetur: Herophilus in cauis cerebri:
Parmenides & Epicurus in toto pectore ſitã eſſe dixerunt: oẽs Stoici in toto corde: Diogenes in ſolis
arterijs cordis, quibus ſpiritus continetur: Empedocles in ſanguine. quidã in ceruice cordis, quidam in
mẽbrana cor ambiente, quidã in ſepto trãſuerſo ſtatuerunt. recẽtiores in ea corporis parte, quæ a capite
ad ſeptum tranſuerſum pertinet. Pythagoras uero uiuẽdi facultatem in corde, mentem, ac rationem in
capite, tanquam in arce collocatam eſſe exiſtimauit.

De reſpiratione.

C EMpedocles putat fieri initio reſpirationẽ, cũ primũ humor fœtus, qui plurimis in eius ortu fuit, mi
nui inceperit. tunc. n. aer primum ad inane explendũ meatibus adapertis ſuccedit. cũ uero poſtea
natiuus calor uelit prodire, aerem foras pellit: quo redeunte iterum aer ſubſequitur: hocq; inſpiratio,
illud reſpiratio nominatur. nunc uero cum ſanguis excurrens. per nares aerem pellat, & recurrens eun
dem attrahat, effici reſpirationẽ cẽſet: monetq; hoc ut in clepſydris ſpectemus. Aſclepiades narrat, pul
monẽ infundibuli fungi munere, & cauſam reſpirãdi in nobis eſſe aerem in cauitate pectoris tenuatũ:
aer. n. externus, utpote qui craſſus ſit, illuc comportatur, indeq; repellit̃. eſt. n. ea pectoris natura, ut ne-
que multum aeris continere, neq; eo carere prorſus queat. itaq; aer, qui in pectore eſt, paulatim atte-
nuatur, ut cũ non poſſit totus confertim excerni, ponderi ingruentis cedens, foras exit, ut in cucurbitu
lis accidit. ſenſit præterea reſpirationem imperio uoluntatis effici, ob quoſdam anguſtiſſimos meatus,
qui in pulmone ſiti, & uolũtati noſtræ obedientes contrahuntur. Herophilus mouendi facultatẽ attri-
buit neruis, arterijs, & muſculis: pulmonem uero quatuor habere motus putat: unum, quo externũ aerẽ
attrahit: alterum, quo attractum in pectus exprimit: tertiũ, quo expreſſum iterũ in ſe capit: quartũ, quo
receptum foras pellit. hi tamen motus tum quatuor, tum duo ſunt: primum enim & tertiũ edit pulmo-
nis diſtentio: quartum & ſecundum eiuſdem contractio. pectus uero bis tantum cietur, & cum ſe dila-
D tat, aeremque a pulmone ducit; & cum ſe contrahit, & eidem, quod acceperat, uiciſſim reddit.

De affectibus.

STоici affectus in mẽbris, quæ afficiunt: ſenſus uero in principe animi facultate cõſtituũt. Epicurus
utrũq; in affectis mẽbris eſſe uult. Strato & ſenſus, & affectus in principe facultate animi collocat:
quod in ea ſit poſita tolerantia, ut ex dolorum & cruciatuum argumento cognoſcitur: quos fortes uiri
animo forti ſubeunt: timidi uero plus, quàm par ſit, timent.

De diuinatione.

DAri diuinationẽ eſt Platonis, Stoicorũq; ſententia. eã uero aut numinis præſentia, aut mẽtis diui-
nitate, aut ſoluto p ſomnũ animo excitari exiſtimãt: itemq; aſtrologicã & aruſpicinã cõcedũt. ue
rum ut hi multa genera diuinationũ ſtatuũt, ſic Xenophanes, & Epicurus tollũt oĩa. Pythagoras reijcit
eos, qui aruſpicinã faciũt. Ariſtoteles, & qui eũ ſecutus eſt Dicæarchus duas diuinãdi rõnes admittũt,
ſomniũ, & furorẽ. quamuis. n. non eſſe æternas animas uelint, in eis tamẽ eſſe quid diuinum concedũt.

De inſomnijs.

DEmocritus ĩſomnia ſimulacrorũ obſeruatione fieri putat. Strato credidit cogitationẽ habere aliã
quandam naturã in ſomnis; utpote quæ melius tunc ſentiat, ideoq; pſtantiore ſit pdita cognitio-
ne. Herophilus quæ a deo ſomnia mittũtur, ea neceſſario cõtingere exiſtimat: quæ uero a natura, ea

proficiſci

proficiſci,cum animus ſibi rerum utilium,& futurarum formas fingit.quæ caſu denique,ea cõfuſa eſſe, E
& ex imaginum occurſu genita. quo ſane tempore ſpectantur, ea, quæ optamus, ut amantibus acci-
dit, qui ſe habere amicas in ſomnis putant.

De ſemine.

SEmen eſſe ultimi alimenti excrementũ dixit,Ariſtoteles,idq; in ſe uim habere efficiẽdi tale, quale
ſit id,unde ſit proiectum:Pythagoras eſſe optimi ſanguinis ſpumam,uel alimenti partem quandam
ſuperuacaneam, ut ſunt medulla & ſanguis:Alcmæo cerebri particulam.Plato medullæ dorſalis deflu-
xum.Epicurus modicum quid a corpore,animoq; reuulſum. Democritus a præcipuis corporis parti
bus, ut oſſibus,carne,& uenis deduci ſemen exiſtimauit.

Vtrum ſemen corpus ſit, nec ne.

LEucippus,& Zeno ſemen eſſe corpus putant.eſt enim animæ pars:anima uero,ut ipſis placet, cor
porea eſt.Pythagoras,Plato,& Ariſtoteles uim quidem illam ſeminis,a qua, uelut a mente regiſ,
corpore uacare:ſed ipſum affuſum humorem eſſe corpus affirmant.Democritus & Strato ipſam quoq;
uim,quia ſpiritus ſit,eſſe corpus contendunt.

Vtrum fœmina ſemen mittat. F

PYthagoras,Epicurus,& Democritus fœminas quoque ſemen mittere in concubitu putant: ſiqui-
dem uaſa habeant,in quibus ſemen cõtinetur:quæ in uterũ ex aduerſo effundunt. atque inde fieri,
ut appetitu uerum uenerearum ducãtur. Ariſtoteles & Zeno fatentur quidẽ eas humorem effundere,
ſed tamen id eſſe concoctum ſemen negant: eſſe uero quendam ueluti ſudorem ex fatigatione cõgreſ-
ſus emanantem.Hippo & mares & fœminas ꝑ ariter effundere ſemen o pinatus eſt:ipſum tamen, quod
fœminæ emittunt,nulli eſſe uſui ad fœtum conformandum, cum extra uterum incidat. atque hinc fa-
ctum eſſe,ut quædam mulieres præſertim uiduæ ſine complexu uirorũ ſemen quandoq; profuderint.

De conceptu.

ARiſtoteles auctot eſt,concipere mulieres,cum mẽſtruis purgationibus uterus ſit expurgatus. ait
enim portionem quandam ſanguinis puri cum menſtruis purgationibus deſcendere, quæ cum
uirili ſemine coniuncta fœtum incipit. idem cenſet uteri ſordibus impediri conceptum:itemque mœ-
rore,ſterilitate fœminarum,& uirorum imbecillitate.

Cur mares, aut fœmina naſcantur.

MArium,ac fœminarum cauſam Empedocles in calorem,aut frigus conijcit.atque inde manaſſe
illud, quod literarum proditum eſt monumentis: primos mares in meridie natos e terra,atque G
in oriente:fœminas in ſeptentrione,& occidente. Parmenides contra ſenſit:mares propter denſitatẽ,
in ſeptentrione:fœminas in meridie propter raritatem eſſe procreatas. Anaxagoræ ſententia eſt,tum
gigni mares,cum ſemen dextræ partis in dextram uteri partem, & ſiniſtræ in ſiniſtram incidit: fœmi-
nas, cum ſit locorum permutatio. Cleophanes is de quo fecit Ariſtoteles mentionẽ,mares a dextro,
fœminas a ſiniſtro gigni teſticulo cenſuit. Hipponax hoc naturæ ſeminis acceptum refert.illud enim
ſi ualidum,compactumq; ſit,mares:ſi imbecillum,& fluxum,fœminas gignit.

De monſtris.

MOnſtra exoriri uoluit Empedocles, ſi ſemen nimium ſit, ſi paucum,ſi diuulſum, ſi quaſi euanue-
rit: ſi deniq; motu inordinato in uterũ ſit proiectũ.Strato hoc uel additioni, uel detractioni, uel
tranſpoſitioni,uel inflationi tribuit.Medici quidã hoc fieri aiunt,quia uterus tunc eſſet ſpiritu diſtortus.

Cur mulieres, licet ſæpe concumbant, raro tamen concipiant.

FOeminas raro concipere Diocles Medicus putat,uel quia ſemen non effundant, uel quia minus,
quàm par ſit: uel quia tale,ut in eo uis gignendi non inſit:uel quia minus,plusve, quàm deceat, ſit
calidum,aut frigidum,aut humidum,aut ſiccum: uel quia uterus reſolutus ſit proinde continere ſemẽ
non poſſit.Stoici culpam in uirile membrum,quod obliquum ſit,conijciunt: ſiquidem eiaculari recte H
non poteſt.præterea uero ſi inter genitalia non conueniat:ut cum intro uterus abſcedit, eumque attin
gere penis nequit. Eraſiſtratus utero ſolum cauſam tribuit, qui tum latior,tũ ſtrictior ſit, quàm opor-
teat,tum callos obduxerit, qui meatus uteri occludunt.

De geminis, & trigeminis.

EX ſeminis redundantia, & diuiſione duos, aut tres infantes ſimul gigni Empedocles putauit.
Aſclepiades naturæ ſeminis acceptum hoc refert: ut enim hordeum inuenias, quod duorum &
trium ordinum ſpicas producit, ſic ſemen quoque fertiliſſimum reperiri. Eraſiſtratus inde effici hoc
credit,quod uterus apprehendat, ut in brutis quoque conſpicimus: quorum uterus bene expurgatus
ad conceptum deſcendit. Stoici uolunt in utero loculos eſſe: atque ita, cum ſemen in duos inciderit,
geminos: cum in tres, trigeminos gigni.

Vnde filij parentum ſimilitudinem ducant.

FIlium ſimilẽ illi fore,cuius ſemen fuerit potentius,Empedocles memorauit:diſſimilem, ſi calor ſe
men inſequens in uaporem abierit. Parmenides putat e dextra uteri parte ſimilem patri prodire
filium: e ſiniſtra, matri. Stoici uero, cum e toto corpore, atque anima deſcendere ſemen uelint, etia
ſingulas particulas ad eius membri, a quo deſcendunt, componi ſimilitudinem cenſent: quemadmo-
dum

A dum si pictor uultum ad alicuius imitationem, qui adesset, similibus coloribus sibi effingendum proponeret: ut ita dicant generis formam, figuramque seruari: uerum cum pater, ac mater semen pariter fundant, si maternum semen superarit, matri similem: si superatum sit, patri similem fore filium.

Cur filij dissimiles parentibus oriantur.

MEdici plerique fortuito fieri hoc ipsum arbitrantur. ubi enim tam maris, quàm fœminæ semen refrigeratum sit, tum nati parentibus dissimiles procreantur. Empedocles ad mulierum cogitationem, in qua uersabantur, dum conciperent, effingi fœtum arbitratur. quoniam enim illę pictam imaginem, aut stratum eo tempore in oculis gerebãt, ideo factum est, ut imaginibus, statuisque similes plerunque genuerint. Stoici dissimiles parentibus filios a tacita quadam radiorum, simulacrorũque mentis discordia, quo tempore semen emittebatur, gigni putant.

Vnde uiri infœcundi, & fœminæ steriles fiant.

MEdici aiunt fœminas reddi steriles propter uteri densitatem, raritatem, duritiem, & obstructionem, quæ uel carne, uel callo sit facta. mœrore etiam animi, corporis macie, & malo habitu, & quia distortus, aut conuulsus uterus sit, fieri idem potest. Diocles putat infœcundos uiros esse, uel quia semẽ nullo modo effundant: uel quia minus, quàm par sit: uel quia ineptum ad prolem: uel quia priapo B sint resoluto, uel ita distorto, ut in uterum contorquere semen non possit: aut ita paruo, ut in uuluam nõ ingrediatur. Stoici in causa esse aiunt uires, & qualitates discordes eorum, qui rebus uenereis utuntur: quos tñ si separes, & sui similibus iungas, natura superior reddita, erit ad prolẽ gignendã accõmodata.

De mulorum sterilitate.

MVlos ideo non gignere Alcmæo iudicat, quia sit eorum genitura tenuior: quod ex frigore prouenit: mulasque non concipere, quia uterus ipsarum non hiscit, hoc est eius os non aperitur. Empedocles uero, quia paruus, angustusque sit: nam & propter paruitatem, & quod uentri cohæreat retorto situ, ideo nec proiectum semen attingit, nec si attingeret, excipere ipsum posset. Diocles eiusdẽ est cum Empedocle sententiæ: scribitque se in dissecandis corporibus uidisse plerunque uuluas mularum obliquo positu sitas. eamque causam esse, cur mulieres quoque non concipiant.

An fœtus in utero animal sit.

FOetum, qui adhuc utero continetur, esse animal, ideo existimauit Plato, quod se moueat, quod alimento fruatur, quod augeatur denique. Stoici esse uentris partem uolunt. perinde enim infantes, atque fructus, quos esse arborum partes nemo dubitat, decidere, cum ad maturitatẽ peruenerint. Empedocles respirationem fœtui tribuit, esse animal negat. Diogenes partus sine anima edi putat. magno C tamen calore esse prędit os, qui cum primum in lucem prolati sunt, in pulmonem confugit, & inde aerẽ frigidũ ducit. Herophilus fœtibus naturalem motum concedit, respiratione priuat. uult autẽ mouẽdi instrumẽta neruos esse: ac tum deniq; fœtum esse animal, cum in lucem missus ducere spiritum incipit.

Quomodo fœtus alatur.

DEmocriti, & Epicuri sententia est, fœtum in utero alimẽtum ore capere. hincq; effici, ut exorti infantes mammas quamprimum ore perquirant. atque intra uterum papillas quasdã esse, e quorũ illi foraminibus alimẽtum exsugunt. Stoicis placet, fœtus per umbilicũ ali. proinde obstetrices statim, cum nati sunt, ligare eum consuesse, & oris rictum digitis patefacere, ut alio loco perquirere cibum incipiant. Alcmæo non aliter, quàm spongias ex omnibus corporis partibus ali fœtus uoluit.

Quid primum in utero absoluatur.

NArrant Stoici, omnia pariter absolui. Empedocles spinam in primis, quæ nauis carinam imitatur. Alcmæo caput, in quo est animi principatus. Aristoteles cor, quod uenarum, & arteriarum fons atque origo est, aliqui magnum pedis digitum: aliqui umbilicum.

Cur infantes septimestres hac lucis usura frui possint.

Est hac de re Hippocratis & Aristotelis sententia huiusmodi: si intra septem menses uterus implea D tur, deorsum uergit, idq; quod in lucem editur, uiuere potest: sin impleatur, sed sursum uergat, fœtus octano mense editur. cum uero umbilicus factus sit propter extensionem imbecillus, uix attrahere alimentum potest. ideoque infans non ita copiose, ut solebat, alitur, & semienectus fame oritur. si uero in nonum mensem partus differatur, cum uterus iam descendit, tum sane integer edi solet. Polybus uitali fœtui centum octoginta duos dies, & dimidium tribuit. hoc spatium sex menses cõtinet: & septimũ attingit, quia ultimi dies in septimum mẽsem incidunt: siquidem tot dierum interuallo sol a bruma ad solstitium peruenit, indeque redit. octo uero mensium partum non uiuere censuit, quia nterus sursum ascendens umbilicum distendit, ille distentus, ægre alimentum fœtui suppeditat: ideoq; ille debilis efficitur. Mathematici putant octauum mensem esse nascentibus noxium, quia nulla sit inter octauũ signiferi orbis signum cũ primo societas: septimũ uero amicum, propterea quod opposito radiorum iactu cõiungatur. si quis uero octauo mense in lucem edatur, isq; uiuat, eum & infelicẽ, & breuẽ uitam traducturum aiunt. disiuncti enim mutuo sunt aries, & scorpius: taurus, & sagittarius: gemini, & capricornus: cãcer, & aquarius: leo, & pisces: uirgo, & aries: libra, & taurus. Diocles, & empirici memorant, se habere compertum, octauo mense natos uiuere: eos tamen imbecillos esse, ideoq; plerũq; e uita excedere. Timęus partum utero gestari duodecim menses dixit: sed tamen eos interdum nouem censeri; interdum septem. in causa esse, quia non statim, ut mulier concepit, menstruæ supprimantur purgationes.

Vtrum animalia sint genita, & utrum caduca sint, nec ne. E

QVibus genitum esse mundum placet, ij etiam genita esse, caducaq; animalia sentiunt. qui ingenitum mundum esse dicunt, ea sibi semper succedere censent. mũdi enim partes sunt animalia. quæ res impulit Anaxagoram, & Euripidem, ut dicerent, nihil eorum, quæ sunt, interire; sed in aliud mutatum, in diuersam se formã induere. Anaximandri opinio est, animantia prius in aqua orta esse, ac spinosis fuisse corticibus obuoluta. cum uero progressu ætatis in siccum essent profecta, non diu superuixisse, quod attritus cortex esset. Empedocles censet, animalia, quæ prius extiterunt, perinde ac stirpes, non recte inter se commissa, sed partibus parum conuenientibus conflata: secũdo loco, nata, sic esse partibus inter se coniuncta, ut quales nunc statuę sunt, talia ipsa uiderentur: tertio loco orta habuisse membra, quæ ex se prodirent. quarto denique loco genita non iam ab aliquo simili ut e terra, aut aqua constitisse; sed ex se se: cum iam fœminarum pulchritudo uiros alliceret ad concubitum, & gignendã prolem. omnia autem animantia quatuor esse distincta generibus, habita temperaturæ ratione. quædam. n. sua sponte ad aquas feruntur, ut pote quæ sint ad eorum naturam accommodatiores: alia in aerem se recipiunt, quod plurimum illius in se contineant: alia terram incolunt, quod suopte pondere ad ipsam adducantur: alia denique toto pectore uocem mittunt, quod similem temperaturam obtinuerint.

De animantium generibus: & an cuncta, quæ sensum habent, usum rationis sint consecuta. F

EST in manibus Aristotelis liber, in quo facit animantium genera quatuor, ut quædam terrestria, quædam aerea, quædam aquatilia, quædam cælestia esse intelligamus. ipsas enim stellas, atque cælum esse animal æternum, ac rationis compos arbitratur. Democritus, & qui eum sequitur, Epicurus, cælestia non ponit. Anaxagoras ait, in cunctis animãtibus esse rationem, quæ in actione uersatur: eã uero, quæ uelut mens est patibilis, quam mentis interpretem uocamus, non concedit. Pythagoras & Plato brutis etiam rationem dant: sed intemperie corporis fieri, ut usu rationis careant. idq; præcipue contingere, quia loquela eis non sit data, ut canibus & simiis: quæ licet gannitu uocis quidpiam significent, tamen quid illud sit, eloqui non possunt. Diogenes non censuit bruta esse rationis expertia, sed tum corporis crassitudine, tum nimio humore esse factum, ut neque intelligant, neque animaduertant: sed afficiantur, ut furentes solent, in quibus princeps animi pars de sua sede deturbata est.

Quo tempore fœtus in utero conformetur.

EMpedocles articulos in hominibus trigesimo sexto die incipere, omnibus autem partibus undequinquagesimo absolui dixit. Asclepiades in maribus, quia calidissimi sint, membra sexto uigesimo die distingui, quinquagesimo perfici. quosdam etiam esse, quibus hæc minore spatio eueniãt: fœminas intra duos menses incipere, quarto absolui, quia sint uiris frigidiores. ceteras autem animantes ex G facili coitu elementorum tota pariter & incipere, & perfici.

E quibus elementis quęq; membra sint conflata.

CArnem ex æquali quatuor elementorum portione factam esse Empedoclis sententia est: neruos ex igni, terra, & duabus aquæ partibus: ungues, e neruis, qui aeris contactu obriguerint: ossa ex aquæ & terræ paribus portionibus uideri constare: e quatuor tamen elementis composita esse, in quibus maior sit ignis, terræq; copia. sudores & lacrymas attenuato, eliquatoq; sanguine erumpere.

Quo tempore homo perfectus sit.

HEracliti, & Stoicorum sententia est, perfectos homines esse, cum secundum septennium sit transactum: quo tempore adolescentes emittere semen incipiunt. tunc enim existimari arbores perfectas, cum edere fructus cœperint. non perfectas, usque dum fructum nõ tulerint. Aristoteles post septẽ annos hominem perfectum censet, quod ab eo tempore boni, malique cognitio in pueris insit, ipsiq; ad disciplinas percipiendas sint apti. alij putant, homines tertio perfici septenario: quod iuuenes tum sint, atque pubescant: corporisq; uiribus plurimum excellant.

De somno, ac morte.

SOmnũ conciliari Alcmæo putat recessu sanguinis in eas uenas, quæ fluxui sanguinis destinatæ sunt: H mortem autem sequi, si illuc omnis se recipiat. ita enim corpus nimium refrigeratur. a somno autẽ excitari nos putat, sanguinis reditu. Empedocles & somnum, & mortem a sanguine oriri credit: sed illum e sanguine parum refrigerato: hanc ab eodem prorsus refrigerato afferri. Diogenes ait, si sanguine qui per omnia membra est distributus, uenæ impleantur, & aer, qui in uenis est. non totus tamen, in pectus, & uentrem impellatur, somnus excitabitur; ipsaq; membra maiore calore quàm consueuissent, corripientur: at si totus illuc impellatur, mors sequetur. Plato, ac Stoici irrepere animantibus somnum arbitrantur, cum ille spiritus quiescit, qui sensibus uigilantibus deseruit: non quod uelut in terram concidat, sed quod principem animi partem petat: quæ pars est intra supercilia collocata. mortem autẽ afferri, si ille spiritus omni sit prorsus motu destitutus.

Vtrum somnus & mors animi sint, an corporis.

IAm ad animum, quàm ad corpus pertinere somnum dixit Aristoteles: causam uero somni esse uaporem a uentre in caput submissum: & calorem, in corde uigentem, quem alimentum crudum refrigerat: mortem uero ad corpus solum pertinere, quod mori animus nullo modo possit. Anaxagoras, cum somnum ex longa corporis fatigatione excitari putauit, solum etiam affici corpus sensit: sed animos, cum a corporis societate disiunguntur, interire. Empedocles censuit mortem esse eorum, ex quibus

A quibus homo constat, secretionem. proinde animos non secus, quàm corpora interire, & somnum caloris discessu nobis irrepere.

An stirpes sint animalia.

EMpedocles putat stirpes non solũ esse animatas, sed etiã animalia. ex hac coniectura id posse perspici, quod se se moueant, quod intenti earum sint rami: quod eosdem adductos ad nos, uix permittant sequi: quod remissos summa celeritate reducant, ut pondus etiam secum trahant. Aristoteles ut animam eis inesse cõcedat, esse tamen aĩalia non censet. nam aĩalia & sentiunt, & appetitu ducũtur; & eorum quædã intelligunt. Stoicis, & Epicureis placet, stirpes ne animam quidem habere. quod solis animalibus insit anima: quorum alia concupiscunt, & quod appetunt, prosequuntur: alia ratione sunt prædita: sed stirpes non animæ ui, sed casu quodam expullulant.

Quomodo stirpes augeantur.

EST Empedoclis sententia, stirpes inter animantia primum e terra exortas esse, ante quàm circumagi sol incepisset; diesque a nocte esset distinctus. in eis quoque maris & fœminæ coniunctas rationes inueniri; quod eis temperaturæ conuenientia tribuit: esse præterea in eis, ut ui caloris, qui terræ subest, increscant. proinde fit, ut stirpes haud aliter sint terræ partes, quàm fœtus uteri. fructus porrò esse excremẽta ignis & aquæ, quæ in stirpibus insunt. folia decidere ijs, in quibus æstiuus calor humorem consumpsit; semper frondere eas uoluit, quæ maiorem humoris uim habeant, ut laurum, oleam, palmam. saporum autem uarietates & ex alimenti uarietate, & e stirpium extare differentia: siquidem ipsę e terra id trahunt, quod sibi familiare sit. nam & uinum ut ex uitium uarietate, sic ex diuerso solo dissimile gigni solet.

De alimento, & incremento.

EMpedocles existimauit, tum demum ali animantia, cum alimentum accommodatum suppeditatur: crescere uero cum magna uis caloris adest: minui, diminuto calore: extingui deniq;, utroque, sublato: huius autem temporis homines si cum ijs, qui primis illis temporibus in hac mundi sede fuerunt, compararentur, perinde atque infantes censeri oportere iudicauit.

De febre.

FEbrem hac definitione Erasistratus explicauit, ut sit motus sanguinis, in uasa spiritus ingredientis sine uoluntatis arbitrio factus. ut enim mare, nullis agitatum uẽtis, conquiescit; aliquo autem uento per uiolentiam impulsum fluctuat: sic in corpore, cum sanguis motu cietur, uasa spiritus ingreditur: atque ibi calefactus, totum corpus calore perfundit. Febrem quoq; esse unum ex ijs accidentibus, quæ C superuenire morbo solent, memorauit. Diocles autem nobis auctor est, ut ope eorum, quæ sub aspectũ cadunt, ea, quæ oculorum effugiunt obtutum, uideamus: quare cum cernamus ex inflammationibus, abscessibus, & uulneribus sequi febrem, etiam cum quis habet febrim, licet quidpiam horum fieri non uideamus, intus tamen aliquid horum esse factum suspicari nos debere. Herophilus etiam nullo morbo antecedente exoriri posse febrem iudicauit.

De morbis.

ALcmæo in apta caloris, siccitatis, frigoris, & humoris temperie sanitatem constituit. idem addidit dulcedinis, amaroris, & aliorum huius generis æqualitatem: morbos uero oriri censuit, quoties unum ex his sit ceteris præstantius: propterea quod cuiusq; redundantia societatem dissoluit, atq; ita morbum gignit. Diocles morborum causam refert tum in elementorum ex quibus corpus constat, inæqualitatem: tum in aeris constitutionem. Erasistratus ex alimento uel nimio, uel incõcocto, uel corrupto nasci morbos credidit: integra uero nos frui ualetudine, si tantum, quantum satis sit, cibi sumpserimus: & in cibis sumendis ordinem quendam seruauerimus.

De senectute.

INter Stoicos, medicosque omnes conuenit, aduentare inopia caloris senectutem: eosq; serius con D senescere, in quibus maior caloris insit copia. Asclepiadis sententia est, Aethiopibus citius, quàm alijs senectam irrepere: quod eis sexagesimo ætatis anno accidit. causa est Sol, qui plus, q̃ par sit corpora eorum excalfacit. contra in Britannis cerni, qui centesimo uigesimo anno ad senectutem perueniunt. calorem enim natiuum diutius conseruant, utpote qui frigidam regionem colant. Aethiopum uero corpora, cum a sole relaxentur, rariora sunt. at quę sub ursa habitant, densa: proinde hac quoq; lucis usura diutius perfruuntur.

GALENI

GALENI DE HVMORIBVS, E

LIBER.

Archangelo Piccolhomino interprete.

QVOD eſt in mundo elementum,hoc in animalibus eſt humor, quemadmodum
& in tempore tempeſtas.Non autem omnino eadem,aut ſimilia ſunt. Sed ea-
dem quidem ſunt qualitatibus & agentibus & patientibus. A quibus eadem
eſſentiam habent. Atque componentia ſunt, principiaque eorum, quæ ſunt
in nobis. Differunt autem inter ſe, & multis rebus, & nominibus ipſis. Pri-
ma.n.elementa ex quibus conſtat mundus,ſunt aer,ignis,aqua,& terra.Tēpe-
ſtates aũt ex quibus tēpus conſtat,ſunt uer,æſtas,hyems, atq; autũnus.Humo
res uero ſunt bilis,ſanguis,pituita,& nigra bilis,ex quibus aĩantia cõponuntur
& homo.Omnia autem humiditate,calore,ſiccitate, & frigore contēperantur. Sanguis enim & aer, & F
uer,ſunt calida & humida:quãquam alijs aliter de aere uideatur.Bilium autem ea quę flaua eſt,& æſtas,
& ignis,ſunt calida & ſicca.Ea uero quæ nigra eſt,& terra,& autumnus,ſunt ſicca & frigida.Pituita au-
tem,& aqua,& hyems,frigida ſunt & humida.Conueniunt autē inter ſe humores,elementa ac tempe-
ſtates,atque etiam diſcrepant.Aer enim,& ignis,ſiccitate & humiditate differunt,caloris uero commu
nione iunguntur.Ignis etiam,& terra,frigore: & calore diſſentiunt, utraque autem ſicca omnino ſunt.
Quemadmodum terra,& aqua,frigida:diſtant uero ſiccitate & humiditate.Aqua denique,& aer,humi
da ſunt,calore autem ac frigore differunt.Eodem modo humores,& tempeſtates, inter ſe & congruũt
& diſcrepant.Atque etiam mixtionem perficiunt, quam Græci οἰκεχθρον,ideſt odioſam nominant. Sed
elementa quidem,eadem omnino ſunt:& eorum quodque in eodem permanet loco:& inter ſe muta-
tione,permanſionem habent,alimentoque hiſce,quæ nutriuntur,proportione reſpondente: idque, fit
ratione quadam prouidente.Atque etiam tempeſtates eodem modo motionibus ſolis ad auſtrum &
boream & fiunt & appellantur.Humores uero non eodem modo:neque ijdem omni ex parte ſunt,uerũ
inter ſe differunt,& loco,& colore,& facultate,& conſiſtentia,ac qualitate. Atque neceſſe eſt mutari
humores,quemadmodum & elementa ipſa inter ſe mutantur. Non autem neceſſe eſt eundem ſemper
mutationis ordinem ſeruare humores,neque æqualiter eoſdem augeſcere. Sed in nonnullis quidem, a G
terreo in aqueum,ordine quodam,& ab aqueo in aereum,a quo in igneum fit mutatio. In nonnullis
autem ordine non ſeruato,a pituita in bilem,& a ſanguine in humorem nigrum. Teſtimonia autem hu-
ius opinionis ſunt,terreus ſanguis & melancholicus,pituita ſalſa, quæ proxime ad bilem iſatideam ac-
cedit,ſicque in ipſam facile mutatur.Apparet autem bilis tum pituitoſa tum muccoſa, ſimiliter & ſan-
guis,ut in hydropicis & cachecticis,quemadmodum in calidioribus & ſiccioribus bilis flaua non mi-
xta.Atque ijs ipſis non concoquentibus,bilis porracea,& uomitione,& deiectione apparet. Ordine
ergo mutationum,progreditur uictoriæ ordo,contrarium autem accidit hiſce quæ eo ipſo ordine mu-
tantur.Augetur autem in alio atque alio alius humor,alia atque alia re,nimirum temperie, anni parte,
regione,ætate,uictus ratione,quemadmodum in omnibus omnes, ſtatis periodis ac tempeſtatibus, &
generantur & incrementum habent.Aeſtate enim augetur amara bilis: & maxime ætate, & tempera-
mento,& uictus ratione ſimilibus.Præterea & ijs quæ extrinſecus accidunt.Curæ enim,& iræ,& dolo-
res,& labores,& exercitationes,& uigiliæ,& inediæ,& indigentiæ,plurimum flauæ bilis humorem ac
cumulant. Quemadmodum & ſomnus,& aquæ potiones,& marinarum, & humidarum rerum omniũ
& craſſarum,& uiſcoſarum eſus,pituitoſum. Et pedeſtrium,& uolatilium carnes, & oua, & quæ facilia
coctu ſunt omnia,& quæ bonum ſuccum gignunt,ſanguineum humorem accumulant,niſi quædam na H
turæ proprietas in prauam aliquam qualitatem mutet ea,cum fuerint aſſumpta. Similiter & humorum
melancholicum quædam accumulant.Sed & ſi inter ſe miſceantur. Hoc enim modo cum mixtis inter
ſe alimentis utimur,& conſentanea illis conſequuntur. Augetur autem in adoleſcentia ſanguis. Quo
circa tales iucundi ſunt,& inſano quodam amore erga res pueriles affecti. Bilis autem augetur in iuue-
ne,quem iracundum,& animoſum,& acerbum efficit. In eo autem qui iuuentutem eſt egreſſus,nigra
bilis abundat.Atque peſſimus eſt hic humor, & in quamcunque parem impetum fecerit, retentu eſt
perdifficilis,ac incommutabilis.Atque ipſius ætatem,uerſutam,& iniuriarum memorem, & quodam-
modo implacabilem efficit. Viget autem in ſene pituita. Ipſa uero ætas pigra,obliuioſa, ac ſomnolen
ta eſt.Humida enim eſt,& frigida,quemadmodum ætas declinãs ſicca & frigida: & adoleſcentia, cali-
da & humida:& iuuentus pro humore proportione reſpondente, atque ſuperante. Loci autem & or-
tus,& permanſionis,& motus ipſorum,ſanguinis quidem ſunt hepar,uenæ,& ambæ nares. Flauæ autē
bilis parua ueſica eſt propria,& quod circum hepar,& per aures mouetur,id quod cuique apparet. Pi-
tuitæ uero,ſtomachus,& lumbi,& per os.Quemadmodum nigræ bilis,id quod eſt ſub hepate,& ſplen,
& per oculos,ut dicitur.Color autem ipſorum humorum,ſanguinis quidem eſt ruber. Pituitæ uero eſt
albus.Bilis autem flauæ ſeptem ſunt ſpecies. Quædam enim eſt flaua,quæ illa quidem elementi ratio-

nem

A nem habet, altera pallida, tertia rubra, quarta porracea, quinta uitellina, sexta æruginosa, septima isatidea. Nigræ autem bilis proprius color, est oleaceus. Atque hic est, qui dicitur niger. Est autem sanguis gustatui dulcis. Bilis flaua, amara. Et nigra, acida. Pituita autem primum est qualitatis expers, deinde acida, tum dulcis, & præterea salsa. Sunt autem nigræ bilis differentiæ quatuor. Vna enim est ex sanguinis fæce. Altera ex assatione bilis. Tertia bituminosa dicitur, eo quòd luceat bituminis instar: Quarta autem. Ex ijs autem, & sanguis, & pituita, & nigra bilis crassam consistentiam habent. Bilis autem flaua est & tenuis, & leuis, & sublimipeta, quemadmodum reliqui duo humores sunt graues. Sanguis autem medius est participatione caloris. Videtur autem ualetudo in animantium corporibus ueluti imprimis, humorum æquabilitate & symmetria. Deficientibus autem ijsdem, aut exuperantibus præter modum, uel quantitate, uel qualitate, uel locorum mutatione, uel coniunctione ordinem non habente, uel putredine, ob malam collocationem morbi, contingunt. Quemadmodum & dici consueuit morbos accidere humorum ametria. Sicuti & ualetudinem restitui detractione & additione, & præterea tenuitate & crassitudine humorum, & omnino eucrasia & symmetria eorundem. Vt in sexto de popularibus morbis ab Hippocrate præclare est dictum: humorum, hos quidem educere, oportere, hos autem immittere, attenuare, temperare, hac re quidem, hac uero non. Secundum enim causam affectuum effectricem,
B remedia inuestiganda sunt. Nam oportet humores exquisite qualitate esse temperatos, & quantitate æquales, ut ualetudo permaneat, &, si absens sit, redeat. Cum enim appellationem aliunde habuerint liquores, ab eo, quòd unà liquescant, dicti sunt omnes. Perspicuum est ergo, si hoc sit sanitas, quod nõ est tale, morbum esse, quemadmodum est demõstratum. Quoniam autem morbus, qui genus est, in uarias species diuiditur, necesse est profecto diuersas illas morbi species, ab aliquibus differentibus causis proficisci. Causæ autem sunt humores & symptomata. Hæc quidem, rebus quibusdam extrinsecus accidentibus. Illi uero, eo quod mutentur ob incrementa & decrementa quæ fiunt in ætatibus, & tempestatibus, & uictus rationibus, & temperamentis, quemadmodum dictum est. Hoc autem & Hippocrates confirmare uidetur, cum inquit, alios in alijs tempestatibus & florere & dominari in corporibus animantium humores. Atque etiam colores in hominibus esse diuersos dicit, pro imperio humorum in temperamento dominantium, & natura comparatum esse, ut pro humoris uincentis natura, morbi gignantur. Et in procemio libri de humoribus, color (inquit) humorum, ubi non est aliqua eorum perturbatio, quemadmodum florum, pro imperio humorum, consueuit in successione ætatum mutari in hominibus. Quemadmodum igitur & animæ mores. Humores enim ipsam moratã efficiunt. Sãguis. n. hilariorem ipsam efficit. Flaua autem bilis iracundiorem, uel audaciorem, uel ueelociorem, uel certe
C utrunque. Pituita uero tardiorem, & stolidiorem. Nigra deniq; bilis iracundiorem, & impudiciorẽ. Mutantur autem & animæ mores in morbis, idque pro specie humoris exuperãtis, quemadmodum in delirationibus cernere licet. Ipsarum enim, quęcunque a sanguine originem habent, cum cantu fiunt & risu. Quæcunque autem a flaua bile, audaciores & acerbiores sunt. Ob eamque causam Hippocrates inquit, impudentiæ quæ cum risu fiunt, securiores: quæ uero cum studio, periculosiores: studium appellans audaciam. Quæcunque uero ab atra bile, tristiores, taciturniores, & instabiliores. Quæcunque denique a pituita, sunt nugaces & stabiles. Atque alibi, ut in primo de popularibus morbis, Silenum insanijsse cum cantu & risu, ipsemet testatur. In tertio autem de uulgaribus morbis dixit Philisci delirationem factam fuisse audacem. Nam inquit cum insanijsse circa meridiem. Flaua enim bilis morbi causa erat. In Cyzico autem mulierem quandam, quæ gemellas filias pepererat, dicit delirauisse, atque delirationis speciem taciturnam & languescentem fuisse. Ipsa enim mulier taciturna erat, nec quemquam auscultabat: Nigra autem bilis morbi causa erat. Pythionem uero, qui habitabat iuxta Telluris templum, insanum nugacem factum esse. In eo autem pituitosa erat causa morbi. Post hæc oportet eũ, qui curandas suscipit uarias morborum species, causas ipsorum præcognoscere. Quicunque enim, (ut Hippocrates inquit) morbi causam tenuerit, is morbo occurrens, poterit remedia accommodata ex
D contrarijs, corpori adhibere. Atque etiam in libris de morbis, inquit. Qui de sanatione recte inquirere uelit, percontantique respondere, & contradicere recte, eum hæc animaduertere oportet. Primum quidem a quibus omnes morbi hominibus fiunt. Cognoscuntur autem causæ morborũ, primum quidem ab ætate. Si enim adolescens ægrotat, maxime ægrotabit a sanguine, quemadmodum superius demonstratum est. Atque deinceps eodem modo. Secundo a tempestatibus. Si enim uerna fuerit tempestas, sanguis maxime dolore afficit. Tertio a uictus ratione. Rerum enim esculentarum & poculentarũ alia alius humoris procreatrix est: ac uini potationibus & uoracitatibus affectiones sanguineæ comparantur. Sic Hippocrates cognouit Silenum. Dicit enim eum ex potu ægrotasse. Atq; etiam olitoris mulierem, cui suppressio mensium facta erat. Se enim supra modum cibis ingurgitauerat. Quarto a regione. Si enim calida fuerit, calidiores inducit affectus. Quinto ab exanthematis. Quæ enim rubra sunt atque rotunda, sanguinea sunt: quæ autem lata, pituitosa: & alio modo alia, quemadmodum in aphorismis ostendit inquiens, sudoresque uere & æstate genitos, a sanguine & bile esse. Postremo a colore, quẽadmodum humoris dominatus, sic & morbi causa cognoscitur. Est autem indicium illud, quod a colore sumitur, non minimum, sed eorum iudiciorum quæ maxima sunt exquisitissimum: atque etiam & Diogeni, & ceteris illius seculi sapientibus, tanquam ars quædam diuinandi habebatur. Nam homines illi de coloribus longum habuerunt sermonem, atque pro eorundem differentijs, partiti sunt morbos:

bos:rubricolores uocantes,ſanguineos:& flauicolores eos, in quibus amara bilis imperium tenet: E
& nigricolores, in quibus nigra:albicolores,pituitoſos. Atque etiam morbos ab ipſis humoribus pro-
fectos,rubricolores,flauicolores,nigricolores, & albicolores nominabant. Verum neſcio quam ob
cauſam multa artis prætermittentes teſtimonia,quæ illa quidem plurimum poſſunt morbi exquiſitum
diſcrimen afferre,ſolis coloribus, perfectum diſcrimen imbecillitatis, acceptum retulerint.

GAL. ATTRIBVTVS LIB. IN QVO PROBATVR,
QVALITATES CORPORE VACANTES ESSE.

Io. Baptiſta Raſario interprete.

ARGVMENTVM.

Qualitates, & cetera accidentia falſo a Stoicis corpora nominari. Cap. I. F

CVM nullam e rebus meis,ne ſi ea quidem minima uideatur,tibi eſſe ignotam ue
lim(nam & hoc ipſum,de re quapiam celare amicum,nõ exiguum eſt) ſermo-
nem cum quodam,qua fieri potuit diligentia habitum,ad te ſcribendum exiſti
maui.cum in ſermone,qui improuiſo habitus ſit,deſiderari ſolet diligentia, tũ
uel maxime,ſi ſit cum ambitioſis, contentioſiſq; inſtitutus. agebatur enim de
qualitatibus,omnibuſque accidentibus,quæ eſſe corpora Stoici confirmant.
aduerſus quos hæc afferenda ſunt.num cũ corpus quis dicit, ſtatim nobis uſu
uenit,ut renitentem ſubſtantiam triplici dimenſione cõtentam intelligamus?
nam ſi hoc ſolum dicat,triplici contentam dimenſione,nihil erit, cur id, quod affertur, corpus potius,
quàm inane,& locum intelligamus.debent autem definitiones,ac deſcriptiones, logicæq; explicatio-
nes,quarundam eſſe rerum,& earum modo,explicatrices,quas declarare uolumus, & non communes
aliarum:cum non ſit de communibus inſtituta diſputatio.hoc autem,quod triplici dimenſione cõſtat,
commune eſſe corporis,inanis,& loci, planum eſt.id uero Stoici fateãtur,neceſſe eſt: utpote qui inane
in rerum natura pertractando reliquerunt:quamuis id in mundo eſſe pernegarint. ceteros uero philo-
ſophos id plane intelligere neceſſe eſt.qua enim ratione inanis naturam negarent, niſi uniuerſum eſſe G
unum intelligerent?ſi intelligunt,non aliud quicquam ſe intelligere,ſi fateri uerum uelint,corpus affir-
mabunt:ſicut nec ſine tempore,ut planum quoque eſt,non ſine loco:& hoc quidem, triplici dimenſio-
ne contento,ut rem triplici dimenſione contentam in ſe recipiat.his rebus teſtimonio ſunt ſingula cor
pora ſenſibilia.corpus enim quod cubiti longitudine,palmi latitudine, & quatuor digitorum altitudi-
ne ſit,locum exigit,qui ei proportione reſpondeat,a quo capiatur.hoc nobis conſtitutum ſit,& de om-
nis corporis ratione contemplandum.

Si qualitates corpora ſint,fieri,ut corpus corpori accidat. Cap. 2.

CVm notio corporis ſit huiuſmodi,& ab ea definitio trahatur,perſpicuum eſt, unumquenq; fateri
niſi ſit amans litium, neque eadem definitione explicari,atq; intelligi,neque naturam æqualẽ ha
bere hæc ſingula,hoc eſt tres dimenſiones:neq; eandẽ capere definitionem, neq; dici poſſe, corporis
longitudinẽ eſſe corpus:niſi connexione:cũ ſit corporis accidẽs.ſimilis eſt ratio latitudinis,altitudinis,
grauitatis,figuræ.&,uno uerbo,ceterarũ qualitatũ,atq;accidentiũ.ſed hæc,ut quibuſdam placet, neq;
eſſe,neq; intelligi ſine corpore poſſunt.quod ſi expẽdamus,unã horã oĩa efficere,ac protrahere, ac di-
cere nihil aliud,q̃ unũ ſolũ corpus,certe erit abſurdũ. ſunt.n.innumerabiles naturæ ſubſtãtiarũ ex pro-
prietate ductæ,itemq; qualitatum,& accidentiũ:quæ & differũt,& uaria ſunt,atq; cõtraria. ubi igiẽ de H
differẽtia loquamur,ullũ horũ eſſe idẽ cum altero ne dicamus.præterea ſi figurã, quæ corpori accidit,
eſſe corpus dicemus.patet a nobis dici,corpus corpori accidere,quod abſurdum eſt. quodnam.n.eorũ
potius ſubſtantiam,quodq; accidẽs eſſe affirmabimus?ſi uero unica notio eſt corporis, ut corporis, cer
te qui figurã eſſe corpus dicit,is aut uacãs ſenſu nomẽ de accidente profert, aut homonyme nominat
cũ corpore.quorum utrunq; abſonũ eſt.nã & ſignificat aliquid:proinde nomen eſt: & notionẽ a corpo-
re diuerſam indicat,licet corpus a figura non ſeparetur.ſimilis eſt in ceteris accidentibus ratio, colori-
bus,ſaporibus,quæq; ad olfactum pertinent,& auditũ ut in uocibus,uerbis,ſibilis,ſtridoribus, applau-
ſibus,gemitibus,crepitibus,ſtertoribus,bombis,ſonis,ac ſtrepitibus.ſi uero dicat quis,hęc omnia,& ce-
tera conſimilia eſſe quoquo modo aera percuſſum, recte ei obijcietur illud Menandri: Nimirũ hæc R. „
perdidere te miſer. propterea quod citra corpus tale quidpiam nõ intelligatur, quod ego quoq; con
fiteor.ſed rem habentem cum re habita unam eandemq; debere cenſeri,non concedo. neq;.n. Clean-
thes erat tuberculum,cum hoc ei in morbo accidiſſet.neq; item Chryſippus,neq; Epicurus urinæ ſtil-
licidium:quãuis eis acciderit,ut eo morbo uexati e uita exceſſerint.quare neq; percuſſio aeris eſt aer.
ſed differt natura,intellectione,& definitione,quæ quid utrunq; ſit,explicat.porrò & inter ſe, & a cor-
pore diuerſas eſſe figuras,petam hoc ad probandum teſtimonia.geometræ aliam circuli, & aliarum fi-
gurarum

A gurarum,& aliam corporis definitionem tradiderunt.quorum aũt diuerſæ definitiones ſunt, etiã ſigni
ficationes differũt:ac multo etiã magis animi notiones.quis igiť ſapiẽs hæc oĩa eſſe unũ dicat? ac ſi cor
R. pora eſſe dixerimus ea,quæ corpori accidũt,ex eis quænã alicui accidere dicemus? utrũ hæc erũt cor-
pora de numero eorũ,quæ ita ab oĩbus ſolẽt appellari:ut & cũ his oĩbus,& priuatim cũ ſingulis corpo-
ribus cõione iunganť?nã abſurdũ utrũq; eſt,ſiue hęc corporeã habeãt ſubſtãtiã,ſiue corpori dicanť acci
diſſe.ſi igiť corpora ſunt accidentia,oĩa quæ ſunt in rerũ natura corpora noĩabimus,& nõ alia accidẽtia
alia corpora.ſi nõ corpa,ſed alia quædã,fiet,ut accidẽs nõ ſit corpus.uel ſi his oĩbus, quæ corpora ſint,
accidat id, quod re uera corpus appellari ab omnibus ſolet , perinde erit,ac ſi quæratur de te , an quod
manet indiuiſibile accidat his omnibus,ipſis in numeros æquales non diuiſis.hoc enim nullo unquam
tempore,ne minimo quidem,non controuerſum permanſit.

Non poſſe corpora accidentibus accidere,& quæ inde abſurda conſequantur. *Cap. 3.*

SVnt qui cõtra ſentiant,hæc nimirũ rebus,quæ ſint,accidere.quod ſi quis,ut abſurdum,fugiat,cõce-
datq; æquali numero ijs,quæ uocãtur accidẽtia,quæ ipſa quoq; corpora appellãt, accidere ſubſtan
tiam:is ſe rerũ naturã & notionẽ peruertere,plane ignorat,ſi corpora dicat accidẽtia,corpuſq; acciden
tibus accidere,& accidens corporibus corpus efficiat:ut merito poſtea dubitaturus quiſpiam ſit , itaq;
B dicturus,ſi id,quod appellari corpus conſueuit,diuiſum accidentibus numero æqualibus , cuicunque
iſtorũ priuatim accidit,alia corpis pars alij accidẽti parti accidet.ſin aũt accidẽtia quoq; ſunt corpora,
& corpus oẽ in infinitũ ſecať,ſingillatim unumquodq; horũ infinitorũ corporũ alijs accidẽtibus , quæ
& ipſa corpora ſunt,accidet.uide,quot abſurda cõſequanť:nã & corpus corpori accidet;& qđ unũ pu-
tať,infinitis:& ſimul totũ & nõ totũ.ac totũ,ſi uniuerſa figura pomi,ac rotũditas,quãta eſt,accidat om-
nibus alijs,quæ pomo accidũt:nõ totũ uero,ſi unaquęq; ex infinitis particulis nõ eſt eadem cũ eo,unde
ſit diſſecta.ac ſi pomi corpus eſt corpus,& figura,& color,& odor,& ſapor,q guſtatu pcipiť, & horum
unũquodq; ſolũ in infinitũ ſecať,an nõ ex infinitis pomis erit cõflatũ, eaq; ſingula erũt rotũda nõ ſecus
q̃ totũ pomũ?ſiquidẽ eiuſdẽ figuræ particeps eſt & pallidũ,& dulce,exẽpli gratia,aut auſterũ: taleq; ad
olfactum eſt. itẽq; ſingulæ particulæ infinitę erũt pomũ,ſi hæc habẽt oĩa.atq; ita ex ĩfinitis corporibus,
immo uero potius ex infinitis pomis,quod oculis ſubiectũ eſt,pomũ erit cõſtitutũ. qđ multis modis ri
diculũ eſt.ſed unaquęq; pars nõ rotũda,nõ iã erit pomum,ſed eius pars: pomum.n.cum figura rotunda
erat.ſi uero unũ ſolũ ex unica ſubſtãtia corporea,multiſq; ac uarijs accidẽtibus cõſtet, nõ ne planũ eſt,
nullũ eorũ corpus eſſe?utrum hęc ſingula propriũ locũ obtinẽt,an eundẽ oĩa?ſi propriũ,clarum eſt,nec
ꝓprietatẽ,nec qualitatẽ eorũ mutuo cõicatã eſſe:neq; pomũ eẽ orbiculatũ,neq; pallore coloratũ,neq;
C hac aut illa ad guſtatũ,aut olfactũ qualitate affectum eẽ.ſi ſunt ſimul oĩa,unũq; occupãt locũ,ꝓprieta-
tum cõfuſio eſt:ut in medicamẽtis,q̃ ex multis,ac uarijs formis cõfecta ſunt atq; cõmixta: in quibus ꝓ
prietas & qualitas cuiuſq; admixtæ materiæ ĩtegra nõ ſeruať:ſed unũ quid ex oĩbus efficiť.nõ eſt igiť ſin
cera cuiuſq;,ut ita dicã,ſpẽi cognitio,ut hui⁹ orbiculatæ pomi figuræ,huius coloris, & aliorũ accidẽtiũ
ſingillatim.ac magis ẽt,niſi hæ partes appoſitæ,ſe ſe mutuo tãgant,ſed p totas totæ miſtæ ſint, ꝓpria cu
iuſq; qualitas perit.quin ne mixtionẽ quidẽ hãc proprie appellabis.nã,ſi proprietates quædã p ſe non
ſint in unũ cõductæ,nec detẽtę,quo mõ ea mixta dicenť?oratio.n.ita proueheť,ut nullũ ſit terminũ re-
pertura,ſi corpis lõgitudo,corpus ẽ:ſi itẽ latitudo,& altitudo:ſimul.n.inquã,ĩfinitæ erũt corporũ ĩfinita
tes breui ĩ loco,quẽ ſenſus circũſcribat,& itẽ horũ multorũ,ĩmo potius infinitorũ corporũ[erit ĩfinita]
multitudo.

Accidẽtia nõ eſſe corpora,alioqui corpora corporibus ſubito cedere,et alia abſurda ſequi permulta. Ca. 4.

AN igiť ſempiterna eſt?& qũo primã ſubſtantiã qualitate uacãtẽ dicẽt,ex qua & mundũ , & oẽs re
rum ſingularũ formas effectas uolunt?an ex quodã ẽ facta tpe,& oĩa in idẽ cõuenerunt,ut ex illa
cõi actiõe res cõcretæ fianť?ſed hoc & maxime abſurdũ,& multis eẽ modis affirmam⁹:primum,qđ cor-
pora nõ eẽ naturæ uni⁹ materiæ uideň,multæ ãt,ĩfinitæq; differẽtiæ ſunt cõis ſubſtãtiæ;alia figurarũ,q̃
ſpetie ĩfinitę ſunt:alia coloris,& huius qdẽ ſpetie † ĩnumerabilis:alia ſaporis, ad guſtatũ ptinẽtis, cuius
D eſt ẽt interminata differẽtia:alia ad olfactum,cuius eſt ẽt multiplex uarietas. quare ĩfinitates, & differẽ
tiæ qualitatũ corporatarũ erũt ex eorũ ſnĩa infinitæ,una erat,q̃ facta eſt,quã ptiri p ĩcertas nimirũ opor
tet:q̃q̃ qd opus ẽ,ut corporeæ fiãt:nã anticipãt corpus eẽ,& quædã effectę ſubſtãtię.ſi uero unũquodq;
horũ corporũ infinitorũ in infinitũ ſeceť,infinitæ illæ infinitates qũo,& qñ cõuenient? infinitũ.n. ptrãſiri
nõ põt. & lumẽ eſt corpus,& cãdor,& calor.uidemus ãt oẽ corpus quotũ,quãtũq; eſt,naturã ſimul au-
ctricẽ p ſe hẽre.& aqua a ſole calfacta,amplior fit,& maior.ꝓinde maiorẽ locũ reqrit.qũo ãt figuræ,&
reliqua accñtia,ſingula exiguũ in locũ,milij corpus,exẽpli cauſa,nõ excedẽtẽ,cõueniũt,ſimulq; ſpirãt?
& ex æternitate,neq; mutari in uniuerſum deberẽt,neq; corrũpi.nã quod æternũ eſt, mutationi , nõ eſt
obnoxiũ:cuiuſmodi ſunt naturæ deorũ.qđ ſi uerum ſit,qũo aliquã cerã,uerbi gratia , tranſmutabimus?
& quid fiet,ſi quadrata ſit,eãq; rotundã faciamus?an ſubſtantia erat quadrata? ſi.n.ceræ ſubſtantia ante
erat quadrata,nunc unde ei acceſſit,ut rotunda ſit?& qua de cauſa ea forma inducta eſt? ſi per corpus,
abſurdum eſt:cũ ne cogitatione quidem complecti queas,ut corpus per corpus penetret:ſi mõ qs ſciat
renixum eſſe,ꝓprium corpis,ut pcipue nos ei⁹ docuit definitio.ſi p inane,erit nihilo minus abſurdum.
qñ Stoici nihil eẽ ĩane in mũdo uelint:& rotũditas ſit corpus,& reliqua hẽat accñtia,& figurã,q̃ & ipa,
ut planũ eſt,ruſus ex alia corporata figura erit,& illa ex alia,hocq; ĩ infinitũ.ſi uero ex figuris rotũdis,q̃
in infinitũ ſecanť,hoc aggregatũ rotundũ factũ aſpectu noſtro pcipiť,conſidera,quæſo, fabulã,& quot

† G.l. ἀριθμοῦ. i. numeri. ſed non cohæret itaque legen. ἀναριθμήτου.

ex hoc cómento infinita consequant.si non ex rotundis, quomodo ex eis quidpiam fit rotundum?ridi- E
culum est sane dicere figuras rotundas in rotundam figuram secari.cũ contra attestetur hoc, quadrata
inquã in quadrata nõ secari.quid porrò de ceræ transmutatione dicent?an differentium corporum figu
rationes sibi mutuo cedunt unà cũ intelligentia?qui non erit ridiculũ,tanquã animatas, rationisq; par- †Fortasse legen. ἄπορον i. difficile, ut paulo post.
ticipes substãtias exire, & sibi mutuo,quasi ex cõstituto,cedere?atq; ẽt id,qđ dicit, fit† infinitius.si unà
cũ cogitatione digitos porrigimus,& contrahimus : nam si pugnus,& exporrectio non sunt accidẽtia,
sed† corpora,necesse erit.ut infinitas simul figuratas accedere, recedereq; figurationes dicamus. ac si †G.l. ἀσώματα i. incorporea. sed non cõuenit. ideo sic, ut nos legen. puto.
duas solas esse dicas,nec numero pares porrectionibus,& contractionibus, hoc uarijs adhuc difficulta
tibus erit inuolutũ,ac multo ẽt maiorib⁹,nisi cõtractionis,porrectionisq; figuratiões accedãt:sed altera
manu defluit.saltatorẽ.n.momẽto tpis dissolui oportebat,corporibus alijs post alia clã abscedẽtibus.
ad hæc aũt dicẽt si cõionis causa sunt effectricia corpora,quonã pacto acetũ fiat?qũo inconcoctionẽ ef
ficit?qũo abit?& unde ueniũt corpa qualitatis aceti effectricia?si in uino inerãt,quo mõ tũc uinũ, & nõ
acetũ erat?signo ẽ tertia quædã ex utroq; qualitas,q̃ nec uinũ,nec acetũ ẽ,siue mixtiõe, siue appositiõe
ea sit facta tẽperatio.

Quæ absurda circa primam materiã contingãt, si qualitates esse corpora concedatur. Cap. 5.

AD ea aũt absurda,quæ allata sunt,hæc ẽt accedũt:substantiã ex multis,uarijs,differentibus,cõtra- R.
rijs,infinitisq; : uel solũ nõ infinitis numero cõcretionibus eẽ cõstitutã: itẽq; in infinitas cõcretio- E
nes diuidi:hãc nẽpe definitã,quã oculis cernim⁹,verbi grã, pomi naturã, quã Stoici primã materiẽ,pri-
mãq; substantiã uocãt:ex qua & mundũ,& unãquanq; rẽ in ipso semper esse procreatã uolũt. si qualita
tes erãt corpus,cur hæc quoq; nõ erat qualitas?siquidẽ habebat qualitatẽ.ac si alias qualitates non ha-
bebat,saltẽ põdus habebat,qđ esse corporis dicũt.iã cur simplicẽ esse aiũt primã substantiã,& nõ cõpo
sitã?si eã esse terminatã,terminisq; utentẽ dicãt,patet eã quoq; figura esse pręditã.absurdũ.n.est,corpus
proprijs circunscriptum terminis non omnino figura constare: & si hoc ex suppositione non intelligat.
quocirca si habebat hæc oĩa, quæ ut ipsis placet,corpora sunt,nõ erat profecto expers qualitatis, neq; R.
simplex,sed pluriũ diuersorũq; corporũ conuentus,& coagmẽtatio.atq; ita ex ipsorũ sentẽtia nihil erat
nõ mixtũ.si nihil horũ habebat,in primis ne pcipi quidẽ põt: & pter nomẽ,aliud est nihil.si.n.tale eẽ nõ
oportet,nihil est,si quale,sed ut tres dimẽsiones,& figuras nõ habeat,oĩno hoc eius propriũ accidẽs ne
in cogitationẽ quidẽ cadit,graue ipsum esse,aut leue.nec minus absurdũ est, si quis dicat hoc habere si
mul utrunq;, & cũ eodẽ,nõ cũ alio,atq; alio cõparatũ:cũ illa substantiã nõ habeat eorũ quæ ab ipsa, ut
dicũt, facta sunt:& unũquodq; primorũ quatuor qualitatẽ habeat.erat.n.magis consentaneũ,si qualita
tis expers erat,ut quæ ex illa fiũt,ac fingunt,eã† haberẽt.si uero neque illa hanc habebat,neq; unum ex
suppositiõe,essetq; æthere⁹ ille ignis,a quo & elemẽta,& mũdũ esse pcreatũ asserũt:quo mõ hæc, q̃ ge- G †V.l. habet μὴ i. non.
nita,effecta,fictaq; hñt:nõ magis utiq; figulus uasculis,quæ ex luto fingit,auri qualitatẽ circũponet.

Si accidentia sint corpora, præter cetera absona, hoc sequi, ut Iupiter sit Proteo mutabilior. Cap. 6.

QVare solus Medicus is est,qui e† multis medicamẽtis, quæ oĩa parem qualitatem habeant, ex ea †Al. Simplicibus. nam. v.l. habet ἁπλῶν.
mixtione quoddam medicamẽtum diuersum qualitate efficit.Iouem autẽ negant primæ substan †Impressi lib. ἴδια. i. propria.
tiæ figurationem,aut longitudinem,aut ullum aliud accidens miscere:siq; miscet, & ea quoq; numero
eorum,quæ sunt,continentur,† æterna itidẽ esse perspicuũ est.iam uero qua ratione uolũt primã mate-
riem solã,qualitatis expertem,esse æternã,& non itẽ alias qualitates,oĩaq; accidentia? neq;.n.aiunt ef-
fectorẽ esse Iouẽ,ut artificẽ,qui manu faciat,sed totũ per totã materiã permeantẽ omniũ opificẽ esse.
diuini aũt ignis quantitatem,& singula,quæ in quantitatẽ cadunt,accidẽtia,ut longitudinẽ, latitudinẽ,
altitudinẽq;, præterea uero eius partem rationis compotẽ,& beatitudinẽ si esse substantias dicẽt, easq;
corporeas statuẽt,certe Iupiter,ut iam patet,ex corporibus cõstabit,& non simplex,erit, sed cõcretus.
si uero naturas ipsas sine substantia in accidentibus esse cõtendent,nostra sententia confirmatur, neq;
accidẽtia,neq; qualitates corporeã habere naturã.si uero Iupiter se trãsformans æquali numero cum
ijs,quæ dixi,accidentibus,innumerabiles qualitatũ conuersiones nanciscatur,ullior erit illo in fabulis
decãrato Proteo.ille enim in paucas se naturas,easq; nõ indecoras, se se cõmutabat, ac trãsformabat : H

Horrendo fuluum præfert nunc ore Leonem:
Fitque liquens unda,aut umbrosis montibus arbos,
Squameus aut anguis,sus horridus,atraque tigris.

ipse aũt,nihil adeo turpe est,quin id fiat:nã p hoĩem imprudentẽ,ipse nimirũ est imprudẽs : p sententiã
de turpi,turpiũ auctor:p aĩalia rõnis exptia,in ferinã naturã uersus:p lapides & ligna,inanimis effect⁹:
p stercus,respuẽda natura, & ĩutilis efficit.† si uero se ipse,ut materiã trãsformare,figurare,atq; efficere
uult,quonã modo hæc poterit efficere,nõ magis quàm fictor statuã auream ex plũbo facere põt. sed ea †Al. ipse uero utpote qui materiã &c.
psequi cõtentionis studiosos hoĩes haud absurdum est.ij.n.si motus corporibus accedunt, rursusq; re-
cedunt,eos esse corpora confirmãt.hora aũt est,ut dicamus,nos pcedentibus corporibus moueri, rur-
susq; ab illis conquiescere.deinde aũt affectus accedunt,itemq; recedũt: atq; hæc esse corpora dicunt.
at qũo,non sit ridiculũ,si pruritũ esse corpus dicas?ac nõ solũ,quod scabit,sed etiam quod quis scabit.
cum uero nullus affectus sine corpore agenre,& patiente accedat, hoc ipsos in fraudẽ impulit, ut affe-
ctus corpora noĩarint.uerum si ratione quadã noĩandi p relationẽ sic uocarẽt,eis ego nõ succẽserẽ.scio
enim ita quoq; albã uitẽ appellari ex relatione ad albos racemos,quos profert:& tpa mala dici pp ca
lamitates,quæ tũc accidũt,& noctẽ auxilio uacantẽ,in qua nullũ sumus auxilium cõsecuti.sed hi primo

A & præcipue errarunt:figuratum enim corpus dicimus,affectumq;,& motum. at figuram,affectũ,& mo
tum non dicimus corpus.immo uero nec pugnum appellamus corpus:ſed manus quodam modo figu-
ratas. age uero quid facient aduerſus eos,quibus placet,ſolas res corpore uacantes,& non iam corpo-
ra,efficere?quid Ariſtoteli reſpondebũt,qui cum generalem rerum diuiſionẽ faceret, alias eſſe ſubſtan
tias,alias accidentia cenſuit?quid item ſibi ipſi uolunt , cum ſubſtantias, & accidentia pronunciant ? ſi
hæc quoque eſſe corpora dicunt,quæ neq; etiã ut partes corporis uocantur corpora,ut manum,ut digi
tum:nec uelut in talento minam.ſi uero figuram hoĩs eſſe corpus aiunt,iam tempus eſt , ut formam ani
malis,ortũq; & interitũ,& rationẽ,& prudentiam,& Atheniẽſem eſſe,& philoſophari, & Sophroniſci,
filiũ eſſe,& ſimum,& caluum , & abdomine prominenti corpora dicamus:deniq; ceteris accidentibus
ſi pares numero corporum formas ſtatuas,animal ipſum magis eſſe,quàm Briareũ,& Typhonem, mul
tiplex,ac pluribus præditum corporibus facies. ſi animalis forma corpus eſt,quomodo cunctis accidit
animantibus?quomodo eſſentia,quomodo in loco eſſe?ſiq; ut omnis oculus proprium locũ habet cor-
* pus perlucidum,ita etiam ſingula habent accidentia,abſurdum eſt:ſic enim horũ admixtio nulla ipſorũ
natura perficietur.ſed habet hoc,ut dixi,difficultatem,ut omnia unum occupare locum aſſeramus.nam
confuſa,& in uaſe commixta neq; uarietatem non ſeruarent, neq; naturam ſuam , ut in medicamentis
B mixtis fieri monuimus.utrum inquam,totum corpus formæ animalis tam multis accidentibus ſingil-
latim accidit,an pari numero,ut diuiduntur?nam utrunque abſurdum eſſe ſuperior declarauit oratio.
quid.n.cuiq; opus eſt corpore,ſi ipſa ſunt corpora? ceterũ ſingula accidentia non eſſe corpora , ex hoc
quoque percipies. oculis occluſis uel ipſo tactu corpus tractu temporis deprehendimus : colorem aut
ſaporem,non unà deprehendimus,neque item figuram tacto corpore . & tamen hæc ſingula a materia,
non tactus cõprehenſione erant deprehendẽda:cum pomi rotunditas,exempli gratia, ſpectari ratione
non poſſit.eadem de ſapore eſt ratio.ac ſi unumquodq; accidens eſt corpus, quid tandem ſibi uolunt,
cum aiunt,ſolum corpus diuidi in infinitum,& non figuram,uerbi gratia,& dulcedinem , & cetera ſin-
gillatim?idque non complicatione inquam,uel relatione ad id,quod appellari corpus conſueuit , ſed
recte.cur autem,ut dixi,ſolius corporis hanc eſſe definitionem uolunt, triplici inquam dimenſione cũ
renitentia contentum?& non colorem,non liquorẽ,nõ ſaporẽ, nõ cetera accidentia ſingillatim hac de
finitione explicant , ſi hæc omnia eſſe corpus aſſerunt. quamuis enim ſpecie differant, cõmuniter tamẽ
genera eſſe uolunt omnia.ut igitur ſiue hominem,ſiue equum,ſiue bouem definio, animal genitũ, mor-
taleque dico,quæ ſunt hiſce communia ; deinde ſingulorum proprietatem adiungo: ſic in cuiuſq; acci-
denti afferenda definitione,ſubſtantiam corporatam triplici dimenſione cũ renitentia cõtentam dicãt,
C Hæc chare Pindare,ut explicentur,a Stoicis poſtula:nec ut alios ſecum eiſdem erroribus implicitos
unà rapiant:ſed ſinant,ut crimina refellant:contradictio enim falſarum opinionum non eſt in eo poſita
ut cum amicis,eas communices,ſed eas ut explices,atque diſſoluas.

GAL. ADSCRIPTVS LIBER, QVI MEDICAE DEFINITIONES INSCRIBITVR.

Io.Baptiſta Raſario, interprete.

TRACTATIONEM definitionum, quæ & medicis oĩbus,& ijs in primis iuuenibus,
qui nuꝑ inſtituunť,q̃ utiliſſima eſt,ut tu,medicorũ præſtãtiſſime Teuthra, a me
petijſti,in unũ redigere,& cõſignare monimẽtis litterarũ cõſtitui.cũ.n.ars me-
dicinalis ſit ad uitæ uſus accõmodata,ſitq; ad hoĩum adinuẽta ſalutẽ,ac multa,
eaq; pulchra ꝓcepta cõtinet,nec facile percipi poſſe uideať,fit,ut definitiones
D quibus multa explicari paucis poſſunt,utiliſſimæ ſint futuræ. illud.n. in omni-
bus artibus,ac ſciẽtijs optimũ docẽdi genus eſt,quod nõ prolixa oratione, &
quæ nullũ exitũ reperiat,ſed breui recte dignoſcať.quã ob rẽ priſci,quiq; ante
Hippocratẽ fuere,quorũ ad nos libri peruenerũt,nec quicquã,quod ad artẽ pertineat, definitione ex-
plicarunt,nec multa,ſed pauca admodũ uolumina poſteris reliquerũt:quos ſane par ẽ ornare laudibus,
& qđ primi animũ adhęc appulerũt,& qđ aliquid ad uitã utile reperire ſtuduerũt.Hippoc.aũt poſt hos
exortus tũ medicinã ſcriptis illuſtrauit, tũ uero in lib.de arte definiuit.fuitq; is bonorũ ſemꝑ auctor,cu
ius apud Græcos ne poſteritas quidẽ oĩum ſeculorũ immemor erit:qñ is in oẽs beneficia publice con-
tulit immortalia.qui uero poſt ea tꝑa floruerũt,ſcripſere illi quidẽ definitiones,ſed non cuncti . in hoc
aũt ſtudiũ diligenter incubuiſſe uidentur ij,qui Erophili ſectam adamarunt,& Appollonius Mẽphites,
itemq; Attalenſis Athenæus:ſed hi neq; ordine,quo decebat,uſi ſunt,neq; librũ cõfecerũt: ſed uage , &
paſſim ſuis in libris cõſcripſerũt.ad hoc accedit,ut cũ nõ oĩa,quorũ in medicina uſus ẽ, definitiõe expli
cãda ſibi propoſuerint,mãca ſit corũ,& decurtata tractatio. ac ſi quis ſcire aueat,uera ne ſint , quæ mo-
do afferimus,in promptu ſunt eorum libri,quos perlegat:nos uero lõga inſtituta oratione,definitiones
a maioribus proditas totidem uerbis adſcribentes,eas apto ordine diſtribuemus. ac ſi quas ueteres nõ
attulerint,eas nos proponemus,& in ordinem redigemus;atq;,ut tu cenſuiſti, librum collectorũ abſo-

lutum conficiemus.atq; his quidē, optime Teuthra, nec fuisse, nec fore iuuenibus instituēdis quicquā E
utilius mihi persuadeo.ac de his hactenus.in primis aūt necesse est exponamus,& quid utilissimum, &
quid ordini doctrinæ accōmodatissimum,& q̄d definitio ipsa sit:deinde uero definitiones subiūgemus.
Ac definitio quidem,ut quibusdam placet,est oratio,quæ explicat,quid sit id,quo de agitur.potest etiā
hoc modo exponi:definitio est oratio intelligentiæ.quidam sic quoq; scriptum reliquerūt; definitio est
oratio,quæ perfectionem resolutione consequitur.definitio est oratio, quæ leui submonitione in rerū,
quæ uocibus subiectæ sunt, cognitionē nos perducit.uel sic,definitio est oratio, quæ rei essentiam indi
cat:uel,oratio,quæ rei notitiam indicat,atq; aperit. Determinatio uero est rei, quæ ut uniuersalis dicta
sit,nec tamē sit uniuersalis,ad uniuersale per appositionē deductio.Descriptio est oratio, quæ nobis ad
rei,quæ declaratur,adumbratam cognitionem uiam aperit.aut sic,Descriptio est oratio, res adumbra-
tim cōmonstrans.Scientia est firma,certaq; cōprehensio , quæ a rōne dimoueri non potest. eadem defi
niri hoc pacto potest:scientia est habitus,qui ex uisis opinionem affert,quæ a ratione non potest dimo-
ueri.Ars est ex multis animi perceptionibus exercitatione conquisitis,& in unum exitum rerū , quæ in
uita sunt,spectantibus,coaceruatio.uel,Ars est ex animi perceptionibus usu conquisitis,& in unum exi
tum spectantibus,coaceruatio.Hippocrates in libro de arte,medicinā ita definiuit: ipseq; princeps me
dicinam uocauit:ut sit,quæ ægros prorsus liberet a morbis , ac morborum uehementiam obtundat, & F
ne desperatis manum admoueat:quod planum sit,medicinā efficere† posse hæc omnia . pleriq; uero sic
definierunt,Medicina est quæ sanis uictus rationem præscribit, & ægrotos curat.secta est assensio mul
titudinis decretorum,arte ordinatorum,quæ ad unum finem referuntur.uel sic.secta est coaceruatio de
cretorum,se se mutuo consequentium,& quæ consequi uidentur,aut existimātur. posset etiam ita quis
dicere.secta est,cum multa decreta inter se consentiunt,quæ ex ijs,quæ consequi uidentur, aut putanī,
consequuntur.huiusmodi etiam definitio quædam reperitur,secta est assensio multorum decretorum,
quæ & se se,& apparentia consequuntur.uel sic,secta est ex decretorū multitudine consensio,quę con-
sequentia inter se ad unum finem pertinent.Decretum(seu dogma)& proprie,& communiter dicitur:
communiter,rei consensio in actione:proprie uero,magis rōnalis secta dogmatica est appellata. princi
pes autem medicinæ sectæ,duæ sunt,empirica,& rationalis:ac methodica,tertia.Agathinus Spartanus
quartā inuenisse sectam uidetur:quam super compositiuam nominauit:aliqui electricem uocarunt.em
pirica secta est earum rerum , quæ sæpe,& in eodē,& simili modo fere uisæ sunt: rationalis secta est ob-
scurarum rerum scientia,atq; ex ijs operibus,quæ ipsam in facienda medicina consequuntur. methodi
ca est ratio,quæ ab ijs,quæ apparent, progreditur,& rerum abditarum comprehensionem gignit : ut si
sudores ad sunt,etiam meatus sunt.nam sudor est res,quæ apparet:meatus uero esse,abditum est.Ratio G
cinatio est oratio,in qua positis quibusdam,aliud quid,quàm quæ posita sunt, prius ignotum, necessa-
rio conficitur.Epilogismus est ratio,quæ id,quod ab intelligētia deflectit,ad certā ducit notitiā. Theo-
ma est res uniuersalis,quam ex fine medicinæ cōsequentē statuūt:uel pronunciatū uniuersale,quod me
dicinam cōplet: uel theorema est,cuius cōtrariū raro euenit. anceps opinabile est, cuius pōt contrariū
pari rōne euenirē.Finis est,cuius causa,quòd ad medicinā ꝑtinet,efficitur.uel hoc mō.Finis est,ad quē
oīa,quæ medicinæ sunt,referunt.sic etiā posset definiri.Finis in medicina est,quē cōsecuti, nulla ꝓterea
re indigemus.Perfectus Medicus est,qui in cōtēplatione & actione est oībus numeris absolutus. Opti
mus est,qui in medicina recta rōne facit oīa.Homo est aīal,particeps rōnis,ad mentē, & scientiā adipi-
scendam natū.Aīal est essentia,aīata, sentiēs,quæ impetu,& uoluntate cietur.Aīa est essentia, uacās cor
pore,quæ,ut ait Plato,suo motu cietur.ut uero Stoicis placet,est corpus leue,quod per se mouet, cōue
nienter seminis rōnibus.ut aūt proditū ab Aristot.est,perfectio corporis organici,physici,quod faculta
te uitam habeat.corpus est magnitudo ex trib.dimensionib.habēs in se longitudinē,altitudinē, ac lati-
tudinem:aut,magnitudo ex tribus constās interuallis.Elemētum est,ex quo primo, & simplicissimo fa-
cta sunt oīa:& in quod simplicissimū cuncta resoluent . Athenæus porrò Attalēsis in tertio libro sic scri-
ptum reliquit:Elementa medicinæ,ut quidā ueteres existimarūt,sunt hæc,calidū,frigidū,humidū & sic H
cum,ex quibus primis,apparentibus,simplicissimis,& minimis constitutus homo est: & in quæ postre-
ma apparentia,simplicissima,& minima resoluetur.Elemētatio est eorundē,eadē de re,& simili mō do
ctrina.alij sic:Elemētatio est ab elemētis ad finē uia.nostra autē corpora ex solidis,humidis,spiritibusq;
constāt.solida sunt ossa,chartilagines,nerui,musculi,uenæ arteriæ,& uiscera,quæ oculorū effugiunt ob
tutum:humida sunt humores,& excremēta:spiritus,calor innatus,qui in corde est.Dissectio est abscō-
ditarū partiū contēplatio. dissectionis sunt duo genera:quorū alterū data opera aggredimur,alterū ca-
su fit.est aūt q̄d data opera obimus,q̄d dogmatici docēt,ut ptes occultas cōprehēdamus,uel in uiuis,
uel in mortuis, ac uel ī totis uel in ptibus.casu aūt fit,cū forte accidit,ut in magno illato uulnere usu ue
nit:in quo genere soli empirici uersanī. Chirurgia est manuū nō tremularū celer motus cū experientia
cōiunctus.uel artificiosa manuū actio in medicina cōuenientis finis cōpos . Pericrania est neruosa mē-
brana,quę totā caluariā cōplectit.Meninges corpora neruosa,arteriosaq; sunt quibus cerebrū cōtinet:
cerebrum est albū,molle,tanquā e spuma quadā concretum,humidum,ac calidum . Cerebellū est post
cerebrum collocatū,similisq; est & naturæ,& coloris cū cerebro.Dorsalis medulla similē cerebro natu
rā habet,pinguior tñ,& cādidior.Oculi ex quatuor cōstant tunicis,neruosiq; sunt, inq; eorū sensum su-
biecti colores,magnitudines,ac figuræ cadunt.Aures neruosæ,chartilaginosæq; sunt,ac uoces, & earū
differentias

Apud Hippo. in principio lib. de arte, ἐν .i.non.

A differētias sentiunt. Nares neruosæ chartilaginosæq; odores percipiunt. Lingua uenosa & carnosa est,
ac subpinguis, saporum gustatu prædita, estq; ad deglutiendū cibum adiumēto. Larynx chartilagineus
est, per quem spiritum ducimus, uoci conformandæ adiutor. Pulmo arteriosus est, ex leuibus, asperisq;
arterijs, fungosior, respirationis instrumentum. Thorax ex uenis, arterijs, neruisq; a natura effectus, ad
respirationem concitandam. Cor nerueum, musculosum, uenosumq; est, atq; arterias habet. coni for-
mam gerit, subpingue: ex quo arteriæ, uenæq; exoriuntur: per quas sanguis, & spiritus comportātur. se-
ptum transuersum nerueū est, uiscera quæ in thorace ab ijs, quæ sub thorace sunt, distinguens, ac sepa-
rans. Iecur uenosum, calidum, ac sanguine redundans est: ac primam sanguinis procreationem plurimā
facit. estq; uentriculo ad concoctionē adiumēto, quod sua uicinitate ipsum cōcalfaciat. Lien est ueno-
sus & arteriosus: uasa habet tenuia, multasq; inter ea cauitates, quā ob rem rarus, fungosusq; est. Stoma
chus neruosus, arteriosusq; est, appetitus, ac deglutitionis auctor. uel, meatus humidi, siccíq; alimenti.
Ventriculus neruosus est, humidi ac sicci alimenti receptaculū, ad concoquendū cibū constitutus. Inte
stina neruosa sunt, eaq; partim ad excipiendum, partim ad excernendum excrementum comparata. Re
nes carnosi sunt, ex carne friabiliore conflati: †angustię humidi excrementi, ac uelut lacunæ a natura fa
cti. Vesica neruosa est, receptaculum & instrumentum humidi excrementi excernendi. Testes carnosi
B sunt, ac perfragiles, humidi, calidiq;. adiuuant concoctionem seminis, quod in parastatis est. Parastatæ
sunt ex uena, arteriaq;, quæ in idem conferuntur, confecti: ac semen simul fouent. Vterus extrinsecus
neruosus est, intrinsecus carnosior: uas est fœtus continendi. Excretio est, cum excrementa corporibus
adiecta feruntur. Stercus est alimenti expurgatio in facienda concoctione, & distributione, secreta. Vri
na est sanguinis in magna uena percolatio, quæ per renes & ureteres in uesicā comportatur [uel sic, Vri
na excrementum est in iecore genitum, secretum in renibus, per ureteras in uesicam comportatum: atq;
inde per eius collum emissum, quod Græci οὐρήθραν uocant, quod ea parte urina exeat. Vrinæ autem effi
ciens causa est sanguinis in iecore procreatio * eadem cohibetur, uel quod sanguis in grumos con-
crescit, uel quod meatus genitalium concidit: uel propter renum affectum, qui eam partem in consen-
sum trahit: uel propter ulcerationem deniq;. ceterum prima suppressionis urinæ nomenclatio est ischu
ria, cum urina retinetur: secunda, dysuria, in qua urina ægre it: tertia, strāguria, quod guttatim distillet]
Humores, ex quibus animantes constant, quatuor sunt, sanguis, pituita, duæ biles, flaua, & atra. hæcq;
corporis elementa medici uocant. ac sanguis calidus, humidus, dulcisq; est: pituita frigida, humida, sal-
sa, & tenax. flaua bilis calida, sicca, acris & mordax: atra, arida, frigida, acida, grauissimaq;. sanguis por
rò calidus, humidusq; in uenis copiosus est, in arterijs parcior, atq; ex eo animal nutritur. pituita frigi-
C da & humida ad deglutiendos cibos, & articulos mouendos a natura præparata. Flaua bilis calida, sic-
caque est, ad stomachum firmādum, & uentris excretiones facta. atra bilis frigida, siccaq; est, ut nuper
dicebamus: itemque acida, ac grauissima. eius sedes in liene est, & cum sanguine miscetur. ab eo autem
seiungitur, ne ille crassus, & ignauus sit, atq; ægre digeratur. [sunt præterea quatuor melācholici humo-
ris discrimina: primus horum humorum est elementaris, alter ex bili nimium assata gignitur: huncque
bituminosum uocant, quod modo bituminis splendorem ex se mittat: tertius, qui ex pituita, quæ com-
putruit, efficitur: quartus, qui ex sanguine fœculento constat. Flauæ bilis sex differentiæ afferuntur: bi-
lis ipsa elemētalis: quæ uitellum, quæ glastum, quæ porrum, quæ æruginem refert: postremo loco pal-
lida est. Pituitæ differentiæ sunt hę, dulcis, salsa, qualitatis expers. Humorum in uentriculo triplex est
status, aut innatant, aut exuguntur, aut inducuntur. Mucus cerebri expurgatio est, ut princeps animi
pars leuationem nanciscatur. sudor est percolatio tenuis, ac serosæ humiditatis, quæ inest in sanguine.
Vena est uasculum sanguinis, & natiui spiritus, qui sanguini immistus est. eaq; neruosa, humida, calidaq;
est, & sensu prædita. Arteria est uasculum sanguinis paucioris, & purioris, & natiui spiritus contempe-
rati copiosioris, & tenuiorum partium. estque calidior, sicciorque, & maiore sensu prædita, quàm ue-
na: & motum ad pulsum accommodatum habet. [Vel ad hunc modum: Arteria concauum corpus est,
D ex duplici tunica. * eaque uitalem spiritum subministrat. eadem, dum distenditur, purum exci-
pit aëra, & cor, ac natiuum calorem refrigerat. dum contrahitur, fuliginosa, fumeaque excrementa
expellit. est autem usus pulsus, ut per aerem refrigeret. ceteris aeris essentia, eo quod ad nostrum spiri-
tum aggregetur, fit animalis spiritus procreatio, & amplificatio] Neruorum triplex differentia est: qui
enim e cerebro, dorsalique medulla exortum capiunt, ij proprie nerui nominantur: qui e musculis, ten-
dines: qui ex ossibus, copulæ. Nerui de cerebro, eiusq; membranis cōes exorti, sicciores, ac minus cali-
di sunt, q̄ uenæ: maioreq; sensu, q̄ arteriæ: ac motus uolūtarios absoluūt. qui uero ex ossibus, articulos,
& mēbra corporis colligāt, & cōtinent. Musculi neruosa corpora sunt, q̄bus est etiā intermixta caro, ad
mouēdas corporis partes cōparati. Mēbranæ periosteæ sunt tenuia, fibrosaq; inuolucra, quæ tanquā os-
siū indumēta natura fabricata est. Pinguedo est affusio alimēti, q̄ circa mēbranas maxime cōcrescit, sen
susq; expers est. Caro cōcreta est ex sanguine, humidaq; est, ac calida, ac mollitiē corpori affert. Medul
la in ossibus inest, eorū cōtēta cauitatibus, ac pinguis, & sensus expers. Chartilagines corpora magis ter
rea sunt, sensuq; uacantia. Ossa sunt corpora sicca, ac terrea, & frigida, & sensus expertia. Dentes sunt,
qui alimentum secant, & conficiunt, & ad uocem articulandam nonnulli adiumento sunt. [Palatum
superior oris pars dicitur, & a cæli similitudine οὐρανὸς appellatur. Gurgulio exigua caro est a fau-
cibus exoriens, & uocis organum. Alueoli sunt ossium cauitates, in quibus infixi sunt dentes.]

†Isthmi.

ungues ſunt fines neruorum,ornatus gratia facti,& ut facilius quidpiam digitis acciperetur. Alij ſic, E
ungues ſunt cutis ſicca,frigidaque concretio,ac ſenſu uacans. Pilus corpus frigidum,ſiccumq; eſt , ſen
ſus expers,tutelæ,decoriſq; cauſa effectus.[atq; ornatus quidem cauſa in capite , atq; mēto exoritur:ad
uſum uero,in genis,ac ſupercilijs.ceterum in capite ob cutis ſiccitatem & uim fuliginoſorum excre-
mentorum quæ a partibus inferioribus ſurſum mittuntur,plurimi proueniunt.cauſæ autem, cur in flo-
renti ætate condenſentur,ſunt hæ:& quod in ea ætate magna uis excremētorum redundet : & quod cu
tis meatus ſint latiores:nec cutis nimis arida , aut mollis ſit. at in pueris contra fit,tum quod fuligino-
ſa excrementa non ſunt in eis copioſa,tum quod meatus in eis non ſunt facti. ac magis etiam propter
huiuſmodi meatuū anguſtiam.porrò calui fiunt homines duplici de cauſa,& propter nimiam ſiccitatē
& quia accommodatum alimentum pilis deſit]cutis neruoſum corpus eſt,totum corporis ambitū ho-
neſtatis cauſa tegens,& ad cauſas noxias propulſandas genitū.ſemen uis eſt in humido conſperſa,quæ
huius rationem continet:quæ uis cum eſt aptas rationes,materiaſq; cōſecuta , in hominis procreatio-
ne explicatur.aut aliter hoc modo:ſemen eſt humor in paraſtatis cōtentus, ex calido ſpiritu profectus,
ex quo gigni homo poteſt. uel , ſemen eſt ſpiritus calidus in humido:qui ſuo motu cietur, poteſtq; tale
gignere,quale ſit,unde emiſſum ſit,Zeno uero Citieus ſic definiuit:ſemen eſt abſtractio hominis, quam
homo cum humida parte animæ tranſmittit,& cōmixtio cum genere maiorum.eſtq; ipſum tale, quale F
id fuerit,unde ſit excretum.Natura eſt ignis artificioſus,qui ad ortum uia progreditur: [atque a ſe mo-
uetur magna ui]aut,ut traditum eſt a Platone,natura eſt,artificioſa uis.[uel,natura eſt uis, ſe ipſam mo
uens,unde formatio,generatio,perfectioq; exiſtit. iam uero etiam cuiuſq; rei temperatura, & habitus
naturæ uocabulo appellatur.motio quoq; impetu excita,& item uis,quæ animal regit, natura nominaē
a phyſicis hominibus Hippocrate,ac Galeno,qui & naturæ & medicinæ ſummam notitiā habuerunt]
Aliter,Natura eſt ſpiritus calidus,qui motu interiore ac ſuo pro rationibus ſeminis cietur : quiq; præ-
ſcripto ac definito curriculo temporis homines gignit, perficit,ac tuetur . Habitus eſt ſpiritus qui par-
tes continet,& cohibet.Appetitus eſt deſideriū,& perueſtigatio.Deglutitio eſt ſolidi, humidiq; in uen
triculum a ſtomacho facta attractio.uel ſic, Deglutitio eſt ingeſtio humidi,ac ſolidi alimenti ex ore per
ſtomachū in uentriculū facta.Cōcoctio eſt mixtio,& in ſuccū mutatio,uelut alimēti elixatio in uentri-
culo & inteſtinis,quæ per mutationē in digeſtionem terminatur. Aliter,concoctio eſt alimenti confe-
ctio,quæ per mutationē in uentriculo & inteſtinis fit,uel ita,eſt alteratio prōpta ad gignendum ſangui-
nem:quam actionem obit natura per calorem:eſtque elixationi ſimilis.atque alimenti concoctiones a
natiuo calore fieri cenſet Hippocrates.Eraſiſtratus uero,attritu,læuigatione, & complexu uentriculi,
& proprietate ſpiritus aduentitij.Empedocles,corruptela. alij,in quorum numero eſt Aſclepiades Bi- G
thynus,digeſtiones ex crudis fieri prodiderunt:ab eodem quoq; dictum eſt,animam eſſe quinq; ſenſuū
exercitationem.ſanguinis procreatio eſt alimenti in ſanguinem mutatio. Digeſtio eſt concocti, diſtri-
butiq; alimenti,& in ſanguinem mutati in omnes corporis particulas,& item partes attractio,a natiuo
calore facta.aut ſic,Digeſtio eſt concocti alimenti in corpus uniuerſum attractio, quam natiuus calor
efficit,cum propria mutatione,& confectione.Incrementum eſt progreſſus corporis in longitudinem,
altitudinem,ac latitudinem.Nutritio eſt adiectio facta corporibus in ambitu, & latitudine. Aetates
ſunt quatuor.prima adoleſcentium,ſecunda eorum,qui in florente ſunt ætate, tertia mediorum, quarta
ſenum.Adoleſcentes calida & humida temperatura ſunt, ueri ſimiles . Qui florem ætatis agunt,calido
ac ſicco ſunt temperamento:qualis æſtas eſt.Medij frigidi & ſicci, qualis autumnus.ſenes frigidi & hu-
midi,hyemi conſimiles.redundat in adoleſcentibus ſanguis,in florente ætate,flaua bilis:in media , atra:
in ſenibus,pituita.cauſa eſt,quia natiuus calor eſt in adoleſcentibus copioſus, in florenti ætate uigens
eſt,medius in medijs,pauciſſimus denique in ſenibus . Adoleſcētia eſt,in qua corpus augetur : cum in
eo & calor,& humor incrementum ſumat:& ea,quæ abſcedunt,ęqualia ſint ijs,quæ adhibentur:aut cer
te quod accedit ſit plus,quàm quod recedit.Flos ætatis eſt,ætas,in qua animal auctū, perfectumq; eſt:
abſolutuſq; calor & humor,& æqualia ſunt,quæ recedūt ijs,quæ aſſumunē.ſenectus eſt ætas,in qua aīal H
minuitur,ac deficit,quod calor & humor in ipſo minuātur,frigus uero & ſiccitas adaugeanē.Reſpiratio
eſt thoracis , pulmoniſque motio:eius partes ſunt inſpiratio, & expiratio . aut ſic , Reſpiratio eſt attra-
ctio aeris per os,& nares in cerebrum:& in cor per fauces,& pulmonem. eius quoq; aeris portiuncula
in uentriculū pergit: & ex eo,qui acceptus iam ſit,particula quædam in circunfluum nobis aerem retri
buitur.Perſpiratio eſt attractio aeris p̄ter uoluntatē a natiuo calore per extremitatem ſimul facta cum
ijs,quæ dimanant.aliter,Perſpiratio eſt attractio aeris ex corpore,cū naturali appetitu per corpus uni-
uerſum,rurſuſq; per meatus excretio.Pulſus eſt diſtentio & contractio cordis, & arteriarum naturalis.
eius partes ſunt diſtentio,& contractio.uel ſic,Pulſus eſt cordis,arteriarum,cerebri,eiuſq; membrana-
rum motio naturalis,& præter uoluntatem per diſtentionem,& contractionem. Poteſt ita quoq; defi-
niri.Pulſus eſt motus naturalis & præter uoluntatem,eius caloris qui corde & arterijs continetur. [alij
ſic,Pulſus eſt naturalis motio per diſtentionem ac contractionem,ut natiuus calor refrigeretur , & ui-
tale robur augeatur , & ſpiritus animalis procreetur . uel , Pulſus eſt uerus nuncius eorum : quæ imis
in partibus latent : eſtque uates abditorum , & index incertorum , apto motu , muſicoque pulſu affe-
ctionem eam prænuncians,quæ ſub aſpectum non cadit.Genus uero pulſus eſt motus perennis , nec a
uoluntate progrediēs,in motus perpetui diſtētione,& cōtractione poſitus,& in corde , arterijſq; initiū

A situm habens.ceterum arteria uel in orbem mouetur,uel in rectum.planum nero eſt,eam in orbem non
moueri.ſed uel ex hoc etiam cognoſces,eam in rectum non impelli.nam quæ recto motu cientur,de lo
co in locum uadunt,ac finem mouendi nanciſcuntur.ergo arteria in rectum nõ mouetur.ita fit,ut ſi duo
motus ſint,ipſaq; neutro eorum moueatur ; ut nullo motu agitetur. at mouetur.miſto igitur motu,in or
bem,& recto cieri eam affirmamus.utrum uero mixtus ſit eius motus , centrum affert conſentaneam
probationem.centrum autem uoco medium punctum,a quo ſe diſtẽdens arteria extrinſecus erũpit:&
quem ſe uiciſſim contrahens,reuertitur.atque hoc quidem modo in rectum moueri eam exiſtimares.
quia uero in orbem perpetuo agitur,opinionem affert,quaſi in orbẽ moueatur. motionis genera ſunt
ſex,ortus & interitus ; accretio,& diminutio, alteratio,ac loci mutatio.Princeps animi pars eſt ea,quæ
totum animal gubernat:eſtq; imo in cerebro,& eius baſi collocata[qnidã ſic] pars animæ princeps eſt,
quæ ceteris præeſt,ac fere dominatur,& imperat,& in baſe cerebri reſidet.pars famulatrix eſt principi
ſubiecta,eique ſeruit,& in reliquo corpore ſita eſt.ſenſus eſt animi affectio per corpns,rem quæ moue-
re queat,nuncians : ſiquidem ſenſus agens uis eſt.αἰσθητήριον eſt inſtrumentum, quod ſenſum aliquem ſibi
cõmiſſum continet.ſenſibile eſt,quod ſenſus percipitur.ſenſus particeps eſt id ipſum,quod ſentit:ut ſen
ſus ſunt aſpectus,guſtatus,olfactus,ac ceteri ſenſus.αἰσθητήριον uero,ut oculus,nares, lingua : quæ etiam
B ſenſuum inſtrumenta nominantur.ſenſibile,ut lignum,lapis, aut paries,aut columna,& reliqua,quæ in
ſenſum cadunt omnia.ſenſus,particeps,ut Theo,Dio, & ceteræ animãtes,in quibus eſt facultas ſentien
di.ſenſus quinque ſunt,aſpectus,auditus,guſtatus,olfactus,ac tactus.hi ſuum miniſterium,ac famulatũ
animæ præbent,ut Aſclepiades Bithynus uoluit:atq; ideo animam eſſe quinque ſenſuum exercitatio-
nem affirmauit.Aſpectus eſt,qui per oculos efficitur,contemperato in ipſis ſpiritu tenui , qui potiſſimũ
in ſede pupillæ conſiſtit:ex quo uidendi apprehenſiones exiſtunt. Auditus eſt,qui fit contemperato in
auribus ſpiritu,qui ſiccior ſit potius,quàm tenuior:unde apprehenſiones audiendi gignuntur. olfactus
eſt,qui fit per eum ſpiritũ,qui naribus continetur,qui humectus,halituoſuſq; ſit, ex quo ea,quæ in olfa-
ctum cadunt,apprehenduntur.Guſtatus eſt,qui efficitur,eo ſpiritu,qui linguæ ineſt,potius humidiore.
Tactus eſt,qui fit per ſpiritus,quod corpus permeat,quo corporum apprehenſiones fiunt. Motus,qui
tranſitum iunctum habet,animantiũ eſt.is appetitu impellente efficiť, cũ princeps animi pars imperat,
ſubſeruit uero ſpiritus is,qui eſt in neruis diffuſus,membraq; transfert . Vox eſt, quæ impetu principis
animæ fit,quæ ſe ſe,ac ſpiritum quoq; per fauces uſq; ad pulmonẽ & linguam extendit , cum hæ partes
uicinum aerẽ percutiũt.Memoria eſt retentio & conſeruatio in anima rerum,antea obſeruatarũ. quidã
ſic definiunt:Memoria eſt præteriti comprehenſio:cuius præſens ſenſu comprehenſum eſt. Recordatio
C eſt,cum multo interiecto ſpatio temporis,poſt alias res,iterum ſubit cogitatio,ut quibus animus prius
motus eſt,recordemur.ſomnus eſt naturalis remiſſio animi a finibus ad principem partem. uel,ſomnus
eſt animi propẽſio ſecundum naturam a finibus ad principiũ progrediens. [alij hoc modo , ſomnus eſt
requies,& ceſſatio ab actionibus animi. utilis autem materia hunc conciliat,quæ a uentriculo in cere-
brum cóportatur,eaq; humidior potius,& modice calidior exiſtit.]uigilia eſt animi intẽtio a principio
in omnes partes,particulaſq; corporis pertinẽs.ſanitas eſt apta tẽperies ſecundũ naturã , primorũ ſuc-
corum,qui in nobis ſunt.uel,eſt actio naturaliũ facultatũ nõ impedita.uel,Sanitas eſt apta quatuor hu-
morum temperatio.conſtat enim animal ex calido,frigido,humido,& ſicco.aut ſic,Sanitas eſt concen-
tus calidorum,frigidorum,humidorũ,& ſiccorum,ex quibus homo conſtatus eſt. ſanitatem comitatur
pulchritudo,bonus habitus,integritas.ac pulchritudo quidem,non qualis eſt,eorũ,qui ſe comunt,quę
facie unguentis illinenda,capilliſq; tingendis ac ſimilibus comparatur.Bonns habitus,non qui a gym-
naſtica,ſed qui ab ipſa ſanitate conſequatur.Integritas eſt abſolutarũ partiũ firmitas,& ſymmetria.bo-
nus igitur colot,& partiũ proportio,& concinnitas eſt in ijs,in quibus eſt pulchritudo : ſiquidem pul-
chritudo eſt partiũ proportio,cum bonitate coloris.inter ſanitatẽ & bonũ habitum hoc intereſt, quod
ſanitas eſt etiã bonus habitus moderatus:bonus uero habitus eſt intẽſa ſanitas.at bonus habitus gym
D naſticus ne ſanitas quidẽ eſt.Virtutes corporis ſunt ſanitas,robur,pulchritudo,integritas: uirtutes ani-
mi ſunt prudẽtia,tẽperantia,fortitudo,iuſtitia.ceterũ ſanitas proportione rñdet tẽperantiæ: qñquidem
ſanitas eſt bona primorũ tẽperatura,& cõſtitutio:tẽperantiæ uero eſt, ut animũ ab omni affectione , ut
a uoluptate,metu,triſtitia,cupiditateq; puram reddat.quod in cauſa eſt,ut animi motus perturbatione
uacẽt:ipſaq; ſit animi cõſtitutio,ac ſanitas.animi quoq; fortitudini robur corporis rñdet.nam robur eſt
corporis firmitas,& uis,quæ expugnari non poteſt,ab ijs,quæ corrũpere corpus exiſtimanť : fortitudo
uero eſt animi robur & uis ad ea perferẽda,quæ ſpeciem uehementẽ faciũt mortis,laboris,ærumnę,&,
uno uerbo,omniũ quæ grauia,terribiliaq; uidenť.cóparať ẽt pulchritudini iuſtitia. etenim pulchritudo
in ſymmetria membrorum cum bonitate coloris uerſatur:iuſtitia in ſymmetria cuiuſq; rei exuperãtia.
unicuiq; enim pro dignitate tribuit,ut Dijs,parentibus,cognatis,amicis,familiaribus, ciuibus deniq;.
prudentiæ cóparatur integritas.ut.n.hæc membrorum corporis,ſic illa rectarum animi comprehenſio-
num eſt perfectio.ſanitas,ſecundum naturam eſt ; morbus,præter naturã.[quod autẽ natura eſt,id qui-
dem neq; ſecundũ naturã,nec pręter naturã cenſetur:cuiuſmodi eſt ualde gracilis,& ſiccus:aut craſſus,
ac pinguis:uel naribus ſimis,aut aduncis eſſe ; aut oculis coeſijs:aut ſi quis uatus ſit,aut uatia . nam qui
ſic affectus eſt,is non eſt ſecundum naturam conſtitutus] eſt enim ſymmetriam prætergreſſus . ſed nec
præter naturam:quia obire actiones non prohibetur.quod autem non natura eſt , eiuſmodi eſt, ut neq;

secundum naturam,neq; præter naturam,neque natura fit.ut sunt,qui habent uitiligines,uerrucas, my B
mecia,& consimilia:quæ quidē neq; secundum naturā sunt,cum nō cōprehendantur ijs, quæ sunt secū
dū naturā:neq; præter naturā,cum actiones nō lædāt.sed neq; sunt natura, cū neq; a principio extite-
rint,neque ab ortu facta sint.quare restat,ut sint non natura.nam ei, quod secundum naturam est, id
quod natura constat:& ei, quod præter naturam est, id quod non natura est, proximum est ratio-
ne. Partes autem, quæ ad uitā degendam propriæ sunt factæ, hæ sunt, cerebrū,cor,pulmo,iecur,& uen
triculus:quibus quidē affectis animal necessario aut protinus, aut posterius e uita excedit. quæ uero
ad bene uiuendum pertinent, sunt oculi,pedes, manus,ac reliquæ particulæ. nam si hæ male afficiātur,
uiuit quidem animal,sed non feliciter.Morbus est primorum,quæ secundū naturam constant, intem-
peries:uel intemperies humorum,qui in nobis sunt.aut,Impedimentum facultatum naturalium. aut,
corporis a naturali statu ad eum,qui præter naturam sit,cōuersio.aut morbus est intemperies primorū,
in qua aut sicca,aut frigida,aut calida,aut humida dominātur.corporū aūt constitutiones morbis ma-
xime obnoxiæ,ex particulis,quarum est temperatura cōtraria,constant:ut optimæ cōstitutiones factæ
sunt ex organicarum partium symmetria,& apta similium inter se temperatura. Affectus est naturalis
actionis alicuius,aut etiam aliquarū impedimētum.Herophilus autem sic,Affectus est, qui nō semper
eodē tēpore dissoluit,sed modo breuiore,mō lōgiore. Aegrotatio est habitus morbosus totius corpo- F
ris,aut eius partis.Morborū alij cōtinui sunt,alij intermittētes:alij acuti,alij diuturni;alij peracuti. nu-
mero acutorū cōtinenē phrenitis,ueternus,dolor lateris,pulmonis inflāmatio.febres ardētes,ac tertia-
næ cōtinētes.Peracuti angina,tā quæ intus,q̄ quæ foris occupat:morbus attonitus, cholera, distentio
neruorū, & cōsimiles. Diuturni tabes,affectio renū,articulorūq;, aqua inter cutem,marcor,comitialis
morbus,& ceteri huius generis.continui semitertiana,febris succensa,quæ ardens quoq; nominatur.
Intermittentes sunt hi,tertiana,quartana,quinctana,& qui sunt huiusmodi.Iam morborū alij sunt acu-
ti & continui,ut febres ardentes,phrenitides,dolores lateris;hi.n.& acuti,& continui sunt.quidā neq;
acuti,neque continui:cuiusmodi sunt diuturni.Febrium sunt quatuor tempora,inuasio,incrementum,
status,& declinatio.Morborū differētias esse nouem Hippocrates prodidit,acutū,peracutū, malignū,
diuturnū,medium,mortiferum,salubrem,periculosum,& periculo uacantem morbū statuens.affectus
aūt peracutus est qui & ui,& specie maior,ac difficilior acuto est:ac fere septem diebus iudicatur: quē
ēt appellare acutissimū solitus est. Malignus morbus est qui facultate magnus,difficilisq; est, specie tn̄
debilis,nec statuta habet ad iudicationē tēpora.Diuturnus morbus est,qui modo ad priorē, modo ad
meliorē statū uergit:& mēstruo,aut annuo spatio iudicatur,aut ēt simul cū homine perit.Medius mor-
bus inter diuturnū,acutumq; statuitur:& tum in melius,tum in deterius inclinat.ac fere diebus lx. aut G
lxxx.iudicatur. Mortalis morbus est,qui omni ratione mortem affert.siue id breui,siue longo tempo-
ris spatio faciat.Salubris morbus est,qui nunquam letifer efficitur.Periculosus morbus est, cuius par
est momentum & ad salutem,& ad mortem.is anceps quoque dici potest.Periculi expers morbus est,
qui semper,quantū in ipso est,semper ad salutē uergit: estq; potestate idem cū eo,quē salubrē diximus.
Morbus specie magnus est,ut uulnus quod carnosis in partibus magnum spatium obsideat.magnus ue
ro re ipsa,ut punctura in neruo,aut musculo.ea enim aspectu exigua est,sed magna ui. Infirmitas dici-
tur morbus,qui inueterauit,habetq; multā imbecillitatem coniunctam.uel,est exiguus morbus,qui de
uiribus aliquid detrahit.Aegrotatio est permanens circa ea corpora,in quibus uita est,constitutio. He
rophilus esse affectū dicit,qui nullo negotio soluatur,ac facile moueaē,cuius essentia in humoribus cō
sistat.acutus affectus est,qui facile soluitur,aut interimit,quatenus in eo est.Vagi morbi sunt, qui omni
tempore,omniq; in loco exoriuntur.Indigenæ sunt,qui in locis quibusdā abundare solent. Vulgares,
qui temporibus quibusdam complures eodem in loco grassantur. Pestilentia est morbus, qui ab aere
corrupto exortus aut oēs,aut multis partibus plures corripit sic,ut plurimi intereant.est etiam alia de-
finitio quædam ad hunc modum.Pestilentia est communis plurimorū affectus, qui eodem tempore
& in urbibus,& gētibus acuta pericula,& mortem inducit.Sic quoq; pōt tradi definitio.Pestilentia est H
aeris commutatio,ut anni tempora suum ordinem non seruent,& multi eius morbi ui pereant. Caussa
est,quæ aliquid facit in corpore:ipsaq; uacat corpore:estq; alia procatarctica,alia continens, alia ante-
cedens.procatarctica,uel externa,est quæ opere confecto,separatur,ut canis,qui momordit, scorpius
qui ictum intulit,Solis exustio,quæ febrim excitauit.Continens est, quæ cum præsens est, præsentem
morbum conseruat:& sublata,tollit:cuiusmodi est in uesica calculus,aut aquula,aut ungula,aut tuber-
culum in oculo:& alia huiusmodi,quæ Medici non modo in numero causarum,sed etiam affectuū sta-
tuunt. Athenæus uero Attalensis ita scriptum reliquit: causa est id,quod facit: hocque antegreditur.
aliter, causæ procatarcticæ,uel externæ,sunt quæ totam operis perfectionem antegrediuntur: & quas
nulla alia præcedit.Antecedens causa est,quæ a procatarctica uel omnino,uel parte quadam fit.uel sic,
Antecedens causa est,qua præsente,effectus ipse adest:& illa adaucta,adaugetur; & diminuta, minui-
tur:& sublata,etiam ille tollitur.Causa per se finiens dicitur,quæ ipsa per se finem affert.concausa est,
quæ parem uim cum alia nacta,opus facit,cum ipsa per se sola facere id non queat.causa adiuuans est,
quæ opus quidē conficit,sed uix.itaq; alij adiungitur,ut facilius conficiat,cū ipsa per se non possit.Ma-
nifestæ causæ sunt, quæ cum agunt, aut faciunt, per se ipsæ sensu deprehenduntur. alij sic. Manife-
stæ causæ sunt, quæ & ipsæ euidentes sunt, & opus sibi conuenienter effici declarant. non manifestæ
causæ

A causæ sunt, quæ non ex se ipsæ, sed ex signis percipiuntur: ut abditæ, quæ neque ex se ipsis, neq; ex alijs
percipiuntur. Ad tempus obscuræ sunt, quæ, cum detectæ sunt, ipsæ per se apparent, & admotæ cor-
poribus per signa deprehenduntur. uel, ad tempus abditæ sunt, quæ aliquandiu absunt: & rursus cade-
re sub sensum possunt. Notatio est per notam, aut notas comprehensio. uel, Notatio est signum, quod
rem non perspicuam patefacit. signum est dignotio rei futuræ. quidam sic, signum est, cuius co-
gnitio notitiam alterius, nobis antea incogniti suppeditat. Affectuum significatio est externorum,
internorumque notatio. Præsagium est scientia rerum futurarum. Prænotio est, cum præscimus, quæ
euentura sint corpori. signum prognosticum est, quod nobis futurum indicat. Prædictio est rei futuræ
prænotio, ac prænunciatio. Pathognomicum signum est, ex quo affectus cognoscitur. concursus est sym-
ptomatum congressio. symptoma est accessio affectus. signa auxiliaria sunt, quæ nos admonent curatio-
nis, in ipsis obseruatæ. Auxilium est, quod utiliter hominibus admouemus, constatq; ex qualitate, quan-
titate, ordine, & occasione. curatio est ordo auxiliorum, quæ se se consequuntur. uel occasio, & tempus
recte faciendi: uel, tempus aptum, in quo ægrotis auxiliemur. Indicans signum est, quod primas fert, in
re aliqua abdita deprehendenda, quæ idem bonum consequatur. signum quod recordationem excitat,
est, ut Empiricis placet, res apparens, & ex antecedente obseruatione perspecta, quæ adiumento est, ut
B rem, quæ cognoscitur, ad memoriam reuocemus. eorum quæ adsunt præsentia signa sunt omnia, quæ
pathognomica appellãtur: siquidẽ dum hæc fiunt, & adsunt, affectus quoq; adsunt: his cessantibus, mor-
bi quoq; soluuntur. præsentia, quæ sint præteritorum signa, sunt ut cicatrix, quæ factum prius ulcus ar-
guit. præsentia uero, quæ sint futurorum, sunt, uelut cadauerosa facies, mortis. præterita uero præterito-
rum, ut remissio post declinationem. ea enim declinasse morbum indicat. præterita præsentium, ut ab
aspide ictum esse, perniciosum signum censetur. uel sic, præterita præsentium, ut tenue intestinum uul-
neratum esse, pernitiosum habetur. præterita futurorum, ut confracto osse, obductũ iri callum. ita enim
fiat oportet, ut statum suum nanciscatur. alij sic. præterita futurorum, ut eum os de capite demptum sit,
cicatricem fore. superuenientia præsentium, ut si seni uulnus inflictum sit, ei periculum ex uulnere im-
minere. superuenientia superuenientium, ut ex uulnere conuulsio. nam qui conuulsus est, non iam præ-
terea uiuit. [Febris est natiui caloris ad statum declinatio: qui quidem præter naturam sit, cum pulsus
& uehementiores, & crebriores sint facti. uel febris est cordis & arteriarum calor, qui naturæ modum
excedit, ac uitale robur lædit.] vel sic. Febris est morbosi caloris excessus, qui sese effert, ac pulsus fre-
quentiores, crebrioresq; reddit. nonnulli uero hac definitione utuntur, febris est intemperies spiritus
naturalis, in calidiorem, sicrioremq; mutati. febris continens est, quæ nec diem, nec noctẽ intermittit,
C eaque [neque] remissiones, & accessiones infert. Febris ardens est, quæ multo cum feruore hominem
affligit, neq; ullam corpori requiem impertitur: & linguam exiccat, nigram reddit, frigidæ cupiditatem
inuehit. † Inflans febris est, quæ præ calore intento pustulas in ore excitat. Lipyria est, in qua tum extre-
ma, tum superficies refrigerantur, interna calent, excretiones cohibentur, sitientibus lingua aspera fit,
pulsus paruus, & languidus: perinde ac si se intro calor receperit. Febris fluens est, quæ cum alui fluore,
ac sæpe etiam uomitibus refrigerationem inuehit, ac subitam uirium deiectionem: habetq; sitim, som-
ni uacuitatẽ, & pulsuum paruitatẽ adiunctam. Febris adstricta est fluenti contraria, ut quę excretiones
nullas afferat, magnosq; pulsus conseruet, ac corpus tractu temporis emaciatum reddit. Arquata febris
est, quæ galbulæ aui colorem similem gignit, ac iecur in sublime attollit, linguam exiccat, & horribilẽ
cutim facit. Pestilens febris est, quæ multo cum calore sitim affert, quæ restingui non possit: [itemq;
uomitus bilis cuiusuis generis] ac fœtentes alui excretiones: ut quæ deijciuntur, similia sint tetro palu-
dum odori: urinas præterea multas, & graueolentes, pulsusq; paruos, & languidos reddit. Lenta febris
est, quæ cum capitis grauitate oritur: affertque aut sanguinis per nares profluuium, aut excretionis co-
hibitionem, aut corpus reddit male ad symptomata necessario consequentia comparatum. Horrida
est, quæ calorem habet rigori coniunctum. in ea admodum imbecilli pulsus sunt, ut ne in tactum quidẽ
D cadant, sed sint, ac si intro recesserint. in ea uenter intumuit, ac murmurat. lingua ualde humida: quæ
quiddam acido simile habet, quo tãquam saliua circumluitur. Typus est ordinatus intentionũ, remissio-
numq; reditus. uel, sic, Typus est tẽpus affectus, cui accessio, & remissio ordine quodam accidit. Circui-
tus est tempus in morbo, quod ex intentione, remissioneq; factum sit. Quotidiana febris est, quæ sin-
gulis diebus ac noctibus ut plurimum eadem hora inuadit. Tertiana est, quæ uno die, unave nocte
inuadit, sequente intermittit, tertio iterum redit. Quartana est, quæ uno die, aut nocte accedit, dein-
de duos dies, aut noctes intermittit, ac quarto repetit. Semitertiana est, quam nos, senem docto-
rem secuti, qui in primo de morbis uulgarib. libro acutam febrem uocauit, non omnino intermittere,
sed unum diem leuiorem, alterum grauiorem afferre affirmamus. Methodici uero semitertianam par-
uam ex duabus esse intermissionibus dixerunt. Erraticæ febres uocantur, quæ neque statuto, neque
ordinato tempore, sed incerto statu oriunt̃. Diastole, hoc est elatio, & tanquã excitatio cordis, arteria-
rum, cerebri, eiusq; mẽbranarũ, in longitudinẽ, latitudinẽ, & altitudinẽ: & in sensum tactus cadit. Systo-
le est cõtractio, & collapsus, sensum non mouẽs, sed apta rõne, cõsecutioneq; deprehendit̃. Palpitatio
est cedẽtis corporis, & non renitentis, elatio, ac submissio: quã spiritus efficit: eaq; non semp durat, sed
qbusdã tpibus efficit̃. alij sic, Palpitatio est elatio, submissioq; corporũ musculosorũ, a spiritu facta, quæ
nõ semp, sed certis tpibus excitat̃. Pulsus magnus est, quẽ edit arteria in lõgitudinẽ, latitudinẽ, altitu-
dinemq;

Aliqui legunt Pópligodes, de qua in Epid.

dineq; multā deducta. Paruus pulſus eſt, qui cōtra ab arteria pauciſſimū in lōgitudinē, latitudinē, & alti E
tudinē elata efficiē. Medius eſt is, q. inter hos ambos interiacet, ī lōgitudine, & menſura ī orbē, & in am-
bitu ad proportionē ſentitur. Plenus eſt, qui tā diſtentus tangēdo ſentiē, ut tunica arteriæ facta craſſior
uideatur: quod uero intus occluſum eſt, id potiſſimū & humidius, & maiore corporis mole præditū ap-
pareat. Vacuus pulſus eſt, in quo ambitus arteriæ in omnes partes gracilis, ampulloſuſque eſt, & infu-
ſa materia uix deprehenditur, atque adeo exilis eſt, ut ſi quis digitis premat, inanis ſit apprehenſio oc-
curſura. Durus pulſus eſt, in quo arteria neruoſa, ut ita dicam, rigidaq; apparet, ac ſpiritus, qui intus
eſt, tenſus, ut uim quandam repercutiendi ictus obtineat. Mollis eſt duro contrarius: utpote qui re-
miſſam, mollemque arteriam habeat: & ſpiritum intra ſe exolutum, & mitiorem ictum. Humidus eſt
mollis, mitiſque eſt ea, quæ in ipſo ineſt materia, atque etiam cum humore quodam ſub tactum cadit.
Aridus pulſus eſt, cum uelut abſumptus humor ſit, & ſiccæ, atque aeriæ exhalationi admiſtus. uehe-
mens eſt, qui & contentum motum, & uiolentum ictum parit. Languidus, cuius tenor exolutus, & im-
becillus ictus eſt. Medius, qui inter hos proportionem quandam ſeruat. Celer, qui breuem diſtentio-
nem, contractionemqne habet. Ordo pulſus eſt in magnitudine, aut uehemētia, aut rhythmo, aut alia
differentia quadam, affectio. Ordinis uacuitas eſt uaria ſtatus pulſuum inſtabilitas. quidam hoc modo.
Inordinatus pulſus eſt, qui quibuſdam ictibus modo crebrior, modo rarior eſt. Aequalitas eſt cum pa- F
res ſunt quædam pulſus differentiæ. Inæqualitas, cum impares ſunt quædam ipſos pulſus conſequen
tes differentiæ. Vel ſic. Inæqualis pulſus eſt, in quo modo uehemētior, modo lāguidior eſt ictus. [qui-
dam etiam aliter: Inæqualis pulſus eſt, qui in parte quadam arteriæ ſe altiorem oſtendit: quod facit, ea
perflata & amplificata. in alia uero, perinde ac illa coanguſtetur, quatenus capere poteſt, uehementia
inæqualis ineſt: ut pars quædam arteriæ maiore ui efferri, quędam remiſſius, atque infirmius uideatur.]
Herophilus Bacchius ita ſcriptum reliquit: Rhythmus eſt motus, qui in temporibus definitum ordinē
habet. Zeno Herophilius ſic, Rhythmus eſt ordo eorum, in quibus arteriæ diducuntur, cum ijs colla-
tus, in quibus contrahuntur. ſed præſtat hac uti definitione, Rhythmus eſt temporis proportio in par-
tibus quæ partes quadam pulſuum inter ſe, ratione affectæ ſunt. Heterorhythmum appellamus eū, qui
alterius ætatis rhythmum habet. Pararhythmum dicimus, qui quodam modo habet rhythmum qui
prope accedit ad eam ætatem, in qua ſpectatur: qui tamen illi ætati conueniat, rhythmum non habeat
omnino. Tremulus pulſus eſt, qui ictum refert neque æqualem, neque non fluctuātem, ſed ueluti dimo-
ueatur. Obliquatus eſt, qui non recta conſtituta arteria præter ſuum poſitum efficitur. Miurus. i. decur-
tatus a ſitu eſt. nam cum ſuperiores arteriæ partes anguſtantur, inferiores uero contra, fit, ut ibi plus di-
latentur, & ſuperiores contrahantur. plerique autem uocant μειουρίζοντα, cum maior ictus ſit adactus, qui G
deinceps ſequuntur, ſemper ſubtrahendo minores multo redduntur. Miuri quoque appellantur, cum
ex frequentibus fiunt rariores. eodem quoque nomine appellatur pulſus, cum e celeri in tardiorem
demigrat. Dicrotus eſt, cum arteriæ diſceſſio, quæ eſſe creditur, non perfecta ſit, ſed moratur, idque pro
ratione ſubductionis, aut interciſi ſpiritus: tum ſit perfecta debitæ contractionis repetitio. Araneæ ue-
ro ſpeciem referens pulſus eſt paruus, ac breuis auræ pulſu mouetur. Intermittens eſt, cum cōtractio-
nibus diſtentionibuſq; efficiendis, arteria unius pulſus tempus intermittit. uel ſic. Intermittens eſt, in
quo non modo in duobus, ſed etiam tribus, aut pluribus ictibus una, aut etiam duæ, aut plures diſten
tiones deſiderantur. Intercidens pulſus eſt, cum inter binos ictus, qui ſuo ordine edātur, medius qui-
dam ictus intercidit. Deficiens dicitur, in quo arteria non modo duobus in ictibus, ſed etiam tribus,
aut pluribus immota manet. uel hoc modo. Deficiens eſt, qui a magnitudine, uehemētiaque exorſus,
ſemper magis diminuitur. & uſque dum ullam habet magnitudinem miurizon nuncupatur. ubi uero di
minutus ſit, & minor redditus ad minus uergit, deficiens appellatur. Caprizans eſt, cum arteria, quæ ſe
diſtendiſſe uidetur, non omnino diſtenta ad alium ictum prius, quàm ſpeciem contractionis faciat, ma
iore impetu tranſilierit, & ſecundus ictus ſit uehementior. Recurrens eſt, qui quantum magnitudine,
aut uehementia ſtatum egreditur, poſtea in alijs tantundem retrocedit. Formicans eſt paruus, uacuus, H
creber, languidus, †omnino ad extremum perductus. Vel ſic. Formicans eſt, in quo digitis arteriæ ad-
motis ueluti formicæ ambulantis ſpecies exiſtit. quæ res ipſum & paruum & languidum eſſe declarat.
Phrenitis eſt mentis inſania, cum febri acuta, ut flocci legantur, mens de ſuo ſtatu deturbetur, eiuſque
pulſus impediantur, ſapientia obliuione obruatur. aut Phrenitis eſt læſio præcordiorum breuis cum
tremore, uocis †exilitate, & contrectatione, quæ fere a maligna febre fit. Lethargus eſt propenſio ad
ſomnum, quæ excitari ægre poteſt, cum uitio coloris, flatuoſoq; œdemate, & ſolidarum partium, ſpiri-
tuſque eius, qui pulſum ciet, imbecillitate: iſque plerunque in hebete, malignaque febri exoritur. ce-
terum lethargus excitatur, aut affecto principio, aut ab abſceſſu. Angina eſt acutus circa collum affe-
ctus, & grauis: qui ægrum ſuffocatione opprimit. uel ſic: Angina eſt inflammatio, tum extra collum, ut
partes in tumorem extollantur: partim intra tonſillas, ut in affectum etiam inſtrumenta reſpirationis
trahantur, ac difficulter edatur reſpiratio. Conuulſio eſt affectus, quo nerui, muſculiq; capiuntur, cum
eo, ut modo totum corpus, modo pars ſine uoluntatis arbitrio trahatur. Diſtentio neruorum, eſt exten
ſio, aut infixio neruorum omnium, & muſculorum in corpore. uel diſtentio eſt conuulſio in rectum, cū
colli ac maxillarum tractu, dentium adhæſu, quo tempore ceruix neque annuere poteſt, neque renue-
re. Emproſthotonus eſt, cum ceruix trahitur, nec retrorſum flecti poteſt. Opiſthotonus eſt, cum retror-
ſum

†In gręc. lib. πάντων. i. omniū: ſed uidetur ita legēdū ut nos couertimus.

†Obſcuritate.

A sum trahitur, neq; flecti antorsum potest. Comitialis morbus est cum mens & instrumenta sensus opprimuntur, ut homo repente cadat, & etiam ex ore spumam mittat. Catochus est uacuitas sensus in anima, ut uniuersum corpus quasi gelu obriguerit. eius sunt tria genera. unum somniculosum statuunt Lethargo proximum: alterum cum uigilia coniunctum, cui distentio neruorum est affinis, & ea, quæ suffocatio ex utero nominatur: tertium genus est, quod non inscite quis phreniticum uocarit: siquidem ex catocho, & phrenitide inter se coniunctis efficitur: sicut etiam † Typhonia, quæ uel delirus est lethargus, uel lethargicum delirium. Apoplexia est mẽtis deprehẽsio, amisso sensu, & corpore resoluto. [Est etiam apoplexia, cum sensus, & motus in omnibus neruis amittitur. uel, Apoplexia est sensus motusq; toto in corpore priuatio, cum actionum, quæ principem locum tenent, læsione. ea ab humore frigido fit, qui principes cerebri uentriculos confertim obstruat.] Apoplexia a paraplexia, ut pars a toto, differt. nam apoplectici prorsus sunt paraplectici: at paraplectici nõ omnino apoplectici. inter eos quoq; hoc interest, quod paraplectici sana mente sunt, & unam, aut plures partes corporis resolutas habent: apoplectici & hæc habent, & mentem, & totum resolutum. paraplectici deniq; uocantur, quibus solum aut dextra, aut sinistra pars resoluta est. Peripneumonia est inflammatio pulmonis cum febri acuta, & difficultate spirandi. malæ quoq; hoc morbo laborantib. rubræ fiunt. Pleuritis est dolor lateris B membranæq; succingentis, ad clauiculam usque summum humerum, & scapulam exporrectus cum acuta, & non intermittente febre, itemq; pungente dolore, & horrore, & spirandi difficultate, tussiq; coniunctus. Cardiaca affectio est innati tenoris liquatio, & languor. ea uitio oris uentriculi plerunque oritur: & stomacho male affecto cum nimia sudorum copia. aliqui eam ex cordis inflammatione existere crediderunt. proinde malum, quod inde sequitur, hoc est uirium exolutionem, affectionem, aut syncopen cardiacam appellarunt. Inflatio est, cum maior copia spiritus collecta in stomacho continetur, ipsumque & uentrem unà distendit: ut etiam alimenti dispensatio impediatur. Cholera, peracutus, & grauis affectus est, quæ repente hominem uel ad defluxum redigit per uomitus, aut per alui profluuium; aut copiosam excretionem, ad tormina: & paulo post ad febres, quales ex intestinorum difficultatibus consequuntur. uel hoc modo. Cholera est acutus affectus cum uomitibus copiosis, & biliosis, & alui deiectionibus, in quo suræ contrahuntur, & extrema refrigerantur. in his pulsus minores, languidioresque fiunt. Ileos, seu tenuioris intestini morbus est intestinorum inflammatio, ut nec flatibus, nec deiectionibus exitus pateat, & tormina uehementia consequantur, & cruciatus superueniant. Regius morbus est bilis per cutim effusio, ut extima cutis eo colore infecta fiat pallida, & uitietur. ceterũ ita affectis albæ alui deiectiones sunt. Insania est mentis alienatio, & a rebus legitimis, & bene ualen C tium more declinatio, sine febri. Melancholia est affectus, qui cũ magno animi angore mentẽ lædit. ea a rebus charissimis animũ auertit, & sine febri orit. qbusdã uero si magna atrę bilis uis superueniat, stomachũ lędit, ut uomitu reijciatur, atq; ita mens quoq; simul offendat. Cephalęa affectus est, qui circuitibus quibusdam intolerabilem capitis excitat dolorem, ut & aures sonent, & oculi rubore sint perfusi, ac prominentes. uenæ quoque frontis simul distenduntur, & rubor faciem occupat. Heterocrania est, cum modo dexteram, modo sinistram partem capitis dolor obsidet: ac modo augetur, modo minuitur. Scotomatici uocantur, quos obtenebrationes consequuntur. eisque circumferri caput uidetur. & splendores oculis obuersari putant. Destillatio est multorum humorum defluxus per palati foramina, & nares: [qui humores descendentes loca subiecta uitiant] & dum excernuntur, unà cum spiritu erumpente sonum quendam edunt. Aquæ reformidatio est affectus ex rabiosi canis morsu ortus, cum potus auersione, conuulsione, & singultu, ac uero etiam delirio. Βούλιμος, est affectio, in qua per exigua interualla cibus requiritur. qui ita affecti sunt, exoluuntur, concidunt, decolores fiunt, & extrema refrigerantur, stomachus angitur, pulsusque languidus efficitur. Phagedæna constitutio est, in qua multum cibi homines appetunt, quod cum nimium sumpserint, continere non possunt, sed eijciunt, ac rursus appetunt. Tabes est pulmonis ulceratio, aut etiam thoracis, aut D faucium, ut tussis consequatur, febresque languidæ, & corpus colliquetur. Tabes enim communiter uocatur omnis corporis diminutio, & colliquatio. quam uero φθίσιν proprie uocant, est imminutio, & colliquatio corporis cum ulcere. ceterum tabes, quæ φθόη dicitur, ἀπὸ τοῦ φθίειν, quod est minuere, nomen inuenit. Dyspnoici sunt, in quibus spiritus uelut in angustum redactus expiratur. Asthma est affectio, quæ in respiratione magnum conatum, ac spirandi difficultatem inducit. ac nonnullos sedere, & resurgere compellit. Hepatici sunt, quos diuturnus iecoris dolor comitatur cum tumore, duritia, & corpore decolore. his quoque febris ardens superuenit, ac lingua exiccatur. Scirrho laborans iecur est, cum tumor durus, & tangenti renitens ipsum obsideat, ac dolore uacet. Lienosi sunt, quibus inflammati lienes ad naturalem statum non reuertuntur, neque ab inflammatione liberi euadunt: sed duritia perseuerat: quocirca per morbos defluxionibus tentantur, & natiuus corporis color immutatur. Scirrhus lienis est, cum lien maior, ualde durus, & in tumorem elatus est. Diarrhea est fluxio alui copiosior, & diuturna, sine inflammatione, & ulceratione. Cæliaca affectio est alui fluxio, non recens illa quidem, sed diuturna, cum torminibus, multisque excretionibus, ut etiam corpus gracile reddatur. Dysenteria est intestinorum ulceratio cum inflammatione, cruentisque, & fęci similibus secretionibus, aut strigmentis cum morsu, & dolore alui, atque intestinorum. Tenesmus affectio est, quæ partes inferiores, & rectum ipsum intestinum attingit:

† In lib. de comate melius legitur, typhomania, cap. 2.

gitur multa & crebra desidēdi cupiditas excitet: sed paucæ excretiones fiant.[uel, ut quibusdã placet, E
Tenesmus est recti intestini morsus,qui a biliosis,acribusque humoribus excitatur, in qua crebra est
desidendi cupiditas,& tamen perexigua deijciuntur] Lienteria idest,leuitas intestinorum,affectus est,
qui plerunque post dysenteriam oritur,ut cum ob cicatrices, quæ ex ulcerationibus contractæ sunt,
densiores,leuiores,& minus indolentia intestina sint reddita, necesse sit,ut alimenta,quæ sumpta sunt,
prius quàm sint concocta, ocius ad excretiones non permixta,incocta, qualia deuorata sunt, decur-
rant.[uel sic. Lienteria est celerrima,& confertim facta alimentorum deiectio, in qua talia excernun-
tur,qualia sint assumpta]Colica affectio, est diuturna coli intestini constitutio, in qua per interualla
intolerandi dolores,respirandi difficultates, sudores, refrigerationesque superueniunt. Hydrops ana
sarca est,in quo totum corpus in tumorem est elatum,& humore circumluitur.huiusmodi ægrotis pu
denda peruertuntur,ipsique non appetunt: eosque febris comitatur. Hydrops ascites est, in quo uen-
ter,& scrotum,& crura intumescunt: partes superiores graciles factæ extenuantur. Hydrops tympa-
nias est,in quo maior uis spiritus,& minor humoris reperitur: ac si quis personet,sonus redditur. Ne-
phritis est renum inflammatio cum uehementi dolore: interdum ei adiuncta est meiendi difficultas,
cum fibrosis excretionibus,aut arenosis,ac modico sanguine. Lithiasis est calculi ortus in uesica: quo
urinæ prohibetur excretio. uel sic. Lithiasis est affectio,quæ uesicæ distentiones affert.atque imus etiã F
uenter simul distenditur. atque ipsi frequenter præputium tangunt. urina quoq; supprimitur; id quod
usu uenit,cum lapis ipse perfectus sit,& excrementi meatus obstruit. Stranguria.i. urinæ stillicidium,
est cum urina guttatim excernitur. Ischuria est, cum urina omni ex parte supprimitur. eaque pericu-
lum affert.ceterum octo modis urina supprimitur,inflammatione,scirrho, sanguine in grumos reda-
cto,resolutione,calculi casu, renum affectu per consensum, ulceratione, lapidis morbo. gignũtur au-
tem in renibus calculi,cum in illis corporibus crassorum humorum uis cum calore,quem febris ex-
cierit,conueniat.[uel ad hunc modum, calculi in renibus gignuntur,cum in eis crassorum humorum
uis unà cum febre,quæ ei proportione respondeat,sit coaceruata: a qua febre nimium assati humores
in calculi originem abeunt]Gonorrhæa est excretio,morbum seminis afferēs:in quo corpus tabescit,
& color abijcitur.oritur uasculis seminis factis debilibus sic,ut quasi tremore quodam resoluta conti-
nere semen non queant.Satyriasis est affectus,cum membri genitalis tentigine, eiusq; particulis se se
tendentibus.quidam etiam semen cum uoluptate emittunt. hi de mente deturbantur,fitq; & neruorũ,
& seminis tentio. Ischias est coxēdicis diuturnus dolor,quique ægre soluitur.uel, Ischias est morbus,
qui per circuitus coxæ cruciatum ualidum parit, ut dolor ad poplitem & suram usque pertineat. Ar-
thritis est stabilis in articulis inflammatio,quæ dolorem ualidum affert,neruis ipsis male affectis. Po- G
dagra affectus est,qui pedes occupat,is autem,neruis patientibus,dolore affligit.atque alios cum ar-
dore,alios cum frigore male habet. Paralysis.i.resolutio est affectus, qui motum uoluntarium lædit,
eaque aut in partibus,aut in parte aliqua oritur. fit autem & neruis & musculis patientibus. Scelotyr-
be species est resolutionis,qua impeditus homo ambulare rectus non potest. ac modo in rectum, mo-
do sinistrum latus in dextrum,modo dextrum in sinistrum circũferat:modo crus attrahat,ut faciunt ij,
qui magnum in cliuum conscendunt. Orbatio est priuatio,aut impedimentum naturalis actionis, aut
particulæ alicuius ablatio. Lepra est mutatio cutis in habitum,qui præter naturam sit, cum asperitate,
pruritu,doloribus,& squamis decidentibus:quandoque etiam sine ijs. hæc autem plures etiam corpo
ris partes depascitur. Elephas est affectus,qui & crassam,& inæqualem cutim facit.liuor tum cutim, tũ
alba oculorum occupat: manus exeduntur,& item pedum extremæ partes: ac saniem liuidam, & male
olentem emittunt.Impetigo est superficiei multo cũ pruritu asperitas. Summæ partes medicinæ sunt
duæ,contemplatio, & actio. contemplatio actionem præcedit,quandoquidem prius contemplãdum,
mox ita agendum est.ea enim,quæ cum ratione iuncta præceptio est, operum agendorum est princi-
pium. medicinæ partes, quas etiam nonnulli species uocant, sunt quinque,quæ naturam rerum inue-
stigat,quæ affectus cognoscit,quæ uictum instituit,quę materiam tractat,quæ denique curat.Naturam H
peruestigat ea,quæ in naturæ nos regentis,ac moderantis contemplatione uersatur. Affectus cogno-
scit ea,cuius omne opus est in ijs,quæ præter naturã sunt,dignoscendis. Victum instituit ea, quæ sanis
& ægrotis uictus rationem præscribit. Materiam tractat ea, qua materia,ad corpus nostrum curandũ
accommodata, continetur. curat autem ea, quæ in id incumbit, ut sanitatem reuocet, ac restituat. In
utero est inflammatio, quæ cum abdominis, inguinumque dolore, febribusque iuncta est, & ab eadē
sincipitis dolor, tendinum contractio,& oculorum dolor excitatur. Abscessus in utero consistit,cũ in-
tetus dolor,pulsusq; adsit,& ad imum usq; uentrem,inguina,& lumbos pertinet,et febres superueniũt.
suffocatio ex utero est affectus,qui ex uteri recursu constat:& cum mulieres ea laborãt,cócidunt,& uo
ce destituũtur.itaq; non iam in eis est perspicua respiratio.hypochondria quoq; eis suspenduntur, pul-
susq; lãguidus,ac tardus efficit̃.Fluor muliebris est humorũ per uterũ cóportatio,quæ diu ꝑdurat,& ab
eius excretione gignit̃.Fluor albus est,cũ quæ excernunt̃,alba sunt:& ĩ facie tumores cóspiciunt̃,quęq;
sub oculis sunt,intumescũt.quibusdã uẽter quoq; & crura in tumorē extollunt̃.Fluor rufus est, cũ sub-
rufa excretio est,& dolores lũbos,inguinaq; obsidēt.Fluor ruber est,cũ id, quod excernitur, tale per-
manet, qualis sanguis est, qui a uictima recens iugulata emanet, & sanguinis grumi excidunt. do-
lor ægrotantem exercet, itemque ardor, & stridor, & pudenda,& abdomen laborãt. Fluor niger est,
cum

A cum atra excretio est, corpus difficulter spirat, dolor pudẽda occupat, & ipsæ extenuãtur. Erysipelas. i.
ignis sacer uterum obsider, cum uterus dolore conflictatur atque, ij, qui ab igni sine cessatione urun-
tur: & ardor aliàs in quibusdam ad alias uteri partes pertrãsit. Duritia est tumor subdurus in aliqua ute-
ri parte exortus: qui plerunque ex diuturnis inflammationibus nascitur. Scirrhus uteri est affectio ali-
quam eius partem obsidens, adeo ut renitens, tumens, inæqualis, & fere uacans dolore sit durities. Cã
cer in utero est inæqualis, tumensq; sine exulceratione tumor. Pilorum affectus nouem sunt: rhopalo-
sis, bifurcatio, quassatio, alimenti uacuitas, ariditas, canities, fluxio, alopecia, ophiasis. Rhopalosis est
in summis pilis impartibilis coniunctio, ut non iam concrescere amplius queant. Quassatio est inæ-
qualis capillorum casus, similis ijs, quæ securi abscinduntur. Alimenti uacuitas in pilis est, cum nimiũ
graciles sunt, nec amplius crescunt. Ariditas est lanuginis speciem referens eorum extremitas, similis
ijs, quæ puluere consperſa sunt. Canities est pilorum ad candidiorem colorem ante debitam ætatem
commutatio. Fluxio pilorum est eorum casus, quæ fere tabescentes, & qui ex diuturno morbo conua-
lescũt, comitatur. Alopecia est eorum coloris in albidiorem mutatio: quæ si inueterarit, in causa est,
ut pili radicitus cadant. Ophiasis coloris mutatio est, prædictis similis, maiore tamen densitate, & tor-
tuosa nudatione. In capite sunt octo genera fracturarum, fissio, effractio, appropinquatio, expressio, ca-
B meratio, dedolatio, contusio, resonitus. contusionem uero quidam sustulerunt: & resonitum ad rimam
aiunt pertinere. Fissio autem est, ossis in superficie diuisio recta, eaque aut angusta, aut lata est. Effra-
ctio est ossis diuisio, qua os offensum est fractum. Appropinquatio est caluariæ diuisio, cũ affecta pars
in profundum secedit, & super os non offensum incumbit. Expressio est ossis multas in partes confra-
ctio, in qua intrusæ ossis partes in profundum abscedant, & cerebri membranam premant. Dedolatio
est ossis diuisio, cum eius pars uulnerando percussa fit. Cameratio est ossis diuisio, cum ipsum ex utraq;
parte confractum, & cameræ simile sit redditum. Resonitus est extimæ ossis cutis diuisio, uel etiã inti-
marum partium, quæ planæ sint oppositæ. Contusio est, cum caluaria sine fractura in profundum ab-
scedit. ea in puerili ætate præcipue contingit. hoc autem melius percipies, si idem in uasculis stanneis
fieri perspexeris. Oculis tres affectus accidunt, inflammatio, fluxus, ulceratio. ulcerationum uero, quæ
oculos infestant, differentiæ sunt argemon, nubecula, epicauma, bothrion, pustula, albugo, carbuncu-
lus, myocephalon, suppuratio, unguis, staphyloma, quæ cum plaga accidunt: sine plaga uero affectus
ulcerationis sunt hi, mydriasis, tabes, atrophia, nyctalops, suffusio, glaucoma, resolutio, myopiasis, stra
bismus, pterygium, encanthis tuberculum, procidentia, chemosis, confusio. Inflammatio est tumor
circa oculos cum rubore, ac multo calore, motusque difficultate, & punctionibus. Fluxus est, cum te-
C nues humores ita feruntur, ut cohiberi non possint, & præter nostram uoluntatem fluant. Vlceratio
est in cornea tunica ruptio, quam uel ictus, uel inflãmatio insignis peperit. Argemon est ulcerario, quæ
in nigro alba. in albo subrubra apparet. Nubecula est caligo, aut ulceratio in nigri superficie. Epicau-
ma est ulceratio cum crusta, quæ nigrum oculi occupat, nec permanens est. Bothrion cauum est ulcus,
aut purum, quod in nigro consistit. Pustula est abscessus in nigro, qui humorem cum inflammatione,
fluxuque continet. Albugo est crassa, profundaque cicatrix, qua ulcus conclusum sit. Myocephalon
est minima tunicæ uueæ in nigro exporrectio, muscarum capiti similis, quam ulceratio fecit. Carbun-
culus est ulceratio cum crusta, quæ depascitur, & fluxum iunctum habet: interdum uero, & bubones,
& febrem. Suppuratio, aut unguis est puris collectio in nigro oculi cum inflammatione prope iridem,
quæ unguis formam imitatur. Confusio est ruptio modo ex ictu, modo sponte facta in tunicis, quæ in
profundo sunt, cum humorum profusione, & pupillæ alteratione. Mydriasis est offuscatio aspectus, hu
moribus perturbatis. Tabes est pupillæ diminutio cum obscuritate. Atrophia est totius oculi, & pu-
pillæ paruitas cum offuscatione. Nyctalops affectus, aut affectio est oculorum, cuius causa perspicua
non est. ita affecti interdiu non uident, noctu uident. Glaucoma est naturalium humorum in cæsiũ co-
lorem mutatio. Staphyloma est elatio in pupillæ loco exurgens, uuæ acino consimilis. Procidentia est,
D cum ob uiolentam plagam, aut strangulationem, cum febre continua, capitisve dolore oculus sit pro
lapsus. Myopiasis est affectio, qua cum natus quispiam sit, quæ facit, ut quæ prope sunt, intueamur: quę
uero procul, aut uix, aut ne uix quidem. Strabismus est musculorum oculi, non omnium, sed quorun-
dam resolutio. quamobrem oculi aut sursum aut deorsum, aut in latera uergunt. Equus affectio oculi
est ab ortu contracta, in qua oculi instabiles sunt, semperq; mouentur, motumque in concussu, & tre-
more continuo positum sustinent. hanc affectionem Hippocrates ἵππον nominauit. estq; affectus mu-
sculi eius, qui oculum stabilit: qui basim instrumenti, quo cernimus, comprehendit. Chemosis est ela-
†Alias hiatulę tio membranæ oculum ambientis, quod album quoque nuncupant. estq; affectus † albæ carni persimi
lis. Palpebras, & angulos oculorum hi affectus occupant, scabies, morbus pediculorum, hordeolum;
grando, lapillus, trichiasis, asperitas, leporinus oculus, inuersio, riuulus, anchilops, staphyloma. Sca-
bies est summarum partium, aut angulorum cum pruritu erosio, quam acerrima fluxio effecit. Pedi-
culorum palpebrarum morbus est scabies, quæ ciliorum radices obsidet, & squamas ad modum fur-
furis emittit. Grando est globulus in palpebra: nec ab eo dissimilis est lapillus. Hordeolum est oblon-
ga humoris circa palpebram concretio, hordeo similis. Asperitas est duritia, & inæqualis quædam in-
ternæ palpebrarum partis asperitas. Riuulus est carnis angulorum consumptio, propter quam lachry
ma effluit. Trichiasis est casus palpebrarum, & pilorum, qui in eis sunt, ortus præter naturam. eius sunt
tres

tres differentiæ, phalangoſis, caſus, ſubortus. non deſunt, qui duplicem ordinem ad illas aggregent. eſt E autem hic duplex ortus alterius pilorum ordinis exortus in ſumma gena præter naturam. Encanthis eſt carnis in magno angulo exuperantia. Anchilops eſt tumor, in quo humor collectus continetur, in magno angulo perforatus, aut non perforatus; hoc autem nomen inuenit ἀπὸ τοῦ ἄγχι quod eſt prope, & ὤψ, id eſt oculum: quia prope oculum fit. Suffuſio eſt aquoſi humoris concretio, quæ tum magis, tũ minus aſpectum impedit. differt a glaucomate, quia ſuffuſio eſt concretio aquoſi humoris, glaucoma uero eſt humorum præter naturam in cæſium colorem mutatio: &, quia in glaucomate nihil plane uident: in ſuffuſione uero non nihil. Aquula eſt incrementum pinguedinis, quæ ſub palpebra ſuperiore eſt, quæ facit, ut ab oculis præter naturam humor fluat. Leporinus oculus eſt ſuperioris palpebræ retractio, ut oculus, dum clauditur, non totus contegatur. Pterygium eſt exortus corporis corneæ adnatus. Ectropion eſt ſubortus carnis in palpebra, quæ ſua grauitate palpebram foras euertit. cur autẽ palpebra euertatur, cauſa eſt aut caro adnaſcens, aut reſolutio, aut cicatrix, quæ obducta fit. Ptiloſis eſt caſus palpebrarum ab acerrimo fluxu proueniens. Staphyloma eſt nigri tunicæ extenſio cum ardore, quæ acini uuæ ſimilitudinem imitatur. Sarcoma eſt incrementum carnis in naribus, naturæ modum excedens. Polypus quoque ſarcoma quoddam eſt: ac polypus a polypodibus piſcibus nomẽ duxit. nam ut illis multæ ſunt propagines, ipſiq; & molles ſunt, & augentur, ita quoque hic affectus. ſar- F coma autem a polypo differt magnitudine, & forma. Ozæna eſt profunda, & graue olens narium ulceratio, quæ halitum ex ſe mittit. Parotides ſunt abſceſſus prope aures. hos quidam [illegible] uocarunt. febribus plerunque ſuperueniunt, & ab eis homines liberant. Leuce eſt coloris corporis in album mutatio præter naturam. Herpes eſt ulcus ex bilis redundantia exortum, & depaſcens. Atheroma eſt neruoſa tunica, quæ humorem pulti ſimilem continet. Steatoma eſt adauctio pinguedinis præter naturã. Appenſio eſt longiorum membranarum applicatio ad uicina corpora. Aneuryſma eſt uenoſi uaſis dilatatio: aut materiæ ſpiritalis diſperſio ſub carne, quæ diſſiliendo diſtribuatur. Hypoſphagma eſt extra cutim extimam, ſimile uibici. Ganglium eſt nerui collectio præter naturam, quæ in corpus concreuit. Aphtha eſt ulceratio in ſuperficie oris proueniens. ea in puerulis potiſſimum abũdat. Inflammatio eſt tumor cum rubore ac duritie, dolores cum pulſu afferens. ea dicitur φλεγμονὴ, quod locum quaſi φλέγῃ, hoc eſt urat. uel ſic, eſt tumor cum dolore coniunctus, ac renitens cum rubore, ſine febri. Eryſipelas, hoc eſt ignis ſacer, eſt rubor cum ignita inflammatione, qui interdum febres, & †horrores affert. [uel, eryſipelas eſt tumor cum rubore, & dolore, qui a ſanguine bilioſo originem ducit. Carbunculus uero tumor cum ulcere eſt, qui ex ſanguine magis melancholico, & putrefacto oritur] Inanimus autem aut uenæ ſectione, aut cucurbitulis, aut hirudinibus, & quæ ſunt generis eiuſdem. ſanguinem uero detra- G himus propter nimiam copiam: præſertim cum ſanguinem eſſe morbi cauſam ſuſpicamur. in quacũq; autem detractione, tutior præponenda eſt; uitandaq; grauis, & medicamentum dandum. Cucurbitula utimur, cum locus contuſus eſt: Hirudine uero, cum opus eſt locum leuiter aperire. Scirrhus eſt tumor corporum durus, & grauis, cui motus, ac ſenſus coniuncta difficultas eſt. Abſceſſus eſt corporum ex inflammatione in pus mutatio. Mutilatio eſt particulæ corporis defectio. Tofus eſt lapidoſa ſubſtãtia, & renitens. Hydrocephalon eſt aquei humoris, aut fæculenti ſanguinis in aliqua parte eorum corporum, quæ caput ambiunt, collectio. Fiſtula eſt tubus cum callo coniunctus, anguſtus, oblonguſq;. interdum etiam obliquus. habet os, quod cicatrice includi non poteſt: & per ipſum certis temporibus tenuis humor excernitur. Duo autem ſunt genera fiſtularum, quorum alterum cæcum eſt, & os habet in profundo, ac ſinum in extima cute: alterum occultum, habetq; in profundo & os, & ſinum. Fauus eſt ulcus, quod cõtinua habet foramina, e quibus melleus humor effluit. Phagedæna eſt ulcus, quod ea, quæ propinqua, adiacentiaque ſunt, erodit. Cancer eſt tumor malignus, ac prædurus, & ſine ulcere, aut etiam cum ulcere. nomen hoc ei tributum eſt, ad cancri animalis ſimilitudinem. Dioniſiſci ſunt oſſeæ eminentiæ prope tempora exortæ. eædem cornua appellantur, nomine ab animantibus cornigeris ducto. Teredo eſt oſſis pertuſio ex corruptela facta. nomen hoc eſt ab accidentibus foramini- H bus affectui tributum, quaſi perforatio quædam ſit. Glandula eſt conuolutio quædam arida, & carnoſa: uel, eſt carnoſa conglobatio. Struma eſt caro ſicca, & quæ ægre diſſoluitur. Bronchocele eſt tumor gutturis. differt ab eo, qui in ſcroto oritur. Anchyle eſt affectus ceruicis tendines, aut articulos occupans, quo actiones impediuntur. Exomphalus eſt umbilici prominentia, quæ uarijs de cauſis efficitur. Gynæcomaſthon eſt incrementum præter naturam eius pinguedinis, quæ ſub mãmis eſt: In contectu eſt abſceſſus, cum eorum corporum, quæ imis in partibus latent, aut uiſcerum in pus mutatio efficitur. †Acrochordon eſt exortus in orbem qui baſim anguſtam habet. Panus eſt abſceſſus in inguinibus naſcens. Epiploomphalon eſt cum omentum in umbilicum decurrit. Hydromphalon eſt lenti humoris in umbilico conſiſtentia: qui etiam interdum ſub tunica eſt. Poromphalon eſt tofi in umbilico concretio. ſarcomphalon eſt carnis aut placidæ, aut malignæ in umbilico præter naturam adauctio. Pneumõphalon eſt umbilici dilatatio. Hypoſpidias eſt affectus, in quo glãs priapi eſt retracta. Thymus eſt aſperæ carnis exortus, quæ caro ſimilis circa pudenda, & ſedem naſcitur. Lipodermos eſt defectio pelliculæ glandem contegentis, ut diſtrahi iam non queat. duæ ſunt phymi differentiæ: nam uel à natura, uel poſtea fit, ulceratione præcedente: Fiſſa ſunt diuiſiones, quæ labia callo obdurata habent. Periepiphymoſis eſt cum neruus glandis retractus eſt adeo, ut deduci amplius præputium non poſſit. Circumci-

†Dolores.

†Verruca.

ſio,

† quod per eã sanguis fluat.

A sio, aut circumsectio est ablatio pellis, qua glans colis tegitur. Hæmorrhois est dilatatio uasorum, sedẽ
contexentium. nomen traxit † ἀπὸ τοῦ, τὸ αἷμα δι' αὐτῶν ῥεῖν. Hæmorrhoidum quinq; sunt differentiæ, quæ
a magnitudine, multitudine, figura, loco, & cõstitutione ducũtur. In magnitudine uero differũt, qđ aliẹ
exiguę, alię magnæ, aliæ mediæ sunt. in multitudine, quod in quibusdã magna earũ uis, in quibusdã pau-
cæ reperiuntur. in figura, quod aliæ basim angustam, aliæ latam habeant. in loco, quod aliæ in ano,
aliæ in constrictore, aliæ in recto intestino sint. In cõstitutione, quod quædam mites, malignæ quædam
habeantur. Condyloma est extubetatio, quæ in ani parte, rugosa, cum inflammatione excitatur. Scro
tum tres affectus solent occupare, ramex, scabies, detritio. in scroto tumores nascuntur hi, hydrocele,
enterocele, hydrenterocele, cirsocele, psorocele, epiplocele, & enteroepiplocele. Hydrocele est lenti
humoris in scroti parte collectio. Enterocele est intestini in alium locum delapsus, qui aut paulatim,
aut repente sit factus. eius causæ sunt hæ: antegressa, intensio, uel ictus: continens, iterata extensio, aut
ruptio ipsius. Hydrenterocele est intestini prolapsus, & lenti humoris in scroto collectio. Cirsocele
est dilatatio, aut amplificatio uasorum aut omnium, aut quorundam testes nutrientium. Hygrocirsoce-
le est dilatatio uasorum, a quibus alimẽtum testibus suppeditatur, & lenti humoris in aliqua scroti par-
te collectio. Epiplocele est prolapsus omenti in quadam scroti parte consistens. Enteroepiplocele est

† Ramex

B intestini, & omenti in aliquam scroti partem prolapsus. † Cele est tumor, qui aliquid prædictorum con
tinet. nam tumor omnis scrotum occupans cele appellatur. Crypsorchis est, cum testiculus, aut testi-
culi recedunt. † Phacosis est multa scroti extensio. † Psoriasis est scroti duritia cum uehementi pruritu:
interdum etiam cum ulceratione. Gangræna est † cutis mutatio a naturali cuiusque statu in alienum, &
extinctio cum ulceratione, aut sine. ea oritur, aut omnium humorum plenitudine præcedẽte, aut extin
ctione, aut inflammatione ex chirurgia exorta. Os est, ut Platoni placet, medulla calore concreta. ut ue
ro quidam Medici prodiderunt, concretio terrena, ac solida, & sensu & sanguine uacans. Commu-
ne chartilaginis, & unguis est, ut sensus expertes sint, & inæquales. sed chartilago est ossis imago. sæ-
penumero enim articulis adiecta est: at unguis ossis superficies est, aut dura, siccaque cutis concretio.
Hermaphroditus est masculini, fœminicique sexus coniunctio, ut in utroque suum sit genitale. Dracũ-
culus est ulcus, quod ad se neruum a propinqua parte delatum habet. dictus autem dracunculus est,
quod neruus in motionibus ad ulcus abscedat, in eoque occultetur. Clauus est ulcus orbiculatum in
planta pedis, callo obducto. semen autem, ut est Platonis, Dioclisque sententia, e cerebro, dorsiquẽ
medulla excernitur. Praxagoras uero, ac Democritus, & item Hippocrates ex toto corpore dima-
" nare existimarunt: ac Democritus quidem his uerbis, Homo, inquit unus erit, & homo omnes. Hip-
C pocrates uero ad hunc modum, Genitura, inquit, undique manat a corpore: atque a sanis sana: a mor
bosis, morbosa. semen est, ut Stoicis placet, humor, quem animal, cum spiritu, atque anima, sed tan-
quam non eius partem mittit. ut uero tradidit Asclepiades, est genitabilis humor, quem in comple-
xibus uenereis excernimus. Extitit quæstio, utrum fœmina semen mittat, ut mas facit. nam fœmina
& eisdem cupiditatibus ducitur, & ijsdẽ obnoxia morbis est. & ex dissectione plane apparet, in ea semi
" nis esse conceptacula. est item maximum huius rei indicium, quod matrum similes oriuntur. ceterum
" semen a mulieribus mitti testatur Hippocrates in libro de natura pueri: Si, inquit, genitura, quæ ex
" ambobus dimanauit, in locis muliebribus manet, primum simul miscetur. quippe cum mulier quie-
tem non agat; & calfaciendo coaceruatur, atque crassescit: deinde spiritum concipit. semen a geni-
tura differt, quod semen sit id, quod in meatibus seminis est. alij, quod iam excretum est, esse semen
aiunt. nos uero, ut Asclepiades sensit, semen etiam in ijs, in quibus nondum est generandi potestas;
esse confirmamus: genituram uero esse nondum concoctum semen. causæ infœcunditatis sunt duæ, al
tera in uiro, altera in muliere consistit. & utraque multis modis dicitur. a muliere causa oritur, si eã
perfrigido, aut pręingui utero sit. a uiro, cum spado sit, captus testiculis, aut alio morbi genere affe-
ctus. quod utero gestatur non est grauidæ mulieris pars, alioqui cum id interiret, omnino mori mulie
D rem oporteret: aut cum fœtus in lucem editus esset, in obeũdis integris actionibus ipsam lędi perinde
ac pars desideretur, qua priuatum corpus sit. Fœtus alitur capto & attracto per secundas alimento. non
alitur autem per os, sed per umbilicum: ipsumque esse animal quidam dixerunt, quidã negarunt. quot-
quot autem esse ipsum animal pronunciarunt, in hanc coniecturam ex motu uenerunt: nam & moue-
tur, & ut sentiens animal, in matris uoluptatibus, ipse quoque uoluptate perfruitur, & lætatur: in eius
mœrore, contrahitur, & cogitur. sensus autem non est ulli rei, nisi animali, a natura tributus. qui non
esse ipsum animal uolũt, ali quidem & augeri aiunt non secus, quàm arbores, sed tamẽ appetitũ, & mo-
tum illi conuenientem, qui sunt in animalibus, adimunt: siquidem non modo non citra uoiũtatem, sed
neq; etiam uoluntate mouetur: sed ut arbores, & stirpes: quibus motionũ causas affert uentus: fœtibus
uero humor circũfluus, & lubricitas, & uteri forma: qui uterus, cum plenus est globi formam acquirit:
globus uero formam habet, quæ est ad oẽm motum accommodata, utpote quæ omni basi uacet. Ascle
piades fœtum neq; animal, neq; non animal dixit esse, sed similitudinem cum dormẽtibus gerere. quo
enim modo illi sensus habent, eisq; non utuntur, sic etiã quæ utero continentur. Mas gignitur ex quo-
rundam sententia, cum semen e dextra parte ductum in uterum sit coniectum: fœmina, cũ e sinistra. alij
peculiari seminis temperaturæ hoc tribuerunt. ut a calore eius, aut frigore hoc ipsum existat: nam
calidius mares, frigidius fœminas gignit. Gemini, ac ter gemini fiunt, ut nonnulli sentiunt,
quia

quia ſemen in calidum uterum pertractum frangitur:atque ita gemini,tergeminiq; gignuntur. alij can E
ſam in ſuperfœtationem retulerunt. nos,ſi ſemen in hæc ambo conſerri compertum ſit,gemellos ori-
ri confirmamus. Monſtra autem,ut quibuſdam probatur,gignuntur,quia uterus ſit obliquus. nã inæ-
qualiter effuſum ſemen monſtra gignit:qua etiam ratione plumbum colliquatum ſi inæqualiter effun
datur,opus inæquale efficit. porrò monſtra aut propter deſectionem,aut propter redundantiam fiũt.
in magnitudine quoque monſtra ſunt,ut quæ caput magnum habent:& in paruitate, ut quorum caput
eſt exiguum. Quid cauſæ eſt,cur octo menſium partus nou uiuunt,cum ſeptimeſtres uiuant ? nimirũ,
quia octonarius numerus eſt par,& coniunctus,& non criticus:ſeptenarius uero impar,& non coniũ-
ctus, proinde criticus. Conceptionis cauſa exiſtit ex uteri moderato calore,recẽs ſacta menſtrua pur-
gatione,& corporis commiſcendi libidine. hæc enim ſi ſimul coierint, ſemen continebitur. in primis
efficitur fœtus ſecunda:tum cetera.ipſa autem ſecunda ex duabus uenis,& duabus arterijs,& quincto,
quod urachum uocant,conſtituta eſt.ſecunda porrò appellatur χόριον,ſeu quod ſit fœtus χώρημα,hoc eſt
conceptaculum;ſeu quod ei χορηγεῖ,hoc eſt ſuppeditat alimentum. Dolores, qui in partu fiunt, ſunt
ſpiritus,qui confertim comportatur,impetus, ad fœtus excurſum.Menſtruæ autem purgationes mu-
lieri datæ ſunt,ut cauſa ſanitatis excernantur,& cum ſunt cohibita in grauidis,fœtui alimentum affe-
rant. Pica prægnantes corripit, duobus fere,aut tribus poſtquam conceperint, menſibus, quod male F
affectus ſtomachus ſit:ſiquidem fœtus nondum tantam uim habet, ut alimentum conſumat.Cauſa pi-
cæ eſt materiæ redundantia,& ſtomachi perturbatio. ſigno eſt, quod ubi fœtus increuerit, & ſanguis
deorſum comportetur,ſtomachus ad ſtatum ſuum redit. Fœtus in lùcem eduntur quatuor figuris, in
caput,quæ forma naturæ conuenit: & in pedes, in latus,inque duplum,quæ præter naturã ſunt. Aegri
partus triplici modo oriuntur, habita ratione eius,quæ grauida ſit,tum eius, quod utero geritur, exte-
riorum denique. atque habita ratione grauidæ mulieris,duobus modis,ex animi motibus,ut cum Ze-
lotypa fuerit,aut mœrore,aut alio quouis affectu ſit confecta:& ex ijs,quæ uerſantur in corpore,ut cũ
anguſtos meatus habeat,aut præpinguis ſit,aut cum primum utero geſſerit,aut uterum habeat,qui nõ
alatur.propter id uero,quod utero geritur,cum infans in utero moritur,uel geminus, aut monſtroſus
editur. externæ uero cauſæ ſunt,aut rigida hyems,aut æſtus uehemens. Vlcerum uteri quandoque in
cauſa ſunt abſceſſus, quandoque peſſus pernicioſus: quandoque ſcirrhus,qui cum alijs diu perdurat.
Sarcoſis in utero eſt coaceruatæ carnis exortus. eam carnem, ſi magna ſit,ſcalpello uellicare conuenit,
& particulatim excidere:ut citius emoriatur: ſi parua,ſtatim adimenda eſt. Hæmorrhagia eſt copioſa
ſanguinis effuſio.hæc,ſi magnum ſit uulnus, large fluit: ſi anguſtum,per eiaculationem prodit: ut in ue-
næ ſectione uſu uenit. Inter hæmorrhagiam,& hæmorrhoidem hoc intereſt,quod hæmorrhagia eſt,ut G
dixi,larga ſanguinis effuſio,hæmorrhois uero eſt cum ſanguis diſſultando, ac paulatim exit. erumpit
autem ſanguis duobus modis:diſſultatione, aut diſruptione.cum uero diſſultando, & propter uaſorũ
noſtri corporis eroſionem ſanguis fluit,non ita facile ſanatur.arteriæ difficilius curantur, quàm uenæ:
itemque profundæ partes,extimis:& quæ propius ad has,aut illas accedunt, facilius, aut difficilius cu-
rantur.ceterum ſanguis ſolet fluere,ut cum non facile cohibeas, ex his locis,ex muſculis temporũ, ex
cerebri membranis,ex palato, ex columella, ex collo, ex alis,ex inguinibus,& reliquis huius generis.
ex hominibus uero,ſi ætatem attendas, iuuenes; ſi habitum, prauis humoribus affecti:ſi anni tempus,
æſtate,ſunt huiuſmodi. χυμοὺς,Hippocrates ſemper humores corporis uocat, ex quibus nos conſta-
mus,ut ſanguinem,ut pituitam,ut bilem utranq;, flauã, atque atram: Platoni uero,& Ariſtoteli χυμὸς
eſt quæuis qualitas in guſtum cadens,nobis inſita. qualitates autem ſunt hæ, acor, auſteritas, acerbi-
tas,acrimonia,ſalſedo,& dulcedo.hæcq; fuit Mneſithei ſententia.Ea medicinæ pars,quæ affectus per-
tractat,continet quid,& qualis ſit affectus & morbus in genere,& quid in parte: itemque quid cauſa,
quid ſignum,quæque huius ſint differentiæ(hæ namque plures ſpecies ſunt)& non qualis ſit affectus
cauſarum,e quibus morbi naſcuntur. iam uero loca etiam ſpectat, quæ affectus habent infeſta. ſi qui-
dem perueſtigamus,quis affectus ſit phrenitis,morbus comitialis,ueternus,dolor lateris,peripneumo- H
nia,reſolutio neruorum,& qui ſunt huius generis.horum cauſæ tum apertæ ſunt,tum latent:tum ante
greſſæ,& antecedentes, tum continentes. ad ſummam quærimus, quæ ſit affectus conſtitutio, & de
quibus corporis partibus ij morbi dicantur. Criſis eſt digna,ac uelox in tempore morbi diſſolutio.Cir
cuitus eſt repetitio,quæ deinceps fit ordine diſpoſiti temporis conſeruato. Vis animalis in cerebro eſt:
in quo ineſt etiam princeps eius pars,hoc eſt mens,& ratio.in corde irarum ardor exiſtit.cor uero, &
iecur pariter corpus adminiſtrant.Eſt autem facultas naturalis,altrix,& auctrix.Cor a iecore ducit ſan
guinem,quo alat corpus,& augeat: ſpiritum a pulmone: haſque materias elaboratas, & confectas ſic
in totum corpus diſtribuit. Organica,eſt chirurgiæ pars,quæ adhibita reſtitutione, & apta curatione,
oſſa humana præter naturam affecta perſanat. oſſa duobus modis iuncta ſunt, per articulum, & coag-
mentationem. Articulus eſt oſſium commiſſura, quæ oſſa motum a natura nacta ſunt. Coagmentatio
eſt commiſſura oſſium,quæ natura non mouentur.Luxatio eſt cum oſſa,quæ uel articuli,uel coagmen-
tationis beneficio mouentur,extra naturam ſunt delata.Exarticulatio eſt oſſis, quod ſecundum natu-
ram affectum ſit,ex cauitate profunda in alienum naturę locum egreſſio.Dearticulatio eſt cum os a na
turali loco ad eum,qui pręter naturam eſt,delabitur.Motio eſt oſſium,quæ per fixuram, aut harmoniã
compacta ſunt,de ſua ſede in eam,quæ naturę oppoſita ſit,deturbatio: ut in planta pedis oſſiculis ru-
ptis,

A ptis, aut uertebris usu solet euenire. Deductio, est mutua ossium, quæ per suturam & coalitum iuncta sint, separatio, aut diuulsio. Restitutio est ossis, aut ossium a loco, naturæ contrario ad eum, quem natura præscripsit, traductio. Tentio est corporum tractus. Mochlia, est ossis, aut ossium a loco, qui præter naturam sit, ad naturalem perductio. Catatasis est tractus corporum infernam in partem. hoc fit, tum principijs, quæ causam tentendi afferunt, e regione oppositis: tum transsumptione in contrarium: nimirum transmissis, & superius adnexis per rotulas principijs, quæ tendunt. Anatasis est tentio supernam in partem, per traductionem, quæ intelligi potest ex ijs, quæ de catatasi modo memorauimus. Distentio est tractus corporum ad inferna loca, atque superna. † Exelcysmus est ossis, uel ossium ab extremitate in profundum attractio. Ruptum est ossis, aut ossium a profundo ad extremitatem adductio. Traductio est ossis diducti in suum locum collocatio. † Extasis est insania ad exigui spatium temporis. † Explexis est mentis de suo statu deturbatio ex aliqua repentina perturbatione, quæ foris adueniat. † Enthusiasmus est, uelut cum quidam de statu mentis deijciuntur in sacris, si quid intueantur, aut si tympanorum, aut tibiarum sonum, aut signa quædam auribus percipiant.

† Exelcysmus

† Mētis emotio.
† Cōsternatio
† Fanaticus error.

B *GALENO ASCRIPTA INTRODVCTIO*

S E V M E D I C V S.

Quem librum olim Ioannes Andernacus latinum fecit: nuper uero post Bartholomæi Syluanij recognitionem ad Græci exemplaris collationem castigatus.

Vide in secunda sectione sexti epidemiorum, comm. 42. ubi citatur liber Herodoti, qui inscriptus est Medicus.

Quomodo inuenta sit medicina. *Cap. 1.*

C ARTIVM inuentiones uel deorum filijs, uel quibusdam eorum propinquis, quibus dij primi artem omnem communicarunt, Græci ferunt acceptas. Hac igitur ratione & Aesculapius medicinæ, quam primus ab Apolline patre institutus, hominibus tradidisse dicitur, inuentor extitisse apparet. Porrò ante illum ars medica nondum hominibus fuit cognita, nisi quòd ueteres medicamentorum & herbarum, qualia apud Græcos Chiron Centaurus, & ab eo eruditi heroes nouerant: ad hæc quæcunque Aristeo, Melampodi, & Polyido adscribuntur, experientiam quandam habuere. Apud Aegyptios sane præter herbas, aliam quoque medicamentorum rationem in usu fuisse Homerus hunc in modū testatur.

Multa in hoc libro ex codicib. manusc. restituta nunc sunt.

Fertilis Aegyptus rerum, medicamina mista,
Optima multa, simul deterrima plurima gignit.

Porrò ex cadauerum confectione, quam in condiendis ijs asseruandisq; habere moris erat, multa etiam, quæ manu administrantur, apud primos Medicos inuenta esse uidentur. Quædam dicuntur ex casu obseruata fuisse, ut suffusos appungere, inde, quòd capra quæpiam ex suffusione male habēs, iunco aculeato in oculum impresso, uisum receperit. Quin & clysteris usum ab Ibi profectum esse scribunt. Hæc enim colli cute tanquàm clysteris utre, marina, Nilique aqua impleta, rostro eam sibi
D ipsi per anum indit. Scribit etiam Herodotus historiographus, quondam ægris per compita expositis, illos, qui ijsdem aliquando morbis laborarant, referre solitos, quibus unusquisque usus, sanitatem recuperauerit: atque hoc modo ex multorum usu ac experimentis rem medicam conflatam esse. Sed hæc quidem experientia ratione uacua, nondumq; rationalis fuit. Ceterum perfectam medicinam, & omnibus numeris absolutam, nimirum diuinam aio, Aesculapius solus inuenit. Illam uero, quæ inter homines uersatur, huius successores Asclepiadæ posteris ueluti hæreditario acceptam tradiderunt, maxime Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primusq; perfectam apud Græcos medicinam in lucem protulit.

Quæ medicinæ principia. *Cap. 2.*

PRincipia medicinæ tria sunt, unum inuentionis, alterum constitutionis, tertium interpretationis. Inuentionis igitur medicinæ (ut simpliciter dicam) uetustissimum plane, citraque rationem principum, experientia est: quemadmodum apud Aegyptios, & reliquos omnes barbaros. Redigendi uero in artis constitutionem, sicut Asclepiadarum medicinam, ratio & experientia. Interpretationis, ut scribit Athenæus, uel traditionis, quemadmodum quidam dicunt, initium, naturalis est speculatio. Enimuero simpliciter & Hippocrates dixit, Meditæ rationis initiū primū natura est: nā a naturæ

inſpectione Dogmatici auſpicantur,quoniam ex ijs,quæ ſecundum naturam ſunt, & illa, quæ contra E
habent,poſſunt cognoſcere:at ſine naturalium cognitione illa quæ à naturali habitu recedunt,ſcire ne
mo poteſt. Quinetiam in curando naturæ ſpeculationem ſimiliter requirunt: quandoquidem ex natu
rali admouendorum auxiliorum potẽtia,quæ cuilibet morbo idonea ſint,accipiunt,Methodici ex com
munitatum indicatione,empirici ex obſeruatione experimentorum: Qua enim ratione Dogmaticis
medicæ rationis natura,eadem empiricis experientia crebro & fere ſemper in ijſdem, & pari modo
contingens,principium exiſtit. Ab hac ſiquidem hiſtoriam quoque ſuam exordiuntur, & ſecundum
hæc ab alio ad aliud ſimile tranſeunt. Sed methodicis euidentium ſimilitudinis inſpectio,uel commu
nitatum apparentium cognitio principium dicitur.

Quot ſectæ medicorum,quæq; earum notæ. *Cap. 3.*

SEctæ medicorum tres ſunt,Rationalis,Empirica,& Methodica. Rationalis naturæ rationem præ-
bet,morborum cauſas inquirit, & ſignis ad illarum inuentionem utitur,curationem capit à contra-
rio,prout cauſæ exigunt. Nam contrariorum cõtraria ſunt remedia. Quatuor ergo ſunt,quæ rationa
lem ſectam obſignant,naturæ inſpectio,cauſarum ac ſignorum æſtimatio,& quartum,nempe quòd cau
ſæ ipſis curationem dictant. Empirica ad aſſidentium accidentium concurſus,quæ ægris adſunt, reſpi
cit,& coouenientem accidentibus curationem obſeruat,idque nec morbo cognito,nec cauſa inquiſi- F
ta. Contenta eſt autem obſeruatione in accidentibus per eorum, quæ admouentur,experientiam fa
cta, & hiſtoria prius expertorum utitur: tum à compertis ad incomperta, ſed ſimilia ſecundum appa-
rentem ſpeciem tranſit. Quæ enim ipſimet uſu ac experientia in multis, & ſæpiſſime ac ſemper in ijſdẽ,
& pari modo experti ſunt,aut quæ caſu quopiam obſeruarunt,eaque ſemper atq; eodem modo haben
tia,hæc confidenter uſurpant,non adeo curioſe facultates ex eorum qualitatibus diſquirentes. Credũt
& uetuſtiſſimis, qui rerum per experimenta ſibi obſeruatarum hiſtoriam,uti uocant,memoriæ prodide
runt. Vtuntur etiã à ſimili tranſgreſſu ad ea,quæ nondum explorarunt,cum ſimilia ſpecie, quæ ad manũ
eſt,apparent,ut malua,blitum,beta, & lapathum. Itidem in †contrarijs,ut alica & oriza. Rurſus in arbo
rum fructibus,quos Græci acrodrya nominant,ut pirum, malum cotoneũ. Notant igitur empiricam
hæreſim,ad concurſus ſymptomatum,non ad morbum,neq; ad cauſas,reſpectus: deinde in cõcurſibus
medicaminum congruentium per uſum obſeruatio: Tertio,expertorum antea hiſtoria: Nouiſſime à ſi-
mili tranſgreſſus. Methodica communitatibus & ſimilis ſpeculationi adhæret. Omnes.n. particulares
affectus ad generales duos reducunt,adſtrictum,& fluentem,quas communitates uocant. Cognoſcũt
eas ex obortis circa corpus affectionibus,in utroq; euidenter conſpicuis. Quare notas non deſiderant,
exempli gratia adſtrictum inde oriri,ꝙ corpus denſatum ſit,profluuium ipſius ſiſtatur, omniſq; euidẽs G
excretio impediatur: fluentem uero inde,ꝙ ſumma corporis cutis rara euaſerit, & cuiuſq; corporis par-
ticulæ excretiones ſenſibiles intenſæ ſint. Duplicem igitur curationis ſpeciem generales duo corporis
morbi ipſis indicant,nempe ſi corpus adſtrictum eſt,laxãdum eſſe: ſi profluuio laborat, cõprimendum:
ſi uitium miſtum habet,occurrendum uehementiori malo. Ceterum communitates omnes nominant
euidentes: harum autẽ alias paſſiuas,ut adſtrictum & fluens: alias curatiuas,ut reſoluere & tenere; quaſ-
dam temporales,initium,incrementum,uigorem ſeu ſtatum,& inclinationẽ. Porrò medicinæ,quæ ma-
nu medetur,cõmunitates,in eius ablatione,quod alienũ eſt,conſiſtunt. Duplex.n.alienũ eſt,uel extrin-
ſecus,uel in corpore. Extrinſecus ſimplex: illius,quod in corpore eſt,tres numeranẽ ſpecies. Atq; extrin
ſecus,ut ſpiculũ,telũ,& quodcũq; aliud id genus exiſtit,perfectã eductionẽ oſtẽdit. Eorũ,quæ in corpo
re ſunt,aliud loco alienũ,ut ſuffuſio,eluxatio,& fractura, quæ trãſpoſitionẽ uel reſtitutionẽ in propriũ
locũ indicãt. Aliud magnitudine,ut abſceſſus oẽs,ſcroti tumores,acrochordones.i.pẽſiles uerrucę,phy
mata,& cõdylomata: quorũ nõ nulla diuiſionẽ ſolã requirũt,nõ nulla ſummã ſuperfluorũ præciſionẽ de
monſtrãt. Aliud defectu alienũ,non ut ſuperuacaneũ,ſed ueluti deficiẽs diciẽ,cuiuſmodi mutila & cur-
ta oĩa: ſicut in labris oculiſq; cernitẽ. Vnde quidã λαγοφθάλμοι,& λαγόχειλοι .i. leporinos oculos & leporina
labra habentes,nominanẽ. Pari modo ẽt ſe habẽt fiſtulæ,& uitia ꝓfunda, quæ Græci uocãt hypopho- H
ra,ſinus,ulcera,aliaq; huiuſmodi oĩa,quæ ex defectu repletionẽ deſiderãt atq; indicãt. Iam uero præter
quatuor chirurgorũ cõmunitates eſt & ſpẽs,quã φυλακτικὴν.i.præſeruatricẽ appellãt. Apponitur autẽ
& ipſa,ut cõmunitas,in deleterijs & toxicis,beſtijſq; oĩbus,quæ uirus inſpuũt, tum uenenoſis uolatili-
bus,& terreſtribus,aquatilibuſq;. Nam cõe oĩum genus,ut ſint exitialia,non tñ ad adſtrictũ & fluens re
feruntur,ſed aliud eſt præter hæc genus. Quare & curatoria ipſorũ cõmunitas alia præter illã habetur,
dicta prophylactice. Methodicã quoq; ſectã primum exculpit ſimilis in euidentibus conſideratio, ſed
non in latentibus ſeu abditis,quemadmodũ in rationali ſecta. Hoc unum intercedit diſcriminis,ꝙ in il-
la quoq; ſimiliũ inſpectio,ſed in obſcuris conſiſtit: ſecundũ,ꝙ ex ſimili in euidentibus,affectus,auxilia,
tẽpora,particularia oĩa ad generalia reducit. Attamẽ non euidẽtia tñ empiricorũ more animaduertũt
ſed particularibus,nullo generali cognito,inſiſtunt. Tertium eſt ex cõmunitatum indicatione curatio-
nem accipere: nec cauſas,ut rationalibus in uſu eſt,exponere: neq; facta in concurſibus obſeruatione
eorum,quæ per experientiam conueniunt,ut empirici faciunt,contentos eſſe.

† Codex manu ſcriptus habet τῶν δημητρίων .i. cerealibus, quæ lectio accommodata ad ſẽſum eſt. & ita ẽt uidetur legiſſe uetus interpres.

Qui trium Sectarum principes extiterint. *Cap. 4.*

RAtionalis ſectæ & auctor & princeps Hippocrates Cous fuit. Poſt hunc Diocles Caryſtius, Pra-
xagoras Cous, Herophilus Chalcedonius, Eraſiſtratus Chius, Mneſitheus Athenienſis, Aſcle-
piades

A piades Bithynus, Cienus, qui & Prusias dictus est. Empiricæ præfuit Philinus Cous, qui primus eam a rationali separauit, occasione ab Herophilo suo præceptore accepta. Cũ autem suam hæresim principẽ esse uellent, Acronẽ Agrigentinũ, quo rationali esset uetustior, ei dedisse initiũ dixerunt. A Philino Serapion Alexandrinus ea secta floruit: Dein Apollonij duo, pater & filius, Antiocheni. hos secuti Menodotus & Sextus exacte eã corroborarunt. Methodicen Themison Laodiceus Syrius incepit, qui ab Asclepiade rationali occasiones nactus, ad methodicæ sectæ inuentionẽ se contulit. Thessalus Trallianus eam absoluit. Post hos Mnaseas, Dionysius, Proclus, Antipater. In ea autem de quibusdam dissenserunt Olympiacus Milesius, Menemachus Aphrodisicus, & Soranus Ephesius. Fuerunt non nulli ἐπισυνθετικοί, quasi adiuncti, apud Græcos nominati, ut Leonides Alexandrinus: quidam ἐκλεκτικοί, quod est delecti, ut Archigenes Apameus Syrius. *

*In uetustissimo græco codice manuscripto annotatur hic deesse caput, cuius hoc est argumẽtũ: Quæ propria sint medicinæ.

Medicina scientiane sit, an ars. *Cap. 5.*

RAtionales aliqui, e quorum numero est ét Erasistratus, medicinam partim scientiã, cuiusmodi est causarum notitia, item naturæ inspectio: partim coniecturam, ut curationem & signa habere censuerunt. Methodici & in uniuersum scientiam ipsam esse prædicant, sed utriq; a uero, maxime methodici, aberrarunt. Scientia enim est conueniens, firma, & nũquam a ratione declinans cognitio: eam ne-
B que apud philosophos, præsertim dum rerum naturas perscrutantur, inuenias: multo sane minus in re medica: immo, ut uerbo expediam, ne ad homines quidem uenit. Quamobrem medicina ars merito dici potest: si quidem artis nomine comprehensionum & opinionum ad finem quendam uitæ utilem spectantium collectionem certa qualitate & quantitate commeditatam intelligimus. Cõprehensiones igitur humanas, & quæ numero constitutionẽ quandam procreare queant, præcipue cõmeditatas, hoc est sibi concordes ac consonas cohærentesq;, medicina habet: quo fit, ut artis uocabulũ, cuius definitio ei conuenit, optimo iure commereatur, cõprehensionesq; in ea ad uitæ commoditatem pertinẽt. Quippe, ut seruarẽtur homines ac sanitatem tuerentur, in uitã prodijt. Sed artium duplex est differentia: quædã.n.finem suum semper consequuntur, ut fabrilis, nauium cõpactoria, ædificatoria. Quædam finẽ suum ceu scopum desiderant, contingunt aũt non semper, sed plurimũ. Vnde coniecturales quoq; dicuntur: ex quarũ numero medicina fuerit: quemadmodum rhethorica, gubernatoria, & sagittandi ars. Est & alia differentia & ipsa duplex: qũ aliquæ, dum fiunt, sunt, & simul atq; ab actione destiterint, nihil, quod perfecerint, ostenditur, cuiusmodi saltatoria, citharistica, palæstrica, & quæuis alia ars musica. Non nullæ in actione euidens opus plane nullum habent, sed tanquam futuri cuiusdam præparatoriæ existunt: ubi uero a functione cessauerint, tunc, quid effecerint, apparet: qualis statuaria, pictura, &
C fabrilis, tum aliæ, quarum opera post actionem perdurãt. Inter has medicinam quoque numeres licet. In medendo enim nõdum eius finis innotescit, quippe quæ aduersus morbos semper laboret: at, ubi curationem absoluerit, tunc homini sanitatem restituisse eam uidere est.

Quid sit medicina. *Cap. 6.*

DEfinitionibus rationales usi sunt, descriptionibus empirici: de quibus quæstionẽ instituere philosophis solum conuenit: enim uero ueteres ét Medici hoc fere modo medicinã simpliciter uel definierunt, uel descripserunt. Medicina est, Hippocratis sñia, adiectio & ablatio. Adiectio quidẽ deficiẽtis, ablatio aũt superãtis in hominũ corporibus. Quã.n.definitionẽ medicinæ nõ nulli putauerũt, re nera nõ est, ægros uidelicet morbis non prorsus liberare, dolores lenire, morbiq; uehementiam retundere, malo uictis manũ nõ admoliri. Artes.n.nõ ex ijs, quorũ neutiquã adest facultas, sed ex his, quorum adest, definitionem sortiuntur: qñ illa definitio, quæ neutiquã fieri possunt, recensent, non ex ijs, quæ adsunt, artes definit. Recẽtiores huiusmodi definitionẽ usurparunt. Medicina est scientia sanitatis conseruatrix, morborum repultrix. Verũ secus habet. non enim ipsa hæc efficit, sed ex illis, quæ efficit, hæc proueniunt, idq; non semper. Quapropter non ex his, sed illis, quæ ab ea semper accipiuntur, constituta est. Hæc aũt sunt adiectio & ablatio. Proinde, quæ capit medicina, hæc ipsam esse dixit Hippocra-
D tes, quibus & in sanis utitur, cũ secundam ipsorum ualetudinẽ conseruat, & in ægrotis, ut morbis liberet. Quæ igitur semper facit, ea ipsam constituunt, non illa, quæ ab his efficiuntur. Aliud nãq; ars, aliud eius finis est. Quod.n.appetit, id aliud ab ipsa est, idq; nõ perpetuo secũ habet. Quo fit, ut, quatenus ipsum non contingat, neq; finis eius, sed scopus dicatur: cum autẽ contigerit, finis. Ita gubernatoria & sagittandi ars non a fine, quem non semper contingunt, sed ab ijs, quibus constitutæ sunt, & per quę, ut finem assequãtur, functiones obeunt, definitionem sortiuntur. Porrò definitio hæc omnibus fere post Hippocratem proba esse uidetur. Herophilo Medicina est scientia salubrium, insalubrium, & neutrorum. Trium.n.horum cognitionẽ habet. Salubrium, quæ corporis humani constitutionem ita præparant, ut ex eis pulchre inuicem aptatis sanitas concilietur: insalubrium, quæ salubrem conuenientiam dissoluunt. Neutrorum omnia sunt auxilia, quæ ægris afferuntur, & eorum materia. Hæc enim prius, quàm a Medico excepta sint, neutra, hoc est, nec salubria, nec insalubria sunt.

Quot partes medicinæ. *Cap. 7.*

PRimariæ medicinæ partes sunt, rerum naturæ contemplatio, causarum notitia: uel affectuum consideratio, sanitatis tuendæ ratio, signorum obseruatio, & medendi modus. Græci uocant φυσιολογικὸν, αἰτιολογικὸν seu παθολογικὸν, ὑγιεινὸν, σημειωτικὸν, θεραπευτικόν. Athenæus pro signis materiam constituit, quæ in curatoria parte uersatur. Nam sine materia curatio fieri non possit. Indiciorum obseruatio,

& ad curandi rationem neceſſaria, non tamen ipſa eſt curatio. Materiæ enim beneficio curatio abſoluitur, & materia quidem ſine curatione nihil aliud confert. Signa uel citra curationem ad cogno- E ſcendum, quæ mederi queas, & quæ minus, neceſſaria ſunt. Ad hæc faciunt, ne inſcius ijs, qui medicinæ nullum locum reliquerunt, manum admouens, erroris notam incurras. Iam uero quinque harum partium medicinæ, cuiuſque diuiſio quædam anguſtior eſt. pars igitur, quæ naturam contemplatur, dicitur, in qua de hominis natura diſſerimus. conſtat autem, ſi diuidas, elementorum notitia, quibus homo componitur, tum generationis fœtus, & formationis, præterea interiorum & exteriorum corporis partium ſpeculatione, cum mortuorum cadauera incidimus, oſſiumque rationes perſcrutamur: in qua ea, quæ præter naturam ſunt, inquirimus, morborum cauſas, accidentium concurſus, affectuum ſtatus diligenter indagamus. His. n. incognitis nemo recte nouerit, quo modo morbos curare conueniat. ὑγιεινὸν tum ſanitatem tuetur: tum præcauet, quo minus corpora in morbos incidant: ubi inciderint, ad ſanitatem reducit. σημειωτικὸν præteritorum cognitionem, præſentium inſpectionem, & futurorum præſagia continet, θεραπευτικὸν, id eſt curandi facultas, ea quoque in tres partes diducta eſt, ut una eſſet, quæ uictu: altera, quæ medicamentis: tertia, quæ manu mederetur.

An medicina diuiſio in quinque partes diducta neceſſaria ſit. Cap. 8. F

PRoinde rerum naturæ cognitio neceſſaria eſt hoc potiſſimum nomine, quòd niſi naturalibus antea cognitis ea, quæ a naturali habitu recedunt, cognoſcere queas nunquam: nam præter illorum naturam morbi conſiſtunt. Cauſarum uero & morborum notitia non minus & ipſa deſideratur, ut affectuum origines, quibus reſiſtere conuenit, intelligamus: tum ipſos affectus a ueteribus appellatos eorumque ſtatus cognoſcamus. Vtilis ſane & ſymptomatum affectibus incumbentium cognitio eſt, nam ab horum congreſſu, quem Empirici συνδρομὴν græce, latine concurſum uocant, corporis uitia ſpeciem nanciſcuntur. Quanquam ijdem Empirici in ſyndromis, quæ cuique accidenti conueniāt, obſeruarunt. Methodicis curationem affectus indicant, quemadmodū Rationalibus cauſæ, licet ipſi nihilominus tum affectus, tum concurſus inquirant. Totum autem cauſis attribuunt, quarum non nullæ euidentes, aliæ continentes, quædam coadiuuantes, aliquæ concauſæ, reliquæ præcedentes dicuntur. Euidentes, quæ Græcis uocātur procatarcticæ, id eſt antegreſſæ, ſunt, quæ, dum aduerſam ualetudinem crearunt, ſeparantur, ut frigus, labor, Solis exuſtio, cruditas. Continentes, cum præſentes ſunt, & morbi quoque adſunt: cum tolluntur, morbi etiam diſcedunt, ut ſpina, & telum. Concauſæ, quas Græci appellant ſynætia, quæ affectum ſua ui poſſunt generare: generant uero & alteri cohærentes, ut lapis in ueſica, & inflammatio. Nam ambæ urinæ ſuppreſſionis cauſæ ſunt, etſi per ſe utraq; G illam generare poſſit. Coadiutrices cauſarum partes, quæ ſua uirtute morbum efficere nō poſſunt, ſed alteri auxiliantur, ut libido articularem morbum promouet, & remigatio ſanguinis eruptionem. Præcedentes, ſiue internæ, quæ ab euidentibus uel præparantur, uel coadiuuantur, ut ſanguinis abundantia nutrimenti copiæ ſoboles eſt. Præcedit autem Eraſiſtrati παρέμπτωσιν, id eſt coincidentiam, quæ omnium morborum cauſa eſt coniuncta, uerum citra præcedentem non accidit. Porrò ſalubris pars, quam græci ὑγιεινὸν dicuut, non ſolum ut pars medicinæ, ſed tanquam potior ea, quæ medetur, ei præponitur. Multo enim pręſtat morbum prorſus non admittere, quàm morbo liberare: quemadmodum & gubernatori longe præſtabilius eſt ante, quàm in tempeſtatem incidat, iter abſoluere, quàm fluctuatū periclitatumq; euadere. Atqui differunt rurſus in ſalubri parte, ſanitatem tueri, & morbos inceſſentes longius arcere. Etenim primum conſueta uictus ratione adminiſtratur: alterum curatorijs auxilijs, ut morbum, qui conflari debet, ſupprimat ac diſſoluere anticipet: ſiquidem, quæ iam ortis affectibus medicantur, eadem quoque prius, quàm oriantur, prohibent illos conſiſtere. Similiter pars, quam ἀναληπτικὸν, id eſt refectricem, appellant, differentię cum illis non nihil habet. Qui enim recreat uires recolligitq;, ut non amplius pręter naturam, ita ſecundum naturam ſe nondum habet, ſed ab eo, qui pręter naturam eſt, nuper habitu abſolutus ad naturalem migrat. Quamobrem aliam uictus rationem de- H ſiderat, nec curatoriam, non enim ægrotat: nec eam, qua ſani utuntur, ut qui nondum abſoluta fruatur ſanitate. Quo fit, ut nec qualitate, nec quantitate paria ſanis poſſit aſſumere. σημειωτικὴ, hoc eſt adnotatrix pars medicinæ, curationi morborum per uictum ſumme eſt neceſſaria. nam præterita & præſentia ſymptomata ad morbi cauſam inueniendam diligenter inſpicimus. Inſuper maxima eius neceſſitas eſt ad præſagiendum, mors, an ſalus expectanda ſit. Pari modo medicina, quæ manu medetur, tum illa, quæ medicamentis auxiliatur, ſine indiciorum obſeruatione non abſoluitur: quippe præſagia eodem modo deſiderant, quibus ſcias, quæ curationem non admittunt, quæque eam recipiunt quidem, ſed uehementer aut offendunt ægrum, ſi curentur, aut e medio tollunt. Iam uero curatoria pars trifariam diuiſa eſt, una uictu: altera medicamentis: tertia manu medetur. Prima auxiliorum, quæ digerendi, apponendi, & concoquendi facultatem habent, eſt adminiſtratio: Quæ omnibus quidem ęgrotis, ſed pręcipue febrientibus in uſu eſt. Quę manu medetur, pars curatorię eſt: ea inciſionibus, uſtionibus, & oſſium in ſuam ſedem deductione homines curat. Medicatio, φαρμακεία Græcis dicta, nudis medicamētis interiores affectus & exteriores ſanat. victus enim conuenientem rationem, quandoq; uero & manuū opus requirit, quemadmodum chirurgia & uictus ratio medicatione utuntur. Itaq; a rerū naturæ contemplatione altius auſpicabimur: quoniā nec in ſanis ſecundam ualetudinē tueri, nec in ægris

morbi

A morbi cauſam cognoſcere, nec ſignis quid deprehendere, nec curationem admoliri recte poſſis, ignorans, quibus homo elemẽtis conſtet, & quo modo his immutatis a natura, quã obtinebant prius, morbi naſcantur.

De elementis humanis. *Cap. 9.*

CONſtat igitur homo ex primis mũdi quatuor elementis, igne, aere, aqua, & terra, naturalium cũ Hippocrate conſenſu, non quòd ex his ipſis, ſed proportione eis reſpondentibus homo cõſtituatur. Atqui ex Hippocratis ſententia, dum diſſoluitur, in hæc prima reſoluitur, & unumquodq; rurſus in ſuam ipſius naturam, homine uita defuncto, redire neceſſe eſt, ſiccum in ſiccum, frigidũ in frigidum, calidum in calidum, humidum in humidum. Huiuſmodi tum animantium, tum aliorum uniuerſorum natura eſt. omnia ſimiliter oriuntur & deſinunt ſimiliter. conflatur enim ex his prædictis eorum natura, & in eadem finit. Vnde ſingula originem nacta ſunt, eo quoque recedunt, quemadmodum Homerus hiſce uerbis inquit innuens diſſolutionem, in hæc futuram.

Vos aqua, uos tellus cunctos aliquando tenebit. Cæterũ hominẽ uelut ex ſecũdis & humanæ naturæ uicinis quatuor humoribus, ſanguine, pituita, bile tũ flaua, tũ atra cõſtitutũ eſſe phyſici pronũciãt. qm̃ fœtus in prima ſui formatione ex genitura & ſanguine, qui a matre per urachũ influit, auſpiciũ cœ-
B pit. in his aũt quatuor humores erãt. Qui ex tribus, iiſq; cõpoſitis hominẽ prodijſſe cẽſent, hæc præponũt initia, humida, ſicca, & ſpiritus, quæ Hippocrates græce ἴσχοντα, ἰσχόμενα, & ἐνορμῶντα hoc eſt continentia, cõtenta, & impetum molientia, appellat. Cõtinentia igitur ſunt ſolida oĩa, ut oſſa, nerui, uenæ, arteriæ, ex quibus & muſculi, & carnes, totaq; corporis moles conflata eſt, ad hæc interiorum exteriorũq; concretiones. Contenta uero humida ſunt, quæ in uaſis per tota corpora diſperſa feruntur. Atque hæc quatuor prædictos humores uocat Hippocrates. Impetũ moliẽtia ſpiritus exiſtũt, quos ueteres duos, animalẽ & naturalẽ numerant: Stoici tertiũ inuehũt ἑκτικὸν, quem habitum nominãt. Eraſiſtratus uaſa triplicia, neruos, uenas, arterias, omiſſis ſpiritibus & humidis, tanquã initia & totius corporis elementa cõſtituit. Nã duplici materia regi animal affirmat, ſanguine tanquã alimẽto, ſpiritu tanq̃ naturæ functionibus obeũdis coadiutore: nõ aũt ea, ut principia, intelligit. Multæ ſane aliæ partiũ ſpecies nõ ex tribus illis cõpoſitæ inueniũtur, ut uerbi gratia cerebrũ, medulla, atq; oſſa omnia. Cerebrũ igitur uel medullã nutrimẽti parenchyma, quaſi affuſionẽ exponas, audet appellare, ſicut adipem, iecinoris, lienis, & pulmonis conſiſtentiam. At oſſa neq; nutrimẽti parenchymata, neq; ex prædictis uaſis triplicibus cõpoſita eſſe dicere poſſit. Aſclepiadi hominis elementa ſunt corpuſcula manantia, fragiliaq;, & inuiſibilia foramina. Secũdũ Athenæi ſententiã non quatuor illa prima corpora, ignis, aer, aqua, terra, ſed eorũ
C qualitates calidum, frigidũ, ſiccum, & humidum. Ex quibus duo cauſarum efficientium munere fungi, puta calidum & frigidum: duo materialium, ſiccum & humidum ſupponit. Quintum uero ex Stoicorũ opinione introducit ſpiritum cuncta penetrantem, a quo omnia continentur, & gubernantur. Hippocrates cum trifariam hominis elementa diuiſiſſet, in continentia, contenta, & ea, quæ impetum faciũt, quibus omnia de elementis poſt ipſum aſſertis comprehendit, necnon naturæ elementorum tractationem, & eorum, quæ præter naturã ſunt, cauſas, haud ſcio, quo modo ſucceſſores eius unã illam te uera diuinam Aeſculapij medicinam in tres partes ſibi cohærentes diſtribuerint atq; diuulſerint. Alij enim humidis tum eorum, quæ ſecundum naturam habent conſtitutionem, tum cauſam eorum, quæ præter naturam ſolis attribuere, ut Praxagoras & Herophilus: Alij ſolidis corporibus initia & elementa attribuentes, ex his tum quæ natura conſiſtunt, tum morborũ cauſas inde capiunt, ut Eraſiſtratus & Aſclepiades. Athenæus uero & Archigenes ſpiritu ſolo ea penetrãte, tum naturalia cõſiſtere ac gubernari, tum morbos uniuerſos hoc prius offenſo creari dixerunt. Vnde & πνευματικοὶ i. ſpiritales, ueluti qui omnia ſpiritibus attribuant, nuncupantur. *

Exteriorum corporis partium appellationes. *Cap. 10.*

*Hic annotatur in græco exẽplari manuſcripto, caput unũ deſiderari, cuius argumẽtũ eſt, De naturalibus functionibus.

D DE partibus corporis ſeu particulis, & quæ earum nomina ſint, primus Ariſt. docuiſſe ſimul ac conſcripſiſſe creditus eſt. Temporis aũt proceſſu Medicis quoq; ipſis poſterioribus de iiſdem tractare neceſſarium uiſum eſt, ne manu allata quanq; partem aut particulam oſtenderent, ſed ex appellatione ſufficientẽ earũ notitiã haberent: quorum in numero id maxime fuerunt Eraſiſtrati ſectatores æmulati, ut Apollonius Memphites, & hoc prior Xenophon. Diuidunt igitur totum corpus Aegyptij Medici quadrifariã, in caput, manus, thoracẽ, & crura. Alij has quatuor partes in plures diducunt, nempe in alias totius partes, non ut illarum particulas. Capitis igitur tota latitudo pars ipſius corporis dicetur. Huius particulæ ſunt hæ. Anterior ſuperpoſita ſupercilijs, pilis nuda, inter utranq; autem ſita, Frõs nominatur. Hac ſuperior capillis intecta, Sinciput. Partem ab utroq; ſincipitis latere ſupra aures ſitã, Tempora appellamus. In media capitis regione ſinciput ſuperante eſt Vertex. unde, uelut a centro circulus, capillorum prouentus incipere uidetur. Poſt uerticem a poſteriore capitis parte aduſque tendines Occiput deſcendit. A priore ſub tota fronte, auribus, oculis, naſo, & ore ad mentum uſq; circunſcripta a ſupercilijs incipiens, Facies dicitur. Vbi enim frons a ſuperioribus deſcendẽs deſinit, Supercilia, ceu termini eius eminentes, & pilis conſiti eam excipiũt. Qua autem frons ad tempora porrigitur, in * ipſius terminis Aures ſitæ ſunt, quarum pars aperta Ala dicitur, refracta ab anteriori in poſterius ipſis ſummitatibus inflexis cubiformis, ſub qua ſemicirculus rotundus in mucronem exurgens, græce xyſter appellatur. Huius acumini concauum quod ſubiacet, conchula. In huius medio ro-

* alias ipſorũ.

tundum foramẽ,meatus auditorius uocatur,ſub quo particula pinguis ab aure ſuſpẽſa fibra eſt,ſeu au- E
ricula,ſuperior pinna.Oculi ſupercilijs ſubiacẽt,quæ & lumina dicuntur,nempe tota figura cũ ipſis par
ticulis.Superius inferiusq; interiores tunicas contegentes,Palpebræ appellãtur,hæc inferior, illa ſupe
rior.Cõmittuntur inuicem crebro & extremo tactu ad uiſus recreationẽ,& ad prohibendũ,nequid ex
trinſecus uiolẽter oculis incidat.Maxime uero,quẽadmodum in ſomnis,uiſoriæ uirtutis auertẽdæ gra-
tia,quo melius homo conquieſcat.Partes aũt iuxta oculos totos ſitæ,qua palpebræ inuicẽ cõmittunẽ,
tarſi nominãtur.unde pili proueniũt,quos cilia nuncupant,à quibus orta ſunt,ducto noĩe. Facti aũt in
hoc ſunt pili iſti,ut uiſoriũ ſpiritũ,uel,ut quidã aiunt,radios interiore parte effuſos perſpiciẽdi gratia di
rigant.His itaq; elapſis,uel retortis,nequaq̃ animans ſimiliter in rectum,uel in longum uidere põt. In-
teriores oculi termini,ubi palpebræ coaleſcunt,canthi.i.anguli dicũtur,alter iuxta naſum,iuxta tẽpora
alter:hic paruus,ille magnus.Quod in horum medio conſiſtit,oculi cãdidũ.Huius rurſus mediũ Iris cir
culus coloribus uarius occupat.unde & à ſimilitudine,quã cum cęleſti illa Iride habet,nomen accepit.
Huius rurſus media pars,per quã uiſus peragitur,Pupilla eſt.Naſus oculos interiacet. eius partes utrin
que ſitæ,Nares uocãtur,quibus aĩalia reſpirant & olſaciunt.Exteriores aũt nariũ partes , Pinnulæ ſiue
Alæ nominanẽ.Quod autẽ eas diſcriminat,Interſeptũ uocamus.In utraq; naſi parte,quę proprie conca
ua ſunt ſub oculis ſita,cõcaua nuncupamus:unde quidã concaui nominantur.Per morbũ autem hæc at F
tolluntur ob hominis cruditatem uel diſplicentẽ diſpoſitionẽ.His autem ſuperiores internaſum & au
res,Malæ,[priſcis etiã Genæ dicuntur,]quæ bene coloratis & ingenuis pudore ſuffuſis rubẽt.Hinc Ma
xillæ ad mentum uſq; deſcendunt,& hac in mucronem deſinunt.Mentum id omne eſt, quod labro infe
riori longa orbiculari figura ſubiacet,Suprema pars labri ſub naribus μύσταξ Græcis,Homero ὑπήνη ap-
pellatur.Quod intra labra deſcribitur,& ab eis conſtituitur & continetur , Os eſt . Videntur enim hæc
quaſi connata,poſt diducta os efficere:quare etiam ueluti nuper diuiſa apparẽt.Quod caput excipit, &
ad humeros uſq; pertinet,id totum Ceruix dicitur.huius poſteriores partes proprie Tendines appellã-
tur.Dein ſub ceruice humeri utrinq; prominent,quorum uerticem ἀκρώμιον, quaſi dicas ſummum hume
rum,nominant.Quod ab hoc prorſum uergit,Clauiculę exiſtunt, inter quas iuguli habentur. Ab hu-
meris Manus incipiunt,utraq; ex ſuo latere propenſa. harum pars ab humero ad cubitum uſq; perten-
dens,Brachium uocatur:Ancon autem,id eſt cubitus,qua tota manus flectitur:cuius exteriorem partẽ
Græci κορώνην, & horum Attici ὠλέκρανον nominant.Dein Cubitus,quo & homines metiuntur . Vbi hic
deſinit,& cum ſumma manu articulum facit, Brachiale dicitur . Succedens huic pars μετακάρπιον, quaſi
Poſtbrachiale dixeris.Inde Nodi,à quibus digiti incipiunt,Græci κονδύλους appellant. Digitorum maxi
mus,Pollex eſt,ἀντίχειρ Græcis dictus, quòd toti ſummæ manui cooperans æquipolleat. Poſt hunc In- G
dex,nomen ab uſu,ut apparet,ſortitus.dein Medius.hunc Medio proximus ſequitur, Græcis παράμεσος
dictus Medicis dicatus,atq; ab ijs nomẽ ſortitus.Poſtremus Paruus dicitur,quòd omnibus ſit inferior.
Itaq; à brachiali ſumma manus dicitur: cuius ſupinæ pars iuxta pollicem aſſurgens , Vola nominatur,
græce θέναρ. huic pars oppoſita ὑποθέναρ. ideſt ſubuola uocatur. Verum, unde digiti procedunt , κτένιον. i.
Pecten manus eſt.Quod medium horum omnium eſt,concauum manus dicitur. Supra uero thorax ea
pars appellatur,quæ à collo toto ad ilia uſque ex anteriore parte protenditur.Huius pars,quæ ſub cla-
uiculis utrinque & manibus habetur, Coſtæ ſunt.ex quibus & latus utrunque dicitur. In harum me-
dio Pectus . Huius rurſus medium uſque ad chartilaginem,ſub qua uentriculi os deliteſcit, στέρνον Græ
cis dicitur . idem locus etiam extrinſecus ita appellatur. Hinc Abdomẽ oritur.Quæ ſub uentriculi ore
ad partem exteriorem apparent , Subchartilagia nominamus , Græci ὑποχόνδρια, quoniam ſecundum
rectitudinem ſub chartilagine ueluti poſt ipſam habentur . Sunt autem muſculi , qui expanſi mem-
branæ prætenui ueluti araneæ , quam περιτόναιον Græci nominant, ſubiacent : extrinſecus uero cute
conteguntur. Aequiuoco autem cum his uocabulo etiam interiore uiſcera uocamus hypochon-
dria . quoniam & ipſa ſub chartilaginibus notharum coſtarum ab interiore parte exiſtunt : ſed ex-
teriora proprio . Quod ante ilia hypochondria comprehendit , Abdomen eſt : Quod utrinque eſt, H
κενεὼν id eſt inane ſeu uacuum . Ilium medium occupat Vmbilicus. Sub hoc ſumen Græcis ἦτρον uo-
catum . Poſtea Pubes ſequitur , quæ & aquaticulus , græce ἐπίσιον dicitur , in quem thorax finit:
ubi & maſculorum pudenda conſtituta ſunt : tum fœminarum ad femoris utriuſque exortum , ut
ſub hoc occulrentur . Maris pars prominens Coles uocatur , ſummitas eius , Glans : quã foramen
habet ad excretionem , οὐρήθρα ab uſu nuncupatur . Cutis , quæ eam contegit , Præputium dicitur.
Inferior pars colis in longitudinem eius uergens ῥαφὴ id eſt ſutura uocata eſt . Quæ uero aduſque ſe-
dem producitur , ταῦρος , hoc eſt Taurus . Teſticuli duplici nomine apud Græcos didymi & orches
intus & foris appellantur . Quod teſticulos ambit , ὄσχεον Græci , noſtri Scrotum uocant . Mulie-
bris autem pudendi (ſic enim nominaui ipſum) ſinus ipſe , κτεὶς , id eſt pecten , uocatur . At , quæ
ſinum ambiunt , Alæ uocantur . Inter has autem caruncula ad fiſſuram exorta , Græcorum lingua
νύμφη nominatur , noſtra Colliculum appellare licet : quam , quòd multo promineat , Aegyptij in
uirginibus excidere conſueuerunt . Porrò recti inteſtini orificium per ſedem prodiens , quo excre-
tionem , cum lubet , retinemus , Anulus à figura , ab officio Strictor uocatus eſt . Ceterum poſterio-
res corporis partes,quæ collo ſubiacent,hunc ſitũ & appellationẽ habent: totum, νῶτον .i.tergũ,uoca-
tur : inde utroq; in latere ὠμοπλάται .i.ſcapulæ habentur.Media ipſarum pars μετάφρενον,quod eſt dorſum,
cui

A cui etiam ſtomachus intus ſubiacet. Rurſus media totius tergi ſedes ſuperne ad clunes uſq; ſpina dicit. Huius partem, quæ recto tramite ſub dorſo habetur ἄκνηστιν Homerus nominauit, manifeſto alijs dictionibus exponens, κατ᾽ ἄκνηστιν μέσα νῶτα. quĩ & iuxta rectitudinem longitudinis media ſunt terga, mediũque eſt dorſi & lumbi. Spinam Lumbi, Græcis ὀσφὺς dicti, quæ ἰξὺς nominata eſt, quatenus cingimur, excipiunt. Hi in Os ſacrum terminantur: in cuius utraq; parte Coxæ ſunt: in his Nates: quĩ, quæ his ſubijciuntur, maxima oſſa ſunt. Inde carnoſa ipſis corpora ſubſtrata ſunt. Quorum Gibbæ partes, ꝙ orbiculares ſunt σφαιρώματα, ceu modo orbium factæ, Græcis nominantur. Inde corpus unũ in duos exit proceſſus. Nam in duo crura nominata bipartitur, quorum diuiſiones ueteres Græci σχίσιν nominãt. atq; hęc tota ad extrema uſq;, Crura dicuntur: quæ uero à coxis ſtatim incipiunt, Femora: ubi uero artus poſtea cõmittuntur inferioribus, articulumq; efficiunt, Genua nominamus. Eorũ partes retrorſum ſpectãtes, Poplites, uel Ancyle: Inde ad ima maximi artus Tibiæ: quarũ anterior pars Ocrea, poſterior Sura nominatur. Poſtremũ oſſium tibiæ in utrũq; latus excedens, Talus eſt: ab hoc profecti, Pedes proprie appellantur: quibus etiam menſuram ſibi aliam hoĩes in altum tollentes pedem inuenerũt. Pedis pars poſterior Calx: prior à talo uſq; ad digitos, ταρσὸν Græcis uocatur. Interior autẽ quaſi pedibus inuicẽ ſe aſpicientibus à talo uerſus magnũ digitum procedens, πεδίον Græcis appellatur, id eſt planities. Quod ſub

B hac ſtatim in medio imi pedis habetur, concauum dicitur. Infimum, quo terram contingimus & ingredimur, planta uocatur. Quod poſt concauum ad digitos aſſurgit, •* Pecten pedis nuncupatur. Deinde digiti numero manuum digitis pares. Non autem eãdem ſortiti nomina, quoniam nec eoſdem præſtant uſus, quanquam magnitudine, aut ſitus ordine conueniant.

• Græcũ exẽplar habet στῆθος. i. pectus.

Interiorum anatome. Cap. II.

ANatome abuſiue quidem dicitur etiã exteriorum corporis partium & particularum cõmemoratio, quæ uerbis uniuſcuiuſq; ipſorũ naturalem ſitũ, ordinem, uſum, quem aĩanti præbent, propriã cuiq; illorum appellationẽ, de quibus iã retulimus, percenſet. proprie uero anatome, interiorũ cum ſermone explicatio dicitur. Siquidẽ oculis eas indicatas eſſe, anatome nõ eſt, ſed cuiuſq; notitiã ex ſermone ac uerbis accepiſſe, & naturales actiones, quo modo ipſas obeãt, didiciſſe, pręterea quã inuicẽ cõionem uiſcera, aliæq; corporis partes per uenas habeant. † Cerebrũ itaq; ex nullo eorũ, quæ prædiximus, principali uaſe cõpoſitũ eſſe uidetur Eraſiſtrato, eoq; nutrimenti parẽchyma. i. affuſio ipſi eſſe uidetur. Eſt aũt corpus ſimplex, atq; ob id oĩum, quæ humano cõtinẽtur corpore, & præcipuũ, & princeps. Quapropter Plato & Hippoc. animi principatũ in eo conſtituunt. Cõprehendit ſane mẽbranis duabus: Una & contigua aſſimiliq;, χοροειδὴς. i. ſecundi formis Græcis appellat, uenoſiorq; eſt: Altera, quę huic ſuper

C iacet, caluariæ quibuſdã ꝑtibus magis adhæreſcit. Sed hæc neruoſior exiſtit. Ex ſuperiore igit parte uenę nutrimentũ à * corde iuxta eum locũ, qui Græcis ληνὸς, dicitur, ex arterijs uero, quæ ad baſim ſunt, acceptũ in id deriuant: inde & nerui exortus principiũ ex eo capiunt, unde & animi functiones uniuerſo corpori cõicant. Neruorũ autem ſpecies duæ ſunt, una mutuos oſſium connexus colligat, cõtinetq;: altera ſentiẽdi mouendiq; pro arbitrio facultatẽ toti corpori tranſmittit. Atq; hinc etiam muſculorum prouentus eſt. Oculorum meatus & ipſi ab ima cerebri parte proueniunt, & per eos uiſorius ſpiritus oculis impartitur. Inde uero nares etiam proceſſus habent, per quos & odoramur, & cerebrum expurgatur. Ad aures proceſſus non ſunt, uerum à poſteriore parte tenuis membrana, quam Græci μήνιγγα uocant, perforata eſt, atq; in uermis ſpeciem proceſſum habet: per quam ſimiliter ipſæ repurgãtur. In illius principio cerebri pars Græcis κωνοειδὲς appellata, ꝙ coni ſpeciem referat, ſedem habet. Iam uero illinc & ſpinalis medulla incipit. Ceterum duos habet cerebrum uentriculos, quorundam opinione unum ubi animi principatus reſidet. At Caluariæ oſſa ſuperiore parte ſub cute, membrana, quæ per ſuturas è meningibus prodijt, περικράνιον Græci nominant, conteguntur. Eſtq; hæc origo membranæ coſtas ſuccingentis, quam ὑπεζωκότα nominant, & ſepti tranſuerſi, & peritonæi, & omnis membranæ neruoſæ. Oculus ex Hippocratis ſententia habet duas tunicas, quas Hippocrates μήνιγγας, quòd ex illis proue-

D nerint, appellat. Recentiores tres ponunt, non nulli quatuor. Ex quibus prima deforis eſt à Græcis κερατοειδὴς. i. cornea uocata. Ea reliqua ſui parte alba eſt, pupillæ loco extenuatur, perſpicuumq; ſubiectũ colorem reddit, quatenus niger, uel cæſius, uel fuluus apparet. Secunda, qua pupilla eſt, modico foramine concaua, quæ, ꝙ parte interiore ſit acino uuæ ſimilis, ῥαγοειδὴς à Græcis nominatur. Tertia retis modo ſinum habens, ἀμφιβληστροειδὴς nuncupatur: perinde quaſi in ſummo quartam tunicam à non nullis inuectã excipiat, quam & ἄδηλον, ceu minus apparentem uocare conſueuerunt. Eſt etenim membrana minima ſimul & tenuiſſima, ſed prima & ſecunda firmæ membranæ, craſſæq; tunicæ ſunt: tertia uero & quarta tenuiſſimæ. Quare & Hippocrates priores ſolas cognouit, oculus, inquiens, membranas duas habet. Porrò triplices hæ tunicæ humores continent. Hunc ab aquæ ſimilitudine ὑδατοειδῆ Græci uocant: Illum ὑαλοειδῆ, quòd uitro quiddam ſimile referat. Tertium κρυσταλλοειδῆ, hoc eſt cryſtalli modo pellucidum. Palpebrarũ interiores partes carnoſæ: mediæ chartilaginoſæ: exteriores cute tegũtur. At, quĩ chartilago media dura eſt, adeps ſubiecta eſt lenimenti malagmatisve inſtar, quæ frequẽter exuperans, guttas parit. Lingua maxime carnoſa eſt, in quam duplex neruorum genus ab ima parte cerebri prodiens inſeritur. Alij molles appellati guſtandi ſenſum ad principium: alij duri motum arbitrarium ad ipſam deducunt. Ad huius radicem exigua inhæret lingua, Græcis ἐπιγλωττὶς dicta, quę, cum deglutimus, recurrens, arteriam claudit, nequid ex firmioribus humidis in ipſam delabatur. Cuius rei

† Ex græcis antiquis hæc adduntur: & arterias & neruos, per quę & conſpiratio & conflatio omniũ & oĩa fiũt.

* Alias ληνὸν .i. torculas.

quoque cauſa tonſillæ numero quatuor creatæ ſunt: duæ ad linguæ radicem,utrinque conſpicuæ: duæ E
his proximæ penitiores.Nominantur eædẽ ẽt παρίσθμια,qm̃ locus ad quẽ ſitæ ſunt,iſthmo,præſertim cũ
per inflãmationẽ intumuerũt,eoq; tranſitũ hunc arctũ nimis reddũt,figura reſpondent. Porrò, cũ dua-
bus animal materijs gubernetur,alimẽto,& ſpiritu,ad hũc quidẽ percipiendũ,nares,os, fauces, aſpera
arteria,& pulmo,partes ſunt aptiſſimæ. Nares ſane & os reſpirationi ſeruiunt:gurgulio, ne frigidus in
fauces aer cumulatim irrũpat:aſpera arteria,ut eũdẽ in pulmones deducat, quorũ in pectore ſedes eſt:
per hos & omnis fit reſpiratio ſubmittẽtes quidem ſe,ut ſpiritus emittatur:attollentes uero, ut idẽ re-
cipiatur. Quare actione ſimilitudinem quandam cum fabrorũ follibus habere uidentur: figuram uero
ungulæ bubulæ ſeruant. Porrò ex ſpiritu in pulmone elaborato quicquid maxime neceſſarium eſt, ad
ſiniſtrum cordis uentriculum defertur:quicquid inutile eſt,illac,qua inſpirauimus,efflatur. Nutrimen-
ti uaſa ad excipiendum,& inſtrumenta ad elaborationem inſtituta hæc ſunt,os,dentes,ſtomachus,uen
triculus,ieiunum,& tenuia inteſtina. Os quidem & dentes cibum extenuant moluntq;. Stomachus
appetit & deglutit:appenſus autem aſperæ arteriæ ad ſeptum uſq; tranſuerſum porrigitur.Ventriculus
omnis eſt ad concoctionem.incipit uelut a media chartilagine,ubi uentris os ſitum dicitur.ſubſidet le-
uiter iecinori,latitudine græcorum literam γ referens,& altero extremo in ſiniſteriorem partem uer-
git,ubi eſt & Græcis dictus πυλωρὸς,quoniam portæ modo,ne nutrimentum ex eo confertim delabatur, F
prohibet. Ieiunum & tenue inteſtinum digeſtioni dicatum eſt,in ſinus multos implicitum. committi-
tur aũt meſaræo ſeu meſenterio,quod uenæ in id deſcendentes intertexunt,per quas digeſtio plurima
fit ad portas hepatis. Ei uero tenuius inteſtinum eſt ita connexum, ut pars eius eſſe uideatur, quippe
ieiuno explicato perſimile eſt.[Differt tamen,quòd nec uacuum ſit,nec uaſorum copiam habeat.] De-
inde cæcum inteſtinum,alimento recipiendo accommodatum. Huic adhæreſcit κῶλον.i.laxius inteſti-
num,quod excrementa ex diſtributione ſegregata ſuſcipit. Pertendens autem in dextram ſupra umbi
licum inter iecur & lienem,deorſum rurſus fertur, totumq; amplexum abdomen in rectum inteſtinum
definit. Cum igitur duo meatus a lato oris ſpatio incipiant,alterum iuxta priorem colli partem,bron-
chum uel aſperam arteriam nominamus:[alterum,ſtomachum.]Vnde uero initiũ capit arteria, & ubi
aperitur,φάρυγγα.i.fauces,uel λάρυγγα Græci uocant. Ceterum totus meatus ex chartilaginibus anuli
modo uel circuli compoſitis conſtat,quo firmus continuæ animantis reſpirationi maneat, [nec com-
primatur.quare etiam oſtium eius ſemper pateſcit. Nam cibi abſtinentiam tolerare potes diutiſſime,
non inſpirare ne minimum quidem temporis potes. Huius rei gratia purũ hunc ſpiritui tranſitum na-
tura dedit,ne impedimenti quid ſentiat. Enimuero,ſiquid uel cibi,uel potus in arteriam imprudenti-
bus delabitur,ſtrangulationes,& tuſſes ſtatim excitantur, donec a ſpiritus impetu excuſſum efferatur. G
Iam uero aſpera arteria ſpiritum pulmoni tranſmittit,definitq; in eiuſdem arteria aſperas, quas ipſas
quoque bronchia nominant.Stomachus interius,quàm arteria,exiſtens, ceruicis uertebris annexus,
longiſſime cum aſpera arteria porrigitur. Sed bronchus illi adiunctus,cum cibum deglutimus, recur-
rens exacte ipſum lingula cooperit,quæ ex linguæ radice trahit originem. Porrò hæc lingula non mo
do os claudit,ſed etiam cibum a lingua uelut uentilabro purgatum,& arteriæ orificio ſuperimpoſitum
ad ſtomachum pontis modo deijcit. Stomachus pro naturali functione appetendi facultatem habet.
Dum appetit quidẽ,ſe attollit,& quæ offeruntur,deglutit:dum autem accepta quaſi elidit,& ad ſubie-
ctas partes expellit,ac uentriculi orificio contiguo per tranſuerſum ſeptum tradit,ſubmittitur.Per quẽ
anguſtum exiſtentẽ meatum in uentrem alimenta deſcendunt.Ventriculi naturale officium eſt, ut ali-
mentum ſibi commiſſum concoquat,quod a concoctione primum ptiſanæ cremori perſimile eſt: uerũ
per eum,quem πυλωρὸν a Græcis appellari diximus,qui adhuc arctior eſt,alimentum ieiuno inſtillatur:
quod cum tenue ſit inteſtinum,in flexuoſiſſimos orbes natura implicauit,ne ex facili uidelicet diſſeca-
retur,diuelleretur q;. Meſaræum ſeu meſenterium anfractus & orbes eius amplectitur, atq; ipſos ſuſtẽ
tat : quanquam id non ſolum hunc præſtat uſum,ſed etiam uenas duas ſub iecinore emergentes [ful-
cit]quæ poſt in diuerſas partes diducuntur,& meſaræo inſeruntur,quo & ipſæ (ſunt enim tenues) ru- H
ptionis periculum effugiant.Suſtinentur autem ab intexto eidem ſimul baſi,huic innitentes, & uelu-
ti ſubſtrato alleuatæ finiunt. Atque hoc pacto in ſingulis anfractibus ad hirudinum ſimilitudinem cõ-
poſitis, aperto ore ieiuno inhiantes,omnem in eo alimoniam in ſuccum conuerſam exugunt. Simul
autem inter exugendum,protinus ipſum in ſanguinem mutant, qui ſuccus antea erat, dum in ieiuno
eſſet. Non enim aliunde uel pituitæ,uel ſanguinis,uel alterius cuiuſdam uas eſſe natura indicat. Rur-
ſus igitur duæ factæ ex multis uenæ a meſaræo acceptum, ad iecinoris portas digerunt. In iecinore cũ
ſanguinis naturam nutrimentum induit,recrementa ſingula pariter ſecernuntur. Flaua bilis ad ueſicã
ei inhęrentem defertur:atra ad lienem. Iam uero ab hepate uerſum in ſanguinem alimentum, in dex-
trum cordis uentriculum diſtribuitur. A corde ſanguis per iugulares uenas (σφαγίτιδες a Gręcis nomi-
nantur)ad ſuperiores corporis partes deriuat.Per cauam autem uenam in uniuerſum corpus diffundi-
tur. Ab hac rami duo,ſanguinem iam a ſero diſcreto, ad renes perreptant,qui lumbis ſub clunium car-
nibus,per quas urina deſtillat,inhærent.Ad ueſicam autem per meatus dictos græce οὐρητῆρας proficiſci
tur. Veſica corpore ſuo urinam recipit,& per colem foras excernit. Teſticuli uero ſubſtantia glandu-
loſi ſunt,conceptacula & officinæ ſeminis, quod per ſingulos neruos ab inguinibus dependentes,
Græci κρεμαστῆρας nominant,ad eos fertur.In quos etiam alia uaſa ipſos nutrientia deſcendunt. Cete-
rum

A rum duabus tunicis conteguntur quarum tenuiorem Græci ἐρυθροειδῆ, ualentiorem δαρτὸν appellant. Ab his est, quod ὄσχεον a Græcis id est, scrotum dicitur. Foeminis autem uulua scroti conuersi similitudinem refert. Venæ in partem eius interiorem quàm plurimæ aperiuntur, per quas sanguis expurgatur: qui in conceptibus retinetur ceditque in alimentum foetui, & formationem. Nam a uenis, quæ secundas implicant, binæ aliæ prodeuntes uenæ, ab arterijs ibidem sitis binæ arteriæ, & a neruis unus neruus mutuo in unum congressu meatum οὔραχον appellatum absoluunt, qui infantis umbilico inseritur, ex quo & enascitur, & suspensus est. Ab umbilico autem uenæ ad iocinoris portas sanguinem in foetibus transmittunt: arteriæ uero iuxta uesicam, crassiori arteriæ: neruus, hic spinæ insertatur.

De ea anatomes parte, quæ ad ossa pertinet. *Cap. 12.*

Ossium duplex compositio, una ad motum accommodata nomen articuli habet: altera ad stabilitatem, Græcis συνάρθρωσις .i. coarctatio dicitur. Huius autem tres sunt species, sutura, coagmẽtatio, & fixura. Suturis igitur capitis ossa constant. Inueniuntur autem suturæ in plurimis quinque. Prima per sinciput, στεφανιαῖα a corona, cui assimulatur, Græcis dicitur. Altera per uerticem ὀβελιαῖα, quòd ueru repræsentet, uocatur. Tertia per occipitium, a græcorum litera λ. λαμβδοειδὴς ei nomen est.
B Duæ, quas λεπιδοειδεῖς nominant, in utroque temporum una. Ossa caluariæ septem numerantur, occipitis unum, uerticis duo, temporum item duo, frontis unum, polymorphi unum. Cerebrum duos ab utraque cerebelli parte processus obtinet: κορῶναι, quasi dicas tubercula, Græci appellant, qui in primæ uertebræ cauitates insinuantur, in qua, uelut centro, secũdæ uertebræ caput in latera mouetur, annuit, renuitq;. Deinde ossei dicti processus duo paululum inuicem dissidentes, per quos tendines & nerui deorsum feruntur. Post alia duo ossa super foramina, per quæ facultas audiendi est, emergunt, iugalia, id est ζυγοειδῆ appellata. Sub his rursus alia duo petræ modo prominent: λιθοειδῆ uocant. Priore capitis parte processus sunt telo similes: hinc quoque βελονοειδεῖς a Græcis dicuntur. Facti autem sunt ad faucium diuisionem. Vbi summæ eorum partes chartilagine committuntur, os ὑοειδὴς appellatur. Quæ uero super his sunt, nomen desiderant. Quorum in priore parte situm est os a multiplici forma dictum πολύμορφον. Porrò superioris maxillæ ossa coagmentatione constant. Facies item coagmentationes nouem habet. Prima in lato utroque oculorum spatio situm obtinet: duæ a latere narium utroque: alia medias nares recta intersecat. Malæ quoque singulas habent. Duæ rursus obliquæ palatum secant, unaque in rectum idem palatum diuidit. Communes autem faciei & capiti, sunt in ossibus iugalibus. Iam quidem faciei duodecim ossa sunt, narium duo, oculorum quoque totidem, ma-
C larum singula, palati quatuor, dentium receptaculorum duo, alis similia. Maxilla inferior quorundam sententia duo in mento connata habet ossa, non nullorum unum. Ceterum dentes fixura iunguntur, quippe receptaculis ipsorum infixi sunt. Sunt autem numero triginta duo. Ex his quaterni primi, in superiore atque inferiore maxilla, quia secant, τομεῖς a Græcis nominantur, canini quatuor maxillares seu molares uiginti sunt. Reliquorum ossium clauiculæ ad summum humerum coeuntes deligantur: Ad pectus autem articuli, & coagmentationis mistionem facere uidentur, & Romanæ literæ S, eiusque simplicis figuram ostendunt. Dein costæ duodecim utroque latere habentur. Septem ex eis cum spinæ uertebris, cumque osse pectorali utrinque coeunt. Reliquæ quinque a posteriore parte spinæ inseruntur: In anteriore parte inuicem renuentes chartilagine colligantur. Vertebræ uero omnes quatuor & uiginti sunt. Septem in ceruice, dorsi duodecim, quinque lumborum. post omnes os sacrum, quod ex uertebris inuicem connatis constare uidetur. Quin & pectus similiter ex septem ossibus unà coalitis ensis figura structum esse apparet. At brachium utrunque humeri articulo coarctatur. Porrò suo ipsius capite oblique in scapularum sinum immittitur. Ceterum scapulæ musculis, qui posteriore parte costis substernuntur, incumbunt. Cubitus & radius, quem Græci κερκίδα appellant, coalitus quidem modo sese contingunt, articuli uero modo, alteri brachij capiti com-
D mittuntur. Tribus enim sui uertebris brachium in cubiti cælaturam, structura literæ σ similem, inseritur. Quarta iam uertebra radius ueluti circa axem uoluitur. Brachialis ossa tria mutuo coalitu deligata sunt: ad cubitum tamen & radium articulum apte faciunt. Postbrachialis quinque ossa uidere licet articulum cum brachialis ossibus, quibus connata sunt, explentia. Palmæ ossa cum eisdem, & postbrachialis ossibus coagmentatione iunguntur, continenturque. Ceterum cum primis digitorum internodijs coarctantur. digitorum uero internodia singulorum tria, quæ articulo componuntur. Femoris os unum est, cuius caput leniter reflexum in coxæ profundum sinum conijcitur. Quam commissuram neruus, qui e medio sinu prodit, & in medium femoris caput inseritur, continet. Coxæ, quæ duo sunt ossa a posteriore parte, cum osse sacro priore inter se coalescentiam habent: ubi & pubis ossa uel pectinis nominantur. Tibiæ utriusque ossa duo, nempe tibiæ & fibulæ. non peruenit autem fibula ad genu articulum, uerum sola tibiæ summitas quatuor in se superficiales sinus obtinens, quibus duos femoris nodos excipit. His incumbit ab anteriore parte paruum os rotundum, sublatum, scuti breuis instar, commissuram eorum continens, quód in summo coarctetur. Fibulæ superior extremitas anteriori tibiæ parti sub insertione connectitur: Iuxta malleolos autem, qua desinunt utraque tibiæ ossa, ligamento nerueo, chartilaginosoque inuicem colligantur. ceterum intus talo incũbit intra se ossa conuinciens. Talus, iuxta pedis longitudinem situs, perone, hoc est fibulæ, insidet, eiq;

firmiter coaptatus eſt. Ceterum tibiæ oſſibus, tum ei, quod σκαφοειδῆ uocant, in anteriore ipſius parte articuli iunctura committitur. Rurſus ſcaphoides, ubi cum talo coit, excauatum eſt, ut ſcaphæ ſpeciem referre uideatur. E regione gibbū calles tres habet, quibus oſſa χαλκοειδῆ, quæ tria ſunt, inſerūtur. porrò, quod cibi figuram repręſentat, extrinſecus ſitum eſt. coarctatum eſt autem† carnoſæ parti, & calci. Proceſſum quoque ex inferiori ad priorem partem obtinet, quem plantæ os retinendi ipſius gratia ſubijti. Deinde os dictū πεδίον, & ipſum quinque conſtat oſſibus. Tum deinde quinque pedis digiti habentur, ex tribus omnes internodijs, ſimiliter ijs, qui in manu ſunt, cōpoſita, ſi magnum excipias. is enim ſolus duobus conſtat. Contrahunt autem horum iuncturas membranoſa quædam ligamēta: talum & calcē ualida admodum, & quædam ex ijs rotunda, ſimul & ueruca, chartilaginoſaque.

† Græci impreſsi. legūt, ut uertit interpres. Antiqui tamen habent ſcaphoeidi oſsi, & ita legēdum eſt.

De humorum facultatibus, morbis, eorum differentiis, cauſis, ac curationibus. Cap. 13.

HVmores corporis ex prima generatione quatuor, commiſti inuicem & contemperati ſunt corpori. Exuperat autem alius in alio magis loco, ſanguis in corde, pituita in capite, flaua bilis in iecinore, atra in liene. Ceterum duplex ſpiritus innati ſpecies, alius naturalis, alius animalis. Nō deſunt tamē, qui & tertium hecticon introducunt. Hecticus igitur eſt ſpiritus, qui lapides cōtinet. Naturalis animantia & ſtirpes nutrit, Animalis ſentiendi, omniſq; motus facultatem animatis exhibet: Situs autem eſt in animantibus. nam his tribus animalium natura conſtat. Itaque animalis in capite ſedem habet: naturalis in corde: hecticus in toto corpore uerſatur. Naturæ actiones ſunt, a prima generatione impregnatio, fœtuſque formatio: in editis, appetitus, cibi deglutitio, in uentriculo concoctio, digeſtio, in ſanguinem alteratio, ſegregatio, nutritio, & auctio. Excernuntur autem in corpore ſtercus, pituita, utraq; bilis, urina, ſudores, muci, ſaliua, & lac. Animæ uero facultates, ſenſus, & uoluntas. Senſus quidem ſunt quinque, quibus animantia per corporis inſtrumenta funguntur, uiſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus. Inſtituit autem anima quædam ſine corpore, ut cum ratiocinatur, uel reminiſcitur. Cum corpore, ubi id ad quorundam receptionem, uel excretionem, uel ad loca mouet. Reſpiratio compoſita quædā actio eſſe uidetur, partim ex arbitrio, partim ſponte & naturaliter, ut in ſomnis facta. Sanus igitur homo eſt, primis, unde conſtat, elementis: & ſecundis, unde formatus eſt, quatuor humoribus, tum quantitate, tū qualitate mediocriter inuicem contemperatis: ſolidis autem partibus, ex quibus compoſitus eſt, nec diuiſis, nec condenſatis, nec e loco ſuo motis: ſpiritibus nec intenſis nimium, ut in phreniticis, nec diſſolutis, ut in lethargicis, uel in ijs, qui cardiaco affectu affliguntur. His enim hecticus ſpiritus reſolui uidetur. Sanus autem homo conſeruandus eſt conſuetis exercitijs, & cibis patrijs quolibet anni tempore obſeruatis: copia eorum ſolum uitanda eſt, ex qua cruditates oriuntur, quæ morbos pariunt. Præcauendi morbi ſunt, uel qui iam imminent, uel futuri ſunt. Si ex plenitudine proueniant, inedia, uel purgatione, uel uenæ inciſione curandi ſunt. Si ex labore & indigentia, quieti corpus dare & nutrire conuenit. Verum vniuerſi morbi ex Hippocratis ſententia, partim extrinſecus ex aere nos ambiente, partim intrinſecus ex eſu, potioneq; proficiſcuntur, a quibus humorū aliquis vel abundat, vel deficit, uel qualitatem commutat. Ab his etiam ſpiritus inſiti nunc intenduntur nimis, nunc plus æquo relaxantur. Solida uero corpora foris, & intrinſecus multas cauſas habent plures affectus ſuſtinendi. Eraſiſtratus aūt & Aſclepiades in vniuerſum vnam omni morbo cauſam tribuūt: Hic ſanguinis in arterias coincidētiā, ille corporeæ molis in raritate extenſionem. Plenitudinis morbum facientis notæ ſunt vaſorum connexio, faciei rubor, totius corporis tumor, & pulſuum magnitudo cum robore. Indigētiæ ſigna, collapſus tumoris, gracilitas in facie, & exiguus pulſus cum imbecillitate. Itaque febrim veteres ipſam per ſe affectum arbitrantur: Eraſiſtratus, & recentiorum non nulli ἐπιγέννημα. i. acceſſorium, ſeu conſectariū affectum. Febris igitur eſt natiui caloris in ardentiorem conuerſio, eo, quòd intro aduerſus perſpirare prohibeatur. Indicia febricitantium colligimus ex calore intenſo & intolerabili, tum in acceſſionis principio ex languido, inæquali, & crebro pulſuum motu: In ſtatu, ex uehementiſſimo motu elato, & ueloci admodum. Iuniores calorem naturali magis ardentem, mordacem, acrem, & conſtantem, cum pulſuum frequentia & duritie. ex alto uenientem, febrem eſſe definiunt. Sunt autem duæ eius ſpecies omnium ſententia, continua, & intermittens. Continua eſt, quæ non ad integritatem prius, quàm morbus ex toto ſolutus ſit, uenit. Intermittentis rurſum ſex ſpecies inuenimus apud ueteres, quotidianam, tertianam, quartanam, quintanam, ſeptimanam, & eam, quæ a nono die nomen habet. Quotidiana eſt, quæ ſingulis diebus aut noctibus acceſſionē uel deceſſionem facit. Tertiana unum diē præſtat integrū, tertio redit. Quartana duos dies intermittit, deinde reuertitur: Quintana tres: Septimana quinq;: Quę a nono die uocata eſt Græcis ἐνναταῖα, ſeptē. Nā ſemitertiana, mō inter cōtinuas, mō inter intermittentes ponit. Iam uero reliquorum morborum duo genera ſunt, uel cum febribus, uel ſine febribus. Quidā enim acuti, quidam longi ſunt. Acuti quidem hi, Phrenitis, Febris ardens, cui nomen eſt cauſos, Synanche. i. Angina, Pleuritis, Peripneumonia, Cardiacus affectus, Regius morbus, Cholera, Voluulus, Colicus dolor, Apoplexia, Tetanus, Opiſthotonus, Emproſthotonus. Acuti igitur a ſanguine fere & flaua bile, in nonnullis corporis partibus, quas ij male habent humores, ſuperfluis, & in deterius uerſis conſtituuntur. Lōgi a pituita & atra bile, ſimiliter uel copioſioribus, quàm naturę modus exigit, uel in acerrimam qualitatem immutatis. Qui iam ex copia laborant, uictus ratione, uel inedia, uel purgatione, uel uenæ inciſione curandi ſunt. Qui ex abſtinentia in morbum incidere, alimentis reſtituere conuenit, Quibus incoctio & humorum acrimonia morbi cauſam fecerunt, ijs fomentis & cataplaſmatis con-

coctio

A coctio paranda est. Acria contemperanda sunt, & cibis boni succi atque humectantibus uti oportet. Ceterum quatuor in toto morbo particularibusque accessionibus tempora auxilijs afferendis dicata sunt, Initium, incrementum, uigor, & inclinatio. Principio totius morbi inedia triduana conuenit, quibus & in totum abstinere triduo conducit. Venæ sectionem in initio recentiores ad tertium usque diē statuunt. Veteres etiam post tertium diem præcipiunt, si uires suppetant, & morbus postulet. Nutrimenti tempus a triduo iuniores: antiqui non omnibus, sed ijs, qui copia laborant, tū iunioribus, tum senioribus instituunt. Pueros statim morbo inuadente nutriunt. Præterea illos, quibus huiusmodi consuetudo est uel loci, uel aeris circūflui gratia. Ante cibum post triduum primum perfusiones capitis & præcordiorum ex usu sunt: sequentibus diebus cataplasmata & clysteres. Perfusiones igitur in præcordijs calidas semper assumere oportet, & simplices, ex cumini uel xylanethi decocto: Ad caput, calefacientes quidem in lethargo, & in omni graui sopore: refrigerantes autem in phrenitide, & quauis acuta febre conueniunt. Cataplasmata quædam solo melle & oleo conficiuntur, uocanturque, μαλακτικὰ, quasi interpreteris emollientia. Quædā ex aqua, cui oleum fit adiectum, fiunt, quæ ἀμυνκδοις Græci nominãt. Alia his insperguntur, ueluti pollen, lini semen, & fœnugræcum. Clysteres hydrelæo, melle, sale, & nitro modico præparantur. Tempus eorum ante cibum est, dum accessiones remittuntur & inclinant. In

A.l.1.f.4.c.17.E

B continuis morbis diluculum. Phrenitis est mentis alienatio. Notæ sunt, insania uehemens, temeraria manuum gesticulatio, floccorum, & festucarum collectio, & febris acuta. Causam habet magna ex parte bilem. Constituitur in cerebro, uel eius membranis quas μήνιγγας appellant, uel, ut quidam aiunt, in septo transuerso. Curatio hæc conuenit. Initio, si præscius fueris, uenæ incisio, cucurbitulæ conueniūt, subtractio, & clyster, & abstinentia conueniens: instante autem morbo perfusiones soporiferæ, inunctiones, quibus somnus accersitur, & humectantes cibi conducunt. Causos febris species, ab Hippocrate quidem inter acutos, ut quartana inter longos morbos refertur, a recentioribus non item. Oritur ex bile nō nimis sicca, circa uenas, quæ ad iecur sunt. Curatur in principio sanguinis missione: in statu, frigidæ, tum aliorum, quæ refrigerandi uim obtinent, potio confert, uel epithema, cuiusmodi ex feruenti hydrelęo præparatur. Angina est circa ceruicem inflammatio. Eius speciem unam Græci κυνάγχην appellant, quæ in interiore ipsius parte orta subito strangulat: Alterā συνάγχην, hæc in exteriorem partē incumbit, eoque minus strangulat, minusq; periculosa est. Vterque affectus uel a bile, uel a pituita salsa nascitur, idq; non nunquam cum febre acuta, non nunquam sine febri. Remedium & generosissimum & præsentissimū est sanguinis statim in principio missio: deinde medicamenta pituitam per os educentia, & cerata foris imposita. Asclepiades ultimum auxilium posuit, de quibus summus metus est, ne strā

C gulētur, superiorem gutturis partem incidere. Pleuritis lateris ab interiore parte inflammatio est. Huic febris acuta, dolor uehemens, & tussis accedit. a bile potissimum constituitur. Præsidio est in initio adhibita uenæ incisio: deinde cataplasmata & sicca fomenta, nempe milij & salis: postremo medicamenta intrinsecus purgantia, quæ ἐλαυντικὰ nominant. Cauenda uero in his sunt uentris profluuia. Peripneumonia, non nullis auctoribus inflammatio grauis est circa pulmonem, idq; grauitate ostenditur. Quibusdam pulmo inflammationem pati non posse uidetur, sed uicina eius loca, cū in dispositione eiusmodi sunt, ea ut ita nominetur, faciunt. Habet autem hic morbus febrem acutam comitem. Eadem ipsius causa, quæ pleuritidem concitat, secundum alios tamē pituita. Remedium fere huic cum superiore malo commune est. Cordis affectus est, quem Græci καρδιακὴν uocant, non quòd in corde affectus sit, sed quoniam stomachum ueteres cor appellabant, quo in febri acuta resoluto, ægrotos immodice digeri contingit. Accidit fere ex immodica abstinentia, uel parum tempestiua uenarum sectione, uel cum aliquid præter rationem corpori adimitur. Quare alimento, quod facile distribui queat, & recalfacere, succurrendum est: quemadmodum ex uino ac niue: cibo, qui ex ualentiore materia est, & stomachum corroborare potest. Est, cum uisceribus inflammatis, potissimum iecinore, hic morbus eueniat: cum e contrario, ablatione & cataplasmatis inflammationi dicatis opus est. Arquatus seu regius morbus, quem

D ἴκτερον Græci nominant, est bilis in summam cutem redundantia. Interim cum febri acuta oboritur, interim sine illa, cum interiorum adustione, & stomachi uitio. Si præcordia inflammantur, cataplasmata primum desiderant: si copia laborant, uenæ sectionem: sin minus, medicamenta, quæ bilem euacuant, aut uentris ductione & intestinorum, aut per urinas, aut per sudores, aut per nares. Cholera duplex est secundum Hippocratem: Altera humida, in qua, uti omnes norunt, uehemens est excretio, bilis supra infraque erumpit, intestina, grauiter torquentur. Accedunt conuulsiones, sępe etiam crurum suræ contrahuntur. Remedio contractionibus sunt perfusiones calidę: in ijs, quæ contrahuntur, balneum post expurgationem, tum alimenta, quæ ex facili disponuntur digeruntur q;, & stomachum adiuuant. Alteram, siccam choleram uocat Hippocrates, ab eadem prouenientem causa, ac circa eadem cōsistentem, at citra uentris fluorem & uomitum. Ideoq; remissionem pręcedētem & per cataplasmata requirit, nec cibi ingestione, sed contra inedia opus est. Volulus, & colicus dolor, intestinorū inflāmationes sunt, quorum alter tenuioris, alter plenioris. Quare deiectiones includūtur, & flatus intestinis inuoluti, eo, quòd exitum non habent, dolores uehementes & tormina concitant. Voluulus autem dispositione & & accidentibus acutior, magisque periculosus est. Alterutro autem morbo extreme laborantibus uomitus concitantur uoluulum patientium. Auxilium est uoluuli maxime sanguinis missio per initium, plerunque abstinentia, & cataplasmata mitigantia, & inflammationem discutientia. Efficacius iuuant medicamenta,

medicamenta,quæ κολικὰ nominant,intro per ſedem immiſſa.Nam dolores auferunt, ſomnum conci- E liant,& aluum mouent.Apoplexia ex humorum craſſorum copia generatur,qui capitis uaſa,unde corpori ſentiendi mouendiq; facultas aduenit,obſtruunt.Quamobrem,qui huic malo ſunt obnoxij , ſenſu,uoce,& motu priuantur.Hippocrates de hoc uitio ſcribit , Apoplexiam , inquiens, ualidam ſoluere non licet,imbecillem haud facile.Sanguis mittendus ſtatim iam oppreſſis,modo & ætas conſentiat,& uires ſuſtineant.Tetanus,Opiſthotonus,& Emproſthotonus, neruorum morbi exiſtunt . uerum utraq; ſpecies eſt conuulſionis neruorum,qui a capite deſcendentes, corpori motum diſtribuunt. Nam,ſi uiſcoſi humores eos obſtruant,affectio talis oritur.Quæ ſi ſcapulis caput annectat, quo minus poſſit annuere,ὀπισθότονον:cum mentum pectori contrahit,ut renuere nequeas,ἐμπροσθότονον: cum rectam , & immobilem ceruicem tendit,τέτανον Græci appellãt.Sanat venæ ſectio,ſi copia ſubeſt:ut uidere licet apud Hippocratem in illo,qui prolapſus humi uulnus in caput acceperat.Medetur enim eis & frigidæ copioſæ infuſio,ſi æſtas ſit,præſertim ſi non gracilis,ſed quadratus exiſtat æger.nam caloris reuocationẽ molitur.Multi ſane ceratis modice recalfacientibus & relaxantibus utuntur , ad hæc inũctionibus ſimilibus,necnon lanis oleo imbutis atque impoſitis,& fomentis & cataplaſmatis calidis.Longi morbi interioribus accidunt hi,cephalæa,morbus comitialis,uertigines,oculorum caligationes , inſania, melancholia,lethargus,diſtillatio,raucitas,grauedo,ſanguinis eruptio,ſuppuratio in thorace , tabes, abſceſ- F ſus in medio latere,abſceſſus in clauiculis,iecinoris affectus, teneſmus,dyſenteria, lumbrici lati tereteſque,aſcarides,coxarum dolor,articularis morbus,podagra:elephantia ad exteriores partes ſpectare uidetur.Ex longis morbis cephalæa,internus capitis dolor eſt,qui in circuitu interdum affligit a pituita naſcens.interim unam capitis partem infeſtat:tunc ἑτεροκρανίαν nominant. Auxilium utriuſque eſt ſanguinis detractio,uel cucurbitulæ occipitio impoſitæ,eductio pituitæ per os, per aluum purgatio, & epithemata,quæ inter cataplaſmata,uel malagmata,uel epichriſmata ſcribuntur: poſtremo cauſa eius ſinapiſmo reſiccatur.Morbus comitialis,quem & ſacrum uocant,circa neruorum, qui a capite deſcendentes ſenſum motumque uniuerſo corpori diſtribuunt,originem conſiſtit.Cauſam eius Plato & Hippocrates pituitam & bilem atram indicant.Homo concidit,qui hoc malo detinetur, quoniam ei ſentiendi mouendique meatus obturantur,ſpumat ijs os ob humorum commotionem , quæ a neruorum conuulſione prouenit.Qua de cauſa interim urina ſine uoluntate prorumpit . Præſidiũ affert pueris impuberibus natura circa pubertatem efflote ſcens,& morbum humoribus natiuo calore exiccatis terminat.Qui pubertatem exceſſerunt,ægre aut nunquam ſanantur . Caligines oculis offuſæ & Vertigines, cognata ſunt uitia morbo comitiali,ab eiſdemque cauſis prodeunt,atque eaſdem ſedes occupãt . Hoc tamẽ intercedit diſcriminis,quòd illæ in ſuperficie corporis, nõ intus accidant,ob quod facilius,quàm G hic,curantur alui ductione,præſertim per hieram,adminiſtrata,deinde apophlegmatiſmis , & uomitibus per circuitum partim a cœna,partim ieiunis adbuc excitatis . Omnium maxime ueratro ſuccurritur.Mentis alienatio duplici ſpecie inſigni conſtat.hanc Græci μανίαν.i.inſaniam : illam μελαγχολίαν, ideſt atram bilem appellant. Complures uero & harum exiſtunt differentiæ,nominum adhuc indigæ. Conſtituitur itaque mentis alienatio circa totum caput,Cauſa inſaniæ flaua bilis eſt. Ob hoc,qui tali uitio laborant,tumultuoſi,præcipites,manu prompti,contumelioſiq; fiunt. Melancholia naſcitur ex atra bile,humore frigido & tenebroſo.Vnde melancholici tenebriones ac lucifugæ, triſteſque apparent , de omnibus ſuſpicioſi , hominum conſuetudinem oderunt, ſolitudinibus gaudent , quemadmodum Bellorophontes a Poeta deſcribitur.

Qui miſer in campis mœrens errabat Aleis
Ipſe ſuum cor edens,hominum ueſtigia uitans.

Medetur per uentrem purgatio,& maxime,quæ per uomitum excitatur:adhuc his magis utrunque ueratrum ſoluit.Lethargus morbus eſt phrenitidi contrarius: Eſt enim profunda in ſomnũ delatio , & inexcitabilis.Huic uitio obnoxij oĩum,quæ dicuntur,obliuiſcuntur, atque hæc in febri ipſos comitãtur. Locus igitur affectionis,caput eſt:nam in membranis cerebri conſtituitur. Cauſa ipſius pituita eſt,hu- H mor frigidus,frigiditate ac humiditate ſomnum inducens. Curatur conuenienter contrario modo,q̃ phrenitis. Fricantur ſuperiores corporis partes acribus quibuſdam & pungentibus:tum ea adhibent, quæ odore excitant,mouentq;. Cibi ſimiliter fundentes,ſecãteſq; pituitã perfuſiones capiti admouentur,quæ exiccandi uim obtinent,& cataplaſmata aliquando præcordijs. Crebro nanq; hæc inflammatione uexata,neruorum quoq; in capite principium conſtringunt,grauantq; . Humor a capite oppleto deſtillat interdum in nares,interdum in fauces,alias in pulmonem.Atq; has tres ſpẽs Græci κόρυζαν βράγχον,& κατάῤῥουν ,ſiue κατασταγμὸν,ideſt grauedinem, raucitatem , & deſtillationem nominant . Grauedini itaq; facile & breui ſuccurritur,deinde raucitati,modico ſane & calido uictu, qui frumentacei generis exiſtat. Deſtillatio in thoracem non ex facili curatur,immo ſæpe immedicabilis eſt . Nam ab ea acri & ſalſa partibus exeſis , ſanguinis eductio ſequitur.cuius tres cauſæ referunt. Vel.n.uaſa eroſionẽ paſſa ſunt , ideoq; ſanguis in aſperã arteriã deſcendens per os reijcitur:Vel rupta ſunt uiolẽter. Vel ob imbecillitatẽ non continent , ſed adaperta oſcula eũ tranſmittunt. Differunt ſanguinis excretio, & reiectio. Hæc etenim uel a pulmone , uel aſpera arteria prouenit : Illa a ſtomacho , & ſanguis apparet nigrior. Qui ex thorace reijcitur , flauus magis & ſpumans : deinde hic cum tuſſe , alter ſine illa ſpuitur. Sæpenumero etiam a capite per palati foramina in os defertur ſanguis , præbetque eductionis falſam imaginem.

A imaginem. Loci, ex quibus proprie ſanguis educitur, tres ſunt. Primus fauces, unde minore cum peri-
culo ſanguis reijcitur, faciliuſque ſiſtitur. Secundus aſpera arteria, atq; hic morbus curationem diffi-
culter accipit, plenuſque periculi eſt. Tertius pulmo, ubi minus omnibus præſidij, plus periculi affe-
ctus habet. Comitatur enim maxime ſuppuratio & tabes, ut ait Hippocrates, cuius uerba hæc ſunt,
Sanguinis ſpuitionem puris ſpuitio, huius ſpuitionem tabes, tabem mors ſequitur. Non nulli etiam ex
latere ſanguinem educi arbitrantur. At hoc ambiguum eſt. Salus uitij huius eſt, ſanguinem reprime
re, uel uenæ ſectione aliò ducentem, idque potiſſimum in iuuenibus, uel poſca ſiſtentem, uel inædia co-
piam eius imminuentem, uel ſimplici quodam medicamento, ut acacia, hypocyſtide, balauſtio, planta
ginis ſucco, atque id genus alijs. Suppurationis præſidium uetus ſunt ferramenta candentia, quæ tho-
racem exiccent, fluoremq; in exteriores partes dirigant. Iuniores conſueuerunt mitigare cataplaſma
tis, & delingendis medicaminibus, deinde cito repurgare medicamentis per os aſſumptis prius, quàm
corpus inficiatur. Inſcribuntur autem proprie medicamenta ad purulentos. Quæ ſuppurationes me-
dio latere conſtituuntur, reſectæ proprie ad linamentum humoris excretionem habent. quæ ſi uniuer-
ſim fiat, hominem interimit. Accidunt uero ſuppurationes quoque ſub tranſuerſo ſepto, quæ ſe intus
occultantes abſceſſus nominantur, non ex æquo periculoſi, nec curationi reſiſtentes, plerunque intus
B rupti hac excernuntur, uel partibus exterioribus diuiſis. Diocles memorat etiam thoracis ſuppuratio-
nes erumpentes interim in arteriam, quæ ad renes ac ueſicam tendit, ſimul cum urinis excerni. Tabes,
proprie dicitur in pulmone uel in thorace corporis ob ſuppurationes colliquatio. difficilis eius ſalus
eſt, aut nulla. Lactis uſus potui datur, dum conſiſtit: loca ſicciora conueniunt. Superior Aegyptus &
Libya maxime huic malo medentur. Hippocrates tabis cuiuſdam coxendicum meminit, ἰσχιαδικὴν
uocans, qua in ſuppurationisbus circa os ſacrum accidentibus corpora colliqueſcunt. Similiter alte
rius renum, cui νεφρῖτιν nomen dedit. Porrò iecinoris & lienis inflammationes, ſi in pus uertuntur,
& ipſæ mediocriter corpus conſumunt. At hæ ſuppurationes multo citius curantur, minuſque pericu
loſæ ſunt, quàm quæ pulmonem affligunt. Verum, ſi minus in ſuppurationes mutantur inflammatio
nes, ſed crudæ & in ſcirrhi natura permanſerint, malum habitum corpori afferentes, tandem aquam in
ter cutem afferunt. Quatenus autem ſimplices extiterint, in iecinore, febres continuas afferunt: In
liene, quartanas magna ex parte. nam huius ſpeciei cauſa bilis atra eſt, quæ in liene tanquam uaſe con
tinetur. Vnde quartanæ auxilium eſt, ante rigorem ſummas partes propter humoris frigiditatem fo-
mentis tueri. In intermiſſionibus eductio per uomitum. Aquæ inter cutem, quam Græci ὕδρωπα uo-
cant, tres ſpecies ſunt neotericorum ſententia. Primam ἀσκίτην, Secundam τυμπανίτην, Tertiam ὑποσαρ-
C κίδιον nominant. Hippocrates duas ſtatuit. Nam τυμπανίτης & ἀσκίτης eiuſdem ſpeciei ſunt, quoniam
in utraque nutrimentum in aquam redactum, inter inteſtina & peritonæum transfunditur. Sed in hac
aquæ plus, quàm ſpiritus, in unum intus contrahitur: in illa copioſior ſpiritus, minor humiditas eſt: in
reliqua ſolidæ totius corporis partes in aquæ naturam tranſeunt. hanc & Hippocrates immedicabilem
eſſe ſcribit, uocatur autem & λευκοφλεγματία. Cauſa uero cuiuſque hydropis eſt, auctore Eraſiſtrato, in-
flammatio iecinoris uel lienis, temporis ſpatio in ſcirrhum indurata. Nam, cum alimenti in his uiſce-
ribus confectionem, atque in totum corpus digeſtionem impediat in aquæ ſubſtantiam ipſum com-
mutat, quod ita refrigeratum, inter inteſtina & peritonæum tranſmittitur. Hoc quoque malum Hip-
pocrati ſalutis ſpem nullam habet. Quòd ſi uel abſque inflammatione hydrops, præſertim ἀνασάρκα e-
ueniat, calore genuino refrigerato, nec alimentum in uenis amplius edomante, ſanguis caloris inops
aquæ naturam induit, & ex uenis, ceu oleum ex utribus, defluit. Quouſque enim ſanguis exactus in ue
nis eſt, ab earum corpore continetur. Vbi uero in eo pingue exuperauerit, ut in obeſis, ſanguis effuſus
adipem generat, aut in aquam uerſus, aut, dum nõ continetur, diffluit in locum, qui inteſtina & interio
rem abdominis membranam interiacet, aut per uniuerſum corpus effunditur. Tolluntur duo alij hy-
dropes uel malagmatis exiccantibus, uel medicamentis urinas cientibus, uel hypelatis purgandi facul
D tate præditis. Renes affecti dolores magnos pariunt. Locus autem male habens non ex facili poteſt
diſcerni, quòd exterioribus partibus cohæreat, laxiusq; inteſtinum, κῶλον appellant, ipſis incumbat.
Quare, cum offenduntur, uel externarum partium inflammatio, uel coli affectio eſſe apparet. Non ra-
ro eodem affecto inteſtino renes conſentientes dolent. Affectus autem, qui in eis conſiſtunt, hi ſunt,
inflammatio, exulceratio, calculi, languor. Cum inflammatio renes exercet, nihil per urinam inno-
teſcit, ſed dolores excitantur potius, non exacte locum primum dolentem oſtendentes, ob eam, quam
dixi, rationem, uerum intolerabiles: quippe qui nec cataplaſmatis cedant, nec imminutione per cucur
bitulas facta remittantur. Sola medicamenta nephritica intus accepta præſidio ſunt. ſi exulceratio eos
infeſtat, interdum purulenta per urinas excernuntur, interdum cruenta. Cum ineſt calculus, aliquan-
do cruenta, partibus uidelicet ab eo exaſperatis, eijciuntur. aliquando arenulæ in urina ſubſident, ſi fria
bilis ſit lapis, uel etiam recens modo naſcatur. In languore ſanguinolenta urina redditur, quaſi non-
dum ſegregata. Veſicæ affectus hi ſunt, languor, furfuratio, calculus, exulceratio, circa colem maxi-
me. His accedit urinæ ſuppreſſio, eiusque difficultas, & ſtillicidium. Ex his uero, alijſque cauſis profi
ciſcuntur. Græci prius uitium ἰσχουρίαν, alterum δυσουρίαν, tertium στραγγουρίαν appellant. Inflammatio
nis notæ ſunt circa pubem dolores, urinæ excernendæ difficultas. Soluitur cataplaſmatis, perfuſio-
nibus, & à cibo abſtinentia. Quòd ſi excedat, ſanguinem quoque per uenam mittere conuenit. Exul-
cerationis

cerationis indicia ſunt,ſanguinolenta excretio interim, interim purulenta, non nunquam muccoſa, & E
circa pubem dolores. Auxiliantur epithemata, maximeque dulcis bonique ſucci alimentum,ad hæc
quæ intus adhibentur aduerſus ulcerationem ueſicæ, & Byſini medicamentum. Languorem ueſicæ in
nuit & urina,cum citra mingentis uoluntatem effluit.Difficilem morbus curationem aut nullam reci-
pit.Lapidem in ueſica eſſe,digiti in rectum inteſtinum per ſedem immiſſi exquiſitiſſime deprehendunt,
ſed ita,ut index ad medium in ſummo reflectatur,atque in priorem ueſicæ partem,ubi & lapidem inna
tantem contingunt,reſcruntq; in ueſicæ ceruicem. Calculorum differentiæ plures ſunt, quidam enim
illorum adnati ſunt,alij poſſunt auferri.Rurſus aliqui facile frangi poſſunt,non nulli non poſſunt. Itaq;
magna ex parte adnati difficulter curantur.Ex alijs autem, qui facile franguntur, diſſoluentibus medi-
camentis excerni poſſunt. Duros & diſſolubiles chirurgi tollunt,carunculam diuidentes ueſicæ cerui-
cis.ἰσχουρία ſumma eſt urinarum retentio.στραγγουρία urinæ ſtillicidium.δυσουρία urinæ difficultas.Atq; hæc
multis e cauſis proueniunt,aliquando calculo ueſicæ ceruici impacto,ac meatum in totum obſtruente,
uel ſi intus quippiam relictum ſit,aut ueſicæ innatet.Vrinæ retentio,propter ueſicę inflammationem ni
miam,aut repletionem immodicam accidit, ueſica ſcilicet ad excretionem imbecilli, aut ceruice uehe
menter ex urinarum acrimonia per morſum contracta,aut ex grumis ſanguinis iter occludentibus,aut
ex urinarum craſſitie.Hæc medicamentis reſoluentibus oportet diſcutere. Plenitudinem uacuare fer- F
ramento,quod Eraſiſtratus καθετῆρα nominat,Romanorum litteræ, ſ, ſimili. Stomachus uentris & inte-
ſtinorum principium eſt,ſiue naturaliter,ſiue præter naturam afficiantur. Sromachi igitur uitia ſunt, in-
flammatio,exulceratio,ſanguinis eductio,inflatio,humiditas flaccida,cibi faſtidium,ingeſtorum cibo-
rum incontinentia.Inflammationem ergo notat dolor incumbens. Succurritur perfuſionibus & cata-
plaſmatis,alimentis frumentarijs,& quę facile poſſint digeri.Exulcerationem in ſtomacho notāt pro-
prie putredo,mordicatio,deglutiendi difficultas. Auxiliantur his extrinſecus impoſita, cibique probe
ſucculenti.Sanguinis e ſtomacho eductio ijſdem medicamentis ſiſtitur,quibus ex thorace:eiuſdem re-
iectio,ijs,quæ ſuperius adnotata ſunt.Inflationem diſſoluunt diſcutientia,& quæ ructus mouēt.Humi-
ditatem,ſiccorum eſus,& abſinthij potio tollunt.Cibi faſtidium aut ex pituita adiacente oritur, ideoq;
exiccare illam ex uſu eſt:aut a bile ſupernatante,unde ſtomachus purgandus eſt:aut naturæ impotētia,
& functio appetitoria reddenda.Nam oculi quoque propter ſpiritus uiſorij imbecillitatem hallucinan
tur.Aduerſum uictus faſtidium huiuſmodi adhibenda ſunt,quæ appetitum prouocent, ſuppeditentq;.
Stomachus autem non continet accepta proprer bumiditatem, maxime uero ob impotentiam ac im-
becillitatem,ſicut dimiſſa manus non continet,quæ attingit.Expedit igitur corrobotare, fortioremq;
ipſum reddere,tum uniuerſum corpus reficere. Ventrem multa uitia ſtomacho communia infeſtant, G
præterquam appetentiæ prauitas.Sed concoctionis male obita functio uētriculo propria tribuitur, ut
quæ potiſſimum in eo adminiſtretur:quem affectum profluuium ſequitur. Reliqua igitur pari modo cū
ijs,quæ ſtomachum cruciant,curabis.Fluxus exacte diſquirendus eſt,cur alimento incocto accidat:&,
ſi inflāmatio eam pepererit,cataplaſmatis & profuſionibus occurretur. Si pituita humiditatis illius flac
cidæ parens,quam Græci πλάδον appellant,uictus ratione exiccanda eſt. Si bilis exuperet, eam purgare
utile eſt.Si ex imbecillitate prouenit,ut infirmis,robur corpori faciendum eſt. Si ab ipſa qualitate eorū
quæ concoctu difficilia aſſumpta ſunt,uel quæ prompre corrumpuntur,uel quid alienum habent, poſt
curationem,talia oportet interdicere.Dyſenteria,ideſt inteſtinorum tormina, eſt affectus inteſtinorū:
generatur in uentris profluuio,humoribus corruptis immorantibus, erodentibus, & exulcerantibus
inteſtina.Fit etiam ſine fluxu,primum ab humore acri inteſtina intus exedenti.Eſt,cum in morbi deceſ-
ſione δυσεντερία contingat,quam curari Hippocrates prohibet,ne ſuppreſſio inteſtini alium quempiam
morbum maiorem accerſat.Illam,quæ ex fluore nata eſt,reprimentibus & ſiſtentibus fluorem medica-
tur:Aliam,cuius origo ex acris cuiuſdam bumoris roſione eſt,dulcorantibus, & quæ mitigare poſſint,
abluendo ipſa exulcerata ſimilibus. Diuturno tamen morbo,depaſta ulceris ramenta & putrida ſolent
deijci,tum proſunt immiſſi paſtilli ex ſandaracha, calce,auripigmento, atque id genus alijs compoſiti. H
Vbi uero non fit ramentoſa ulceris deiectio,non his utendum eſt,quoniā cōuulſionem faciunt. Quod
ſi talis inteſtinorum exulceratio in ſuperiore quoq; parte conſiſtat,neque ſic paſtillorum uſus eſt. Non
enim ſtatim ad affectos locos perueniunt.nam,ubi ſanos contingunt,perniciem eis faciūt. Verum me
dicamentis utendum eſt,quæ ſuperioribus locis conueniunt, quotumque titulus eſt aduerſus dyſente
riam inditus.Ex dyſenteria,inteſtinorū læuitas oritur,ubi ex magna ulceratione multæ cicatrices inte
ſtinis oboriuntur,propter quas cibum non retinent:unde ex inteſtinorum læuitate uocata eſt græcis
λειεντερία. Quamobrem talis eſt inſanabilis. cicatrices nanque non ſaneſcunt.Si uero ex inteſtini imbe-
cillitate contigerit,tum quoque grauis eſt, nec ex facili tollitur. Remedium autem erit,ſi moliatis ro-
bur uniuerſo corpori ac inteſtinis adiungere.Ceterum cauſa etiam morbi pituita eſt, inteſtinis lubrici
tatem illuendo generans.Succurrit inedia reſiccando,& cibi pituitæ contrarij. Teneſinus proprie mor
bus eſt recti inteſtini.Hoc enim inflammatione laborans,crebræ, inaneſque egerendi cupiditates &
impetus exercent.Proſunt ei fomenta parti inferiori adhibita,ſtringentia, tum alimentum ex frumen-
tacea materia,& reprimens.Quòd ſi perſeueret,nihilque imminuatur, enematibus ex ptiſſanæ cremo-
re,& hircina adipe utendum eſt.Lumbricorum,qui inteſtina excruciant,triplex eſt ſpecies. Quidam.n.
teretes,palmi longitudine,uel etiam maiore,ad ſtomachum uſque proſerpunt.Quidam breucs, & mi-

A nusculis uermibus similes, ἀσκαρίδες Græcis appellantur. circa rectum uero intestinum generantur non nulli lati & oblongi adeo, ut in totū exporrigantur intestinū: quos Græci uocant πλατεῖς simul & ταινίας, quòd similes fascijs sint. Teretes itaque ad remedia faciles: maxime autem in pueris hi: ascarides in ijs, qui sub pubertatem sunt, abundant: ægre præsidijs cedunt, & excernuntur, nisi cibis acrioribus, & medicamentis dia picras compositis† [oleoque cum uino] maxima ex parte iniectis. Coxarum dolores, articulorum uitia, & podagræ sola inter se magnitudine differunt: ceterum causis & locis, qui affectū primum sentiunt, ijsdem constant. A pituita nanq; plerunque fiunt: circa neruos consistunt, quibus articuli conseruntur, motumque recipiunt. At coxæ dolor, quem Græci ἰσχιάδα nominant, in ipsius articulo ortus, ad talos usque non raro extenditur. Præsidio erit sanguis ex talo missus, cucurbitulæ coxis admotæ, clysteres acres, quique intestinorum tormina quodammodo faciunt. Et foris, cataplasmata acopa, & malagmata adhibita prosunt. Podagra solos pedes affligit. in statu quidem febrilis dolor intenditur, eoque refrigerantibus opus est. In declinatione torpor cum frigore hominem occupat, ob quod calefacientia conducunt. Articulorum uitia, prædictis similes affectus sunt, circa articulos omnes cōsistentia: medicamenta curatoria, mitigantia ceromata, & uictus rationem aptam desiderant. Morbus, quem Græci ἐλεφαντίασιν uocant, ab elephanti similitudine nomen sortitus est. Nam, qui hoc uitio laborant, cu

τὸ ἰσχιάδιον, i. & elcaio.

B tem crassam, duram, elephantorum modo asperatam habent. Originem mali excitat pituita crassa, & atra bilis, uel muccosa, maxime disseminata. Hi enim humores ferinum ipsum denunciant. Quare solū ueratrum siue nigrum, siue album, præsentaneum elephantiasis est remedium. Impetiginis duæ species sunt, quæ cutem molestant. Vna tolerabilis, mitiorq; est. Altera effera, quæ difficilius tollitur. Squamulæ in his ex cute abscedunt, sub quibus locus rubicundior, fereque exulceratus apparet. Gignitur affectus a pituita salsa & flaua bile: unde, ceu in salsugine uasis fictilibus, ex cute secedunt squamæ. Succurritur medicamentis pituitam mouentibus, & quæ extrinsecus corpori illinuntur. Lepra quoque cutis uitium est, sed magis subalbidum, asperiusque apparet. Ea uero asperitas est, ueluti psydraciorū erumpentium. Psora uero, idest scabies, exulcerata magis est. Pituita salsa utrunque malum proprie producit. Medicamenta pituitam cientia, tum quæ extrinsecus illinuntur, quibus ad lepram & scabiem titulus est, ijsdem succurrunt Vitiligo, quam ἀλφὸν uocant, duas habet species, albam, & nigram. Hæc ab atra bile generatur, ob quod magna ex parte medicamina melancholiæ dicata conueniunt: Alba a pituita non salsa. Leuce habet quiddam simile uitiligini albæ, sed magis colore terram albissimam refert. a lepra uariat, quòd lenior hic cutis, minusque aspera, quàm in illa sit. Omnia huiusmodi curant medicamenta pituitæ trahendæ idonea, tum smegmata foris adhibita.

C *De curationis per medicamenta diuisione.* Cap. 14.

MEdicina, quam Græci φαρμακείαν uocant, duplex est. Prima interiores morbos curat: qua potissimum uictus ratione sanans utitur: Altera exteriores, citraque illam manu nihil peragitur. Medicaminum ad interiora pertinentium species duodecim existunt. Quædam cephalica, quasi dicas capiti dicata medicamina: quædam stomatica, idest oris uitijs accommoda, dicuntur. Alia concoquunt: alia ad tussim inscribuntur. Alia anodyna, quæ dolorem leuant: alia alexipharmaca sunt: alia purgant. Non nulla ptoprie ad iecur inscribuntur: sic ad lienem: ad renes affectos. Sunt, quæ aduersus uesicæ calculos & ulcera nomen habent: similiter ad uuluam. Iam uero stomatica sunt, quæ ad gingiuas cruentas putridas, erosas, & dentes faciunt. Eodem referuntur, quæ aphthas & crustas, tum quæ uuā descendentem sanant. Quæ concoquunt, partim ad stomachi uel uentriculi imbecillitatem conducunt, partim ad horum inflationem, quædam ad sanguinis reiectionem e pectore. Quædam ad pleuriticos uel peripneumonicos: alia ad tabidos: alia ad asthmaticos, id est suspiriosos, uel eos, qui nō nisi recta ceruice spirirū trahunt ὀρθοπνοϊκοὶ uocantur. Aliqua ex his asperitatem arteriæ, & uocis abscisionem auferunt. Porrò anodyna nunc renum affectus sedant, nunc uentris profluuia. aliàs intestinorum tormina, aliàs plenioris, nempe coli, tenuiorisque intestini, id est ilei mala: communiter omnia quemuis dolorem mitigant,

D extinguuntque. Alexipharmaca simplicia, alia ad aliud uenenum usurpamus: Theriace aduersus omnia & prius & post sumitur. Inter purgantia quædam per superiores corporis partes agunt, quemadmodū, quæ ueratro constant, uomitumque cientia omnia. Per inferiores, quæ scammonia, aloe, elaterio, colocynthide, euphorbio, cocco gnidio, atque his similibus. Tertio ordine ab his ponantur, quæ lumbricos latos repellunt: cuiusmodi medicamentum est, quod cerui cornu, menta, & pipere præparatur. Est & quarta species caput tantum per os atque nares purgantium, quæ in capitis, oculorumque affectibus proprie sumuntur. Ad hæc quæ in arquato crebro in usu sunt. Conuenit autem per superiora purgatio morbis longis demoliendis. Tempus huius est, cum morbi intermittunt. Inferiori parte adhibita, acutis, ut pleuritidi & peripneumoniæ. Tempus uero uniuersæ est, particularium accessionum remissio. Exteriorum remedia undecim species continent, alia discutiunt, alia concoquunt, alia cruentis statim imponuntur, alia pus mouent, alia repurgant, alia implent, alia reprimunt, alia cicatricem inducunt, alia oculis, alia uniuerso corpori adhibentur, alia adurunt, erysipelatis, herpetis, carbunculis idonea. Alia sunt, quæ illinuntur, acopa, & excalfacientia, quæ ad neruorum resolutiones faciunt, articulorum morbos, podagras, teranos, opisthotonos, omnemque neruorum morbum. Alia pustulas summa cute orientes, leucen, alphum, impetiginem, & lepram abstergunt. Quę digerunt, & concoquunt, phymatis, & cuilibet id genus abscessui auxilio sunt. Digerentia

sunt

ſunt omnia,quæ conſtant ſale,& quæcunque etiam nitro,ut Cteſiphontis compoſitio teſtatur.Conco- E
quentia,reſina,galbano,ammoniaco thymiamate.Quæ cruentis imponuntur pharmaca,fuſci coloris,
ad recentia corporis uulnera ualent. Quæ proptie uiridia & nigra ſunt, ut barbarum, capiris mala, &
canum morſus ſanant. In ulceribus,partim pus educentibus in his,quæ laborant inflammatione,uten
dum eſt,ut tetrapharmaco:in ſordidis uero,repurgantibus,ut uiridi diluto: in cauis,replentibus: in car
ne ſupercreſcenti,reprimentibus,ut quæ ex myſi & ſquama conficiuntur,in uehementi quoque ſangui
nis fluore ſiſtendo non parum efficacibus. Adurentibus interim in diducendis partibus, ac aperiun-
dis utimur, uelut in abſceſſuum comprehenſione,interim in palpebris cum ſumma cutis relaxatur, &
procidit,uice conſutionis pilis mediocriter ablatis partem relaxatam retrahimus. Aliquando in capi-
tis morbo difficillimo,quem κηρίον uocant,per altas cruſtas humores in exteriorem educentes aſſu
mimus. Adurentium materia lixiuium,calx uiua,auripigmentum,ſandaracha,fæcula, atque id genus
alia. Ex cephalicis medicamentis aliud ad achoras,capitis furfures, & eruptiones ualet: alia ad capi-
tis dolorem,& heterocraniam. Aurium remedia partim earum inflammationem,partim exulceratio-
nem,partim influxum,partim difficilem auditum, partim contuſionem iuuant. Oculorum pharmaca
ſeptem ſpecies habent. Quædam enim ad incipientes lippitudines,ut quæ diaglauciu, & diacrocu, &
cycnaria inſcribuntur. Quædam ad eorum diſpoſitiones,ut nardina, & theodotia appellata. Quædã F
ad fluorem,quæ ex thure,acacia,& erice fructu componuntur. Quædam ad ſcabritiem, ut ex metallis
confecta,nempe uſto ære,chalcitide,& æris ſquama.Quinta ad ſiccam lippitudinem,& ſcabioſam,col-
lyriorum ſpecies eſt, tum ſiccorum oxydercicon,id eſt uiſum exacuentium,eiuſdem cum ſuperioribus
materiæ. Sexta humidorum,quæ ad ſuffuſiones inſcribuntur,ex fellis generibus hyænæque potiſſimũ
compoſita. Septima cataplaſmatum ſpecies in oculis uehementer inflammatis & circumdolentibus
uſurpatur,ex meliloto,paſſo,fœnugræco ſimilibusque materijs confecta. Oblinimus palpebras initio,
repellentibus,& cuiuſmodi ſunt dia glauciu,& dia crocu medicamina,etiam ſolo ipſo glaucio.Interius
affectis exiccantia,lenientiaque admouemus,ut nardina theodotia. Quæ uero ad colorem decorem-
que formæ conciliandum illinuntur,qualia hedycroo & ſandyce conſtituuntur, non medicinæ,ſed ar-
tis cultui ac elegantiæ dicatæ ſunt propria.

De oculorum affectibus. *Cap.* 15.

AFfectus,qui totum oculum exercent,hi ſunt,taraxis id eſt perturbatio,lippitudo,epiphora,inflã-
matio,œdema,inflatio,ſcirrhoſis,chymoſis,carbunculus,ſtrabiſmus,conuulſio,palpitatio, myo-
piaſis, gangræna, putredo,ulcus,fiſtula,xerophthalmia,pſorophthalmia,ſclerophthalmia, procidẽtia,
atrophia. In membranis hi conſiſtunt, ruptura, exeſio, diſtentio,anaſtomoſis,craſſities, denſitas,cor- G
rugatio,extenſio,raritas. Interiores palpebrarum partes infeſtant,aſpretudo,craſſities,ſycoſis,tyloſis,
durities,chalazoſis,pladarotes,mydeſis, ſarcoſis,poriaſis. Exteriores hydatides, lithiaſis, phthiriaſis,
meliceris, gangræna, phymata, colobomata. In corona crithe, poſthia, trichiaſis, diſtichia, triſti-
chia, phalangoſis, pyroſis, ptiloſis, pſoriaſis, madarotes, paralyſis. Communes toti palpebræ, pa-
ralyſis, procidentia,diuerſio. Angulis hi accidunt,encanthis,ancyle, pterygion, rhœas, proſphyſis.
Extrinſecus, ægilops, anchilops. Album affligunt, pſydracion ulcus, hypoſphagma,abſceſſus,che-
moſis, cœloma, pterygion, phacoſis icterus, tofus. Iridem oculi infeſtant, argemon, nephelion, a-
chlys,epicauma, ulcus, bothrion, phlyctis, myocephalon, ſtaphyloma,hypopyon,ruptura,cicatrix,
leucoma, cœloma, proptoma, unguis, pyoſis, exulceratio. In pupilla eſſe ſolent, ſuffuſio, glauco-
ſis, mydriaſis, phthiſis, ſynchyſis, platycoriaſis, amauroſis, rhytidoſis, nyctalops, hemeralops,myo
piaſis,diapyeſis.Meatus exercent, aporexis,paremptoſis,ſymptoſis,anthracoſis.Taraxis igitur ſeu per
turbatio,eſt,cum oculus leuiter ac mediocriter cõmotus tandem rubicundior euadit.Lippitudo, cum
album rubeſcit,& palpebræ attolluntur.cũ dolore conniuent,ægreq; manus admotas ferunt. Inflãma-
tione oculorum rubor intendiẽ,palpebrę magis eleuantur,ut non niſi magno negocio queas ſuſpicere,
Epiphora,tum inflãmationis magnæ uniuerſo illatæ corpori,tũ largorũ fluorũ cõmune nomen eſt.Pro- H
prie uero de oculis referẽ,ubi cũ maxima inflãmatione,ẽt humoris copia influxerit.Oedema nominãt,
cum eleuatus apparet oculus,& colorẽ amiſit,uel ẽt ægre mouetur:interim albũ quoq; ſupra nigrũ at-
tollitur.Inflatio diciẽ,cum ſubito tumeſcens oculus decolor fit,exuperante pituita:ut plerunq; ſenibus
æſtate potiſſimũ ſolet accidere.Scirrhoſis ex inflãmationis diuturnæ uehemẽtia oriẽ, carne increſcẽte,
& ſubliuida. Profluuio laborat oculus,cũ non ſolũ rubet,ſed multas quoq; lachrymas excernit. Xero-
phthalmia.i.arida lippitudo,cũ anguli ulcera & aſpretudinẽ,pruritumq; cõtraxerunt,palpebrę rubent,
& lachryma ſalſa & nitroſa profluit.Sclerophthalmia,quaſi dicas durã lippitudinẽ,eſt, cũ palpebræ du
riores ſunt,oculi rubẽt,& cũ difficultate quadã mouent.Proptoſis.i.procidẽtia,appellaẽ,ubi cũ inflãma
tione moti ſede ſua ꝓcidunt.Atrophiã nominant,cum ex longa imbecillitate,uel alia quadã latẽte cau
ſa paululũ quaſi ꝓpulſus,deinde cauatus ad radicẽ cum dolore minor euadit, obſcureq; aut nihil oĩno
uidet.Aſperæ dicunẽ palpebræ,cum euerſę ſanguinolentiores apparent, & magis aſperę carnoſęq;, &
fici acinis ſimiles.Craſſæ uocantur,ubi euerſę duriores ijs, quę naturaliter ſe habent, exiſtũt,& ſcabris
magis carnoſæ.Sycoſis.i.ficus,accidit,cum in palpebrarũ parte interiore carni quid ſimile enatum fue-
rit,quod emineat,& oculus totus ægre moueatur.Tyloſis.i.callus,nuncupaẽ. cum in palpebris aſpretu
dines ex ſenectute craſſiores,albidiores,& parũ ſeniles extiterint,eoq; minus deteri poſſunt. Scleria-
ſis

A ſis, ideſt durities, eſt tumor palpebræ cum rubore doloreq́;. difficulter aboletur. durat magis, quàm inflammatio. Chalazia uel chalazoſis orbicularia quædam intra palpebras tubercula ſunt circunſcripta. nomen a ſimilitudine grandinis acceperunt. Pladarotes, ſunt mollia ueluti corpora uetuſta & maxime decolora palpebrarum parte interna nondum aſpredinem habentia. propterea πλαδαρότης a Græcis uocatur. Mydeſis commune nomen eſt partium, quæ ex putrefactione corrumpuntur. Palpebræ quoque eadem laborant, ubi & tumentiores apparent, & aſſidue diffluunt, adipem paulo copioſiorem ſortitæ. Crithe, quæ & poſthia, dicitur, cum parte interna palpebrarum iuxta corollas ſuppuratum oblongum, figura hordeo ſimile fit, unde appellatum eſt. Generantur alia quoque maiora in medijs palpebris eodem appellata nomine. Lithiaſis, albida quædam & craſſa, callis lapilliſque ſimilia, quæ oculum pungunt, in palpebris retorſis oſtendit. Phthiriaſim uocamus, cum palpebrarū pilos multi lati exiguiq́; pediculi infeſtant. Ditrichiaſi laborat oculus, cum pilis naturalibus alij ſubnaſcentes ipſum pungunt fluoremq́; concitant. Ptiloſis eſt cum alij quidem ſubnaſcuntur, naturales aūt collapſi fractiq́; ſtimulant ac pungunt. Phalangoſis, cum pilorum ſubnaſcentium duplex triplexve acies, uel in ſuperiore, uel inferiore palpebra prouenit. Reſolutus oculus dicitur, ubi naturali motu deſtitutus, neq́; ſurſum neque deorſum intendi poſſit, uerum ſentiendi expers conſiſtat. frequenter hoc mali partibus etiam oculi accidit.

B Ectropiō ſeu diuerſio, palpebrarum uitium eſt, cum exulceratis oculis plus extra feruntur. Encanthis, ubi ex ulcere caro in angulis iuxta nares ſupercreuerit. nautæ, ac piſcatores hoc uitij peculiare habēt. Vnguis uero, eſt in albo oculi præter modum exulcerato carneque oppleto membranula tenuis & neruoſa: quæ oriens ab angulorum aliquo ad nigrum & uerticem eius peruenit. Rhœas, cum angulus ex latente quadam cauſa receſſerit, aut praua curatione ſublatus fuerit, ut lachrymas continere nō amplius poſſit, ſed humorē dimittat. Cohæreſcunt palpebræ cū albo oculi, uel nigro ex ulceratione. Et, ſi nigro cohęreant, uiſus omnino prohibetur: ſin albo, minus. Græci hoc malum ἀγκύλωσιν appellāt. Aegilops, uel anchilops, abſceſſus quidam eſt ad angulum, qui naribus propior eſt, pus continens, quod erumpēs aut os exedit, aut ad angulum, uel uſque ad nares deſtillat. Pſydracion communi uocabulo circa corpus totum & circa album oculi fit. Eſt autem uelut puſtula in ſummo rubicundum. Vlcus oritur in albo uel nigro, cum ſumma cuticula, quam Græci [illegible] nominant, diuiſa Lunæ figuram, uel rotundam, cauam, ſimilis coloris, uel ſubalbidi acceperit. Hypoſphagma uocant, cū uaſis in prima tunica ruptis ab ictu, ſanguis intra albi ſpatium & interiorem tunicam coierit, atq́; oculi color ſtatim cruentus, poſt liuidus exiſtat. Chemoſis ex inflammatione uehementiore utraſque palpebras in exteriorem partem detorquet, ne totum oculum contegant. Proprie uero Chemoſis dicitur, cum album utraque iridis par-

C te inflammatione afficitur, iuxta irim autem cauum hiatularum ſimilitudine apparet. Cœlomata ſunt rotūda & caua ulcera, bothrijs latiora, quæ in oculis circa irim naſcunt. Argemō, in iridis circulo, uel in albo, interdum etiam nigro, ulcus rotundum & ſubalbidum oritur. Nephelion, ſummæ cutis ulcus paulo maius argemo, & albidum. Achlys, eſt circa totum nigrum a ſuperficiaria ulceratione cicatricula tenuiſſima, aeri caliginoſo aſſimilis. Epicauma, cum in ſuperficie cuticula aduſta ulcus contraxerit, uel etiam paulo profundior fiat ex epiphora magna innaſcens. Bothrion, eſt ulcus cauum, purum, anguſtū, puncturis rotundis ſimile, ulcuſculo altius. Phlyctænam uocant, ubi per exulcerationem, uel etiam ſine hac exterior ceratoidis tunicæ membrana tenuiſſima & ſublimis elata, intra ſe humorē collegerit, aut ſub tunicæ ſpatio craſſior humor currens phlyctænam pariat. Myocephalon morbus eſt, cū tunica priore iuxta irim, exulcerationis uitio exeſa, ſecūda prociderit, ut ceu muris caput referre uideatur. Staphyloma dicitur, quando oculi pupilla cum inflammatione & dolore attollitur, & album colore, & acino uuæ ſimile redditur. Hypopyon uniuerſam irim pure occupat, uel eius dimidium. Rhexis, id eſt ruptio, eſt exulceratio ab ictu. uel alia quadam cauſa, in alto totas ſubinde membranas diuidens, ut etiam humores, quibus uidendi facultas adminiſtratur, effundat. Cicatrix appellatur, ubi nigro oculi ex alto ulcere membranæ craſſities ſuperuenit, & color albior apparet. accidit quoque albæ membranæ dictæ,

D ſed non perſpicitur. Albugo nihil a cicatrice differt, niſi quòd ex ulcere maior cicatrix, ſimul & craſſior in iride naſcatur, quam Albuginem nominant. Clauus eſt carnoſus nigri exceſſus ſolidus, cum leui albaque uelut cicatrice, frequenter etiam in albo nigro cohærenti conſurgens. Suffuſionem quidam interpretantur, cum humor quidam in pupillam deſtillauerit, concreueritque ſæpe adeo, ut uiſum offendat, uel in apparentibus hebetet. Glaucoſis eſt humoris cryſtallini in album atque aqueum colorem mutatio, cuius gratia uiſus impeditur. Mydriaſis dicitur, cū pupilla quidem nihil colore uariat, dilatatur aūt magis, quàm natura poſcat, ut iridis circulo fiat proxima, & uiſioni noceat. Phthiſis, id eſt tabes appellatur, dum pupilla arcte coit, uel ſtimulo aſſimilis fit, tum hebetior, tum rugoſior, aut ex imbecillitate periculoſa, aut ex capitis dolore uehementi. Confuſio, dum humores oculorum ſuo loco non conſiſtunt. proprium ordinem ſeruantes, ſed huc illucque feruntur. Hebetudo, ſumma uiſionis ſine cauſa euidenti offenſio. Nictalopes uocantur, qui die uident obtuſius, ſole occiduo acrius, nocte magis adhuc: uel contra, die parum, ueſperi aut nocte prorſus nihil. Myopes uicina uident, remota non item. Suppuratio humor exiguus in pupilla collectus, qui difficulter euaporat ac diſcutitur, ſuffuſione ſiccior. Abruptio eſt, quando meatus a cerebro & meninge in oculum deſcendens, ex ictu capitis, uel caſu ex alto diruptus eſt ita, ut abſolutam cæcitatem afferat. Coincidentia, ubi in meatum, qui a baſi cerebri ueniens, oculo uidendi facultatem tribuit, humor adaperto, uel rupto uaſe incidit, obtu-

ratq; eũ: unde cũ dolore uiſus offendit.Symptomaſis accidit,cũ meatus ex atrophia,uel reſolutione fit E
arctior,cōciditq;.Quod uitiũ ut rarũ eſt,ſic remedijs ægre cedit.Carbũculus,cruſtoſum eſt ulcus, depa
ſcẽs cũ fluore,& bubone,aliquãdo etiã cũ febribus,interim in toto corpore,interim in oculis factũ.

De exterioribus capitis affectibus. Cap. 16.

CIrca uero capitis exteriores partes conſiſtunt ij,qui inter longos aſcripti nõ ſunt.Caluariȩ aũt fra
cturarum differentiæ quinq; exiſtũt, rhogme,engyſoma,ecpieſma,apechema,& camaroſis,diſtẽ
tio ſuturarũ, hydrocephalõ, achores,pityriaſis, meliceris,atheroma,fauus.Porrò eam partẽ,quȩ capil
lo tegitur,& mentum occupant alopecia,ophiaſis,caluities,madarotes.Pili oẽs fluunt,extenuant,quaſ
ſantur,ſcinduntur,ſquallescunt,in puluere rediguntur,ſubflaueſcunt,caneſcũt.Oculorũ morbi ſepara-
tim conſcripti ſunt.Auriũ,contuſio,pterygomata,fractura chartilaginis,ſordiũ uel exuperãtia,uel defe
ctus, grauis auditus,ſurditas,puris fluor,fluxus graueolens.Nares excruciant ozena,polypus,ulcus,fra
ctura,peruerſio,cõpreſſio,ſimoſis.Os infeſtat gingiuarum putredo,dẽtium eroſio,eorũq; dolor,& cum
è ſede ſua labant,† [abceſſus,epiglottis,]epulis,parulis,aphthæ,cruſtæ,tonſillæ, uua, ficus. Faciem oc-
† alias abſceſſus in lingua.
cupant ephelis,uari,lentigo,oſſium fractura,diſtentio cõmiſſurarum, eluxationes maxillæ inferioris à
ſuperiore gena.Ceruicem habent ſynanche,cynanche,ſtrangulatio,uertebrarũ expulſio, ſtrumæ, ſtea-
tomata.Humeros male habet uerticis ipſorum fractura,diſtentio.Iuncturã cubiti occupant meliceris, F
atheroma,ſteatoma,humor aqueus.Brachiale,ganglia. Digitos manus & pedis chymethla, reduuia.
Quãcũq; corporis partẽ inflãmatio,œdema,inflatio,durities,abſceſſus,ulcus purũ,ulcus ſordidũ,cauũ,
carne ſupercreſcẽs,cruſtoſum,ſiccũ,fluens,ſubpaſcẽs,calloſum,fiſtuloſum,mydeſis.i.putredo, phyma,
dothien,therminthes,phygethlõ,chalaza,phagedæna, phlyctides, carbũculi, epinyctides, eryſipelas,
herpetes.Mãmillas peculiariter,tũ naturalia ſexus utriuſq; uexãt carcinomata. Quãlibet corporis par
tem impetũt carcinoma occultũ,carcinoma ulceratũ,therioma.Inguina,bubones ſimplices, phymata
purulẽta ĩuadũt.Genu,gonyalgiæ,rheumatiſmi,tofi.Poplites ſteatomata,anchyle.Tibiã,uarices.Surã,
ſcirrhoma,chironia ulcera.Summã pedis partẽ,nigredines,necroſis,podagra,fiſtulæ.Calcẽ,ſquamæ.

De cutis affectibus. Cap. 17.

CVtem,totiusq; corporis partes exagitant lepra,pſora,alphos albus,alphos niger,leuce,impetigo
ſimplex,impetigo agreſtis,dracontiaſis,acrochordones,thymi,myrmeciæ,claui,calli. Quædam
horum ex podagra & articulari morbo,quædam ex ſeſe oriuntur. Sedem afficiunt hæmorrhoides cæ-
cæ,fiſſuræ,procidentia,condylomata,pylides.Aduenit etiam toti uuluæ procidentia, cum in exteriora
procidit.Scrotum habent enterocele,cirſocele,epiplocele,ſarcocele,porocele,ſteatocele. Totius cor- G
poris oſſa patiuntur cariem,ſphacelum,fracturam ſine uulnere,uel cum uulnere,ecbyrſoſin. Fractura-
rum differentiæ quinq; ſunt.Prima ſchidacedon facta,per rectitudinem:Altera per tranſuerſum,caule-
don.Tertia raphani in morem raphanedon.Quarta caryedon ideſt in modum nucis. poſtremo alphite
don,hoc eſt in ſpeciem ſarinæ.Nigreſcunt interim oſſa in fracturis,interdum ſine his. Articulis omni-
bus accidunt, paragogæ,e ſede propria motio,eluxatio,præterluxatio, colligatio,poroſis, rheumatiſ-
mi, diſtentio commiſſurarum.

De Chirurgia. Cap. 18.

CHirurgia eſt alieni,ut proprie uocant,per inciſiones,concinnationeſq; cum uia quadam & ratio-
ne ablatio:ad hæc ulnerum atq; ulcerum curatio:quæ in corpore humano adminiſtratur. Prima-
riæ eius actiones duæ ſunt,compoſitio,& diuiſio.Harum rurſus multæ ſunt ſpecies.Compoſitionis qui
dem,fractorum oſſium coniunctio,& deligatura,luxatorum repoſitio,inteſtinorum, quæ prociderunt,
collocatio,ad hæc,uuluæ,& recti inteſtini.Abdominis ſuendi ratio, γαστροραφίαν Græci appellant. Cur-
torum applicatio,ſiue adductio,ut in naribus,labris,atque auribus. Diuiſionis ſpecies, ſimplex inciſio,
præciſio,hypoſpatiſmus,periſcythiſmus,angeologia,exciſio,aduſtio,raſio,limatio, ſectio per ſerram.
Simplici ſectione in abſceſſibus uniuerſis utimur.Diuidendum uero membrum eſt recta linea,non trã- H
ſuerſa.Præciſioni locus eſt in alis, inguinibus, naribus, & ano inſtar myrti adhibitæ. Hypoſpatiſmo in
fronte,cum oculi fluunt.Periſcythiſmo in ſincipite,& colis pellicula,quam præputium uocant, nigricã
te.Exciſioni in membris nigreſcentibus,& capitis fracturis.In omnibus autem, quæ ad oſſa pertinent,
alijsque multis uſtio, raſio, limatio, ſerræ uſus utiles ſunt. Vſtio candentia ferramenta requirit,
proprie in ijs iam malis omnibus, quæ depaſcunt, & oculis rheumaticis, coxis, uel etiam interio-
ribus. Etenim in rabidis cãdentia ferramenta aſſumuntur, & in lienoſis: tum in brachijs, quæ in a-
lam excidere conſueuerunt: inſuper in ægilope, in nigricantibus, uel ijs, quæ reſecantur propterea,
quòd aperiantur uaſa: poſtremo in alijs ſanguinis profluxionibus. Hæc itaque in capite conſiſtunt,
quæ à manu auxiliantur. Fracturarum autem capitis genera ſunt quinque: Rhogme, engiſoma, ec-
pieſma, apochema, & camaroſis. Non nullorum ſententia additur & ſexta, trichiaſis, per ſumma
oſſium inſculptio. Hydrocephalon quatuor ſpecies obtinet: Vnam cum intra cerebrum & inuolu-
crum eius humor ſubſidet: Alteram, cum intra membranas & oſſa: Tertiam, cum intra os, & pe-
ricranium: Reliquam, ubi os & cutem interiacet. Circa cutem oriuntur meliceris, atheroma, & ex-
trinſecus alopeciaſis. Itaque alopecias laniamus, meliceridas & atheromata myrti modo, uel ſimpli
citer ſummam cutem diuidentes, deinde tunicas digitis auellentes, cum ipſis humoribus, qui inſunt,
auferimus.

A mus. Quod ſub oſſibus eſt, excidimus. Quod tandem intra meningem cerebrumq; incidit, inſanabile eſt. Omnis fracturarum caluariæ ſpecies exciſione adminiſtratur, exciſoribus id, quod in oſſibus fractū eſt, auferentibus. Veteres igitur modiolis per circumuerſionem ſecantes ipſa excidebant. Poſteri terebris uſi ſunt, ægros in ſedile, tum ſectores collocantes. Hac tempeſtate exciſoribus tantum ſedem exhibent. Ex oculorum uitijs hæc manus præſidium expetunt, trichiaſis, hydatides, encanthides, ungues, ſtaphylomata, ſuffuſiones, fluores diuturni, & excedentes, palpebrarum calculi, coagmentatio oculos ambientium in idem, ægilops. Palpebras itaque relaxatas conſuimus, †id quod præter naturalem habitū eſt, auferentes. In palpebris non relaxatis, †acus candens ab angulo ſub ipſis radicibus immittitur. Hydatidas ſingulatim tollimus. Encanthides, ungues, & ſtaphylomata præcidimus. Staphylomata quidē †ſolum ad ipſas radices per medium tranſuere acu lina ducente oportet. Vngues & encanthidas uel lino uel hamulo attrahimus. Hypochyma deducimus pungentes circa irim ex minori angulo, † deinde in eius ſummo concretum pupillæ humorem fractionibus radentes, ſtringenteſque, ne ſuſpicias. Hypoſpathiſmus, periſcythiſmus, & angeologia fluorem ſiſtunt. Hypoſpatiſmus itaq; tribus fit ſupra frontem diuiſionibus. Poſt ferramento (quod ſpathomelam appellant) per corpora, quæ interiacent, tranſmiſſo. Periſcythiſmus eſt, cum tranſuerſis lineis coronæ modo frons ſecatur. Altera ipſius parte paulo B ſuperius, quàm tempora ſunt, quædam triangula amputantur, Græcorum literæ Δ ſimilia. Angeologia perficitur uaſis latentibus a tempore ad tempus in profundum diuiſis. Palpebrarum calculis medemur magna ipſarum diuiſione, qua lapides integre auferimus. Connatas palpebras ſcalpello aperientes [†ſiccis medicamentis] diducimus. Aegilopas ad os uſque excidentes ferramentis candentibus adurimus. Sunt autem, qui loco ferramentorum candentium terebratos forant uſque ad nares. Polypum, qui in naribus naſcitur, anguſto ſpecillulo ab oſſe reſoluimus, & raſorio cultello poſtea radices demetimus. Ozænæ raro ad ſanitatem proficiunt. curatio uero earum in ijſdem uerſatur. In ore epulidas & parulidas diuidimus, ubi ſuppuratio ſe oſtenderit. Vuas demiſſas, ſiue collapſas nimium, incidimus, uolſella prehendentes. Dentes eximimus ſcarificatione circa eos facta. Adenas excedentes naturam in tonſillis aduerſis plagis amputamus. In ceruice ſteatomata, & ſtrumas, cute diuiſa, & digitis auulſa, tum uaſorum complexu diſſoluto tollemus. Ganglia, quæ in metacarpijs ſeu poſtbrachialibus magna ex parte eueniunt, & mulieribus lana uictum quæritantibus plerunque extundimus, interim ceratis mollita curamus. In alijs phymata & ſtrumas præcidimus. ſimiliter in inguinibus. Abſceſſus in ſpatio intercoſtali diuidentes non uniuerſim, ſed moderate, paulatimq; puris excretionem molimur. Sunt, & qui adurant eos. Carcinomata in multis corporis partibus, maxime circa mammas C oriuntur. Præcidimus ubicunque fuerint, & ferramentis peruruntur non admodum ignitis. Non deſunt, qui raſorijs ferramentis ignitis ſimul ſecantibus, & adurentibus utuntur. Exomphali, omnes, quibus umbilicus extuberat, appellātur. Differentia triplici comprehenduntur. quidam enim pneumatomphali, quaſi qui ſpiritum ſub umbilico collegerint. Alteri enteromphali, quibus inteſtina ad umbilicum procedunt. Reliqui hydromphali, qui aquam ſub umbilico geſtant. Omnes differentiæ manu ſanantur, lino duplici per acum immiſſo, & umbilico circumſtricto. Hydropicos paululum ſub umbilico a ſiniſtris pungimus ferro inſtar myrti facto, donec inania penetrauerit. Apellarum duplex curatio, horum, qui intrinſecus excoriantur, illorum, qui extrinſecus orbiculatim in ſumma cute diuiduntur, ut præputium intus attrahatur. Qui per anguſtias præputij exerere glandem nequeunt, ſumma eius pellicula, quantum licet, retracta, dein callis, qui in conſpectum prodeunt, ſcalpello per ſumma auulſis curantur. Hypoſpadiæ ſunt, qui ex generatione, urinæ iter inferius ſub dicto cane habent: curantur autē ſumma glande perforata & canaliculo immiſſo. Qui dicuntur atreti, ſiue foramen habeant tenue, ſiue nullum omnino, auxilium capiunt hoc pacto: Acuto ſpecilli immiſſo adaperimus, deinde digitum ſubmittentes undique abſoluimus. Lapides in ueſica habentes ſecamus, calculum in ueſicæ collum adigentes, inciſorio autem lapide utentes ſemel ſuperiacentes particulas diuidimus, & ferro ad id D idoneo, quod propterea λιθολάβον Græci appellant, calculum auferimus. Quibus fluere urina quoquo modo cœpit nimis, rhyadicos appellant, ſi magnus callus fuerit, pręcidendo ipſum curamus. Quibus urina propter copiam non redditur ueſica diſtenta, ut remittere ſe nequeat, per fiſtulam cathetera urinam elicimus. Porrò huic inſtrumento ad Romanæ literæ, ſ. figuram facto, quod in urinæ iter uſque ad ueſicam demittitur, inditur filum, quod in ſummo habens lanæ paululum procumbens, urina madefactum, deinde foras extrahitur, quod urina tanquam ducem uiæ ſequitur. Tumorum, qui ſcroto accidunt, ſeptem ſpecies ſunt, hydrocele, porocele, ſteatocele, ſarcocele, epiplocele, cirſocele, enterocele. A quibuſdam hæc complicata adduntur, hydrenterocele, ſarcoepiplocele. In his, qui hydrocele laborant, ſcrotum diducendum eſt, & ubi maxime uenoſum eſt, inuentaque tunica, humorem ea comprehenſum euacuare oportet, & tunicæ ſuperuacanea auferre: in quibus ſine tunica eſt, excernere humorem ſufficit. Steatocelas, & porocelas ſimiliter, ſiniſtra manu ſcrotum extendentes ſecare conuenit, poſtea in ſuperficie diducere, donec adipi, uel callo, uel alij cuicunque incidamus, & hoc auferemus. Pari modo ſarcocelici tractantur. Oportet autem ſubiacentem carnem albicantem præcidere, rubram excoriare & detrahere, ac tunc reliquias adimere expedit. In cirſocelis extendes uaricem hamulo in ſuperficie diuiſum, exceptumque auelles, relicta ceu digiti parui latitudine: reliquum extenſum abſeca. Cura uero non mediocris adhibenda eſt in neruis illi complicatis,

†Faſciolam ab ipſis auferentes, quantam commenſuratio iuxta palpebrarum figurā poſtulat.

†Pilos per acum illaqueamus.

†Filo tranſmiſſo ablaqueantes.

†Donec acus penetrarit, & loco uacuo excipiatur: deinde per obliquum ad iridem perducētes ſumma eius parte compactum circa pupillam humorem deducimus, deligites & ſtringentes, ut ne aſpiciat.

†Alij legunt [illegible] i. ſubiectis linamētis.

κρεμαστῆρας Græci uocant,& teſticulis.Enterocelicos,& epiplocelicos ita ſecamus, reprimentes inteſtinum,uel omentum diligenter,mox ſeminarium meatum au feremus,q̃ fieri poterit,commode: Sin minus,peritonæum attrahentes,& laqueo excipiẽtes præcidimus.Hæmorrhoides lino duplici per ipſarũ baſes tranſuentes conſtringentesq; poſt horas duas abſcidimus.Fiſtularũ non nullę perforatæ nõ ſunt, os tantum habentes.Quædam perforate uel intus in anum,uel extrinſecus.In perforatis in anum, ori cularium ſpicillum immittes,mox digitum in ſedem afferẽs,inteſtinum attrahes mucrone ſpicilli, idq; amputabis,ab inferiore loco incipiens,ſimiliter & in exterioribus ani.In non perforatis ſpicilli acumine omnes ſanas particulas penetrare conuenit.Sunt,qui loco reciſionis præciſioniſq; partium foramina interiacentium lino byſſino in ſummitare ſpicilli conuerſo diuiſa auellunt,intermedias partes quotidie circũtendentes fila amputanr,& callum mollientes medicamento Aegyptio cicatricem inducũt. Hic modus primum ab Hippocrate conſcriptus eſt. Varices in cruribus primum extrinſecus inciſuris per totum inſignitos,deinde inclinantes ſumma cute prehenſa, ipſam primam diuidimus , & mox hamulo attractum uaricem illigamus,quo poſt omnes diuiſiones facto, uel uaricum extractorio inſtrumente,quod Græci κιρσοῦλκον, uocant,eximimus, ſumma diſcindentes , uel bicipiti ſpicillo exceptum, lino per ipſius uentriculum ſecundum euerſionem extrahimus. Dracontia uaricibus ſimilia ſunr, magnum uero dolorem,dum paululum prominentes mouentur,concitant.Oportet autẽ diuiſis,ut uarici F bus,ſummam cutem detrahere,ſicq; præcidere.Clauos,callos,acrochordonas,thymos,myrmecias ex cidentes adurimus,uel pſorico illinimus.Curta in naribus,auribus,oculis, hoc modo ad naturalem habitum reſtituuntur:Labra ſcalpello undiq; deradentes cruentamus,deinde adducentes dẽſius ſuimus: iuxta maxillas autem ex utroq; labrorum extremo,qua inuicem coeũt,intus & extrinſecus diuidimus, diſtendimusq; uolſellis,ne caro inde relaxetur . Quæ auribus uel naribus curta accidunt, cum fuerit chartilago diuiſa,producere aliam conuenit,ſicque conſuere lanæ filo.

De artubus confractis, partibusq; à ſuo articulo dimotis. Cap. 19.

FRacti artus ex diſtenſione quidem in rectum reſtituuntur:ex deligatura callo obducuntur. Caluariæ ergo fractiones quot modis accidant,quomodoq; curentur,diximus.Et,ſi in facie fractura cõtingat,ut in capite,ſanare conuenit,oſſe,quod affectum eſt,exciſo.Sciendum autem eſt,quæ oſſa fracta curationem non recipiant.Si igitur nares confractæ ſunt,non recte poſſunt reſtitui.Aurem etiam frangi ſcribit Hippocrates,quoniam & chartilago imitatur os,ægerrimeq; in priſtinam figuram reducitur. Verum,ſi ex palaro fracturam accipiant nares,ſimæ,ur inquit,euadunt & inſanabiles. Porrò, ſi clauicula frangatur,uel iugulum,uel coſta aliqua,& hæc frequenter reſarciri non poſſunt.Epithemata in iugulo adhibenda ſunt,ipſumq; ab ala ad alam deligandum eſt.Ceterum, ſiquod maiorum membrorum G fractum ſit,uel minorum partium aliqua,ut digitorum nodi, uel oſſa brachialis, uel poſtbrachialis, uel tarſi,omnia quidem in magna fruſta cauledon,uel raphanedon,& ſchidacedon franguntur:minutatim caryedon,uel alphiredon.Omnia ergo fracta deligantes,extendentesq; admodum uehementer & ualide diducere,& multum inuicem ſeparare oportet,ut iuſtum ſitum,priſtinamq; figuram recipiant. Nõ autem in rectum omnia reſtitui debent,ſed ad proximi,cui cohærenr,membri figuram. At, ſi os rectum ſit,in rectum:ſi obliquum,uel alio quouis modo curuum,ſimili modo. Modus autem deligaturæ ad omnia præparandæ hic eſt.Faſcia eſt linteis ueteribus facienda,quæ tum latitudine,tum magnitudine mẽbro reſpondeat.Latitudine quidem in maximis digitorum quatuor,uel quinq;.In tenuioribus non minus digitorum trium.Deligaturæ hæc ratio. Prima faſcia ter nobis in fractura ſurſum uerſus fertur ut plurimum. Altera dimidio longior ab eodem loco incipit,euariantibus deligationibus deorſum quidẽ tribuitur,ſed ad ſuperiora reducitur.irrigari hydrelæo,uel œnelæo,uel glycelæo aduſq; triduum expedit:poſt cerato diluto & liquido,ut oleum craſſum uideatur. Verum faſcia ita paretur, ut non nimium premat,ne membrum emoriatur,ſed quoad adiacear apteq; adhæreat : neq; ſit laxa, ut contineat & repellat influxus,ne oboriatur inflammatio.Poſt ſplenia triplicia quadrupliciaq; adhibeantur, quæ artus craſſitiem impleant:quo nec ſibi mutuo incidanr,nec diſſidentes interuallum relinquant. Ab his faſcia H conuenir triplex,quæ à fractura deorſum ueniens,ſurſum rurſus feratur,ibiq; finiat. Solutiones membri primæ tertlo quoque die faciendæ : poſt ſeptimum uero diebus intermiſſis pluribus, prout neceſſitas exiget.Inde licebir ferulas circumponere,ſed ita,ur ad ultimam faſciam lana apponatur,& ex interuallis ferulæ collocentur,cum membrum ab inflammatione eſt prorſus immune , curua ipſarum parte extrinſecus ſublata , leui autem intus deligaturæ iniecta . quibus ſuperligabuntur uel chordulæ, uel nauticum filum. In fracturis cum uulnere, pro his omnibus ſplenia duplicia uel triplicia facientes per ſingula craſſitiem membri circulatim implebimus,ut termini ipſius inuicem incumbentes ſeparentur: totumque membrum his contineatur . Primum ſane ex prædictis impoſita madida eſſe conuenit: deinde lanas propoſitas , & faſcias poſt lanas habere per ſubiectam ſedem canalis aperti . Maxime is modus deligaturæ confert ijs , quæ alphitedon fracta ſunt cum uulneribus , & multa contuſione muſculorum , in quibus etiam linamenta liquoribus competenribus madentia imponenda ſunt. Linamentorum ſunt quinque ſpecies , aliud flexile , aliud raſile , aliud uulſorium , aliud lucernarium, aliud priapiſcotum appellant. In luxatis uero diſtentione quidem antecedente opus eſt:repoſitio pro quolibet membro propria aſſumitur . Omnia in Hippocratico ſubſellio reſtituunrur , ſimul & tenſa , & commiſſa. Caput luxatur,nam prima ceruicis uertebra coarctatur ad ſecundam. Maxilla inferior et

iugali,

A iugali, quod eſt ad malas, excidit. ſolis autem manibus in ſedem ſuam compellitur, hinc illincque ad ſuperiorem adducta. Humerus in alam tãtum excidit, capitulo rotundo & leniter cauo, quod Iones ἄμβην uocant, cum diſtenſione in ſedem reducitur. Sunt & aliæ [inferiores] quas palæſtricas nominant. Cubitus in omnes quatuor partes excidere poteſt. ſi in exteriorem interioremve, cum diſtẽſione reponimus: ſi in priorem uel poſteriorem, ſine diſtentione reſtituimus: nam hæc ex ſubita inflexione quodam impoſito flexuræ cubiti conſiſtit: Illa, extenſione uehementiori. Brachiale, & poſtbrachiale, ad hęc digiti luxati, modica diſtenſione reponuntur. Quæuis ſpinæ peruerſio, curuitas, & inclinatio, & tortuoſitas inſtaurari non poſſunt. Femur ad coxas uel intro ad colem, ut extra ad oppoſitam partem prolabitur, retro ad clunes, & ante in inguina. atque hæ quatuor differentiæ immedicabiles. Genu quoque crebro in exteriorem partem prolabitur, & facile ex flexura reſtituitur: minus in interiora excidit, reditq; multo rarius in poſteriora, in anteriora nunquam: quippe oſſa, propter patellam, quæ continet (niſi & ipſa fracta fuerit) nullo tempore elabuntur. Talus modice prolapſus ægre reſtituitur. Si magna ſit luxatio, & uiolenta, ne ſuſtinet quidem inſtaurationem. Periculoſa enim nimis, &, ſi cum uulnere accidit. In digitis nihil ultra fieri debet, quàm quod in iis, qui ſunt in manu, poſitum eſt. Omnes uero coagmentationum eorum ſeparationes, ut in facie, cubito & radio, tibia & ſura, metacarpio, brachiali palma, in B ueterem figuram reſtituuntur. Porrò, quæ membra nigreſcunt, uel depaſcũtur, ſiue ex fracturis, ſiue uiolenta adſtrictione, tota ſæpe reſecamus. Similiter in iis facimus, quos uenenatæ feræ momorderunt, mox ferramentis prope candentibus paſſionem ſiſtimus, poſt ferramenta porrò uiridi cum ſale illinimus. Deinde ubi cruſtæ† [ruptæ fuerint,] tanquam ulcera curamus. Venenatorum morſus neque cito ad cicatricem ducimus, ſed frequentius ulcerum fluorem ex eis concitamus.

† κατεφλῶσιν, i. ablatæ fuerint, uel ut habet alius codex manuſcriptus, κατορθῶσιν, i. curatæ fuerint.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE VIRTVTIBVS NOSTRVM CORPVS DISPENSANTIBVS.

DE diſpenſantibus corpus noſtrum uirtutibus, quot ſint numero, & quæ ſit unaquæq;, & quem in animali quælibet locum obtineat, neceſſarium eſt ſcire omnes medicos, ad ſcrutandum de paſſionibus, & inueſtigandum eam quæ patitur, & ſanandum maxime ipſam. Scire igitur oportet ipſas ex tribus C prouenire periculis. Ex capite quidem eam qua ratiocinamur, & meminimus, & ſentimus, & de loco ad locum permutamur. Ex corde uero eam qua iraſcimur & percalidi ſumus, & adhuc pulſum habemus in ipſo corde & in omnibus arteriis. Ex hepate autem eam ſecundum quam nutrimur, & augemur, & cibum appetimus, & aſſumptum elaboramus concoctione, & digeſtione, & ſanguificatione, & appoſitione, & proſphyſi, & diſcretione, & excretione. Ad has autem ſuppoſitiones ſequitur neceſſario deſipientias quidem, & manias, & melancholias, & phreneſes, & lethargos, & catarrhos, & apoplexias, & epilepſias primi principij eſſe ægritudines, & omnino in eis pati caput, uel primum & ſolum, uel compatiens alteri particulæ. Febres uero alias, & epialas, & impulſatilitates, & malas pulſatilitates, & infrigidationes, & rigores & ſyncopas, & maraſmos, & quæcũq; alia talia, alterius principij eſſe paſſiones, & pati in eis ipſum cor, uel compatiens alicui alteri, & maxime ortorum ab eo, uel ſolo ipſo ſecundum ſe male habente. Atrophias autem, & cachexias, & cacochymias, & diſcolorationes, & ictèros, & diarrhœas, & urinarum immoderatas excretiones & elephantiaſes, & canD cros, & uniuerſos hydropas tertio principio fieri patiente, uel aliquo ortorum ab eo. Spiritus autem qui ſecundum arterias & cor, uitalis eſt & nuncupatur. Qui uero ſecundum cerebrum, animalis: non ceu exiſtens ſubſtantia animæ, ſed ut primum eius organum habitantis in cerebro, quicunque ſit ſecundum ſubſtantiam. Ignorare enim eam confiteor, cum a nullo demonſtrationem euidentem didicerim, ſolum autem adinuenerim complexionem cerebri oportere cuſtodire commenſuratam neceſſario eos qui meditari & uiuere recte eligunt. Sicut autem uitalis ſpiritus ſecundum arterias & cor generatur, materiam habens generationis ex inſpiratione, & humorum uapore, ita animalis ex uitali amplius elaborato habet generationem. Decens enim fuit magis omnibus eum tranſmutatione certiſſima potiri. Quo circa & uelut labyrinthum telam per quam uariam condidit natura prope cerebrum, retiformem plicaturam, diuturnam eius moram in uaſis ingenians. Omnes uero particulæ corporis, a cerebro habent ſenſum & motum: peruenientibus aliis quidem neruis ad organa ſenſuum ad dignotionem ſenſibilium, aliis autem mouentibus ea, quæcunque mouentur motu qui ſecundum impetum. Cerebrum quidem non ſenſibile organum a natura, ſed ſenſuum factum eſt. Hæc igitur ſufficiant ad præſens. Generatio uero animalis, diſpenſatio a tribus principiis conſiſtit. Vno quidem eo quod in capite ſeruatum eſt. cuius ſunt opera ſecundum ſe quidem, phantaſia, & memoria, & reminiſcentia, & ſcientia, & intellectus, & excogita-

tio.in ad aliquid uero,principalis sensus sentientibus animalis particulis, & eis quæ mouentur secun- B dum impetum.Alio autem eo quod in corde situatum est.cuius opera secundum se quidem modo est uelut ingeniare† & permanentia ut non uincantur.secundum passionem uero,uelut ebullitio innatæ caliditatis,desiderante anima punire eum qui existimatur tristasse. Er hoc uocatur ira. in ad aliquid autē, principium caliditatis esse ijs quæ secundum partem particulis.& arterijs motionis pulsatilis.Tertij uero principij firmati in hepate sunt omnia quæ secundum nutritionem animalis. quorum maximum in nobis, & in omnibus fere animalibus est sanguinis generatio. Huius autem usus est & delectabilium finitio, in qua uehementius nocent motu secundum intemperantiam & uolupeatem operationum.

†Al. uigor animæ.

GAL. ADSCRIPTVS LIBER, DE ANATOMIA PARVA.

F QVONIAM interiorum membrorum corporis humani passiones erant ignotæ, placuit ueteribus medicis, & maxime Galeno ut per anatomiam brutorum animalium, interiorum partes manifestarētur. & cum quædam bruta animalia, ut simia, inueniantur nobis in exterioribus similia, ita secundum interiorū positionem nulla inueniuntur adeo similia ut porci, & ideo in eis anatomiam fieri destinamus.Est autem anatomia, recta diuisio membrorum, quæ sic fit. Porcum debes inuersum ponere.& per medium gutturis incidere: & tunc tibi primum lingua occurrit,quæ dextrorsum & sinistrorsum quibusdam neruis alligata est,qui motiui† dicuntur:quia cum ipsi a cerebro ueniant ad pulmonem, a pulmone uertuntur ad linguam, per quos lingua mouetur ad uoces formandas.ibi iuxta sunt quædam carnes glandulosæ quæ dicuntur farynges.Qui colligitur humor,in eis facit brancos. In radicibus linguæ oriuntur duo meatus scilicet trachea arteria per quam transit aer ad pulmonem:& œsophagus per quem immittitur cibus ad stomachum:& est trachea arteria super œsophagum:super quem quædam chartilago est quæ dicitur epiglottis,quæ eleuatur aliquando,ut cibus & potus per tracheam non descendat, & aperitur ut aer intret & exear.Inter tracheam arteriam & œsophagum est locus qui dicitur isthmos, id est inter G duo principia,in quo aliquando humor colligitur ad apostema quod dicitur angina: aliquādo pars est intus & pars extra & dicitur squinantia:aliquando est totus extra & dicitur synantia:tunc debes separate tracheam arteriam ab œsophago,& inuenies pulmonē & cor.Cor uero est in sinistra parte,& pulmo in dextra,quorum quilibet in sua capsula cōtinetur. In capsula uero cordis colligitur materia quæ facit syncopen. in capsula pulmonis colligitur materia quæ facit peripneumoniam.& tūc uidebis quādam uenam quæ concaua dicitur:quæ ab hepate uenit per medium diaphragmatis,& subintrat inferiorem auriculam cordis:& fit arteria de qua sunt omnes arteriæ aliæ quæ procedunt ad membra in quibus fiunt pulsus,quibus mediantibus cor alligatum est pulmoni,& thracheæ arteriæ, & fistulis pulmonis,in quibus colligitur humor qui facit sansugium,aliquando colligitur extra eas, & facit anhelitum: & aliquando intus,& extra eas,& facit orthopnœam.Et quòd pulmo sit cauernosus, potestis probare, si cum calamo intromisso infletur.Sub illis membris est panniculus, qui dicitur diaphragma, qui diuidit ea a nutritiuis,qui coniungitur teneritatibus costarum, in quibus colligitur humor, qui facit pleuritin. Tunc debes reuerti ad interiora.& ad nutritiua, & computa longitudinem œsophagi usque ad septimum spondylum,& ibi incipit os stomachi supra diaphragma:stomachus uero inferius. Sub stomacho est intestinum, quod dicitur portonarium: sub portonario est duodenum: sub duodeno, ie- H iunum: sub ieiuno,orbum:sub orbo,saccus:sub sacco, longaon: & sunt ibi quædam gracilia intestina, quæ lateralia uocantur, in quibus est iliaca passio. Ex dextra parte sub fundo stomachi est hepar positum, in cuius substantia est, quasi quædam uesica, quæ cystis fellis appellatur. & super hepar sunt duo panniculi girbus, & sifac: qui sunt impliciti uelut rete,quod apparet ibi pinguedo:& dicitur grossus girbus. quod autem subtilis, sifac: qui procedunt usque ad splenē, per quos uenæ transeunt, per quas melancholia ad splenem ex hepate mittitur. Est autem splen membrum oblongum in sinistro latere positum. Loca quæ sunt sub splene & hepate dicuntur hypochondria. Tunc debes omnia intestina extrahere, & tunc occurret tibi in medio spinæ arteria magna: sub qua & uena magna continetur, quæ arteria fit de omnibus arterijs capitis, quæ de recto condensantur in uenam magnam, & arteriam quæ descendit ad lumbos: & ad se uarias arterias transmittit tam dextrorsum, quàm sinistrorsum ad inferiora. Vena autem magna fit de uenis capitis condensatis, quæ uenit usque ad renes, & bifurcatur, & ibi fit caua uena, in qua infunduntur capillares uenæ, quæ præ nimia paruitate sui uideri non possunt, per quas urina cum quatuor humoribus uenit ad renes. Sunt inter ea autem & renes quædam membra oblonga, & concaua in principijs lumborum posita: & in renibus decolatur urina a quatuor humoribus. tunc inuenies ibi duos meatus, qui ureteres dicuntur

†Al. reuersiui.

A dicuntur pori:& per eos resudat urina in uesicam.nam insiguntur uesicæ, qui etiam trāseunt per quendam panniculum,quo omnia intestina præter longaonem clauduntur, qui uocatur* epigome cinctus menon,quo aliquo erupto cadit intestinum in oscheum,supra quem est quædam pinguedo,quæ uocatur omentum:supra omentum est sumen.

*Al giribus.

Nunc de anatomia matricis dicendum est.

Sciendum est autem quòd natura hoc membrum in mulieribus disposuit,ut quicquid in toto mense de superfluitate generaretur,ad hoc membrum in consueto tempore tanquam ad sentinam totius corporis mitteret:& inde mulieres naturaliter menstrua habuerunt.Est etiam hoc membrum ager naturæ,qui excolitur ut fructificet,in quo aliquando ut in bonam terram semen eijcitur,quod adhæret in ea,& per actionem cooperantis naturæ calidæ, & spiritu mediante inferius scinditur more grauis : & a se ramusculos emittit per quasdam radices uel ora,quibus insigitur matrici, & per quæ nutrimentum sibi ministratur & futuro fœtui,& sic postea actione uirtutum, ut sæpe a me uobis dictum est, si bene recolitis,futurus fœtus generatur,& augmentatur.Est autem posita matrix super intestina, & supra collū eius est uesica,& sub ea longaon est,& inferius est uulua. Tunc debes scindere matricem per medium os,ubi inuenies duos testiculos superpositos,per quos sperma mulieris mittitur ad matricem,ut ex eo
B & uirili fiat fœtus.Habet autem matrix septem cellulas,& si prægnans est, in ea fœtum inuenies, supra quem uidebis quandam tunicam, quasi quandam camisiam,quæ secūdina dicitur, quæ rumpitur quando fœtus recalcitrat ad exitum,quæ alligata matrici & fœtui uenis per eam transeuntibus nutrimentū ad matricem,& ad fœtum transmittit.& illi meatus quibus fœtus alligatur, dicuntur cotylidones. Est etiam ibi quidam magnus meatus,qui umbilicus dicitur, qui rumpitur iuxta matricem in quantitate quatuor digitorum,ex cuius ligatura fiunt phlegmone in umbilico.

Nunc de anatomia cerebri uideamus.

Debes ergo in summitate capitis incidere,& remota cute inuenies pelliculas quasdam,quæ dicuntur musculi,sub quibus inuenies os,quod dicitur cranium.sub cranio est pellicula, quæ dicitur dura mater,sub qua est pia mater,denique cerebrum.In oculis est tunica, quæ appellatur coniunctiua, & apparet alba:quæ est iuxta eam,aliquantulum est subnigra,& dicitur cornea: quæ sub illa magis est nigra & minor,& dicitur uuea.Tunc incide per medium,& humor qui prius exibit,dicitur albugineus: qui post eum est,clarus est,& coagulatus in modum crystalli,& dicitur cristystallinus:& qui ultimo est, ipse uitreus appellatur. Neruus,qui ab interioribus uenit ad oculum,qui est albus, & angustus, ipse dicitur opticus,& qui uenit ad aures,dicitur auditorius neruus.

C

GAL. ATTRIBVTVS LIBER DE
ANATOMIA VIVORVM.

CENSVRA.

Liber,in quo multa uera & Galeno digna continentur,sed tamen longe ab eo differens,quem Galenus ædere proposuerat.

Partium corporis diuisio,natura,usus,& dignitas.

D MEDICORVM anatomicos necesse est præcognoscere, q humanum corpus cum sit compositum,ad hoc ut sit sustentaculum motuum & operationum diuersarum,ex multis & diuersis componitur instrumentis. cōiungitur enim nobilissimæ animæ, a qua influunt ei potentiæ nobiles, & uirtutes multiplices, quarum ministerijs regatur,& saluetur inesse,& prohibeatur a corruptione,& a casu ueloci. Sed cum nullius uirtutis ministerium compleatur nisi per organum conuenienter adaptatum:tunc exigitur adaptatio, & præparatio organorum multiformium, ad texturam corporis humani ordinādam, per quæ uirtutes negocient̄,& effectus quos intēdūt attingāt.Verū quia opatio quælibet absq; multiplici iuuamēto nō saluat̄ diu,neq; ēt fit:tūc oportuit ut organa specialia haberēt speciales texturas ex partibus diuersis.Et dico q tā ea,q̄ partes eorū a medicis mēbra appellant̄.quarum generatio est ex humoribus proportionatis,sicut humorū ex cibis.Vnde mēbrorū alia simplicia,alia cōposita : Simplicia sunt,quorum quācunq; partem sensibilē assumpseris,erit illa toti cōicās in noīe & definitione: sicut os & caro. Cōposita sunt,quorum quācunque partem assumpseris animalis, toti cōicans nō erit nomine & definitione,sicut manus & facies. Membrorum similium partium primum est os: quod creatum est durū, quoniam corporis est fundamentum,& motuum sustentamentū.tamen & ipsum etiā & secundū magis & minus in duricie diuersatur.Post ipsum est chartilago in duricie mollior, ad flectendum humilis,sed omnibus alijs durior. In cuius creatione iuuamentum fuit, ut per ipsam ossium cum pelliculis, &

carnibus facilior & melior fieret continuatio. Si enim molle cum duro absque medio componeretur, E
accideret ei passio uehemens apud percussionem, & coarctationem seu constrictionem: & ex casu ip-
sius supra durum immediate, & resistentia, seu repulsione duri constantis: quare ordinata fuit positio
mollis cum duro: & inuestitæ fuerũt ossium extremitates bucellares, & cõcauæ, hoc corpore medio, si-
cut est in oculo, scapula, & in ossibus costarũ, & in epiglottali chartilagine, & in osse suspẽso in furcula,
& in alijs pluribus. Non solum autem hoc iuuamentum, sed etiam alia in eis reperiunt iuuamenta plu-
ra, sicut in osse, quod suspenditur in furcula ad defensionem oris stomachi. Et quãdoque per ipsam me
lior uicinitas fit iuncturarum sese inuicem fricantium: alioquin sui duritie rumperentur. Et aliquando
iuuat in sustentando membrum molle extensum, & elongatum in suo itinere: propter quod alio indi-
get, cui innitatur, & a quo confortetur. Postea sunt nerui, qui sunt tanquam uirgulta orta a cerebro, &
a spinali medulla, a substantia†nuncia seu uicaria in ipsis, duram & flexuosam habentes substantiam, ad †al. alba.
separandum difficilem. Et iuuamentum eorum est deferre uirtutes sensibiles a cerebro, & motiuas ad
partes alias: & corroborare totum corpus per quod incedunt, & dilatare quãdoq; se in cinctorio mem
brorum ceu carentium, sicut hepatis, splenis, & pulmonis. ista. n. membra, & si sensum non habent, posi-
tum est tamen super ea cinctorium neruosum cooperiens ea, quæ quando apostematibus & uentosita-
te tensa fuerint, peruenit apostematis grauedo, seu pondus, aut uentositatis extensio ad cinctorium, & F
ad ipsius radicem, & sentir ipsam. Postea sunt cordæ ab extremitatibus musculorum ducentes origi-
nem, quarum substantia substantiæ neruorum similis est, ad membra tendentes mobilia. quæ quando
retrorsum trahuntur, propter sui principij attractionem ea retrahunt, quibus alligantur: & quandoq;
laxanr, quia eis accidit relaxatio ex eo, quòd relaxantur sua principia, & ad suos tendunt fines: & quan-
doque extendunt: sicut apud sui extensionem; quam habent ex suis principijs egredientibus mensura
suæ longitudinis consuetæ. Et substantia chordæ cõponitur ex neruo, & ligamento ingredientibns mu
sculum, in quo perficiuntur, & fiunt tanquam fila in eo, & ut plurimum penetrant per medium illius, &
ex altera parte egrediuntur, & aggregantur in unum, & chordam constituunt: quæ quando separatur
a musculo, ad iuncturam uadit, aut ad membrum mouendum, & colligitur in seipsa, & inchordat ip-
sum sicut chorda arcum. Postea sunt ligamenta: sicut prædiximus, similia neruis. Et quædam eorum ab-
solute ligamenta uocantur: & quædam sunt, quibus appropriatur nomen alhacab. Illud autem, quod
ad musculos extenditur, non uocatur nisi ligamentum: quod autem ad musculum non extenditur, sed
continuatur inter duo extrema ossium, aut inter alia membra, annectendo unũ alij firmiter, & ligamen
tum, & alhacab appellatur, & ipsius extractio, & origo est ab osse. unde & sensu carẽt sicut & os. & hoc
prouisum est ei melius, ne propter motuum suorum uehementiam & multam fricationem doleat. Iuua G
menrum ipsius est nexio, & concatenatio iuncturarum, & corroboratio neruorum. quandoq; enim ner
ui separantur de suis principijs, & partiuntur, & ramificantur in membris, & propter hoc in suo proces-
su magis subtiliantur, quanto magis remouentur a suo motu, cum rami ipsorum multo fiant subtilio-
res, quàm radix. quamobrem ne cadant in defectum, & corruptionem, gubernauit eos Dei sapiẽtia mi
sericorditer agens. etenim ex ossibus rem similem sibi extraxit, quæ connexio uel ligamentum appella
tur. & ipsam neruo miscuir, & ex eis, quasi rem unam effecir, & sic acquisita sibi crassitie securius ince-
dir neruus ad membra longinqua, & non est timor de resolutione uirtutis eius: & prætcrea nõ erat con
ueniens, ut nerui ossibus continuarentur, quæ sunr sustentamenta, & radices membrorum mobilium.
ossa enim sunt solida & dura nimium: neruorum autem substantia mollis, & subtilis. Post ligamẽta sunt
arteriæ, quæ sunt organa concaua, in longitudine extensa, neruosa, & in sui substantia ligamentalia, ha-
benres motiones diuersas, & quietes assimularas, seu proportionatas motionibus, & quietibus cordis
quod est earum principium. Et sunt compositæ ad hoc, ut per ipsas euentetur cor a suis fumis, & respi-
ret calor naturalis, & spiritus distribuatur in membra, quæ sunt post ipsum, propter partitionem & ra-
mificationẽ, quã suscipiũr. Et postea sunt uenæ, arterijs in aliquibus assimulatæ, nõ habẽtes motũ dilata
tionis, uel cõstrictionis sicut & arteria: & hoc est ꝙ quietæ noĩantur. Et sunt creatæ ad hoc, ut sint uiæ H
per quas feratur sanguis nutrimentalis, & membris partiatur secundum quòd necessarium est. Vnde
de necessitate ad omne membrum instrumentale ueniunt duæ uenæ, pulsatilis & non pulsatilis, ad defe
rendum duo genera sanguinis, quibus membra indigent ad sui conseruationem & nutritionem. Licet
& aliam habeanr utilitatem istæ uenæ in corpore, communem cum neruis in eo, quòd sunt ligamenta
carnium, sicut postes in pariete. Et significatio super hoc est, quòd uidemus, ꝙ in corporibus, in quibus
liquefiunt membra & caro, apparent uenæ crassiores alijs membris magis diminutis. Et alia est necessi
tas suæ manifestationis, ut per uenulas paruas diuidatur sanguis, & facilius accipiat alterationem, &
couuersionem. & irerum, ur sanguis crassus remaneat, & retineatur ab eis, & cohibeatur ab exitu:
& in quibus relinquuntur orificia ampla, non coercetur sanguis ab exitu suo omnino. unde in palato,
naribus, & ano, fiunt multoties sanguinis exituræ. Er post hæc sunt panniculi, quorum textura est
de filis neruosis sensu nequaquam perceptis, quorum spissitudo est tenuitas quædam in superficiẽ su-
scirata, ad hoc ut sinr continentes conuenienter, & bene cooperientes superficiem corporum aliorum
propter iuuamenra plura. Ex quibus est, ut semitam eorum, in quibus est in sua figura & factura be-
ne custodiant: & hoc iuuamentum est in tunicis cerebrorum, & grandinis glacialis & humorum suo-
rum, quorum substantia de natura currens, & mobilis est. indigent tamen ut figantur, & stent ordi-
nati

*alias manen-tiam.

A nati in suis figuris, ne accidat error in operationibus uirtutum perficiendis, quarum necessitate crean-
tur, & existunt, ut suam existentiam in * consequentiam contrahant. Et ex eis est, ut fiant suspensoria
aliorum corporum, sicut renum a dorso: & ut sint continentia quædam, sicut stomachus & intestina. &
ut per ea membra quædam sensum in superficie solum habeant, sicut pulmo, hepar, & splen, & renes.
Et ex eis est, ut per eos distinctio, & diuisio habeatur super membra diuersarum intentionum. sicut in-
ter os & carnem, inter spiritualia & nutrientia propria diaphragma: & ut inter duas concauitates com
pares. & hæc est intentio uelaminis separantis thoracem. Et postea est caro: cuius iuuamentum est ut
adimpleat tunicas, & connectat ramos, quæ in suis cōplexionibus & coloribus diuersa in diuersis mē-
bris reperitur: sicut alba & mollis in coniunctionibus, & in glādulis omnibus, & in mamillis, & in ouis:
rufa seu rosea in pulmone: rubra ut in pluribus: rubicunda ut in corde: purpurea ut in hepate: subni-
gra, seu nigra ut in splene, & etiam in uua. Et membra alba albificant materias quas conuertunt, si-
cut mamillæ lac, oua semen: & rubra rubificant, sicut hepar sanguinem. Splen uero & renes sanguinem
rubrum, quasi similem magis appetunt: similem dico in colore & natura. Et uerum est, quòd glandulæ
sunt species carnium diuersorum iuuamentorum. in locis enim iuncturalibus, & etiam sub lingua, po-
nuntur ad nutritionem humiditatis necessariæ, ad motum facilem & uelocem, & prohibitionem are-
B factionis superfluæ aduenientis propter fortitudinem motuum: & quandoque ad recipiendum uenas
transeuntes ab uno in aliud, sicut mesaraicas euntes ab hepate ad stomachum & intestina: quæ indigēt
solo, cui innitantur: sicut res honoratæ in hora suæ laxationis, ne prosternatur uirtus earum, & consi-
mile est iuuamentum glandulæ pinealis suppositæ cerebro: propter quod replet interstitia uenarum
transeuntium ad diuersas partes cerebri. Adipem & medullam non negat Aristoteles partes anima-
lis esse necessarias, quarum generatio est ex eo, quod relinquitur de nutrimento caloris innati: & coa-
gulatur propter sui imbecillitatem, cum consumi non possit: & est aeriæ substantiæ multum, ad quod
se conuertit natura, & transfert in usum necessarium, & recipit ab eo iuuamētum multiplex. Quorum
unum est, ut non dimittat calorem innatum euanescere. immo retineat ipsum, & coadunet & multipli
cet: & hoc notum est in zirbo, & in pinguedine renum: quare circa membra frigida de natura, caloro
multo indigentia, propter humiditatem multam, quæ solet in ipsis dominari, circundata est in ani-
malibus, & plurima reti, & præcipue in locis distantibus a principio caloris naturalis, & maxime in fri
gidis complexione & humidis. Medulla est superfluitas sanguinis in ossibus concauitatem habenti-
bus: & hoc significatur per hoc, quòd omne animal abundans in sepo, & pinguedine, abundat & in me
dulla: & puer quando est puer. in osse enim eius reperitur sanguis: & conualescente calore in ipso, &
C decoctione, albescit. Et quòd sit superfluitas sanguinis ossa nutrientis significatur, quia illa medulla est
calida & humida: & ossa sunt frigida & sicca: & superfluitas est contraria ei, cuius est superfluitas, qua-
re uidetur, quòd potius sit superfluitas ossis medulla, quàm eius nutrimentum: & hoc significatur per
hoc. quòd in ossibus animalium frigidorum multa reperitur medulla, quia calor ossium in eis non po-
test dissoluere pinguedinem siue medullam, propter quod leo non habet medullam, quoniam consu-
mitur ex calore in ipso osse. Iuuamentum medullæ ossis est, ut ipsum fomentet & humectet, & ut ip-
sum mollificet ne frangatur: & ideo quia motus ipsum exiccat, & ut os per ipsam forte sit & solidum.
Post partes istas ultimæ in mollicie, & a duritie maxime elongatæ sunt humiditates uisui deseruientes,
& præcipue albuginea, quæ clara est ualde & subtilis. creata est enim in facie glacialis. clara igitur po-
sita est propterea, quòd gradetur delatio luminis super glacialem. Si enim spissa crearetur, obtegeret
& uelaret lumen ab omni eo, quod ipsum sequitur. Spinalis medulla ergo a quibusdam putabatur me
dulla, sed Aristoteles dixit, q non fuit medulla, quia in se habet duriciem, quæ non accidit medullæ. &
dixit, quòd ipsius iuuamentum erat per spinam transire ad modum tigni. iuuando remotionem spondy
lorum, & spinæ, & omnium quæ ex eis oriuntur. sed posteriores aliam inuenerunt ipsius utilitatem. de-
scendit enim a cerebro sensificans uirtutes, & mouens membra sequentia caput. Et hæc sunt hominis
D simplicia membra, in quorum unoquoque sunt uirtutes ad sui regendi custodiam & tutelam: Et sunt
duæ res necessariæ. s. motiua de loco ad locum, & digestiua, seu maturatiua: & motiuam de loco ad lo-
cum diuidunt Medici in tres. s. in appetitiuam, quæ trahit rem necessariam ad locum: & expulsiuam,
quæ expellit rem non necessariam de loco: & retentiuam, quæ retinet, quod necessarium est in loco. li-
cet eadem uirtus sit apud philosophum, ponentem principium motus & quietis ab illo motu esse in-
differens. Et dico quòd materia uniuscuiusque membri similium partium aut est ex spermate, aut ex
sanguine. Quæ generantur ex spermate sunt omnia membra præter carnem & adipem. quorum gene-
ratio est ex sanguine. Et secundum philosophum sperma masculi & fœminæ diuersarum est intentio-
num. intentio enim spermatis masculi est informare ad similitudinem eius, a quo sperma separatū est.
Et intentio spermatis mulieris est recipere formam secundum similitudinem eius, a quo seminatū est.
A spermate igitur masculi spiritus est, & artifex, & forma: & a spermate mulieris est fundamentum, ge
neratio, & materia. Caro uero ad replenda loca uacua, ex sanguine solo generatur spisso, quem calidi-
tas & siccitas coagulauerat. Adeps uero, ex eius aquositate & unctuositate, quam coagulauit frigidi-
tas. ideo caliditas eam dissoluit. Et ex sanguine generata renascuntur post perditionem suam, & illud
quod est generatum ex sanguine, in quo adhuc est uirtus ex istis spermatibus, si tollatur, iterum renasci
potest, sicut dentes in pueritia. Item quæ complexioni sanguinis uicina sunt, non indigent multitu-

dine

dine conuersionis sanguinis ad sui nutritionem:immo statim in suo occursu in eo conuertuntur. quo- E
rum uero est materia sperma,& sunt a complexione sanguinis remota, necesse est ut multis cõuersio-
nibus sanguis in eorum nutrimentum secundum ordinem conuertatur. Quapropter in quibusdã mẽ-
bris tanta sunt foramina sicut in ossibus, quatenus eorum nutrimẽtum sanguineum stet in ipsis & mo
retur,ut ea procedant paulatim,& paulatim conuertendo illud in sui similitudine perfecte. A carne aũt
separata est ista foraminum diuersitas. Præterea licet plura prædictorum membrorum simplicia nomi-
nentur a Medicis,non suis tamen carent complexionibus,& texturis,sicut uenæ,& arteriæ,& pannicu
li omnes. Componuntur enim ex uillis seu filis,ordinatim in eorum textura positis, sicut quandoque
uidemus in artificialibus, & hoc propter necessitatem plurimam. Nullus enim motus nisi per uillos cõ
pletur. Motus enim uoluntarius per uillos fit in musculis. Et motus naturalis, qui est attractio, reten-
tio, & expulsio,fit causa uillorum, ex quibus uasa naturalia texuntur, sicut stomachus, & intestina,ue-
næ, arteriæ,uesica,gula. Et sicut in artificiali textura tenduntur fila quædam in longitudine, quædam
in latitudine, quædam in transuerso quandoque: ita in naturali: quæ protenduntur in longum, appro-
priantur attractioni: in latitudine uero tensa, expulsioni, & sunt constringentia: quæ uero cadunt se-
cundum transuersum, proprie deseruiunt retentioni,& sunt tanquam frena secundum formam situum
suorum in medio posita, ad prohibendum superfluam uelocitatem motuum expulsiuorum & attracti- F
uorum. Neque sunt naturæ motus cum impetu, sed quadam successione & gradatione uolunt fieri. Et
quandoque omnes istæ species uillorum in eadem tunica simul reperiuntur,& quandoque in diuersis:
& in diuersis tunc reperiuntur, quæ in latitudine, tunc tenduntur magis in tunica extrinseca, & aliæ
duæ uillorum species in tunica intrinseca magis. Veruntamen illi,qui in longitudine procedunt,ad su-
perficiem magis declinant intrinsecam. Et ista separatio uillorum non fuit facta nisi ut uterque motus
proueniret melius & magis expedite. Et in membris,in quibus exigitur multa mora & fixio longa,
fortius commiscentur uilli retentionis cum uillis expulsionis,sicut in stomacho,matrice,uesica, & mo
noculo,quæ omnia ampla sunt,& concauitatem habentia: in membris autem in quibus non habet lo-
cum ista necessitas, uehementer, non ita,sicut in intestinis,quibus magis necessaria est attractio mul-
ta cum forti expulsione.Item membrorum substantiæ neruosæ & quæ proprie uasa sunt, quædam unã
tunicam habent,quædam duas. Vnam tantum habent illa,de quibus non est timor ut accidat eis læsio
ex materia contenta,cum sit mollis & quieta,sicut sanguis quietus qui habitat in uenis. Vnde nec ue-
næ:nec uesica indigent multiplicitate tunicarum cooperientium,nisi necessitate coacta.immo semper
conantur corpus alleuiare quantum possibile est. Igitur multiplicatio tunicarum propter multiplicem
necessitatem & magnam communitatem creata est cum prouidentia. Necessaria est enim quandoque G
fortitudo & spissitudo uasis propter bonam custodiam securam,ne forte findatur propter motum ma-
teriæ contentæ,cum fortis sit & continuus. Alia est necessitas plurima in custodia uehementi materiæ
mobilis, circundante ne soluatur & pereat,ex qno immineret periculum maximum, præcipue cum ip-
sa sit uehiculum proprium animæ.& ideo studendum ualde fuit in custodia eius.& hæc materia est spi-
ritus & sanguis qui in arterijs repositus est,& est primus thesaurus,& melior, quẽ habet natura. & hæc
est causa multiplicationis tunicarum in arterijs. Tertia necessitas est uehemens attractio & uehemens
expulsio, quibus indiget membrum separatum. Vnde utrunque instrumentum factum est membrũ sin
gulariter & absque permistione.& hoc manifestum est in stomacho & intestinis. Quarta necessitas est
operationum diuersitas,quæ a diuersis procedunt principijs, & diuersas habent intentiones, & com-
plentur melius secundum complexionum diuersarum naturas. Cũ igitur huiusmodi operationes sint
ineuitabiles in aliquo membro,& maxime necessariæ: uoluit natura inter eas diuidere,& unicuiq; ope
rationi instrumentum proprinm præparare ad hoc,quòd utraque operatio secundum ꝙ melius est,per
se in actum procederet, sicut in stomacho, in quo fuit necessaria operatio sensibilis,quæ melius com-
pletur per membrum neruosum: & operatio digestibilis, quæ melius completur in membro carnoso.
Vnde ipsum natura tunica carnosa muniuit & neruosa. ut per neruosam fieret temperantiæ & distẽpe- H
rantiæ rei ingredientis perceprio:& per carnosam,rei digerendæ secundum ꝙ possibile est, maturatio
accidit. Et natura situs istarum tunicarum cum prouidentia & discretione ordinauit. Neruosum enim
& sensibilem interius posuit: Carnosam uero digestibilem exterius. Potest enim digerentis actio ad
digerendum sine occursu prouenire. Actio uero tangibilis absque obuiatione rei tangendæ non fit. Et
cutis quæ est totius corporis indumentum,ex duabus laminis constat: quare accidit eleuatio unius la
minæ absque alia cum uesicula. Laminæ autem illæ ortum habent ab extremitatibus uenarum & arte-
riarum & neruorum quæ terminantur in eis. Et creata est * una perforata ut cribellum ad hoc, ut *alias cutis.
per ipsam fiat respiratio uaporosarum substantiarum seu superfluitatum interiorum membrorum, ex
quibus in pluribus partibus studet natura pilos multiplicare,ut eos obijciat rebus nociuis & permuta
tiuis,& ut sint tutamentum & defensio nobilis membri, in cuius regimine solicita est nimium natura.
Et hæc est intentio in creatione palpebrarum & pilorum superciliorum,uidelicet ut sint in defensio-
ne a lumine superfluo, a fumo, & a puluere, & ab omni eo quod ad oculum uolat,aut descendit de ca-
pite ad ipsum. Et sensificatur cutis a diuersis neruorum extremitatibus procedentibus a cerebro, & a
diuersis spondylis medullæ spinalis. Et ipsius sensus debilitas uel subtractio semper sequitur nocumẽ
tum nerui deferentis sensum ad ipsam: sicut sequitur mollicies cutis in posteriori parte capitis ex læ-
sione

A sione partis neruorum egredientis a foraminibus existentibus inter primum & secundum spondylum colli. Cutis itaque diuersatur in raritate & spissitudine. ubi enim est magis rara & pilosa, magis est aspera: ubi magis spissa, magis lenis & plana: & siccior magis est aspera, humidior magis est mollis. Et quãdoque multiplicantur tunicæ uel cortices in membro propter fortitudinem & tutelam, sicut in tunica dura seu cornea, quæ secundum ueritatem cõposita est ex tunicis subtilibus quatuor quæ sunt cortices superpositi, & ut si excorietur unus eorum, non fiat commune nocumentum, & propter hoc quòd locus opponitur foramini, est magis indigens fortitudine & tutela. Et hæc dicta sunt de partibus simplicibus pluralitatem in tunicis habentibus. Organorum uero alia sunt quibus fit seruitium, & sunt regalia, & alia sunt instrumentalia seruitia. Regalia igitur quibus seruitium fit, sunt ea super quæ est repletio uitæ, & sunt mineræ uirtutum spiritualium animæ & spiritus & intellectus, & sunt officialia, & loca eorum. Membra uero regalia intrinseca sunt septem: & quædam eorum præeminent in sublimitate & principalitate eorum. quorum sublimitas & principalitas magis notificantur, sunt quatuor, cor, cerebrum, hepar, stomachus. & ista creata sunt famosa in sublimitate, quoniam sunt mineræ uirtutum spiritualium regentium corpus hominis. & post illa in celsitudine sunt testiculi duo, & renes, & uesica. Ista enim. vij. sunt diuersa secundum. vij. orbes stellarum & centra earum. & si istis addamus pulmonem &
B splenem, iam reperiemus. ix. indignitate famosa, comparata. ix. sphæris, & diuisa iuxta. ix. orbes mundi. Regalibus seruientia quædam sunt apparentia & extrinseca, ut oculi, aures, manus, & pedes: intrinseca uero iiij. epiglottis, gula, canna, intestina, & similia. Et posuit Deus carnem, & neruos, & renes, & testiculos, & uelamen cordis, & pectoris, uuluam, & epiglottidem & duas amygdalas, & linguam ex parte sanguinis, Et dico q sanguis est emanans ab hepate. & locus eius sunt uenæ & cor. & dominium eius est in superficie corporis, & anteriori parte capitis. & proprietates consequẽtes ipsum sunt risus, desiderium, gaudium, coitus, multitudo somni. Et proprietates eius in stomacho est uelocitas digestionis, facilitas penetrationis, & in corpore toto facilitas alterationis substantiæ eius ad substantiam carnis. Et creauit Deus excelsus cerebrum, & pulmonem, & omne quod est in corpore ex membris frigidis, & humidis, & phlegmaticis. Et ipsorum principium & elementum posuit phlegma, & diuisit ipsum sicut aquas in diuisiones. & super faciem terræ. Et in diuisione aeris, quam deferunt nubes. Similiter pars phlegmatis, quæ currit in canalibus pulmonis, & continuatur aeri, adiuuat ipsum in * properando ad cor cum facilitate, & excitatur per ipsum. & confortatur uirtus, anhelitus in expulsione fumi calidi, cuius retentio posset esse causa combustionis cordis. Et est pars alia, quæ ascendit a pulmone ad cerebrum, & post sui compressionem descendit de cerebro, sicut descendit ros ex aere pro-

*alias praeparando.

C pinquo terræ. Et eius dominium est in parte posteriori cerebri, & in pectore. Et in moribus sequitur dominium ipsius id quod est castitas, pietas, paucitas desiderij coitus: In motu autem id quod est pigritia, grauitas, tarditas, & taciturnitas responsionis: In corpore autem id quod est paralysis, tremor, debilitas. Et proprietas eius naturæ in stomacho, est infrigidatio caloris, & ex acuitate ciborum & potuum, & reliquarum materierum superuenientium stomacho & cordi. quod est quia uirtus expulsiua confortatur cum sit ei simile, sicut simile per suum simile, & compar per suum compar. Et creauit Deus excelsus & gloriosus fel, quod est calidum & siccum, & igneum, & domus choleræ citrinæ. & posuit ipsum annexum hepati, adiuuans hepar super decoctione cibi. Et posuit dominium choleræ citrinæ in uertice, propter sui leuitatem & sublimitatem, & eius altitudinem & eleuationem. Eius autem respiratio est in utrisque auribus, quia sunt ex diuisione eius, & ipsius natura. & assimulatur ei ex membris quod est calidum & siccum. Et ipsa quidem cholera currit in corpore cum sanguine, propter conuenientiam & combinationem eorum, sicut est conuenientia olei ad lampadem. Et de proprietatibus naturæ eius in stomacho est attractio cibi, & adiutorium super digestionem, & emundandi fæcem. Et hoc quod consequitur uirtus moralis ex actionibus eius, est inconstantia, furor, & subtilitas, & acuitas, & solertia, & audacia, & eleuatio, & desiderium coitus, & memoria, &
D uelocitas responsionis. & totum corpus consequitur ex eo calorem & siccitatem. Et assimulauit Deus ossa, chartilagines, pilos, & ungues, & ligamenta choleræ nigræ. Omne enim membrum congelatum, terrestre, priuatum sensu, est ex melancholia. & sedes ipsius est in splene, & dominium in uisu, & in sinistro corporis. & per eam accidit taciturnitas, & cogitatio, & grauitas, & fletus, & tarditas, & timor, & solitudo, & pusillanimitas, & aspectus, & in successionibus, & in stomacho proprietatem habet retinendi, & expellendi, & excitandi appetitum, & corpus ex ea consequitur frigiditatem & siccitatem carnium, & immobilitatem proportionatam sibi secundum magis & minus. Posita sunt autem quatuor principia regalia corporis animalis a quibusdam: ab alijs uero tria: ab alijs autem duo. sed a sapiente uerificatum est unum esse principium tantum in animali, & istud est cor. Anima enim una est uirtus actu, potentia uero plures. tunc exigitur quòd alicui uni coniungatur priuatio, a quo omnia sequentia suas trahant uirtutes uitales, & operationes naturales, & descendat ab eo ut reducatur ad ipsum, sicut in particularibus reducimus ad sensum communem omnes sensus particulares. Quare in animalibus diuersa membra officialia necessaria fuerunt, contrahentia scilicet uirtutem ab uno membro & uno principio, quod in perfectis animalibus est officiale, & in imperfectis cõsimile sicut in ostreis scilicet quæ non habent sensum nisi unicum scilicet tactum, & membris carent officialibus, habent tamen membrum consimile. Sed cum calor naturalis figatur & sustentetur in corde, merito

de, merito ipsum est principium omnium aliorū. omnia.n. trahunt aliquid ab eo. Ipsum aūt non de ne- E
cessitate ab omnibus. Item cum sit positum fundamentum spirituum & caloris uitalis, & cum spiritus
sit uehiculum uirtutum uitalium, sensibilium, & motiuatum: necessarium igitur fuit, ut uiæ suæ per ip-
sum calefierent & perficerentur ab eo, & ita ut haberent spiritum tantum apud sui radicem. Calor.n.
& ipsius uia, sicut effectus & causa, ab ipsius radice consurgunt ut dicit Aristoteles. Sed Gal. dicit ꝙ he-
par est principium nutricationis, cerebrum uero sensus & motus. Sed non uidemus hominem commu
nitatem habere ad plantas secundum sensum & motū, sed secundum nutritionem tātum, quare cor cū
non sit principium nutritionis, neque sensus & motus, secundum ipsum non erit principium. Sed si di-
cas quòd aliqua uirtus habeat principium a corde, quæ non pertinet ad nutritionem, neque ad sensum,
neque ad motum: tunc illa uirtus erit præter sensum, & motū, & præter uirtutem in qua animalia com-
municant cum plantis, conueniet omnibus membris. Sed non reperimus talem in animalibus, neque
in membris ipsorum. Et si dicas ꝙ sit principium motus quod est secundum pulsum: tunc omnia mem-
bra communicant cum eo in pulsū: aliter non esset principium uniuersale omnium membrorum ani-
malis. Et si dicas ꝙ cor habet filum longum ad unam operationem motiuam, & alia in latum ad ope-
rationem aliam, & in transuerso propter operationem tertiam, secundum ꝙ attrahit, retinet, & expel-
lit, quare non est uoluntarius: iam iste motus conuenit alijs membris, ut stomacho, matrici. quare cor F
non est principium alicuius quod falsum est. aut scilicet est principium nutrimēti, & sensus, & motus.
Quod autem ita sit, signum est, quoniam alius est pulsus in dormiente, qui cōiunctus est cum digestio-
ne nutrimenti, & alius in uigilante, qui coniunctus est cum operationibus animalibus. Ad idem quoq;
alias proponit ostensiones Arist. dicens. Quoniam id ad quod nulla uena uadit, & a quo omnes uenæ
tendunt, debet esse principium uenarum: & nullum membrum reperitur tale nisi cor. Item omne quod
nascitur ab alio, debet esse principium ei id a quo nascitur. Sed hepar cum sit totum carnosum, ab eo
uena non nascitur, cum sit substantiæ uenæ, ipsius substantia ualde dissimilis: ergo non potuit esse prin-
cipium uenarum. Verum huic rationi instat Arist. dicens quòd corallus nascitur in terra molli & luto-
sa in mari, & tamen est arbor durissima. Propterea reperitur uena penetrare per medium ipsius substan
tiæ hepatis, & in penetrando diuisiones & ramificationes suscipere. ergo in eo non habebit oriri. Cor
autem & quietam & pulsatilem in se terminat & iungit, & tam istius quàm illius materias, quas defe-
runt bene continuat, neque habet uenam aliquam in se, nisi postquam exierit, in se iterum reflectatur
& redeat. Antecedit etiam in ordine naturæ & creatione præparatio cordis præparationi hepatis.
Non enim nutritur uel sensificatur membrum animalis, nisi in quo est sustentatio uitæ cum calore na-
turali. Cum ergo ita sit, necesse est præparationem & formationem membri præmittere, quod sit crea- G
tio & sustentaculum caloris & spiritus, ante creationem nutrientis ipsum & sensificantis. Sed hoc est
cor: quare ipsum est antiquius & sublimius in corpore animalis, & non habet sibi compar, & omnia
alia sunt post ipsum, et disposita secundum ipsam, et ei inclinata. Et Gal. mores, et uirtutū naturalium
operationes diuersas diuisit iuxta diuisionem complexionum cordis, et posuit earum processum ordi-
natum & rectū supra ipsius temperantiam, errorē uero & inordinationem supra ipsius distemperantiā.
Consequēs ergo est apud eū, secundū rationē & non secundū sensum dijudicantem, cor esse basim & ra
dicē uirtutū moralium, & eis deseruientiū. Ad motum enim radicum sunt motus ramorum, & non con
uertitur. cum.n. ipsius forma radicalis sit, supra quam mouētur uirtutes morales, & ipsum erit radix in-
strumentorum moralium. sicut.n. se habet perfectio unius ad perfectionem alterius: ita se habet unum
perfectum ad aliud perfectū. In eo enim quod Gal. dicit quòd hepar est principium sanguinis propter
hoc, quòd neq; in matrice, neq; in stomacho, neq; in intestino sequētis ipsum reperitur primo sanguis,
sed in hepate, ꝓp hoc quòd hepar circūstant receptacula fæcis sanguinis, ut cystis fellis, splē, & uesica,
uidetur magis sequi semitā sensus ut Medicus: qm̄ & si sanguis in prima sui perfectione appareat in he
pate, & in uenis post ipsum, non tamē est ibi in sua peroptima perfectione. Optimam enim & dignissi-
mam perfectionem consequitur sanguis in corde. iterum ubi admiscetur ei spiritus, & ubi fit spiritua- H
lis & uitalis,* summe. quare postea in uasis, & magis securis ponitur a natura, propter timorem uehe- † alias summa uel forma.
mentem de perditione ipsius, cum ipse sit melior thesaurus naturæ. Cor igitur secundū Aristotelem,
est primum mouens, & ultimum membrorum animalium, spiritu plenum, & uirtutibus, quæ alijs com
municantur per influentiam ab ipso. Et cordis una extremitas subtiliata est, & ad unum punctum ag-
gregata. & hic punctus est a quo incipit natura primo protrahere informationem totius corporis, &
altera sui extremitas est in circulum. & istæ duæ extremitates coniunguntur figura circuli mediante:
cuius initium angustissimum est apud punctum, deinde multiplicat se continue secundum circulos
crescentes, donec attingat extremitatem aliam, quæ est in circulo,* maximus circulorum cordis. Et † alias maximo.
sic gradata est ipsius figura ad similitudinem pineæ, quatenus ipsa ingeniosa fabricatio superior &
inferior sit conueniens & bona, & non sit in ea superfluitas euagans in angulos, in quibus lateat
nocumentum & iuuamentum. In subtiliatione unius partis ipsius est, ut sit minor pars partium ip-
sius quæ parata est lædi ex contactu ossium. Et facta est dura similiter hæc pars cum superfluitate, ut
melius obuiet, & minus lædatur, seu patiatur a rebus sibi occurrentibus. Et dilatata est ipsius ex-
tremitas altera ad meliorem comprehensionem materiæ ingredientis sanguineæ seu aeriæ, & ad
euacuationem faciliorem egredientium ab eo, & ut sit sufficientia in origine eis, quæ ab eo oriun-
tur.

A tur. Et apud ipsius radicem prædictum est membrum, quod pro fundamento imponitur simile chartilagini paruum, ut sit ei basis fixa & firma. Et eleuata est ipsius pars superior, ut elongetur ab inhæsione super ossa pectoris, & ut facilius accedat calor spiritualis ad eleuationem uirtutum uitalium, & perueniant mores boni: & elongatæ sunt à depressione, quæ est causa timoris & tristitiæ & auaritiæ. & quandoque situs partium cordis scilicet ante & retro, dextrorsum & sinistrorsum, sursum & deorsum, operãtur situs partium corporis. & recessus earum à suis sitibus naturalibus est causa recessus ipsarum à suis sitibus naturalibus, ex quo accidir deformitas in exterioribus cum deformitate mentis. Substantia quidem cordis ex diuersis consimilibus composita est. sicut enim principium omnibus alijs compositis & simplicibus partibus assimulatur, scilicet in sui compositione compositis, & in simplicitate suarum partium simplicibus. Componentia uero ipsum sunt caro, uillus neruosus, & chartilago, uel simile chartilagini, in sui carne carnibus, in uillis suis neruosis neruis, chordis, ligamentis, panniculis, † adiutorijs, in substantia simili chartilagini membris duris, ut ossibus, & chartilaginibus assimilatur, cum caro illius fortis sit, & solida, & sicca, & dura, ut sit difficile passibilis. Species etiam uillorum fortium plurimæ diuersitatis in eo contentæ sunt, longitudinalium, scilicet attractiuorum: latitudinaliũ expulsiuorum: & transuersalium, retentiuorum, ut sint ei sufficientes species motuum. Et apud ipsius

† Alias cinctorijs.

B radicem positum est ibi fundamentum membrum quoddam chartilagini simile, ut dictum est. Istæ igitur partes consimiles cum sint duræ & siccæ & terrestres, magis attinent complexioni terrestri, quare ipsum constans ex eis, est frigidum & siccum magis. & hæc est intentio sapientis. Quæ enim est comparatio fornacis ad ignem contentum, eadem est comparatio cordis ad calorem & spiritum contentum. & sicut fornacis compositio exigitur esse ex rebus solidis, lapideis, & indissolubilibus coram igne, ita & cordis compositio ex duris, & compactis, & non liquabilibus esse exigitur, propter calorem fortem quẽ continet: qm̃ aliter stare non posset in facie multitudinis sui caloris. Signũ super hoc est, q̃ confortatur magis apud sui dissolutionẽ & remollitionẽ ex substãtijs duris lapideis, quales sunt coralli, margaritæ, saphyri, hyacinthi, & similibus, sicut iuuatur simile à suo simili, & compar à sui compari: licet. G. posuerit omne cor calidum & siccum, respiciens dispositionem, quam trahit ex spiritu calido cõtento, & ex suis motibus: cuius simile imprimit in alijs membris per exufflationem, & trãsmissionem caloris sui ad ea. uerũtamen est ita, q̃ ista dispositio est naturalis ei secundum quòd cor, & nou impedit quin partes primæ compositiuæ sui à principijs sint frigidæ & siccæ, licet ipsum ex parte complexioni·, & perfectionis, quam trahit ex anima sit calidum & siccum, propter spiritum calidum, & motum quem habet ex parte animæ. Et corpus ipsius positum est in panniculo spisso & solido ualde, cui non inuenitur cõ-

C par in spissitudine in corpore hominis, ut sit clypeus & tutamen. Et in ipso sunt duo uentres, & fouea, quæ est quasi meatus quidam inter uentres, & non est uenter. Duo sunt ei uentres, ut sint receptacula nutrimenti duplicis quo nutritur, spiritualis & aerei scilicet & sanguinis crassi. & fouea est minera generati spiritus in ipso, & sanguinis uitalis, & locus perfectionis, & mistionis eorum: & dilatatur apud dilatationem cordis, & constringitur apud sui constrictionem. Et sinistra uentris basis eleuata est super uẽtris dextri basim: & basis uentris dextri depressa est multum descendens. Apprehensum uero à dextro crassum est, & terrestre. Comprehensum uero à sinistro, subtile & leue est. Leue autem facilius ducitur ad superiora: Crassum autem ad inferiora. Temperatior ergo natura reperitur in ipsius medio. Et, sunt duo orificia cordi, introitus duarum materierum scilicet sanguinis, & aeris attracti: sicut duę autes quæ creatæ sunt neruosæ: rugosa & mollificata, dum constringuntur uilli: in dilatatione uero, tensa. Subtiliata ergo & mollificata sunt, ut melius sint obedientia utrique motui: & facta sunt neruosa, & extensibilia, ut remotiora sint a passionibus. Similiter ergo duo orificia prædictæ sunt duæ arcæ recipientes a uasis, deinde remittentes receptum ad cor cum moderantia. Et a parte dextra egreditur uena magna, deferens nutrimentum ab hepate, quod est sanguis. Et hæc est pars occupata in attractione ipsius, magis uicinans hepati. Sed arteriarum origo est a uentre sinistro: quæ omnes creatæ sunt cum duabus tu-

D nicis: quare interior est magis dura, ut sit bene obuians percussioni & motui forti substãtiæ spiritus, præter unam cuius uia est ad pulmonem, quæ est habens unam tunicam, ab omnibus alijs arterijs diuersa, & nominatur arteria uenalis. Sicut in uentriculo dextro nascitur uena, quæ penetrat ad pulmonem, quæ sola inter omnes uenas habet duas tunicas: & inde eam arterialem uenam uocant, cuius causa deinceps dicetur. Positum autem est cor in loco medio medij pectoris, quoniam locus ille temperatior existit. Sed eius declinatio aliquantula est ad sinistram partem, ut amplificet locũ hepati. hepati enim melius est cedere, quàm spleni, quoniam est sublimius. Et est alia ratio declinationis ad sinistram, ut non totus calor coadunetur in dextra. superflue enim calefieret, propter uicinitatem nimiam utriusq; principij calidi, & pars sinistra superflue infrigidaretur propter eorum elongationem. Et propter hoc fuit melior declinatio cordis ad partem sinistram, ut temperetur per ipsum latus sinistrum, præcipue cum splen ipse non sit calidus ualde. Et tertia ratio est, ut faciat uiam uenæ uentrem habenti, ascendenti ad ipsum ab hepate, uel descendenti ab ipso ad hepar. Et locus cordis in medio est corporis, ut magis uicinetur æqualiter omnibus circũstantibus, & facilius eis afferantur ab eo iuuamenta: & alia famulantia ipsum circũstent undique. Et mensurauit Deus quantitatem cordis in sufficientia absque superfluitate & diminutione, ut non sit ei grauitas propter quantitatem immoderatam, neq; fractura uel angustia in suis extremitatibus propter diminutionem. Ab eo enim est origo arteriarum, suspensio

ligamentorum

ligamentorum,& uirtus omnis in uniuerso. Veruntamen excessus ipsius secundum diminutionem & **B** superfluitatem frequenter in diuersis particularibus reperitur. Et dico quòd ipsius quantitas superflua in * compositione corporis eius, non est causa audaciæ ut quidã autumant, neque quantitas parua causa timoris & pauiditatis. Animalia enim plura habent nimiam quantitatem cordis in comparatione sui corporis, & sunt cum hoc pauida plurimũ & timida, nt lepores, cerui, cuins causa est, quoniam in eis calor paruus est,& extra fertur pars plurima ab eo ad membra uiuificanda, & sensificanda, & mouenda: quare non calefacit ipsum integrum, sed relinquitur frigidum & uacuum, unde & pauiditas. Sed quædam sunt e conuerso parui cordis, & hæc sunt audacia, quoniam in eorum corde est caliditas plurima, & coarctatur propter loci angustiam,& cum uehementia ebullit. unde illa, quæ plurimum sunt audacia, sunt ea, quæ sunt magni cordis, & plurimi caloris. Et cor nutritur cum suis uirtutibus naturalibus & earum motibus, qui sunt diastole & systole,& quietibus duabus inter ipsas. Necesse est enim ut inter omnes duos motus contrarios quies interueniat. Et in his reperitur ars musicæ cum natura: quoniam quemadmodum ars musicæ completur per adiunctionem sonorum secundũ proportionem continuantem eos inter acuitatem & grauitatem per circulos casuum temporum, quę sunt inter eorum percussiones, similiter est dispositio pulsationis cordis, quoniam proportio suorum temporum in uelocitate & spissitudine, est sicut proportio sonorum eius: & proportio dispositionum **F** eius in fortitudine & debilitate, & quantitate, est sicut proportio adiunctionis eius: & sunt motiones proportionatæ ad inuicem:& quietes similiter: & motiones quietibus, & e conuerso. Et cum omnia ista concurrunt in conuenientia secundum ordinem, tunc saluum est regimen corporis, & procedunt omnia cum incolumitate & quiete uera. Et si prædicta cum suis dispositionibus proportiones naturales egrediantur, disturbationem naturæ portendunt.& etiam disturbationis quantitas. est sicut quantitas egressa a proportione. Est ergo cordis pulsatio, harmoniam principiorum complexionis corporis animati assimulans, uel eorundem discordiam natam propter * occasionem ducentem ad superfluitatem & diminutionem, sicut manifestum est in passionibus animæ, timore, & spe, & lætitia, castitate & luxuria, largitate & auaritia,& in ægritudinibus corporalibus, calidi, frigidi, humidi,& sicci. Et terminus ad quẽ se extendit cor maxime, est in cõtactu tunicæ & panniculi sui exterioris, qui sibi datur ad tutelam & custodiam, & est spatium positum inter hoc & hoc, ubi oriũtur ab eo.& similiter apud radicem ipsius, ut in ipso dilatari possit absque præfocatione, & constringi, sicut in spatio amplo. Et motiones ipsins efficiunt motiones in arterijs consimiles, ita, quòd dilatatio dilatationem, & constrictio constrictionem, licet alij aliter ponant, inducentes exemplum de follibus, cui experientia contradicit. uerbi gratia, si ponas manum supra cor alicuius,& alteram super arteriam, uidebis semper depres- **G** sionem cordis & depressionem arteriæ simul fieri. Et uerum est quòd pulsum rarum & tardum efficit tristitia. quod nequaquam fieret, si per compressionem cordis dilataretur arteria. Item secundum hoc magis deberet apparere facies inflata & rotunda in tristitia, quàm in ira: & pulsus magis eleuatus in humili, quàm in superbo. sed in omnibus huiusmodi accidit oppositum. Quare oportet, ut ad eleuationem cordis sequatur eleuatio arteriæ,& compressionem compressio. Processio igitur caloris uitalis, incipiens est a cordis fundamento ubi oritur scilicet apud principium monstratum, † superius tendens in latum & amplum continue, cuius motus consequitur figurã cordis, quoad exeat, & recipiatur a uasis, & feratur in spatium amplum totius corporis,& spargatur in eo,& terminetur apud extremitates ipsius. quare motui suo se ipsum assimulat cor in figura sua. Et sicut motus iste est primus motuum in ueritate, ita & figura ipsius, cum sit huiusmodi motum assimulans, est prima,& mater figurarum in omni membro consequente. Intentio autem Isaac multum est diuersa ab hac intentione. Erectio siquidẽ totius animalis supra cor posita est a natura tanquam supra radicem ultimam, sed propter diuersitatẽ nirtutum nobilium ab eo egredientium necessaria fuit creatio diuersorum organorum absque permistione aliqua, per quæ ferantur,& in quibus sustententur, propter separationem operationum suarum meliorem, & faciliorem prouentum earum. identitas enim organorum penitus confunderet. & earũ **H** permistio uehementer impediret. Melius ergo cum separatione * certa sunt & diuersa naturæ receptacula, quatenus singulis singulæ specificentur & compleantur operationes nobiles, cum alleuiatione & absque impedimento, propterea creata sunt cerebrum & hepar & pulmo & stomachus,& sunt tanquam nodi propinqui primæ radici, supra quos deinde & nodi alij eleuantur, qui in eorum eleuatione sunt secundarij. Quoniam sicut in terræ nascentibus radix est principium supra quam figitur, & post ipsum sequuntur nodi ascendentes ut in pluribus, in quibus coadunat se natura, ut iterum fortius progrediatur,& attingat melius quod intendit: ita & in animali supra radicem ipsius, quæ est cor, eleuantur membra consequentia ipsum, quæ sunt in comparatione nodorum in terræ nascentibus, ut in ipsis efficiat natura operationes diuersas, secundum quòd necessariæ sunt ex parte regiminis animalis. Sed cum bipartita sit naturæ solicitudo, quarum una consistit in restauratione resolutorum,& reliqua in custodia & protectione * restaurationis, causa exitus ipsius a corde est duplex,& iter ipsius similiter bipartitum,& uirtutes restaurantis, præter penetrationem ad exteriora corporis. Ipsa enim opera sua quærit cælari magis. quare cum suis fornacibus & nodis sepulta est interius in suis cõcauitatibus, quæ sunt duo uentres sibi cõiuncti, a natura præparati, superior scilicet & inferior, quos separat diaphragma, licet superiorem separet panniculus, pectus per medium partiens.& superior est domus cordis & pulmonis,

*alias cõparatione.

*alias coctionem.

† alias terminũ numeratũ.

*alias creata.

*alias restaurantis.

A pulmonis, in quo eſt ſpiritus præpararario & rectificatio antequã cor ingrediat̃.& attractio aeris ad hãc
partẽ, eſt per cannã magnã, & per cannales naſi. Inferior uero uẽter. domus eſt organorũ, in quibus aſſi
mulatur nutrimentũ, cuius ingreſſio eſt per gulã, & ad quæ abijciuntur ſuperfluitates eius. Ex parte igi
tur aeris ſiue uiæ arteriæ exigitur nodus quidã, qui eſt pulmo, ſuper quẽ eleuatur canna cum cymbala-
ri, & cannales. & ex parte uiæ ſanguinis ſupra cor, exigitur nodus alius magnus, qui eſt hepar, in quo
eſt prima apparitio ſanguinis. & ipſi ſupponuntur & alij duo nodi parui in cõparatione ipſius, qui ſunt
domus ſuperfluitatis & grauaminis ſanguinis, & urinæ colatoria. Et ſupra hepar etiam eleuatur ſtoma-
chus cũ ſuis appẽdicibus, licet cõſimiliter ſuſtẽtetur ſupra cerebrũ, & ſuper radicẽ primã, per aliã uiã,
propter quantitatẽ ipſius ſanguinis ſuperfluã, & ſuarũ appendicũ, & propter quantitatẽ ſui põderis in
hora ſuæ repletionis. & ſupra ipſam erigitur gulã, recipiẽs cibũ ab ore. Virtutis aũt poſitæ in cuſtodia
& protectione nutrimẽtalis & totius cõpoſiti proceſſio, eſt magis ad exteriora. Eleuatur ergo, & aſcen
dit in locum magis eminentẽ in toto: qui locus eſt magis dignus ſpeculatori exercitus: & eſt magis di-
gnus in cuſtodia membrorũ: & in loco iſto coadunatur nodus, in quo cõplentur operationes mirabi-
les ualde: & nodus iſte appellatur cerebrum, ſuper quod merguntur nodi plures: in quibus operantur
quinq; ſenſus, qui ſunt exteriores ſpeculatores, & in quibus operantur iraſcibilis & concupiſcibilis, &
B iſti nodi ſunt muſculi ſparſi per uniuerſum corpus tã in quibuſdam intrinſecis quàm extrinſecis ea coo
perientibus, & in extremitatibus quæ ſunt rami mediorum: ſicut in manibus, & pedibus, & capite. Et
nodi, qui ſunt principia generationis, eleuati ſunt ſupra cerebrum ſecundum Iſaac. licet ſapientes poſt
ipſum erexerint & ſuſtẽtauerint ab alijs pariter, & per uiã etiam ſpiritualẽ a radice prima. & uerum eſt
ꝗ eſt ramificatio ab unoquoq; nodo primo procedens ad aliũ, & uirtutum diuerſarum ad inuicẽ tranſ-
miſſio, quatenus unuſquiſq; ſuſtineatur, & confortetur ex parte alterius uirtutis. Et demonſtratio per
hoc eſt, ꝗ omnes ab eadem oriuntur radice.

De anatomia arteriarum.

A ſiniſtro cordis uentriculo duæ oriuntur arteriæ, quarũ una ad pulmonẽ tendit, & in ipſo partitur,
propterea ut aer attrahatur, & ut ẽt ſanguis nutrimẽtalis pulmonis primo ad ipſum a corde deferatur.
& hoc eſt, qm̃ nutrimẽtũ pulmonis primo deferẽ ad cor, in quo melioratur, & poſt ad pulmonẽ trãſmit-
titur. & hoc eſt unicã tunicã habens, in quo differt ab omnibus alijs arterijs: quare appellatur arteria
uenalis. Et ſi cõparaueris inter duplicitatẽ tunicarũ & firmitudinẽ ſeu ſoliditatẽ, & inter unitatẽ tunicę
& lenitatẽ & raritatem, ſi magis eſt neceſſaria, & tunicæ unitatem, ꝓp hoc. lenitas. n. & raritas faciũt ei
dilatationẽ facilem & cõſtrictionẽ, & reſudationẽ eius quod ab ea reſudat ad pulmonẽ, qui eſt ſanguis
C ſubtilis uaporoſus ſubſtãtiæ pulmonis magis aptus & ſimilis. Et hæc arteria uenalis in inferiori parte
pulmonis ſpargiẽ, & in ipſa ſubmergitur, & eſt deferens ſanguinẽ ſubtilẽ, uaporoſum, propinquũ com
pletæ digeſtioni, & non completæ digeſtum, & non timetur ſuper hoc propter propinquitatẽ ipſius ad
cor, a quo ad ipſum uenit uirtus calida facile digerẽs & cõuertens. Et eſt uena quæ a dextro cordis uen
triculo exiẽs ſubintrat pulmonẽ. & ipſa creata fuit duas habens tunicas, & ideo eã arterialem uocant
uenã. Primum autẽ iuuamentum in hoc exiſtit, ut ſit ſanguini, qui ab ea reſudat, ſubtiliatio perfecta: qm̃
in eo nõ eſt talis digeſtio, qualis eſt eius qui ad arteriã effunditur uenalem. unde oportuit ut uena eum
portans incraſſaretur multũ cum ſuis tunicis. Et aliud eſt, ut nõ reſudet ab ea ſanguis, niſi ſubtilis & be-
ne coctus, propinquus ſanguini a ſiniſtra cõcauitate exeunti in quantũ poſſibile eſt. quaſi ſpiritus ſub-
tiliatus, pulmonẽ magis iuuans in ſuo motu. Factus eſt igitur pulmo quatenus ſit receptaculum aeris
frigidi, qui ueniens ad cor tẽperet ipſum. niſi. n. eſſet aer iſte, iã cor cremaretur ex calore in ipſo. Vnde
omne animal habẽs calorem magnum, neceſſarium fuit habere pulmonem magnum. ideoq; quadru-
peda magnum pulmonem ſunt habentia. Aues autẽ, cum ſint frigidioris naturæ, habent paruum pul-
monem, quia aer inſpiratus ſufficit eis ad nutrimentum caloris ſpiritualis: ita ẽt ꝗ quædam earũ nõ po-
tant, neq; ſitim habent. ſufficit. n. aer inſpiratus calori earum. Et non dixit Galenus quòd attrahebatur
D aer ad cor ad nutrimentum cordis, quia aer cum ſit ſimplex, non tranſit in nutrimẽtum. ſicut neq; aqua
ſimplex, propter remotionẽ ſimilitudinis, & diſtantiam plurimã inter ipſam. unde utrunq; eorum aut
eſt pars nutrimenti, aut eſt faciens ipſum penetrare in eo ꝙ dat ei lubricitatem. Et dico quòd aqua eſt
ad nutrimentum corporis: aer uero ad nutrimentum ſpiritus. & unumquodq; duorum. ſ. nutrimẽti cor
poris & ſpiritus, eſt corpus compoſitum, & non ſimplex. Modus autem, per quẽ accidit temperantia in
corde & in ſpiritu eius per aerẽ, eſt euentatio ſuperfluitatis aduſtę ſpiritus, qui eſt fumoſitas propinqua
aduſtioni & inflãmationi, per motum ſui introitus, præcipue cum ſit frigidus in cõparatione materiæ
fumoſæ calidæ egredientis. Et infrigidatio cordis per aerem attractum propinqua eſt infrigidationi
ſtomachi, quæ euenit ei in hora ſuæ repletionis, propter motum & deſcenſum ciborum. unde philoſo-
phus, Venter uacuus calefit, & repletus infrigidatur, propter motum. Et eſt pulmo compoſitus ex par-
tibus: quarum una, canna eſt: ſecunda, eſt rami arteriæ uenalis: & tertia, rami uenæ arterialis: quas pro-
culdubio coniungit caro mollis rara, cauſata ex ſanguine magis tenui & magis ſubtili: ex quo nutritur
& ſuſtentatur in eſſe. Eſt ergo pulmo mollis, rarus, ad albedinem declinans, & plurimorum meatuum,
quatenus in ipſo capiatur aer, & digeratur, & expellatur ſuperfluitas eius ab eo. ſicut creatum eſt he-
par ſecundum quòd melius in comparatione ad cibum. Mollis autem eſt, ut ſit præparatus duobus mo
tibus ſecundum attractionem & reſpirationem, quos tamen motus conſequitur ex parte thoracis. Car
nis

nis autem ipsius est iuuamentum, ut adimpleat rimas,& coniungat ramos. Declinatio autem ipsius ad E
albedinem,est propter dominium aquæ super illud quo nutritur,& propter illius plurimam frigidita-
tem.est enim sedes aquæ,ut per ipsam confortetur uirtus anhelitus in expulsione fumorum calidorũ.
Et continuatur etiam aeri,adiuuans ipsum in festinando ad cor cum facilitate . Sed raritas eius est , ut
redeat ad attractionem aeris,& recipiat ipsum. Aeris enim penetratio non est solummodo in canna:
immo plurimum euadit ad corpus pulmonis ex eo.& propter hoc est multiplicatio ipsius aeris in eo,
apparens manifesta. Et est aliud iuuamentum raritatis ipsius,ut adiuuet in constrictione ad expulsio-
nem. Præparatur igitur duobus motibus.& propter hoc aperitur pulmo cum inflatione , & clauditur
cum exsufflatione. ipsius tamen constrictio sequitur constrictionem thoracis, & dilatationẽ dilatatio,
sicut dictum est.& hoc ne locus sit uacuus.& est simile uidere in spongia, quæ compressa manu coar-
ctatur in spatio breui & angusto. quæ si explicetur,sequitur eam spongia,& ingreditur eam aer, & dila
tatur,& redit ad locum amplum,sicut primo fuerat. Et pulmo est diuisus in duas partes, in quibus at-
tenditur ipsius geminatio, sicut est geminatio ceterorum membrorum in homine. Licet dubitetur de
hepate,utrum geminetur in homine. licet in piscibus duplex sit hepar a duplici lacerto. Et quia ho-
mo habet hemicraniam,& patitur quandoque paralysin unius partis & non alterius, ideo cognoscitur
geminatio partium in cerebro. Iuuamentum uero partitionis pulmonis in duas partes , ut non cesset F
anhelitus, propter nocumenrũ uni duarũ partium adueniens. Et utraq; diuisio ramificantur in duos ra
mos.licet in latere dextro quasi non reperiatur ramus,cuius iuuamentum nõ est magnum in anhelitu,
sed est ibi tanquã lectus substratus uenæ concauæ ascendenti ad cor cum nutrimento sanguineo cor-
dis.Et secũdæ diuisiones pulmonis sunt sicut primæ ipsius diuisiones.& ut sint tanquã digiti ipsius pro-
pter bonã comptessionem cordis. Veruntamen additio sectionis in dextra est ad hoc , ut occupet spa-
tium pectoris,& æquet ipsum:quoniam declinatio cordis est magis ad sinistrã partem. Et pulmo insen
sibilis creatus est in se,& immobilis per se:qñ ipsum non penetrat neruus aliquis : & omnis sensus &
motus influens influit per neruum. Cooperimentum tamen ipsius,panniculosum & neruosum est , ut
sit ei sensus aliquo modo in superficie,secundũ ꝙ determinatum est. Et pulmo ipse substernitur cordi;
sicut culcitra sustentans & leniens ipsum. Et gibbositas ipsius est a parte dorsi.& est duplex , ut melius
recipiatur in concauitatibus a duabus partibus spinæ. Concauitas autem ipsius respicit anteriora ma-
gis,ad hoc ut amplectatur facilius cor & melius. Et spissitudo maior est apud exitum cannæ, postea
descendit attenuando se gradatim usque ad sui terminum.& inspissatio eius est superius magis neces-
saria,ad subleuationem meliorem capitis cordis,magis lati & magis spissi , quare indiget fulcimento
spisso & molli superius. Sed consequenter cedit hæc spissitudinis necessitas.unde postea attenuata est, G
secundum quòd proportionaliter cor ad acuitatem tendit & sublimitatem. Et comparationem etiam
habet ad folium,quod positum est in custodia,& protectione fructus,sicut ipse positus est in protectio-
ne & custodia cordis. Iuuamentum autem quantitatis augmentatæ,quæ est supra ipsum,est multiplex.
Et unum est,ut sit continens pulmonis aeris,qui sufficiat pluribus pulsationibus cordis. Si enim nume-
rus inspirationum,non pulsuum,propter paruitatẽ pulmonis cogeretur adæquari,iam cessarent pluri-
mæ nobiles operationes,sicut emissio longæ uocis:quæ necessaria est in sermonibus,uociferationibus
& cantibus.& nõ posset detineri inspiratio corã se fœtida & corrupta:neque ẽt in hora deglutitionis.
immo accideret ut super occuparentur inspiratione & expiratione.quare diu permanere non posset,
qñ necessaria est plurima quãtitas ipsius,ut spiritui cordis sit materia sufficiens,dũ summergiĩ in aquis
animal,aut quãdo necessarium est ei uocem prolongare cum continuatione,aut quando abhorret at-
tractionem aeris propter corruptionem & fœtorem eius. Et etiam notandum quòd quędam animalia
sunt habentia pulmonem,quædam autem non.quæ autem sunt ambulabilia & sanguinea pulmonẽ ha
bent. Et piscibus loco pulmonis sunt branchiæ. Et in quibusdam animalibus loco pulmonis sunt cana
les. Delphinus quoque,& lepus marinus,& animalia alia quæ sunt communia terræ & mari (quæ ara-
bice cenalia dicũtur)& pisces respirant uaporem per branchias.paucus.n.uapor sufficit eis,cum parti- H
cipent multum frigiditatis. Vtrum autem aliqui pisces respirent aerem,dubitatur propterea, quòd di-
cunt piscatores de delphino,quod quando dormit in superficie aquæ , sentiunt ipsum stertere : & G.
promisit se tractaturum hoc.

De anatomia oculorum.

Creauit Deus caput animalis,& posuit ipsum in superiori parte animalis,præcipue propter oculos.
Et anteriorem partẽ capitis eleuatiorem fecit,ut oculi in illa parte siti essent in eminenti, instar specu-
latoris undique prospicientis aciem,siue exercitum undique in plano positum.sic & oculi compaginẽ
inferius speculantur. Vnde quædam animalia paruum habent caput.& decliues habẽt oculos , positos
in quibusdam neruorum extremitatibus,quos quandoque emittunt a se,quandoque retrahunt ad se,
ut patet in Limace,cuius extremitates uulgus cornua uocat. Quibusdam uero animalibus illæ extre-
mitates protensæ duriores sunt,neque retrahi possunt,sed habent quædã defensoria supposita , quasi
duos clypeos duorum oculorum,ut patet in Cancro. A cerebro autem exeunt duo nerui,quorũ uterq;
duobus panniculis est obuolutus,a duabus matribus siue meningibus ortum habentibus,qui pannicu
li ad duos orbes oculorum tandem peruenientes ibi dilatantur per circuitum,ut intra se deglutitionẽ
humorum possint accipere. Est ergo crystallinus humor qui grando glacialis ab Aristotele appellatur,
quia

A quia in forma & colore est similis glaciei, in profundo & medio positus duplici ex causa, quia mediū dignior est situs in custodia, & ut a circunstantibus iuuamentum accipiat undique. Iste humor in posteriori parte sphæricam habet formam, in anteriori aliquantulum planam: & hac ratione, quoniam si undique haberet sphæricam, imago rei uisæ quodam modo lubricaret super ipsum, & tangeret in puncto. Item anterius planum est, ut parua corpora uisa multam haberent in eo sectionem. Iste autem humor diaphanus & translucens est, ut sit susceptibilis omnium formarum intra se. Post crystallinū humorem interius uersus cerebrum positus est uitreus humor, qui sic appellatur, quia uitro liquefacto assimilatur: cuius color medius est inter rubrum & album similis uitro. Et est iste humor ad rectificandum nutrimentum crystallini humoris, & ut fiat gradatio sanguinis dum conuertitur in crystallinum humorem. Si enim perueniret sanguis in suo rubore ad nutrimentum crystallini, inficeret ipsum: & faceret omnia uisa apparere rubra. & eleuatur iste humor ad maiorem circulum crystallini, faciendo semisphæram circa ipsum. Et se habet iste humor ad crystallinum in comparatione stomachi ad hepar. Ex opposita autem parte uitrei humoris exterius ante crystallinum positus est albugineus humor, qui similis est albumini oui: cuius finis multiplex est scilicet ut ex humorositate sua defendat crystallinum humorem ab arefactione aeris exterioris, qui quidem humor est defensorium crystal-

B lini ex alia parte, & est superfluitas illius, sicut ungues, capilli, cornua sunt superfluitates animalis, & defensoria eiusdem. Item iste humor præponitur crystallino, ut fiat gradatio lucis & imaginis ad ipsum crystallinum: quia natura non sustinet repentinas immutationes. Vnde isto læso destruitur uisus. Item iste humor liquidus est, ut ex liquiditate imago rei ingrediens distinctionem suscipiat. Et est iste humor positus in foramine uueæ tunicæ, quod quidem foramen, pupilla oculi appellatur. Interior autem panniculus ad maiorem extenditur circulum crystallini humoris, claudens intra se fere duos humores scilicet crystallinum fere, & uitreum ex toto. & uocatur tunica secundina, quia a secunda matre scilicet pia matre nascitur. A qua quidem tunica, in eodem termino nascuntur aliæ tres tunicæ. Vna quæ inferius reflectitur, interponens se crystallino humori & uitreo separatorium illorū ex una parte, & uocatur retina instar retis. partes habet innumerabiles ex uenis, neruis, & alijs. Ab eodem loco nascitur tunica alia, quæ aranea nuncupatur, perficiens sphæram cum retina, circundantem crystallinum humorem. & dicitur aranea, quia ad modum telæ araneæ subtilis est, ne impediat lumen ingrediens ad crystallinum & albugineum. Ex alia parte extra hanc tunicam, ab eodem loco, cum ea tunica nascitur alia tunica, cum secundina sphæram perficiens exterius. Hæc tunica appellatur uuea, quia perforatur ad modum uuæ, suspensorio eius ablato. Figuram illius & colorem cælestem ha-

C bet, colorem. s. medium, admistum scilicet nigro secundum maius, & albo secundum minus, quia si ex toto esset albus, nimium disgregaret uisum: si niger ex toto, nimis congregaret. Tunica aliquantulum est spissa,* interius autem mollior, ut sit similis in mollitie crystallino: exterius durior, ut sit corneæ tunicæ similis. Rugosa autem est circa ipsum foramen, ut quando opus sit, constringi possit ad modū bursæ: & hoc quando uirtus laxatur, & indiget recreatione. Et quando opus est dilatari, possit, quando uisus diffusione lucis indiget. In foramine huius positus est albugineus humor, qui illas replet rugas interius. qui quidem humor quandoque constringitur, quandoque dilatatur secundum dilatationem & constrictionē illius foraminis. Item ab exteriori panniculo oritur tunica, proximo loco includens secundinam, procedēs ad modū sphæræ, quæ sclerotica propter sui duritiē appellatur, a qua nascitur tunica cornea, cum ea sphæram unam perficiens, quæ assimulatur cornu lucido bene abraso, & polito in luciditate & in duritie. ut ex illa duritie defendat interiora, & ex sua luciditate sit diaphanū siue peruium luci. Vnde per medium ipsius apparet circulus latus, foramen habens in medio de uuea tunica: qui quidem circulus, oculi corona appellatur. Et hæc tunica in sui constitutione quatuor habet cortices. & si destruantur duo uel tres illorum, quartus remanet. quo destructo omnes destruūtur. Vltimo loco superuenit coniunctiua, coniungens omnes illas partes, quæ nascitur a quodam neruo, & non

D a matribus: & componitur hæc tunica ex carne alba & hu. & tenera, & ex neruis & uenis subtilibus: & habet foramen in medio, per quod apparet corona oculi, quæ est pars uueæ tunicæ, quæ pupilla appellatur. quæ pp sui profunditatē prætēdit aliū colorē albū. quæ re uera cū ibi sit, sicut aqua nimis profunda, apparet nigra, cū tñ sit alba. Habet aūt hæc tunica sex paria lacertorū siue musculorū, totum motum oculi perficiētiū. quorum unus mouet oculū sursum, alius deorsum, alij ad duos angulos, unus ad angulum domesticum siue lachrymalem, alius ad angulum syluestrem. Item sunt alij duo ex transuerso positi, qui mouent oculum circulari motu. & de compositione oculi hæc sufficiant.

* alias interius

De anatomia aurium.

Creauit Deus aurem ut deseruiret auditui. cuius interior figura est anfractuosa, quoniam breue est cerebri ad aurem spatium. Si autem recto tramite intraret aer ad cerebrum, ex sui qualitate & substantia læderet cerebrum: propter hoc anfractuosus est eius meatus, ut per tam breue spatium prolongaretur. Et eius foramen a petroso osse incipit, quod medium est inter os & petram, sicut conchæ piscium. & propter hoc utriusque suscipit denominationem. Et similiter anfractuosus est, ut in prolatione uariæ uoces & uariæ ipsarum differentiæ percipiantur, & cum ipso perficiat tinnitus necessarios, quæ non accidèrent si directus esset transitus. Et eadem est causa,

quare prolongatur iter aëris per aurem,cum causa quare prolõgatur per tracheam scilicet ne lædat ce E
rebrum,ibi uero ne lædat cor ipsum. In inferiori autem cõcauitate ossis petrosi, sine comparatione ma
ner aer quietus. ibi autem discernuntur omnes uocum differentiæ,Et se habet illa pars ossis petrosi ea
comparatione ad auditum,in qua se habet crystallinus humor ad uisum. Residua uero pars ab osse pe-
troso extra apparens,chartilaginosa est,non tamen mollis sicut caro, ut debitam figuram sibi retinere
possit: neque tam dura sicut os,ut flecti possit,non frangi ad offendiculum. Posita est auris ad latus,nõ
in anteriori parte sicut uisus,quia immutatio uisus directe procedit,sed immutatio auditus indifferen-
ter. Item nerui audibiles procedunt à media cellula,propter hoc sub illa lateraliter posita est auris. &
potius sub capite,quàm superius.ne propter ipsos impediretur auditus. Item quidam panniculus exit
à neruo descendente à quinto pari neruorum cerebri,qui interius inuestit os petrosum, & totam præ-
stat ei sensibilitatẽ quam habet:& est foramẽ ad ipsam aurem,in cõparatione pupillæ ad oculum.

De anatomia nasi.

Nasum creauit Deus præcipue propter tria iuuamenta.Quorum unum est,ut uapor deferens odorẽ rei odoriferæ,recipiatur in concauitatibus ipsis,& ibi quodam modo temperetur,& præparetur odora tui.Aliud est,ut aer recipiatur ibi in magna quãtitate,pro parte trãsmittendus ad pulmonem,pro parte ad cerebrum.sicut enim cor constringitur & dilatatur,& infrigidatur per aerem: sic & cerebrũ suo mo- F do.quod ne lædatur ab aere recepto,subito recipit ipsum tanquam præparatorium, mediãte colatorio isto, sicut & trachea arteria. Tertium iuuamentum est, ut sit unum emunctorium superfluitatum cerebri.Vnde longam & eminentem habet formam scilicet,ut tegat mucilagines exeuntes à cerebro,& celet eas.In interiori autem parte iuxta duram matrem,est quoddam concauum os duo habẽs foramina, per quæ intrat odor & exit, & mucilago. In ossis concauitate iacent duæ carunculæ spongiosæ, instar duarum paruarum mammillarum, à quibus sugitur fumus,qui est uapor deferens odorem: sub quibus mammillis sunt duo ossa foramen triangulare habentia, quæ coniũguntur ad unum latus eleuatum secundum *foramen nasi,& duos angulos,à termino quorum inferiori adiungitur chartilago quædam,sicut in alijs locis,coniungens carnem cum ossibus, quasi inhæsio carnis pendentis circa foramina narium.Item in folijs narium sunt duo lacerti,quorum motus dilatatur,& constringitur in horis necessitatis,ut in impedimentis diaphragmatis.Item superius in radice nasi sunt duo foramina exeũtia ad angulos lachrymales oculorum,quibus exeunt lachrymæ:signum huius rei est scilicet quãdo collyrium apponitur,eius odor sentitur:sed sapor lingua percipitur.Item fere ab *interiori parte nasi directe post palatum procedunt foramina duo quadam tela interposita usque ad radicem linguæ, quorum iuuamentum est, ut intret aer ad cor refrigerandum, & pro parte exeat,ne totus cadat in *offensionem uocis. G Vnde illi,qui habent illa foramina stricta,uel opilata,imperfecte & confuse formant uoces. Sed quæritur quare inter cetera organa sensuum, semper aures ac nares sunt patulæ,alia quandoque aperta, cũ continua operatio debilitet sensum,ut patet in oculis piscium,qui non discernunt inter medios colores propter debilitatem uisus ex continua apertione: & in hominum odoratu,qui non discernunt inter medios odores, sed inter extremos tantum scilicet inter fœtidum, & aromaticum. Ad hoc potest dici,quòd nares semper sunt apertæ, ut per ipsas continua fiat inspiratio aeris ad infrigidationem cordis dum os clauditur,cum uehemens odoratus non sit necessarius hominibus,sicut quibusdam brutis,quę mediante odoratu nutrimentum acquirunt.

* alias formi.

* alias inferiori.

* alias defcensionem.

De anatomia oris.

Creauit Deus os tanquam necessarium instrumentum gustus: in cuius radice sunt duo foramina interius:unum foramen ad uentrem inferiorem, per quod intrat cibus in stomachum: aliud ad uentrem superiorem,per quod intrat aer ad cor & pulmonem. Est ergo os, uas uniuersale organorũ locutionis in homine,& uociferationis in brutis,quæ sunt dentes,labia,palatum,& lingua,& uua,& duæ amygdalæ.Sunt autem linguæ multa iuuamenta.Vnum,est decisio uocis & extractio literarum.Aliud iuuamentum, est conuersio cibi masticati.Tertium est discretio gustus. Et ei præstat sensibilitatem quidam neruus descendens à quinto pari neruorum cerebri,qui circundat ipsam.Sub radice linguæ sunt duæ concauitates,quæ fontes siue hauritoria appellantur,in quibus saliua digeritur.In istis concauitatibus sunt quædam carnes glandulosæ,quę parant humiditatem organis oris,ne ex nimio motu arefiant.Componitur autem lingua ex carne alba cum rubore, ex uenis minutis & subtilibus,deferentibus sanguinem per diuersas partes eius.Propria figura est linguæ, ut sit mediocriter lata,longa,spissa, acumen habens in suo principio. Vnde qui habent linguam nimis acutam, uel nimis obtusam, peccant in formatione uocis. Habet autem lingua.ix. musculos in sui compositione,uarios eius motus perficientes.& habet binos & binos musculos singulis motibus deseruientes. non enim tanti,& tam uarij motus ab uno musculo poterant perfici. Veniunt autem duo musculi ei ab additamentis sesaminis id est quibusdam paruis officulis ad modum seminis sesami:& sunt supplementa spondylorum colli. Primi ergo duo à latere subintrant linguam, facientes motum dilatationis. Veniunt autem alij duo musculi ei à superiori parte lambdæ, directe subintrantes ipsam, facientes motum circumuolutionis. Veniunt uero ei alij duo ab inferiori mandibula unus ab una parte, alius ab alia, facientes motum duplicationis. Venit iterum ei musculus unus a superiori parte lambdæ, attingens usque ad medium linguæ, faciens motum retardationis. Et sicut cerebrum diuisum est in multas partes, ut si impedita fue- H

rit

A rit operatio unius uirtutis & partis, uigeat altera pars: sic & lingua diuisa in duas partes consimiles, ut
si forte paralytica sit una medietas, reliqua motum suum, & sensum non amittat.

De anatomia dentium.

Creauit Deus dentes propter multiplex iuuamentum scilicet propter decisionem cibi, ad præparan
dum stomacho, & meliorem decisionem uocis, & propter arma in quibusdã animalibus, sicut in apris.
Horum tres sunt species secundum tres speciales decisiones ciborum. Quidam enim dicuntur inciso-
res siue incisiui, qui lineare habent acumen ad modum cultelli: quorum officium speciale, est frangere
siue incidere. Quidam dicuntur canini, qui pineale habent acumen: quorum speciale officium est fran-
gere siue constringere. Quidã latam habent figuram superius, & asperam sicut mola: quorum speciale
officium est molere, & remollire. & in minutissimas partes cibos diuidere. Infiguntur autem dentes gin
giuis in quibusdam caueis per fortia ligamenta, quorum radices teguntur quibusdã additamentis car
nium. Maiores autem dentes per plures radices figuntur, parui dentes per pauciores, ut per unam uel
duas. In brutis animalibus, sicut in hominibus, unicus est ordo dentium, præterquam in quibusdam, ut
piscibus, in quibus est multiplex ordo dentium, sed una maneries tantum. s. dentes fractores siue cani-
ni. non enim est eis necesse, nisi ut frangant cibos. nõ enim possunt molere & diu tenere in ore, & hoc
B aqua impediente, quæ subintrat. similiter in lupis multiplex est ordo dentium. Quibusdam etiam dan-
tur dentes ad armaturam, sicut apris: & sicut cornua dantur alijs ad armaturam. Quædam animalia ha-
bent duas maneries tantum, sicut incisiuos, & molares, ut oues, & boues, & equi, & cetera alia multa.
Dicuntur autem secundum cursum naturalem in homine & numerum xxxij. dentes xvj. in superiori
mandibula, & totidem in inferiori. Vnde superius in anteriori parte duo incisores, postea duo quadru-
pli, unus ex una parte, alius ex alia: qui duo dentes ultimo adueniunt, sicut postremo tempore crescunt
ipsius crementa scilicet in iuuentute.

De anatomia uuula.

Vuula autem est quoddam membrum supra radicem linguæ situm: & apparet uisui aperto ore & de-
missa lingua. Huius est iuuamentum duplex, scilicet ut detineat aerem, ne subito intret cum suis noci-
uis qualitatibus ad ipsum cor. Aliud, ad meliorem formationem uocis. Est enim quasi secunda cauna
uocis, epiglottis uero prima. Vnde illi qui habent incisam uuulam aut deperditam, plurimum habent
raucam uocem. Vnde Hippocrates in prognosticis, uuulam incidere timendum est. Subiacent ei duę
pelliculæ, quæ galsamach dicuntur, iuuantes ipsum in suo officio. Duæ amygdalæ sunt, quasi duæ
auriculæ ante os gulæ, quodam modo claudentes cibum: & uuula media inter has, ne declinet in
C hanc partem uel illam.

De anatomia gula.

Gula est quoddam membrum compositum ex duobus panniculis, recipiens cibum & potum intra
se, qui fertur ad stomachum. Huius interior panniculus componitur ex uillis longitudinalibus, ex qui-
bus habet uehementem attractum. exterior uero panniculus componitur ex uillis latitudinalibus, ex
quibus facit compressionem eorum, quæ recipit: & componitur ex alijs uillis transuersorijs, ex quibus
habet aliquantulum retinere. propter hoc difficilis est uomitus. Procedit autem gula directe usque ad
quartum spondylum pectoris. Vnde ibi incipit declinare uersus dextram partem, donec coniungatur
cum diaphragmate, cum quo alligatur fortiter. Postea declinat ab ipso, donec perueniat ad locum
ubi coniungitur cum ore stomachi. ut circa xij. spondylum. Hac autem ratione declinat ad dextram
partem ipsa gula, scilicet ut faciat uenæ concauæ locum, transeunti ab hepate ad ipsum cor. Si quæ-
ritur utrum ipsa gula cum ore stomachi continuetur: potest dici quòd continua est cum eo, tamen ha
bens aliam compositionem, quoniam os stomachi magis est neruosum, gula uero minus. Continuatur
uero gula superius cum palato.

De anatomia stomachi.

D Creauit Deus stomachũ, membrũ concauũ, & oblongum, rotundũ in sua lõgitudine: Concauũ, pro
pter meliorẽ receptionẽ: Rotundũ, ne si esset angulosus, colligeret in se nociuas superfluitates: Oblon-
gũ, quia si fuerit penitus rotũdus, impediret ipsum diaphragma a motu suo, & ipsa spiritualia. unde illi
qui habent stomachũ rotundũ, post prandium difficulter inspirant, & expirant. De tali loquitur G. uidi
quendam &c. Habet aũt stomachus duplex os, unum inferius, quod clauditur quàm diu celebratur di
gestio prima: postea aperitur, & exit massa in eo contenta ad intestina. Os uero superius neruosum est
ualde. Nã quidam neruus crassus descendit a cerebro, & intrat gulam, & per ipsam descendit ad os sto
machi, in quo dilatatur, ut ipsum efficiat multum sensibilem, ut ex sensibilitate sua sentiat suam inani-
tionem similiter & repletionem. Membra enim inanita trahunt a uenis: uenæ uero sugunt ab hepate:
hepar a uenis mesaraicis: mesaraicæ ab intestinis & stomacho: stomachus autem inanitus appetit. Vn-
de si prædicta patiuntur oppilationẽ, stomachus patitur fastidium. Componitur autem stomachus ex
duobus panniculis, quorum interior est magis tener & magis neruosus, exterior uero spissior & magis
carnosus. Interior uero pãniculus cõponitur ex quibusdã filis longitudinalibus, quibus mediantibus
fortiter attrahit: & ex quibusdam transuersis. Exterior uero panniculus componitur ex filis latitudi-
nalibus, ut cõprimat & exprimat massam in stomacho contentam quando opus est. Sed quæritur cum
uirtus digestiua fundetur in exteriori panniculo, sensibilitas in interiori: quare neruositas sit magis

interius,quàm exterius.Ad hoc dicendũ,quòd digeſtio uiget ſecundum caliditatem,calor autẽ agit in B
partes remotas ſicut in propinquas:ſenſus autẽ tactus in propinquas tantũ:propter hoc pãniculus de-
ſeruiens tactui,magis neruoſus eſt. Aſcendunt autem exteriorẽ panniculum uenę & arteriæ,deferẽtes
ſanguinẽ ad eius nutritionẽ,quia carnoſus eſt:& caro habet nutriri ex ſanguine:quæ tandẽ uenæ & ar-
teriæ dilatanẽ in tm̃,ꝙ circundant totũ ſtomachũ,& inteſtina in modũ cuiuſdã ſacci, quod tegmẽ & gir
bus appellatur.Et eſt ſpiſſum,carnoſum,pingue,ut intus detineat calorẽ naturalem ſtomachi.Pingue-
do.n.extra circũdans ipſum,claudit fumos calidos ne euaporent,ſicut patet in cibis pinguibus:& ſub
pinguedine ſupernatante diutius retinetur calor.Et talem habet ſitũ & poſitionẽ ſtomachus. Et ſupe-
rior eius pars declinat uerſus ſiniſtrã,ut det locum hepati ſuperiacenti ſibi lateraliter in dextra parte,
Secundum magis tamen declinat eius ſuperior,quàm inferior pars,quia maiorem locum occupat he-
par,quàm ſplen,cũ in ſe contineat hepar materiã & nutrimentũ totius corporis.Splen uero unam eius
ſuperfluitatẽ.ſ.fæcẽ,ſiue ſanguinẽ melancholicũ,qui tranſmittitur ad ſuperiorẽ partem ſtomachi,ut ex
ſua ſtypticitate,& acetoſitate prouocet appetitũ.Vnde ſtyptica & acetoſa prouocant appetitũ: & hoc
eſt unum iuuamentum ſplenis a ſuperiori. Aliud autem iuuamentum inferius eſt, quia quamuis ex ſua
complexione ſit frigidus & ſiccus:tamen ex calore actuali,quem habet in ſe,calefacit ſtomachum in-
ferius. A cyſti autem fellis tranſmittitur cholera ex alia parte ad ſtomachum propter digeſtionem cõ- F
fortandam,& propter eius nutritionem.Vnde ſtomachus debet habere triplex nutrimentum,unum a
maſſa,quam continet in ſe,aliud a ſanguine tranſmiſſo ſibi ab hepate:tertium a cholera ſibi tranſmiſſa
a cyſti fellis.Hepar autem in ſui concauitate,quæ ſima appellatur,amplectitur unam partem ſtomachi.
unde illa pars ceteris calidior eſt.

De anatomia inteſtinorum.

Creauit Deus plura uaſa fæcum,in longitudine ſua inuoluta,& reuoluta,ut morã faciat in eis maſ-
ſa contenta,donec attrahatur ab hepate per uenas meſaraicas id,quod ſubtilius eſt & melius,ad nutri-
tionem omniũ membrorum.Si.n.omniũ unum uas eſſet,& breue ipſarũ fæcum,ſtatim ſepararetur fæx
illa a corpore. Vnde duplex accideret incommodum,reſumptio continua ciborum, & cõtinua deſcẽ-
ſio.Per primũ impediretur homo a ſuis negocijs alijs,& oporteret eũ ſemper uacare ſuper acquiſitio-
nẽ uictus.Per ſecundũ & turpe haberet nocumentũ.Et potius aſſimularetur beluæ, quàm creaturæ ra-
tionali.Item alia eſt ratio melior,quare ſunt longa,& inuoluta.ſ.ut nutrimentum contentum in inteſti
nis euadat,& elabatur a primo ordine uenarum meſaraicarum,& reuolutione ſequente redeat ad ter-
tium ordinem:quia multiplex eſt ordo uenarum meſaraicarum:quarum quædam ſugunt a ſtomacho,
quædã ab inteſtinis,quæ quidẽ uenæ in multis locis ſubintrant ipſa inteſtina,quædam ſuperius,quædã G
inferius: quarum uenarum orificia contiguantur cum fæcibus ipſis. Sunt autem ſex inteſtina nume-
ro:quorum primum eſt duodenum, ſiue portonarium; ſecundum ieiunum, tertium inuolutum ſiue
ileon,quartum cæcum ſiue orbum aut monoculum,quintum colon, ſextum extale uel extenſum ſiue
longaon.Quorum inteſtinorum ſuperiora tria ſunt graciliora & ſubtiliora propter hoc, ut facilius pe-
netret ad ea uirtus delata ab hepate,quia maſſa in eis contenta & ſubtilior, & liquidior eſt. Tria uero
inferiora ſunt craſſa, quia maſſa in eis contenta craſſior eſt, & terreſtrior, pungens & mordicans ipſa
uaſa in quibus continetur. Primum autem inteſtinum quod dictum eſt, duodenum appellatur, quia
continet.xij. digitos eius cuius eſt in longitudine:& coniungitur ipſi ſtomacho inferius, ſicut gula ſu-
perius. Differunt tum,quia largum eſt orificium gulæ plus,quàm illius inteſtini: & ipſa gula craſſiorẽ
& fortiorem habet compoſitionem propter maſſam craſſiorem,quam in ſe continet,quæ eſt liquidior
quando deſcendit in hoc inteſtinum.Dominatur autem in hoc inteſtino neruus ſecundum latitudinẽ,
quo mediante expellit contenta a ſe.& componitur ex duabus tunicis ſicut quodlibet aliorum,tamen
debilem habet expulſiuam. Attractiuam uero non oportet ut fortem habeat,quia ſtomachus ſuperpo
ſitus expellit a ſe quod continet ipſum inteſtinum,& inſerius inteſtinũ trahit ab ipſo inteſtino, & maſ-
ſa ex ſui grauitate ſeipſam deprimit. Eſt autem hoc inteſtinum rectum & extenſum duplici de cauſa: H
Quarum una eſt,ut det locum hepati a dextra parte, & ſpleni a ſiniſtra. Alia cauſa eſt,quia omnis pene
tratio per rectum & extenſum facilior eſt,quàm per nodoſum,& tortuoſum.Poſt hoc inteſtinum ſequi
tur aliud,quod ieiunum appellatur,quia in animalibus mortuis uacuum inuenitur,cuius rei cauſa du-
plex aſſignatur:Vna,multitudo uenarum meſaraicarum ſugentium ab ipſo fortiter maſſam in eo coa-
dunatam:Alia cauſa eſt multitudo choleræ deſcendentis a cyſti fellis ipſum pungentis,& mordicantis
ipſum,& cogentis ad expulſionem.Sed quęritur quare non accidit idem de inferioribus inteſtinis?Ad
hoc dico,quòd cholera in ſtomacho pura eſt,& ſine admiſtione cum maſſa,& propter hoc magis uio-
lenta,quàm in alijs inteſtinis,in quibus admiſcetur cum fæcibus,& uires ſuas amittit. Hoc inteſtinum
ſequitur aliud quod ileon appellatur,ab ile,quoniã confuſum ſiue inuolutum appellatur, quia multas
habet inuolutiones propter multiplicem ordinem uenarum meſaraicarum ad ipſum deſcendentium,
cuius inuolutionis ratio ſuperius aſſignata eſt. Poſt hoc ſequitur aliud, quod orbum ſiue monoculum
appellatur,quod craſſum, & gibboſum eſt abſque inuolutione, ut in eo tota fæx colligi poſſit, quia in
iſto inteſtino primo fit putrefactio maſſæ, quia colliguntur ibi ſordes; ut ſimul expelli poſſint, quia
facilior eſt expulſio fæcis in ſumma,quàm illius diſpartitæ. Item aliud eſt in cauſa.ſ.ne deſcendant in
colon,& ibi ex craſſitie, & multitudine faciant oppilationem. Item aliud eſt in cauſa, ut colligan-

tur

A tur sordes siue fæces,ut excusetur homo a continua desessione,quod accideret si statim quando acciperetur descenderet fæx illa.Item hoc intestinum declinat magis in dextram partem, ut confortetur per calorem hepatis in illa parte existentis.Crassam & amplam habet compositionem, ne lædatur a crassitie fæcis contentæ in ipso.Habet autem unum solum foramen,& hoc propter situm suum & positionem.Non dico,quòd sicut stomachus,quia stomachus protenditur in longũ,unde facta sunt ei duo orificia,unum inferius,& aliud superius.Istud uero eleuatur in gibbositatem, & latus uersus dextram: &,ut dictum est,unum foramen habet a latere,cui iunguntur duo foramina duorum intestinorũ, quorum uni continuatur inferius,& alteri superius. Et decipiuntur quidam dicentes in stomacho crassari fæces propter nimiam suctionem uenarum mesaraicarum ab ipso,cum paucæ uel nullæ ad ipsum dirigantur.Post hoc intestinum sequitur aliud,quod colon appellatur a colando, quia angustum est ad modum colatorij. Istud inuolutum est,ut fiat gradatio fæcis contentę in orbo ad ipsum, ne simul tota fęx ad unũ descendat.Vnde in ipso diuersæ accidunt passiones, propter eius angustationẽ, & fæcis crassitiem.Eius inuolutio incipit ab una parte,& flectitur in oppositum,& tandem redit ad medium, ubi cõiungitur cum ore ultimi intestini,quod longaon uel extẽsum appellatur. Et in sui extremitate quatuor habet lacertos,quibus mediantibus anus clauditur,ut teneatur fęx & expellatur.Istud autem intesti-B num habet uillos longitudinales,quibus mediantibus fortem habet attractionem.Sed quæritur quare non habet uillos latitudinales propter cõpressionem,quæ ei necessaria esset?Ad hoc dicendũ,quòd ab extrinseco habet iuuamentũ fortis expulsionis,quia in mirach pellicula inuoluente intestina sunt octo lacerti,quibus mediantibus fit expulsio fortis ab isto intestino. Hoc aũt ultimum intestinum,rectum,& extensum est ratione superius assignata.Sed proximum suprapositum.f.colon,est inuolutum, ne si esset rectum & extensum, fęx tota descenderet in ipsum,quæ debet colligi in orbo paulatim & successiue. Et in illa comparatione se habet orbus ad stomachũ,colligẽdo eius superfluitates,in qua comparatione se habet uesica ad hepar,colligendo eius superfluitates.

De anatomia hepatis.

Et creauit Deus hepar,ut esset uas generationis sanguinis,& origo uenarum: tamen in hoc dissentiunt Aristoteles & Galenus. Vult enim Aristoteles,quòd cor sit principium sanguinis,& probat quòd hepar non, his rationibus.Hepar enim componitur ex uenis.cõponentia uero sunt priora composito. ergo hepar non est principium uenarum. Item hepar carnosum est:& uenæ potius a neruo,quàm a carne nascuntur.neruo enim magis assimulantur.Item uirtus uitalis influit a corde ad cetera membra. Vita autem in calido & humido consistit,& ita in sanguine. quare sanguis a corde. Gal.dicit, quòd ab he-C pate,hac ratione.Sanguis generatur ab hepate.ergo hepar est principium sanguinis.Item alia ratione. Superfluitates rei,originem illius circunstant:sed urina est una superfluitas sanguinis, quæ continetur in uesica.Item sanguis melancholicus est alia superfluitas,quæ continetur in splene.Item sanguis cholericus est alia superfluitas,quæ continetur in cysti:omnes istæ superfluitates,& earum uasa collocãtur circa hepar.ergo in hepate est principium sanguinis, cum superfluitates circunstent ipsum. Ad hoc dicit auctor, quòd nihil prohibet sanguinem ortum habere ab hepate,licet hepar carnosum sit, uenæ autem sit neruo similis, sicut in luto crescit corallus.Potest autem dici,quòd tam cor, quàm hepar est principium sanguinis: sed primum & mediatum principium est cor. ab eo enim est calor artifex. Hepar uero est principium immediatum,& proximum.Hepar concauum est ex una parte, gibbosum ex alia, positum sub diaphragmate, declinans magis uersus dextram.Concauum,propter meliorem receptionem.recipit enim stomachum ex parte intra concauitatẽ sui.Vnde habet plura additamenta,quædam minora,quædam maiora:quæ se habent ad concauitatem stomachi, in comparatione digiti ad manum.Membra enim bonæ compræhensionis debent esse,sicut uolæ manuum &c. Extrinsecus autẽ gibbosum est hepar,ut forma eius exterior sit similis formæ corporis interioris. corpus enim interius rotundum est.Et hepar coniungitur spinæ dorsi.unde secundum formam rotundam ei assimulatur. Po-D nitur autem in dextra parte ex directo,ut directe suscipiat supra se insufflationem cordis ipsum uiuificantis.Ab inferiori autem concauitate hepatis exit quædam uena,quæ post suum exitum in una parte diuiditur in plures ramos.f.in quasdam uenas subtiles,quæ mesaraicæ dicuntur, quarum quædam subintrant intestina,& sugunt ab eis,quædam uero subintrant stomachum,& ibi terminantur, sugentes ab ipso quod melius est & subtilius. Prædicta autem uena ramificatur & diffunditur per totam ipsius substantiam. Ex parte quidem eius gibbosa rami hepatis iterum conueniunt, & constituunt quandam uenam maximam a gibbo hepatis,quæ caua uena appellatur,& dirigitur ad ipsum cor, ubi ramificatur interius in cõcauitate,quæ lactea appellatur,quia quasi lacteus est humor ille,quem sugit ab intestinis,& a stomacho.

De anatomia uesicæ fellis,& splenis.

Creauit Deus singula uasa singulis superfluitatibus sanguinis, quia plura conferunt iuuamenta naturæ. In secunda enim digestione tres superfluitates exeunt a sanguine scilicet spumosa superfluitas superius calida & sicca, quæ cholera appellatur: & fęx inferius residet, quæ melancholia dicitur. & aquosa superfluitas,quæ admista sanguini phlegma appellatur: intrans autem uesicam, urina dicitur. Fecit enim natura duas cystes id est uesicas,maiorem scilicet & minorem,sed maiorem scilicet uesicã urinæ:minorem autem, quæ cystis fellis appellatur.f. folliculus continens choleram: & supponitur

ille folliculus.ſ.cyſtis fellis in concauitate hepatis,ſ. in loco generationis ſanguinis,habens continua- E
tionem cum hepate,& habet tres meatus.unus dirigitur ad fundum ſtomachi, quo tranſmittitur cho-
lera in ipſo ſtomacho,propter digeſtionem confortandam: alium habet meatum,qui ad inteſtina diri
gitur per plures ramos,ut ad ieiunum,per quos tranſmittitur cholera ad mundificationem ipſorum in-
teſtinorum. Vnde ex oppilatione cyſteos fellis plures accidunt paſſiones in inteſtinis.cholera.n.quæ
tranſmittitur,mordicando,& pungendo mouet inteſtina ad expulſionem.habet autem meatum ad ip-
ſum hepar,quo mediante ſugit ab hepate, quod calidum eſt ad ſui nutrimentum, quia calidæ, & ſiccæ
complexionis eſt: collum habet iſte folliculus,in quo dominãtur fila longitudinalia propter attractio-
nem fortem. Componitur autem filis latitudinalibus propter expulſionem: & filis tranſuerſis,propter
retentionem. Proprium autem uas ſuperfluitatis melancholicæ eſt ſplen. Ponitur autẽ ſplen inter duo
membra calida,cor.ſ.& hepar,ut ſua potentiali frigiditate inducat temperantiam in extremis.eſt enim
melancholicæ complexionis. Et habet duos meatus: Vnum, qui dirigitur ad os ſtomachi,quo mediã
te tranſmittitur melancholia ad illam partem, ad prouocandum appetitum. Vnde ex oppilatione ſple
nis accidit faſtidium: ſicut ex nimia apertione eius, & tranſmiſſione melancholiæ ſuperflua accidit bu
limus,ſiue caninus appetitus. Alium autem meatum habet, qui dirigitur ad hepar,quo mediante ſugit
ab ipſo, quod melancholicum eſt ad ſui nutrimentum. Habet autem figuram linguæ aliquantulum ob- F
longam, & ad modum cinguli cingit ipſum ſtomachum. Ex altera parte cõiungitur hepati, ut ſugat ab
eo,quod melancholicum eſt. Et propter hoc in paſſione ſplenis patitur ſtomachus, quoniam nõ tranſ-
mittit ad ipſum melancholiam in debita quantitate. Patitur etiam hepar quando non attrahitur ab eo
melancholia in debita quantitate,quoniam ex retentione eius in hepate infrigidatur hepar, & accidit
error ſecundæ digeſtionis. Componitur autem ſplen ex craſſa carne & dura, & melancholica,rara ta
men & poroſa, ut poſſit ſuſcipere intra ſe melancholiam ad ſui nutrimentum, cum melancholica ſu-
perfluitas generetur ex ſanguine,ut deportet ſanguinem per membra. neque enim eſt neceſſarium to-
tam ſuperfluitatem illam diſpergi per membra. neceſſe autem fuit illam ſeparari à ſanguine, & uno lo-
co deponi,donec eiiceretur a corpore.

De anatomia renum.

Creauit Deus duo colatoria, quibus ſeparetur aquoſitas à ſanguine, ne ſanguis corrumpatur per
ipſam: quæ quidem renes appellantur. Et ſunt duo potius,quàm unum, quia ſi eſſet unum ſolum,opor
teret eſſe amplum,propter ſuperfluitatem aquoſam quam reciperet, & ſui amplitudine impediret alia
membra uicina ſibi,propterea ſunt duo parui, ut ſuppleatur officium unius magni, quia non habet lo
cum alijs membris ſufficientem. Item alia eſt ratio, quare ſunt gemini, ut ſi impediatur unus aquoſam G
ſuperfluitatẽ recipiendo,accipiat eam alter pro maiori quãtitate. Habet autẽ ſitum unus in dextra par
te,alter in ſiniſtra,ut directe ſibi opponanẽ.qa ille,qui eſt à dextra parte,ſuperius collocaẽ & coniungiẽ
hepati: ille qui eſt à ſiniſtra,inferius locaẽ,ut amplificet locũ ſpleni. Sunt autẽ renes ex ſolida ſubſtantia,
propter multiplex iuuamentũ. Vnũ eſt,& ut cõcurrãt multa in paruo ſpatio,& recipiãt multã ſuperflui-
tatẽ in paruo ſpatio. Aliud eſt,ut ſua ſoliditate reſiſtãt humoribus,ut humori cholerico pungẽti & ſcin-
denti,qui trãſit ad ipſos à ſtomacho. Tertiũ iuuamentũ eſt,ut ex ſua duritie & ſoliditate cõprimãt ſan-
guinẽ cũ ſuperfluitate,ad modũ duorũ nodorũ cõprimentiũ aliquos meatus,rectificãdo ſanguinem ad
ſui nutrimentũ, reprimẽdo aquoſitatẽ. Triplex.n.eſt ſeparatio ſanguinis ab aquoſitate: prima in gibbo
hepatis: ſecunda in caua uena,à qua tranſmittitur aquoſitas cum primo ſanguine, quaſi lotura carniũ
ad ipſos renes,quibus fit ſecunda ſeparatio: in renibus uero tertia. Vnde ſi meatus renum nimis ape-
riantur ut ſanguis fluat in ueſicam, ſanguis tunc exit in urina. Habent autem renes duplex os: unum
ſuperius,per quod trahunt ab hepate per quoſdam canales: aliud per quod emittitur inferius ad ueſicã
Dirigitur autem quædam arteria à corde ad hepar per medium hepatis ad renes, deferens eis ſpiritum
uitalem ſiue uitam. Item quædam uenæ diriguntur ab hepate ad ipſos renes exterius, deferẽtes ſangui
nis nutrimentũ ad exteriores partes renum. Interius .n.non habent renes uenas,ſed nutriunẽ à ſangui- H
ne quem attrahunt per canales cum aquoſa ſuperfluitate. Coniunguntur autem renes cum quibuſdam
ſpondylis dorſi.unde tranſmittunt ei ueſtem,quæ ueſtit eos exterius,& dant eis ſenſibilitatem. Habẽt
aũt figurã intus concauam aliquantulũ,exterius gibboſam & nodoſam. Et circa orificia,quędam habẽt
additamenta,quæ circundantur pinguedine,cuius ratio per ſimilia alibi aſſignatur.

De anatomia veſicæ.

Sicut creauit Deus proprium uas ſuperfluitatis primæ digeſtionis, ita creauit proprium uas ſuper-
fluitatis ſecundæ digeſtionis, ut ueſicam uas urinæ. Habent ergo renes duo emunctoria, quaſi duos
canales per quos tranſuehitur urina poſt ſeparationem eius a ſanguine in ueſica. Subintrant ergo
illi duo canales exteriores tunicam ueſicæ circa medium tumorem eius, & fluit urina inter duas
tunicas ex utraque parte ueſicæ ad os illius, ubi tandem intrant per interiorem tunicam ueſicæ pe-
netrando ipſam. Et dum intrat ueſicam urina tranſmiſſa à renibus, clauditur exterius os ueſicæ,
ne aliquid exeat. Et e conuerſo dum exit urina a ueſica, clauduntur duo prædicti meatus, ne a-
liquid ſubintret ueſicã interim: & hoc per dilatationem interioris tunicæ,& cõprehenſionẽ eius cũ ex-
teriori. Cõtexta eſt aũt exterior tunica ex filis lõgitudinalibus,& uiget in ea magis attractiua. Interior
aũt tunica cõtexiẽ ex filis latitudinalibus: & hoc ꝑpter cõprehenſionẽ: & ex trãſuerſis, ꝑpter retẽtionẽ.

A Os autem ueſicæ conſtat ex quibuſdam lacertis,quibus mediantibus conſtringitur, & aperitur in ho-
ris neceſſarijs.Duplicatur autem eius interior tunica ad exteriorem,& in ſundo ueſicæ: quia neceſſa-
rium fuit ut eſſet denſa,& fortis, ne acutis humoribus,& ſanguine melãcholico ſcinderetur, quod ac-
cideret ſibi ſi ſubtilis eſſet compoſitionis.

De anatomia matricis.

Creauit Deus matricum radicem,ut eſſet inſtrumẽtum & locus generationis in muliere.cuius col-
lum eſt in comparatione uirilis uirgæ:& eius ſiphac.ſ.interior concauitas,eſt in comparatione oſchei,
id eſt burſæ teſticulorũ:& hac cõparatione ſe habet inſtrumentũ generationis in muliere ad inſtrumen
tũ generationis in maſculo: in qua ſigillũ imprimens ſe habet ad ſigilli impreſſionem in cera. Inſtru-
mentũ fœminæ habet figurã inuerſam & protẽſam.i.fundatã intus: Inſtrumentũ hominis habet inuer
ſam & protenſam extra.Collũ aũt matricis lacertoſum eſt:multas habẽs pelliculas,& inuolutiones ad
modũ burſæ,ſicut & collũ ueſicæ,ut poſſit dilatari,& conſtringi quãdo opus fuerit.Qm̃ ante horã par-
tus ipſius fœminæ os matricis cõſtringitur ſecundũ oẽs ſui plicas ad modũ roſæ,cuius ſolia cõplicãtur
antequã expandatur ipſa.Vnde ita ſtrictus eſt meatus colli matricis,ꝙ ſolũmodo uiam habet urina per
ipſum.In prima autem defloratione dilatatur collum matricis,& rumpuntur quædam uenæ ſubtiles,
B quæ ſunt in dextra parte ipſius colli,& exit ſanguis. Duplex uero eſt os matricis, unũ exterius, & appa
ret uiſui, ad quod terminatur collum matricis:aliud uero interius,in quo inchoatur collum.Iſtud uero
os in hora cõceptionis ita clauditur,quòd non poſſet etiam acus intrare. Ita enim diſpoſuit natura,ne
poſt cõceptionẽ aliquid de ſpermate exeat,uel de alijs ſuperfluitatibus ſubintret, & lædat fœtũ. In ho
ra autem partus ita dilatatur collum matricis,ꝙ eius amplitudo fere concauitati interiori ipſius matri-
cis adæquatur, ad modum roſæ,quæ tota expãditur ſecundum omnes ſui partes. Interius autem cir-
ca medium tumorẽ ipſius matricis ſunt duo additamenta inuerſa, ſiue protenſa, ſicut duo cornua, uel
duo capita mamillarũ,quibus adhærent duo ſœtus,unus a dextra parte.ſ.maſculus, alius a ſiniſtra.ſ.fœ
mina. Sicut.n.natura exterius præparauit duo inſtrumẽta nutritionis.ſ.duas mamillas,ita interius duo
ſuſpenſoria:& ſicut plures ſunt mamillæ extra & intra,& plura ſunt iuuamenta matricis interius, quæ
etiam uiſui apparent.Vnde quidã per ſimile dicebãt,decepti in muliere,eſſe quinque cellulas,quidam
ſeptem,quia tot foetus poſſunt ſimul eſſe in matrice.Ad hoc dicendum, quòd ſicut in arbore plura pira
apparent uel adhærent in ſtipite prouenienti ex arbore, a quo accipiunt nutrimentum, ita in matrice
poſſunt plures foetus adhærere uni additamento,a quo oẽs accipiunt.Patiuntur autem iſta duo addita
menta duas diſtinctiones corporis mamillæ:unã,propter colligantiã unius cũ dextra mamilla:reliquã,
C ob alterius cum ſiniſtra. Dicit Hip.ꝙ ſi gracileſcat dextra mamilla, maſculi abortum faciet. Ponitur
inter longaonem & ueſicã,& illi eſt illud inteſtinum,quaſi culcitra ſuper quã quieſcit.In quibuſdã col-
lum matricis eſt gracilius,& longius,& tortuoſius:& in quibuſdã breuius,& rectius,& craſſius:ſicut in
quibuſdam uiris uirga gracilis,longa,& tortuoſa: in quibuſdam, aliter diſpoſita. Componitur autem
matrix ex duabus tunicis,quarum exterior magis carnoſa eſt.interior uero magis neruoſa aliquantu-
lum,ut ſenſum poſſit habere,non tamen magnum: quia ſi nimium ſenſum haberet,matrix nimis læde-
retur in partu.Exterior autẽ ſpiſſior eſt propter hoc,ut ſeruaret naturalem calorem. Interior autem li-
gamentalis eſt.i.ex ligamentis,& componitur ex omni genere neruorum ſcilicet longitudinalibus,la-
titudinalibus,& tranſuerſalibus.Alligatur autem matrix ſpinæ dorſi fortiter poſterius, & duabus co-
xis. Similiter eius ligamenta deſcendunt ad genua:a genibus uſque ad pedes. Superius autem alliga-
tur diaphragmati,cuius ligamenta aſcendunt uſq; ad mamillas & oculos.Sub iſtis autem additamen-
tis extra ex utraque parte inferius prope os matricis ponuntur duo ianitores, quaſi duo oua.ſ.teſticu-
li,qui.ſ. aliquantulum ſunt latiores,quàm teſticuli maris, qui aliquantulum ſunt oblongi: illi latiores
propter humiditatem deſcendentem: iſti oblongi,propter caliditatem.Creauit autem natura iſta ge-
mina,ut in eis eſſet locus digeſtionis ipſius ſpermatis, ad hoc ut ex ipſo eſſet materia corporis huma-
D ni. Sunt autem uaſa ſeminaria antecedentia, & conſequentia, quibus defertur ſperma uel materia
ſpermatis. Vaſa autem antecedentia ſunt quædam uenæ,quæ prodeunt a cerebro uſque ad teſticu-
los,& deferunt ſanguinem dealbatum, qui erat ad nutrimentum cerebri ad ipſos teſticulos, qui me-
diante ſua uirtute attractiua talem ſanguinem attrahunt ad nutrimentum. Reſiduum autem illius nu-
trimenti a teſticulis tranſmittitur per ſeminaria uaſa conſequentia in ipſa uirga uirili, & per illam in
matricem ad generationem fœtus.Cuius quidem ſpermatis in homine ſtrictus eſt meatus & tortuo-
ſus,& longus,ut ſubtilietur & habilitetur per longum tempus:in muliere non eſt ita neceſſariũ ut ſub-
tilietur,quia eius ſperma debet craſſius eſſe,& humidius,quàm ſperma uiri,maxime ab iſto agente pa
tiens:propter hoc breuior eſt tranſitus a teſticulis mulieris in matricem.ſtatim enim ſubintrat matricẽ
ſub inferiori ore a latere matricis ex utraq; parte illius,& non per illud os.unde non coniungitur cum
ſpermate maris antequam utriuſq; ſperma perueniat in matricẽ. Sub interiore autẽ ore matricis illius
iacet os aliud.ſ.ueſicæ,quod ſubintrat collum matricis,& ita exit urina ſecundũ eandẽ uiã, per quã in-
trat ſperma.Conueniũt autẽ ſpermata maris,& mulieris in matrice ita,quòd ſperma maris agit in ſper
ma mulieris. Sperma autem maris naturaliter intendit imprimere formam eius, a quo deciditur, &
ſperma mulieris intendit ſuſcipere. Illud autem facit ſperma uiri in ſpermate mulieris, ut dicunt alij
in ſanguine menſtruo,quod facit fermentum in paſta.ſ.ebullitionem.Et Gal.uult, quod utrũq; agat in

reliquum,& patiatur à reliquo. In principio enim admiſcentur ſpermata, & fit ſpuma in eis mediante E
uentoſitate eleuante ampullas. In ipſis enim ſunt tres ſpiritus ſcilicet naturalis, ſpiritualis, & uitalis,
qui mouent materiam quolibet genere motus: quorum quilibet intendit ad generationē propriæ cau-
ſæ materialis ſcilicet ſpiritus uitalis ad generationem cordis, ſpiritus naturalis ad generationem hepa
tis, & animalis ad generationem cerebri. Subintrante ergo in profundum ſpermatis uenroſitate, actio-
ne trium ſpirituum in medio naſcitur ueſicula quędam: ſuperius autem prope alia ueſicula: a latere iux-
ta inferiorem alia. Ex prima ueſicula formatur ipſum cor: Ex ſecunda ſuperius poſita cerebrum: Ex ter-
tia hepar. Tamen maxima eſt diſſenſio inter auctores de ordine formationis. Hippoc. enim in libro de
natura fœtus uoluit, ꝙ cerebrum eſſet primum in creatione, ut patet ex ſenſu quia in ouo primo appa-
ret caput pulli. Iſaac uidetur conſentire, quia comparat hominem arbori inuerſę, & cerebrum radici ar
boris. Alij uolunt ꝙ hepar primum ſit in creatione, quia illud membrū cuius operatio primo eſt neceſ-
ſaria, primo debet creari: ſin minus, inordinate procederetur. Et iſta ratione dicit Ariſto. quòd cor
primo creatur, quia eius operatio primo eſt neceſſaria, ideo primo debet creari. non enim poſſet nutri-
ri niſi primo uel prius fieret uita. Vnde cum operatio uitalis primo ſit in corde, primo creatur cor. In
iſtis tribus membris, artifice natura petente exteriores partes, exterius terminatur uehiculum, quo me
diante alligatur fœtus uni partium capitum mamillarum, per cuius uehiculi inferiorem meatum tran- F
ſmittitur de puro ſanguine menſtruo matris, uel alio, per quem membra, quæ prius erant alba, rubificā
tur. Illud autem uehiculum alligat fœtum matrici: & cum illud uehiculum poſterius ſit in conceptio-
ne, alijs tamen prius eſt in perfectione. Per ſex autem primos dies in illa materia apparet ſpuma, &
aliæ tres ampullæ principalium membrorum. Poſtea per tres ſequentes dies inchoantur interius li-
neationes, & punctationes aliorum membrorum. Per primos autem ſex dies nihil attrahitur à ma-
trice, quia parum aut nihil deperditur de illa materia. & ſi deperditur, non eſt utilis reſtauratio, unde ni
hil attrahitur. Per ſex autem dies ſequētes penetrante uentoſitate & ſpiritibus ad exteriora, perficiun-
tur ramificationes uenarum & arteriarum. Per xij. dies ſequentes, ſubintrat ſanguis per uniuerſa mē-
bra carnea. Vnde in abortu apparet tunc temporis fruſtra carnea. Et per ipſos diuiditur etiam ſpina
lis medulla à cerebro per ſpinam dorſi. Item per ix. dies ſequentes diſtinguūtur membra a ſe inuicem
latera a collo, & collum a capite, coxæ a natibus, & ita de ſingulis alijs. Et ita in uniuerſo erunt xxxv.
dies: tamen in quibuſdam iſta tempora formationis anticipantur: & in quibuſdam poſtponuntur par-
titiones totalis temporis formationis, tum per unum diem, tum per plures. Tripliciter ergo uariatur
totum tempus formationis. quoddam enim terminatur in xxx. diebus, quoddam in xxv. quoddam
in xl. ita quòd quinque dies ſemper interueniunt & intercidunt. Cauſa autem huius diuerſitatis eſt G
calor intenſior in quibuſdam, remiſſior in alijs: & materia magis, & minus obediens. Fœmine cor-
pus tardius formatur, quàm corpus maris. Tempus autem motus id eſt illud, in quo apparet uel ſen-
titur motus uoluntarius ex anima ſenſibili, duplum eſt ad tempus formationis. Tempus autem par-
tus triplum ad tempus motus. Et propter iſtas diuerſitates temporum formationis, etiam uariantur
tempora partus. Et ideo quidam naſcuntur in vij. menſe, quidam in viij. & quidam in ix. Totum autē
quod dictum eſt de temporibus formationis, experimento compertum eſt per diuerſa tempora
abortuum, in quibus apparent uiſui antiquorum medicorum ſucceſſiuæ diuerſitates formationum.

De anatomia panniculorum fœtus.

In quibuſdam autem materijs calor eſt maior. ſtatim autem declinante calore, & penetrante
in profundum extremitatibus relictis, induitur pellicula ad modum corticis exterius, ſicut patet in
ouis, quæ ueſtiuntur extra tenuiſſima tela prius, & poſtea teſta duriore. Similiter in arboribus, quæ
ueſtiuntur triplici cortice, & in fructibus quarundam arborum, quæ duabus uel tribus tunicis te-
guntur. Similiter fœtus in utero matris inuoluitur tribus pelliculis: quarum prima uerſus fœtum te-
nuiſſima eſt, & dicitur camiſia pueri, uel profundatio ſudoris. iſta enim pellicula abſtergit puerum à ſu-
dore, qui eſt quaſi aerea ſuperfluitas. Inter hanc pelliculam, & ſequētem recipitur ſecunda ſuperfluitas H
ſcilicet urina. ſtatim enim quando excolatur per renes, non intrat ſtatim ueſicam, ſed per quendā mea
tum dirigitur ad umbilicum, ubi exit, & ſubintrat iſtas duas pelliculas, & non expellitur inde ante par
tum, immo exit cum puero. Cuius retentionis hæc eſt cauſa ſcilicet ut ex humiditate mollificet & infun
dat matricem, ut ſufficienter amplificetur ad exitum pueri, quia facilius excolatur per humidū, quàm
per ſiccum. Interior autem tunica ſubtilior eſt ceteris: & componitur ex arterijs & uenis, in quibus de
fertur ſanguis ad nutrimentum fœtus, uenalis ſanguis hepati, arterialis cordi: & hæc eſt tunica ſimilis
retinæ. Prima autē ſuperfluitas nō eſt in fœtu, q̄a nihil dū eſt in matrice intrat ꝑ os, & ita nihil in ſtoma
chū & inteſtina qđ poſtea exeat ꝑ ſeceſſum. Venit aūt ei nutrimentū ꝑ umbilicū de ſanguine materno
q̄ trāſmittiť ad hepar, & ibi quandā ſuſcipit digeſtionē. Inuoluiť ergo tribus pāniculis fœtus, ſed nō pro
pter dictas cauſas ſolū, ſed ut fœtus firmiter adhęreat matrici. nō. n. ſufficeret illud unū ſolū uinculū per
umbilicū, niſi in pluribus locis per pelliculas illas alligaretur matrici. Habet enim fœtus poſitionē &
ſitum membrorum naturalem ſecundum diuerſas ſui plicaturas naturales. Ambas autem manus ha-
bet poſitas ſupra duo genua, brachijs extenſis ex utroq; latere, & faciem poſitam inter manus, naſum
inter genua: & habet genua flexa, & pedes iunctos. proceſſu autem temporis creſcit, & augetur ue-
hementius, & fortius mouetur. Et tendit ad exitum triplici de cauſa: Vna cauſa eſt propter angu-

ſtiam

A ſtiam loci in utero materno : Alia cauſa eſt propter defectum nutrimenti. non enim ſufficit ei , quod
tranſmittitur a matrice: Tertia cauſa eſt anguſtia inſpirandi, & expirandi, & paucitas aeris, qui quidem
nimis calidus attrahitur. In matrice ergo tempore partus puer conuertit ſe ad exitum. ſ. caput inferius
& extremitates ſuperius. Hic naturalis ordo eſt in exeundo, ut præcedat caput, & ſequanť cetera mem
bra. Caput enim ex ſua craſſitie, & grauitate facit locum ceteris membris gracilioribus. quando uero
præcedunt pedes, timendum eſt ne brachia frangantur. quando præcedit unus pes, timendum eſt de
alio: idem dico de ceteris membris. Rumpuntur enim cotylidones, & exit ſanguis cum aquoſitate, qui
retentus inter pelliculas mollificat, & infundit matricem. Matrix autem poſt tãtam dilatationem cito
redit ad propriam uel priſtinam conſtructionem, & hoc nimia operatione naturæ.

De anatomia genitalis uirgæ.

Habet autem uirga uirilis compoſitionem ligamentalem. Componitur enim ex craſſis uenis, ner-
uis , & arterijs : ut recipiat multum intra ſe de ſpiritu & uentoſitate , quæ faciunt ipſam inflari & erigi
quando opus fuerit, & per ipſam deportari materiam ſementalem. Longitudinem naturalem habet in
ter ſex, & nouem digitos, ut poſſit attingere ad locum ſibi deſtinatum in proiectione ſpermatis. Item
habet duos meatus, unum in quo defertur ſperma a teſticulis, aliud in quo defertur urina a ueſica , qui
B tamen duo meatus conueniunt tandem in unũ meatum. In ipſa enim uirga ſic accidit ſicut in collo ma-
tricis, quia per alium meatum exit urina, & per alium meatum intrat ſperma uiri, tamen ipſi duo conue
niunt in ipſo collo, & fit meatus unus. Veniunt autem nerui ad eius compoſitionem ab inferiori parte
ſpinalis medullæ: ueniunt etiam quædam ligamenta a pubis oſſibus. Virga habet duo paria muſculorũ,
unum par longitudinalium & protenſorum, quibus erigitur & extenditur: & aliud par habet muſculo-
rum tranſuerſorum, quibus mediantibus erigitur. Quare ſi unus muſculorum ſpaſmaretur, tunc decli-
nat uerſus unum latus: alter uerſus alterum declinat ſi neuter dirigitur. Iſtis etiam mediantibus poſt
iniectionem ſpermatis tetrahitur ad priorem menſuram.

De anatomia cordis.

Creauit Deus cor ex carne craſſa forti & dura, ut eſſet longinquum a læſionibus , neque nimis ue-
lox, neque nimis tardum eſſet ad motum, neque nimis paruum, propter multum aerem & ſanguinem,
quem recipit. Figura autem eius eſt pineata, quia latum aliquantulum in rotundum eſt in parte una: &
hoc ut locum haberent amplum uenæ , & arteriæ exeuntes & ſubintrantes in illa parte. Et in alia ſui ex
tremitate punctale habet acumen, ut in una ſui parte contingeret oſſa coſtarum, quibus uicinatur , ne
læderetur ab ipſis. Et pineatam habet figuram, & rotundam, quia nulla figura melius, quàm iſta coniun
C git punctum cum ſuperficie, cum a puncto per creſcentes circulos gradatim perueniatur ad ultimam ſu
perficiem. Inuoluitur autem cor in quodam forti panniculo ad ſui defenſionem, qui capſula cordis ap-
pellatur: inter quem & ipſum cor, tãtum uacat ſpatium, quod ſufficit ad plurimam cordis dilatationẽ:
ne ex conſtrictione inducat ſuffocationem in ipſo . Colligatur autem cordi in tribus locis , ſcilicet in
pũctali extremitate, ubi magis eſt chartilaginoſa, propter defenſionem illius partis a duritie oſſium ui-
cinorum: & in duabus auriculis ſimiliter. Quæ quidem auriculæ apparent extra, quaſi duo additamenta
carnium, per quarum inferiorem ſubintrat uena deportans ſanguinem ab hepate ad nutrimentum cor
dis, & ad generationem ſpirituum, & ſanguinis uitalis. Superiorem autem auriculam ſubintrat canna
pulmonis, deportans aerem ad temperationem caloris innati: & ita leuioris , ſcilicet aeris meatus eſt
ſuperior. Cor autem habet tres diſtinctiones, ſiue folliculos , ad modum quarundam burſarum: in qua-
rum parte ſuprema recipitur act: in quarum infima, recipitur ſanguis: In quarum media, quæ fouea ap-
pellatur , fit aeris & ſanguinis commiſtio, & ſpirituum generatio. Vnde ille locus in corde dicitur mi-
nera ſpirituum. Componitur autem cor ex omnibus generibus filorum, ſcilicet longitudinalibus , qui-
bus attrahit: latitudinalibus, quibus expellit: & tranſuerſis utrorumque , quibus retinet. Vergit autem
cor uerſus ſiniſtrum aliquantulum, ut det locum hepati poſito in dextra parte, ne duo tam calida mem
D bra in una parte corporis ponantur corpus calefacientia. Sunt autem duo ſubintrantia cor , uena con-
caua deferens ſanguinem ad nutrimentum cordis, & generationem ſpirituum , & canna pulmonis de-
ferens aerem, ut ex ipſo & aere generetur ſpiritus. Duo egrediuntur, ſicut eſt uena arterialis, uel arteria
uenalis: quæ ſic appellatur, quia media eſt inter uenam & arteriam, quæ deferunt ſanguinem calidum,
& ſubtilem ad nutrimentum pulmonis. Et propter hoc dicunt quidam, quòd pulmo calidam, & ſiccam
habet complexionem, quia nutritur calido & ſicco ſanguine, ſcilicet cholerico. tamen ex accidenti fri-
gidus eſt & humidus. unde dicitur proprium uas phlegmatis. humor enim diſtillat a cerebro ad pulmo
nem , quaſi pluuia. unde ex accidenti abundat in eo phlegmatica humiditas. Iſta autem uena unam tan
tum habet tunicam, cum omnes aliæ ad minus duas habeant : & hanc mollem habet, & hoc multiplici
ratione. Vna ratio eſt, quia intrat ſubſtantiam pulmonis , quæ tenera eſt & mollis : & ſi uena eſſet craſ-
ſa & dura , de facili poſſet ſiccari, & ſuſcipere rimam, & fiſſuram, & pulmo per ipſam. Alia ratio eſt, quia
mollis eſt, ut ſequatur motum pulmonis: quod non faceret ſi eſſet dura: & eſt ad modum iunci in aqua,
qui ex ſua mollitie & flexibilitate ſequitur motum aquæ. Alia ratio eſt, quia uena non procedit per lon
gam uiam, immo tantum per ſubſtantiam pulmonis: unde iacet ſuper pulmonem ſicut ſuper culcitram,
Vnde ſi ſanguis uenam impleat , cum non habeat durum & reſiſtens, nou læditur ex percuſſione . Alia
uena egrediens a corde eſt illa, quæ dicitur aorta, quæ defert ſanguinem uitalem per totum corpus : &

habet duas tunicas,interiorem duram,& exteriorem mollem:duram propter subtiliorem sanguinem E & penetrantem,ne ille extra resudaret.defert enim sanguinem pulsatilem ista.Exteriorem habet mollem,quia si haberet eam duram,cum iste sanguis pulsatilis impleret illam interiorem, & ipsa exterior ex eius duritia repercuteretur,& læderetur tunc:& propter hoc exterior mollis est, ut receptio ictus siue pulsus sit tanquam in molli.Ramificatur autem ista per totum corpus. & eius rami interius superiacent uenis quietis, ut tanquam uolubile omnino sustentetur ab illis. Exterius uero iuxta superficiem corporis supponuntur eis, unde habeant ea quasi scuta & tegmenta. Et discernitur iste sanguis pulsatilis qui uitalis est ab ipso qui nutrimentalis est, quoniam hic saltando exit interpolate, alius continue & quiete.

De anatomia pulmonis.

Viuit cor cum suis dilatationibus & constrictionibus & quietibus intermedijs, cuius calor excellēs signum est audaciæ:superexcellens uero signum est maniæ.Nun enim magnitudo cordis causa est audaciæ,neque paruitas est causa timiditatis,quoniam lepus & ceruus magnum cor habent secundum mensuralem sibi proportionem,cum timidi sint.quædam similiter animalia patuum habent cor, sed calidū, & propter hoc audacia sunt,sicut serpens thirus,mustella &c. Et quoniam cordi necessaria fuit continua aeris attractio, ut in animalibus ambulabilibus: neque potuit attrahi ab extrinseco,tum propter F loquelam & uociferationem siue cantum,tum propter corruptionem aeris exterius, necessarium fuit ut esset aliquod uas receptaculum aeris attracti interius,ut aer reseruaretur ad tempus, & rectificaretur a suis nociuis qualitatibus,quod quidem uas pulmo uocatur. Est igitur pulmo caro tenera & rara, ut recipiat aerem in magna quantitate.Vnde animalia,quæ magnum habent pulmonem & ualde rarū, multum morantur sub aqua.quæ paruum,parum morantur.hi enim frequenter inspirant & exspirant: alij uero rarius.Habet autem pulmo magnam quandam cannam,quæ superius terminatur ad epiglottidem,per quam attrahitur aer.quæ quidem canna ramificatur & dispergitur per multam substantiam pulmonis.Et iterum ex opposita eius parte est canna,quæ subintrat cor descendendo. Non autem mouetur pulmo per se & suo proprio motu,sed potius motu dilatationis in inspiratione, & constrictionis in respiratione. qui quidem motus a *corde sunt,quoniam in sui compositione pulmo nō habet neruū, a quo est motus communis membro animalis.Exterius aūt inuoluitur quadā pellicula, quæ fit ex neruo dilatato circa ipsum.& ex ista pellicula totum sensum habet in se. Et est pulmo in illa comparatione ad alia ambulantia,in qua sunt branchiæ piscium ad ipsos pisces. Habet autem pulmo quinque distinctiones,pelliculas,scilicet tres ex una sui parte:& duas ex altera:duas maiores,& tres minores:ut si forte lædatur in una uel duabus sui partibus,saluetur in alijs.quoniam si esset continuatio in sui parte, læ- G sio unius partis per continuationem totale membrum læderet. Habet autē pulmo distinctiones duas maximas,& quinque subdistinctiones paruas,quas pelliculas nuncupamus, ut si forte una earum læderetur,& impediatur a suo effectu & actione,altera suppleat,neque cesset ab officio suo. Tres autem illarum pellicularum magis uergūt uersus dextram. Quarum una non mouetur sicut ceteræ,sed tantum ad hoc est ut per eam transeat uena concaua,quę ab hepate dirigitur ad ipsum cor,& illa uena est quasi lectus in quo iacet.Duæ uero pelliculæ magis uergunt uersus sinistrū,cuius dictionis hæc est ratio:quia tres pelliculæ a dextris sunt:ut una illarum sit uicinior uenæ concauæ quā uestit.Alia ratio est, ut exeuntes ex equo duos panniculi ex parte cordis,cum ipso corde teneant sinistram partem pectoris. Et tres pelliculæ ex parte hepatis tenebunt dextram partem pectoris ex æquo, ne aliqua pars pectoris relinquatur uacua magis,quàm alia.Tibia autem pulmonis instar stipitis habentis multas radices ramificatur secundum substantiam pulmonis,qui quidem rami per totum pulmonem diffunduntur, ita, quòd eorum capita siue orificia extrinsece sunt aperta,neque aliquo tempore clauduntur, sed sugunt continue & attrahunt superfluitates pectoraliū,descendētes a capite ad loca inferiora pectoris. Neque solū per illos ramos cannæ pulmonis attrahuntur superfluitates cordis, sed etiam superfluitates a capite descendentes. Est autem pellicula quædam diuidens suos thoraces a se inuicem, transiens per maiorē H diuisionem pulmonis,quasi distinguens eum in duas medietates, alligatas cum spinis dorsi posterius, anterius uero pectori.Cuius causa finalis prohibet ne transeat aliquod læsiuū ab uno thorace ad aliū. si lædatur uel patiatur prius,quàm alius.Canna autem pulmonis superius componitur ex annulis quibusdam perfectis:inferius autem ex annulis imperfectis.quanto enim magis ascēdit canna, tanto perfectiores sunt circuli; ita quòd in ascensu decrescunt, donec perueniat ad perfectionem. Gibbositas autem ipsorum annulorum uergit exterius,& efficit gutturis tumorem. uersus autem interiorem partem ubi deficiunt circuli,est quædam pellicula fortis & spissa,quæ supplet officium circulorū.Quando autem cibus recipitur in gulam,illa pellicula cedit ipsi,& reflectitur interius hora deglutitionis, ne impediat illam,sicut impediret,si esset chartilago interius,sicut exterius: Superioris autem partis illius cannæ,& exterioris illius duplex est iuuamentum.unum,ut inspiratio & exspiratio fiat per ipsum,aliud ut sit primum instrumentum formationis uocis,& ita fiat instrumentum uirtutis uoluntarie mobilis.Et est simile de pellicula cooperiente cerebrum,cuius duplex est iuuamentum. Vnum,ut coniungat uenas & neruos & arterias exeuntes a cerebro,aliud ut regat & inuoluat cerebrum ne lædatur & dissipetur,cum sit teneræ substantiæ.Exspiratur ergo superfluitas aerea,quæ perueniens ad guttur,format uocem.Natura ergo format sibi superfluitates,& adaptat ad quædam sui iuuamenta, scilicet squamas in

*al. thorace.

piscibus

A piscibus,& pilos in corpore. Componitur autem guttur ex tribus frustulis ad formandam uocem se-
cundum plures sui differentias,scilicet gracilem, & crassam,& ita de alijs. quoniam ad diuersos motus
& contrarios alicuius membri,necessaria sunt plura frustula alicuius membri, sicut patet in digitis, qui
ad uarios motus aptantur, quorum primum frustulum est quædam chartilago composita ad modum
aliarum cannarum ambarum.Ipsius circulus est imperfectus,ad modum peltæ, cuius gibbositas extra
apparet in gutture.Eius uero defectus est uersus gulam.unde chartilago peltalis uocatur. Cuius quo-
dam modo supplet defectum quædam chartilago supposita isti inferius, similiter circulum faciens im-
perfectum.sed cõtrario modo se habet peltali,quia eius gibbositas interius est uersus gulam, defectus
uero exterius uersus guttur est.Et ita se habet hæc chartilago,quòd oritur seu collocatur super inferio
rem chartilaginem:cuius opus est ne impediat deglutitionem,quando gula dilatatur uersus ipsam.hęc
autem chartilago cymbalaris,& coopertoria uocatur.Et est alia chartilago,quæ appellatur nomen nõ
habens,cum modo collocetur uersus partem exteriorem,modo uersus interiorem, quando opus fue-
rit:quia eius iuuamentum est,ut quando deglutitur cibus in gulam,interim tegat os tracheæ:& iterum
cum formetur uox in gutture,interim tegat os gulæ.Si autẽ accidat, quòd loquatur deglutiẽs aliquid
remouetur id operculum,& aperitur os tracheæ:& quando subintrat mica panis per tracheam, tũc na-
B tura per fortem tussim conatur expellere illam.Chartilago autem nomen non habens,duo habet addi
taměta, hac illa quæ subintrãt illud cooperculum,siue cymbalarem chartilaginem,& tenent ipsam in
debito loco & positione.In formatione autem uocis,quãto magis eleuatur peltalis,& cymbalaris, tan
to magis gracilescit uox,& trachea arteria tanto magis elongatur & arctatur:quando uero illæ charti-
lagines deprimuntur,uox crassescit,& trachea dilatatur intus magis.

De anatomia diaphragmatis.

Diaphragma est quædam pellicula diuidens regionem uitalium a regione nutritiuorum.unde dici-
tur diaphragma,quasi duo frangens, Cuius compositio est ex neruis & ligamentis. Habet autem illud
iuuamentum,scilicet ut sit primum principium motus inspirationis, & exspirationis. motu enim dia-
phragmatis mouetur pulmo.pulmo autem non mouetur ex se uel per se, cum nõ habeat neruum in se.
Alligatur autem diaphragma spinæ dorsi retro,& anterius pectori. Et annexũ est circumquaq; corpus
corpori per circuitum,per musculos autem habet motum circularem.Cum autem motus dilatationis
in circulo,a medio puncto incipiat,& terminetur in extremitatibus, & motus cõstrictionis incipiat ab
extremitatibus,& terminetur in medio.necesse fuit ut principiũ motus diaphragmatis esset in medio
illius.Descendit ergo a sexto pari neruorum quidam neruus directe,& perpendiculariter per medium
C punctum ipsius diaphragmatis,præstans & sensum,& motum,qui postea ramificatur,& diffunditur per
totum diaphragma.Præterea ueniunt alij duo nerui a quinto,& quarto pari neruorũ ab ipsa spinali me-
dulla,& spondylis,ferentes prædicto neruo principium: qui quidem ut adhæreat uestitur carne, ut in
suo defectu subintret pelliculam illam,quæ est diuidens duos thoraces, facientes duas distinctiones
pectoris:& quodam modo uestitur,& adhæret donec perueniat ad diaphragma. Cõtingit autem quòd
diaphragma quandoq; apostemaĩ,& impeditur a suo motu,& tunc iuuatur a quibusdam musculis late
raliter ei uenientibus,qui sunt.84.testãte.Gal.& etiam iuuatur a folijs narium per uehementem inspi
rationem,& exspirationem.

De anatomia cerebri.

Et cerebrum diuiditur in tres substantias,in uelarem,medullarem, & uentres plenos spirituum, qui
sunt principia neruorum a cerebro orientium.Cerebrum autem est frigidum, & humidum. Frigidum
uero,ne inflammetur uapore fumorum ascendentium a stomacho, & ne inflammetur motu neruorum
sensibilium,uel per operationes sensibiles ut imaginationes,& cogitationes,& ut temperet sua frigi-
ditate spiritus uitales calidos ascẽdentes. Molle & humidum est,ut de facili suscipiat impressiones sen
sibiles, & ut possit esse nutrimentum neruorum,qui a principio sui molles sunt,& gradatim,& successi-
D ue indurantur.Item leues sunt nerui,rari,& flexuosi:leues,ut suscipiant spiritus:rari, ut præstarẽt ei faci
lem motum,& directum,& uelocem:flexuosi, ut deseruiant membris ad regendum se faciliter uersus
quamlibet partem.Item cerebrum in anteriori sui parte est mollius & humidius,propter neruos sensi-
biles inde orientes,qui molliores habent esse,quàm nerui motiui.In posteriori sui parte durius est,pro
pter neruos motiuos inde orientes,qui duriores habent esse,quàm nerui sensibiles, & propter illã par
tem, in qua est thesaurus memoriæ & repositio formarum.Cerebrum autem secundum latitudinem di
uisum est in duas partes,ut hoc membrum unum sit,sicut & cetera mẽbra bina, ut si forte lædatur una
eius pars,altera seruetur illæsa.Descendit autem posterior pars cerebri cum suis uelaminibus in conca
uitatem spinæ,& ex illa parte oriuntur nerui,ex utraque parte lateraliter atque ad ambas partes corpo
ris uicinas tendunt.

De anatomia neruorum a spinali medulla orientium.

A spinali medulla.xxx.paria neruorum oriuntur,& unus neruus,qui caret pari.quorum vij.a spondy
lis colli oriuntur:alia uero vij.a superiorum costarum spondylis oriuntur, quæ in rectitudine pectoris
sita sunt. Alia uero quinque,quæ sunt post ipsa,ab inferioribus costarum spondylis nascuntur.Oriuntur
& alia quinque a quinque spondylis renum.Ab osse uero,quod renibus supponitur, oriuntur alia tria:
post quæ alia tria ab osse caudæ nascuntur.A caudæ autem summitate neruus carens pari oritur. Primi

paris egressio est a duobus spondyli primi foraminibus, quod in capitis solum, musculis spargitur: & E
est paruum, & minutum. quoniam melius uidetur, cum locus, a quo egreditur sit angustus. Par secun-
dum a foramine, quod est inter primum spondylum & secundum, oritur, cuius maior pars transuersa
ad cutem capitis ascendit, dans ei motum. Et quod primum minus facit propter sui paruitatem, conse-
quens ipsum complete emendat. musculoque colli & maxillarum coniungitur, dans ei motum. Par ter
tium exiens a foramine inter secundum & tertium spondylum, statim in duo diuiditur ex utraque par
te. quarum una musculis qui maxillas mouent transmittitur, & est quãdo musculis miscetur temporũ,
& cum musculis aurium in bestijs, & quandoq; in hominibus: alia uero pars ipsius per musculos disper
gitur, qui inter utrasque locantur scapulas. Par uero quartum inter tertium & quartum spondylum ex
oritur, & partitur in duo sicut præcedens. sed pars ipsius ascendens est parua. Et quidam dixerunt iam,
quòd ab ea penetrant rami sicut araneæ tela extensa super uenam, donec ad diaphragma perueniat, se
parans super duo latera diaphragmatis, & pectus in duo media partiendo incedens. sed eius pars mi-
nor ad superiora reflectitur, & in fundo musculorum profundatur, donec ad suprema uadat, & muscu-
lis mandat ramos, qui inter caput & collum sunt communes. & dixerunt quidam quòd ab eo ad dor-
sum descendit ramus. Quintum uero par inter quartum & quintum egressum in tres diuiditur partes:
& est unus ramus, & est minor pars perueniens ad musculos, qui caput anterius peruertunt, & ad alios F
musculos qui capiti sunt communes & collo, & alter ramus ad musculos scapularum dirigitur, & mi-
scetur, & ad medium penetrat diaphragmatis. Par uero sextum, septimum, & octauum, ab alijs secun-
dum ordinem egreditur foraminibus. Sed octaui egressio est a foramine communi inter finem spondy
lorum colli & primum spondylum dorsi. & eorum rami uehementi miscentur mistura. secundum pluri
mum eius ad scapulæ peruenit superficiem. & pars eius maior, quæ est ex quarto, & minori parte, quæ
est ex tertio peruenit ad diaphragma. & plurimum septimum peruenit in adiutorium. licet sint quidam
qui ex ipsis ramis ad musculos capitis & colli & dorsi cum ramis quinti associati uadant ad diaphrag-
ma. sed tamen ille, qui est ex quinto, ad partem manus tendit, & non transit scapulam. Sexti uero paris
quidam ad musculos scapularum diriguntur, & alij mouent adiutorium, alij uero a superioribus parti-
bus dant sensum adiutorio, alij mouent brachium, alij per cutem adiutorij. Septimi uero paris quidam
mandantur musculis qui sunt in adiutorio, qui sparguntur dantes eis sensum. Octaui uero paris partes
quædam per cutem hanc quidem partiuntur, dantes eis sensum. alij uero ad musculos brachij tendunt
motum manibus præstantes. Primum autem par ex paribus membrorum pectoris egreditur inter pri-
mum & secundum spondylum pectoris, quod in duas diuiditur partes, quæ autem maior est, in omni-
bus musculis spargitur costarum, & in musculis dorsi super primas costas extensum procedit, & octa- G
uo neruorum colli obuiat, & similiter ad manus protẽditur, donec ad digitos & palmam perueniat &
manum, & segregatur per eam, dans ei motum uel sensum. Par uero secundum, a foramine egreditur,
quod prædictum sequitur foramen, cuius pars ad adiutorij tendit superficiem, dans ei sensum. & ipsius
residuum cum alijs partibus quæ remanserunt, aggregantur, & ad musculos scapulæ qui super eam po
siti sunt ascendunt, ipsius mouentes juncturam. & ad musculos perueniũt dorsi, qui ex istis neruis spon
dylorum pectoris oriuntur. Et ramus, qui ad scapulam non protenditur, ad musculos dorsi uadit, & ad
musculos qui sunt inter costas primas in posterioribus pectoris positas. Qui uero ex spondy-
lis secundarum nascuntur costarum, ad musculos ueniunt, qui sunt inter costas & ramos, cum isto-
rum neruorum ramis. Præterea a ramis neruorũ arteriæ & uenæ aperte currũt, & spinalẽ medullam
ingrediuntur per loca unde ipsi egrediunt. Nerui exeuntes a duobus spondylis pectoris in hoc commũ
nicant, quòd pars eorũ ad musculos dorsi peruenit, & pars ad musculos uẽtris, & ad musculos qui sunt
in dorso pressi. tertia aũt superior cum neruis miscetur, qui a cerebro sunt descendentes, & non alia. Et
duo paria inferiora ad partes crurum multos transmittunt ramos, cum quibus ramus tertiæ partis, &
ramus nerui primi, ossibus alchatim miscentur. Sed isti duo rami coxæ non pertranseunt juncturam, sed
in ipsius sparguntur musculis, & ita eos pertranseũt incedendo ad crura. Neruorum aũt crurum & pe- H
dum forma, a neruis manuum & pedum separatur in eo, quòd non junguntur, & inclinant submersi ad
cerebrum. Non est autem forma cõtinuitatis adiutorij cũ scapula, sicut forma continuitatis femoris cũ
coxa, neq; extremitates cum origine suorũ neruorum. Et isti quidem nerui ex parte cruris, diuersis ten
dunt modis. sunt enim ex eis qui occultantur, sunt qui manifestantur, sunt qui submerguntur sub mu-
sculis cooperti. Et quia musculi qui ex parte femoris oriuntur, neruos ad utrosq; pedes non habuerũt
a posterioribus partibus, neq; ab occulto femorum, propterea ibi musculi multi & uenæ factæ fuerũt,
ut pars neruorum quæ est in pectine, curreret & penetraret in foramine, quod ad testiculos descendit,
donec ad musculos uadat femoris, & descendat ad musculos poplitis. primũ aũt par ex neruis sequen-
tium spondylorum commiscetur cum neruis antecedentibus, sicut diximus. Alia uero paria, & unum
par, quod ab extremitate oritur caudæ, musculis spargunt sphincteris, & ipsius uirgæ, & musculo uesi-
cæ, & matricis, & in panniculis uentris, & in partibus domesticis superioribus ossis femoris, & in mu-
sculis qui nascuntur ab ossibus alchatim.

De anatomia uenæ concauæ.

Vena uentrem habens ad cor, quando uenit in tectitudinẽ diaphragmatis, transmittit ramos ad ip-
sum nutriendum. quæ postea perforat diaphragma, p cuius foramen uenæ subtiles ab eis disgregatæ

panniculo,

A panniculo, qui pectus in duas diuiditur partes, & cordis capsulæ, atque glandulæ, quæ à Medicis uocatur mina, continuantur, & per prædicta sparguntur membra. Postea uero quidam magnus ramus ab eis separatur, qui uni duarum cordis auricularum, dextræ scilicet continuatur, & diuiditur in tres partes, quarum maior dextram cordis aurem intrat, secunda cordis superficiem exteriorem circuit, tertia uero ad inferiora ramos transmittit. & postea procedit ascendendo, & retorquet ad furculas. Et transmittit à se ramos ad nutritionem omnium partium uicinarum interiorum & exteriorum. Quando autem ramificatur ex utraque parte, & uenit in rectitudine axillarum, ramus quidam magnus exterius ab ea egreditur, & ad locum qui est in alis axillæ protenditur, quæ basilica appellatur. Sed etiam prior, quæ relinquitur circa furculas, quæ est stipes huius basilicæ, in duas diuiditur partes: quarum una ad dextram, altera ad sinistram tendit. Et iterum utraque istarum subdiuiditur. Quarum una diuisio, humero superposita ad manum tendit, & uocatur cephalica. Alia uero diuisio utrinque in duas diuiditur partes. Quarum una per interiores partes colli ascendit, quousque cranium intret, & partes membrorum cerebri, & suorum panniculorum ibidem irrigat. & in transitu eius per collum usque ad cerebrum diuiduntur ab eo rami subtiles, qui membra in collo humectanr. & hæc uena gaudet cholera: Alia uero manifesta ascendit, quousque per faciem, oculos, caput, & nares diuiditur, ut omnia membra nu-
B triat, quæ ideo manifesta uocatur. A uena autem humerali, dum per cubitum transit, rami quidam subtiles separantur, à quibus ea quæ in adiutorio exterius manifesta sunt, irrigantur. Similiter sub uena axillarum aggregantur rami subtiles, qui rami adiutorij musculos nutriunt. Et quando humeralis uena & axillaris prope cubiti iuncturam ueniunt, duæ partes ab eis separantur, una scilicet ab axillari, alia ab humerali. & coniunctim ascendunt quousque ex eis una fiat uena, quæ purputea uocatur. Alia uero humeralis pars protenditur secundum diuersas adiutorij partes, & super arundine altera transit: & uocatur funis brachij. Axillaris uero pars altera, quæ una est ex inferioribus partibus brachij, quæ est in profundo, usque adeo protenditur, quousq; ad caput inferioris arundinis perueniat. & fit ex ramis suis uena una, quæ est inter medium & auricularem, quæ saluatella appellatur. Pars autem quæ ad corporis inferiora descendit, super spondylos costarum transit, descendendoq; inferius porrigitur. à qua egrediuntur rami, qui uadunt ad renum fascias, & suorum panniculorum, & ad membra quæ ex eis disponuntur, & ea nutriunt. A qua postea duo rami magni separantur, qui renum intrant concauitates, post quos reperiuntur duo alij, qui ad testiculos uadunt, Deinceps ab eodem in rectitudinem cuiusq; spondyli duo alij separantur, qui ad utraque procedentes membra, quæ circa ipsa sunt, uel quæ sunt occulta, ut uulua, uesica: uel manifesta, sicut uenter, ilia, humectant. quæ quando ad ultimum uenerit spon-
C dylum, in duas separatur. quarum una ad dextrum pedem, & alia ad sinistrum uadit. Et ab his segregantur partes quæ femorum musculos nutriunt. quarum quædam sunt occultæ, à quibus occulti nutriuntur musculi, quædam manifestæ, quæ manifestos humectanr musculos. Quæ iterum quando peruenerit ad genu, in tres diuiditur partes: Quarum una per molam transit, cuius rami, omnes cruris musculos nutriunt, qui interius & exterius inueniuntur. Alia uero ad partem cruris domesticam tendit, quæ similiter occultatur usque adeo taliter, donec partem super malleolum interiorem operire incipiat: & tunc ex ea, quæ saphena uocatur, fit uena. Pars uero tertia ad partem cruris syluestrem tendit, quæ similiter occultatur quousque ad malleolum ueniat exteriorem, quæ dicitur ischiadica. Ab utraque autem istarum, quando ad pedem perueniunt, separantur partes quæ per pedem sparguntur. quarum illæ quæ in partibus digitorum sunt, & si ab eo reperiantur, uenæ ischiadicæ sunt partes.

De anatomia uenarum manus.

Venæ autem manus quę phlebotomantur, sunt quinque: nigra siue purpurea, basilica, funis brachij, & axillaris, quæ est ramus basilicæ, & sceilem, & cephalica, quæ omnibus maior est. Basilica uero magni timoris est propterea quòd arteria cadit sub ea. & neruus & musculus etiam sub ea cadunt. In basilica quoque phlebotomanda quanto plus ad brachium descenderis, erit sanius. Propterea sciendũ
D quòd basilica axillaris & cephalica super iuncturam phlebotomiæ appropriantur, & non sub ea, neque in ea, ut sanguis bene saliat, & sit securitas à nocumentis neruorum & arteriarũ. Cephalica uero quod est ex collo supra ipsum partim, & partim sub ipso euacuat, & terminum partis hepatis non pertransit neque hypochondriorum. Basilica uero euacuat partes pectoris, & quod est à parte uentris inferius. Nigræ uero iudicium inter cephalicam & basilicam medium est. Funis uero brachij similis est cephalicæ, Sceilem siue saluatella quidem, quæ in dextra, doloribus hepatis confert: & quæ in sinistra, doloribus splenis. Et quòd sanguis phlebotomiæ dimittatur donec per se restringitur. Manus quoque illius qui phlebotomatur, in aqua calida ponitur, ne cito sanguis restringatur. Sed arteria manus quæ phlebotomatur, est arteria quæ inter pollicem & indicem existit. Eius iuuamentum in antiquis doloribus hepatis & diaphragmatis est mirabile. Galenus hoc uidit somnians, & expertus est postea. Et ex uenis pedum, quæ phlebotomãtur, una est ischiadica, & est à parte syluestri calcanei: est alia sub eo, aut supra ipsum. Et ligatur in fascia, & inuoluitur quod est supra ipsum in summitate coxæ usq; ad cal-
Al. 1. f. 4. p. 149.E caneum fortiter. Et melius quidem est ut balneetur ante. Et si ipsa fuerit occulta, aliquis suorũ phlebotometur ramorum, qui inter minimum & secundum existit. Et iuuamentum phlebotomiæ ischiadicæ magnum est in dolore ischij, & podagræ, & in uarice, & elephantiasi. Et saphena, quæ est uersus inferiorem partem pedis, manifestior est quàm ischiadica quæ phlebotomatur ad euacuationem san-

guinis

guinis ex membris sub hepate, & ut sanguis a superioribus ad inferiora declinet quia re menstrua prouocat,& hæmorrhoidũ orificia aperit.Et super calcaneum retro est uena,quę est saphenæ ramus,& operatur quantum ipsa. Et ad summum phlebotomia uenatum pedum confert ægritudinibus, quæ fiunt ex materiebus ad caput declinantibus,& ægritudinibus matricis. & magis debilitat quàm phlebotomia uenarum manus.In uenis capitis quæ phlebotomantur,quædam sunt quietæ, quædam pulsatiles. Quietæ sunt uena frõtis,quæ inter duo existit supercilia. cuius phlebotomia cõfert grauitati capitis & proprie illi quæ est in posteriori parte,& grauitati oculorũ,& dolori capitis. Super cornu capitis phlebotomatur propter hemicraniam, & ulcera capitis.Et duæ uenæ temporum,quæ flexuosæ incedũt: Et duæ uenæ,quæ sunt in angulis oculorum lachrymalibus, non apparent multum, nisi propter constrictionem suffocantem.Et in ipsis non est profundandus phlebotomus, quoniam forte fierent fistulæ.& non egreditur sanguis nisi paucus. Iuuamentum phlebotomiæ harum existit in dolore capitis, & hemicrania,& ophthalmia antiqua,& lachrymis,& panno,& scabie palpebrarum, & nyctalopibus. Et sunt tres uenæ.quarum locus est post locum ubi extremitas auris tangit quando prouenit ad capillos. & una earum est magis manifesta,quæ phlebotomaẽ in principio aquæ & qñ caput stomachi fumũ recipit.& post hoc cõfert ulceribus crurum,& colli,& posteriorum capitis. Et ex istis sunt duæ iugulares. & minuuntur in principio lepræ,& fortis anginæ,& angustatione anhelitus, & in asthmate acuto,& in raucedine uocis,& in apostemate pulmonis,& in spirandi difficultate, quæ ex multo sanguine fit calido,& ægritudinibus splenis & laterum.Modus ligandi eas est, quòd oportet trahere caput ad contrarium partis phlebotomiæ,ut uena extendatur sicut chorda.Et ex eis sunt uenæ labiorum, scilicet quatuor.super unumquodq; existit par,quæ conferunt ulceribus oris,& pustulis,& doloribus gingiuarum & earum apostematibus,& earum laxitati,& ulceribus,& fistulis,& scissuris,quæ sunt in eis. Et ex eis est uena quæ est sub lingua.& propter grauitatem linguæ,quæ est ex sanguine, minuitur. Et ex eis est uena,& est inter mentum & labium inferius,quæ phlebotomatur propter oris fœtorem. Et ex eis est uena furculæ,quæ phlebotomatur in mordicationibus oris stomachi. Et ex uenis,quę phlebotomantur in corpore,sunt duæ uenę supra uentrem,quatum una supra hepat,altera supra splenẽ. & phlebotomatur dextra in hydrope,& sinistra in ægritudinibus splenis. Ex arterijs uero quæ sunt in capite, est arteria tempotis,quæ quandoq; phlebotomatur,quandoque inciditur, quandoq; extrahitur, quandoq; aduritur.& hoc fit,ut rheumatismi subtiles constringantur,qui ad oculos descendunt. Et duæ arteriæ, quæ sunt post aures,quæ phlebotomantur propter species ophtalmiæ,& principium aquæ, & pannos, & nyctalopas,& antiquum dolorem hepatis.In earum tamen phlebotomia semper existit timor,& tardatur consolidatio.

A.ibi.p.150.E

G

De anatomia membrorum consimilium.

Omnis operatio ab anima procedẽs,ut melius in actum procedat, in corporibus nostris perficitur. Instrumentorum autem corporalium alia sunt simplicia,alia composita.Simplicia sunt,quorum quamcunque partem sumpseris,sensibilem communitatem habet cum corpore & diffinitionem. Composita uero sunt illa,quæ non &c.Sed quoniam simplicia sunt in compositis,& non conuertitur, de his prius dicendum.

De ossibus.

Inter simplicia primum est os,quod est fundamentum totius corporis,& erectio & sustentamentum motus & sensus.Quædam ossa specialia habent iuuamenta. Quoddam enim propter fundamẽtum est, ut os spinæ,siue ossa spondylorum.Quædam,ut sint sustentamẽtum sensus & motus, ut sunt ossa pedũ, & tibiarum,& crurum.Quoddam ad tuendum,ut os cranij,nimirum ad tuendum cerebrum ab extrinseco nocumento.Quoddam ad replendum,ut os quod supra spondylum excrescit quasi additamentũ. & hæc ossa sesamina uel simemia dicuntur. huiusmodi ossa maxime reperiuntur piscium, scilicet qui non habent medullam transeuntem per medium spondylorum. quare parum apparent huiusmodi ossa in eis.

H

De chartilagine.

Est autem chartilago membrum mediocre in natura inter os & carnẽ. est enim mollior osse durior carne.& est propter hoc in animali,ut sit diuisiuũ ossis a carne, ne nimis durum coniũgatur cum molli immediate.Propterea uero caro quãdo uulneratur & quassatur ab extrinseco, magis læditur ab intrinseco osse propter sui duritiem.Quædam tamen chartilagines specialia habent iuuamenta. Vnde quædam posita est in animali,ut sit iuuamentum extremitatum bucellarum ingredientium uacuitates alterius ossis,& concauitatum eiusdem.quoniam inter illa minor lęsio est,quàm si durũ supraduram fricaretur in motu. Quædam posita est in extremitate scapularum & humerorum, ut in hora percussionis minor fiat læsio:quædam ad defensaculum nocumenti extrinsecus aduenientis,ut chartilago ante os stomachi posita quasi ensis protẽsa.Quædam est suscipiens & retinẽs musculos a remotis partibus uenientes,& dicitur chartilago epiglottalis.Quædam ut sit suspensorium carnium inferiorum. quæ ponitur in extremitatibus costarum inferiorum & perfectarum.

De neruo.

Neruus est membrum mediocre in duritia, dilatabile & extensibile, solutionem continuitatis non de facili recipiens siue rupturam,sustentaculum motus & sensus ad uniuersa corporis mẽbra.

De

A *De chorda.*

Chorda est membrum ab extremitatibus musculi ortum habens, ad similitudinem chordæ arcus
effecta. Quemadmodum enim chorda arcus incuruata incuruatur arcus, & relaxata relaxetur: sic mu-
sculo relaxato, chorda impellitur a musculo & relaxatur, quare membrum extenditur: musculo uero
contracto, contrahitur & chorda, quare membrum incuruatur.

De ligamento.

Ligamentum est membrum insensibile, ortum habens ab extremitate ossis, insensibile per se, sensi-
bile tamen per accidens: quoniam per musculum. Et est duplicis iuuamenti in corpore: unum est, ut
ipso medio iungatur os cum neruo: aliud est, ut eum neruo iungatur ad hoc, ut fortis sit, cum subtilis
sit in eius ortu, a cerebro scilicet, uel a spinali medulla alba, & cum multiplicem suscipiat decisionem
in eius processu.

De musculo, & tendone.

Musculus est membrum ex neruis, ligamentis, & carne, ligamentorum & neruorum interstitia re-
plens, compositum, ut ipso tracto, uel dilatato secundum sui partes, sequatur extensio uel incuruatio
membri mediante chorda. Et est musculus idem quod lacertus, quasi laceratus, id est diuisus se-
B cundum diuersas sui partes. Tendo autem non est ligamentum, ut quidam existimant, sed est idem
quod chorda.

De arteria.

Arteria est membrum ortum habens a corde concauum existens, ut per eius concauitatem concur-
rat spiritus uitalis ad omnes partes corporis.

De uena.

Vena est membrum ortum habens ab hepate secundum Gal. concauum existens, ut per eius conca
uitatem sanguis nutrimentalis transmittatur ad omnes partes corporis.

De panniculo.

Panniculus propter multam necessitatem in corpore creatus est. Quidam enim continet mem-
brum in sua forma debita & positione, ut panniculus inuoluens cerebrum: ipsum enim est molle: si-
militer panniculus inuoluens intestina. Quidam est diuidens nutritiua a spiritualibus, ut diaphrag-
ma. Quidam est cooperiens intrinsecam costarum superficiem. Quidam est sensificans & tales sunt
qui pulmonis, hepatis, splenis, renum habentur: unde in profunditate substantiæ eorum non sensifi-
catur homo extrinsecus, nisi secundum duos panniculos: Præterea renes mediante suo panniculo su-
C spenduntur in fine dorsi.

De medulla ossium.

Medullam quidam existimant esse membrum, cum mihi dubium sit. Mollis est in substantia unctuo-
sa, quoniam mediante eius uirtute sustentatur.

De carne.

Caro est propter hoc, ut repleat interstitia neruorum & ligamentorum, uenarum & arteriarum.

De humore.

Est humor membrum molle, ad suscipiendum impressionem de facili. Ex his ergo potest elici, quòd
membrorum simplicium quædam sunt dura ut ossa, quædam mollia ut humor, quædã media inter mol
litiem & duritiem ut media, quædam magis accidentia ad duritiem, quædam magis ad mollitiem. Item
quòd omnium membrorum simplicium siue consimilium causa materialis est sperma, præter quàm car
nis, & adipis siue pinguedinis. Adipis .n. causa materialis est unctuositas sanguinis, frigiditas & humidi
tas efficiẽs: & remotio a partibus a principio caloris, s. a corde. Et positio eius localis, s. circa partes uen
tris & renes. Carnis uero, purior pars sanguinis est causa materialis: efficiẽs, calor & siccitas. uillorũ a se
decisione, uenarum & arteriarum interstitia secundum sui positionem debitam adimplens. Item carnis
D diuersæ sunt species. quædam enim dura, ut caro cordis. quædam mollis, ut caro pulmonis. quædã me-
diocris, ut caro hepatis. Item carnes differunt secundum colorem. quędam enim nigra, ut caro splenis.
quædam alba, ut caro glandis, testiculorũ. quædam albior, ut caro uberum. quædam purpurea, ut caro
hepatis. quædam rubra, ut caro communis. quædam rubicunda, ut caro cordis. quædam flammeola, ut
caro pulmonis. quædam crocea, ut caro maxillarum. De spermate autem dubitatur utrum sit materia
prædictorum, ut dictum est, propter diuersas opiniones Aristo. & Gal. Secundum Aristo. sperma ui-
ri coagulo comparatur: sperma autem mulieris lacti. Quare in spermate uiri est uirtus coagulatio-
nis actiue: in spermate muliebri est uirtus coagulationis passiue. Secundum Gal. utriusq; sperma coa
guli est materia: sed uirile fortius, muliebre debilius. Item pars spermatis transit ad glandulosam car
nem in oscheum deposita, similis ex simili producta, ad similitudinem partis pastæ depositæ quasi
fermentum alterius. Item glandularum quædam posita est in radice linguæ, humiditatis collectiua,
hauritorium saliuæ dicitur quædam in locis iuncturalibus, similiter humiditatis collectiua, ut sub
axillis & in inguinibus. Item quædam carnes sunt uillosæ. quædam carent uillis, ut caro pulmonis,
hepatis, splenis, renum. Villosæ, ut musculi, quibus deferuntur sensus & motus per diuersa cor-
poris membra. Membrorum autem uillos habentium quædam habent uillos longitudinales, & hi
sunt attractiui. quædam latitudinales, & hi sunt uilli expulsiui. quædam uero transuersales, & hi sunt
retentiui.

retentiui. Quoddam autem membrum magis habet de uillis longitudinalibus & latitudinalibus, ut E gula: quoddam magis de transuersis & latitudinalibus, ut stomachus. quoddam magis de latitudinalibus, quàm de alijs, ut intestina. Item membrorum uillos habentium quædam habent unam tunicam tantum, ut uesica, quia huiusmodi ratione mollis substantiæ contentiuæ: quædam duas, ut arteriæ, stomachus, & intestina: & hoc ne fiat fissura in his qua exiret sanguis. quoniam nimia relaxatione, ipsius exhalarent spiritus. & ad impedimentum utriusque operationis, propter diuersas operationes descendentes à diuersis principijs diuersarum compositionum. Item inter omnia corporis membra septem sunt membra regalia & famosa, multam sublimitatem habentia secundum septem orbes planetarum, & eorum contradistincta, quæ membra sunt mineræ spirituum animæ & intelligentiæ, scilicet cerebrum, cor, hepar, & stomachus. Reliqua minus principalia, scilicet renes, uesica, & testiculi. Secundum uero quosdam, quatuor sunt principalia tantum, scilicet cerebrum, cor, hepar, & testiculi. Secundum quosdam uero, tria sunt principalia, scilicet cerebrum, cor, hepar, & testiculi, non eo quòd non faciunt ad esse indiuidui, sed ad esse speciei. secundum alios duo tantum, scilicet principium sensus & motus, scilicet cerebrum, principium uitæ, scilicet cor. secundum Aristote. uero unum tantum, scilicet principium uitæ, id est cor. Vnde uidendum est, quæ sit eius substantia, quæ compositio, quæ complexio, quæ forma, quis situs, qualis sit eis motus. Substantia uero eius est caro crassa, dura, & solida, unde ratione soliditatis ponderosa. Quòd sit dura probo: Caro eius melancholiæ est generatiua. Item si cor distemperetur, reducetur ad temperantiam cum lapidibus, scilicet corallis, margaritis, hyacinthis, & similibus duram substantiam habentibus: quare non est aliqua pars humani corporis, sub æquali proportione ad ipsum, quæ ita pendeat sicut cor. Est frigidæ complexionis de substantia. & hoc secundũ Aristo. secundum uero Gal. est de calida, & sicca complexione, eo quòd continet in se calorem totius corporis, scilicet materiam caloris, scilicet sanguinem & spiritum uitalem: quos per uniuersa corporis membra exufflat. quare ratione continentiæ, & influentiæ secundum Gal. dicitur calidæ & siccæ complexionis. Complexionem habet cor ex diuersis substantijs, aliorum membrorum substantijs similibus scilicet ex carne dura ut prædictum est, & chartilagine extrinsecus in radice eius existente, quæ non multum differt à natura ossis, & panniculis fortibus, & spissis ipsum cor inuoluẽtibus, nec etiam ipsum contingentibus in aliqua sui parte, præter quàm in duobus uentriculis, & parte pineata extrinsecus. & hoc ut possit se dilatare, & constringere, secundum quòd necesse est animali. Vnde secundum diuersas partes ipsum componentes, uniuersalius assimulatur alijs membris, quàm aliquod aliud membrum. quare est principium, & uniuersalius alijs. Item formam habet ad modum pineæ aliquantulum rotundam. Talis enim forma minus est superfluitatis collectiua læsionem præstituræ. Superius est G lata, ut secundum eius latitudinem uenæ & arteriæ competenter orirentur ab eo. Inferius pineata & obstructa, ut secundum illam partem thoracem aliquantulum contingentem minus læderetur ab ipso. Item intrinsecus formam habet rugosam, quando constringitur, planam quando dilatatur. Item intrinsecus uentres habet tres, scilicet dextrum, sinistrum, & medium: dexter est inferior, & magis uersus hepar dispositus, attrahens ab hepate, quod sibi necessarium est ad sui nutrimentum. sinister est minor & superior uersus pulmonem positus, attrahens ab eo de aere, quod sibi necessarium est. Inter hos uentres est medius, meatus quidam siue fouea ab auctoribus appellata, in profundo cordis sita, in qua sanguis cum aere attracto commiscetur, & fit ex his spiritus uitalis, quem per uniuersa corporis membra exufflat. Cordis uero positio est in medio ut omnem corporis partem calefaciendo respiret, & ab omnibus attrahat ad sui iuuamentum. Declinans uero uersus sinistrum magis. & hoc, ut hepar ampliorem habeat locum, quoniam ualde regale est. Præterea ut uena concaua uiam habeat ampliorem ab hepate ad cor, sibi deferens sanguinem. Præterea ut pars sinistra proportionetur dextræ in calore: quoniam splen membrum frigidum est, idest remisse calidum secundum Medicos. Hepar uero membrum calidum est. & ita quod minus est ex parte splenis de calore, reperitur ex parte cordis. Item prædicta duo, habent additamenta, cordis duabus auriculis comparata. quasi coxæ. deposita, materiam H spiritus uitalis utraque recipientia, & usque ad profunditatem cordis transeuntia. Item huiusmodi additamenta in cordis constrictione sunt rugosa: in eius dilatatione, extensa: id est suis uillis latitudinalibus & transuersis. ut fit in ipso corde attractio, & expulsio. & ita in his tanquam instrumentis fit motus cordis. Motus autem cordis principium est uirtus motiua: Virtutis autem motiuæ causa est anima: Caloris autem, motus: Fortitudinis uero caloris, fortis motus & frequens. Cor autem fortiter & frequenter mouetur. Motus uero cordis dilatatiui causa est attractio nutrimenti cibalis. Cibatur enim spiritu & sanguine attracto. Fortiter autem mouetur, ut fortiter attrahat à membris, quæ prius hora constrictionis exiccantur. præterea fortiter mouetur, & frequenter, ut recuperetur in eo, quod fere cõtinue calore eius consumitur. Item motus cordis constrictionis causa est superfluitatum collectarum expulsio fortis. Motus causa est fortitudo uirtutis. frequentiæ motus causa est necessitas. Item motu constrictionis exsufflatur calor a corde per totum corpus, sanguinem subtilians, cursibilem efficiens ipsum, a putrefactione defendens. præterea a motu spiritus, subtiliatur sanguis, & cursibilis efficitur. Sunt enim coniunctæ pulsatilis uena & uena quieta: sed quieta supposita, pulsatilis superposita in interioribus membris, quia pulsatilis dignior est. In exterioribus uero pulsatilis supposita, quieta superposita ut sit eius defensaculum a nocumento exteriori. Item cor non solum mouetur motu dilatationis & constrictionis,

A constrictionis.licet uillos in sui constrictione habeat, sed etiam cerebrum: sed diuersimode, quoniam
cor per se,cerebrum uero per accidens,id est per exufflationem spiritus uitalis a corde fit dilatatio ce-
rebri,& per recursum ejus fit constrictio.Similiter inferius orificium stomachi dilatando & constrin-
gendo mouetur,horis tamen determinatis.Similiter horis matricis in hora egressus fœtus , & hora in
gressus spermatis,fit dilatatio,& tempore retentionis eiusdem fit cōstrictio.Similiter omnes uenæ me-
saraicæ quandoque aperiunt ea orificia,quandoque claudunt . Item propter multitudinem materiæ
contentæ in corde fit animal audax , propter paruitatem eiusdem,fit timidum. Similiter propter diuer
sas qualitates materiæ contentæ suscipit cor in se diuersiones,& non propter sui magnitudinem & par
uitatem,ut quidam existimant.Item tres posuit Arist.rationes persuadentes cor esse principium uena-
rum & arteriarum existentium in corpore.Prima talis est,principium caloris est cor,sed calore fit dige
stio nutrimenti:ergo cor est principium digestionis nutrimenti. Item est principium digestionis nutri-
menti:ergo & eorum in quibus fit digestio.sed sunt uenæ & arteriæ : ergo est principium illarum.si prin
cipium uerum,ergo ultimum.Contra dicit Gal.quòd caua uena uadit ad ipsum,deferendo ei nutrimen
tum ab hepate.ergo a simili cum uenæ exeant a stomacho ad hepar, similiter ab intestinis.iij. ad hepar
uenæ.non erit hepar principium uenarum,sicut neque cor.Item contra Gal.sic. Omne quod trahit ori-
B ginem ab aliquo assimulatur illi,sed uenæ trahunt ab hepate:ergo assimulantur illi . Contra,uenæ frigi-
dæ & siccæ complexionis sunt:ergo hepar,quod falsum est. Item hepar cōponitur ex uenis & arterijs,
Sed componentia præcedunt compositum in natura:non ergo hepar est principium illarum. Item om-
nia membra perforata sunt ex uenis & arterijs præter cor:quibus mediātibus exsufflatur calor ad uni-
uersa corporis membra,sicut hepar,splen,renes,testiculi,stomachus,pulmò,& diaphragma,similiter &
cerebrum.decurrūt enim uenæ & arteriæ a corde ad anterius cerebri.ab anteriori ad medium. a medio
ad posterius.& sic ad spinalem medullam.& ita ad neruos principium habentes a cerebro . Arteriæ di-
co deferentes spiritum uitalem exsufflantur a corde ad neruos.quare patet cerebrum esse perforatum.
Cor autem non est perforatum.sic ergo cor est principium illarum.Contra,intra totam substantiā cor-
dis contingit inuenire uenas & arterias.ergo est cor perforatum sicut alia membra, non ergo erit prin
cipium illarum.Solutio.tam uenæ quàm arteriæ originem habent a radice cordis,& egredieētes , totam
substantiam cordis ipsius intrinsecus perforant . Vnde arteriæ uenientes ad sinistram auriculam ip-
sius in egressu reciprocantur in substantiam ipsius extrinsecus, & ita perforant extrinsecus . Similiter
uenæ ad dextram autem uenientes,iterum reciprocantur in substantiam propriam. sed non aliæ uenæ
& arteriæ,trahentes originem ab alio principio præter quàm ab ipso.Item a forma,Sicut ab anima,sim
C plici in essentia,tanquam puncto existenti effunduntur omnes uirtutes ad uniuersas partes corporis,
ut anima in suis operationibus perficiatur: sic a cono cordis & radice & pūcto porriguntur uenæ & ar-
teriæ ad sui circulum,& sic ad totum.in quibus defertur calor qui exsufflatur ad totum corpus.sicq; ani
ma est principium uirtutum.Ergo a simili,cor est principium uenarū & arteriarum , quod concedimus.
Item dictum est Arist.omne quod habet ortū ab alio,assimulatur illi a quo oritur. quare uenæ non ha-
bent ortum ab hepate.Contra hoc autem,ergo corallus,qui est arbor durissima, non habet ortum a lu-
to & re molli in fundo maris existente.Solutio.Arist.intelligit quòd dixit quantum ad manentem ma-
teriam.appositio autem est secundum materiam transeuntem.Item dicit Ari.quòd supra cor est reuolu
tio uitæ.Item supra communionem animalis ad plantas non percepit alias præter sensum & motum.
Sed secūdū Gal. cerebrū est principiū sensus & motus,hepar principiū digestionis.Sed cor aut est prin
cipium uniuersale,aut non.si primū,ergo ab eo sunt sensus & motus, similiter & digestio a principio.si
non,contra,aliquam habet uirtutem aliam,a qua fit sensus & motus,& aliam ab illa qua fit digestio. il-
la uirtus quid erit si uirtus sit?quare fit pulsus ? Cum cor sit principium uniuersale ad omnia membra,
erit & eius uirtus uniuersalis:& ita pulsus fieret in omni membro,quod falsum est,præter quàm in arte
ria solum.Item in corde fundantur omnes uirtutes morales.quod patet per hoc ꝙ ad complexionem
D cordis uariatam sequitur uariatio uirtutū moralium.Morales enim uirtutes sunt dispositiones animalis
interiores.Virtus autem motiua & sensibilis exteriores.ergo cor erit principium illarum . Item uirtus
motiua & sensibilis fundatur in corde.ergo & uirtus uegetabilis.ergo ut prius, cor erit principium ue-
getationis.Item,propter duas rationes posuit Galenus hepar esse principium.Vna talis,In hepate pri-
mo reperitur sanguis,& in eo fit digestio:ergo ipsum est principium digestionis . & alia talis , In quali-
bet digestione expelluntur superfluitates ad sua propria receptacula,sicut ad uesicam fellis cholera,
ad splenem melancholia , ad uesicam urina.sed huiusmodi receptacula circumstant hepar , & non cor:
ergo hepar est principiū digestionis , & immediatum,ut a quo.& cor est principium mediatum,& pro-
ximum & immediatum est hepar.Et ita patet diuersitas inter Galenum & Aristotelem.

GALENO ASCITVS LIBER DE ANATOMIA OCVLORVM.

Nicolao Rhegio Calabro interprete.

CENSVRA.

Liber ex Galeno ſed non admodum diligenter excerptus.

De libri huius intentione, & utilitate.

QVIA oportet ſecundum amorem ſcientiæ,& utilitatem artis eos,qui conantur
paſſiones,quæ circa oculos conſiſtunt,curare,ſcire naturam & poſitionẽ ocu-
lorum,qui in integritate & ſanitate ſunt(nam & uetus ait magiſter, naturam F
corporis eſſe principium eius,quod opus eſt ad medicationem) ideo neceſſa-
rium putauimus exiſtere pauca de oculis ante uſum, & initiationem opera-
tionum dicere,ut in diſpoſitionibus,quæ in oculis conſiſtunt, uel a poſitione,
uel a periptoſi aliqua,& in doloribus,qui ſequuntur & conſenſorijs paſſioni-
bus:ſicut licet uidere in punctione facta in cornea tunica,& cum ea uidelicet
in ſecunda & tertia(nam magna ex parte in ſequenti die ſequitur alteratio)poſſimus eã, quæ ſecun-
dum naturam ſcientes,cognoſcere ſtatim cauſam,& ita conuenientem, & congruam curam adhibere.

De tunicis, & humoribus oculorum.

Conſiſtit igitur oculus ex tunicis quidem quatuor:humoribus uero tribus,& muſculis ſex, ſecundũ
alterutrum oculum,qui motus actum efficiunt:& alijs duobus qui comprehendunt radicẽ nerui opti-
ci,& tunicæ,quæ dicitur circũocularis:quæ a naturã creata ſubſternitur toti oculo circũtangens,& cir-
cũinduens os,ut oculus non applicetur uacuitatibus oſſium nudis. Accedit igitur illa circũocularis a
craſſa meninge.pertranſiens enim ipſa ſuturas,& pericraniam,quam & circũoſſalem uocamus, ex eis
peruenit ad frontem per ſpatia oculorum,& eorum quæ ſunt circa oculum,& uſque ad iridis quidem
circulum,unde cornea incipit ſubtiliari,peruenit.prorſum autem non procedens,ſed e cõuerſo rediẽs, G
reſiduam induitionem operatur corpori.Hãc igitur tunicam dicimus oculo heterocraniacam paſſionẽ
operari:ac etiam chemoſes,quæ fiunt illa ſuſcipit.Videmus enim in huius diſpoſitionibus,circũſcripta
ſecundum circulum iridis,reliquas partes phlegmone laborare,& in eleuatione exiſtere. Et quidem il
li,qui de hac parte medicatiuæ diligentius tractauerunt,ita notificauerunt chemoſin, quæ eſt quando
album oculi tumefactum ſuperat circulum iridis,& ut nigrum oculi concauum uideatur: quo ſignifica
tur nobis,quòd in circũoculari habuit conſiſtentiam & non in cornea. Sequitur autẽ ſemper ut & cir-
culus iridis ſimilis eleuationi & æqualis fiat.Sed tamen non eſt poſſibile corneam per ſe talem ſuſtine
re diſpoſitionem,ceu chartilaginoſa exiſtens & denſa,ſed totam eius circunferentiam, præterquam ſi
aliquando toto oculo a baſi eius moto diſponatur ſimiliter toti corneæ. Manifeſte autem & pterygia,
quæ conſiſtunt circa oculos,oſtendunt iſtius naturam.aucta enim & modo quodam in duplicata hac tu
nica efficitur pterygium:ita quòd aliquando eius augmento procedente, & comprehendente partes
corneæ cooperiatur non ſolum iris ipſa,ſed & pupilla:& ſic aliquando comprehenſa tota pupilla, non
ſolum inuiſibilitas ſequatur, ſed & deformitas,& improperium,pulchritudine oculi cooperta a ptery
gio, & non apparente.Et de circumoſſali quidem tunica, unde habeat principium, & quomodo per-
ueniat ad oculos,moderate dictum ſit. De reliquis uero particulis conſequenter dicamus. A baſi ce H
rebri pori duo oriuntur, ab una radice habentes & ipſi principium,ſubtiliata meninge, quæ cerebrum
comprehendit. In modum autem literæ lambda græcæ diuiſi perueniunt ad concauitates oculorum,
portantes per foramina, quæ in eis ſunt, ſpiritum uiſiuum. Vterque uero ipſorum procedens, &
figuratus anguſtationi oſſis, contexit tunicas, adimplens concauitatem, quæ eſt in eis. ſimul enim
atque in poris incipit finem habere, incipit cornea ampliari, & inflata perficit prædictam tunicam.
Iſta igitur tunica ab anguſtia quidem pori, unde ipſa habet principium, uſque ad circulum iridis ſimi-
lis eſt,& ſibijpſi per totum chartilaginoſa exiſtens, & craſſa. Inde autem, ingeniante natura ut poſ-
ſit ſpiritus uiſiuus procedere, & obiectum comprehendere, ſubtiliatur, & craſſitiem permutans fit
neruoſa magis, & ita cornu ſimilis cum fiat,præbet luciditatem ſpiritui,qui uenit a parte interna. Fi-
des autem eius ſubtilitatis, eſt cicatrix,quæ conſiſtit in oculis. Si enim quando poſt ulcus illius loci
fiat cicatrix, craſſa accipiente tunica naturalem craſſitiem, quam & extra circulum iridis habebat, in
colore quidem talis apparet,qualis erat & ante iridem:operationem uero uiſus,quæ deſuper ueniebat
impediens offuſcat, non adhuc potente uiſiuo ſpiritu pertranſire, ſicut quando naturaliter ſe habe-
bat oculus. Secunda uero tunica à poro optico habet explantationem.proueniens autem & ipſa ſecun
dum propinquam poſitionem primæ tunicæ uſq; ad iridem,colorem ſuum oſtendit per corneam:dein-

A de circa medium oculum ueniens finem accipit ex foramine derelicto, quod nominãt pupillam, in qua
& tui uisus simulacrũ uides, per quod spiritus pertingit ad id, quod extra est: & huius gratia foramina-
lis uocata est. Secundum intrinsecam uero partem cyanea est. gaudet enim hoc colore uisiuus spiritus.
Neque enim nigram ipsam omnifariam fecit, ne tenebraretur uisiuus spiritus: neq; albam, ne dispersus
fatigaretur quando aspicit: sed ut resumptio & reintegrario ei fieret, sic facta est. Cum hoc autem colo-
re adhuc & hispida consistit tunica uuea: unde & uuiformis uocata est consimiliter acinis uuæ. Habet
autem & uasorum multum in forma retis, unde & retiformis uocatur, quia est sicut & retiformis me-
ninx, quæ est ex multis uasis complexa in modum retis, ut spiritus qui fertur desuper inhabitet: non
quia prebeat reliquis particulis de uisu, sed partiatur in toto oculo, & ut substentatio fiat crystalloidi
& sedes. Tertia uero tunica & ipsa a poro procedens, & perueniens secundum propinquam positionẽ
usq; ad circulum, applicatur ad secundum uas palpebralium explantationum, ad ipsam a cornea in cir-
cuitu explantatarum: deinde inde reuertens, similiter reti super attracto. unde & retina uocara est. sua
enim peluicula amplectitur uitriformem humorem: qui humor efficit molem oculi, premens per suã
repletionem, & conuexum faciens oculum apud extrinsecam partem. unde & his a quibus euacuatur
ab aliqua plaga, concidit & residet inferius, tanquam humore, qui figuram eius custodiebat, effuso &
B exciso. subtilis enim est ualde tunica assimulans, & proinde araneiformis uocata est. De quarta uero tu
nica quæstio non parua facta est a Medicis: quidam enim aiunt esse tunicam, & continere humorem
crystalloidem, qui effunditur in peluiculam tertiæ tunicæ, ueniens quidem aduersus uitriformem: su-
stentata autem a tunicis, quæ sunt extrorsum. Et sicut circũocularis perueniebat ad oculum usq; ad iri-
dem, ita & araneiformis usq; ad medietatem perueniens nõ comprehendit totum, ne impediat uisum:
alij autem tunicam ipsam quidem non esse aiunt. neque enim explantationẽ habere a poro, sed super-
natare, membranam autem esse crystalloidis humoris in hominibus. raro autem aliquãdo in aliquibus
animalibus, sicut in leonibus. Est autem & tertio humor aqueus, qui, sicut dicit Asclepiades, replet in-
termedium spatium humoris uitrei & tertiæ tunicæ, materiã prębens ad uidendum: ut autem dicũr qui
dam, in medio primæ & secundæ tunicæ est, & simulacra, quæ apparent facit uideri: & hic humor coa-
gulatur in suffusionibus.

De musculis oculorum, & palpebrarum.

Musculi in oculis sunt sex secundum utrunque oculorum, habentes substratam pinguedinem. qui-
bus actus commotionis spiritus commissus est, perficientis motus eius per ipsos. Facti sunt autem ut
facile circunducantur oculi, quando uolumus huc & illuc* mouere. Et duos quidem aiunt musculos ha
*alias nuere. C bere superiorem palpebram & inferiorem: quarum superior fortioribus indiguit, ut quocunque uolue
rit nuere oculus, contrahatur, & ad se attrahatur. unum autem secundum utrunque angulum, ut per
eos flexiones oculorum efficiantur: quorum rursus ille, qui est extra & apud paruum angulum maior
A.l.3.f.3.z.1. c.1.A. & fortior est, propter prædictam causam ingeminatus & ipse. Secundum alios uero, octo dicuntur
esse musculi oculi utrique parti duos distribuentes. est autem & illorum fidem considerare ex his. Si
enim aliquando aliquis eorum patiatur offensam siue a generatione, siue a periptosi, strabismi causa fit,
uel spasmi. Et a generatione quidem fortassis paralysis offendet oculum, augmentum suscipiendo, ut
habeat spatium oculus declinandi ad alteram partem: quo modo efficiuntur strabismi, oppositis quidẽ
musculis, trahentibus ad se oculum secundum naturam: eis uero, qui patiuntur assentientibus tractio-
ni illorum: & strabismus quidem ita fiet a generatione. Ex periptosi autem, adueniente aliqua causa,
quæ musculo plagam infligat, & spasmi & tractus apud eum causa fiat. Ac etiam musculorum, qui se-
cundum oculum aliquis percussus, offendet oculum uel secundum lagophthalmum, uel secundum re-
laxationem. Si enim aliquis inexperte, & inartificialiter hydatidem auferens fecerit appunctionem
phlebotomi ultra medicinalem coniecturam, & percusserit musculum, siquidem a phlegmone spa-
A. ibidem. B. smatice disponatur, passionis lagophthalmæ efficierur causa. Si uero relaxatio fiat, relaxabit palpebrã,
D ut neque conãte patiente eleuare musculus palpebram possit, aut aliquo modo oculos aperire, sed gra-
uata palpebra propter relaxationem feretur semper deorsum: quocirca oportet in chirurgijs huius pin
guedinis, maxime quidem caute, & cum aduertentia facere intromissionem phlebotomi. Maxime au
tem in medio palpebræ oportet incisionem facere apud uentres musculorum. non enim ita uentres
quando uulnerãtur anxiantur, sicut neruorum exortus, cauendo ab apostematibus, quæ accidunt, ut
uituperia circa curam effugiens quis, sortiatur finem uenerabilem. Hæc igitur de humoribus, & tuni-
cis, & periophthalmio seu circũoculari, ac etiam musculis secundum nostram possibilitatem, quæ nõ
erant in memoria audientium, ad nostram utilitatem, & amationem boni designauimus.

GAL. ASCITVS LIBER DE COMPAGINE MEMBRORVM, SIVE DE NATVRA HVMANA.

CENSVRA.

Aliqua & hic uera,aliqua deridenda uidetur continere.

De cerebro.

CEREBRVM natura quidem frigidum & humidum eſt: & ideo, ut facillime ad
ſuſceptionem diuerſorum conuertatur,& ut membris mouendis habilitatem
præſtet,& ut calido & ſicco ſpiritui ad caput exhalanti temperiem inferat:cu-
ius meninx frigida eſt,& ſicca,& denſa:& intra quam ſunt diuiſiones tres: pri
ma dicitur phantaſia:ſecunda rationalis: tertia memorialis. Inter phantaſiam
& rationalem eſt pannus quidam frigidus & ſiccus,denſior eo, qui diuidit in- F
ter memorialem & rationalem,habens in ſe modicum tenuiſſimæ carnis. Ex
memoriali uero procedũt duo canales tenues & humidi, ut ſpinalis medulla,
qui penetrant per totam compaginem,& ueniunt uſque ad phantaſiæ cellulam, per quos poſſit phan-
taſticus ſpiritus, & rationalis commendari memoriæ, & iterum memoralis duci ad rationem &
phantaſiam.

Qualiter fiat auditus.

Vnicuique auri ſupponitur unum os frigidum, & ſiccum:& ſine ſpiritu quidem, inferius adhærens
illi tenui panno, qui diuidit inter phantaſiam & rationem:quibus ſunt ſingula foramina in obliquo fa
cta,habentia tenue initium ab ipſo panno:quæ intrinſecus habent indumentum tenuiſſimum, frigidũ
tamen & ſiccum:per quod ducitur animalis ſpiritus ab ipſo interiori panno, præſtans auribus uirtutẽ
audiendi.Et eſt audibilis qualitas calida, & humida, ut qualiſcunque ſonus per aera infertur auri,atq;
ab humiditate ſuſcipitur,a calore attrahatur ad cerebrum,ut ſciatur qualis ſit. Siccitas uero oſſium ad
hoc eſt,ut ſonitus in eis æque obſeruetur ſecundum exteriorem euentum.

Qualiter uiſus oculis adueniat.

Oculorum autem tres ſunt humores interiores frigidi & humidi:primus eſt ut aqua coagulata luci- G
diſſima,in qua uirtus uiſibilis eſt:ſecundus eſt ut tenue oui album:tertius ut uitrum, modicum habens
citrini coloris ab ipſa.Sunt autem ſeptem tunicæ,quarum nomina ad præſens tacemus. Dicendum aũt
eſt quo modo uiſibilis qualitas adueniat oculis, & unde, ab ipſo.ſ.tenuiſſimo panno, qui diuidit inter
phantaſiam & tationem.Procedunt duo tenuiſſimi cannales frigidi,& ſicci,per quos fertur ſpiritus ab
eodem panno ad humiditates oculorum calidus, & ſiccus,& tenuis. qui penetrans omnes compagi-
nes oculorum præſtat eis uiſibilem qualitatem: quæ† [progrediens longius prope album ampliatur:]
unde quæ prope ſunt,largius uidentur,quæ uero longe,tenuius:quæ ſtatim quando egreditur, ſi ſint ui
ſibiles res,rurſus reuertitur ad eoſdem oculos, & præſcriptis humiditatibus imprimit cognitam in ſe
rei ſimilitudinem:unde producitur cerebro,& a cerebro cordi præſtatur notitia. Eſt autem uiſibilis
qualitas calida & ſicca:calida,ut per eam aperiat & exeat:ſicca uero, ut per eam ad præſcripta loca pro
prios habeat reditus.

†Al. progreditur lõgius prope albulæ amplum.

Qualiter odoratus naribus adueniat.

Naribus uirtus odorabilis præſtatur:quarum poſitio ſe habet ita: ſuperius oſſeæ ſunt & foratę intrin
ſecus inuolutæ tenuibus tunicis,frigidis tamen & ſiccis:quæ principium a phantaſtico pãno habentes,
ferunt ab eodem ſpiritum odorabilem,qualitatem naribus præſtantem.inferius autem ab oſſe,charti- H
laginoſæ & mobiles ſunt:quarum natura frigida eſt, & ſicca: frigida eſt,ut prædictam uirtutem intus
obſeruent:ſicca,ut aereum odorem naribus applicatum intus attrahant,& cerebro ad diſcretionẽ mi-
niſtrent.Sunt & alia duo foramina intra chartilaginoſas concauitates ſita principium a palato, & finẽ
infra ipſas nares habentia:quibus duæ uirtutes ſunt,ſcilicet attractiua, & redditiua: quarum unam at-
tractiuam a ſuperioribus habent partibus:& ideo quando attrahunt,nares deponunt: alteram uero ut
redditiuam, ab interioribus palato adhærentibus: & ideo quando reddunt, quaſi replendo ele-
uant.

Quibus partibus guſtabilem qualitatem præſtent.

In toto autem ore pręſtatur guſtabilis qualitas gingiuis,palato,capiti gurgulionis,& linguæ:ſed ma
gis omnibus linguę:quoniam tenuiſſimæ carnis,& ſpongioſæ eſt,habẽs tenuiſſimum intra ſe humorem
qui ſaporatis rebus intra os poſitis ſe admiſcẽs,eodẽ ad ſe tracto,infert ſibi uarios ſapores: intra quos
ſpecies ſunt nouem,ſcilicet dulce,amarum,acre,ſalſum,conditum,acidum,comprimens linguam,for-
micans,& ſine ſapore:quorum alios amicabiliter ſuſcipit,ſcilicet dulce,& conditũ,& ſine ſapore: alios
uero inuoluntarie.Guſtabilis qualitas frigida,& humida eſt:frigida, ut obtineat:humida, ut ſaporum
*humiditatem excipiat.

*al. diuerſitatem.

A

Quod qualitas tactibilis toti corpori præſtetur.

Tactibilis uirtus toti attribuitur corpori,ſed maxime manibus : magis autē harum interioribus partibus,eo quòd ſingulariter nerui lati,& tenues ſpiritum tactibilem a cerebro ferentes per medias plantas uſque ad digitos tranſeunt:ibique naturaliter manentes, ea loca ſenſibiliora ceteris reddunt. Natura uero tactibilis uirtutis pene æqua eſt,media ſcilicet inter calidum & frigidum,& ſiccū, & humidū: unde calidum & frigidum:durum,& molle: aſperum & lene,& cetera æqualiter ſentiunt. Operationes autem cerebrum alias accidentales habet,alias naturales:accidentales uero amittit, quādo ab aliquo uicino membro uiciſſim patitur , ut in epilepſia ſenſus & intellectus , & memoria perduntur : illud uero humidum, quod per ſpinæ medullam dorſo,& ceteris membris,& per uiam conſimilem linguæ naturaliter ab eodem conceditur cerebro,inter ipſas omnes anguſtias præſtare non ceſſat,& non amittit humiditatem.

Qualitas vuulæ,& organorum reſpirationis.

Vuula propterea palato ſuſpenſa eſt,ut tenuiter conſimilem linguæ humiditatem tribuat , eamque flexibilem præſtet,ut cibum ori applicitum dentibus ad molendum ſubdat, & œſophago ad inglutiendum concedat:etenim aliter inglutire non poſſet.Canales ad interiora ferentes duo ſunt, unus pneu-
B maticus,quem Latini ſpiritualem dicunt:alter œſophagus cui nomen Latini gulam attribuunt . Spiritualis autem ipſe gulæ ſuperponitur:quorum capita quadam tenuiſſima chartilagine nectūtur, ut aperto ore,quando aliquid gulæ infertur,ex ipſa chartilagine ſpiritualis porus conſtrictus quicquam ex eo ſuſcipere non permittatur:quando uero os clauditur,eadem chartilagine œſophago conſtricto , ſpiritualis porus ad inſpirandum aptus aut apertus redditur.Eius conſtitutio non ut arteria uel uena continuatur,ſed partibus quidem quibuſdam lacertoſis,& tenuibus unitis carnibus conſtituitur : quod ita factum ad hoc aſſeritur,ut quando pulmo dextra læuaque ſequeſtratur ad ſuſcipiendum aerem exteriorem,ualeat ad ſuperiora aſcendere:quando uero ad expellendas ſuperfluitates innati ſpiritus conſtringitur,facillimo motu ad inferiora deſcendat.Eius inferior pars pulmoni affigitur:quæ diuiditur in duos canales:quorum unus per dextram pennam pulmonis,alter per ſiniſtram deriuatur: quorum dexter dextræ auri cordis,ſiniſter uero ſiniſtræ ſuppoſitus adhæret:qui ſuperius ſuſcipiētes frigidum & humidum aerem aliquantulum excoquunt,& excoctum auribus cordis miniſtrant: ibiq; pauliſper detentus iterum excoquitur,& ſic interiori cellulæ cordis ad temperiem,& extra,& citra* cor intra marſupiū
*al. circa. quo circundatur ad euentationem faciendam præſtatur .

Qualitas cordis.

C Cor uero in ſummo craſſum eſt,& in fine acutum.Eſt autem ſpiritualium membrorum principaliſſimum:& naturalis caloris fundamentum:& omnibus membris corporis calidius:quia inde calor naturalis ad omnia membra uiuificanda procedit.calidum enim eſt,& ſiccum: de cuius interiori parte procedit arteria,quæ in ſimo hepatis coniungitur,per quam attrahat ſibi nutribilem ſanguinem.Et ab exteriore alia procedit,quæ in duos diuiſa canales,per unum nutribilem ſanguinem & ſpiritum cerebro præſtat:per alium uero in multis ſubdiuiſa canalibus,naturalem calorem ſimul cum ſanguine per totū corpus ad miniſterium naturale infundit.Marſupium quo ipſum cor tegitur,duabus exiſtit , & conſtat
*al. mediante *al. nectuntur membranis,una interiore & altera exteriore* manente tenui carne qua* nutriuntur. Et propterea ita a natura factum aſſeritur,ut ſit obſtaculum contra ea,quæ exterius cordi nocere poſſunt: & obſeruet frigidum & humidum aerem,qui cordi ad temperiem faciendam tribuitur , ut ſuperius admonitum aut commendatum eſt:cuius natura ſimilitudinem dat aut fert epiglottidis membranæ , quæ diuidit ſpiritualia membra,ideſt pulmonem & cor in ſuperiori cella manentia a nutribilibus membris in inferiori degentibus:& de eorum natura in ſequenti tractabo.

De œſophago.

Oeſophagus,per quem cibus & potus ſtomacho attribuitur,frigidus & ſiccus eſt.Et ex altera parte
D pneumatico canali ſupponitur uelatus: ex alia uero ceruici quibuſdam tenuibus muſculis nectitur , in ſimilitudinem ſpinoſæ cameræ ſubleuatus,quouſque ad epiglottidis membranam producitur:quod penetrans ori circūplicatur ſtomachi,quod ipſi epiglottidi ſuſpenſum eſt.

De qualitate ſtomachi.

Stomachus autem conſtat ex neruis tenuibus,& longis,qui lineares,& ex tranſuerſis , qui textiles, & ex obliquis,qui uertentes dicuntur : quorum lineares helcticen , ideſt attractiuam : & anclcticen,i.
al. obtegitur retentiuam tranſuerſi:apocreticen uero,ideſt expulſiuam obliqui ſibi uindicant poteſtatem,qui intrinſecus quibuſdam obteguntur membranulis trino ſchemate conſiſtentibus,breui ſcilicet & medio prolixiore,quibus potum & cibum naturali calore in lacteum ſuccū cōuerſum, & ita quaſi remis quibuſdam ad portam impingit ſtomachi:quæ ideo porta dicitur,quoniam muſculis in ea poſitis , miniſterio naturali uſque ad perfectam decoctionem nutribilis materiæ conſtricta clauditur:qua decocta,eiſdem mollificatis aperta redditur,quouſq; præſcriptum ſuccum duodeno inteſtino infundat : quod propterea duodenum dicitur , eo quòd duodecim digitis ſpacietur : a quo accepta uice ieiunum inteſtinum ſuccum ipſum ſuſcipiens aliquantulum decoquit : quod in duo diuiſum : alterum , quod tenue eſt . in meſaraicis uenis ſibi ſpongioſis capitibus inhærentibus ab ipſo ſubtrahitur : alterum uero, ideſt

craſſum, longo & patulo, cuidam axungiæ innexo inteſtino conceditur: a quo monomacum ſuſcipiens aliquantulum decoquit,& ſic craſſo concedit inteſtino,quod manica dicitur:deinde ex tali diffuſum,& ibidem a cholera decoctum coloratur: cuius translatione aut titillatione per pudicum circulū foras dimittitur.monomacum enim ideo dicitur,quia uno aperitur foramine,quod inſitum eſt ori manicæ,ut ſibi quicquid a longo accipit, ſine contrarietate reddere poſſit. nam manica eo quòd largum magis ceteris eſt,nominatur. Subtilis uero pars per meſaraicas de ieiuno ſubtrahitur:quæ in obliquū poſitæ,ſubtractum ad ſe ſuccum decoquunt,& excoctum hepaticæ ſummæ miniſtrant:quo ibidem moram faciente,adminiculo uirtutis naturalis in ſanguinem uertitur:qui in duas diuiditur partes: quarū, quæ tenuior eſt,& uritis dicitur, *arte conceditur hepatis:quæ per duos uritides canales renibus deriuatur,ibique manens decoquitur: de qua ſibi renes,quod utilius eſt ad nutrimentum obſeruant: ceterum uero de eiſdem poris ueſicæ dimittitur: † [quæ cum ad collum ueſicæ deueniunt,coadunata ruuntur.] Collum autem ueſicæ diuiditur quodam panno mediante,cui uritis porus ex una parte,& ex altera ſuperiori membranæ ſcimatico ſchemate conglutinatur.unde urina,& quicquid ex renibus affluit, fundo deſtinatur ueſicæ: per aliam uero,ideſt per inferiorem,cum uirga quadam contiguitate coniungitur,& ſecundum naturam, & extra naturam ueſica ipſam urinam exiſtentem foras tranſmittit:altera uero pars, quæ adicialis dicitur, cholericum rubrum felli,melancholicum ſpleni tranſmittit aut attribuit. Sanguinis uero quod utilius eſt, ipſum hepar ſibi ad nutrimētum obſeruat:de quo quod tenuius eſt, cordi, ipſum cor cerebro, ut præparatum eſt, miniſtrat: ceterum uero diuerſis corporis partibus per quaſdam uenas unicuique proprie deſtinatas additionem largitur * diuturnam,quod bene coquētes ad ſimilitudinem ſuæ naturæ a proprio eſſe mutantes,quod nutribile eſt ſibi retinent: inutile autem cum fortes ſint extrinſecus, per hæc decenter expellunt, per capillos, per ungulas, per aures ceratas gummas, per lachrymas, per ſputa, per egeſtiones, per urinas, per ſudorem, & per cutis ſordes.

E
F

* alias alto.
† alias quod autem uenit cōiunctim unitur.
* alias diuinā

De ſenſibus animalibus.

Per animales quinq; ſenſitiuas corpus fruitur nouem uoluptatibus,ſibi à cerebro illatis,ſcilicet dilectione,odio,triſtitia,gaudio,audacia,timore,uerecundia,ira,& furore. Nam per uiſum,auditum,guſtum,odoratum,& tactum diligit uel odit, gaudet uel triſtatur,audet uel timet,uerecundatur,uel iraſcitur,uel furit.Quando autem aliquis per aliquem horum quinq; ad alicuius amorem erigitur, cor concutitur:& ex eius concuſſione duo quidem prodeunt ſpiritus calidi,& ſicci: quorum unus,qui tenuior eſt,cerebrum adit:alter uero,qui denſior eſt,ſubito per neruos diffuſus ad uirgam ducitur:qui inter neruos,quibus conſtituitur,& membranulas,quibus inuoluitur, inſiliens erigit eam, & tenſione quadam eam inflexibilem reddit:alter uero, quem cerebro adeſſe diximus, humidum quoddam ab ipſo ſuſcipiens, per ſpinalem medullam ad uiam renum deducitur: per cuius duo foramina immiſſus, ſibi ſubſtratum attingit membranulum: quod * calefactum penetrat. & ſicut membranum egreditur & penetrat; ſic uenarum retinaculum prædicto membranulo annexum aggreditur, ex quo tenuiſſimum ſanguinem ſecum à cerebro delatum * hunc miſcet: & per duos canales inde procedentes ad teſticulos funditur, ibique pauliſper permanens excoquitur,& in lacteum,& tenacem ſuccum conuertens, inde per geminos canales uirgæ applicitos completo communi opere ſecum foras educit.nam pterygomatibus ideſt alis (& ſunt orificia uaſorum ſpermatis ex quibus mulieris ſperma ad fundum matricis mittitur)ſugentibus,per collum matricis ſubtrahitur,& ſic ad inferiores cellulas eiuſdem deſtinatur.

G

* alias calefaciens.
* alias huic.

De communi ſapore coitus.

Sapor igitur * communis huiuſmodi uiris in tota uirga, ſed maxime in præputio eſt; mulieribus uero circa pectinem in confinio uuluæ. Mulierum teſticuli duo ſunt: quorum unus ſub dextro rene, alter ſub ſiniſtro tenetur: qui fundo matricis coniuncti per ſingulos ex ſe procedentes, incitata uenere, ad cellulas eiuſdem ſperma miniſtrant: quod ſi ſimul cum uiri ſpermate conueniat, uel modicum ante, uel poſt, prius quàm prælatum frigeſcat, unitur. Si uero in ſiniſtra cellula matricis ſimul ſpermata conueniunt, fœmineum embryum generant; Si uero in dextra maſculinum procreant: Si uero in media, quæ ſecundum calidum & frigidum æqua eſt, ſecundum plus uel minus utriuſq; ſpermatis, aut maſculinum,aut fœmininum procreant.

H

* alias communionis.

De embryo.

Oportet autem in embryi diſpoſitione aliquantiſper immorari, & dicetur quid in unoquoque menſe à primo uſque ad nonum ſibi naturaliter fiat, & qualiter à primo menſe uſque ad ſeptimum, & à ſeptimo uſque ad nonum, ſi genitum fuerit, pereat: & in ipſo ſeptimo uel nono ſi editum fuerit, ſalubre perduret. Cum ergo utrunque ſperma, uiri ſcilicet & mulieris in matrice conuenerint: ſi frigidum & humidum fuerit, omnino diſſoluitur: ſi uero calidum, & ſiccum, conſumptionem incurret: ſi autem æqualitate perfruitur, nulla impediente concipiet qualitate.

De coniunctione ſpermatis.

Spermate igitur utriuſq; coniuncto,in ſpecie conchulæ expandit: & radice producta ſibi ſuperficietenus alligat:ex cuius calore præfati ſpermatis fumumatibus decoctis ab ipſa diuidit & ex ſola radice,

per

A per quam nutrimentum accipit,cum ipso tenetur.Medium autem quod infra decoctas summitates in modum nucis eminet,inter eadem spatia sanguineam glebulam quadam frigiditate constrictam primo mense obseruat,nulla alicuius similitudinis imagine in ea impressa. Secundo, in uermiculi longi scilicet & rotundi producitur speciem.Tertio,in eo crura diuidūtur,& a lateribus brachia: collum caputq; perficitur.Quarto,formatur cor & hepar,& anima id ingreditur,& naturaliter mouetur. Quinto,omnis interior completur compositio,intestina scilicet quadam dispositione formantur, digiti manuum pedumque scinduntur.aures, nares, os,*ueretrum,& ipse pudicus formatur cĭculus. Sexto,
al. uenter oculi scinduntur,supercilia formantur:palpebræ crescunt:capilli & ungulæ producunť. Septimo fiunt axungiæ,& caro perficitur.cutis & omnis humiditas secundum diuersas uasculorum compositiones constituitur:& completis secundum naturalem dispositionem omnibus,laborat ut exeat: matrix autē nititur ut obtineat,& ut calore,quæ completa sunt confirmet & muniat.si uero debilis est, concedit ei ut exeat:& durat,eo quòd naturaliter completum est. si autem matricis natura fortis est, nititur, ut id retineat.In octauo,embryon expugnato exitu non sibi concesso,fatigatus quiescit. In nono, matricis calore iam firmato,& crassitie confecto,natura concedente patet ei aditus,& exire permittitur.

De ætate planetarum in embryo.

B Habent autem septem planetæ aliquid in cōpositione embryi speciale. Saturnus quidem frigidus & siccus,sua frigiditate primo mense spermati grauedinem,& sui siccitate compaginem parat:& ideo non crescit embryo,sed a suo calore in sanguinem commutatum sine augmento permanet. Secundo, Iuppiter calidus & humidus,calefaciendo confortans,& humectando replens,in longi & rotūdi uermiculi speciem sperma producit. Tertio, Mars calidus & siccus, calore roborans, & siccitate incidens,crura diuidit:a lateribus brachia separat:collum & caput informat. Quarto, Sol minus Marte calidus & siccus,& animam,& cor,& hepar creat,& cerebrum, & creatis animam ingerens, naturali-
al. exteriora ter embryo motū pręstat.Quinto,Venus frigida & humida,omnia *interiora format,aures,nares, os, uirgam,& pudicum circulum format,pedum & manuum digitos diuidit. Sexto,Mercurius secundum calidum & humidum frigidum,& siccum ęquus,in quo manualis habetur scientia:& ponit supercilia: oculos scindit:palpebras crescere facit:capillos & ungulas producit.Septimo, Luna frigida & humida,replens axungias,carnem & superficiem complet uenis & arterijs humiditatem tribuens,toti corpori nutrimentum præstat:& quia omnia perfecta sunt,si prægnans parturiet, salubriter perdurat: sed quoniam adhuc in eo sunt membra,non bene firmata, indiget alio tempore ad id operis explendum. In octauo,Saturnus reiterata uice similiter infrigidādo embryonem, matrici grauitatem infert: suaq;
C siccitate humores extenuans, embryo nutrimentum parcius tribuit: & propterea ægre prægnantes in hac tenuitate existunt. Nono autem,Iuppiter calefaciendo infrigidata,& replendo tenuia, embryū corroborat,& matricis aperit aditus,& sic exitus omnibus naturaliter perfectis conceditur. A primo autem mense usque ad septimum si genitū fuerit,non perdurat:eo quòd naturaliter imperfectum habetur:a septimo usque ad perfectum nonum,quamuis natura perfectū sit,tamen si generetur non subsistit:quia Saturni infrigidatione stupidum,& eius siccitate minorato nutrimento afflictum uel obstrictum,corrupta matricis naturalitate,calore materno exustum si excessum fuerit dissoluitur. Solet aūt non omnibus membris perfectum ut in pluribus apparet embryo generari:plerunque uero crasso capite,& tenui collo,uel magnis pedibus,& subtilibus cruribus,pedibus genibus applicatis, aut manuū singulis,uel duobus digitis perditis hac luce perfrui.sed hoc dupliciter in embryonis compositione contingit:aut enim natura æquam habet materiam,& redarguentem spiritum, & secūdum horū duorum æquitatem,moderate uel perfecte informat:aut abundantia materiæ & spiritu moderato, eidem materiei abundantiam alicui addit membro,ex qua nascitur maius ceteris:uel ampliato spiritu, & materia minorata,aut ex parte membra attenuat,aut ex toto non dimittit procreari: & hæc omnia aut æquitate utriusque materiei scilicet & spiritus natura perficit,aut augmentatione uel minoratione ho
D rum unius. Solet etiam in generatione quibusdam uiris illud muliebre, & quibusdam fœminis illud uirile,quo luxuriatur,adijci:sed illud impedita uel oblita natura sic perficitur.nam quādo aliquo euentu impeditur uel obliuiscitur,illud materiei humidum superfluum,quod ad naturalitatem uel ad numerum alicuius membri solet disponere,ad alterius naturæ membrum sine ratione mutat.

GAL. ASCRIPTVS LIBER DE NATVRA ET ORDINE CVIVSLIBET CORPORIS.

CENSVRA.

Liber ordine,& iudicio carens.

De quatuor humorum natura.

LIcet te sciam,chariſſime nepos,græcis literis eruditum ad hanc diſciplinam
poſſe pertingere,tamen nequid tibi poſcenti ad memoriam denegetur, ex li-
bris medicinalibus,Hippocratis intima latina feci:quod quia dignus es fideli-
ter trado,daturus tibi aui tui patris mei librum,ex quo mundi rationẽ cogno- F
ſcas:ut noſſe poſſis quanta fuerit generis noſtri ſapientia. Nunc uero tibi cor-
poris uniuſcuiuſque naturam & ordinem aggrediar exemplificare:Corpus igi
tur hominis ex quatuor humoribus conſtat.nam habet in ſe ſanguinem,chole
ram rubram,choleram nigram,& phlegma:qui quatuor humores habitãt uel
dominantur in locis ſuis.ſanguis dominatur in dextro latere in hepate,quod iecur uocamus:ſic & cho
lera rubra ibidem dominatur.in ſiniſtro uero latere,ideſt in ſplene cholera nigra dominatur . phlegma
autem in capite,& alia pars in ueſica:alia pars ſanguinis dominatur in corde. Virtus autem ipſorum ta-
lis eſt.ſanguis eſt feruens,humidus,& dulcis,cholera rubra eſt amara,ignea,& ſicca. cholera nigra eſt
acida,frigida,& ſicca.phlegma uero eſt frigidum,ſalſum,& humidum.Hæc omnia creſcũt ſuis tempo-
ribus.Sanguis enim creſcit tempore ab octauo Idus februarij uſque in octauum Idus maij,& ſunt dies
xcij. Cholera uero rubra in æſtate ab octauo Idus maij uſque in octauum Idus auguſti, & ſunt dies no-
nagintanouem.Cholera autem nigra autumno ab octauo Idus auguſti uſq; in octauum Idus nouem-
bris,& ſunt dies nonagintaunus,phlegma uero hyeme ab octauo Idus nouembris uſque in octauum
Idus februarij,& ſunt dies.xciij.Hi quatuor humores hoc idem patiuntur die ac nocte. Sanguis enim
dominatur horis ſeptem ab hora noctis nona uſque in horam diei tertiam.Exinde dominatur cholera G
rubra uſque in nonam diei horam. Deinde cholera nigra dominatur ex hora diei nona uſq; in horã no
ctis tertiam. Phlegma autem dominatur ex hora noctis tertia uſque in horam noctis nonam.Hæc om-
nia habent reſpirationes ſuas per ſingulas partes corporis.ſanguis per nares, cholera rubra per aures,
cholera nigra per oculos,phlegma per os.Diuiduntur etiam hi quatuor humores per quatuor ætates,
ideſt phlegma in pueris ab ineunte ætate uſq; ad xiiij annos cum ſanguine.exinde cholera rubra domi
natur uſque in annos xxv. & exinde dominatur uſq; in annos xlij.maxima pars ſanguinis cum choleris
nigris.dominatur exinde uſq; in ſummam ætatẽ phlegma,ſicut in pueris dominatur. Præterea hi qua-
tuor humores faciunt in hominibus tales mores.Sãguis facit homines boni uoti,ſimplices,modeſtos,
blandos,euchymos ſiue plenos.Cholera rubra facit homines iracũdos,ingenioſos,acutos,leues, ma-
cilentos,plurimum comedentes,& cito digerẽtes.Cholera nigra facit homines ſubdolos cum iracun
dia,auaros,timidos,triſtes,ſeditioſos,inuidioſos,habentes ſæpius cicatrices nigras in pedibus , uel in
alijs mẽbris.Phlegma facit hoĩes compoſitos,inuigilantes,inter ſe cogitantes,cito afferentes canos in
capite,minus audaces.Omnia ergo,quæ calidas habent uirtutes in ſuperioribus locis corporis domi-
nantur.Pulſus autem ſuos hi quatuor humores habent uel faciunt . Sanguis enim pulſus facit plenos,
humidos,æquales.Cholera rubra facit pulſum tenuem,citatumque . Cholera nigra facit pulſum plus H
tenuem,ſed tabentem,ueluti percuſſum,& aſperitatem.Phlegma facit pulſum minus plenum , hume-
ctatum , æqualem pondere . Hi humores ſine ſe eſſe non poſſunt , & in omnibus ætatibus dominan-
tur:ſed quoties ex his humoribus aliquis excreuerit,tunc facit ægritudinem longam. & cauſæ ueteres
pro ſua uetuſtate, & temperantiam,& æquitatem,& æqualitatem pro corpore ætatum omnium, hi hu
mores ſingulis ætatibus faciunt,quoties quiſque eorum augmentum acceperit , & tunc longam ægri-
tudinem facit ſi imperitum medicum habuerit,aut certe negligentem , aut qui cauſam non intellexit,
aut ex quo humore ægritudo nata fuit . & quidem tunc diligens & doctus ægrotanti poteſt ſuccur-
rere. ſi uero negligens fuerit aut non intelligens , tandiu protrahit ægritudinem , quandiu tranſeat
humoris ipſius tempus , & alius exterius humor augmentum accipiat , ita ut iſte humor excluda-
tur , ex quo ægritudo fuerat nata. Nam ſi ſit ex cauſa ſanguinis , qui ſanguis eſt dulcis , & calidus,
& humidus , occurrendum eſt ſic : adhibeatur ei contrarium , quod ſit frigidum, amarum , & ſic-
cum . Si fuerit cauſa cholera rubra , quæ eſt amara uiridis , & ignea , & ſicca , & acris : debet adhi-
beri quod ſit frigidum & humidum . Si autem cholera nigra fuerit cauſa,debet adhiberi, cum ſit frigi-
da , & ſicca,& acetoſa,illud quod eſt calidum,& humidũ,& dulce.Si ex phlegmate nata fuerit ægritu
do,cum ipſum ſit frigidum,ſalſum, & humidum : debet adhiberi quod ſit dulce, calidum & ſiccum.

Hæc

A Hæc quando adhibita fuerint,tunc & peritus medicus inuenitur,& æger cito ad sanitatem reuertitur.
Hæc tibi pro nostri memoria religiose nepos dedi,maiora te putans adepturum.

De dispositione plasmationis fœtus in utero.

Expositionem membrorum,quo ordine,uel quibus iuncturis,uel quo schemate homo in utero ma
terno plasmetur,hic docemus,exordium a capite sumentes.Maioribus enim nostris,Apollini,Hippo-
crati, Apollonio & ceteris Santonicis placuit mortuorum uiscera scrutari,ut scirent unde uel quomo
do morerentur.hoc autem nobis facere ipsa humanitas prohibet , eo quod ipsis scrutantibus omnia
manifesta atque aperta sunt.& quid dixerunt?Caput nostrum commissuras habet quinque angulosas
se inuicem continentes,sicut summus anatomicus philosophus hic memorans dicit , masculus in ga-
lea commissuras habet quinque . fœmina uero in circuitu commissuras habet , cui galea superposita
est, quam Græci cranium appellant: quæ cohæret membranis,& superposita est cunctis , quæ habet
causa decoris,scilicet ut ab æstu & frigore oculos custodiat. Vbi uero galea est, subiacent tempora,quę
continetur spiritualibus uenis cerebri,quibus superposita sunt supercilia , ut si copiosus sudor fronti
aduenerit,opposita statione pilorum cōtineatur,donec excussus ab oculo sudor auferatur. Oculi quo-
que isto schemate continentur.Ex naso cerebri foramina orta sunt duo,per quæ tenuissimæ uenę dex-
B tra læuaq; alterius inuicem sibi continentur. Tunicæ sunt quatuor uel quinque : prima tunica appella-
tur ceratoides: secunda choroides: tertia orocnomides: quarta tinsenoides: quinta crystalloides. Sup
posita sunt ossa oculi,quæ malas uocamus.Dentes etiam habent uiri. xxxij. mulieres autem. xxx. au-
ctor Apollonius memorat,dicens,dentes usque ad caninos singulas habent radices . Alij uero inte-
rius,qui molares dicuntur, habent ternas & quaternas radices . Palato lingua subiacet,quæ cooperit
canalem spiritualem,quem Græci pneumaticum dicunt.quem canalem modo aperit , modo claudit.
aperit enim spiritualem canalem quando loquimur, claudit autem quando manducamus : quod pro-
bare possumus quando forti cibo uel potu utimur,& currit ex supradicto cibo in spiritualem canalem
aliquid, statim tussis consequitur, donec impellente spiritu illud repat , & in propria iterum reuocet.
Huic linguæ dextra læuaque parte glandulæ suprapositæ.quod autem superpendet,uuula appellatur.
post quam cauernæ sunt duæ,per quas fit infusio uel raptus,quod Græci anarrhophema uocant . na-
resque cum supradictis cauernis inserunt,& per easdem usque ad cerebrum tendunt. Aures uero uiæ
sunt auditoriæ sicut rerum natura composuit ad cerebrum,& a cerebro descendentes faciunt exhala
tionem . Coniungitur autem gula pulmoni . Pulmo uero in modum fabri ferrarij follis est consti-
tutus, alter alteri spiritum tradens:& implet pectoris arcana . Stomachus autem uentri coniunctus
C est,qui infra pennas pulmonis medium possidet. Cor uero uenas habet quatuor : duas quæ spiritum
continent, & duas quæ sanguinem trahunt.quæ spiritum continent, pulmoni affixæ sunt,quarum fir-
ma facta concatenatione totum per corpus sanguis diffunditur,& sic uenæ pulsum reddunt . Pulsus
ita nutritur, modo recipit sanguinem, modo repellit. Cor uero,ut diximus, est coniunctum pulmo-
ni:in sinistra parte dominationem tenet: id circa positum est, quod Græci pericardium uocant, attin-
gens extremas partes pulmonis . Sed hic posita sunt præcordia, quæ Græci diaphragma uocant. con
tinet autem pulmonis substantiam,uentremque,& intestina:cui iuncta sunt latera & spina. Venter au-
tem orificia habet duo,unum proximum membranæ, quod Græci pericardium uocant.in sinistra incli
natum:hoc Græci stomachum uocant: aliud uero in dextra parte circa iecur positū est, extensum usq;
ad longaonem, quod Græci pyloron uocant. Inde ad utranque partem renes. deinde uero inest fol-
lis uesicæ. In sinistra parte positus est splen, oblongus, uentri coniunctus: continens membranas te-
nues , habens pinguissimas uenas, quæ intestina tegunt & calefaciunt : hoc Græci epiploum uocant,
ab orbo extensum usque ad renem sinistrum. Subiacet autem sub hoc intestinum , quod Græci colon.
uocant. Sub hoc autem est locus continens longaonem, qui iunctus est uesicæ habenti collum lon-
gum,quod ueretro inest. Vesica uero renibus continetur media utrinsque:ex quibus renibus decur-
D rit ad neruos, quibus testiculi pendent, quos Græci uocant cremasteras,a quibus iunctæ sunt uenæ te
nuissimæ,quæ sperma deducunt ex cerebro: oriturq; ex spinæ medulla. Viris quoque testiculos inesse
manifestum est: sed alio schemate formati sunt uiris. Mulierum uero testiculi breuiores & fragiliores
sunt.nam quæ maiores habent,uiragines appellantur . Igitur manifestum est unam esse uiris, & mulie
ribus interiorum uiscerum compaginatam lineationem,sed multæ sunt tunicæ testiculorum:prima eu-
strephes.i.bene retorta:secunda pericochliades.i.circūtortuosa: tertia perizoma. i. circuncinctorium :
quarta uero tunica tenuissima arcys.i.rete appellatur. Similiter & matrix habet subiecta membra qui-
bus continetur:quæ Græci cyetica,idest genitalia uocant: nam ut est masculo ueretrum, ita est matrix
mulieri columna. Matrix enim naturaliter fragilis & mobilissima est, constans ex neruis , & paruissi-
mis uenulis,& tunicis duabus exterius neruis est firma, interius carnosa & mollis,quæ est directa con
tra intestina:cuius ceruix tribus foraminibus erigitur usque ad longaonem . Sinistra uero est matrix,
in qua sperma miscetur,quando conceptio celebratur natura uolente,idest uiri semine,& mulieris san
guine:quamuis & uirile sperma sanguis noscatur esse. Vnde & maiores nostri consanguineos appella
uerunt ex consanguinitate paterna uel materna natos.Nunc dicitur ab imperitis , quo modo sperma
sanguis esse potest,cum sit album?Nos tamen certa ratione probauimus. Mare enim, ut ei natura tri-
buit, est colore uiride: quando autem in tempestatibus mouetur, spumam albam emittit. uel si uinum
nigrum

nigrum in quolibet uaſe exagitaretur, ſpumam candidam faceret. Simili uero ratione & ſanguinis feruor concuſſus in albedinem uertitur. E Dum enim coitio fit, non ſtatim formatur infans: nam ſi quoties coitus fit, toties conceptio fieret, innumerabilis eſſet multitudo filiorum. Certo enim tempore mulier concipit, aut in initio purgationis, aut in fine. nam purgatio ſperma corrumpit, plurimo uſu ſanguinis materia ſuperante. Temporibus certis infantem componi atque formari in utero materno manifeſtum eſt. omnis enim figura formatur in quadraginta diebus, aliquando in diebus triginta. Qui uero quadrageſimo die formantur, nono, uel decimo menſe impingente naſcuntur. Manifeſtum eſt enim infantes in utero materno ita formari. Primo enim menſe iactu ſeminis congregatur in umbilico, & fit thyſis, ideſt congregatio ſanguinis. Secundo menſe expreſſio corporis animam tribuit. Tertio menſe ungulæ atque capilli naſcuntur, & motum facit infans. Ideoque & quarto menſe mulieribus nauſeæ fiunt, quas Græci nautias uocant. Quinto autem menſe facit * catarrhi ſignum atq; adulteria demonſtrat. Sexto menſe facit neruorum compoſitionem. Septimo menſe medullam confirmat. Octauo cum pelliculis oſſa confirmat. Nono uero menſe maturum mouet infantem. Infans uero maſculus in dextra matricis continetur, fœmina uero in ſiniſtra. Nam & hæc ſigna præcedere ſolent. q ſi maſculus fuerit in utero materno dextro, robuſtior eſt. ſi fœmina, ſiniſtra. Dum ergo infans in utero matris eſt, oculi genibus oppoſiti ſunt. unde hoc probauimus? quia genua tumentia, oculi autem concaui. F ideoque cognita rerum natura, ita natura impoſuit genua: & genæ quoque cum acri dolore uel nimium percuſſus homo fuerit, & genua curuauerit, oculi continuo lachrymantur: non enim uult natura eos obliuiſci ſocietatem genuum. Dentes autem noſtri organa ſunt quodã modo linguæ. infans uero dum dentes non habuerit, uagit. dum uero duos uel quatuor dentes habuerit, muſſitat. dũ uero os dentes repleuerint, loquetur. Dentes.n. noſtri quos habemus, alij uocantur cynodontes, quos caninos dicimus, quos ad frangendum habemus. Dentes enim noſtri oſſa non ſunt, nec medullam habent: ideoq; omnia oſſa confringunt, ſed aſſiduo humore capitis ueniente uitiãtur. ſicut enim aſſiduus humor ex alto in naſum ueniens perforat: ita dentes uitiantur a capite.

*alias crescere sinum.

De cognoſcendis febribus.

De cognoſcendis febribus omnibus ſuperius ſcriptum eſt. nunc illud ſciendum. Scito q maxime iã dixi primum cognoſcendas cauſas, & origines, & ſpecies febrium, & ut ſciamus, quæ ſunt generales, & quæ ſunt ſpeciales, ideſt quæ ſunt ueræ, & quæ non ſunt ueræ, & quæ ſunt tropicæ, & quæ ſunt acutæ, uel quæ ſunt ſimplices, & quæ ſunt duplices, uel quæ ſunt, quæ cum alijs febribus geminatæ fiunt, G & quomodo accedant, & quomodo recedant, ideſt qualiter moueantur, & qualiter declinent, & quibus horis, diebus, & noctibus, uel quot horis paroxyſmus, ideſt commotio teneat, uel quando faciet paracmen, ideſt declinationem, quidue ſignificant, & quo ægrum ducant conſiderandum eſt: & iterũ uirtus ægrotãtis, qualitas, & impetus ægritudinis, & quãtitas: ex hoc.n. uitæ mortiſq; indicia maxime, & ex pulſu, & cõſideratione urinę, ac genus febris præuidere, poteris ſi fuerit aſſiduus lectionis doctiſſimus uſus: necnon ex alijs ſignis, quæ noſter Hippocrates in prognoſticis probat: & futura ante prædicit. iudicant enim & quaſi tacite loquuntur ægrotantis color, oculi, uultus, uox, taciturnitas, poſitio iacentis, ſchema, corporis habitudo: quæ omnia in ægris diligenter conſideranda ſunt, ut ſciamus manifeſte quid tenere, uel quid refugere debeamus: ne forte hoc ignorantes ægros lædamus. Addas & illud in his, ut conſideres in omnibus ſemper ægritudinibus regionem, qualitatem, poſitionem locorũ, aeris temperantiam, temporum mutationem, ætatem, conſuetudinem ægrotantis, naturam corporis, animi uigorem, cauſas & originem: necnon & illud, ne ut animi aut corporis uitio ægritudo nata ſit, aut ne extraneus aduenerit ex cibo aut potu, uel ex corruptela aeris. Quando enim hæc omnia conſideras, tunc rationem bene & uere eſſe cognoueris, & optime facies quicquid ad hæc omnia facere conueniat: qm̃ tunc Medici beneficia uincuntur, quando non in ſuo tempore adiutoria offeruntur, aut H natura corporis a morbo fugata beneficia nõ ſentit, itaq; præuidenti omnia diligenter perſpicienda, & præuiſis atque cognitis cauſis, ut dixi, ſuis curis ſuiſq; temporibus curanda.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE VOCE ET ANHELITV.

CENSVRA.

Videtur & hic ex Galeni libris ad Arabes peruenisse.

DIxit Galenus, Si neruis, qui sunt inter costas acciderit scissio prope spondylos, destruetur uox & anhelitus. hoc autem idem accidet si ossa costarum scindantur, aut spinalis medulla secundũ latitudinem inter finem colli & initium spondylorũ, qui respiciunt ex opposito pectoris. Si autem spinalis medulla infra huius loci initium scindatur: nec anhelitus omnino, neque uox omnino priuabitur: sed tantum de utroque priuabitur secundum numerum spondylorum, qui opponuntur pectori: similiter accidit ex incisione costarum secundum magis & minus. Musculus est organum motus uolũtarij. B Et ad unumquéq; musculũ peruenit neruus a cerebro, aut spinali medulla: qui si scindat, non mouebitur musculus: interior autem musculus, qui est inter costas, facit anhelitum: & tunc fit, quando aer expellitur uehementer a pectore: & ex eodem anhelitu fit uox, & est ei quasi materia. Et uoco collum illum locum, qui est inter superius epiglottidis, & superius œsophagi usque ad radicem linguæ. In collo autẽ sunt musculi bronchorum. Et raucedo accidit quando musculi colli extenduntur & inchordantur, ut extẽduntur in assumptione cibi & potus. Et quando epiglottis inchordatur ita, quòd cõstringatur, fit uox: & quando constringitur, inchordantur musculi ex quibus pendet. Et anhelitus quidem fit apud extensionem musculorum pectoris, & solutionem musculorum colli, & epiglottidis, & tracheæ arteriæ. Raucedo autem accidit ex extensione musculorum colli, alijs omnibus remanentibus in suo statu. Vox etiam fit si musculi epiglottidis extendantur, licet non musculi colli. Epiglottis ex tribus componitur chartilaginibus inæqualibus, & dissimilibus: quarum una est anterius, scilicet maior, duæ uero posterius: quarum altera supponitur alteri: quarum superior est minor. Habent quoque * duas iuncturas: quarum duæ sunt inter primam & secundam chartilaginem: & duo capita primæ chartilaginis intrant in secundam: & sunt duæ iuncturæ inter secundam & tertiam, quas continent sex musculi. C In utraque scilicet iunctura sunt duo musculi, qui attrahunt tertiam chartilaginem ad posterius, & aperiunt os epiglottidis. E contrario agunt alij duo musculi, & sunt * exterius: & quando ambo extenduntur, claudunt os epiglottidis clausura perfecta, ita quòd nihil ex aere egrediatur. Necesse est autem ad hoc ut fiat uox, ut duo modi musculorum, qui mouent epiglottidem sint fortes ita, ut neutrum par cedat alteri in actione: & intellige per hos musculos, illos quibus aperitur & clauditur: & sunt erecti, & positi in rectitudine: & continuantur ex inferiori, & non superius: & mouent iuncturam per superiorem extremitatem: & habent duos neruos proprios, unum in dextra parte epiglottidis, & alterum in sinistra: qui mouent tertiam chartilaginem: quorum concursus est ex inferiori parte ad superius: qui si scindantur, laxabuntur illi, * scilicet † musculi, qui mouent epiglottidem, & destruetur motus eorum. Dum uox est in epiglottide, agunt in ipsam duo modi musculorum, illi scilicet qui aperiunt, & illi qui claudunt: sed si illi, qui claudunt, soli agunt, tunc accidet retentio anhelitus: & si illi qui aperiunt soli agunt aut neuter, tunc accidet anhelitus. Destruitur autem uox, quãdo musculi, qui claudunt epiglottidem, destruuntur, siue illi, qui aperiunt, saluantur. non enim addunt neque diminuunt in destructione uocis. Quando creator uoluit in nobis ponere instrumentum uocis, primo posuit aliquid, quo aer sit in nobis uelociter, & est pectus: deinde posuit occur- D sum aeris in ipso ex uia ampla ad canalem strictum, ut aer per stricturam canalium uelocius currat: uelocitas enim facit ipsum fortiorem: qui quando percusserit chartilagines, tunc fiet uox: percutit etiam præter hoc tracheam arteriam, & vuulam, & superius palatum, & locum cursus aeris per nares. Sed ex hoc non fit simpliciter eadem uox, sed quasi uox, ut stertitio & azegiz. Vox autem non fiet, nisi quando aer percutit primam epiglottidem: & est posita supra caput tracheæ arteriæ ad modũ instrumenti, quo musici utuntur tibicines. Si epiglottis ampliet plus, q̃ oportet, minuetur uelocitas motus aeris: & sic diminuetur fortitudo uenti, tunc secundum diminutionem uelocitatis, & debilitatem percussionis. tunc enim minus resistent chartilagines aeri: non enim ampliantur, nisi quando non extenduntur, & remanent laxatæ. Quando aũt epiglottis cõstringitur plus, q̃ oportet, tunc aer qui exit ex epiglottide erit paruus, & tunc erit minor percussio: quapropter uox erit parua. uox enim nõ potest crescere, nisi crescant illa duo, quibus fit, aer. s. & percussio cremento proportionali: Quodlibet enim crescit propter crementum illius, a quo constat in substantia. Egressio aeris uiolenta non fit nisi per extensionem musculorum ipsorum: hoc autem differt secundum magis & minus, secundum fortitudinẽ extensionis, & secundũ multitudinem & paucitatem musculorũ. In egressione autem aeris uiolenta nimis, necesse est ut omnes musculi pectoris extendantur nimis, & maxime musculi costarum. Anhelitus autem & uox nunquam fiunt absq; his musculis: in quibus si aliquod impedimẽtum

*Al. quatuor.

*alias anterius.

*alias sex.

aut nocumentum acciderit, secundum numerum nocumentorum erit destructio uocis. Si enim motus E
medij numeri illorum destruitur, medietas nocis destruitur: & si tertia pars motus destruetur, tunc destruetur, & tertia pars uocis. Et uniuersaliter illa pars, quæ destruetur de uoce, erit secundum partem destructam de numero illorum musculotum. Adiuuant autem hos musculos duo musculi, qui sunt apud radicem costarum, & illi, qui sunt ex duobus lateribus spondylorum: & ex duobus musculis procedentibus in longitudinem, musculi, qui sunt sub diaphragmate positi. Sermo est ex uoce: uox est ei quasi materia: cum enim anhelitus occurrerit epiglottidi, ipsa epiglottide existente æquali in amplitudine, fiet uox. nam quãdo percusserit illam, fiet illud, quod fit in fistula apud exsufflationem.

Tractatus secundus.

Ex duobus neruis sexti paris ramificantur ex parte pectoris duo parui rami, qui reuertuntur ascendentes ad collum ex duobus lateribus tracheæ arteriæ, quousque perueniant ad epiglottidem: quorũ uterque continuatur cum quatuor musculis epiglottidis. Et sex ex octo musculis omnino necessarij sunt ad hoc, quòd uox fiat, duo autem alij non in omnibus animalibus reperiuntur: quorum actio est, dum epiglottis clauditur completa clausura. Ex istis autem sex duo sunt in ipso canali epiglottidis: aliorum uero quatuor, duo sunt à lateribus, & duo posterius. Duo autem musculi, qui intrãt in ipsum F
canalem epiglottidis, attrahunt iuncturam, quę est inter secundam & tertiam chartilaginem, & aperiũt illam duo musculi, qui sunt in lateribus, attrahendo illam iuncturam ad latera: & aperiunt eam duo alij musculi, qui sunt posterius, attrahendo eandem iuncturam retro. Et sex * musculi præter duos prædictos neruos continuantur cum musculis epiglottidis: quorum duo nerui descendunt superne: & ramificantur ex septimo pari neruorum cerebri, quando illud par appropinquat collo: & * subiungitur per omnes musculos, qui sunt extra chartilaginem scutalem. Et duo nerui ex illis sex descendũt ex transuerso, & intrãt interius epiglottidis, & illic diuiduntur. Et sunt duo nerui descendentes, qui occurrũt duobus neruis ascendentibus de pectore. Cooperculum epiglottidis est locus strictus, & est in medio primæ chartilaginis: in quo loco proprie fit uox: & aer, qui uenit ex pulmone, currit per tracheã arteriam: & primo † [occurrit de amplissimo] loco, & percutit ipsum: deinde occurrit orificio cooperculi epiglottidis, quod est strictissimum ex illo coopertorio: & acquirit uelocitatem motus, & fortitudinẽ: & illic fortiter percutitur coopertorium epiglottidis, & fit uox. Extensio duorum musculorum, qui sunt intra epiglottidem, prohibet ne coopertorium claudatur apud uocem. nam quando aer uehemẽter eleuatur, & continet in circuitu partes coopertorij epiglottidis, constringit illud coopertorium, & claudit orificium eius, & sic prohibet ne fiat uox. Cum enim hi duo musculi ponantur circundantes G
coopertorium epiglottidis, tunc quando extenduntur, resistent aeri, qui uenit fortiter. Coopertoriũ epiglottidis, quando homo * uociferat, & quando anhelat anhelitu, aperitur & ampliatur multũ. Quando autem anhelitus retinetur, aut quando aliquid comeditur, perfecte clauditur tunc, adeo quod nihil ex illo transibit neque ab interiori parte ad exterius, nec ab exteriori ad interius. Causa autem huiusmodi clausuræ est in ipsa substantia coopertorij epiglottidis. est enim neruosa mollis & leuis, ut sit constans, & apta motui Voci & orationi posita sunt tria membra: lingua scilicet & epiglottis, & trachea arteria. Et unicuique eorum est positum quoddam instrumentum glandulatum ad hoc, ut temperet ipsum conuenienti humiditate. Lingua autem habet duas glandulas, in quibus sunt duæ uenæ, in quibus currit saliua ad linguam, & ad totum os. Collum autem habet duas glandulas, in quibus generatur humiditas. In epiglottide uero generatur humor phlegmaticus uiscosus ad hoc, ut humectet illa instrumenta. Sed ex duabus glandulis, quæ sunt in collo, & ex corpore, quod est in epiglottide, non proueniunt uenæ, in quibus currit humor, sicut proueniunt ex duabus glandulis linguæ. Sed illæ, quæ sunt in collo, sunt in natura spongiæ, ex quibus pertrãsit humor illi, qui currit superne deorsum, sine hoc quòd indigeat eis, aut sint ei necessariæ uenæ, in quibus currat. Et posuit in epiglottide duos dentes, & duo foramina transeuntia ad illos dentes, ad cõcludendũ orificium coopertorij epiglottidis. Et sunt H
ibi duo musculi cõtinui, cõtinentes radicẽ tertiæ chartilaginis. Et necesse est ad hoc, ꝙ uox fiat, quòd aer exeat uehementer, & quòd cursus eius in epiglottide sit strictus. Quando uero canna erit stricta, uox erit acuta: & si ampla, erit grauis: si curta, erit addens in acumine: & si longa crescit in grauitate. Humiditas autem epiglottidis facit uoci grauitatem: siccitas uero acuitatem. Initium generationis uocis, est ex orificio linguæ epiglottidis: quod orificium quanto magis extenditur, tanto magis aeris percussio crescit. Existente ergo amplitudine orificij in suo statu, si longitudo crescit, altitudo uocis cadit, † sed magnitudo eius crescit secundum extensionem orificij linguæ epiglottidis. Amplitudo autem linguæ dum percussio fit, illa potentia, quæ erat antequam cresceret amplitudo epiglottidi, minuit acuitatem uocis: & crescit in crassitie, & magnitudine. Si uero lingua creuerit nimis, & * intrauerit de potentia percussionis: tunc crescet crassities uocis quantum crescet in grauitate: sed non crescet in magnitudine. uox autem crassa fit ex multo aere sine potentia. Cetera autem instrumenta facta ad uocem, seruiunt huic instrumento, sicut illa quæ sunt anterius usque ad orificium linguæ, quæ facta sunt ad magnificandam uocem, non ad acuendam.

* alias nerui.
* alias submerguntur.
* alias occurrit amplissimo.
* alias fitim fert.
* alias erit eadem.
* alias minuerit.

Tractatus tertius.

Duo sunt musculi eorum qui sunt epiglottidis, qui procedũt recte in longitudine, & cõtinuant char

epiglottidis

A tilaginem ſcutalem cum oſſe, quod eſt inter linguam & epiglottidẽ,& attrahunt maximã chartilaginẽ
epiglottidis ſurſum & ante.& incipiunt a loco alto, deinde deſcendunt ad epiglottidem. ex quo habe
mus, quòd illi attrahunt ſcutalem chartilaginem ad ſuum caput. Et ſimiliter unuſquiſque aliorum mu
ſculorum attrahit membrum cum quo continuatur, ad partem ſui capitis. Et ſi hi duo muſculi inci-
dantur, accidet uoci maximum nocumentum. eradicabitur enim ſcutalis chartilago,& amplificabitur
locus ille totus.& laxatur multum ita, quòd non poteſt reſiſtere aeri. non enim remanet in ipſo niſi te-
la quæ continet œſophagum & cannam tantum. Si autem neruus qui continuatur cum illis, ſcinda-
*alias nimis. tur, * minus nocebit uoci: diminuetur enim magnitudo eius,& fiet raucedo. Et ſunt quidam muſculi
qui continuant inter hanc chartilaginem & ſecundam. quorum motus ſi deſtruatur, modicum acci-
det nocumentum uoci ſcilicet duo muſculi parui, qui ſi ſcindãtur parua erit remotio, quæ fiet inter pri
mam & ſecundam chartilaginem. Et dixi de quatuor muſculis, qui ſunt ſuper chartilagines epiglotti-
dis, quoniam continent cannam & epiglottidem intus. nam caput uniuſcuiuſque eorum eſt ſuperius.
Non ergo poſſunt declinari ad poſterius, quia ſpondyli colli hoc prohibent: nec ad anterius, propter
hos muſculos: neque ad latera, propter muſculos ex tranſuerſo poſitos: & ſic remanent in canna &
epiglottide extenſi. hoc autem multum iuuat in hoc quòd fiat uox. Aer enim ex quo fit uox, indiget
*alias conti-nuat. B curſu recto & ſtricto. Si trachea arteria ex una eſſet chartilagine continua, non poſſet fieri fluctuatio
in aliqua parte eius in percuſſione aeris. ſed facta eſt ex pluribus chartilaginibus, quas * continet quæ-
dam tela gracilis,& ſic mouetur & fluctuat quando aer occurrit. ideo neceſſarij fuerũt muſculi ad hoc,
ut adiuuent & coniungant ipſam. Et quia trachea arteria facta eſt & ad anhelitum & ad uocem, ideo
poſita eſt anhelitui tela, quæ ligat ipſam inter chartilagines. Voci autem facti ſunt cum chartilagini-
bus iſti muſculi, ut conſtringant & adiuuent tracheam arteriam. Sunt enim duo muſculi in canali uo-
cis, quibus proprie fit uox. ſunt & alij duo extra, qui continuant tertiam chartilaginem cum œſopha-
go.& duo muſculi qui mouent cannam. Apud deſtructionem motus eorum fit raucedo,& fit uox rau
ca propter hoc, quòd aliquod corpus non ſonorum percutit anhelitum. Et ipſa canna eſt non ſonora
in radice, quia eſt carnoſa humida. Epiglottis autem eſt ſonora acutæ uocis, cum ſit chartilaginoſa
ſicca, reſiſtens aeri. ideo quando humefit, accidit raucedo. Et tela, quæ eſt ſuper cannam humefit, pro-
pter multa humida quæ per ipſam tranſeunt. Vnde ante aut potum aut cibum uox eſt clara, poſt autẽ
minus clara. Quòd ſi potus fuerit plus, quàm oportet, uox erit rauca. & ideo magis accidit raucedo
ſenibus propter multas ſuperfluitates quæ generantur in eis. Et in omnibus corporibus illa quæ ſunt
ſicca, ſunt clarioris uocis, quàm illa quæ ſunt humida. Si omnia inſtrumenta uocis aperiantur, tũc exit
*alias exit. C multus aer ſubito,& eſt anhelitus. ſi uero conſtringantur, tunc cum anhelitu * erit aliquod audibile,
quod diuerſatur ſecundum diuerſitatem inſtrumenti quod conſtringitur, adeo quòd fiet percuſſio. Si
uero epiglottis fuerit illud quod conſtringitur, tunc ille anhelitus erit uox acuta. Si autem fuerit can
na, erit quiddam inter anhelitum & uocem,& eſt raucedo.& hoc erit, ſi non moueris epiglottidem,
& dimiſeris eam ocioſam. Si uero dimiſeris cannam non motam, & moueris epiglottidem, tunc fiet
uox ſine raucedine. Canna autem nullam habet actionem in uoce, niſi in hoc ſolummodo. Origo au-
†alias ad partem. tem duorum neruorum qui ſunt in collo† a parte duorum neruorum ab alis, ex ipſo cerebro eſt.& hoc
eſt, quia actio eorum eſt de nobilioribus actionibus animalibus, & ſubtilior. Genera autem actionum
alias cognitio. ſunt tria. ſ. cogitatio, uoluntatis conſeruatio, & imaginatio rerum. Et mittuntur a cerebro ſenſus &
motus uoluntarius ad alia membra. Vox autem eſt nobiliſſima actio uoluntaria. fit autem ex nobiliſſi
mo motu animæ. ſ. ex motu cogitationis & deliberationis. unde hi duo nerui deſcendunt ex ipſo ce-
rebro ad ſtomachum, ut quando cibus defuerit, ſentiat homo. unde orificium ſtomachi fuit maioris
ſenſus quàm cetera membra.& ex illo aſcendunt duo nerui ad muſculos epiglottidis. Et non poſuit
creator hos neruos ex medulla ſpinali, quæ eſt inferior,& propinquior his muſculis, ſed origo eorum
neruorum fuit a cerebro, ut inſtrumenta uocis ſint continua cum eo quod regit uocem ſcilicet cogi-
D tatione, quæ eſt in cerebro. Reuerſio autem horum duorum neruorum inferne, fuit, ut continnentur
cum muſculis inferne.& motus fit ſuperne ſcilicet ex capitibus ſuis. Et duo nerui qui oriuntur a cere-
bro, diuiduntur in quatuor ramos unuſquiſque.& currunt ſuper radices coſtarum ex ſuperiori ad infe-
*alias intrat. rius.& unus eorum intrat cor & pulmonem: alius ſtomachum: tertius * reuertitur ad radicem muſcu
lorum epiglottidis. ceteri autem intrant alia membra interiora & canales. Et apoſtemata muſculo-
rum epiglottidis dicuntur angina interior & exterior. Et ſi in ſuperiori parte palati acciderit humidi
tas, tunc claritas uocis corrumpetur. Vox habet duos terminos in acuitate & grauitate, quos ſi exceſ-
ſerit, deſtruetur. nam ſi orificium coopertorij epiglottidis poſt ſtricturam quam habet in acuitate uo-
cis amplius conſtringatur, abſcindetur: ſi uero extendatur & amplificetur poſt amplificationem, qua
†al. diuiſionẽ. †alias diuiſio. uox fit in ultimitate grauitatis, tunc fiet anhelitus almacror. & ſecundum diminutionem † anhelitus,
ſi fuerit medius ab anhelitu qui eſt in nimia uelocitate, erit diminutio † percuſſionis aeris in cooper-
torium epiglottidis a prima percuſſione. Si uero anhelitus almacror medius iungatur amplitudini me
diæ in orificio coopertorij epiglottidis, tunc uox in ueritate erit media inter acutam & grauem. quia
motus pectoris indiget potentia. Ideoque qui multum debilitatur, tacet frequentius, niſi ex aliqua
ſolicitudine.& tunc cum magna anguſtia loquitur.& tunc muſculi debiliter conſtringunt pectus. &
tranſitus aeris erit tardus. cogetur ergo ut coopertorium epiglottidis ponat ualde ſtrictum quãdo uo-
luerit

lucrit loqui, ut quod deficit ex uelocitate aeris, perficiatur ex strictura cursus eius in epiglottide. nam E si instrumenra uocis amplissima essent, tunc uox destrueretur.

Tractatus quartus.

Si spinalis medulla abscindatur in initio pectoris, & fine colli, & in initio dorsi, ubi septimus spondylus occurrit octauo, destrueretur exufflatio totaliter, & uox omnino. nerui enim ueniunt ad omnes musculos qui sunt intra costas & intra hunc spondylum. Ad diaphragma ueniunt tria paria neruorum, quorum maius oritur ex spinæ medulla post spondylum tertium spondylorum colli. alius† oritur ex spinali medulla post spondylum nonum. tertius ex medio† inter hæc quidem oritur ex ipso cerebro. Si ergo spinalis medulla abscindatur apud tertium spondylum, tunc diaphragma carebit duobus paribus neruorum. & remanebit ei motus tertij paris, quod uenit ex cerebro. Anhelitus almacror fit per musculos qui sunt inter costas. & musculi qui sunt supra uentrem, augmentant anhelitum. & tamen uox non ex actione istorum musculorum augmentatur. Et si duo nerui qui sunt ad partem duarũ uenarum pulsatilium destruantur, uox erit. & accidet musculis qui sunt inter costas aliqua occasio. & ramificantur ex his duobus neruis rami, qui continuantur cum canna & pulmone, & diaphragmate, & stomacho, & hepate, & splene. & omnibus intestinis. Ad musculos autem qui sunt inter costas non ueniunt nerui nisi ex sola spinali medulla. Et inter musculos & neruos qui sunt in epiglottide & can F na non est continuatio. Et omnes musculi qui sunt inter costas sunt. xxij. qui totidem habent neruos: quorum si unus abscindatur ab uno latere, destruetur medietas anhelitus, & medietas uocis. Quidam putauerunt quòd actio anhelitus sit naturalis, cum fiat in somno & uigilia æqualiter, & sine uoluntate, alij dicunt ipsum esse uoluntarium, quoniam quando uolumus anhelamus. & quando uolumus retinemus. Et hoc est uerum secundum nos, ut patet ex nostra anatomia. Alij dicunt quòd est medius inter uoluntatem & naturam.

†alias minus.
†alias tertiũ quod est medium.

GALENI LIBER DE MOTIBVS MANIFESTIS ET OBSCVRIS:

Quem Ioannitius de græca lingua in arabicam transtulit. M. autem Toletanus de arabica in latinam.

G

CENSVRA.

Liber interpretis magis, quàm auctoris culpa mendis scatens: quam ob rem fit, ut quædam quoque insint a Galeni dicendi consuetudine aliena.

De facultate, & primis instrumentis motus.

QVI VERE, & proprie in dissectione corporum uersantur, cum dicunt motus liquidos, eos qui uidentur in corporibus animalium, sensui manifestos intelligunt: ueruntamen quo membro fiant penitus ignoramus: & quamuis hoc uideamus, qualiter fiant uon scimus: †[ideo de his doctrinã oportet nos agere.] Principium autem inquisitionis de motibus liquidis est, ut primo inspiciamus, an sint actiones membrorum, & an ex eo, quòd sint passiones ab eis. Et per actiones, intelligo motus agentes, imprimentes: & per passiones, motus intelligo, qui fiunt a motore agente, quando ipse mouet aliquid aliud. Et H tu poteris unico exemplo duorum horum motuum naturam intelligere. nam motus manuum & pedum, distendendo & complicando, uel inclinando, & mouendo ad utranque partem, quæ quidem ossibus eorum interiacent, juncturis efficiuntur. Manuum autem fit iunctura, quæ est in compositione ossis adiutorij: & hæc quidem iunctura uocatur mabit: & iunctura, quæ est in compositione duorum focilium, est cum ossibus. & iunctura ossium basium, quæ interiacent duobus focilibus, †& pectini, & uocatur rasceta, & * iuncturis digitorum. Pedum uero motus fiunt iunctura genuum, & calcaneorum, & digitorum. Et siquis desiderat motus iuncturæ humeri numerare cum motibus manus, & iuncturæ motus coxæ cum motibus pedis, non intromittit in significatione diuersitatem per hoc uel uarietatem: ueruntamen sufficit in hac significatione, ut dicatur, quòd * pomum ossis adiutorij, in iunctura componitur humeri cum pyxide, quæ est in osse scapulæ: & quòd summitas ossis adiutorij inferior, composita est in iunctura mabit cum duobus brachij focilibus: sicut duæ summitates duorũ focilium, ab inferiori cum ossibus paruis rascetæ componuntur. Similiter in pedibus iuncturæ ex compositione ossium, quæ sunt in eis, erunt. Quòd si res in hoc ita se habet, anatomici uerum in hoc dixerunt, quòd motus manuum & pedum fiunt ossibus, non tamen ab eis. quoniam hæc quidem est actio lacerti mouentis ea.

†alias iõ intẽtio nobis hic est, ut eorum causas inquiramus.
†alias & est pecten.
*alias iunctura.
*alias summitas.

Prouenit

A Prouenit ergo ex hoc, ut motus lacerti ſit actio lacerti:& motus oſſium ſit paſſio eorum: & paſſio eius quod fit,& actio eius quod agit, ſimul exiſtant. Diſcrepant tamen in eo,quòd agens eſt principiū ſui motus ab ipſo,& patiens eſt principium ſui motus ab alio.Sicut ergo qn̄ lacertus agit, mouet quidem primo unū duorum oſſium compoſitorū in iunctura,& eſt illud os,quod cōtinuatur cū adiutorio:deinde mouet ſecūdo ipſam iuncturā mouēdo os: ita anatomiā conſiderantes inueſtigauerūt an oporteat dici,quòd lacertus ipſe agit primo,aut recipit ēt uirtutē motus ab aliquo alio.Vt aūt uiderūt,quòd unicuiq; lacertorū cōtinuantur arteria & uena,& tertiū quiddam.i.neruus:unicuiq; eorū intendētes unūquodque ſigillatim uinculo cōſtrinxerunt,conſiderantes in ipſa conſtrictione an motus impediret̄ lacertorū,aut mobiles permanerent.Poſtquam autem motum lacertorū ſtrictis arterijs & uenis in ſuo manentē ſtatu deprehenderunt,ipſumq; ſtrictis neruis impediri: quòd ad lacertos quidē uirtus digeritur a neruis aliqua,per quā fit actio eorum,iudicauerunt.Deinde iuxta hanc uiam inquiſiuerunt diligēter, an hæc actio ſit neruis ex ſua natura & ſubſtantia,an ſupra neruos aliquod membrum ſit, quod neruis uirtutē motus exhibeat,ſicut lacertis exhibere uiderunt.Adhærentes aūt neruis eoſq; præcidentes,ſectionem eorum ſuperiorem in ſua ſenſus & motus habitudine perſiſtere deprehenderunt: inferiorem autem,a loco ſectionis ſenſu priuari & motu. Ex hoc itaque quod eis apparuit uirtutem mo-
B tus etiam neruis ab alio membro eis ſuperiori tranſmitti,coniecturauerunt. Proſpicientes igitur primam neruorum originem,eamq; indagantes,quoſdam eorum oriri a ſpinali medulla, quoſdam a cerebro deprehenderunt. Abſcindentes itaq; ſpinalē medullam,deprehenderunt, quòd ab inferiori parte ſectionis non tranſmittitur uirtus ad neruos quidem a quibus uirtus oritur, quæ prius tranſmittebatur ante abſciſſionem:& a ſuperiori uero ſectione,quæ eſt ſuper abſciſſionem,quæ prius tranſmittebatur uirtus, tranſmittitur: ac tunc iudicauerunt uirtutem quidem motus ad neruos a cerebro tranſmitti.Deinde poſtmodum inquiſiuerunt,an ſit hoc,quoniam illa uirtus ſit innata ſubſtantiæ ſuæ propria,an a corde ſibi tranſmittitur:neque ad hoc in iſto loco neceſſitas urget,cum nos inueniamus utique neruos exhibere lacertis uirtutem motus a cerebro procedentem. Primum igitur membrum ac præcipuum uniuerſa quidem membra corporis animalis mouens motu uoluntario,eſt cerebrum: cætera uero,quæ quidem cerebro interiacent,& ultimo membro quod mouetur,mouent ſe ſecundum ordinem ita,quòd unumquodque eorum mouens, ac motum exiſtat. Reſtat ergo ut cerebrum moueat tantum,nec aliud moueat ipſum. Similiter fit ut manus ac pedes moueantur tantum.Et iam declaraui in tractatibus,quibus inueſtigaui de uirtute ordinatiua,de uirtutibus animæ,quòd cerebrum eget hepate & corde ad conſeruandū ſubſtantiam ſuam:& quòd non tranſmittitur ab illis uirtus, qua fit mo-
C tus uoluntarius. Hic autem non eſt aliquid,quod nos cogat ut probationem ad hoc inducamus , cum ſufficiat in hoc tractatu concluſione propoſitionis illius uti duntaxat: quia non memoraui, quod apparet in anatomia,ut exponerem per hoc,quòd uirtus ordinatiua tranſmittitur per neruos a cerebro ad lacertos:uerum ut a me intelligeretur ſufficienter,in quo differunt motus & actio: quoniam ſignificatio,quam ſignificat nomē motus,generalior eſt:& ſignificatio,quam ſignificat actio,ſpecialior eſt:cum nos appellemus actionem,motum agentem:& paſſionem,motum ab alio prodeuntem.

De motu reſpirationis,qui notior eſt uſus ueteribus.

Et ſermo iſte,in quo nos ſumus,eſt,quo intendo inueſtigare de unoquoque motu, quod ſit membrum,quod ab eo patitur,& quod membrum operatur ipſum,uerbi gratia de anhelitu:quia melius eſt ut ponam ſermonem meum de ipſo,ut exempli cauſa luceſcat:cum non conferat ex exempli quidem ratione duntaxat:uerum cum ipſo exemplo non eſt utique modica pars, de qua inueſtigare proponimus:uidemus enim manifeſte,quòd anhelamus:& hæc quippe actio animalis eſt compoſita ex aeris inſpiratione ab exteriori ad interius, & expiratione e conuerſo:& apparet etiam quòd id,quod mouetur in concauitate pectoris in anhelitu facili ſuauiter, concutitur inferius duntaxat: in anhelitu uero magno,non ſolum mouentur inferiora tantum,uerūetiam mouentur loca lateribus omnibus uicina:
D Diſcordes ēt fuerunt Medici in motu anhelitus,an ſit ēt ex lacertis, ut ſunt alij motus uoluntarij , aut aliter.Et quidā iudicauerunt,quòd hæc actio naturalis ſit,ſicut pulſus arteriarū & cordis,alij uero iudicauerūt actionē eſſe uoluntariam: alij autem,ꝙ ſit actio compoſita.Et hæc quidem inquiſitio magis ad dialecticam,quàm ad medicinam ſpectat.Inquiſitio autem,quæ dignior eſt in operibus medicinæ, eſt qua quidem inueſtigatur, quo inſtrumento mouetur clibanus.i.concauitas pectoris,per quam fit anhelitus:quoniam hic quidem*dilatatur prout apparet in anatomia:apparet quoque in anatomia,quòd hic clibanus ex oſſibus,quæ latera uocantur,& ex lacertis componitur interiacentibus. Merito ergo anatomiam conſiderantes dixerunt,ꝙ illud membrum,quod diaphragma uocatur, eſt una pars iſtius clibani,nec tamen illud totaliter:& hoc quidem uſque ad tempus magiſtrorum noſtrorum homines arbitrati ſunt,ꝙ membrum iſtud inſtrumentis anhelitus nobilius exiſtat. In noſtro uero tēpore *factū eius patuit ex eo,quod de operatione huius membri declaraui,quòd,ſcilicet mouet partes clibani duntaxat inferiores:quēadmodū illud,quod mouet ſuperiores eius eſt lacertus a collo deſcēdens.Mouet quoq; id,quod interiacet lacertus quidem,qui inter latera conſtituitur:niſi quia hic lacertus quidē nō dilatat clibanū tantū,uerūetiam ipſum conſtringit:cū unuſquiſq; eorum habeat duas tunicas poſitione diuerſas.Lacerti nāq; deſcendentes a loco,qui eſt ſupra collū,dilatant,& diſtendunt clibanum tm̄. Et uidi ſæpe plures homines in facto neruorum, qui mouent huiuſmodi lacertos quos prædiximus.

*alias attrahitur.

*alias inſtrumentum.

quandoquidem

quandoquidē uinculo constringebantur absq; clibani ruptura qđ uinculum illud eos motu clibani pe E
nitus priuabat: & discipulos meos instruxi qualiter hoc ipsum, quod declaraui, intelligerent. Et sen
tentia illorum, qui dicunt, quod anhelitus est motus uoluntarius uel actio uoluntaria, nullum argumen
tum inducit, quod maioris, quàm hæc existat roboris ad probandum ueritatem eorum : quoniam mo-
tus clibani impeditur statim & animal extinguitur subito ore aperto cupiens anhelitum, cum nequeat
clibanum mouere: unūquodque horum fuit ab antiquis inuentum: & quædam præter illa, quæ ipsi inue
nerunt postmodum reperi.

Comparatur cognitio aliorum immanifestorum motuum, & liquidorum quorumdam ad antiquorum cognitionem : & ponitur excusatio tractationis illius.

Et quodlibet horum antiquitus reputabatur ignotum: quoniam de ipso nihil anatomiam inspicien-
tes tetigerunt: cui posset aliquis acquiescere, uel quo posset esse contentus, nedum sufficienter proba-
rent: utinam autem aliquis motuum, & aliqua actionum harum, quæ reputabatur esse ignota, reperi-
rentur a quo membro animalis prodirent: & qualiter ab agente causa, quādo quidem agit: multa quip-
pe horum, quæ ultimo comperi, penes me prius erant ignota, quemadmodum de motu clibani retuli.
Et in tractatu quidem tertio de motu pectoris & pulmonis quædam, siquidem mei docuerunt me do-
ctores ad tempora sua: quibus adieci postmodum in libro quem de passionibus anhelitus edidi, quod F
adinueni, postquam a magistris mei didici: confessus sum etiam in libro de iuuamentorum membrorū
ignorantiam meam, quam habui de motu palpebrarum superiorum: deinde uero narraui post modum
qualiter hoc fit in tractatu decimo libri mei de cura anatomiæ. Eodem quoq; modo ignorabā esse duo
rum neruorum ex utraq; parte arteriarum constitutorum, qui falso & sine ratione uocantur apoplecti
ci: cum fuerit in eis ingressa malitia, qualiter uox impeditur: demum quippe cū labore maximo, ac dif-
ficultate cōperi hoc, cum nullus quidquam de ipsis tractauerit sufficienter : & hæc quippe significatio
erat incognita : demum facta est nunc nota: qui reperi neruos mouentes *lacertos epiglottidis à duo- * alias lacertū
bus neruis duabus arterijs uicinis, qui apoplectici uocantur, oriri. Ignorabatur quoq; , cur ex spondy-
lis dorsi medulla spondyli primi, si secundum latum tota abscindatur, donec extrema non sese contin-
gant, uox impeditur illius animalis. Et similiter si unus spondylus locum deserit: quia spinæ medulla
comprimitur fortiter. Inueni quoque hæc, & alia quæ reputabant illi, qui fuerunt ante me ignota de
anhelitu & uoce: & eorum inuentio fuit ex eo, quod in anatomia apparebat. Et reperi quoque lacer-
tum, qui utranque mouet genam, cum prius fuisset ignotus : nec intelligo quidem in hoc loco per u-
tranque genam duo mandibularum ossa, sicut Hippocrates intellexit hac appellatione in libro suo de
iuncturis, * quem quidem è contrario nempe uocauerunt : sed intelligo per utranque genam, corpora G * alias quam quidem.
quæ duas continent mandibulas, quæ recipiunt, quod os implet de humiditatibus, & cibarijs, aut uē
to, prout in illo, qui utres inflat, uidetur. Specierum item lassitudinis, actio diuersitatis earum per ana-
tomiam fuit reperta : quando in quibusdam, qui laborabant hac passione, uel membri quod lassatur
sensus impeditur, uel in quibusdam motus, uel utrunque simul : & in pluribus eorum nunquam in hac
specie locus putabatur esse dubietatis. quoniam quidem non dubitatur, quòd in neruis, qui uadunt
ad membra, in quibus accidit ægritudo quando ingreditur malitia, noceat sensui & motui. Duæ uero
species aliæ non putabantur, donec réperi secundum quem modum erant in membris corporis, in qui
bus accidit illud, & non in alijs: quoniam hoc quidem nullatenus accidit in omnibus mēbris: ob hoc,
quod non reperitur in omnibus membris neruus, qui sensum tribuat, & motum lacerto, qui est in mem
bro patiente, præterquam neruus, qui sensum tribuit cuti, membrum siquidem illud includenti.

De motu uirgæ.

Et iam narraui omnia ista, quæ apparent ex istis rebus in libro meo de anatomia. Et qui indagatur
de istis rebus, remouet hæsitationem earum : & patet esse eius per hoc, quod apparet in anatomia. Et
quædam harum rerum magis congruit, ut per dialecticam discurrantur : nisi quia cum hoc ad hoc ana-
tomia iuuamur, utpote linguæ prolixitas, donec emineat ori. Et satyriasis, quæ accidit in pueris : & in H
quibusdam est uelocior, quando intuentur quam amant, aut imaginantur eam. Quia causa augmen- A. 20. 3. t. 1. c.
ti ex utroque modo est difficilis, siue ex uoluntate fiat hominis, siue naturaliter sine uoluntate. Et in 1. h.
omnibus motibus, qui fiunt uoluntate, nihil obscurius & dubitabilius hoc. Quoniam in pueris ego ui
deo, nedum in alijs, quando ipsi uolunt aliquod membrum ex membris suis replicare, aut distendere,
aut in partem declinare, hoc quidem faciunt ex uoluntate : & hoc quidem ipsi faciunt per lacertum,
qui destinatur illi motui, & appropriatur, licet ipsi quidem lacertum illum ignorent : & non ipsi tan-
tum, sed etiam multi medicorum. Et illud est, quoniam inuenio membra corporis moueri per lacer
tum, cui creator, qui nos creauit, & plasmauit, & in omni tempore præsens est nobis, prudenter indi-
dit potentiam mouendi. Quando igitur aliquem uolumus motuum, mouet lacertum, quem ad
hunc plasmauit & creauit. Et declaraui in libro meo de iuuamento membrorum, quòd creauit nos
non solum prudens scire quid oportebat melius agere, immo cum prudentia habuit potentiam, qua
quidem nihil ei de hoc quod melius & competentius prouidit esse, defuit agendum: & bonitatē, ac lar-
gitatem, in qua nulla fuit auaritia creandi, quod melius est: & imperscrutabile uidetur opus, creatoris
esse ueraciter scire: & qualiter inest corporibus animalium: uerūtamē non est quippe licitum dicere eū
non uiuere uel non agere: immo utiq; est summe prudens, & potens, ac benignus, sicut iam declaraui-
mus.

A mus. Et si notũ est & publicũ, q in omnibus corporibus est animaliũ, sicut quidam putant, uerbũ istud inducit ad hoc, quòd duæ sunt in corporibus animalium animæ: quarum una creatur naturaliter, & plasmatur omnibus membris, & est præposita omnibus membris quidem uoluntatibus eius, ex quibus actiones procedunt per motum lacertorum, qui deputantur illis actionibus proprie: Alia uero est anima, qua uoluntas inest actionum. Quidam tum hoc respuentes non fuerunt contenti hoc, & ab ipso fugerunt, dicentes quòd anima, qua quidem uoluntas existit, est illa, quæ per se & suam essentiam uniuersa corporis membra imaginatur, ut quod uoluerit de actionibus compleatur. Et huiusmodi quidẽ dicti apparet peremptio: propterea quod si nobis esset hæc anima, ignoraremus cum ignorantia actionum inuenire, an illi quidem lacerti sint, aut non sint. Et ex eo, quod competit ei quod diximus, est qui dem, quoniam illud quod diximus, non solum est uerum in animis hominum, uerũetiam in animalibus remotioribus intellectu, hoc est in brutis, ut sunt asini, oues, porci: adeo quippe ut animas habeãt in summa potentia, & prudentia, & bonitate ac largitate, iuxta quod exposcit natura corporum eorũ aut creatura exigit. Et si nos quoque cetera dimiserimus animalia, & simus homine contenti, cui

a.l. circũscriptis illis. quorundam animalium comparatione intellectus attribuitur † proprie infra illa uidebimus, quòd uita in actionibus, quæ fiunt à uoluntate consistit: nec in alijs liquet actionibus, & non nobilioribus atq;

B præcipuis. Congruit igitur ut dicatur, quòd non est actio quidem nobilior homini, nec conuenientior rationali, quàm ratiocinari ac loqui: & hoc quidem erit cum distinctione, quam lingua agit in uoce expedita, ab epiglottide* distincta. Cum lacertos habeat lingua: quorũ quidã ipsam sursum attrahũt ad partẽ palati ad otis supremã: alij uero in cõtrariã eius partẽ trahũt eã, donec ad inferiorẽ deponant mandibulã: lacertos quoq; alios habet q plures, qui ad utrãq; partẽ eam declinãt: neq; aliquis est puerorũ, neq; adultorũ, & eorundẽ, qui anatomiã inspiciũt, qui lacertos linguæ nouerint, qñ uoluerit aliqđ nominũ pnunciare, uerbi gratia si dicat Petrus, q ualeat prius excogitare & intelligere quo lacerto, & quo motuum illud nomen profert. Conuenit igitur & competit, ut musculus, cui libido fuerit irrogata, secundum hanc rationem incurrat satyriasim, quando libidinem autumat, & imaginatur per aptitudinem rei ad hoc. Et quòd membrorum corporis immutatio imitatur animæ immutationem, non in motibus tantum, sed in alteratione coloris, erit instar huiusmodi. Et ante modos huiusmodi alterationum, quædam sunt alterationes quæ fiunt calore & frigore: & ex hoc est, quòd sæpe contingit diminutio ei, quem arripit timor subitus, uel horror, uel angustia. Et ex hoc arguerunt quidam, dicentes, quòd animæ quidem non sunt aliquid per se existens, aduenicns corpori, ut possibile sit absque corporibus existere, uerum animæ sunt quid ex corpore. Et quoniam hi inuestigauerunt de loco quid

a.l. destinata.

A 10.3.1.c. 1.h.

C sit, diuersificati sunt diuersificatione non modica. Quidam enim dixerunt, quòd est spiritus: & quidã ipsorum dixerunt, quòd est alia maneries de commistione elementorum, quam unusquisq; eorum profitetur, aut ex compositione eorum: & quidam nempe existimauerũt, q uirtus esset substantiæ, quæ unicuiq; appropriatur animali: & quidam putauerunt ipsi eidem animali essentiam sibi propriam. Verũ substantiæ, quæ sentiunt & mouentur uoluntate, sunt illæ, quæ aĩalia nuncupantur: operatio uero eorum, quæ operantur ex eis, secundum epithetũ substantiæ, quã habent ex cõmistione elementorũ. Et iam sententias in libro nostro elementorũ ceteras deteximus, secundũ sententiã Hip. cum uera sit istorum sententia, qui dixerũt, q substãtia generatiõi & corruptioni subiecta, qualitatibus quatuor ca. fri. sic. & hu. & nõ alijs imutaꝛ. Inquirere aũt de aĩa an eius substãtia sit corporea, neq; cesset qñ corpus accidit: alicu ius rei aĩalis descẽdere in ea: aut sit aliquid corpori continuũ, quod cũ corpore accidit: aut spermatis sit uirtus & potentia aliqua, cui cõueniant quidẽ cũ creatione corporis accidẽtia aĩæ: relinquo hoc illis, q de se existimãt, q hoc sciunt ueraciter. Satyriasis aũt uirgæ scio manifeste q fit uolũtate: & fortasse imaginatione tñ. Similiter scio ab ore cuiuslibet hoĩs egredi linguã, qñ hãc actionẽ uult. Causæ aũt ppinquæ, hac appellatione appellanꝛ à peritis & sapiẽtibus uiris in hoc ca. & subtilis speculationis. Merito autẽ dixerũt, q earũ causæ duæ sunt simplices, & una cõposita. Causæ duæ simplices sunt, q ab arterijs

D spiritus ad ista duo mẽbra destinanꝛ, cũ sint rara & porosa interius. s. uirga uirilis & lingua: uel a se habẽt ut erigantur & dilatenꝛ: & utriusq; erectio sequitur & comitatur spiritum intra uenas existentẽ usq; ad exteriora utriusq;: & pori, qui sunt inter utranq;, necessitate uacuitatis implentur. Sic. n. uirgæ uirilis im pletio fit ab imaginatione & uoluntate: distẽsio quidẽ uehemens habitudine & ualida, prout dicunt, & testantur Medici considerantes anatomiã, lacertis aliquibus attribuitur paruis, & spiritibus, qui continentur in arterijs. Et eodem modo fit in lingua, qñ erigitur & dilatatur, ei quidem continue spiritus immittuntur, cum eo etiam, q aliqui lacerti in ea habitudine distẽdũtur. Veritati quidẽ huiusmodi dicti attestatur, q arteriæ in lingua & uirga uirili confixæ, maiores, q̃ in ceteris mẽbris existunt. Caueto ergo eum, qui uerbũ meum hoc audit, †ne quippe abhorreat uerbũ meum, existimando q arteriæ, spiritum quidẽ duntaxat cõtinent, sicut Erasistratus existimauit, sed sæpius dixi, q in arterijs sanguis subtilis cõtineꝛ *calidus cũ substãtia quippe aetea: & extrema uenarũ orificia sunt adeo stricta, quod id qđ ab eis egrediꝛ, spiritus est tñ. Et poteris quidẽ præcognoscere, quòd de duobus dictis propinquius existit ueritati: & magis elegi uerbum illius, qui dixit, quòd distẽsio uirgæ uirilis nõ est minor causa, quàm illius, qui dixit, quòd ab arterijs quidem spiritus destinantur ad uirgam uirilem, & linguam per id, qđ narrabo. Quod est, quia præsumet aliquis & anticipabit dicere, quòd unũquodque membrum, sui ipsius intendit commodo & reparationi: & hoc quidem non solum est sufficiens, sed & uerum: sed

† al. ne quippe oberret.

** al. clarus.*

A 10.3.1.c. 1.g.

quod dicitur, ꝙ membrum, alterius intendat commodo, modum & quãtitatem naturæ excedit, cũ hoc E quippe in hominibus cunctis nõ reperiatur, nedũ in brutis. Et hoc quidem declarauimus sufficienter in libro nostro de uirtutibus naturalibus. Et quod hoc affirmat & asserit, est, ꝙ stomachus nequaquã ci baria digerit, ut per hoc intendat omnia membra animalis reparare: neque hepar quoque cibum alterat hac intentione: & immutat a stomacho progressum ad ipsum, ut conuertat in sanguinem, & ad cetera membra mittat. Similiter quoque cor, non quidem pulsus actio prodit ab eo pro alio membro, sed pro sui commodo. Quod aũt dictum est uerisimilius sententiæ naturali, ut dicatur, quòd unumquodq; membrum attrahat sibi quod conuenit ei, ut ex ipso nutriatur: deinde illud immutat quod attraxit, & retinet, & assimilat sibi: & expellit a se, quod est sibi diuersum. Quod uero dicitur, ꝙ unumquodq; membrum non intendit quidem reparationi suæ, sed quicquid operatur, operatur ut præstet obsequiũ alijs membris: non est uerum. Cum ergo hoc sit unum de ijs, quæ in libro nostro de uirtutibus naturalibus declarauimus: oportet ut principium repletionis accidat quidem membris, quæ implentur, non ex arterijs, sicur quidam dixerunt: uerum ipsamet membra cum habeant erigi, & proprie dilatari, attrahunt spiritus ab arterijs, & implentur ex eis.

De motu linguæ.

Virga uero uirilis augetur manifeste, & fit magna, suscipiendo augmentũ non solũ in longitudine, F uerũetiam in circuitione. Sed linguã uidemus in longitudine distendi, qñ ab ore educitur: nõ tamẽ augeri in omne corpus suum, quemadmodũ uirga uirilis. Similiter quoque non uidetur ab ore uniformiter egredi, qñ fortius homo, quàm potest os suũ aperit, aut quando penitus* extat apertum, aut quãdo inter duas habitudines mediocriter se habet. Qm̃ in ipso, cuius est os apertũ fortiter, ac ualde plus, q̃ possit, inuoluitur in inferiori labio intantum, ꝙ si conetur quantũ põt eam eleuare, non ualebit eã adaptare ut ad figuram attingat mediocrem: propter hoc, ꝙ mãdibula quidem inferior cõcomitabitur eã, donec claudatur os: quoniam actio in aperiendo os & in claudẽdo, est huius mandibulæ tantum, superiori quidẽ mandibula quiescente: & maxime quando aliquis quæsierit linguam eleuare sursum cũ conamine, donec exterius inuoluatur super labium superius, eam concomitatur mandibula inferior, donec concurrant labia, & os claudatur: & hoc fit, quia uinculum linguæ est ex parte inferiori anterius: deinde post ipsum est extremitas linguæ absoluta, qua fit proprie distinctio uocis, ut fiat pronunciatio & locutio. Et hæc extremitas est, quæ egreditur exterius ab ore: cum oris apertio quidem fiat, quando mandibula inferior inferius attrahitur, & lingua mandibulæ sigillatur, cum sit ei ex parte inferiori tota continuata. Oportet igitur, ut non extrahatur extremitas linguæ sursum in illa habitudine, cum uinculum ab inferiori attrahat ipsam, & prohibeat. Et secundũ hanc rationẽ, si aliquis quæsierit uiolenter G linguã suã sursum eleuare, uidebit mandibulã suã inferiorẽ sequi eã, & appropinquare mandibulæ superiori: & attinget hoc quoq; cõclusionẽ oris. Cumq; iam præmisimus hoc, concludemus sermonẽ nostrũ, sicut oportet cõclusione sua: & narrabimus hæsitationẽ, quæ accidit nobis deesse linguæ. Et dignũ fuit, & merito accidit nobis, cũ non inueniamus causam, propter quã lingua prolixatur, donec ab ore quidem exeat. Nec responsio, quã uidemus, egreditur ab illa ambiguitate. Scimus enim ꝙ lacertus mouens linguã, sumit principium ex partibus tunicæ nodi gutturis, & ossis, quod assimilatur lambda literæ. Ideo oportebat tunc necessario, ut si lingua attrahatur ad illas partes, ascendat interdum per lacertos, qui continuantur ei desuper: & humilietur per lacertum, qui continuatur ei deorsum, quando ipsũ ad se attrahit: & declinat interdum, deuiando ad aliquam partium per lacertum, qui circundat quidem in duas partes. Cum ergo anatomiam inspicientes in hoc conueniant, ꝙ nullus motus obedit uoluntati, nisi motus lacerti tantum, nec aliquis lacertus linguæ continuatus distendit eam, donec adducat eã extra os, tunc merito in titubatione incidimus, quando scire uolumus qualiter actio fiat linguæ. Et si motus aliquis posset in corporibus animalis inueniri, qui uoluntate fieret absque aliquo lacerto, non incideret in hanc quæstionem aliquid ambiguitatis.

*alias non existat.

De motu uomitus, & deuorationis. H

Oportet ergo de * hoc inquisitione uehementi inquirere, donec ad ueritatem pertingamus huius rei. Et inspiciamus si forte inueniantur in alijs quoque membris motus uoluntates animalis imitantes: & non solum uoluntates eius, uerum id, quod imaginamur existimando, sicut in uirga fit uirili: quia impletur corpus rarificatum ex uento uelociter, ac leuiter: deinde ad tantum attingit motum, ꝙ impletione sui crescit. Et tu poteris scire, quod motus uoluntarius nõ est solius lacerti, manifestius ex animali quod ruminat: quia hoc animal postquam implet uentrem suum herbis, aut ex alio nutrimento, redit in idem, & erigit ipsum paulatim ex eo, quod transglutiuit ad os suum, ut molat ipsum & terat actione ruminationis. Quidam etiam hominum intendunt euomere, quod potauerunt præter conatum uehementem, uolentes expellere facile ac uelociter, ut non oporteat eos caput conquassare, sicut alij faciunt: & non egeant membrorum prouocatione quibus euomitur, neque eorum distensione. Et manifestum est hoc procedere ex eis, quia instructi sunt in hac actione plus, quàm alij & consueuerunt omni die, qñ exeunt a balneo euomitare, & sumunt potum ante cibũ. Quòd si aliquis dixerit, ꝙ œsophagus obedit uoluntati in huius actionibus, & si dixerit, ꝙ stomachus obsequitur uoluntati, & si dicat, quòd uterq; ei obsequitur, nihil in hoc casu refert, in quo sumus inter hæc, nisi quia alio modo, quàm oportet inquiritur, cum intenderimus inuestigare de motu membrorum: & non su-

*alias hac.

aliás cum.

A mus quidem contenti perspicere, ex quibus membris illi fiant motus, *quin cōsideremus cum hoc secundū quem modū fiat actio illorū. Et uideo manifeste in lingua, & in generationis instrumētis illa eadē mēbra, quæ mouent: & cū hoc quoq; uideo scientia manifesta, quòd actio linguæ, quæ accidit quando ducitur ab ore: uoluntati quidem obsequitur: actio uero generationis instrumentorū non fit a uolūtate tm̄: sed sæpius sine uoluntate, obsequendo ei, quod anima format, & imaginatur. In animali quoq; ruminãte, & in euomēte facilè, merito quisquis fuerit quæsiuit, an illa actio fuerit solius œsophagi uel stomachi: & similiter habitudo in uoluntate. Iam diuersificati sunt homines in hoc. Et quidam eorum actionē eius attractioni stomachi attribuunt. Et quidam eorū attribuunt eā cōpressioni quidē œsophagi, qua cōprimitur id, quod discurrit per ipsum, & coarctatur. Qui aūt in sermone suo distinxit, & perscrutatus est breuiter actionē membrorū, dixit quòd œsophagus ex duabus componitur tunicis: una intrinseca, quæ quidem obedit stomacho, per quā ipse attrahit, quod transglutitur, sicut quod per manū trahit aliquis: alia uero extrinseca impellit cōprimēdo circūquaq; rem, quæ transglutitur, donec ad stomachū perueniat, quemadmodū coqui faciunt, quando manibus suis cōprimēdo id, quod cōtinēt intestina emungunt. Et quidam uiderūt, quòd utraq; tunica œsophagi agit in transglutiendo, nisi quia maior uirtus, ac dignior in hac actione, est in interiori tunica: & exterior ei facile suffragatur. Et iam
B quidem declaraui in libro meo de uirtutibus naturalibus, quòd præcipua uirtus, & maior, & dignior, quæ ad transglutiendum operatur, est quidē tunicæ intrinsecæ œsophagi: actio aūt, quæ est in tempore uomitus, quæ est contraria transglutioni, fit quidem per aliam tunicam. s. extrinsecam. Oportet ergo ut ponamus causam in maiori parte, uirtutem quæ est in stomacho expulsiuā: quæ non est uoluntaria, sed naturalis: & fortassis causa in illa operatione uirtus est uoluntaria: & forte uirtus naturalis in illa habitudine, uirtuti suffragatur uoluntariæ facile, & modicū: sed quando uomitat homo sine uoluntate cibum, quando eleuatur ad orificium stomachi, sicut accidit pueris dormientibus, oportet quidem existimare, quòd causa in illa actione est uirtus expulsiua: & hæc uirtus ēt inuenitur in intestinis, & uesica manifeste & matrice: & inuenitur etiam non minus in ceteris membris animalis omnibus: nisi quia in istis occultius inuenitur adeo, ut probatione indigeat. Et iam adinuenimus in eis probationes, & fundauimus in libro nostro de uirtutibus naturalibus.

De motu egrendi, & uomendi.

Et sicut quidam uomitus fit a uirtute naturali sola, & quidam uel totus, uel maxima pars ipsius fit prorsus a uirtute uoluntaria, ita reperitur in euacuatione per inferiorem regionem. i. per anū: & in euacuatione, quæ fit per urinā quando mingitur duplici quidē actione. Fortassis enim fiet hoc ab aliquo
C lacerti iuuamento, qui congruit ei, extrinsecus condensando, & comprimendo anum. uel forte absque illius lacerti iuuamēto fiet ab intestinis ut egrediatur egestio, uel a uesica per urinam: & hoc fiet a dormiente: & prouenit hoc ēt propter uigiliam nimiam, uel propter multam materiā, quam quidē continent illa loca: uel propter materiæ punctionem, ut demū dimittatur absque uoluntate, & illa loca non comprimantur a lacerto: neq; in illa quidem habitudine quicquā habeant de actione uoluntaria, nisi tantum unicam. s. relaxationis actionem: & circularium impedimentum lacertorum, qui continēt quidem extrema lacertorum illorum: qui ne fiat absque uoluntate purgatio, solum uirtutem prohibent naturalem in eo, qui permanet in suo cursu naturali. Quòd si quidem accidat lacertis illis laxatio, aut incidantur penitus, donec sectio totaliter appareat, & egestio quidem, & urina tunc progreditur prorsus absque uoluntate. Et iam quidam in hoc loco litigium induxerunt, ut uincere uideantur, non ex eo, quòd sequerentur inde commodum, interrogantes an actionis lacerti laxatio, comprimentis orificia meatuum, & impedimentum eius, de actione computetur uoluntaria: & dixerunt quòd actio quidem lacerti sit per distensionem eius, & incuruationem, & non per relaxationem. Cōgruit itaq; in hoc capitulo sententia eorum, qui sentiunt, q rerum uirtutes æstimandæ sunt: cum in eis iam conueniatur
D inquirere de nominibus: restat autem concordes simus, q lacerti quando meatuum extremitates comprimuntur, nō egreditur quicquā ab eis: quādo uero ab eius actione arcetur, quod in illis extitit meatibus, egreditur. Merito igitur dicit obiector, quòd illud, qđ egreditur quidem ab illis meatibus, qñ relaxatio uincit, illi quippe lacerto contingit actio non uoluntaria, quæ fit per uirtutem tantum naturalem: & quod egreditur ab eis, eo in sua manente complexione, quando suffragatur lacertus illis conueniens instrumentis extrinsecus, actio fit uoluntaria, ueraciter erit secundum primam intentionem, uel uiam, uel semitam primam, uel qualiter uoluerit nominare. Et siquidem intendit uoluntate sua, illorum lacertorum impedire uel laxare actionem, ipsis in sua natura non permanentibus, illud quod egreditur, actio uoluntaria per secundam intentionem, & uiam secundam, non primam appellatur.

De membris, quæ mouentur motu uoluntario.

Et sub hoc occupationis genere multa continentur alia dubia: immo quidem, si dignius est uerum dicere, sub hoc capitulo omnia, quæ quidem accidunt & arcentur, a nostra uoluntate continentur. quoniam ambulare, currere, calcitrare, & ceteræ quæ pedibus actiones perpetrantur, uoluntariæ dicūtur actiones, per intentionem primam, Similiter actiones, quæ manibus aguntur, uoluntariæ dicūtur. Vox & locutio dicuntur esse a uoluntate: prima quidem intentione. Manuum autem & pedum

quietudo, & cessatio a sermone, dicuntur actiones uoluntariæ, intentione quippe, & sententia secũda. E quoniam sicut quando membra nostra uolumus mouere, est illud quod uolumus, actio uoluntaria. ita idem etiam qñ nolimus ea mouere, erit quidem quod uolumus: & hoc sequetur præcisionem consilij apud homines in aliqua actionum uoluntaria. Nec hoc quidem currit in sermone dũtaxat hominum, uerum reperitur ad instar hoc in sermone Dei sublimis uiro cõminantis, tempore necessitatis præsenti amico non subuenienti, in hunc modum dicentis: Nũquid tu præsens fuisti, ac amico quidẽ tuo in mortis articulo iam constituto non subuenisti? deinde me fraudulenter adijsti, egredere a meo sancto altari. Et quidam hominum non admittunt hunc sermonem: & existimant quidem ꝙ non est appellanda causa illius quod accidit, nisi quidem actio imprimat aliquid in accidentia illius rei, quæ accidit: & cogitur, qui hoc dicit uerbum, dicere ꝙ qui se, ne in exercitum magnum uadat ex regis edicto ad pugnã, & ad supponendum se periculo, occultat, nullam pœnam meretur: qñ pugnantes illius exercitus si ceciderint, ipse cadet inter eos ratione cadentium, non quia ipse occultauit se ab eis. Et determinaui inter eos, qui dicebant uerbum hoc, & inter illos aliud uerbum dicebant, hoc modo discordiam magnã & ualidam. Et iam orta fuerat sæpius inter Medicos & philosophos discordia atq; altercatio, utrum priuatio uel non factio esset quidem causa accidentiæ rei quę accidit. Et doctores legum, & reges, eos qui se absentãt a pugna, & eam subterfugiunt uoluntarie, acrius puniunt, q̃ illos, qui post uictoriam hostiũ F fugiunt. Illi enim qui existimant, ꝙ non est aliquid priuatum causa accidentiæ rei, non possunt ratione defendere se in aliquo contra illum, qui dicit, ꝙ illi, qui subterfugiunt pugnam timore cędis uel mortis iuste puniuntur: sed contenti sunt hoc uerbum dicere, & ipsum sæpius iterare, & successiuè, cũ non possint declarare atq; ostendere, ꝙ nequit aliquis eis sufficienter probare, ꝙ priuatũ licet esse causam eius quod accidit præsentialiter. Et quidam medicorum intendentes hoc fundamentum obseruare, fundauerunt se super ipsum: existimantes ꝙ egressus egestionis, & urinæ, quando fit absq; uoluntate lacerti, qui est super orificia meatuum, actio est naturalis, & non uoluntaria, neque de actionibus animalibus prorsus. Sed qui sophistarum relinquit altercationes, & contrarietates, & intendit in eis, quæ in arte iuuant medicinæ, concedit ei, qui uult actiones illas appellare qualitercunque: & intendit inspicere qualiter ea, quæ iuuant & utilia sunt duntaxat inueniantur, quod est qualiter hæ fiant actiones. Exempli causa, quòd in stomacho, & intestinis uirtus uiget naturalis, expellens quidem id, quod eis nocet quantitate sua uel qualitate nòcua: & expellit etiam cum hoc interceptum in eis, licet non sit nocuum, quando non iuuat: & hoc quidem in membris in sua manentibus natura, quando consequitur ex hoc, quod continetur commodum per temperantiam. Et fortasse aliquid intendunt expellere membra in tempore indebito, non opportuno: & G imitatur ipsa lacertus, qui comprimit, & coarctat illorum orificia meatuum, ut quid expellat donec transiliat, & egrediatur: & similiter quando tempus accedit, quo sentitur ille exitus superfluitatum: ille quidem lacertus relinquitur, ac remittitur: demum quiescit ab actione sua, de quo sermo præcessit. Nec huius negocij fecimus mentionem, nisi ob id, quod sermo se ingessit ex continuo, non quidem principaliter ex prima intentione, quæ proposito, quod intendebam necessaria existeret præsenti. Nec est quidem absurdum cum eo, quod præcessit rememorari: quod sum narraturus. Quod est, quia qui uidet ophthalmiam patientem insuetus hoc uidere, oculi eius primo replentur humiditate. & si diutius inspiciat, ophthalmiam quoque incurrit, & ipse: quia oculi formidantes ægritudinem, debilitantur ex illa: & euanescit uirtus illorum essentialis adeo, ut aliquid ab oculis admittat uicinis, qui sibi continuantur quando fuerit in eis superfluus humor atque prauus. Et iam quidem hoc innuit Hippocrates, & his similia ex eo, quòd corpori communicat cogitatio: & compatitur in accidentibus, sermone quem scripsit in libro humorum huiusmodi. Et fortasse quidem uidet homo serpentem subito, & in colore suo accidit pallor. Et fortasse quis incedens super apicem pinnaculi aut montis excelsi timet, & pedes eius tremunt. Similiter quoque homo uidet alium mingentem, aut egerentem, aut pandiculationes agen H tem, & ad hoc prouocatur idem operari: quasi in membris ipsis uisio sit intellectus, & inspectio. Et manifestius hoc declaratur, ac liquidius sicut dixi in actionibus, quæ fiunt in lacertis: quoniam illas actiones agunt pueri, nedum adulti, quando uoces imitantur, quales alios audiunt proferentes, cum ignorent ipsi lacertos linguam mouentes, adeo ut incidant uocem incisione locutionem formante. similiter accidit inspiratio & exspiratio, anhelante lacertum, quo hoc operatur, ignorante. Non est ergo mirandum linguam quidem moueri a lacerto uoluntate duntaxat: sed in ea uirtutem esse, quæ quidem perpendit quod appetit intellectus, adeo ut moueat seipsam motu, ut ab ore quid educatur * competenti. Et iam quidem prædixi qualiter hoc fiat scilicet linguæ raritatem ac porositatem eius, sicut in uirga uirili. Sed quia porositates in uirga uirili ampliores existunt, augmentum uirgæ uirilis immensum, multam aeris comitatur substantiam: linguæ uero porositates modicæ. Ideoque non accidunt in ea raritates multæ uel magnæ. Et huius generis quidem est quod de dolore quæritur: quid nanque est, quòd illud quod quidem incurrit occupatus ex aliquo, & negociosus in loco in quo est, apostema est minus. Quando ergo euacuatur, cum eo quoq; quod ab eo non desistit augmentatur. Quidam autem dixerunt quòd pars animæ dispositiua & ordinatiua, qua fit ordinatio, quia causa motus existit uoluntarij, & sensuum omnium membrorum sensibilium,

* alias concepti.

quando

A quando cogitatione detinetur & occupatur alicuius rei, retardat præuentionem. Et quidam dixerūt
quòd in ipsis mēbris est quædā uirtus. quando ergo illa pars ad angustiā peruenit, *ordinatam animæ,
*alias ordinatius. & debilitatur, & euanescit, & ēt laxatur. res aūt debilitata & euanescens, habet necesse, ut cōtra id qđ
nocet ei, ualidius insurgat. Et hoc quidē excogitauit uir quidā philosophus, cuius philosophia atq; pru
dentia pura quidē & nō turbata fuit, neq; inuidia ducebatur, ueritatem secutus non uerbo tm̄, sed etiā
opere. Percussionē sustinuit is in femore, ex qua sibi conrigit apostema. Factū est ergo per hoc in quo
dubitauit. & illud fuit, quoniam mirabatur ad plurimum qualiter languor eius noctu magis intende-
batur, cū etiam maioribus uteretur remedijs in tenebris, & pedes eius tunc magis ociabantur quàm in
luce, & totū corpus eius erat opertum & calefactū. Et ipse dixit, quòd sicut reuelatū fuit, illud quidem
non fuit nisi quia nō erat de nocte alio negocio occupatus uidendi uel audiendi, neq; aliquid agendi,
neq; in aliquo prospiciendi, nec cogitandi. sed eius cogitatio conuertebatur in apostema coxæ dunta-
xat. Et dixit, quòd acciderat ei apostema prius semel in oculis suis, & dolebat noctu uehementius. &
illud est quoniam sicut quando oculus sanus aspicit alium oculum ægrotum, & intendit circa ægritudi-
nem cogitare & imaginari: etiam ipse oculis ægrotat. Sic ita non est mirandum ut cogitatio operetur
ac imaginatio illud. & quamuis sit in ægritudine femoris, quia dispositio eius, licet admodum sit modi
B ca, tunc tamen ægritudo intenditur & augmentatur. Hæ autem res, licet ad ueritatem earum non attin
gamus perfecta probatione, quod tamen de eis dicimus firme, est sufficiens. & possibile est, ut non sit
sufficiens tantum, sed uerum.

De motu palpebrarum.

Et iam tempus est ut ad aliam speciem motuum liquidiorū redeamus, ac si sit conuersio eius quod
narrauimus. quoniam sicut quædam membra teguntur in uirtutibus naturalibus, & motus in eis appa-
rent animales, uel actionibus permisti naturalibus, sic inuenio alia membra, quasi uoluntatem sequen-
tia. & uoluntas eis prædominatur dominio manifesto. & cum hoc inuenio, quòd permiscentur eis mo-
*alias motibus. tus naturales, sicut * motus palpebrarum. quoniam quidē hæc actio erit in pluribus hominibus absq;
uoluntate. & non reperies aliquem fere, qui sic arceat palpebras suas, ut nō moueat eas. & apertis per-
maneat oculis usque dum uelit eos claudere. & claudat nisi raro.

De motu clibani pectoris in tussi, risu, & sternutatione.

Et iā inuenimus quoq; in motu clibani pectoris totius in tēpore tussis, risus, ac sternutationis, locū
ambiguitatis. Et hoc quidē est, qm̄ istud mēbrū animalis mouetur utiq; semper ꝑ lacertū. & inīriū mo-
tus lacerti mouētis ipsum, procedit a fundamento neruorum & origine illorū. adeo quòd homo si intē
C deret illis neruis, & illos amputaret oēs, incontinenti præpediretur anhelitus illius animalis. Et siqu is
uoluerit forti conamine tussi resistere, ut fortassis ualeat anhelitum arcere ac continere propter tussim
paululum, si fortis fuerit uirtus in arcendo & comprimendo anhelitum suum dominando ei, diutur-
niori tamē tēpore non poterit resistere quin deficiat & uincatur, donec siue uelit siue nolit tussiat. Simi
liter fit in sternutatione. qm̄ nequit actor eius ipsam comprimere, quando uiolenter inuadit. Eodem
quoq; modo hoc quidem inuestigatur & anhelitus. Et quidam existimauerunt, quòd anhelitus esset
actio naturalis, non uoluntaria, ob id siquidem, quia uiderunt eam in soporato & apoplectico. Etiam
sufficienter quidem exposuimus de anhelitu in tract. ij. libri nostri de motu lacertorum. & librum no-
strū inspicienti competit quod ibi diximus de anhelitu, ad tussim reducere & sternutationem. Risus
aūt incitatus ex eo, quòd superficialia tanguntur loca sub axillis, & uolæ pedum, non quidem sub hoc
capitulo comprehenditur. neque uideo quidem ad cognoscendam causam, propter quā si tangantur
huiusmodi loca, huiuscemodi tactu moueantur motu huiusmodi: uelut quando aliquid uidetur risibi-
le: uel auditur secundum aliquam * semitam penitus. nec ad cognoscendam causam propter quā, quā-
*alias scenicā do similia uiderimus istis uel audierimus, corpus prorumpit in motum risus: etsi uelimus arceri ab eo,
& continere quanto possumus conamine soliciti. Tussis uero, sternutationis, oscitationis, singultus, pā
D diculationis habitudinem narraui quidem in causis accidentium.

De motu gutturis in deglutiendo.

Contentus sum autem impræsentiarum ponere quidem exemplum ad inquisitionem aperiendam
de actionibus ambiguis. de quibus hæsitatur quomodo fiant. Et iam aliquid ex hoc narraui in trac. ij.
libri mei de anatomia uiuorum animalium. Nunc autem narrabo modum in alia specie animalium,
causa quippe exercitij, conscius inter omnia nihil esse utilius ei qui uoluerit acquirere secundum habi
tudinē & modum in arte medicinæ, ut in pluribus exercitetur exemplis. Cum in transitu eius qđ trā-
glutitur in œsophago plures discordent, oportet ad inquirendum diligenter intendere qualiter rei ue
ritas reperiatur. Et primo narrabo ex anatomia totam formam œsophagi qualiter sit, deinde postmo
dū omnia alia mēbra, quæ sibi cōtinuantur. Et primū eorū quæ sibi continuātur & dignius omnibus
est stomachus. at quidem si aliquis dicat œsophagū ipsius esse partē, non uerebitur hoc dictum neq; ue-
recundabitur. secundum autem de ijs quæ continuantur œsophago est nodus gutturis. deinum lingua,
atque os. Et illud est, qm̄ una tunicarū œsophagi. s. interior in sua natura neruosā, cuncta quæ sunt in
ore & nodo gutturis inuoluit. & uidetur apparibiliter (quando id qđ transglutitur ad stomachum, per
œsophagum transmittitur) de suo loco nodus gutturis moueri primo, & ad partem gutturis eleuari.

Quando aũt quod transglutitũ est residet in fundo stomachi,nodus gutturis incótinẽti subtrahiť, do- E
nec ad pristinũ locum redeat.Et ex hoc quidẽ quod apparet in hoc capitulo nobis aperiť initium inqui
sitionis.& oriť quæstio,an nodus gutturis tres habeat partes,quæ sint,nomẽ nó habẽs,peltalis, & cym
balaris.& an nodus gutturis in aliquo suffrageť,semetipsum erigẽdo ad trãsglutiendum nutrimentum.
an quidẽ moueať motu aliquo quẽ agit & operať deuoratio.Postquã aũt cogitauit ille,qui magnæ fuit
inuestigationis in inquisitione huiusmodi actionis,ꝙ antecedit deuoratio transitũ eius quod transglu-
titur in ore & gutture:indagauit an in motu nodi gutturis sit aliquod instrumentorũ quod actionẽ ope
retur illã. s.transitũ nutrimenti in ore & gutture:an non sit ad hanc causam possibile ut nodus gutturis
attrahať sursum:sed sequatur necessario motũ membrorum,quibus fit trãsitus nutrimẽti in œsophago.
deinde nescio qualiter discordauerũt,ut quidã essent quibusdã cótrarij.Et duæ illarũ sectarũ antiquio-
res,†a ueritate fuerunt remotiores:quæ iudicarunt ꝙ nodi gutturis eleuatio atque erectio motũ quidẽ †alias præsum
linguæ contingit,qui mouet eam immittendo quod transglutitur,donec ipsum ad œsophagum perdu ptuosæ.
cit.Et qui fuit ex illis in anatomia profundior,ipse quidẽ existimauit ꝙ lingua, quãdo magis flectitur
in transglutiẽdo,sursum attrahit duos lacertos.& attrahunt sursum illi duo lacerti nodum gutturis per
attractionẽ suam.qm̃ inter radicẽ linguæ & nodũ gutturis infiguntur.propterea quidẽ ꝙ continuantur
chartilagini quæ scuto assimilatur.Et assertores huius uerbi existimãt ꝙ duæ duorum lacertorum ex- F
tremitates horum desinant in chartilaginẽ.Cũ oẽs ergo,qui profitentur anatomiã, in hoc quidẽ com-
municent,ꝙ cuiusq; lacerti corpus,quãdo operatur & agit,uersus caput suũ retrahitur, nó est ergo mi-
randũ,si quãdo lingua incuruatur in initio deuorationis totaliter illorũ lacertorũ uersus caput, eorum
corpora unumquodq; duorum sursum contrahit,& loca eorũ iuxta linguã,& secum quoq; chartilagi-
nem sursum scuto similem.Cum ergo residuæ chartilagines duæ nodi gutturis huic continuentur char
tilagini:totus iccirco nodus gutturis eleuatur atq; erigitur.Quòd si res,sicut existimauerunt quòd ap-
parebat in anatomia, se haberet: uerbum quod dixerunt omnibus quæ dixerant sufficientius esset.
Sed quia duo lacerti qui chartilagini quidem continuantur scuto simili, non continuantur uti-
que cunt lingua,sed capitum eorum origo exiltit a duobus ossis lateribus, quod lambda literæ græ-
cæ assimilatur, eorum patet error, qui quidem existimauerunt chartilago nodi gutturis assimila-
ta scuto mouetur,siquidem motu linguæ per attractionem duorum lacertorum,quos prædiximus,sur-
sum.Et quamuis etiam cum hoc quòd existimauerunt,uerum existeret quod apparebat in anatomia,
non quidem cum chartilagine scutea sursum quidem attracta duæ chartilagines residuæ de chartilagi-
nibus nodi gutturis attraherentur,cum in eis distinctiones essent manifestæ ualde inter quasdam char
tilagines adinuicem. Quòd si quidem in animali intendas mortuo illos duos lacertos sursum trahe- G
re,uidebis & chartilaginem unicam sursum trahi parum: & non uidebis ipsum mouere nodum guttu-
ris totum per motum eius.Et hoc apparet in ceteris lacertis nodi gutturis.quoniam unusquisque eo-
rum mouet quidem chartilaginem illam,quæ continuatur cum eo duntaxat,motu facili ualde. Et ma-
nifestior quidem modus,quo deprehenditur error huius sententiæ,est quod in animali uiuo apparet:
quoniam situ duobus illis intendas lacertis,& amputes illos,deinde labia coniungas uulneris, & uin-
culo constringas,& dimittas animal agere quodlibet,uidebis post modicum temporis ipsum transglu
tire cibum suum & potum. & mouebit nodum gutturis sui sicut prius, neque hoc faceret si forte lacer
tus qui ipsum mouet, amputaretur. & quòd nó prolongetur spatium temporis inter incisionem illius
lacerti quam facis,& quod de hoc dixi oportet uidere. Est ergo ut animal, quod incidis & scarificas,
prius affligas fame uel siti:& quod de hoc dixi est superfluum,quo ad illud quod necesse habetur cum
eorum ignorantia. cum quidem esse duorum capitum duorum lacertorum solum sufficiat ad errorem
huiusmodi sententiæ & consilij detegendum.quoniam quidem hos duos lacertos infixos esse uideo
in duobus lateribus ossis lambda literæ assimilati. & duos alios lacertos uideo a summo uniuscuiusq;
laterum illius ossis oriundos,ab inde uersus linguã tendentes, duobus quippe lacertis * continuatos * alias conti-
ad nodum gutturis discurrentibus.Et uidetur mihi quòd decepti sunt & errauerunt in anatomia simia- H nuatis.
rum.quoniam in hoc quidẽ animali reperiunť duo capita duorum lacertorum superiorum iuncta duo-
bus duorũ lacertorũ capitibus inferiorũ ita,quòd se contangũt, quando animal carnosum extiterit &
delicatũ.& hoc erit præ angustia duorũ laterũ ossis lambda literæ græcæ similis, & subtilitate utriusq;.
In animali uero cuius duo latera huius ossis fuerint lata,tu quidẽ capita istorũ duorũ lacertorũ uidebis
adinuicem seiuncta manifeste.& maxime quãdo animal extiterit magnũ,ut taurus & similia. Et inter
illa capita, distantia quoque longitudinis est sensibilis in omnibus animalibus dentatis. Studeas igi-
tur exerceri quidem primo in huiusmodi speciebus animalis, ut inter capita lacertorum horum, de
quibus fui locutus, bene distinguas: deinde hoc idem in equis, & in ceteris habentibus ungues cone
ris.Quando igitur hoc feceris,poteris inter utrunque bene distinguere. In simijs etiam facile. & ma-
xime quidem si prius exercueris in simijs quorum capita capitibus canum assimilantur. Et quãdo fue-
rit aĩal antiquius &* maturius,anatomiã omniũ lacertorum melius perscrutaberis.Post aũt ꝙ̃ perfecte
deprehendimus & uere scimus,quòd hmõi uerbi professores quod perscrutati sumus errauerũt in eo: *Al. macrius.
consideremus igitur an ab alia re quæ sit in ore de mẽbris,sit causa attractionis & erectionis nodi gut-
turis tempore transglutitionis.& aperiam inspectionem inquirens secundo,cũ inter ipsum & œsopha
gum sit cõicatio nó modica per tunicam quidem interiorem, in qua substantia carnis est modica ual-
de.deinde

A de.deinde cessat in ea caro annihilari paulatim,donec ea priuetur penitus. & fit in modū pelliculæ spissæ,qua totus nodus tegitur gutturis,& os,& cū ea tegitur superior pars linguæ. Et iā uidi semel quosdam brutorum animalium medicos ac chirurgos uolentes in œsophagum infundere quædam quibus infunduntur animalia.& tenebatur eius lingua cum mandibula fortiter inferiori ita, quòd non mouebatur.Et memini quorundam,quæ infunduntur hominibus,qn̄ apoplexiam incurrūt.Nos quoq; intēdimus faucibus oris quidem,& ponimus quædā in eis cibaria humida liquida.& in radicē linguæ immitto & infundo quod est in uase in œsophagū:& uideo ꝙ nodus gutturis tūc eleuatur. Et ex hoc patet manifeste,quòd eleuatio nodi gutturis est accidēs ineuitabile transitus eius quod trāsit per œsophagū.Et fortasse ponimus in œsophago grana modica rotūda,quo quidem transglutiantur narcotica, & quædam * pharmacica,& quædam quippe quæ alia opera faciunt retenta cum extremitate linguæ, uel interius impulsa,ne prohibeat digitos nostros quibus intermittūtur grana,donec ad principiū perducantur œsophagi.neq; tñ ex hoc huiusmodi ueritas patet uerbi.uerumetiā ex hoc quod non est possibile ut alius excogitetur modus q̄ iste,quē dixerunt quidā in lacertis,quo liceat linguæ qn̄ mouetur, ad se nodū gutturis attrahere.Et illud est,qm̄ cum radix linguæ,& duo lacerti descēdāt ad ipsam† a duobus locis quæ prædiximus,oportuit illis duobus lacertis linguā,neq; aliquid aliud moueri. qm̄ uerbi

† alias ab istis

B illius quod auctor asserebat,ꝙ possibile quidē erat nodum gutturis illis duobus attrahi lacertis sursum descēdētibus ad chartilaginē scuteā.error detectus est,& patuit falsitas. Cū ergo sit hic quidem existimare aliū modū quo possit hoc stare præter hunc,manifeste patet hoc esse falsum.neq; aliquis aliud poterit dicere.Similiter ēt nullus poterit dicere,nisi quod motus nodi gutturis erit cū transitu eius quod transglutitur in œsophago,nō cum actione linguę,cum actio quidē linguę transitū eius qđ in œsophago transglutit,antecedebat:deinde quiescit & præpeditur tēpore quo cibus in œsophagū transit. Restat ergo nobis indagare causam ꝑꝑ quā mouetur nodus gutturis cū transitu rei iniectæ in œsophago a principio usq; ad finē,donec incipiat eius motus qn̄ iniectū inchoat in œsophago trāsire, & quiescit qn̄ quiescit illud & residet. Et res ēt patet & manifestatur ei q nō exercuit cogitationē suā multo exercitio, qđ nō pōt esse quin sit uno duorū modorū:siue ꝙ nodus gutturis innatū habeat intellectū quo moueat seipsum,cū uideat hoc esse sibi melius ac dignius.siue ꝙ eleuetur per attractionē.Cū ergo primū dictū sit absurdū,restat ut secundū sit uerum.s.ꝙ nodus gutturis eleuetur qn̄ trahit ipsum œsophagus. & approbat hoc esse uerū & attestatur naturalis,quo declarauimus quòd in omni membro uirtus est attractiua,qua quidem id quod est simile attrahit sibi & assimilat.quemadmodū in unoquoque ipsorum est uirtus expulsiua ad id quod est contrariū ei & odit. Quòd si est uerū,est quod declarauimus,quòd desi-

C deriū est actio oris stomachi,& ꝙ œsophagus attrahit,quemadmodū res attrahit manu quod competit ei,& desiderat quod est in gula.†[Tunicæ uero alterius pellicula,quæ currit & inuestit in circuitu secūdum latitudinē,utilis est quidem & suffragatur]quando stomachus quidē ad euomendum aliquid mouetur.Similiter pellicula quædā,quæ est in intestinis omnibus,inuestit in circuitu in latū,nec aliqua pellicula in eis existit,quæ aliter,q̄ hoc modo inuestiat.quoniam natura nō aptauit ad attrahendum aliquid conueniens,sed ad educendum quod in stomacho superfluit,sicut explicui in libro meo de uirtutibus naturalibus.Probationes ergo secundum hanc uiā apud eum qui cogitationē suam circa uirtutes actionum exercuit naturalium,sunt ueriores,& magis urgentes,& ad credendum digniores,quàm argumenta quæ sunt præmissa. Ille autem cui non est insitum a natura,nec est aptus ad intelligendum subtilia,neq; cogitationem suam circa doctrinam eorum,quibus uere comprehēditur cognitio,a pueritia exercuit,nec postea in scientia rerū naturalium intentionem suam diu apposuit, probationes quę fiunt sensui manifestæ secundum modum illarum,quas superius narrauimus,non erunt ei firmiores & magis urgentes.non.n.prospexit & sciuit ꝙ natura nil operatur frustra & incassum.Et quia una tunica, scilicet interior œsophagi sola uidetur habere solicitudinem apparibiliter in œsophagi actione: nō reputo quenquam ad tantam deuenisse ignorantiam,ꝙ dicat ꝙ stomachus attrahat id quod cōpetit† [ei

† alias Tunicę uero alterius & uilli qui uestiunt, & etiā currunt in circuitu secundum latitudinē,utiles sunt quidem & suffragantur.

D per pelliculam.quæ disponitur circulariter in latum:& expellat per pelliculam quæ tendit]linealiter in longum.nisi quis in hac uita nihil de hoc excogitauit, sed acquiescat quidem ei quod nouit sensu, donec ipsum ueraciter comprehendat.ueluti quidā ostendere uolens cuidam uolenti hanc uiam in gallo quod†[pellicula quæ disponitur]in latū,quæ est in tunica œsophagi exteriori, quando amputatur amputatione in longū,uidetur illud animal traijcere.Et manifestum est,ꝙ hac utiq; anatomia debemus uti in gallo,fame prius afflicto.& illud est,quoniam postquam fueris usus hac abscissione secundum rectitudinem facta in longum,cum non in aliquo sibi ad conseruandum uitam efficiat, ipse quidem comedit & bibit prius,quā locus uulneratus apostemetur & doleat.& tunc abstinebit ab esu & potu. & non sic quidem declaratur ei cuius hæc fuerit uia sua.s.de tunica œsophagi†[Cuius uilli transeunt]linealiter in longum.& non quia cum interiori parte nodi gutturis continuetur.hoc quidem modo factum, in quo sumus,magis declarabitur q̄ illo modo quē prædiximus,neque declarabitur ei cuius fuerit hęc uia sua,id quod accidit quibusdā piscibus.s.chamæ,& illi qui uocantur sonedis, ꝙ stomachus uniuscuiusq; illorum,qn̄ intensa fame conatur aliquod animal minus eo capere,& euadet illud, sæpius inuenitur erectus usq; ad os suū.& hoc quippe,quia in his animalibus appetitus ualde intenditur & superat.

† alias ei per uillos qui disponuntur circulariter in latum & expellat per uillos qui tendunt. † al. uilli qui disponuntur.

† alias cuius pellicula transit.

CENSVRA.

Et hic quoque liber ſummis,& maximis erroribus refertus eſt.

De ortu fœtus ex ſpermate.

SPERMA hominis deſcendit ex omni corporis humore,qui fit ex ſubtiliori natura quatuor humorum.hoc autem ſperma habet neruos, & uenas proprias, attrahentes ſe a toto corpore ad teſticulos: qui nerui,& uenæ, ex fricationis calefactione uiri & mulieris emittunt illud,ſicut ex colliſione ſerri,& petræ elicitur ignis. Et hi nerui & uenæ diuerſi ſunt a neruis & uenis urinæ. urina enim ſuos proprios meatus habet,& iſtud ſuos. Sperma uiri fortius eſt & calidius muliebri:muliebre uero,nutrimentum eſt ſpermatis uirilis.Secundũ F
igitur naturam ſpermatis, ut ex ſubtiliori natura quatuor humorum procreati,in coeundo emittitur completum & animatum, ac tunc ſpermati muliebri aſſociatum recipitur cũ quodam ſpiritu in matrice, & ibi impinguеſcit ex matricis calore & fomento, ſpiritu per arterias ſubtiles attracto. alius enim ſpiritus eſt ille, qui uenit per arterias ſubtiles, & fouet matricem exterius: alius eſt, qui cum utroque ſpermate in eam intrat. Et ille ſpiritus,qui exterior eſt, non permittit exire ſpiritum interiorem, ſed conſtringit eum ad fouendum infantem, & calefaciendum. Poſtea uero uenit in matricem quidam alius ſpiritus exiſtens ex ſubtiliori natura ſanguinis: qui iungens ſe ſpermati uertit illud in naturam carnalem per matricis calorem, ſicut hepar uertit phlegma in ſanguinem in duobus uaſis: in quibus operatur fortiter operam ſuam cum uirtute fellis.nec mirum ſi hepar operatur illud fortiter cum opera fellis: quia indiget magna opera ut uertat illud,quod * graue eſt in ſanguinem. (* alias craſſum) Spiritus uero, qui eſt ex ſubtiliori natura ſanguinis, non indiget tanta opera. leuiter enim uertitur in ſanguinem per matricis calorem ſperma: quòd ex ſubtiliori ſanguinis conſtet natura. Quibus in ſanguinem conuerſis,illa ſubſtantia incipit ſuſcipere figuram hominis per calorem naturæ: & unaquaque die in ſui fomentum ſanguinem attrahit,& in carnem uertit, creſcitq; in formatione hominis per naturalem ſpiritum,propriam naturam ſingulis dans membris, & ſimilitudinẽ ſcilicet alias G
ex acutis acuta firmans,ut digitos, uel res acutas cum acutis, ut in iuncturis oſſium, & ſic in ceteris. Prius autem formantur humeri, ex quibus caput,& latera, & brachia,& tibiæ: ex lateribus renes: ex renibus coxæ,prius ſimul iunctæ, & poſtea una formando ſeparatur ab altera. Demum uerò formantur nerui & uenæ. Et poſt hæc interior natura ſemper mittit harmoniam ſuam ad nutrimentum totius corporis,intus & extra.Inteſtina uero ex ſpiritu efficiuntur,& expletis diebus triginta apparet maſculi figura,fœminæ uero figura peractis diebus quadraginta. Figura itaque humana peracta creſcit infans, impinguеſcit:& tunc aperitur os,incipiuntq; oſſa craſſeſcere ex calore ueniente a matrice per ſpiritum naturalem.hic enim calor habet uirtutem conformandi totum corpus. Fiunt autem oſſa ex quatuor humoribus,principaliter tamen ex grauiori ſanguinis natura. purgat.n.ſanguinem. Medulla uero ex ſubtiliori natura illius grauedinis.Oſſa acuuntur in compoſitione digitorum,manuum, & pedũ.Et peractis menſibus tribus,in maſculo uenæ incipiunt exire inguinum conſtitutionem: in fœmina uero poſt tres menſes,& deinceps mouetur infans in utero,& ſanguis menſtruus,qui quotidie ex cibo & potu in corpore matris augetur uel efficitur,agitatur in corpore,uolens exire: & ſubtilitate ſua per poros,quos aperit,uenit in mamillas, ubi ex earum calore & humiditate mutatur in album & dulce. ſed maior pars illius menſtrui deſcendit in matricem ad nutriendum infantẽ. Quòd autem infans ex H
ſanguine ad matricem deſcendente nutriatur,qui emitti ſolet menſtruo tempore ante conceptum,teſtatur Hipp.ſic,Vidi fœminam prægnantem minuiſſe ſanguinem per brachium,& in tertia die abortũ miſiſſe. Viri autem menſtrua ideo non patiuntur,quia poros habent,per quos ſanguis ille tendẽs uertitur in pilos,quod patet in brachijs,& pedibus,& in ceteris partibus.Spiritus quoque per os,& nares fortiores emittunt,quàm fœminæ,per quæ exiccãtur humores illius ſanguinis,qui per ſudorem emittuntur.Sicut enim aqua exiccatur in uaſe ex ignis calore,& per fumum emittitur:ſic ille ſanguis a ſuo proprio calore exiccatus,fumum ex ſe generat,qui per os & nares exit,piloſq;,& ſudorem, qui per poros ſubtiles exeunt. fœmina uero non tantum.non enim tanti caloris eſt.

Cur viri menstrua non patiuntur:

De natura pueri ſecundum quantitatem, & qualitatem matricis,& ſpermatis.

Quantitas autem infantis formatur ex quantitate matricis hoc modo. Si matrix longa & ſtricta fuerit, longus & gracilis puer erit,& ſic in ceteris. Sunt autem in matrice ſpermatis receptacula ſeptem, & tot creantur pueri, in quot ex illis ceciderit ſperma.In dextram matricis partem ſi ſperma cadet,maſculus fiet infans.illic.n.calor & humiditas per hepar,calor & ſiccitas ex felle uigent. Si aũt ſperma uiri debile ſpermati mulieris fortiori aſſociatum illuc uenerit,infans licet maſculus,muliebris tamen eſt fragilitate membrorum,& animi, moribus. Poteſtq; fieri etiã ex prædicta ſpermatis uiri

fragilitate

A fragilitate cum forti mulieris ſpermate infans utriuſque ſexus. Si autem ſperma in ſiniſtram matricis partem cadet, fit fœmina, ex ſplenis & phlegmatis qualitatibus. Et ſi ſperma uirile præualet, fit uirilis ac fortis fœmina, quãdoque pilos agranones habens: poteſtque, ut diximus ſupra de uirili, fœmineum ſperma hoc ſimiliter nimis fragile utriuſque ſexus infantem reddere. Et nota quòd ſi ſperma uiri forte ſit, maſculus eſt, ſi debile, fœmina. Et fœtus ligatur in umbilico matris: & per eundem locum recipit nutrimentum dum eſt in matrice, & non per os. Vmbilicus enim fœtus umbilico matris continuatur.

De alteratione ſanguinis aliorumque humorum in ſpermate.

Organa ſpermatis ſunt arteriæ & uenæ, in quibus ſanguis uertitur in ſperma hoc modo. ſicut enim in mamillis mulierum per quandam decoctionem ſanguis in lac uertitur, ſic & in arterijs & uenis ad nutrimentum earum uertitur ſanguis in calidam & humidam ſubſtantiam, phlegmatis habentem figuram: & nutriendo uenas, & arterias uertitur illa ſubſtantia in ſperma, quod mox in caput aſcendit cum magna* uenarum & pororum ſubtilitate. Et deinde deſcendit per duas uenas & duas arterias ad teſticulos. Solet autem contingere. quòd ſperma deſcendens a capite poros narium & aurium obturat ita, ut uitalis flatus exire inde uel introire nequeat. Sperma retẽtum præter naturam idem operatur, quod B uenenum, creſcenſque in uenis & arterijs ſuis, dum nequit deſcẽdere in ſanguinis maſſam, nimiam generat paſſionem in* faucibus quandã: quæ græce lycoides dicitur, latine lupus, ideſt ſtrãgulator. Quod autem ſperma principaliter ex ſanguine, ſecundario ex alijs humoribus efficiatur: hac ratione probatur. quia in multo coitu ſpermate deficiente ſanguis emittitur. Si uero ſperma a capite deſcendens non impeditur, uenit ad teſticulos, ad unum per uenam unam & arteriam, ad alium per arteriam & uenam alteram.

alias uentoſam.

alias infantibus.

De teſticulorum compoſitione.

Teſticuli uero quatuor habent panniculos: quorum duo calorem & humorem habent, alij duo habent acutionem, quæ acutio ſperma adiuuaret. habent quatuor uaſa etiam, ideſt ſupradictas uenas, & arterias. quatuor* ſeminaria, quorum duo ex recto ſemine, alia duo ſunt adenes, quæ ſunt attrahentia & purgantia ſperma. Solet nanq; cum uero ſpermate deſcẽdere aquoſum phlegma, quod ab † infirmis retinetur, & emittitur uel dormiendo, uel uigilando: quod ſemper liqueſit. ex quo liquore acuto teſticuli magnum pruritum & ardorem recipiunt, unde generatur uoluntas coeundi. Habent etiam teſticuli neruos duos pendentes, & deſcendentes a principali oſſe colli, & fundamento corporis, per dorſum, & renes. qui nerui alios habent neruos coniunctos alijs oſſibus totius corporis. Notandum autem eſt, q
C una uena eſt propria ſpermatis, uacua ab alijs, quæ recipit id ſperma a quatuor alijs uenis: illæ uero recipiunt ab alijs uenientibus ab omnibus partibus corporis, & ab omnibus oſſibus medullam habẽtibus: quæ uena ducit illud ſperma ad caput, ut ſupra, dictum eſt: quarum quatuor prædictarum uenarum talis eſt natura. una eſt iuxta renes: altera eſt iuxta cor & ſtomachum: tertia in pectore, & extenditur iuxta pulmonem: quarta eſt prope fornoſitatem hepatis, in quo eſt poteſtas ſanguinis, unde diffunditur per totum corpus. ex cuius ſuperfluitate naſcuntur ſpaſmus, apoplexia, diaphragmatis apoſtemata multimoda, & multæ aliæ paſſiones. In pectore uero eſt poteſtas phlegmatis, unde diffunditur per totũ corpus, ex ſuperfluitate cuius fit aſthma. (Primum enim aſthma fit ex corruptione aeris intrantis ad pulmonem: ſecundum uero fit ex fumoſitate phlegmatis ad caput aſcendẽte, & inde ad pulmonem redeunte) & apoſtema diaphragmatis, & apoſtema multi generis, & aliæ paſſiones contrariæ muſculis pectoris: qui ſunt organa ſpiritus, quem ad ſe trahit pulmo, & a ſe remittit: & † omnibus corde uerbum committentibus, & multæ aliæ paſſiones. Cholera enim poteſtatem habet ſuam in renibus: unde decurrit per totum corpus. ex eius ſuperfluitate naſcuntur paſſiones in renibus, & petra, ſperma etiam inuiſcatum, & dolor in renibus generatur, & in ueretro: ideoque aliquando non poteſt tenere urinam: uel non poteſt emittere, & in omnibus neruis uſque ad pedem patitur. Renum etiam ſiccatio inde prouenit. un
D de ſi cum muliere iacuerit, poſt paritur ſolutionem ſimilem debili ſpermati ſuper renes, & generat apoſtema: ex quo aliquando procreantur uermes, & ſimilia.

alias ex ſe munctoria alias illis.

alias in

De domicilijs humorum ſperma deſcendens alterantibus.

Habent autẽ præfati humores proprias ſedes, & ab illis diuerſas, de quibus diximus, in quibus ſuas habent poteſtates. propria enim ſanguinis ſedes eſt hepar, phlegmatis pulmo, choleræ rubræ fel, choleræ nigræ ſplen. Ex poteſtate choleræ rubræ, quæ habetur in ſtomacho, quædã fumoſitas in caput aſcendit, generans ibi dolores, diaphragmatis apoſtemata, & alias paſſiones. inde etiam deſcẽdit catarrhus ad pulmonem, unde naſcitur aſthma, & phthiſis, & puſtulæ in pulmone. quando autem ſperma deſcendit a capite, & ſuſcipitur a duabus uenis & a duabus arterijs ſupradictis, ducẽtibus illud ad teſticulos, antequam ad teſticulos perueniat, deſcendit per loca illa, in quibus ſupradicti humores ſuam exercent poteſtatem, & ibi accipit naturam humoris ibi manentis. in hepate, fit calidum & humidum: in pectore mutatur in frigidum & humidum: in corde & ſtomacho, in calidum & ſiccum: & in renibus, in frigidũ & ſiccum. Sic ergo ſperma quatuor humorum qualitatibus formatum in renibus deſcendit in teſticulos, ibique mundatum & completum recipitur a matrice mulieris: ſicque homo ex quatuor conſtat humoribus. in coitu igitur cuius ſperma ſuperabundat, illi ſimilis, infans procreatur. ſimilis matri etiam hac cauſa fit, quia ſperma eius eſt nutrimentum ſpermatis uiri. aliquando tamen uno ſuperante humore

re non eſt ſimilis illi infans,cuius eſt ſperma:nam alij humores debilitantur propter ſuperfluitatem al- E
terius.aliquando enim ſanis genitoribus ſtrabo infans,uel claudus,uel naſo torto naſcitur: propter ſu
perfluitatem humorum,uel minutionem.quia quam poteſtatem habet ſperma in loco ſuo, eandem ha
bet natura in matrice.Item genitorum quolibet paſſione aliqua occupato,infans ſimilem trahit quali-
tatem.Et aliquando ex lacte matricis.Sicut enim ſperma uiri habet poteſtatem in toto corpore:ita na-
tura poteſtatem habet in matrice.Sicut enim ſanguis,ex cuius ſubtilitate omnium fit ſperma,habet po
teſtatem eundi per corpus:ita & ſperma quod inde fit,habet poteſtatem exeundi ſine uoluntate homi-
nis uniuerſaliter,dormiendo,uel uigilando.Sicut enim natura corporis ſequendo quatuor mutationes
in die,mutat corpus ſecundum illas:ſic natura mutat ſperma in matrice ſecũdum eaſdem mutationes.
Natura humani corporis proprie dicitur ſubtilitas fumoſitatis principaliter ſanguinis : ſecũdario alio-
rum humorum:& etiam aeris agentis & commouentis ipſum ſanguinem in uenis & arterijs: quæ infi-
xa in carne eſt temperamentum omnium membrorum , teſtante Hippocrate , quòd natura eſt medius
gradus in caliditate & humiditate,& ſeptem materierum.Vnde uenit, quòd quidam ſunt cholerici; &
quidam melancholici,quidam ſanguinei,quidam phlegmatici.quod niſi eſſet,omnes eiuſdẽ eſſent na-
turæ,licet non ſemper.Aetas enim uel diæta,ſeu aliud naturas quandoque reprimit: ſicut qui eſt ſangui
neus,naturaliter eſt iracundus,tamen iram deponit a corde procedentem naturaliter , aliqua occaſio- F
ne ſuperueniente.Sic ergo natura quieſcit & mutatur , ſed eius proprietas eſt inconuertibilis† quia qui
naturaliter eſt ſanguineus,iracundus eſt,iram tamen deponit.Sicut enim ignis prius acuitur, & poſtea
quieſcit non tamen amittit naturam ſuam:ſic ille naturaliter prius acuitur , & poſtea quieſcit , non ta-
men mutatur.

†al. quieſcit et mutatur ſecũdum eius proprietates.

De natura pueri concepti in horis ſanguinis.

In tribus horis ſanguinis,ſperma conceptum a muliere in ſanguinis mutatur naturam, & informa-
tur:homo inde editus ruber eſt:ſupercilia eius grauia:uenæ temporum graues & plenæ : oculi ſangui-
nei,nebuloſi,paſſionibus ſemper abundantes:facies rubra,labia tenera, gingiuæ ſanguineæ . ſæpe fluit
ſanguis a naribus:guttur ſanguine impeditur:inde uox grauis,rauca,debilis : os , dentes , guttur,& ca-
put ſæpe dolent:capilli tendunt in rubedinem: ambulatio moderata:paſſiones ex rheumate ſanguinis,
& ſynochus & alia ex ſanguine procedentia.

De natura pueri concepti in horis cholera rubra.

In horis choleræ rubræ conceptus rubens & citrinus,& capilli:uenæ craſſæ,latæ, & plenæ , & citri-
næ:color citrinus,aliquando uiridis:guttur,& os,& ſputum,amara ſemper,& ſicca:genua,crura,pedes,
& oſſa dolent:rheuma ſiccum per corpus ſæpe currit totum:inde naſcuntur gutta,paſſiones uentris,do G
lores , ut dyſenteria , tranſuerſio uentris , lienteria : fiunt in ſomnis pauor , in fronte dolor, ambu-
latio acuta.

De natura pueri concepti in horis phlegmatis.

Si uero in hora phlegmatis concipitur,albus,ſed ſæpe pallidus,oculi craſſi,delati, aliquando ſimiles
oculis accipitris:palpebræ graues,capilli flaui:uox grauis,craſſa: grauiter dormit , & ſæpe ſtertit : os
abundat phlegmate: ambulatio grauis: paſſiones,nimia tuſſis amphimerina, aſthma,apoſtemata articu
lis,*nephropoma,ideſt renum dolor,colica,uoluntas uomendi aliquando , quartana, paralyſis,ſolutio
naturalis,& alia ex phlegmate procedentia.

*al. nephroponos.

De natura pueri concepti in horis cholera nigra.

Si in horis choleræ nigræ,uultus niger,partim albus,oculi nigri,ſicci,acuti : capilli nigri : uox ſubti-
lis, non alta : riſor propter ſplenem , a quo procedit riſus : ambulatio acuta , nõ audax: paſſiones quar
tanæ, quotidianæ , mania , mentis obliuio, cardiaca,ideſt uerberatio cordis , *nephropoma , paraly-
ſis , phantaſiæ , ſtupor mentis , omnis oſſium harmonia ſibi dolet , & alia quæ ex cholera nigra con-
tingunt .

De natura humana cur cunctis ſit agilior. H

Perſcrutati ſunt philoſophi medici cur naturam humorum quatuor bruta animalia non imitentur,
ut de ſanguine fiant ſanguinea,de phlegmate phlegmatica,ſecundum horas,ſigna,planetas, & in alijs:
quod ſic ſoluitur,quia corpus hominis agiliori harmonia præditum eſſe neceſſarium eſt,ut facile addi-
ſcat omnem,ad quæ anima intendit,phantaſiam.homo enim theologus in uirtute ſapientiæ cum ui ra-
tionis ſuæ ad uniuerſalitatem progreditur:& ideo corpus ſubtile & agile ſuſcipit,ut facile rationẽ ſpe-
culatricem ſequatur: & imaginetur omnia.ſic denique fit perfectum hominis organum in theorica &
practica. itaque multa ſua agilitate ex humoribus quando concipitur in ipſorum proprietates trã-
fertur,& ex planetarum atque ſignorum operatione exiſtente uarias ſortitur proprietates, ad quæ bru
torum corpus non ſic mutatur:ſed tamen ex prima illorum eis in dicta proprietate omnia unius com-
plexionis ſunt.nam breuis numerus eſt ei collatus.unde cum unus ſit uelox,alter piger , alius paruus ,
alius magnus : & in hunc modum eiuſdem tamen complexionis ſunt ſemper. Si enim ita ad plenum ſe
quereretur numerus,ut homines alijs alij præeſſent & ſtultitia,& prudentia, ceteriſq; *intelligentijs. Ne-
que ſicut in hoĩbus hora præualet materiæ ſpermatis eorum, ut conuertat illud , & firmet in humorum
proprietates,quibus horæ illæ deputatę ſunt,ſed extra infirmitas & natura ſpermatis eorum trahit uim
& dominium humorum in ſui materiam:quia adeo fixum & inconuertibile eſt ſperma eorum, ut nun-
quam

*al. id genus

A quam omne,ſed aliquando ex parte mutari contingat:quod in omnibus certum eſt:quia in tantum agi
le & conuertibile eorum ſperma eſt,ut uis horarum, & dominium humorũ potius præualeat ſpermati
ad illud commutandum, quâuis ſpermatis illius. Nam & ſi in ſingulis horis ternis ſinguli dominentur
humores in unoquoque homine, horæ tamen illius ſemper præualet uis,in cuius horis natus eſt. nam
ex debilitate ſpermatis aliquando contingit, ut minus uigeat in homine uis humoris, in cuius horis
natus eſt.

De immortali ſubſtantia,qualiter uiſibili & mortali copuletur.

Perſcrutati ſunt alij philoſophi porphyrici,quo modo ſubſtantia incorporea poſſit uel eſſe uel iun-
gi in ſubſtantia mortali:Sed non ſicut quatuor elementa coniunguntur in conſtitutione alicuius ſub-
[al. uerbo dei] ſtantiæ,ſed animæ ſpiritualis uirtus ſenſuum corporis,qui ſunt uirtus corporis,iigitur * uerbum & etiã
hoc cauſa non eſt extranea a cognitione,quòd ſubſtantia incorporea ſit humiliata ad conſtitutionem
alterius ſubſtantiæ:poſt cuius completionem illa ſubſtantia tenet ſe in ſua proprietate: & eius differen
tia ſemper ſimiliter ſit per ſe:& eius altitudo nunquã eſt accidentalis, ſicut altitudo illius ſubſtãtiæ quã
[al. deſtruit.] complet:& eius differentia diffinit† omnem accidentalem differentiam corpoream:& nulla differentia
accidentalis poteſt eſſe firma in ſua ſubſtantia.Hoc dicit Porphyrius ad oſtenſionem cõiunctionis ani
B mæ cum corpore: & per hoc affirmat uerbum Dei in ſapientia hominis eſſe: ad quod oſtendendum
fecit Iſagogas: in quibus oſtendit differentias animæ firmas & immortales,& differentias corporis eſ-
ſe mortales.

De ſpiritu quid ſit:& qualiter operetur in tota parte.

Spermatici ſpiritus uirtutes ſunt tres:quarum prima,eſt neceſſitas:ſecunda,uirtus: tertia, organum.
Neceſſitatis duo ſunt opera:nam & calorem cuſtodit,& ſpiritum animalem nutrit. Virtus uero eſt com
plementum.Organum uero* diſcurrit omnia ex opere animæ.Spiritus autem ille,cuius origo eſt a cor-
[al. diſcernit.] de,porrigit ſe per arterias & uenas,dans in uenis ſanguinem,mutando ſe in calorem naturalem & ſpiri
tualem uitam.Fumus autem progrediens ex calore ſanguinis,eſt nutrimentum ipſi ſpiritui: qui fumus
ſpiritualis mittit ſe a uenis in arterias,exiſtens animatio totius corporis & nutrimentum: quæ partim
uertitur in carnem,& partim per poros mittitur ad procreationem pilorum.nec ſolũ eſt fumus ſangui-
nis,immo habet admiſtam ſibi ſubtilitatem ſpiritus,decurrens per totũ corpus. Sanguis purgatur per
hepar:ſpiritus uero in arterijs clarificatur ex fumo caloris a corde uenιẽtis:cuius clarior pars aſcendit
per quaſdam arterias ad caput:& ibi ſe ſecundario clarificat per calorem ſurſum procedentem a corde,
& clarificatus uadit per duas arterias in neruos,qui ſunt harmonia trium uentriculorum capitis uſque
C ad animam:cui ex nimia ſubtilitate ſui connexa eſt anima:per quam anima miniſtrat phantaſiam ſuam
harmoniæ totius corporis:& harmonia illa pereunti corpori. Dicunt Ammonius, Democritus, &
alij complures,quòd ille ſpiritus eſt corporeus:& ipſe idem eſt anima, hac ratione, quòd miniſtrando
[al. per poros] phantaſiam ſenſibus,& ſenſus corpori,findens ſe in parte† dat corpori ſenſum.hinc etiam accidentalis
probatur eſſe,quia harmonia capitis eo conſumpto neceſſario trahit alium ſpiritum per eaſdem arte-
rias ad nutrimentum animæ:quia ſi ſubſtantialiter ineſſet, non eſſet opus alium attrahi. Vnde per hunc
& ipſa anima corporea probatur.Porphyrius non conſiderat quidem animam, ſed conſiderat ſpiritum
animatum rationalem,oſtendens ſpiritum hunc in Iſagogis corporeum eſſe ad opus animæ:non ipſam
animam.Sed Socrates,Plato,Ariſtoteles,& Theodorus Platonicus, & Andronicus peripateticus, &
Porphyrius & alij complures unanimiter affirmant,quòd nec corporea eſt, nec lege loci tenetur, nec
ſcinditur:quia cum totum corpus uirtute ſui illuminet ad quælibet exteriora progreſſa, non tamen in
ſubſtantia ſua aliquam ſciſſionem patitur:& ſicut aer Sole illuminatur,ſic corpus anima,& ſicut aer per
[al. primam.] Solis lumen* propriam omnium rerum confert oculis intelligẽtiam,ſic anima corporis harmoniæ per
[al. primam.] ſpiritualem ſuæ ſapientiæ lucem,&* propriam & ſecundam intelligentiam confert: & ſicut lux Solis,
quæ incorporea eſt,ſuum complens effectum,nullam patitur diuiſionem,ſic & anima: ſicut etiã lumen
D Solis,quod incorporeum eſt,ſeparatur ab aere & ab omni intelligentia oculorum ſine corruptione, ſic
anima quæ incorporea eſt,ſeparatur ſine corruptione a corpore. Empernomos philoſophus dicit non
eſſe mirum animam,quæ eſt ſubſtantia incorporea,poſſe ſeparari a corpore, cum ignis qui eſt ſubſtan-
tia corporea,poſſit ſeparari a lignis,quibus eſt iunctus,& reuerti in primam & propriam* materiam ſi-
[al. naturam.] ne ſui corruptione,ſicut etiam Solis lumen illuſtrandum hominibus ſola ui utitur ſua, non indigens ui
alterius quæ attrahat quaſi ad complementum prioris uirtutis,ſic & anima:dicit Ariſto. in Phyſica eſſe
quinque partes animæ,phyticon,i.nutricem,æſtheticon.i.ſenſualem,cineticon,catatopon.i.uim ad om
nia loca progrediendi:noeticon,i.intellectualem. Anima enim,quoniam generatur a natura corporis,
cum natura ipſius corporis uadit ad quatuor elementa:inde ad ſubſtantias inanimatas, ut ad lapides,
ferrum,aurum,propter nutrimentum:inde ad arbores,deinhic ad beſtias, inde ad homines. quèmad-
[al. redeſit ad hominem.] modũ enim aqua diuiditur in partes,quæ poſtea† redunit in homine:qui ſi bonus & purus ſit, eius ani-
ma in cælum clara redit.Sed Porphyrius non conſentiens Ariſt.dicit quòd nulla harum partium ſepa-
ratur a ſubſtantia animæ,cum omnes Phyſici dicant animam nouam de cælo immitti, & aſſociari ſper
mati in matrice,uel puero prius formato:unde ſi malus fuerit homo,uadit in beſtiam, & inde redit ad
hominem,a quo ſi bonus fuerit, uadit in gloriam.Porphyrius uero negans hæc omnia, dicit animam
potius de beſtia in beſtiam ire,de homine in hominem, deinde in cælum.

De

De natura pueri ſecundum horas humorum. E

Notandum autem eſt, ſperma non ſemper animatum ab homine uenire in matricem: ſed tunc tantũ quando a Deo ſtatutum eſt gigni infantem: & tunc anima ſociatur ſpermati. Stoici dicebant animas quotidie creari: & corpori prius in matrice compoſito immitti, & omne corpus nouum, & temporaliter creatum, eſſe mortale. Porphyrius renuit, oſtendẽs ſic opus Dei eſſe debile: cũ ſit neceſſe quotidie creari. Sed ſciendum nobis eſt quòd animæ ſemper ſuam uitam firmam habent & ſtabilem ab initio: & ſic non eſt opus Deo facere nouas unaquaq; hora. Dicit Hip. quòd ſi mulier recipit ſperma in prima, uel in ſecunda, uel tertia hora noctis uel diei, infans contrahit proprietates ſanguinis, quia horæ ſunt eius. ſi in quarta quinta ſexta, choleræ rubræ, ſi in ſeptima octaua nona, phlegmatis: ſi decima undecima duodecima, choleræ nigræ. Quòd ſi in ſiniſtra parte matricis in horis ſanguinis conceptus maneat, pater uero & mater in horis choleræ rubræ concepti fuerint, non trahit infans figuram ex cholera rubra patris ac matris propter fragilitatem ſiniſtræ partis: & habet cauſas paſſionum ex phlegmate uel a cholera nigra, pluſquam ex cholera rubra: non tamen tanti acuminis, quantum ſi eſſet in dextra parte. licet autem in iſta parte ſit uirtus choleræ nigræ, & propter *fragilitatem eius ſit uirtus phlegmatis ibi; *al. frigiditatem. tamen infans a ſanguine ſuarum ſumit initium paſſionum. Si uero in dextra parte ſit conceptus in horis ſanguinis, pater uero & mater in horis choleræ rubræ, licet plus retineat figuram a patre & a F matre ex cholera rubra, quàm ex ſanguine, tamen retinet proprietatem paſſionum a ſuo principio. i. ex ſanguine: quæ paſſiones ſunt hæ: ſynochus, pleuritis, ſpaſmus, apoſtemata, cauſus, & aliæ paſſiones huiuſmodi. habet etiam ſanguis acutionem a cholera rubra. Si infans cõceptus eſt in horis choleræ rubræ, & genitores in horis ſanguinis, ex his trahit figuram: magis tamen a ſuis, a quibus proprietatẽ paſſionum retinet: quæ ſunt febris acuta, tertiana, ſynochus, dyſenteria, cephalalgia, phrenitis, icteritia, & ſimilia. Si uero in ſiniſtra conceptus ſit horis prædictis exiſtentibus ſuis & genitorum: puella magis retinet figuram ſanguinis a patre & matre, quàm ex natura choleræ rubræ. frigiditas. n. ſiniſtri lateri ſuperat proprietates paſſionum: tamen inhærent ei choleræ rubræ: quæ propter frigiditatẽ minus ſunt acutæ quàm in dextra parte. Si uero in horis choleræ nigræ concepti ſunt pater & mater, & infans in ſiniſtra ſit parte, ſi puella eſt, naturaliter melancholica eſt, uel paralytica, ſplenitica, quartanaria, epileptica, ſtulta, & iners: ſimilis eſt etiam patri & matri: nec alio modo poteſt temperari natura eius. ſi uero ſperma eſt in dextra, non ſemper, nec ita prædictas habebit paſſiones propter temperamentum caloris hepatis, & fellis: & quia hic calor accidentalis eſt ei, non poteſt prorſus pellere naturalia. Horæ autem choleræ nigræ, & ceterorum humorum determinantur per curſum planetarum. Quod ſi puella ſit concepta in horis choleræ nigræ, pater & mater uero in horis phlegmatis, puella retinet figuram phlegma- G tis: magis tamen choleræ nigræ, & inde habet cauſas paſſionum. Si ſit in dextra, magis retinet figuram patris ex phlegmate temperato a ſanguine: ſed paſſionum proprietatem habet a cholera nigra non ita acutarum, propter calorem dextræ partis. Si conceptio omnium ſit in horis phlegmatis, & ſperma ſit in ſiniſtra, puella eſt phlegmatica, debilis, quotidianaria, lienterica, phthiſica, cephalalgica, dolẽs in oĩ mẽbro: dolens in renibus, in matrice & ſimilia: & partim habet paſſiones a cholera nigra propter affinitatem phlegmatis. Si uero ſit in dextra parte puer, eadem patitur, ſed temperate, propter ſanguinem & choleram rubram. Si pater & mater concepti ſunt in horis phlegmatis, puella in horis ſanguinis, trahit a phlegmate, ſed non acutius, propter maiorem ſanguinis proprietatem. Si uero pater & mater concepti ſunt in horis ſanguinis, & puella in horis phlegmatis, contrahit paſſiones a cholera rubra, & ſanguine æqualiter: magis tamen a phlegmate: quæ paſſiones temperantur per ſanguinem. Quòd ſi conceptio ſit in horis ſanguinis, patris uero in horis phlegmatis, matris in horis choleræ nigræ, a ſanguine paſſionem ducit: & figuram, & partem a patre: nullam uero a matre figuram: ſed tantum debilitatẽ & inertiam. Si in ſiniſtra eſt, plus a matre minus a patre: proprietatem paſſionum a ſanguine, quæ propter frigiditatem ſiniſtræ non ſunt ita acutæ, ſicut in dextra eſſent. Quod ſi puer conceptus ſit in horis choleræ nigræ, pater in horis choleræ rubræ, & mater in horis ſanguinis, partẽ figuræ retinet ex patre & matre: H minorem partem ex cholera nigra: ſed maiorem partem paſſionum habet ex cholera rubra, minorem uero accidentaliter a ſanguine & cholera rubra, quæ paſſiones aliquantulum ſunt temperatæ. Si in ſiniſtra eſt puella plus cõtinet ex cholera nigra, minus enim a matre, nihil ex patre: paſſiones ducit ex cholera nigra, & ſunt acutæ. Quòd ſi pater & mater concepti ſunt in horis choleræ rubræ, & puer in horis ſanguinis uel phlegmatis, plus retinet figuram patris a cholera rubra, mediocrem figurã a matre & minorem paſſiones a cholera rubra, & ſunt temperatæ. Si pater & mater concepti ſunt in horis ſanguinis, puer in horis phlegmatis, & ſit in ſiniſtra, maiorem partem figuræ habet ex patre, mediocrem a matre, minorem a phlegmate: paſſiones a phlegmate & ſanguine. Si uero eſt in ſiniſtra plus habet a cholera nigra, & phlegmate, minus a matre, nihil ex patre: paſſiones ex phlegmate & cholera nigra. Quòd ſi omnium conceptio eſt in horis ſanguinis, habet figuram a patre: & ſi ſperma matricis ſuperabundet & ſit ſanum tota eſt ex parte patris figura: paſſiones ſanguinis & acutæ. Si conceptio omnium in prædictis ſit horis, & in ſiniſtra ſperma, & matris ſperma ſit debile, tunc filia maiorem partem figuræ retinet a matre, minorem ex cholera nigra. Si ſperma matris eſt debile, patris uero ſanum & forte, totam figuram habet a patre, debilitatem uero corporis a matre: paſſiones a ſanguine, partim a cholera nigra accidentaliter. Si omnis conceptio eſt in horis choleræ rubræ, & ſperma patris eſt forte, &

matris

D & matris debile, totam figurã habet a patre: & si sperma matris est forte, & patris debile, æquã utriusq; cõtrahit formam: & aliquantulum tamen habet a cholera rubra, & passiones acutas, & si tunc fuerit in sinistra, partem figuræ habet a cholera, & tãtundem ab utroque, passiones uero a cholera rubra. Si uero sperma patris sanum est, matris uero debile, figuram habet utriusq; : si utrunq; debile, totam figuram habet a phlegmate, parum a sanguine, & cholera ru. & si tunc in sinistra fuerit, parum habet ab utroq; scilicet partim a cholera ni. & phlegmate: plus a cholera ni. propter frigiditatem illius partis. Quòd si æqualia sint & sana, ab utroque continet figuram æqualiter: & parum uero a cholera ni. & accidentaliter. Quòd si sperma abundet & sanum sit, plus habet a matre quàm a patre: passiones ex phlegmate Quòd si conceptio omnium fuerit in horis choleræ ni. & utrunque sperma debile fuerit, ab utroque partim figuram recipit: plus uero a cholera ni. & aliquantulum a cholera ru. & sanguine accidẽtaliter Si uero sana fuerint, utriusque figuram retinet parum a cholera ni. & etiam a cholera ru. accidentaliter; Quòd si sperma abundet matris, plus figuram habet a matre. Et si sperma patris superabundet, plus habet a patre, & cholera ni. passiones: si sana fuerit utriusque figuram retinet, sed plus a matre: & etiam si sperma matris est sanum, patris uero debile, habet figuram a matre, minus uero a patre, si contra est, æquam habet utroque figuram: & cholera ni. si plus superabũdat materia, plus habet a matre, passiones
B a cholera ni. plus, minus a phlegmate. Si sperma omnium fuerit in matrice matris eorum in eisdem horis, magnæ eloquentiæ erunt. Si pater & auus infans uel puer concepti sunt in horis sanguinis infantis, mater uero in horis phlegmatis: & sperma matris superet, sed tamen debile, a neutro trahit figurã: quia illius sperma minus est, huius uero debile est. Quando uero habet puer principium ab horis sanguinis: sicut auus eius, retinet ab eo figuram. Si pater fuderit semen in horis sanguinis, mater uero cõcepta sit in eisdem horis, cuius sperma fortius & sanius sit spermate uiri debili, non capit figuram patris, quia sperma est debile: sperma uero mulieris fortius & sanius uertit sperma uiri in suam proprietatẽ: sed postea superueniente aliqua passione uel phlegmate uel cholera ni. uel alijs humoribus, debilitatur figura matris: & ideo puer non potuit eius retinere figurã. Et quia auia eius pueri est concepta in hora sanguinis: & sicut puer cuius sperma reduxit sperma uiri sui ad naturam, sperma illud quia est materia pueri acuens se in septima, non potuit uenire in figuram patris & matris propter supradictas passiones. uenit autem in figuram auiæ. Si uero fortius est sperma aui spermate auiæ, tunc retinet figuram aui, si concepti fuerint in eisdem horis: ideo puer existens in tertio ab auo suo uel ab auia iuuamen habuerit suæ figuræ, & non a patre uel matre, qui sunt in secundo loco, uel utrique sperma fuit debile: tamẽ quia opera planetarum semper solent ministrare prosperitatem secundum imparem usum, uel diuersitatem natu-
C ræ secundum parem numerum. Si uero sperma patris uel matris debile fuerit, tunc nec humores, nec secundus locus impediunt quin recipiant figuram ab auo uel auia: & hoc propter naturam & uim loci & horarum.

De conceptione pueri alterata a stellis, & non a parentibus.

Contingit etiam aliquando infantem nulli parentum esse similem: & hoc fieri per naturã planetarũ nascitur. n. aliquando mutus, uel carens pedibus, manibus, oculis, &c. Philosophi uero indubitãter asserunt teste Hip. q omnis substantia corporea animata iuncta sit & ligata in planetis & signis, quatuorq; elementorum uexibus: & hoc approbo auctoritate Alexandri Imperatoris Macedoniæ sic dicentis, q Natanabus rex ægyptiorum pater eius secundum opera planetarum cum matre sua Olympiade cõcubuit: & per suam mathematicam & astronomicam rationem præcauit, ut non cognosceret eam nisi in talibus horis, in quibus ex operatione planetarum & signorum figuram traheret, non ex patre uel matre. Considerauit enim proprie Solem uenturum in Leonem, & Saturnum in Taurũ, a quibus uolebat filiũ suũ nasciturum figurã & naturã principaliter retinere. A Leone igitur tenuit crispitudinẽ capillorum, citrinũ colorẽ, & toruũ aspectum, & uultũ, & iram, & robur. & quia aquila retinet proprietatem a Leone in hoc solo, quòd aquila altius uolat ceteris auibus, & acutius uidet, ideo Alexander habuit ex
D proprietate sui signi oculum unũ aquileũ & nasum. & ut Sol clarus est præ ceteris, & quãdo est in Leone fortior est: sic ille toti mundo dominatus est. ex Tauro uero contraxit cornutam frontem, & corpus altum, & ferociam. Taurus enim terram findie ingenio simplici, & opere pio. Et quia draco habet proprietatem in signo tauri & magnitudine & sensu, & draco supra habet dentes acutos, & alterum oculum, in similitudinem draconis oculos habuit: & ut Saturnus altior est omnibus planetis, & in humilitate & subtilitate superat opus ceterorum planetarum, sic Alexander totum orbem superauit.

De natura duodecim signorum.

Sciendum itaque est de signis duodecim, tria esse calida & sicca. Aries enim ca. est in secundo gradu, sic. in tertio. Leo calidus est & sic. in quarto gradu. Sagittarius ca. in primo, sic. in secundo gradu. Alia tria sunt frigi. & humi. scilicet Cancer, Scorpio, & Piscis. nam Cancer est Lunæ sedes. Scorpio hu. in primo. frigi. in secundo: Piscis frigi. in primo, humi. in secundo gradu. Alia tria sunt ca. & humi. Gemini ca. est in secundo, hu. in primo: Libra ca. est in primo, hu. in secundo: Aquarius ca. in primo, humi. in secundo. Alia tria sunt frigi. & sic. Taurus fri. in tertio, sic. in secundo. Capricornus fri. in secundo, sic. in tertio. Virgo frigi. in secundo, sic. in tertio. Alij Philosophi dicunt quòd Gemini sunt ca. & sic. in tertio gra. & Virgo ca. & humi. in primo, & Sagittarius ca. & hu. in principio secundi: & Aquarius frigi. & sic. in tertio gra. Aries, leo, sagittarius, sunt orientales cali. ignei, & sicci. Taurus, uirgo, capricor-

nus

nus,ſunt terrei,frigidi,& ſicci meridionales. Gemini,libra,aquarius, ſunt occidentales,aerei,calidi & E
humidi. Cancer,ſcorpio,piſcis,ſunt aquatici,frigidi & humidi,ſeptentrionales.

De differentia ſeptem planetarum.

Ab his omnibus ducunt elementa rerum naturas ſuas & qualitates prædictas. & opera planetarum
complentur & perficiuntur per ſigna prędicta.& quia elementa iuncta ſunt ſignis naturaliter,etiam ex
elementis conſtat omnis ſubſtantia corporea animata . ergo elementa opus recipiunt planetarum a ſi-
gnis,& illud trahunt omni ſubſtantiæ animatæ corporeæ,& illud eſſe natura a ſignis habet : & aliud id-
eſt efficaciam & operationes a planetis.naturam enim dicimus in calore,& frigiditate,& ceteris: ope-
rationem uero in ualetudine,pulchritudine, pigritia,uelocitate,& ſimilibus , quæ contingunt infanti-
bus : etiam ſi non fuere in genitoribus . Multa enim de huiuſmodi materia dicturi ſumus , ſed in
præſenti omittamus.

De alteratione ſignorum & planetarum.

Quatuor autem ſunt elementa ac temporaneæ mutationes,quæ fiunt ſecundum curſum & rationē
ſignorum & planetarum. Temporum quidem aliud eſt calidum & ſiccum , ut æſtas. & hoc fit ex natura
ſignorum eiuſdem complexionis ſcilicet ca.& ſic. Aliud uero calidum & hu.i.uer , ſicut alia tria ſigna.
Aliud frigidum & ſic.ſcilicet autumnus ſecundum ſua tria ſigna . Aliud uero frigidum & hu . ſ. hyems F
ſecundū ſua tria ſigna. Et unumquodq; tempus ſecundum naturam ſuorum ſignorum acuit & mouet
materiem elementorum , quæ ſibi eſt conueniens , quod tamen aliquando mutari ſolet. Nam cum
æſtas debeat eſſe ca.& ſic.naturaliter, tamen eius calor minuitur & temperatur ex frigiditate , non ex
ſua natura,ſed ſignorum . nam ſi ex poteſtate capricorni & planetæ eius , generentur ſeu creentur res
alicuius anni,ex eorum frigiditate temperatur æſtatis calor, & ex illa frigiditate innaturali æſtatis cur-
rentis & contrariante,contrariæ naſcuntur paſſiones. Aeſtate uero tranſeunte uenit autumnus qui fri-
gidus & ſic.naturaliter eſt,ſed ex capricorni natura,qui poteſtatem habet anni, ut diximus , ſuperuenit
altera frigiditas,quæ auget frigiditatem & ſic.autūni : quæ res eſt contraria quatuor elementis in cor-
pore exiſtentibus.eſt enim in illo tempore maxima grauitas & intemperies. Et ex affinitate autūni qui
nimis eſt fri.& ſic. ſuperuenit hyemi magna intemperies.adeo ut ſuperetur in omnibus quatuor elemē
torum temperata natura.putrefacta enim liqueſcit a ſua proprietate. Adueniente autem uere quod eſt
calidum & hu. temperatur eius calor ex frigiditate capricorni atque hyemis iam peractæ . Deinde ca-
lor ueris & æſtatis contemperatur hyemis peractæ & capricorni frigiditate , cuius poteſtas illo uiget
anno: ſicut unumquodque ſignum ſuam habet poteſtatem ſecundum ſuam naturam & mutationem
ſuam. Et mouetur natura temporis anni illius,qui pertinet ad ſignum illud, & etiam per frigiditatem G
præfatam natura ueris mutatur:qua mutata turbatur naturalis calor humanæ naturæ: & quæ prius erat
per frigiditatem hyemis & capricorni rupta & putrefacta,mouetur & acuitur: & generantur paſſiones
quæ ſunt propriæ illorum temporum:quæ ſunt mortiferæ. Si uero ex poteſtate læſiones & planetæ eius
qui ſunt calidi & ſicci,generentur res atque creētur,æſtas erit magni caloris & ſiccitatis: ueniente autē
autumno,ex calore Leonis & Solis eius frigiditas temperatur & hyemis:ideoque turbatur aeris natu-
ra & acuitur,tum propter naturam ſigni & planetæ , quæ ſunt calidæ naturæ , tum propter naturam ſui
ipſius qui eſt calidus , & acuendo ſe, pugnat contra naturas illorum temporum ſcilicet hyemis & au-
tumni,quæ frigidæ ſunt naturæ : ſicque natura humana putrida mortiferas generat paſſiones,quæ pro
priæ non ſunt illorum temporum.nam ſi in anno Leonis & eius planetæ,in æſtate generentur paſſiones
acutæ & graues,tunc ſunt propriæ eorum: ſi uero hyeme,uel in alijs temporibus eorum , quæ non ſunt
propria , generantur paſſiones ad eorum proprietatem, tunc illæ paſſiones magis erunt propriæ eorū
Leonis & Solis,qui ſunt calidi & ſic.quàm eorum temporum in quibus generantur.generant autem a-
liquando paſſiones permutata natura utrorūque id eſt temporum ſigna planetæ : quæ paſſiones gene-
rant alias,quæ non ſunt ſignorum uel planetæ uel temporum. Quod autem dictum eſt de prædicto ſi
gno & planeta,quæ in eis ſunt propria & quæ non, de reliquis intellige ſignis & planetis & tempori- H
bus. Sole enim aſcendente frigiditas:cum tamen potius ex Sole calor ineſſe debeat, quod confert po-
teſtas Saturni ex capricorno,cuius frigiditas : terræ acuit frigiditatem quæ aduenit. fumus in aere aſcē
dit,ex quo color aeris turbatur.æſtatem uero ex Sole calor & ſiccitas , ex terræ fumoſitate frigiditas &
ſicci.aerem corrumpunt:unde animalia & nos turbamur in illo Capricorni anno : homines grauibus
infirmantur morbis: ſicut apparet in anno Leonis deſcendente Sole ſuper terram : & quando frigidi-
tas adeſſe debet natura hyemis redeuntis,acuitur aer igne: & acuendo turbatus generat graues paſſio-
nes , quæ propriæ ſunt temporis illius,ut dictum eſt. Similiter apparet in anno cancri,qui ex eius na-
tura acuitur natura aquæ : qua acuente,inde aſcendit quędam fumoſitas in aerem, ex qua turbatur aer.
inde frigidæ & humidæ fiunt paſſiones,non propriæ illius temporis,ſed ſigni. Si uero annus eſt libræ,a-
cuitur, & acuendo trahit ad ſe calorem ab igne: & tunc tempus eſt multum calidum & humidum
ſcilicet hyems , & inde fiunt graues paſſiones , quæ propriæ ſunt ueris & hyemis . ſunt enim ca-
lidæ & humidæ.

De alteratione ſignorum, & ſeptem climatum mundi.

Poteſtas tamen ſignorum & planetarum non eodem modo ſe habet in omnibus partibus totius ter
ræ. climata enim mundi ſeptem ſunt ſecundum planetarum rationem. Anno igitur capricorni , qui
eſt

A qui est frigidus & siccus, est maior frigiditas & siccitas in partibus illius terræ, quæ propriè sunt sub planeta. i. Saturno, qui est frigidus & siccus. nam cum* aliæ partes terræ naturaliter sint fri. & sic. tamen ex natura & potestate Capricorni, quam habet illo tempore, magis mouentur, & perturbantur quàm aliæ terræ, quæ non sunt propriæ eorum. Quòd si annus eorum nó fuerit, tunc terra non habet moueri causa eorum nisi in hyeme & uere, scilicet per naturam. sed quando planeta superponitur, est alia significatio. Illæ uero terræ quæ propriè sunt suppositæ Lunæ & Cancro, propter affinitatem frigiditatis quam habent, inferunt commotionem in suo anno, non tantam quantam inferunt suæ propriæ terræ: quia terra illa frigida est & humida, sicut Cancer & Luna. Alijs uero terris, quæ neque frigidæ sunt neque siccæ naturaliter, licet inferant contrarietatem & commotionem, tamen paruam inferunt. Similiter Leo & Sol maiorem commotionem dant terræ sibi propriæ subiectæ quàm alijs: illi tamen quæ subiecta est Libræ & Arieti, licet non dent tantam commotionem quantam dant suæ propriæ terræ, tamen propter affinitatem caloris dant ei maiorem commotionem quàm alijs cum quibus nullam habent affinitatem. Si uero fuerit annus Leonis & Solis ut dictum est, tunc toto illo anno dant commotionem in* ætate tribus mensibus, & hoc ut dictum est per naturam.

*al. illa.

*al. æstate.

De alteratione quatuor partium mundi.

B Est & alia in terris mutatio secundum quatuor mundi partes, dispositas scilicet ad orientem, uel occidentem, austrum & septentrionem: & secundum altitudinem montium Soli accidentium, & ima uallium a Sole remotarum. Consideret ergo medicus an sit mutatio temporum propria an accidentalis, ut supra dictum est. Aetates quoque hominum, figuras, colores, terrã, usum, passiones terræ in qua sunt geniti, utrum sint consuetudinariæ an propriæ: an ueniant accidentaliter secundum mutationem temporum uel naturaliter. si enim sunt passiones ex natura terræ, aliud exigunt medicamen. quàm ex mutatione temporum naturaliter & accidentaliter.

De discrasia propria naturæ temporis passionum, uel non propria.

Intuendum est etiam an natura hominis suæ concordet passioni, & temporum mutationi, an passio sit accidentalis & mutatio temporum, an mutatio sit substantialis & passio accidẽtalis. Solet enim passio cholerica & sanguinea mutationi temporum concordare, sed a natura patiẽtis discordare, & e contrario. Pulsus quoque uidendus est an conueniat cum sua natura & passione & temporum mutatione: an tantum conueniat cum mutatione, & non cum passione nec cum natura: an cõueniat passioni, & nõ immutationi neque naturæ: an naturæ, & non immutationi uel passioni, an nulli. Adhuc etiam sciendũ est an tempus transierit, uel præsens sit, seu futurum, in quo pharmacum dari infirmo debeat. His enim C ignoratis ne bene euenientibus, miratur, & cito desperat medicus. Oportet etiam medicum nosse utrũ infirmitas debeat augeri: & hoc an sui natura, an temporis, an passione alia superueniente: & sic poterit dare medicamen tempore congruo, ut uel decrescentem deprimat & tollat ægritudinem, uel imminenti resistat, ne nimis ægrum tardet. nam si leue dederit medicamen in morbo adhuc leui, credens paruã fore ægritudinem, nihil fecisse uidebitur, quando grandis infirmitas superuenerit. Sciẽdum autem est quasdam infirmitates quibusdam esse substantiales, alijs accidentales. In ęstate enim synochus & causus sunt naturales infirmitates cholericis & sanguineis: phlegmaticis accidentales. & ideo non eodem modo curandæ. nam quæ potio conuenit cholericis per naturam temporis & morbi naturalis eis, est contraria alijs, & causa alterius morbi, id est phlegmaticis. Est enim tempus, ut diximus, & morbus ille illis accidentalis. Si ergo phlegmatico alicui prædictis morbis synocha & causo occupato, eandem dedit eiusdem mensuræ medicinam, quam & cholerico, æstate cito sanabitur: quia eius complexio nõ est cholerica, & sicca, sed est his contraria: cholerici uero diu infirmi manebunt, quia calidi sunt & sicci, & tempus. uertitur enim accidentalis febris in substantialem, scilicet frigidam, quæ est phlegmaticorum. Oportet etiam scire complexionem: quoniam idem experimentum & eadem potio non omni danda est infirmo. contingit enim ut quæ potio utilis ei fuerit in primo uel secundo uel tertio periodo, in alijs D non conueniat: & ideo secundum diuersas ægritudinum mutationes ad diuersos periodos, diuersa conuenit dari purgantia. Attende secũdum quas horas, scilicet an sanguinis, uel choleræ rubræ, uel phlegmatis, uel melancholię, magis acuatur passio uel minuatur. Synocha enim in horis sanguinis si acuatur, scias eius originem esse ex accidentali mutatione sanguinis, non a principio choleræ rubræ. Mutatur enim sanguis aliquando ex commistione, aliquando ex Solis ardore, aliquando ex itineris fatigatione & generatur synocha: ex qua commotione sanguinis acuitur cholera rubra: qua acuente quiescit sanguis & synochus, & causus generantur ex acuitate choleræ rubræ. Si uero ephemera febris acuitur in horis sanguinis, scias esse ex phlegmate falso coniuncto sanguini: quod phlegma acuens ex affinitate sanguinis solet uerti in choleram rubram, & inde solet generari febris tertiana. Quartana uero si in horis sanguinis acuitur, scias eius materiam, id est melancholiam generari ex putrido sanguine sub planeta naturæ propriæ. Quòd si synocha magis acuitur in horis choleræ rubræ, nõ est propria synocha, quia uel mutabitur in tertianam, uel in causum. Si uero tertiana acuitur in illis, uera tertiana est & propria, in illam enim aliquando mutabitur febrem. Quotidiana uero si acuitur & mutatur in horis choleræ rubræ, cito uertitur in tertianam. Si uero quartana acuitur & mouetur in horis choleræ rubræ, cito uertitur in tertianam. Si uero quartana mouetur & acuitur in horis eiusdem, scias principium eius non fuisse ex putrido sanguine, sed ex cholera rubra perusta in melancholiam conuersa. Quòd si

synocha

synocha acuitur & mouetur in phlegmate,sicut in horis sanguinis, scias generari ex sanguiue iuncto E
phlegmati salso:& proprie post terminum suum completum mutabitur uel in quotidianam, uel tertia-
nam,licet magis affinis sit tertianæ,quàm quotidianæ propter calorem. Si uero tertiana phlegmatica
mouetur,& acuitur sicut in horis choleræ rubræ,minus est periculosa. mutabitur enim in quotidianã:
de quotidiana uero fiet quartana:& aliquãdo reddit tertianam. Quòd si quartana moueatur & acuatur
in horis phlegmatis,principium eius fuit salsi phlegmatis,quod uersum in choleram rubram incendi-
tur,& uertitur in melancholiam,sicut uiride lignum uertitur in uiuum carbonem, deinde in cinerem.
Quòd si synocha mouetur in horis choleræ nigræ† minus grauis passio,& æger est piger,& grauis, & il tal.magis est.
la infirmitas habet partem non solum ex bono sanguine,sed etiam ex putrido: & proprie post termi-
num suum completum ueniet infirmus in quartanam. Si uero tertiana acuitur & mouetur in horis me
lancholiæ,subito uertitur in quartanam. Quòd si quartana mouetur in horis illis, firma est & propria:
nec mutatur in aliam ꝑpter prædictas passiones. omnes enim aliæ habent moueri & acui secundũ præ-
dictas horas,& earum naturam & rationem:& secundum motum,& acutionem ipsarum, bene discer-
nentur,& tactu,& pulsu,sicut ex prædictis horis.

De cognitione ægritudinis secundum planetam, diem, & horam. F

Scire etiam medicum decet planetam & signum, in quo æger ægrotare cœpit, & tempus secun-
dum diem & horam. nam si infirmitas fuerit secundum signa & planetas,sed accidentaliter ex acutio-
ne signi & planetæ esset,habet aliam distinctionem. Si uero medicus nesciuerit infirmitatem per nume
rum,idest per naturam signi & planetæ,perscrutetur pulsum & horas,ut dictum est.

De qualitate, & efficacia errantium planetarum septem climatum

Asserunt etiam physici omnia in terris firmari & compleri secundum cursum, & operationem supe
riorum corporum:quorum operatio omnis summi creatoris uirtute cõsistit. Elementa igitur quatuor,
signis duodecim,& septem planetis iuncta sunt:& eorum causas,quatuor habent temporum mutatio-
nes:secundum quas humana,& omnium subiectorum natura mouetur & acuitur:per quam motionem
& acutionem passiones fiunt. Hæc autem mutatio est uniuersalis omnibus mundanis. Est & alia muta-
tio ex natura terræ specialiter,& planetarum constans in diuersis regionibus. Quadrifidus enim orbis
etiam in septem diuisus est partes secundum septem planetas,qui per astrolabium discernuntur. Scien
dum est tamen partes illas septem non esse continuas,sed in toto mũdo diuisas. terra enim illa, quæ est
frigida & sicca in quarto gradu,sub potestate est Saturni,qui eiusdem est naturæ. Quæ uero frigida est, G
& sicca in primo gradu,sub Iouis imperio,qui eiusdem est naturæ, & qui etiam affinitatem habet cum
natura rerum omnium maximeque ad gaudium pertinentium. Sed quæ calida in secundo, humida in
primo, sub Martis ditione est,& suæ naturæ conuenit eiusdem. Sed quæ est calida & sicca in quarto, So
li conuenit & cõcedit. Quæ autem calida & humida in primo gradu,sub Mercurio. Quæ uero humida,
in primo,frigida in secundo,habens aliquantulum tẽperamẽti calidi,Veneri subiacet. Sed quæ frigida,
& humida in primo gradu,Lunæ conuenit. Quæque autem singulæ terrarum partes sui retinent plane
tæ qualitates:accidentaliter tamen in naturam uertuntur planetæ alterius. terra enim,quæ ex sui plane
tæ natura proprie frigida seu calida esse debet,in contrariam uertitur naturam & complexionẽ. In com
plexionibus ergo præfatis,deinde etiam in altitudine,& profunditate,& erectione,& casu, & harmo-
nia cuiusque planetæ conuenire debet,ad cuius similitudinem composita est,& inde omne corpus sa-
num uel ægrum est. unde Andronicus peripateticus asserit nos esse secundum nostram uoluntatem: &
extra nostram uoluntatem ambulamus,& etiam contra nostram uoluntatem, quando nostra anima du
cimur,uel quando accidentaliter ex natura corporis,aut iræ furore,aut alio impetu mouemur. Monet
etiam secundario aut cogente natura corporis ad malum cognitionem reddere. sicut enim musicus ne
quit chorda falsa sonitum reddere,sic anima prauum corpus,scilicet libidinosum uel aliud, ratione sui H
nequit regere:& symphonia instrumẽti artificis animæ,idest corporis displicet. Andronicus igitur com
motiones planetarum,& compositiones merito asserit ueras:& cetera uitia non esse naturalia animæ:
nec animam ex natura corporis constare,quod quidam uoluere. Si enim eiusdem esset naturæ, nil repu
gnaret quin anima rationibus spiritualibus subderet corpus,scilicet ieiunijs, & ceteris uirtutibus cor-
poris uitia subderet. & ideo dicit Plato in logica,dum iuuentus est per sensum & rationem mundata ab
omni prauitate corporis, cognosceris omnem uirtutem:omnis enim prauitas extra naturam. At alijs
elementis corpore composito, ipsum corpus animam mouet:quod eorum contrahit qualitates. dicit
Hippocrates in physica,quòd terra est apposita generare naturam corporum. Est autem ut terra alia
dulcis,& temperata,ita & homines eius dulces & mansueti. Et ideo anima mandat eis per phantasiam
suam omnem bonam operationem. Est & alia terra per naturam planetarum acuta. unde eius homines
ueniunt bellicosi. Et quia operatio corporeæ materiæ ligata est quatuor elementis, ideo dicit Plato,
quòd ratio conuenit ex superioribus,& ministrat homini spiritualem intellectum, secundum quem di-
scernit superiora,& inferiora,uera,& falsa in theorica,& practica,idest in diuina rerum consideratio-
ne, & operum faciendorum doctrina & instructione. praxis enim græce,operatio latine. Et quia sen-
sus non fit cum imaginatione animæ,cito ducitur ad dissensiones rerum,unde theorica efficitur: Deus
enim

A enim omnia imprimit,& ubique eſt,& omnia implet. Inde dicit Plato quòd homines exiſtentes ante ſuum tempus,non ex uirtute rationis,ſed ex natura corporis ſuam praxim adimplebant. Et inde affirmat Iſaac quòd terra per operationem planetarum generat naturam corporis: natura uero corporis mouet corpus in cōſuetudines mutationes malas,& mutatio quatuor tēporū fit per duodecim ſigna & ſeptē planetas:maior eſt autē per Lunā & Solē. Luna uero unoquoque menſe mundum perambulat, & dat motus quatuor elementis.Sol uero quatuor tempora anni cōficit, ſcilicet uer calidum & humidum,quod ſi non eſſet,ſed ſiccum,ut quidam uolunt,ſiccarentur gramina, non autem augerentur uel fouerentur:& alia inconuenientia eſſent,ſi aer tunc ſiccus eſſet.

De natura coniunctionis & adiunctionis quatuor elementorum.

Aſſerebant falſo quidam philoſophorū quòd homine mortuo humores ſepararentur, & ad propriā redirent naturam,ut ſanguis in aerem,cholera rubra in ignem,melancholia in terrā,phlegma in aquā. Hippocrates autem & Ariſtoteles & alij philoſophi aſſerunt deſtitutis & mortuis humores in terram redire:diſſentiunt etiam Socrates & Hippocrates a quibuſdam alijs phyſicis dicētibus quòd quatuor elementa nullum patiuntur detrimentum a ſua ſubſtantia,ſed remanent integra, nec corrumpuntur in B conſtitutione corporis humani:ſed quædam differentia accidentalis egrediēs ab illis quatuor elementis temperat & regit humana corpora,quæ perit cum illis corporibus:ſicut albedo uel nigredo conſiſtens accidentaliter in corpore deſtructo perit:& aliqua differētia deſtructa non patiuntur illa elementa aliquod damnum:quia ſemper ſunt fixa & integra in ſua ſubſtantia. Dicunt enim Ariſtoteles & Hippocrates quòd omnis creatura incorporea penetrat totam ſubſtantiam, cui aduenit intus & extra:unde illa differentia,cum ſit incorporea,eſt ueniens ad humana corpora ab illis quatuor elemētis æqualiter intus & extra.ſed illa differentia tantū eſt extra & non in figura incorporea. Nam ſi illa differentia eſſet adiuncta corporibus humanis ut illi dicunt, tunc illa corpora per illam differētiam intus & extra eſſent ubique eiuſdem naturæ & eiuſdem coloris: ſicut aqua ubique in tota ſubſtantia per calorem calida:per frigus frigida,ergo ſicut calor & frigiditas,quæ ſunt accidentales differentiæ aquæ, poſſunt ſeparari ab ipſa & deſtrui permanente ſubſtantia ipſius aquæ:ſic illa differentia, quando accidit corporibus noſtris,perit,remanente natura & proprietate noſtrorum corporum: quorum differentia accidentalis apparet extra,& poteſt deſtrui,ſicut ipſa corpora ſunt mortalia. Dicit namq; Hippocrates ſicut nulla ſubſtantia incorporea habet nutrimentum a differentia corporea,ſic nulla ſubſtantia corporea poteſt nutriri a differentia incorporea,unde teſtante Hippocrate aer & aqua & ignis iūguntur & efficiun C tur unum,quibus terra propter ſui nimiam ponderoſitatem nequit adiungi, ſed mandat ſuam frigiditatem & ſiccitatem,quæ temperat illa tria,& ſic complent naturam corporum,ſicque mortuis omnia illa rediguntur in terram.Et ideo ſciendum eſt quòd terra ſecundum grauedinem ſuam non poteſt aſſociari alijs tribus elementis in conſtitutione humanorum corporum. Nam poſtea illa tria propter grauedinem terræ non poſſunt explicare ſuam operationem,aqua turbulenta & commiſta terræ non poteſt ſe mouere,nec in aliam partem ſuam uim emittere. Item,ſicut uidemus quòd turbati, ſanguis & cholera uertuntur in melancholiam:melancholia uero in nullum ſupradictorū niſi in phlegma, & de phlegmate in alios:ita aer ignis & aqua uertuntur in terram, de terra in humiditate, & de humiditate in alia elementa.

De mutatione elementorum qualiter fiat.

Supradictam hanc mutationem uocant phyſici hoc modo, terra enim creſcens unaquaq; hora ex mortalitate corporum uertitur in aquam:cuius ſubtilitas calefacta uertitur in aerem: ſubtilitas autem aeris calefacta uertitur in ignem,ſicut enim aqua mittens humiditatem ſuam, uertitur in terrā accidentaliter: ſic terra inde creſcens accidentaliter, amittit tunc ſiccitatem ſuam, & uertitur in aquam, & ſic conſiderant naturam aliorum elementorum.& ideo dicit Ariſtoteles quòd nullum difficile aut diſ-D ſolubile nomen eſt fixum & firmum circa aliquam ſubſtantiam. nam illud quomodo dicitur per ſupradictam creaturam quòd terra uertitur in aquam, aqua in aerem,aer in ignem,ſic ignis ingroſſatus & infectus uertitur in aerem,aer ingroſſatus uertitur in aquam, aqua ingroſſata in terram: quæ, ut dictum eſt,iuncta inſimul fiunt corpora noſtra. Corpora uero noſtra uertuntur in terram, & unumquodque uertitur in aliud.Et ideo dicit Ariſtoteles quòd hæ quatuor materiæ non habent hæc ſupradicta nomina fixa & ſtabilia ſibi: ſed proprie dicitur ſubſtantia. nam in quodcunque uertitur aer uel aqua,tūc dicitur ſubſtantia.

De mutuis conuerſionibus quatuor elementorum.

Conueniunt autem & differunt elementa differentijs & qualitatibus.ſicut enim aqua frigida & humida contraria eſt igni,& mutat eius proprietatem:ignis uero calidus & ſiccus: terra frigida & ſicca: aer calidus & humidus,aqua frigida & humida:& his qualitatibus ad ſe inuicem colligantur attrahentes ſemper conſimiles qualitates:ut aqua terram ſiccam frigidam:deinde contemperant ſe in contrarijs:nam ſiccitas terræ per prædictam frigiditatem trahitur ad humiditatem aquæ ſiccādam. ita etiā humiditas aquę aſcēdit ad ignem tracta per aerē illuc, & ita uel annihilat cōtrariū ſuū uel attrahit.† Aqua igitur per frigiditatem ſuam terræ iuncta a terra trahit frigiditatem & non ſiccitatem: aer aquæ †alterat.

per humiditatem conueniens attrahit illam: ignis uero aeri per caliditatem conuenit, & illam suscipit E ab aere. unde dicit Aristoteles quòd duo sunt genera aeris, unum ex fumositate aquæ, aliud ex fumositate ignis, qui suam caliditatem & siccitatem mutans uertitur in fumosam materiam, hoc facto associatur supradictæ materiæ quæ est fumosa & calida: ex quibus duobus generibus iunctis efficitur aer, qui aliquando ex frigiditate & humiditate aquæ acuitur & inuoluitur: & inuoluendo amittit suum calorem, & sic uertitur in suam materiam ex qua fit, id est aquam. ex eius enim constat fumositate, ut dictũ est. aqua uero si de terra, inspissatur & amittit humiditatẽ. Recipitq; aqua & terra siccitatem; & in eius redigitur naturam. Nascuntur ex his corruptelæ corporum: nam aer intra ignem & aquam stãs tribuit calorem ignis, & in aqua acuitur & calefit, & fumositas illa in aerem surgit, & inde aer turbatur, & etiã frigiditate contrahente a terra, & calore desursum ab igne. Nouem autem sunt naturæ seu qualitates corporum, octo intemperata scilicet, & quæ conueniunt omni animali scilicet calida, frigida, humida, sicca. Calida & sicca, calida & humida, frigida & humida, frigida & sicca. Nona uero soli homini conuenit, & eius solam temperat naturam. Et ideo utile est nosse quę harum octo sunt substantiæ: & quæ differentiæ. in igne ergo calor eius est differentia uirtutis ipsius: quo colore amoto attrahit siccitatem, & remanet quędam fumositas calida quæ est substantia: aeris uero differentia est calor qui designatur & reuertitur sæpius, ut dictum est. Substantia uero eius est humiditas, quæ aliquando desiccatur, ut solet fieri quando uertitur in terram. illa enim siccitas est ei accidentalis, quæ & siccitas est accidentalis F si duret frigiditas. Nam dum redit in suam propriam naturam, amittit siccitatem, semper autem est humida. Et sciendum est quòd aquę humiditas est idem quod eius frigiditatis, nec sunt habẽdæ pro duabus differentijs, sed pro una tantum. Nam ex nimia frigiditate terræ fit nimia frigiditas aquæ, unde in aqua differentia est eius humiditas. Siccitas autem terræ est differentia. potest tamen remoueri a terra eius siccitas, licet uideatur eius substantia: est enim cum ipsa frigiditate. Verum & ipsa potest remoueri a terra. est igitur eius substantia humiditas. in primis enim terra fuit humida: & eius siccitate remota & frigiditate quæ est eius siccitatis terra uertitur in humiditatem.

GAL. LIBER FALSO ATTRIBVTVS,

AN SIT ANIMAL ID, QVOD IN VTERO EST.

Io. Baptista Rasario, interprete. G

ARGVMENTVM.

Licet fœtus utero radicitus inhæserit, eum tamen & naturæ, & animæ participem esse: & animal esse omnino.

Quid sit animal: & mundum esse animal. *Cap. I.*

QVAM Physicis, omnibusque Philosophis natura uniuersitatis in hũc usque diẽ quæstionem attulit: eam Asclepiadi, & ijs, qui ab eo profecti sunt, dubia de infante, qui in utero fiat, & constituatur, notitia præbuit. quemadmodum enim qui de uniuersitate disputarunt, ij utrum ea animal sit, nec ne, nihil aperte definierunt: sic artis medendi præsides de puerulo, dum gignitur, ita sunt locuti, ut adhuc non sit explicata ratio. itaque cum res ardua, & ad intelligendum difficilis, ac nondum constituta sit, quæ de ea dicentur, generatim erunt audienda. nã H & ego, qui loquor & uos, qui iudices estis, naturæ humanæ, ut ait Socrates, participes sumus. quocirca debemus potius contenti esse ijs, quæ dicuntur; quàm plura, quàm par sit, peruestigare. ea enim, quæ rem propositam superant, deus ipse princeps nouit, mox eius assecla, & qui ipsi, ut est apud Platonem, amicus homo sit. proinde amor adsit, inuidia, cõuiciũq; absit ab ijs, qui talia conantur. hoc.n. modo & nos amantius ad huiusmodi locos progrediemur: & uos beneuolentiã sempiternã omnibus in rebus cõseruabitis; & uirtute, citra oẽm inuidiã, humanũ genus prosequemini. porrò de hoĩe, ut de paruo mũdo uerba facturi, e magno: cuius nos ueluti fœnus, & partes sumus, initiũ sumemus. huius.n. cõstituta inter nos natura, clarior reddetᷣ hoĩs cõstitutio. primũ igitur, quid mũdus sit, definiemus. sic.n. facillime, cum definitio totã rẽ significet, uniuersitatis essentiam statuemus. sed antequam hoc faciamus, quid animal sit, explicemus: ut exposita rei, qua de agitur, definitione, naturæ uniuersitatis semina perspicua reddantur. animal igitur est substantia, animata, sensus particeps: quod genere de ijs omnibus, quæ sub ipso sunt, dicitur. usq; dum autem tale absolute dicatᷣ, oĩa in se cõprehẽsa cõtinet: cũ uero cuiq; adiectũ sit, quod speciẽ efficit, tũ genus, in species diuisum, differre ostensum est. uideamus igitur, animal ne sit mundus: ac si primum sit genitus, deinde integram nactus naturam. mundus

igitur

A igitur est ex cęlo, terraq;, & medijs naturis aqua & aere coagmentatio, habens principē, & primigenium spiritum, per hæc omnia diffusum: quem familiæ philosophorum aut animam, aut unitatem, aut atomum, aut ignem, aut communī cum genere nomine, spiritum primū nominant. atq; hæc quidem ante etiam erant, quam hoc cognomen haberent: sed tum confusa erant, & non differentia inter se, &, ut quibusdam placet, materiæ nomine appellabanē. nunc uero mūdus uocatur, quod concinne, & ordinatim, ac ueluti rhythmo quodam, & ornatu motum efficiat. equidem motu uacantes eos esse ego, lapidibusq; similes existimabo, qui uniuersitatem nullo cieri motu confirmant. mūdus igitur est integer ex integris apte cōstitutus, ex perfectisq; perfectus, & absolutis absolutus: fuitq;, & erit animal, quod motu cieatur. sed tum seminatam uim, & uniuersi rationem habentem continebat. discretus uero, & e tenebris prodiens propriam seminum uirtutem indicauit, hic terram, illic aquam sese ostendens. ubi uero ignem cum aere se ostenderet, in omnem partem incrementi modo exporrectus, pro elementorum natura, ipsum uniuersum sole, ac luna, quasi oculis illuminans, horum luce, claroque splendore est motui cuiq; dux effectus. ei enim & sic ab initio genito, & in prima natura constituto contemperatus est: siquidem & primum animal, & spirans, & intelligens, hic mundus tunc erat, & nunc apparet. ut igitur, cum in lucem ederetur, nemo, cum animal esse, negare auderet: propterea quod integrum ex integris,
B perfectumq; ex perfectis esse demonstrauimus: alioqui enim quomodo ex omni parte absoluta præstitisset, si omnino non fuit? ita quod utero geritur, nemo esse animal negarit. ut enim ferrarium fabrum, aut ærarium, aut statuarium, aut nauium ædificatorem, aut quempiam alium non dices quidpiam perfectum, atq; absolutum præstitisse, si quid desit: ut si statuæ desit manus, aut pes, si gladio acies, si naui clauus: quod autem nulla est ex parte mutilum, & undique absolutum, cum nihil deest, id perfectum est: ita etiam & mundus, & quod utero continetur, nunquam perfecti rationem habuisset, nisi cum primū est essentiæ factus particeps, uniuersitatis essentiam accepisset.

Quod utero continetur, animal dici ad mundi similitudinem, & ex Hippoc. sententia. *Cap. 2.*

CVm autem mundum fuisse animal, ideoque nunc etiam esse diximus, ad hominē, qui secundus post ipsum mūdus est, sermonem conuertamus. animal est a nobis antea definitum. & quibus de causis animalis usum pręstet infans in utero, Hippocrates, unus Asclepiadarū, & dixit, & uelut e delphico tripode ante uaticinatus est, ac prædicauit. primā enim eius constitutionem, ac ueluti animalis procreationem ex integris constituit: cum intelligeret, ipsum nulla alia ratione præberi absolutum posse,
« nisi animal a perfectis efficeretur. a toto, inquit, corpore semē fluit: & a salubribus, salubre: a morbosis,
« morbosum. ab omni parte dixit, & totum ex toto. ac tantum abfuit, ne animal diceret, ut etiam obie-
C ctiones eius dissoluerit, qui contra ipsum, mutilata non esse absoluta, dicebat. etenim cum nollet controuersum esse, quin sit animal, dixit, salubria corpora, quę totum ipsum ita continent, ut nihil desit, semen etiam integrum emittere: manca uero, mancum. quæ res nullam in se dubitationem habet. qui.n. fieri potest, ut quod non est, in ortu sanum fiat? hoc enim est illius solum, quod est quidem, nondum tamen genitum, sanum uero est potentia, ideoq; ortum suscipit. nam eorum, quæ perspicue non sunt, alia sic genita sunt: alia possunt; alia neutro modo se habent. semen quoq; aliud hoc habet, ut fieri animal possit: quod tunc re ipsa præstat, cum hominem procreat: aliud neq; est, neq; fieri potest, neq; rationem habet, ut id quod natura non fit: id enim neq; eius quod est, neq; eius, quod futurum est, rationem subit. quamobrem quod in utero est, recte, ex Hippocratis sententia, animal dicetur: siquidem ipse & ex totis ipsum seminauit, & uim totius ei tribuit. ac non modo id a toto, & animal esse declarauit, sed in numero quoq; ostendit, ipsum habere uniuersi principia: & posse similia eorum, a quibus radicem cōtraxit, cum ait, Gemini ex uno concubitu finntamus antē & claustra uteri habent. hinc enim intelligi perspicue potest, eam uim habere semen, in uterum coniectum, ut animātis natura sit. nam cum exigua mole sit, magna est potestate, ac principem causam indicat, animalisque procreationis substātiam. etenim sicut ignem, qui in silice, & calce insitus est, nemo dicet ignem non esse, quia non urat. (tunc enim re ip-
D sa ignis fit, cum materia quædam ei accedit, & foris adueniens ab uniuerso inspiratio) ita semen in mulieres iniectum esse animal uere quispiam affirmabit: quando iam animal potestate est. fitq; re ipsa, cū ex utero exiens, ei se coniungit, unde initium habuit. cūm enim pars, atq; auulsio magni aīalis, hoc est mundi, sit, dum in finibus manet, ac latitat, ueluti concretio quædam est. ab hoc autem profundo, quod tanquam chaos est, secretum, & foras erutum, affinem, similemque naturā ipsis actionibus amplectiē. nam & ex se moueri incipit, & oculos, qui lucem suppeditant, solis, lunæq; naturam imitans, perpetuo tendit: & mentem lationis, quæ ad simile perducit, assimilatam statuit.

Animal, quod utero continetur, naturæ actiones obire. *Cap. 3.*

IMmerito igitur negatum esse a quibusdam, animal esse, quod in utero est facere ex ijs, quæ diximus coniecturam quisq; potest. nunc uero & quot, & qualia aīal efficiat, explicabo. cum igitur aīal ab aīa, natura, alimento, spirituq; gubernetur, siquidem aīa spiritu, & natura liquidis, aridisq; alimētis nutriē: etiam quod in utero est, his oībus uti administrationibus cōperieē, itēq; ijs motionibus, quę ad aīam, & incremētis, q̄ ad naturā ptinēt. nā deuorat, &, ut Hippoc. placet, spirat. ore.n. & naso desup fieri spirationē scribit. qdā ēt Asclepiadę ipsum ex acetabulis, q̄ in utero sunt, sugere, & cōcoquere dixerūt: siquidē ea, q̄ deuorata sunt, coctio necessario cōsequaē, etsi alimētū assumat ab utero q̄ maxime elaboratū apponi t̄n nisi ipsum natura accipiat, nō pōt: nec prius assimilari, nisi ex necessitate pueri natura id, qđ nutrit ei

ei quod nutriť,ſimile reddiderit:ac tunc naturæ opera accipit,& præſtat,& eſt ad ſecretionē promptū. E
& quod alienū eſt,ſeparat.proinde biles,& humores cuncti ſecreto alimēto gignunť.nolite.n.exiſtima
re,ea ſola materia ipſum nutriri,q̃ per portas & umbilicū e ſecūdis ad iecur cōparať. nā & per has uias
alitur,& per eas potiſſimū,quæ ſunt perfectiores:& undecūq; alimentum aduehiť,eo perfruiť.neq; pu-
tabis Hippo.cum dixit,antiquius alimentū per umbilicū abdominis,ignoraſſe,an etiā ore nutriat: qn̄-
q̇dē de hac etiā uia ut ſupra docui,memorauit. atq; infantē in utero alimentū ore trahere, ſigno eſt, cū
primū in lucē editus eſt,impetū ad mãmam ab eo fieri.niſi.n.huic eſſet uiæ prius aſſuetus,nō ita cito ad
mammā properaret.alimentū autē ſecretū in halitū,ſpiritūq; diſſoluit:ac facile ſingulis partibus appo
nit:& qđ ex ſemine eſt,in humores trāſmutat,& ex humoribus in carnes,uenas,neruos,arterias,oſſa,ui
ſcera,& adipem:& quod paucum eſt multum,& quod paruum eſt,magnum efficitur:cum augendi facul
tas ipſum ad proprios uſque incrementi terminos extendat,ac terminet.

Id, quod in utero eſt, animi, & rationis eſſe particeps. — Cap. 4.

NAturæ igitur opera edi ab ijs,quæ adhuc in utero ſunt,eſt a nobis abunde probatum.habere uero
ea aĩam & rōnem,deinceps conabor oſtendere.cum.n.natura fabricata ſit inſtrumēta ſentiēdi,ad
facultates aĩales inuehendas,ut per oculos,uim aſpiciēdi;per aures,audiendi:per linguā & nares guſtā
di,& olfaciēdi,per manus & reliquū corpus,quod ad cōtrectandū aptum eſt,tactū:planū eſt,nullū locū F
inanē relinqui:ſed prædicta loca,cū adhuc in utero infans eſt,habitura eſſe aĩæ ſubſtantiā:& cerebrum
quod eius domiciliū eſt,inter initia conſtructū,& intra os capitis habere collocatū. hinc etiā patet, cū
primum ſemen in uterū iniectum ſit,ſimul etiā aĩam ab uniuerſitatis opifice inſitam eſſe , ut in corpore
etiā ſit uis,a quo gubernetur.an nō ſcimus externos artifices ad quaſdā actiones obeundas certa ſibi in
ſtrumenta cōſtruere ? ut nauiū fabricator ſentinā facit,ut ea parte nauis ſub aquis natet:ſitq; tāquā ual-
lum ad arcendos fluctus,& uelut paries tutus,& ſepimentū ob ſaxa,ſub aquis latentia.tibiæ opifex ma
teriā æneā in longas fiſtulas excauat,ad ſpiritus illabentes ſuſcipiendos:muſicus fides extendit ad mo
dulandos ſonos:medicus p æonica medicamenta ad morbos depellendos parat: imperator aciem an-
te pugnā inſtruit,ac quō impetū hoſtium ſuſtineāt,docet.ut igitur qui hæc faciūt, ea rei alicuius gratia
parāt:ſic natura ſingula,quæ in nobis ſunt,effingit,ut rei alicuius futura inſtrumēta.ſic.n.natura neruo-
rum,quæ aĩæ domiciliū eſt,ab initio cū ſpiritu germinās,aĩam unà cū cōſtitutione corporis cōſtitui de-
clarat.quanquā.n.nondū oculus uidet,lingua guſtat,auris uoces p̄cipit, calidaq; & frigida, & humida
ac ſicca tāgendi inſtrumēta actu ſentiunt:qn̄ ea latitare poſuimus:& edito paulo poſt in lucē infante,a-
gere poſſunt:profecto ipſam quietē appellare actionē auſim. infantē.n.cum adhuc utero cōtinetur,pal
pebras concluſas tenere,nareſq; contractas,& auribus nō audire,eſt aĩæ imperātis munus. linguā autē G
in ijs,qui utero geruntur,non guſtare , nemo dixerit ,ut etiam qualitatem non percipere:cum rem ip-
ſam affectus quidam probet. nouimus enim fœtum in utero matris ſæpe eſſe mortuum , uitio eorum,
quæ per os ingeſta eſſent,quæ fœtus auerſaretur, ac reſpueret:cum natura in hoc incumbat,ut guſtan-
di facultate,quæ in lingua eſt , fœtum tueatur.reſpirare etiam ipſum fœtum,quod eſt animæ opus,[nā,
ut paulo ante diximus,ore reſpirat] ex eo planum eſt,quod anima unà cum natura ſemini ineſt. pleri-
que enim Medici reſpirationem eſſe animalem , & non naturalem actionem definierunt . puerile e-
nim eſt, ideo ab animæ actionibus excludere reſpirationem ,quia homo in ſomnis ſine uoluntate re-
ſpiret , cum uoluntaria ſit reſpirandi actio. ut enim anima obit omnes actiones , cum animal uigilat,
(nam & uidet,& audit, & per cetera ſenſuum inſtrumenta agit) ac mouetur, & hæc per ſenſus perci-
pit,ſeque per inſtrumenta,per quæ agit,quæ opus ſunt, quaſi radijs extendens,ac diffundens omne ne-
gotium conficit : ſic noctu contracta,& collecta non turbata a uiſis , nec territa ab ijs , quæ audiuntur,
nec diſtracta ab ijs,quæ guſtantur,nec peruerſa ab ijs,quæ in olfactum cadūt,nec immutata ab ijs, quæ
tanguntur,nec fatigata curſibus,inambulationibus,aut alijs exercitationibus,neq; in ijs uerſans , munus
reſpirationis exequitur.an naturam ſponte ſua,nec alioqui affectam,quæ opportuna ſint , agere credi
mus:aĩam uero,quæ diuiniorē eſt ſortita partē,ſuas actiones non perſequi? natura.n.mortalis eſt,& ter H
rena,intelligentiæ,rōniſq; expers,quæ ſolū mortalē circuitū nouit, & mortalē actionē dūtaxat ſibi uin
dicauit:at aĩa ab aĩa uniuerſi deriuata eſt,& a cæleſti choro delapſa,ſcientiæ capax eſt:ac ſemper uiam,
quæ ad ſimile perducit,inſiſtēs,terrā ſupergreditur,ſeq; ab aquæ erroribus auertit:aerē trāſcēdit,igne-
que ſuperior euadit:ac tādē ad cæleſtē diuinitatē peruenit:ac ſæpe etiā in locū,qui ſupra cælū eſt,intue
tur,ac rerū oĩum domino aſſiſtētes itē ſuperas circūlabiť:ſæpe occurrit ijs,q̇bus cū habet cōe genus:&
quāuis īcluſa ſit in corpore,tn̄ unde ſit,nouit:& uerū oĩum parentē uniuerſis rebus ineſſe p̄ſpicit uſu eo
rū oculorū,in q̇bus eſt ab illo collocata.quare ne dicāt,reſpirationē ignorāte aĩa effici,cū corpus ſom-
no īdulget.aĩa.n.eſt ad oĩa, q̃ natura,aptior, & ualentior.ergo natura nobis uigilātibus, & dormiētibꝰ
æq; agere poterit:ſiq̇dē cōcoq̇t,diſtribuit,ſeparat,agglutinat,auget:idq; utroq; t̄pe:aĩa uero ſolū, dū ui
gilamus,faciet,q̃ corpori cōueniūt:dū uero dormimus,ſimilia efficere nō poterit? ſed abſurdū eſt,cū iā
ſatis oſtēſum ſit,aĩal eē id,qđ utero geriť:niſi etiā rebus externis hæc cōfirmāda ſint.muſcas & uermes
in materia,quaſi in utero gigni uidētes,aĩalia appellamus,cū in limo inuoluta ſpectemus:q̃ q̇dē,ut opi
nio mea fert,p̄ſide eorū facultate ,p̄uidēte fiūt:ea uero,q̃ in utero aĩalia fiūt , utrū aperte aĩalia uocanda
ſint,dubitamus ? præſertim cū Hippo. prædicet hūc in modū:q̃ inq̇t, animalia nō ſunt, ab aĩalibus fiūt
animalia:oĩum naturæ indociles.par enim erat,ut diceret,non aĩalia, aut partes effici , ſed hoc omiſſo,
abuſus

A abuſus perfecto noīe eſt:ut ſimul cõſtitui & eſſe aīalia intelligeremus. illud uero præclarũ, & omni ua
cans cõtrouerſia, quaſi uates pronũciauit, oīum naturas eſſe indociles: ut ſi quis modũ, aut ratione ani
malis producẽdi quærat in naturã, quæ a nullo docta, procreat oĩa, reſeraĩ. & itẽ illud, nẽpe naturas
ſatis eſſe poſſe ad tollẽdas opiniones nõ credentiũ, & aīalia eſſe oĩno pernegantium. ſi.n.ipſa natura
ſingulis rebus fines pręber, ut ſint certe etiã ei, quod utero geriĩ, perfectionẽ, qua ſit aīal, tribuit. ſed cur
non ſtultũ ſit, fateri animal eſſe corpus & animã, rei aũt nomen adimere? perinde enim eſt, ac ſi ignis ha
beat id, quod eius ſpeciem efficit, hoc eſt, ut urat, & ignis actionem quis fateatur, nomen uero non ad-
mittat. aut, cum ſol tenebras illuſtrat, factũ quiſpiã fateaĩ, hoc uero diem eſſe, nomen inquam, non con
cedat. aut, ſiquis humidas ſolidaſq; res in unũ cõuenientes nutrire dicat, idq; alimentũ dici neget. aut
ęs, ferrũve incidere dicat, gladij nomẽ refugiat, aut ſecãtis ſectionẽ. ſed ut qui tenebricoſi aeris a ſole il
luſtrati opus uideat, is diẽ eſſe nũquã negabit: neq; ignẽ uocari, quod ignis uſum retineat; nec qui ſe
cantis actionẽ obit, eſſę illi nomẽ gladij. ita neq; ſemẽ, qđ aīal ſit, & aīalis rõnem ſuſcipit, eo noīe ab ul
lo priuabitur.

Animal eſſe id, quod adhuc uteri ſinibus continetur. *Cap. 5.*

NAturæ igitur, & animæ, & utriuſq; actionũ participẽ ſœtum eſſe, & qũo aīal ſit, ſatis eſt demõſtra
tum. reſtat, ut adhuc uteri ſinibus contentum, eſſe animal oſtendamus. ſiquis uero naturæ rõnes
B a nobis quærat, is ſciat, ipſam ſuo marte doctã, & ſua ſponte facere omnia. neq;.n. ut uermes in ſtirpi-
bus, aut ex equis & bobus ueſpæ, apeſq; gignantur, explicare facile poſſumus: ſed a natura ſimpliciter
fiunt. nec quiſquã eſt, qui uolare aues doceat, neq; nos aut intelligere, aut audire, aut uidere. & tamen
uolare aues intuemur, & nos ipſos ſine ulla diſciplina intelligere, ac uidere. ipſa.n.naturæ actio ineffa-
bilis eſt, ac recõdita, & multo noſtra cogitatione profundior. nõ eſt igiĩ dubitandũ, quin fœtus uiuifica
tio ſit aīalis productio. illi.n. poſtquã in lucẽ editi ſunt, ſuas actiones a nemine perdiſcunt: ſed uſq; dum
utero inſunt, deglutiunt, concoquunt, diſtributũ alimẽtũ purgãt, purgatũq; apponũt, & ſuperuacaneũ
deponũt: ut cũ in lucẽ prodierint, excernãt, qđ ſupfluit. qđ.n. meconiũ uocãt, excrementũ eſt, e toto
α fœtus alimẽto prodiẽs, iſq; humor, qui in urinaculo eſt. uẽter.n. inquit ſenex, oris inſpiratione inflatur,
itemq; inteſtina, & in [illegible] uia quædam efficiĩ. qđ.n. ſuperuacaneũ eſt, paulatim incidens, in rectum
inteſtinũ puenit. [illegible] nanq; rectũ inteſtinũ uocauit. nemo aũt nobis occurrat, nõ ali ore fœtũ poſſe
p p membranã ipſum obtegentẽ: quia natura põt ei p ſoramina facultatẽ & uiã ſuppeditare, quæ ſatis
ad ea ſit, q̃ illi cõueniãt. eſt Democriti ſententia, hominẽ ex homine, canem ex cane, & bouẽ ex boue
excuti. uir qui cæleſtẽ cõtemplationẽ nouit, noſtrãq; naturã contẽplaĩ, ita ingratus eſſe non põt, ut qđ
in utero eſt, eſſe aīal neget. cũ eius opifex totũ ex toto cõſtituat. neq;.n.qđ ſit, hoīs haberet rõnem
C niſi oẽs perfectas in ſe rõnes cõtineret: eſſetq; talia facturũ, qualia ſunt ea, a quibus ſemẽ eſt ſatũ. ut.n.
ſemina, quæ uitioſa quãtitate, aut qualitate iaciunĩ, eos fœtus excipiũt, quibus pars deſit, aut ſuperſit,
aut aliena forma inſit; ſic integra expurgataq; ſemina pfecti aīalis rõnem retinẽt. quod.n. deeſt, impe-
dimentũ toti naturæ fuit. ideoq; mancus fœtus eſt effectus. eadẽq; de cauſa cũ nõ impediĩ, aīantia ex ſe
mine efficiunĩ. quare neq; philoſophus ullus, ut rerũ diuinarũ ignarꝰ, neq; medicus, ab Aſclepiade pro-
fectus, ut cõtemplationis expers, a natura hoīs fœtũ reijciat, & excludat: ſed ipſe potius p ſe contẽpleĩ,
&, uel a ſenioribus pdiſcat, uel a parẽtibus in memoriã ei redigaĩ, ſe quoq; fœtũ quondã fuiſſe: ac tũc
a matre pfecte in utero fuiſſe cõformatũ, ſuãq; eſſentiæ radicẽ a ſemine duxiſſe: neq; naturã ignoratio-
nis crimine ab ipſo debere dãnari. hoc.n. eſt, eius iura uiolare, cũ ea, q̃ ab ipſa ex terra creanĩ, idẽq; ortus
principiũ habẽt, & in ipſis ſinibus aluntur, eſſe aīalia dicanĩ: quæ uero in utero nutriunĩ, eſſe aīalia pne-
genĩ. an ex tritico triticũ gigniĩ, & ex alijs ſeminibus alia, q̃ ſimilia ſunt, & ex plãtis plãtæ: quibus oībus
ſit eadẽ cũ gignẽtibus natura; homo uero, qui ceteris eſt diuinior, atq; pſtãtior, ac deo poteſtate ſimilis,
nõ eiuſdẽ cũ ſuis parẽtibꝰ erit diuinitatis particeps? ſed iã & legibus, & euẽtis fœtus eſſe aīalia cõprobe
mus. qui uiuẽdi cauſam naturę tribuũt, & bene uiuẽdi rõnẽ, ſumpta occaſiõe ab aīa, legũ latoribus. (ſunt
.n. hæ leges, uetare ne mala fiãt: ſeruare q̃ iã honeſta ſunt: quæq; futura ſunt, aut inſtãt, uindicare.) ij dua
D bus, ijſq; maximis, quas tulerunt, legibus quæ in utero ſunt, eſſe animalia demonſtrarũt: altera, qua pœ
na ſtatuitur ei, qui in cauſa abortus ſit: altera, quæ uult eos, qui nondum nati ſunt, inſtitui hęredes poſ-
ſe: quippe qui deorũ opera imitati, accuratius, q̃ alij multi, uiderũt. in primis.n. leges ferre, deorũ eſt:
ſiquidẽ rerũ oīum parens inter deos oĩa lege diſpoſuit. nã & mũdus illius nutu moueĩ: & planetę ſingu
li ſuũ orbẽ ſtatuto tẽpore, & Sol, ac Luna ſuos definitos curſus cõficiũt. terra itẽ opificis imperio, ut ra
dix, fixa eſt, aqua fuſa, aer expãſus, ignis pmeat: & res quæq; ſuã actionẽ ſeruat, metuẽs ne ſuã legẽ pte-
reat. iã uero Cretẽſibus leges dedit Iupiter, Lacedæmonijs Apollo Pythius, Atheniẽſibus Pallas, horũ
diſcipuli Lycurgus, & Solon legiſlatores ijs duobus capitibus, q̃ dixi, firmũ nobis, certũq; de fœtibus
argumẽtũ pbuerũt. niſi.n. eſſent aīalia, nunq̃ in eos, q abortus cauſam afferrẽt, pœnã legibus ſtatuiſſent,
qm uero eſſe aīalia aſſerebãt, idcirco irrogata pœna eſt. quis.n. adultũ hoīem, & de quo nemo ambigit,
hęreditate deijciat, cauſa eius, q ĩ utero neq; homo ſit, neq; aīatus; ignarus, aīal ne ſit, qđ utero cõtinet?
qd igiĩ cõtẽdis, nõ eẽ aīal id, qđ in utero eſt? qs ſibi hęredẽ inſtituit, eũ quẽ nõdũ eſſe credat? qs eũ dñm
appellet, de quo ſit adhuc dubitatio? Pericles Olympius nõdũ erat exortus, & iã græcos oẽs p p inſom-
niũ pterrebat. nõdũ natus erat Piſiſtratus, & tyrãnus erat. nõdũ Olympias Alexãdrũ pepererat, & iã oẽs
eẽ Ammonis filiũ, ac regni principẽ pdicabãt. Cypſelus quoq;, dũ adhuc gignereĩ, q̃uis non uidebaĩ,
erat Bacchiadis, cũ eos ſpectrũ pterrefaceret. ferũt ẽt Hecubã graui ſpectaculo pterritã Alexãdrũ ante

quã natus eẽt,timuiſſe:itẽq; Phryges oẽs,q̃bus ab igni nódũ nato inuecta calamitas ẽ. Alcmena quoq; E
Hercule genito,terrorem aduerſarijs,& diffidentiam hoſtibus, cum puerulum utero geſtaret, incutiebat.t antum igitur abeſt, ut fœtus non dicantur animalia, ut non ſolum ſint animalia, ſed etiam, licet adh n c utero radicitus hęreant,ſint natura hominis robuſtiora. ſed iam ad fœtum ipſum, tanquam animal,ut nihil ei, quo minus homo ſit, deſit, conformatum noſtra ſe conuertat oratio. prodite ò fœtus e ſinibus nihil iam, neque generis priuationem,neque cariſſimorum alienationem,neque fortunarum ablationem formidantes.uos enim neque multorum calumnia,neque eorum malitia, qui naturæ iniuriam faciunt,excludet.qnam ob rem uos,ut Pericles,ut Piſiſtratus,ut Paris, ut Alexander Macedo, ut Hercules in illos ani maduertetis.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE VTILITATE RESPIRATIONIS.

CENSVRA.

Multa uera in hoc quoque libro inſunt, ſed magna ex parte Ariſtotelica.

F

CAlorem uitalẽ,qui eſt in corde,dicit Ariſt. nutriri a ſanguine,pingui & unctuoſo exiſtente,eodem modo quo flamma nutritur ab oleo:Et eiuſdem caloris extinctionem,quemadmodum & flammæ,dupliciter fieri. nam ſicut flãma extinguitur dupliciter,ſiue conſumpto oleo, ſiue addita ei maiore flamma: ſimiliter calor uitalis extinguitur in morte animalis, aũt ex defectu puri & pinguis ſanguinis,ut in conſumptis,aut aquoſo ſanguine repletis, aut ex ſuperuentu caloris maioris,ut in febrientibus.Inueſtigãs autem Ariſt.quare maior flamma extinguit minorem flammam ei appoſitam,dicit maiorem flammam conſumere nutrimentum minoris flammæ uſque adeo cito, ut non poſſit æque cito nutrimentum ſuccedere.Dico autem maiorem flammam trahere ad ſe minorem cauſa ſimilitudinis uſq; adeo cito, ut non poſſit æque cito minor flamma attrahere aliam flammam,ex eo a quo nutritur ſibi ſuccedente. Nutritur autẽ flamma non ſolum a pinguedine aliqua,immo etiam ab aere uicino.& fit nutritio nõ ut quidam putãt per alteratione nutrimenti,neq; per aſſimilationem eius ad id quod nutritur, ſed per attractionem partiũ nutrimenti,ſimiliũ ei quod nutritur.id enim a quo nutritur ignis,neceſſe eſt ut in ſe habeat igneas partes.Quod autem ignis nutriatur ex aere,probatur ex eo:quia ſi inter terram fodiatur ſpecus ampla an- G
guſti oris,& magna lignorum congeries intermiſſa incendatur immiſſo igne,obſtruſo quidem foramine,neceſſe eſt ligna eodem momento omnino extingui.Exit enim ignis per poros terræ ſuperiectæ.& non poteſt aer ſubintrare ad reparationem ignis exeuntis,tum quia aer obſtruſior eſt igne, nec æque mobilis eſt ut ignis,tum quia neceſſe eſt plus aeris influere,quàm ſit ignis affluens,qui reparandus eſt ex eo, pro eo quòd non ex toto aere, ſed ex ſolis igneis partibus quæ ſunt in aere fit ignis. fitq; ex plurimo aere multo minor ignis.nam & ſimiliter in omni nutritione fit ex multo nutrimento res modica per digeſtionem.V niuerſaliter etiam quicquid fit ex alio,minus eſt eo a quo generatur, quod tamẽ plerique negant.nam ſicut,inquiunt,ex modica aqua fit multus fumus:ſimiliter quoq; ex modica aqua fit multus aer,ita quoq; ex modico aere fit multus ignis. Dico autem quòd fumus non fit ex ſola aqua ſed habet plurimũ aerẽ,in quo diſſeminatæ ſunt aqueæ particulæ,quod eſt uidere hoc modo. nam q̃n bullit aqua in uaſe ad ignem, ignis quidem tranſit per poros uaſis ad aquam faciens illam tumeſcere & ampullas eleuari fiuntq; ampullæ ex directo ignis qui eſt ſub uaſe.ſicque ad mediam aquã tranſit ignis aſcendens in aerem.attrahitq; ſecum aqueas particulas,cum quibus aeri admiſcẽtur, ferũtutq; aqueæ particulæ ſurſum,donec deſeruntur a calore inferiori aere,quem frigidum eſſe conſtat,ut oſtenſum eſt alias.Amplius autem nubes,cum ſit fumus,congelata quidem,fit nix,quemadmodum pluuia congela- H
tã,fit grando,nix autem plurimum habet aerem,quemadmodum ſpuma. & eſt alba utraque propter aerem ſibi commiſtum:quem Ariſto.eſſe album oſtẽdit:ſed hæc hactenus. Quoniam autem flamma in continuo fluxu eſt,& continue generatur alia & alia flamma,ſucceditq; poſterior flãma in locum prioris,immo in modum fluuij,putant quidam priorem flammã ſurſum aſcendentem extingui ab aere. Dico autem eam admiſceri aeri, diſſeminarique in eo per minutas particulas. nam & ſimiliter diſſeminata fuerat prius,non ſolum in eo a quo generata eſt,immo etiam & in aere uicino,præſertim cum multo plus nutrimẽti habeat flamma ex aere quàm ex aliquo alio. Sicut aũt flãma in continuo motu eſt, & in modũ fluuij alia alij ſuccedit, & ita calor cõtinue effluit a corde ad uenas,& per uenas ad totũ corpus, & inde continue effluit extra corpus.nam & ueſtes non ob aliud calefaciunt,quàm quia retinent calorem conti nue euaporantẽ a corpore per potos.Sunt aũt pori uenæ ſubtiliſſimæ per quas effluit calor, & etiam ſudor,qui nihil aliud eſt quàm aqua ſanguini admiſta.q̃nq; poris amplius dilatatis effluit ipſe ſanguis.Quòd aũt pori ſint uenæ ſubtiliſſimæ,inde patet,quòd quęlibet uena producit ex ſe aliam uenã minorem,& aliam iterum minorem,uſq; dum diuiſio perueniat ad capillares uenas. Accidit aũt poros per frigiditatem,aut aliquo uiſcoſo fumo oppilari.& tunc calor multiplicatur in uenis. non enim ſufficienter euaporare poteſt, tum propter anguſtiam pororum, tum quia fugit interius, propter frigiditatem

A giditatem sibi contrariam,quæ est exterius. Dicit enim Aristo. ultimam digestionem cibi fieri in corde.sanguinemque in uentribus cordis generari.Dicit quoque Aristo.primum & uniuersale instrumentum omnium sensuum est,non autem cerebrum,ut quidam asserunt, hoc autem est indicium,quód impossibile est dolorem fieri in aliqua parte corporis,quin fiat passio in corde.& si multus fuerit dolor, facit syncopen cordis.Nam omnes partes corporis colligantiam habẽt ad cor per medias uenas. & pelliculas,& neruos.A duobus igitur uentriculis cordis procedunt magna uena & arteria ad supremum spondylum colli.Nam magna uena,quæ dicitur caua,procedit a dextro uentre cordis, & primo transit ad gibbum hepatis.& inde per dorsum ad caput.Magna uero arteria,quæ dicitur aorta, quando procedit a sinistro uentre cordis,primo transit ad quintum spondylum dorsi, qui ceteris spondylis uicinior est cordi.unde quando oesophagus spondylis* innititur,declinat quidem in quinto spondylo dorsi, & in alteram partem dans locum magnæ arteriæ. Prædicta uena & arteria uenientes ad caput, coniunguntur duabus pelliculis cerebri, & etiam pelli quæ per omnes spondylos protenditur, & tegit spinalem medullam. Dicunt autem anatomici duplici pelle tegi spinalem medullam, quemadmodum & cerebrum.Ab his uero pellibus cerebri & spinalis medullæ procedunt omnes nerui corporis. Nihil igitur de corpore sensibile est præter uenas, & arterias,& pelliculas, & neruos, cum sit ex eis unum

*alias uicinior fit.

B quoddam continuum cum corde. Alia uero membra insensibilia sunt, ut ossa, & ligamenta ossium. Quorum duplex est genus.nam eorum quibusdam colligantur ossa ad se inuicem. alijs uero colligantur ad musculos.Sunt autem & chartilagines omnes insensibiles,quemadmodum & ossa. nam & plerunque ab ossibus procedunt,& si non omnes.Sunt autem maximæ duæ chartilagines corporis,altera quidem ex qua constat trachea arteria,& altera quæ procedit ab osse* puppis.& est maxima pars uirgæ uirilis, & colli matricis. Sunt etiam insensibiles omnes pinguedines, & medullæ,& ipsum cerebrum, & est etiam caro pulmonis insensibilis: circundatur aũt tribus pelliculis, quarum duæ procedunt a uena & ab arteria, quæ a duobus uentribus cordis procedunt. & hæ duæ pelliculæ sunt sensibiles. tertia uero procedit a trachea arteria, quæ est insensibilis,quemadmodum ipsa trachea arteria a qua procedit. fitque per hanc inspissatio aeris ad cor secundum fistulas ipsius, quæ a trachea arteria procedunt. Similiter autem hepar & splen insensibilia sunt, quemadmodum & pulmo:exceptis etiã quibusdam uenis,neruis, & pellibus quæ in eis sunt, quæ procedunt ad pulmonem,& hepar,& splenem, dilatanturque in eis.Sunt autem glandulæ omnes insensibiles, quemadmodum & pinguedines, cum sint de genere pinguedinis.quãuis quædam uideantur sensibiles,propter pelliculas sibi insertas. Sunt autem tam pinguedines quàm glandulæ omnes in corpore ad fomentum & conseruationem caloris

*pubis.

C naturalis.quãuis enim calor a corde ad totum corpus procedat: sunt tamen quædam corporis partes magis susceptibiles caloris,quàm ceteræ. Pinguedo enim quæ superposita est hepati, & spleni, & intestinis,calefacit ea,facitque nutrimentum digeri in eis. Vnde cum cuidam pugili pinguedo hæc in palæstra rupta esset, & postmodum liuida facta,a medico erepta esset,coepit pugil supra modum frigoris esse impatiens,& consueta cibi digestio in uentre mutata est.Glandulæ autem quæ a radice linguæ sunt,non solum generant saliuam,sed etiam digerunt sanguinem in uenis, quæ ad meningas cerebri coniunguntur. Cum enim meninges cerebri constent & ex subtilissimis uenis,quæ a crassis uenis colli procedunt,non potest sanguis uenulas meningum subintrare,nisi fuerit plurimũ digestus. Item glandulæ sunt in mesenterio caloris causa,attrahentis succum cibi ab intestinis ad uenam hepatis.Item testiculi,& mamillæ glandulosæ sunt ad generandum sperma & lac. Adiacent etiam collo uesicæ glandulæ,caloris causa attrahentis urinam a renibus, & insuper sperma digerentes. Quidam etiam inter glandulas annumerant renes,qui urinam attrahunt a uena quæ est in gibbo hepatis. quãuis Aristo.dicat non ob aliud renes esse in corpore, quàm ut per eos excoletur urina.nam uasa duo deferentia urinam a gibbo hepatis terminãtur ad duos renes,& rursus ex alia parte renũ oriuntur alia uasa urinalia, procedentia usque ad uesicam,perforata intra uesicam foraminibus pluribus atq; subtilibus, per quæ

D fluit urina uesicæ. & hæc quidem foramina in mortuo animali non apparent, pro eo quód frigiditate obtusa sunt. Dico autem calorem qui est in sinistro uentre cordis & in arterijs, non solum nutriri ab aere influente per fistulas pulmonis:immo etiam ab aere influente per poros corporis.quod probatẽ ex eo,quod accidit in passione quadã quæ dicitẽ suffocatio matris, in qua nulla fit manifesta inspiratio aeris.Dico autem in hac passione cor comprimi a matrice sursum eleuata, modicumq; calorẽ remanere,in eo quod nutritur a modico aere influente per poros.nam & similiter plura animalia uiuunt, non habentia cor,neque pulmonem.quorum calor uitalis cum sit modicus, nutritur ab exteriori aere influente per poros.hæc autem sunt parua animalia, ut muscæ, & similia. & etiam in piscibus polypodes, & alij omnes qui sanguinem non habent.quãuis etiam de ceteris piscibus sanguinem habẽtibus dubitetur qũo spirent intra aquã.Constat autem maiores pisces spirare aerem extra aquam, quos etiã pulmonem habere manifestum est.minores uero pisces,qui loco pulmonis branchias habent, spirant intra aquam. spirantque aerem, qui modicus est,intra aquam,per poros branchiarum, qui sunt proportionales fistulis pulmonis.quemadmodum enim fistulæ pulmonis,ita similiter & pori branchiarum usque adeo angustantur in ea parte quæ terminatur ad cor, ut non capiant aquam, sed aerem solum. qui per poros excolatur ab aqua,trãsiens ad cor.Quod autẽ aer sit intra aquã,probatur ex eo,ꝙ qñ cõgelatur aqua,fit minor,propter aeris expressionem. unde Aristoteli uisum est, quod pisces qui bran-

chias habent loco pulmonis, non attrahant aerem : sed aquam attrahant, ad refrigerandum calorem E
cordis.nam & similiter de habentibus pulmonem dicit Aristo. quòd attrahunt aerem, ad refrigeran-
dum calorem cordis,cum ostensum sit aerem inspiratum præstare nutrimentum calori cordis. Hippo-
crates autem in libro de generatione animalium dicit aerem inspiratum refrigerare pariter ac nutrire
calorem cordis. Aristoteles quoque in quodam loco affirmat,quòd omne nutrimentum influens, refri
gerat id quod nutrit.& addit etiam,quòd deficiente nutrimento, fiat caloris augmentatio,ratione ua-
cuitatis.& hoc ostendit per simile eius quod accidit in uentre & matrice,quæ postquam sunt uacua,ca-
lidiora fiunt, quàm quando plena fuerint.huius autem causam determinauimus in libro quem de sper
mate edidimus. & hoc quidem hactenus.His igitur præmissis,postmodum scire oportet, quòd cum in
corpore sint uena,& pellis,& neruus,quæ sunt receptacula sanguinis,& spiritus,& pellis quidem me-
diam habet naturam inter neruum & uenam,& manifestum est quòd ad omnem pelliculam coniungi-
tur aliqua uena,quæ in ipsa pelle diuiditur in multas subtiles uenulas, subtilem sanguinem capientes.
habet autem & neruus uenulas.ideo & findi potest in longum.sed habet eas plurimum subtiles,solum
capientes spiritum.Dico etiam quòd instrumenta omnia sensuum continentur pelliculis, fiuntque sen
sus in ipsis pelliculis,ut est uidere in oculo,cuius pelliculæ plenæ sunt humore aqueo, & originem ha-
bent a cerebri pelliculis.fitque uisus non in crystallino humore oculi,ut Aristoteli uisum est sed in pel- F
liculis oculi.Quarum duæ procedunt a duabus pelliculis cerebri,& tertia a neruo qui opticus,idest uisi
bilis dicitur : proceditque ab ipsis pelliculis cerebri.Est autem præter has pelliculas tres, quædam alia
quarta,quæ est in oculo,quæ alba est,& continet omnes alias, proceditque a pellicula quæ tegit cra-
nium,& est insensibilis. est autem hæc pellicula in piscibus ualde dura.& fere in modum ossis. Simili-
ter autem & pellicula plena aere locata est intra aurem,in qua fit auditus.Et pelliculæ plenæ spongio-
sa carne locatæ sunt intra nares,in quibus fit olfactus.Et omnes hæ pelliculæ originem habent a pelli-
culis cerebri. idem quoque oportet intelligi & de pelliculis linguæ,in qua fit gustus. De tactu autem
dicit Aristoteles,quòd fit in carne totius corporis. Dico autem quòd non fit in carne,sed in pelliculis
carni commistis.manifestum est enim reticulatam carnem esse pelliculis ualde subtilibus, quæ a crassis
uenis procedunt,& ab eis deportant subtilem sanguinem ad nutrimentum carnis. Probat autem Ari-
stoteles quòd principium motus,quemadmodum & sensus,est in corde, pro eo quod omnis motio fit
cum ui & conatu. Vim autem facit contentio spiritus.origo autem spiritus est in corde. deinde ex cõ-
tentione spiritus,fit in omni conatu inflatio uenarum,& neruorum,& etiam pellium cerebri,& spinalis
medullæ,& principaliter diaphragmatis. Constat enim uires corporis omnes esse ex neruorũ tensione.
causa aũt tẽsionis nerui nulla est alia, q̃ spiritus neruũ inflãs.Sed quia origo spiritus est a corde,oportet G
prius diaphragma inflari, & postmodum uenas, deinde duplicem pellem spinalis medullæ, & ipsius
cerebri : ultimo uero neruos. Spiritum autem uoco non solum uaporẽ sanguinis, sed etiã aerem inspi-
ratum,qui ei admiscetur.transit enim aer inspiratus a pulmone ad ambos uentres cordis, & inde per
uenas & pelles usq; ad neruos.In omni Igitur conatu fit per contentionem anhelitus, conclusio spiri-
tus inter diaphragma,& in ipsis fistulis pulmonis,quæ procedunt a trachea arteria, * post quam fit ae- * al. per quam
ris inspiratio:& * idem spiritus comprehensione diaphragmatis transmittitur per fillulas pulmonis ad * al. inde.
uentres cordis,& inde ad uenas,& pelles,& neruos. Contingit autem oppilationem fieri in loco, in
quo uena & arteria procedentes à corde,transeuntes per collum,coniungũtur ad pelliculas cerebri &
spinalis medullæ,ex humore, aut fumo multo,aut paruo,& tantum crasso,aut subtili:fitque ibi oppila-
tio per angustiam uenularum,quæ procedunt ab illis uenis,disseminanturq; in pelliculis cerebri,& spi
nalis medullæ.Dico autem ex hac oppilatione fieri somnum:quandoq; epilepsiam, & quandoq; etiam
apoplexiam.Fit autem apoplexia ex humore plurimo & crasso.Epilepsia ex humore non tanto, neque
adeo spisso:& quandoque ex solo fumo crasso, ascendente a stomacho, aut pede, aut aliquo membro
alio:in his quidem uidetur aura subtilis,& frigida ascendere ad caput. Somnus autem fit ex multo fu-
mo subtili,faciente diuturniorem, sed minorem, & facile solubilem oppilationem. unde quidam in H
somno sentiunt,& mouentur,& etiam loquuntur, & imaginantur somniantes. nam & similiter imagi-
nantur quidam In epilepsia,& etiam In syncope,quæ est passio cordis.Fit autem quibusdam in epilepsia
spuma circa os, dum spiritus,qui fertur a corde in uenas sursum occurrit humori facienti oppilationẽ,
& ei admistus spuma fit.Est enim spuma admistio aeris & aquæ,aut humoris:ideoque alba est ut aer:&
ephialtes quædam epilepsia, quæ fit in somno: fit autem ex mistione tanquam epilepsia. Ideoque non
in uigilante, sed in dormiente. ut enim prędictum est, somnus & epilepsia fiunt in eodem loco, &
ex simili causa. unde Aristoteles dicit epilepsiam esse somnum quendam. uerum ephialtes longo
tempore perdurans in epilepsiam conuertitur. Amplius autem dicit Aristo. quod quibusdam uenis
colli compressis fit homo insensibilis, & similis dormienti. unde & antiqui uenas illas uocaue-
runt carotidas, propterea quod in eis fit caros, quod est insensibilitas, & Immobilitas totius
corporis. Compressio diaphragmatis, quæ fit in respirando, causa est prolationis uocum, quan-
do uuula, quæ est in gutture, supponitur tracheæ arteriæ ita, ut respiratio fiat per angustum. spi-
ritus enim exiens per angustum, quando colliditur uuulæ sibi oppositæ, facit sonum : alioquin fit re-
spiratio sine sono,quando spiritus liberum habet exitum.est enim diaphragma, respirationis origo, &
uocis,& omnium uirium corporis. Est autem & ipsa uuula principiũ uocis, quia sensibilis ac mobilis,
quemadmodum

A quemadmodum diaphragma. Et insuper efficit uires corporis, quemadmodum & ipsum diaphragma,
nam in omni conatu fit oppilatio omnimoda tracheæ arteriæ suppositæ uuulæ, ut compressione dia-
phragmatis, spiritus qui est in fistulis pulmonis, non possit sursum per os exire, sed trāsmittatur ad cor,
& a corde ad uenas, & inde ad pelles cerebri, & spinalis medullæ: a quibus nouissime transmittitur ad
neruos: quorum tensio uires corporis efficit. tenduntur autem, modico spiritu eos subintrante & in-
flante. Pulmo autem est immobilis secundum seipsum, & insensibilis, quemadmodum & ipsa trachea
arteria. Vnde & in peripneumonia non sentitur dolor, sed grauitas sola. Mouetur autem pulmo cum
diaphragmate, eo quòd colligantiam habet ad ipsum quibusdam pelliculis: & insuper ex eo, quia dila
tatione diaphragmatis, maior existit capacitas inter diaphragma, quam necesse est impleri ex aere in-
spirando, & inflante fistulas pulmonis, quæ intra diaphragma continentur. Quæritur autem de motu
diaphragmatis, utrum sit uoluntarius. Si enim est uoluntarius, quo modo igitur fit in dormiente? si
autem non est uoluntarius, quo modo ergo potest uoluntarie retineri? nam & quidam leguntur tan-
diu continuisse, donec extincti sunt. Dico autem motum diaphragmatis uoluntarium esse, fieri qui-
dem uoluntarie per neruos, nihilo minus etiam fieri propter aliam causam. nam cum calor continue
effluat a corde, necesse est continue influere aerem ad cor, qui inflat pulmonem. & propter hoc totū
B diaphragma, pro eo quòd pulmone inflato necesse est capacitatem diaphragmatis augmentari. Non
solum autem inflatio pulmonis, quæ fit ab aere inspirato, causa est ut diaphragma dilatetur: immo etiā,
quia aer inspiratus transit a pulmone per cor ad uenas diaphragmatis, procedentes a corde, in quo
est origo uenarum omnium, non solum pulsantium, immo etiam & aliarum, ut alibi ostenditur. Non so
lum autem uenæ diaphragmatis inflantur spiritu, immo etiam aliæ uenæ remotiores a corde, ut in for-
ti conatu est uidere. nam & uenas pellium cerebri ab eadem causa accidit inflari, ut apparet in haben-
tibus fractum cranium, si anhelitum contineant. nam & spiritus, qui neruos subintrat, procedit a cor-
de ad neruos per intermedias uenas: quod probatur ex eo, quòd quibusdam uenis colli compressis
fit homo absque omni sensu & motu. Non solum autem pulmo ministrat cordi aerem ad nutrimentū
caloris uitalis, immo etiam communit & conseruat calorem, qui est in corde: cuius simile est in cinere
uidere, qui superponitur igni ad conseruandum ipsum. Habet autem pulmo quemadmodum & cinis
plurimam raritatem, per quam habet ignis moderatam respirationem, & moderatam aeris influxio-
nem. fitq; inspiratio, & respiratio per fistulas procedentes a trachea arteria, ad cor terminatas, quæ
sunt in pelle circuntegente pulmonem. Manifestum est enim, quòd ad conseruationem ignis necessa
rius est aer. non ut quidam putant propter refrigerationem, sed nutrimenti causa. est enim aer nutri-
C mentum ignis. omne autem nutrimentum, simile fit ei, cuius est nutrimētum. aer enim influens per po-
ros cineris, ignitur, ad restaurationem euaporationis ignis. aer enim per digestionem fit ignis. Dige-
stionem uoco separationem ignearum aeris partium ab alijs partibus. est enim aer corpus dissimilium
partium, habens caliditatis & frigiditatis particulas in se ipso. unde nec aer est elementum. sed sicut ali
bi ostensum est, duo tantum sunt elementa: calidum & frigidum. Dico etiam quòd ex aere fit aqua, eua
poratione ignearum partium. nam cum omnium fluminum origo fit a montibus, dicit Aristoteles non
solum uapores aqueos ascendere inferne per uenas quasdam ad crepidinem montium, & inde distil-
lare, sed etiam in ipsis uenis montium aerem per frigiditatem in aquam conuerti. Manifestum etiam
quòd nec aqua est elementum, nec aer. fit enim ex aqua glacies, expressione aeris, qui in ea erat. unde
minor est glacies quàm fuerit aqua, propter aeris eductionem. nam & omne metallum maius fit si li-
quefiat quàm fuerit prius. ignis enim subintrans liquefacit aquam, quæ in poris metalli congelata
est. Sunt autem pori in metallo adeo angusti, ut non possit aer, sed solum ignis subintrare. Rursus autē
oportet scire, in omni nutritione id quod nutritur, attrahere & congregare particulas sibi similes, quæ
disseminatæ sunt in eo, a quo fit nutrimentum, pro eo quòd naturaliter simile ad suum simile tendit. Fit
autem digestio nutrimenti per calorem, pro eo quòd calor, ut ait Aristo. aggregat similia, & disgregat
D dissimilia. Quemadmodum enim in uentilatione adunatur per commotionem granum seorsum a pa-
lea: ita etiam similiter in nutrimento fit per calorem commotio omnium partium: & in ipsa commo-
tione similiter in nutrimento similium ad se inuicem adunatio. Facit autem calidum commotionem,
pro eo quòd in continuo motu est, ut est uidere in aqua bulliente. Amplius autem calor inspissat nu-
trimentum, dum continua sua euaporatione partes aqueas secum trahit. Deinceps autem oportet sci
re solum diaphragma esse principale instrumentum respirationis, pulmonem autem fistulis plenū reci
pere multitudinem inspirati aeris in fistulis suis. & ob hoc receptaculum spiritus appellatur. Subintrā-
te igitur aere inflatur pulmo, & rursus paulatim detumescit, aere paulatim transmisso ad cor, ad nutri-
mentum caloris qui est in corde. unde quia colligitur multus aer in pulmone, qui sufficit aliquandiu ad
nutrimentum caloris cordis: inde est quòd aliquis potest aliquando absque spiratione perdurare, &
aliquando absque interpolatione uocem protrahere. Insuper autem & aer breui aliquando tempo-
re permanens in pulmone calido existente, ibiq; digestus efficitur competentius nutrimentum calo-
ris cordis. Dicit enim Aristo. quòd pisces, qui branchias loco pulmonis habent, attrahunt interius
aquam, ad refrigerandum calorem uitalem cordis. (Dico autem calorem uitalem nutrimento indige
re, non autem refrigeratione. nutrimentum uero ignis nullatenus est aqua, sed aer.) sunt enim in præ-
dictis piscibus pori quidem branchiarum ad cor adeo subtiles, q̃ non capiunt nisi aerem solum, per

quos

quos transit aer qui est aquæ commistus. Dicit autem Aristoteles aerem non esse intra aquam, persua- B
dens hoc ex eo, ꝙ cum aer leuior sit, aquæ supernatat, non autem admiscetur ipsi. Est autem sibijpsi cõ
trarius, cum alibi dicat glaciem fieri ex aqua per expressionem aeris qui est in ea. Verum pisces pul-
monem habentes multo plus habent caloris, quàm cæteri pisces, ut Delphini, & Phoca & Canis, &
Cete omnia, & similia. Quoniam igitur multus calor qui est in eis multo indiget aere ad sui nutrimen
tum, inde est ꝙ spirant extra aquam. Scire autem oportet, ꝙ trachea arteria ueniens ad pulmonem, fa
cit circa eum pellem plenam fistulis pluribus ac subtilibus, quæ terminantur ad uentrem sinistrũ cor-
dis. habentq; foramina subtilissima, per quæ capiunt aerem solum, non autem sanguinem. fitque per
hæc foramina spiratio aeris ad sinistrum uentrem cordis. Sanguis autem qui est in sinistro uentre
cordis, non potest per ea effluere, propter earum angustiam. Amplius autem uena & arteria proce-
dentes a duobus uentribus cordis, perueniunt ad pulmonem, & faciunt circa eum pelles duas, ple-
nas uenis & arterijs pluribus ac subtilibus. Quoniam autem in conatu fit * conclusio spiritus, non so-
lum in fistulis pulmonis, sed etiam in uenis & neruis: contingit quandoque terminos uenarũ ex mul- [* alias concul catio.]
to spiritu dilatari, spirituq; exeunte trahere secum sanguinem. estq; sanguis hoc modo exiens spumo-
sus, propter spiritum sibi admistum: Accidit etiam eadem causa sudorem exire per poros corporis. Est
autem sudor, sanguini aqua admista. Pori uero sunt uenæ subtilissimæ, quæ a crassis uenis procedunt. F
Contingit autem poros ex multo aut feruido spiritu usque adeo dilatari, ut etiam exeat sanguis per
eos, fiatq; sudor sanguineus. Miror autem plurimum super eo quod dicit Arist. se uidisse poros cordis
in pulmone, per quos fit aeris inspiratio & expiratio: cum sint imperceptibiles propter sui paruitatẽ,
quemadmodum & pori uesicæ, per quos ingreditur urina, maxime cum per frigiditatem obstruan-
tur huiusmodi pori in mortuo animali. Dicit enim tres esse uentres cordis: cum sit patens uisui esse
tantum duos. ab uno enim procedit magna uena, & ab alio magna arteria. in paruis etiam animali-
bus unum tantum esse, a quo procedit magna arteria. Postmodum autem scire oportet, quòd pulmo,
cum sit spongiosus & calidus, habet uim attractiuam. attrahitq; aerem ad se, ad refrigerandum cali-
dum cordis quemadmodum uentosa igne intromisso. exit enim ignis per poros uentosæ, & necesse est
aerem subingredi. Idem quoque est uidere in hepate, quod spongiosum est & calidum. attrahitque
succum cibi ab intestinis per medias uenulas cuiusdam pellis, quæ media est per intestina & conca-
uam uenam hepatis, & continuata est utrisque. dicuntur autem uenulæ illæ mesaraicæ, siue mesente-
ricæ: pellis in qua sunt, mesenterium, siue mesaræum appellatur, & protenditur a medio uentre per
intestina. Dicit enim Arist. mesenterium uicem radicis obtinere. sicut enim radix attrahit nutrimen
tum a terra, ita & mesenterium ab intestinis nutrimentum corporis animalis. Cor etiam, in cuius con G
cauitate plurimus est calor continue effluens, attrahit continue a fistulis pulmonis. attrahit etiam suc-
cum cibi a concaua uena hepatis. quia ut ait Aristo. in corde perfecte digestus sanguis fit. Rursus autẽ
cor attrahit ab intestinis succum cibi aliunde quàm per hepar, idest per mediã arteriam. arteria enim
quæ protenditur a corde per dorsum, & coniungitur mesenterio, non transit per hepar, cum dicat Ari-
sto. in hepate nulla est omnino arteria. Est autem sanguis arteriæ liquidior quàm uenæ. & præ nimia
sui aquositate non coagulatur, quemadmodum sanguis qui est in uena. Huius autem hæc est causa, ꝙ
hepar uenæ superpositum maximam habet uim attrahendi, attrahitq; succum cibi multum ac spissum
ab intestinis. Ideoque in uena multus est sanguis ac spissus, qui cito coagulatur euaporante aqua.
e contrario uero sanguis arteriæ modicus est & aquosus, pro eo quòd arteria habet uim attrahendi
debilem ex solo proprio calore, & etiam ex corde. Dicit enim Arist. quòd in quibusdam animalibus
sanguis ipsius uenæ liquidus est, & non potest coagulari, ut in ceruo, & lepore, suntque huiusmodi ani
malia timida, pro eo ꝙ habent sanguinem frigidum & aquosum. rursus autem quædam animalia ha-
bent sanguinem ualde spissum ac terrestrem, qui coagulatur statim, ut taurus. cuius etiam sanguis ue-
nenosus est. Et huiusmodi quidem animalia habent pinguedinem quandam terrestrem, quæ sepum
dicitur. & sunt plurimum ossuosa. & sunt etiam calida & audacia. nam sanguis terrestris plurimum ca- H
lidus est, pro eo ꝙ est receptaculum amoris. sed prius * contingit calorem in eis egisse, ut est uidere in [* alias si prius contigerit.]
calce, & cinere, similiter & sale. nam sal genus terræ est. estq; sal terra incensa. quod probat Arist. ex
eo, quòd quibusdam calamis incensis & incineratis fit sal, si mistus fuerit aquæ, & eadem aqua bulliat
ad ignem. uinum etiam quanto fortius est, tanto terrestrius est. quod probatur ex eo, ꝙ quanto for-
tius est, tanto ponderis plus habet, adeo etiam ꝙ supernatat * oleum in eo. Amplius autem uinum, &
liquores alij uarios sapores habent ex terra sibi admista. unde in quadam regione uinum suspensum [* alias ouum.]
ad ignem in utribus, indurescit in modum salis, euaporante aqua. Dicit etiam Aristo. ꝙ in sanguine
spisso inueniuntur neruuli quidam. & quanto spissior est sanguis, tanto plures insunt. In liquido autem
sanguine nulli possunt inueniri. Dicit etiam Arist. quòd homines liquidioris sanguinis, sunt timidi,
sed boni sensus: ex eo ꝙ molles carnes habent, suntq; passibilia maxime in eis instrumenta sensus. Vi-
dendum autem est deinceps, utrum aliquis meatus sit a uena ad arteriam. quod quidem probatur ex
eo, quòd si scinditur uena aut arteria, effluit omnis sanguis, tam qui est in uenis, quàm qui est in arte-
rijs. Quæritur autem quo modo sanguis intret arteriam, si uerum est, ut plurimi putant, totum succum
cibi ex quo fit sanguis transire ad uenam hepatis. Aiunt igitur quidam, quòd cum uena & arteria ha-
beant in corpore parietem communem fistulas quasdam habentem, sunt quidem in medio illarum
fistularum

A fistularum quidam meatus angusti, per quos excolatur sanguis. & meatus illi in mortuo animali non
apparent, quoniam per frigiditatem sunt obstructi. Dico etiam mesaraicum, per quod transit suc-
cus cibi ab intestinis per totum corpus, non solum continuari uenis hepatis, immo etiam arteriæ cui-
dam procedenti a dorso, & non transeunti per hepar, sicut testantur omnes qui de anatomia scripse-
runt: ex quo manifestum est, succum cibi non omnino transmitti ad uenam hepatis, immo etiam par
tim ad arteriam. Amplius autem uena & arteria simul in toto corpore sunt, prætet quàm ur ait Arist.
in hepate & splene. iunguntur que adinuicem quibusdam pelliculis, in quibus sunt uenulæ subtiles, per
quas ab arteria ad uenam excolatur liquidus sanguis. Scire etiam oportet quòd non solum a uena he-
patis, immo etiam ab arteria sunr meatus quidam ad renes. Dico autem quòd ab omnibus uenis
& arterijs corporis mittitur urina, quemadmodum & sudor. nam quemadmodum urina, ita quoque
sudor nihil aliud est quàm aqua sanguini admista. Dico etiam quòd quemadmodũ hepar, ita quo-
que & splen attrahit succum cibi ab intestinis per medium mesenterium, cui continuata est uena sple
nis, quemadmodum & hepatis uena. unde splen, ur ait Aristo. recte hepar, sinistrum potest appellari.
Item a corde protenditur uena ad splenem, quemadmodum ad hepar, per quam cor attrahit sibi suc-
cum cibi a splene, quemadmodum ab hepate. In splene autem ut ait Arist. nulla est arteria, quemad-
B modum nec in hepate. Dico autem ꝙ in curuatura hepatis & splenis inueniuntur tam arteriæ quàm
uenæ, in gibbo autem hepatis solæ inueniuntur uenæ quæ conueniunt ad cauam uenam. in gibbo ue-
ro splenis nec uena est nec arteria. Miror autem quamplurimos antiquorum ignorasse usum sple-
nis in corpore humano. alios autem opinatos nosse penitus errasse. solus ueto Aristo. in libro de par-
ticulis animalium diligenter supra hoc scripsit, qui fuit uerus solus ueritatis ostensor.

GALENO ASCRIPTUS LIBER, CUI TITULUS EST COMPENDIUM PULSUUM.

CENSURA.

Liber ieiunus, sed non omnino reijciendus.

C HOC est quod de pulsibus forte Aegimium possibile est competentem modũ
circuit. Primum autem aiunt egenum antiquum de pulsibus. item non de
pulsibus hoc intitulasse: sed de palmon. i. de saltibus. ignorauit enim nr decẽs
hic uir, quæ existat differentia pulsus & palmi, idest saltus, sicut deinceps ostẽ
demus, primum dicentes quid sit * pulsus.

De definitione pulsus.

Pulsus igitur est diastole. i. dilatatio, & systole. i. constrictio cordis, & arteria-
rum: solæ enim hæ eorum, quæ in nobis, pulsuali motu mouentur. Alia uero,
quæcunque uidentur, & ipso pulsualiter moueri, ut meninges, quæ circa cerebrum sunt in pueris uisæ,
secundum participationem arteriarum mouentur, circa quas particulas fit palmos, idest saltus, & tre-
mor, & spasmus.

De his, quæ pulsui simulantur.

Similia uero pulsui sunt, & palmos. i. saltus, & spasmus, & tremor: etenim & hæc uidentur quibusdã
ita fieri, sicut & pulsus, ex diastole & systole. Differentia uero in eis existit plurima. Igitur Praxagoras
quidem existimauit hæc ad se inuicem differre quantitate, non adhuc autem qualitate: fieri autem ex
D pulsu, qui magis eo circa motum extenso, palmon. i. saltum: ex palmo uero, tremorem: & hoc quidem
Praxagoras uir non liber neq; in his, quæ secundum medicinã sunt contemplationibus, neque in alijs
secularibus. Herophilus uero diligentius insistens huic loco, in qualitate magis eas differentias inue-
nit. fieri enim pulsum circa arterias solas, & cor: palmon autem. i. saltum & spasmum, circa musculos
& neruos: & pulsum similiter generari cum animali, & mori cum eo. Fit autem pulsus ita, quando cor
attraxerit ex pulmone spiritum, primum quidem eum suscipit in sinistrum suum uentriculum: demum
super concidens, deinde ipsis arterijs præbet. Contingit igitur in concisione, repletis his, quæ in cor-
pore sunt, artetijs pulsum perfici: euacuatis autem, systolen. Igitur arteriæ quidem, sicut dixi reple-
tæ cursum perficiunt, assumentes spiritum: cor autem euacuatum, sicur deinceps demonstrauimus. Pro
prium igitur terminum. i. definitionem dedimus eius, pulsum dicentes esse diastolen, & systolen cor-
dis, & arteriarum.

Unde constet pulsus.

Consistit autem pulsus ex diastole & systole: quia uero impari, & eodem tempore & cor, & arteriæ
pulsum perficiunt, & propterea existimant fere omnes quod repletis utrisque similirer fiat, uolo repræ
sentare eorum errorem. Nam quod quidem impari tempore ex arterijs & corde pulsum, qui fit, assu-
mimus, manifestum est: quod autem arterijs quidem repletis, corde uero euacuato hoc fiat, uolebã

remittere

remittere eos,qui uolunt discere, ad anatomiam.i.ad incisionem: ut autem non uideat inuidus esse, & E liuorem habere,paucis repræsentabo.Corpus cordis.i.substantia,pinea forma existit:& ampla quidẽ pars eius,in qua sunt ora uentriculorum eius,pulmoni unitur,& in medio quatuor fibrarum iacet: una enim fibra breuissima reliquarum existens,tertium thoracis spatium repleuit. Acuta uero pars eius, & oblonga secundum sursum cum pectore non ut sit continua sicut est basis eius pulmoni, sed est absoluta. Continetur autem undique cor membrano, quod uocatur pericardion.i.circa cor. Hoc autem non solum pulmoni unitum esse inuenies a latioribus,sed & pectori in illis partibus, in quibus diximus cordis acutum absolutum iacere. Contingit autem ita, quandoquidem ex pulmone attraxerit spiritum,repletum undique ipsum ad latera incedere,& multum spiritum a pectore auferre. Quando uero rursum euacuabitur cor,& euacuatum in naturalem figuram recurrerit, tunc prosilit pectori, & percussionem facit,& ita concidens pulsum perficit.

De differentijs naturalium pulsuum sequentium ætatem.

His autem ita habentibus, dicemus prius differentias naturalium unamquanque ætatum sequentium pulsuum,demum eas, quæ sunt in febribus,& postea pulsus,qui inueniuntur secundum passionẽ. In fine uero,pulsus qui ablati sunt denominati. F

De pulsu puerorum nouiter genitorum.

Igitur modo genitorum pulsus puerorum existit breuis omnino, & indeterminatus, & in diastole & systole:hunc pulsum Herophilus alogon, idest irrationalem consistere ait. Irrationalem uero uocat pulsum eum,qui non habet aliquam analogiam,idest proportionem. neque enim duplicem, neque hemioliam, neque aliam quandam rationem habet hic, sed breuis est omnino, & magnitudine puncturæ acus nobis aduenit: ideo & primum Herophilus alogon, idest irrationalem eum competenter dixit.

De pulsu crescentium.

Procedente uero ætate,& corpore in augmentationem ueniente,& ad rationem,& pulsus augetur ad rationem,diastolen latiorem systole accipiens:quando de reliquo est eis logon,idest rationem adæquare ad demõstrationem eius,quæ ex grammatica manuductionis.Nam primus quidem pulsus, qui in modo genitis pueris inuenitur,rhythmum.i.tenorem eum,qui breuis syllabæ existit, etiam in diastole & systole habet:& propterea ditonus intelligitur: pulsus autem eorum, qui apud augmentationem sunt, proportionalis est pedi,qui apud eos theo.est autem hic tritonus,diastolen quidem in duo tempora accipiens:in unum uero systolen. Pulsus uero eorum,qui in statu ætate sunt, in utrisque par G existit,ut in diastole & systole,comparatus pedi uocato spondeo,qui utiq; dissyllaborum pedum longissimus est.constat igitur ex temporibus quatuor: hunc pulsum Herophilus per paria uocat his qui pedi. Declinantium uero firme iam senum pulsus, & ipse ex tribus componitur temporibus, diastole duplo systolen accipiens longiorem.Et hi quidem sunt pulsus,qui secundum latitudinem ætates in sanis sequuntur. Deinceps autem sunt in febricitantibus.

De pulsu in febribus.

Eorum qui incipiunt febrire, pulsus paruus omnino est, & subintrans, persecutionem patiens in utrisque & in diastole,& systole, ut ferme quandoque & uix incidat tactui: in superadditione uero secundum parum adauget, diastolen,& systolen accipiens, & maiorem,& prolixiorem, propter spiritus ascensionem:in statu uero in utrisque par existit,& in systole & diastole,ceu & febri parilitatem accipiente:in descensione uero, systolen quidem diastole accipit prolixiorem. Calor uero in * uentre, superabundat magis,quàm in extremis:quia in primis quidem fere uniuersus calor in medijs superabundat,ut multoties & infrigidari contingat extrema. Quando autem sunt in superadditionibus:circa media quidem amplior est calor,in extremitatibus uero paucior. Statum autem accipiente febri, & calor pariter inuenitur in extremitatibus,& in medijs.Et hi quidem sunt,qui secundum latitudinem sequuntur febrientes pulsus. H

*alias mediis.

De pulsibus passionum in generali.

Pulsibus autem,qui secundum passiones fiunt multis & diuersis existentibus,& de his pulsibus, qui in acutis passionibus sequuntur dicemus.

De pulsu phreniticorum.

Phreniticorum uero pulsus breuis,& erroneus, & non bene robustus, propterea quod continue spiritus a uigilijs motus superaccidit tactui,ac si accideret motus ab arcu tensi nerui,& chordæ: & omnino minimis periculis manuum nostrarum superaccideret,idest occurrerit.

De pulsu lethargicorum.

Lethargicorum uero pulsus est magnus & uacuus secundum longitudinem & latitudinẽ, nobis superaccidens profundo* intellectu:quare & quidã præsumpserunt dicere pulsum incorporeum.

*alias intellecto.

De pulsu cardiacorum.

Cardiacorum uero pulsus est,minor qui finaliter est pulsu phreniticorum: robustior uero, & quasi morosior,ut & alijs partibus subaccidat,idest sentiatur tactu:hoc autem fit spiritu,quandoque quidem remissionem accipiente,& retentionem,quandoque uero intensionem.

A *De pulſu pleuriticorum.*

Pleuriticorum,& peripneumonicorum pulſuum, in paucis quidem eſt differentia:ſolum autem his, qui ualde empirici,ideſt exercitati,ſeu experimentati ſunt, comprehenſibilis eſt: acutus enim & uehemens,quàm plurimum inuenitur:& immiſſiones inæqualiter multoties faciens.

De pulſu epilepticorum.

Epilepticorum uero,eorum quidem,qui fiunt ſine ſpaſmo & contractione particularum, pulſus eſt magnus & diacenus ideſt uacuus,& continuus,& fugatus,perſecutionem patiens,quamplurimum: & hi quidem ſunt pulſus,qui ſecundum hanc paſſionem,ſecundum plurimum aſſequuntur, ſimiles pulſui lethargicorum.Eorum autem,qui fiunt cum ſpaſmis,pulſus eſt magnus,& diacenus,ideſt uacuus.

De nominibus pulſuum.

Sciendum autem,quod omnis pulſus conſiſtit ex magnitudine,& uelocitate,& plenitudine,& rhythmo,& tenore.Et magnus eſt ſecundum longitudinem,& latitudinem,& profundum, digna ratione tactui accidens.Plenus autem,eſt uehemens,& quaſi neruiter tactum percutiens.Eurhythmos autem, ideſt bene tenoratus pulſus,qui in unaquaque ætate naturalem conſequentiam ſeruat. Dicitur autem hic pulſus eurhythmus. Pararhythmus uero eſt,qui cito deſilit a manu.Velocitas autem a ſpiſſitudine
B differt.nam uelocitas quidem ſecundum unam poterit arteriæ intelligi percuſſionem, ſpiſſitudo uero ſecundum plures.Ita denique dicimus quidem uelocem eum,qui in paruo tempore longitudinem explet:Spiſſum autem,qui continue per eundem locum deuenit.

De generibus pulſuum.

Genera pulſuum ſecundum quietem ſpiſſitudo,& raritas:in quo uelocitas & tarditas:ſecundum totum robur,id eſt tenſionem,uehementia & amy drotes,id eſt obſcuritas, ſecundum corpus arteriæ,durities & mollities.igitur hi quidem ita.

De nominibus ſecundum antiquos quorundam pulſuum.

Deinceps autem de his pulſibus qui a ueteribus ſcripti ſunt,& neceſſarij maxime ſunt & in quiete exiſtunt dicamus.Dicitur quis pulſus myurizon id eſt muris modo caudatus.cuius ſunt rurſus duæ differentiæ. hic quidem nanque attritis digitis magnus & uehemens,demum eas quæ deinceps ſunt diaſtoles longiores accipiens:in fine rurſus & citus & magnus & uehemens ſentitur. Alius uero paruus ſentitur, † & eas quæ deinceps ſunt immiſſiones magnas operans, rurſus & citus & paruus accidit.hic pulſus quidem quandoque inuenitur & ſanos naturaliter aſſequens, quando uero inuentus fuerit in ægrotantibus in paruitate ſuperabundans,eos qui debent abire perindicat. Qui uero in magnitudine,

† al. accidens.

C eos qui in lethargum.dicitur pulſus & parempiptó id eſt intercidens,quando plures diaſtolas et ſyſtolas operari dimiſerit,ſecundam diaſtolen ſpiſſiorem attulerit. hic pulſus quidem quandoque ſequitur & ſanos, quando uero in ægrotantibus inuentus fuerit, nihil rationale ſignificat. Dicitur quidem pulſus dicrotus,quando diſtans arteria maiorem unam diaſtolen,alteram attulerit breuiorem. hic pulſus fit in ſanis quidem,a curſibus,uel exercitijs,uel aliud quid cito nobis operantibus.in ægrotantibus uero manibus,maxime febrientium inuenitur. Dicitur autem pulſus & dorcadizon,quando magnus prius accidens,mox breuis accidit,ut putetur antequàm ſyſtolem faciat finaliter,arteria rurſus dilatari.hic pulſus inuenitur magis in ægritudinibus quæ ſunt circa thoracem. Dicitur pulſus myrmecizon. hic autem eſt qui continue & ſubtiliter diaſtolen facit,ut uideatur myrmecos id eſt formicæ in manu fieri deambulatio.fere ex omnibus deficiendo inuenitur.Vltimus uero omnium eorum & breuiſſimus eſt qui uocatur ſcolecizon id eſt uermiculans.hic uero ita paruus,& languidus,& amydros ideſt obſcurus exiſtit,quòd formiculante & breuiſſimo penitus exiſteate intelligatur diaſtole & ſyſtole.in hoc autem nequaquam,ſed uelut deſinentia ſolum & reuolutio ſpiritus in arterijs perficitur in eo.

D

GALENI DE VRINIS

Ioſepho Struthio Polono Interprete.

Quæ primæ ſint vrinarum differentiæ. Cap. I.

VRINARVM differentiæ multæ quidem particulatim exiſtunt:primæ tamē ac præcipuę ſunt duæ, humor ſcilicet & ea quæ humori inhærent.Humorem autem uoco id quod re ipſa urina eſt: inhærētia uero ea quæ diuerſa a ſuperfluitate humorali in urina apparent.Rurſus uero humoris ipſius differentię in totidem ſecantur partes, duæ ſiquidem ſunt,ſubſtantia nempe,& color. Vtrunq; autem horum in diuerſa partiri licet: ſubſtantia enim alia eſt tenuis,alia groſſa,alia mediocris.Eam uero quæ mediocris eſt, cum ſecundum naturam ſe habeat,diuidere non licet. Ceterum tenuis & groſſa bifariam diuiditur: urina enim tenuis, aut mingitur tenuis, & permanet tenuis: aut mingitur tenuis, ſed turbatur tandem, & efficitur groſſa.

Quid indicet urina quæ mingitur tenuis & manet tenuis: quæ mingitur tenuis ſed turbatur. Cap. 2. E

PRior quidem extremam indicat cruditatem, natura enim nondum coctionem incipit: altera autẽ quæ ex tenui reddita eſt turbida, indicat naturam iam primo aggreſſam eſſe coctionem. Et tenuis quidem urina ita diuiditur, idque quod diximus ſignificat.

Quid ſignificet, quæ mingitur groſſa & permanet groſſa, & quæ mingitur groſſa, ſed redditur clara. Cap. 3.

AT groſſa ſimili modo aut mingitur groſſa & permanet groſſa, aut mingitur groſſa ſed redditur tenuis: prior quidem indicat uigorem agitationis, quæ eſt in humoribus groſſis & flatuoſis, cum qua adeſt uel affuturus eſt dolor capitis, propter conturbationem ac euaporationem humorum. Altera autem [ceſſare] ebullitionem groſſorum humorum, ſed tamen naturam incipere ſecretiorem eorũ indicat. Et hæ quidem ſunt humoris, quo ad ſubſtantiam, differentiæ.

Vrinarum differentia a colore. Cap. 4.

CVm uero in priore partitione mentionem etiam fecimus differentiarum, quæ a coloribus capiũtur, iam deinceps eas exponamus. Prima igitur eſt urina alba, hanc ſequitur pallida, deinceps F rufa, quarta eſt flaua, poſt hanc rubra, ultimo nigra. Et extremæ quidem ſunt duæ, alba & nigra: reliquæ autem mediæ inter has. Eſt igitur pallida proxima albæ: rufa autem longius diſtat ab alba, propior pallida: e diuerſo autem rubea proxima eſt nigræ, longiſſime diſtans a rufo & pallido. Flaua aũt peculiarem ac propriam habet miſtionem, ita ut gemini coloris eſſe uideatur, partim rufi, partim rubei. †[Quare in libro de Criſibus non abs re huiuſmodi urinam ad ſplendorem uergere diximus:] ſplẽdorem enim a rufo, nitorem autem a rubeo accipit. Ergo ordine quodam mutuo a ſe inuicem urinæ hæ coloribus differunt, alba, pallida, rufa, flaua, rubea, nigra. Fit autem pallida, cum modicum cholerae, ſeroſæ humiditati accedit: rufa autem fit, quando plus choleræ additur: rubea fit à ſanguine: nigra uero a nimia exuſtione, & ab alijs cauſis, ut paulo poſt dicetur. Alba autem indicat extremam cruditatẽ [ac deſperatam coctionem.] Hæ igitur ſunt urinæ, quatenus humor eſt, ſimplices differentiæ in ſubſtantia & colore. Reliquum eſt, ut complicatas connexaſq; dicamus, quales ſcilicet ſint, quæ deinceps ſimul connecti poſſunt, quæ item non poſſunt, &, ſi connectantur, quid ſignificent.

†Quare & in libro de criſibus ſplendẽtẽ ipſam appellauit Galenus: iure. n. ſplendet.

De tenui & alba urina. Cap. 5.

A. l. 1. ſ. a. d. 3. c. a. p. 98. C.

SIt igitur urina quo ad ſubſtantiam ſuam minime cocta, talis uero eſt tenuis: cui ita permanenti tenui, annectatur color exquiſite albus, ut ſit ea urina tenuis & alba: hæc multa ſignificat. Aut enim G imbecillitatem uirtutis oſtendit, ſicut in ſenibus, & in morbis diuturnis, in quibus ut plurimum apparent urinæ tenues & albæ. Tales etiam in non nullis, qui natura imbecilles uires habent, uidentur. Interdũ ſignificat obſtructionem renum, quod cognoſcetur ex dolore loci affecti: aut obſtructionem hepatis, ut in ijs, qui quartanis affliguntur febribus. Groſſitie enim ſua melancholici humores obſtruentes uias, ſolent huiuſmodi urinas efficere. Indicant uero tales urinæ & aliud diuerſum ac ſummum malum. Si enim in cauſonide, & urente febre appareat urina tenuis & alba, ſignificat phrenitim. Cũ enim febris ipſa urens indicium faciat plenitudinis & abundantiæ billioſi humoris, urina uero non tingitur, manifeſtum eſt, ꝙ bilioſus humor non retinetur in uaſis, ſed leuitate ſua cerebrum inſilit. Si quidem igitur nondum adeſt phrenitis, urina exiſtente tenui & alba, febre uero cauſonide, prædicimus phrenitim futuram: ſi uero adeſt phrenitis, urina uero eiuſmodi eſt, prædicimus mortem ut plurimum. Neque enim poterit uirtus cerebri ſeruari, cui ingruit tantus acutæ mordaciſq; choleræ impetus. Hæc igitur ſignificat urina tenuis & alba.

Quid ſignificet tenuis & pallida. Cap. 6.

SIt iterum urina, quo ad ſubſtantiam, cruda, id eſt tenuis: quo ad colorem autẽ, modice cocta, †[quæ ſit tenuis &] pallida: talis debilitatẽ uirtutis ſignificat. †[Quamuis. n. urinæ, quo ad colorem, facile H coctionem habeant, longe tamen eſt deterius incoctam eſſe, quo ad ſubſtantiam.

†ut ſit.

†Quo ad colorẽ. n. cõcoxit, quippe cũ hoc facilius fit: quo ad ſubſtãtiam uero nõdũ concoxit, ꝑpea, quòd hoc difficilius eſt.

Quid indicet tenuis & rufa. Cap. 7.

SIt urina tenuis, cui annectatur color rufus: talis melior quidem eſt priore, eſt tamen cruda, quo ad ſubſtantiam.

Quid indicet tenuis & flaua. Cap. 8.

SIt urina tenuis & flaua: hæc non ſolum malam coctionem indicat, ſed etiam defectum alimenti: id quod in iuuene ieiuno reperitur. Interdum oſtendit calorem multum in profundo, bilioſum ſuccum gignere: id quod in febre tertiana, indicat & uigilias, ac animi perturbationes. Hæc omnia flaua urina efficit.

Quid ſignificet tenuis & rubea. Cap. 9.

PRoponatur iterum urina, quo ad ſubſtantiam, male cocta, tenuis, rubea: talis nunquam reperitur. Si enim rubeus color in urina a ſanguine fit, ſanguis uero a perfecta coctione, coctio autem ſubſtantiam ingroſſat, manifeſtum eſt, quòd rubedo in urina cum tenuitate conſiſtere non poteſt. Quod ſi aliquando reperiatur tenuis urina cum rubore, color ille exquiſite rubeus non eſt, ſed eſt quiddam †[cruentum ſimile ſanguini:]

†ichoroides.

A.l.1.f.2.d.3. c.2.p.97.A.

A

Tenuis nigra. Cap. 10.

VLtima autem est connexio tenuis & nigri: hæc etiam nunquam reperitur. Color enim niger fit, propterea quòd melancholicus humor per urinas purgatur: aut fit a frigiditate nimia, aut a nimia sanguinis adustione: hæc nero tria grossitiem sibi uendicant.

Quo modo tenue cum nigro non potest consistere. Cap. 11.

† melancholiæ morbi.

* materiam. * chymati.

QVod autem tres, quas diximus, urinæ nigræ differentiæ, grossam sibi substantiam uendicent, manifestum est. In remissione enim febris quartanæ, & solutione † [melancholici humoris,] urinæ apparent nigræ. Redduntur autem nigræ, propterea quòd humor nigræ bilis per has expurgetur, qui sua substantia terreus est & grossus: quare & urinas efficit grossas. Simili modo & hæ urinæ, quæ ex assatione adustioneque sanguinis nigræ fiunt, grossas esse oportet. Vstio enim nimia exiccat humiditatem sanguinis: unde constat, quòd etiam grossam efficit eius substantiam: quare manifestũ est, quòd & urinæ grossæ fient: a sanguine enim & coloris immutationem accipiunt, & substantiæ usti sanguinis grossitiam referunt. Frigiditas uero, quia ingrossat * alimentum, etiam urinæ substantiam faciet * alimento similem: ita igitur urinæ fiunt grossæ, ut docui.

Grossa alba. Cap. 12.

B ET de connexione substantiæ tenuis cum diuersis urinæ coloribus, hæc, quæ diximus, sufficiant: superest, ut de altera substantiæ differentia disseramus. Sit igitur urina grossa, cui ita permanẽti grossæ color albus accedat: talis urina maximam esse in corpore crudorum humorum copiam indicat.

Grossa rufa, grossa flaua, grossa pallida. Cap. 13.

PRoponatur grossa & pallida, hæc non potest in connexionem uenire. Neq; etiam grossa & rufa, neque grossa & flaua, simul consistere possunt: colores enim hi propter defectum materiæ fiunt ac debilitatem uirtutis: grossa autem a contrarijs fit causis: quare manifestum est, quod rufa, aut pallida, aut flaua, simul cum grossa permanere nequeunt.

Grossa rubea. Cap. 14.

A. ibidem. c. 10. B.

SIt urina grossa & rubea, (huiusmodi enim urina reperitur) significat plenitudinem sanguinis, ut fit in synochis febribus.

Grossa nigra. Cap. 15.

† melãcholiæ morbi.

SIt grossa urina & nigra, talis etiam reperitur, & significat euacuationem humoris melancholici: id quod multoties fit in declinatione quartanarum, & alias in solutione † [melancholici humoris.]

C De urinis uero nigris, quæ fiunt aut ab adustione, aut a frigiditate, postea dicemus. Et hæ quidem sunt grossi cum ijs, quos diximus, coloribus connexiones. Iam uero incipiamus agere de ijs, quæ inhærentia uocauimus.

De eo, quod residet ab urina, & est album, planum, inæquale. Cap. 16.

† Hæc nõ sunt i ipressis cod. græcis.

ESto igitur primum in ordine eorum, quæ dicturi sumus † [id quod residet, (quod sedimentum uocemus)] album, supremum locum occupans, planum, sed inæquale, idest, uno die coctum, postero die non coctum: tale debilitatem indicat uirtutis, quæ non potest ex æquó omni tempore materiam concoquere.

Sedimentum album non planum. Cap. 17.

† Al. succorũ qui coquũtur. Quoniã igit̃ supposuimus sedimentũ habere se secundum naturam quo ad colorẽ & locũ, præter naturã aũt in substantia, manifestũ est, q in substãtia illius, quod hac ita habet, æqualitas, uel inæqualitas ẽ. † Igit̃ prius, nimirũ æquale diuulsum. † æqualitatẽ malũ esse, inæqualitatem bonum.

SIt uero, quod residet album, inferiorem locum tenens, non planum, sed diuulsum, hoc deterius est priore: illud enim ostendebat naturam capacem esse inæqualitatis in spatio multorum dierum: hoc uero in una coctione, id quod deterrimum est, & ueluti Autumnus propterea malus esse dicitur, quòd est inæqualis: si tamen inæqualitatem suam operetur in spatio quatuor uel quinque dierum, minus est malum, si uero una die, longe peius est, sic & sedimenta diuulsa peiora prioribus sunt quoniam indicãt

D naturam in una coctione defecisse ob distractionem: distrahitur uero natura a flatibus, qui inter succos intercursant, ac dirimunt continuitatem † [eorum, adeo ut reddant illos rebelles. Si igitur supponamus sedimentum habere se secundum naturam, quò ad colorem & locum, præter naturam autem in substantia, quis dubitabit longe deteriorem esse defectum substantiæ?]

Non planum æquale. Cap. 18.

PRimum sit de numero æqualium sedimentorum id, quod est diuulsum, tale procul dubio,] malum est: indicat enim copiam grossorum flatuosorumque humorum [in profundo,] qui a natura extenuari non potuerunt.

Non planum inæquale. Cap. 19.

SIt aliud diuulsum [&] inæquale, id est alio tempore tale apparens, alio diuersum, hoc priore est melius: indicat siquidem flatuosos succos esse paucos, quos natura citò discutiet, & tenues reddet. Et mirum sane est inter opera naturæ † [inæqualitatem aliquando meliorem esse æqualitate,] quod merito sane ita euenit: mala enim si eundem perpetuo uigorem habeant, deterrima sunt. Sicut & pulsus arteriarum si semper & continuo debilis existat, periculosus est: si uero aliquando debilis, aliquando non debilis, minus est periculum. Eodem modo sedimentum diuulsum inæquale, minus malum est sedimento diuulso & æquali. & hæc quidem de hac complicatione dicta sufficiant.

Suspensum

Suspensum album æquale planum. Cap. 20. B

SIt aliud diuersum a prioribus sedimen,quod,quo ad colorem,sit coctum, & sit album, non obtinens locum inferiorem,sed medium, planum in substantia,æquale in tempore, tale indicat bonā coctionem,† [sed tamen non omnino perfectam: id enim non est hypostasis, loco tamen solum differt ab hypostasi:]Causa autem diuersitatis loci est abundantia flatus,qui immiscetur succis:†[si enim flatus ipse grossus sit,nec exactè per coctionē extenuetur resoluaturq;,id quod residet ab urina, sua quidē crassitie tenderet deorsum & submergeretur,sed]flatus ipse trudit illud atque attollit, aut ad supremam superficiem,& tum uocatur nubecula,aut ad mediam regionem,quod tum uocatur suspensum. At uero,si nulli sunt omnino flatus,ipsum,quod residet† [profundiore parte inferiorem occupat locum,]uocaturq; hypostasis:& de suspenso quidem id mihi dicendum fuerat.

De hypostasi & nubecula. Cap. 21.

TRia hæc igitur, quæ diximus, diuersa sunt tantummodo situ: situs autem uariatur per flatum, flatus autem generatur coctione, coctio uero, quando sufficiens & perfecta fuerit, flatum resoluet & exinaniet: propterea hypostasis perfecta perfectam indicat coctionem. Si autem uentositas illa præ grossitie extenuari resoluique non potuerit, relinquetur in humoribus, quæ erit uestigium coctionis humorum non equidem perfectæ, sed manifestæ & mediæ inter crudos & coctos: F hæc autem, si non multa fuerit, propellet sedimentum ad regionem mediam, si multa, ad locum supremum, fietq; nubecula,†[quæ etiam signum est coctionis: quodcunque enim fuerit, quod ab urina residet,coctionem significat, eam tamen minus bonam, si multum & grossum fuerit.] Clarum est igitur, quòd ex situ sedimentorum nihil plus discimus, quàm modum & mensuram coctionis. Si enim nigrum erit id, quod residet, signum est perniciosum: minus uero est perniciosum,si solum id nigrum est, quod in medio iacet, ac multo minus etiam, si nubecula: si uero id, quod in infimo est, ueluti hypostasis, longe est perniciosissimum. Sufficiant uero hæc dicta de situ, qui neque bonum neque malum significat,sed modum & mensuram boni & mali. Cum autem in eo,quod residet, quatuor nobis consideranda sint, color scilicet,locus,substantia, & tempus: superest, ut de colore iam disseramus, cum de substantia,tempore,& loco iam satis dixerimus. Color autem alius est naturalis ei,quod residet,& est albus: alius præter naturam,qualis est niger,[fuscus seu]liuidus,pallidus,rubeus,de quibus iam agamus.

Color sedimentorum rubeus quid significet. Cap. 22.

SEdimentum rubeū fit†[a copia cruoris,id est sanguinis incocti:]significat autem coctionis defectū non tamen mortē:cum.n.suceus is sit benignus & amicus naturæ,[magnum]periculum inferre nō G solet:quia tamē indicat cruditatem,faciet morbum diuturnum: id autem ex eo, quod dicturi sumus, intelliges. Humores quidam generantur ex phlegmate, sicut phlegma, & id, quod proprie dicitur * cruor:quidam generantur unà cum sanguine, sicut flaua bilis & nigra bilis.Quando igitur in urina sedimentum uidetur rubeum,indicium est,q a * cruore colorē accepit:* cruor autem fit ante, q̄ sanguis fiat:si ergo natura nondum proprio colore tinxit sanguinem, manifestum est,q nondum perfecte coctus est,eo tamen indiget natura,ut progressu temporis ex illo faciat sanguinem. Quid igitur significet sedimentum rubeum,iam diximus.

Quid significet nigrum. Cap. 23.

SEdimentum autem nigrū aliquando frigiditatis est indicium, interdum caliditatis. Discernet uero alterum ab altero hoc modo:si antecessit liuidus,postea subsecutus est color niger,indicationē faciet frigiditatis:si uero antecessit croceus,subsequitur uero niger,caliditatem indicat.

Quid significet liuidum. Cap. 24.

Liuidum autem frigiditatem indicat & internitionem uirtutis.

De speciebus oleaginorum. Cap. 25.

EX oleaginis urinis alia est elæochroa, alia elæophanes, alia elæodes: prima principium indicat H colliquationis adipis totius corporis, est uero ea colorem olei retinens: elæophanes autem habet†aliquid magis simile oleo,quod supra urinam insidet:]significatque augmentum colliquationis: elæodes est,quæ tota sui substantia,& undequaque est,ueluti oleum, quæ indicat statum & summum uigorem colliquationis. Sunt autem hæ urinæ etiam ex colliquatione adipis renum. Extant tamē cautiones,quibus hoc discernas, quarum meminit Hippocrates in aphorismo de resolutione adipis renum,ubi dicit: Quibus * insidens pinguis, ac simul tota, ijs renum uitium [acutum]significatur: ipsemet docuit discernendi modum, cum addidit, simul tota,id est ἀθρόα. In colliquatione enim totius corporis adipes colliquati paulatim, id est tarde,& non uniuersim cum urina exeunt: recipitur enim adeps a uenis membris uicinis, deinde ab ijs, quæ continuantur, & rursus ab alijs & alijs, donec tempore protracto ad renes & uesicam perueniat: adipis uero in renibus colliquati propter uicinitatem transitus celerrima est excretio,& non paulatim.Hoc igitur est,quod dixit Hippocrates, simul tota.i. celeriter.Hæc de oleaginis.

Quid significet hypostasis oroboides. Cap. 26.

CVm autem caro ipsa liquatur dissoluiturq;, facit hypostases oroboides,id est similes orobis: quas ut bene discernas, animum aduerte ad coctionem aut cruditatem, aut febrem acutam præsentē.

Si enim

---

†Locus in græco deprauatus est, uidetur tamē hic sensus posse elici. Sed tamē non omnino perfēctā (neq; n. ē hypostasis) at dimidiam coctionē certe manifestāq; indicat:nā,quod in medio natat, hypostasis ē natura,loco solū differens.

†Alias. Si.n. flatus haud exacte per cōcoctionē fuerit extenuat᷑, sed ob crassitiem inclusus fuerit intra sedimentum.

†Alias grauitate sua deorsum fertur.

†Et indicabit concoctionē, uerū obscurā, quoniā multa & crassa est illa uentositas.

*τῶν ἐναιμων.i.coctū,quę indicantur.

†A sanguine ichoroide.

*

A. ibid.c.6.C

†exquisitiorē mixtionē olei cum urina.

* hypostasis.

»

A. ibi. c.6.B.

(handwritten margin notes:) ...e sunt in hypostasi consideranda

differentia inter cruorem et sanguinem.

A Si enim adest febris, totius corporis erit passio: si uero non aderit febris, erit uitium renum. Et rursus, si adest cruditas urinarum, totius corporis uitium est: si coctio adest, sedimenta uero orobina appareant, uitium est renum. Nec sine causa cruditas incessit, quādo morbus est totius corporis: ea enim uasa, quæ coctionem conficiunt, male etiam affecta sunt: in uitio autem renum cruditas non adest: renes enim non sunt instrumenta coctionis urinæ. Hæc de colliquatione carnis & adipis.

Quid significet hypostasis petaloides. Cap. 27.

* Superficiariæ partes membrorū solidorum.
A. ibidē. c. 6. B.

QVando solida membra male sunt affecta, abraduntur primum * utplurimum, & reddunt urinas petaloides, id est habentes hypostases ueluti squamas: sunt tamen & hæ aliquando a uitio uesicæ. Discernes autem hoc ex ijs, quæ iam diximus de uitio renum: si enim adfuerit febris, totius corporis est uitium: si non adfuerit febris, uitium est uesicæ: si cruditas adsit, totum corpus est affectum: si coctio adsit, uesica.

Quid significet pityroides. Cap. 28.

A. ibidem. c. 6. C.

QVando febris, profunda corporis uasa corripit ac dilacerat, hypostasis fit pityroides, id est, quæ habet quiddam simile furfuri, quod exilius quidem est squama, sed grossius: id uero etiam uitium uesicæ aliquando indicat. Discernitur autem hoc eo, quo diximus, modo: si enim adfuerit febris, uitium est totius corporis: sin minus, uesicæ.

B

Quid significet crimnodes. Cap. 29.

* ἀδρομερέστερα .i. quę sūt crassiorum partium.
A. ibidem. c. 6. C.
† ἰχωρώδης καὶ σανδαραχώδης.
A. ibidem. c. 6. B.

POsteaquam uero febris ipsa longe lateque maiori ui, quàm in superioribus uitijs, solida membra corripuerit, facit * deteriora sedimenta, quàm erant illa, quæ speciem furfuris referebant, quæ uocantur crimnodea [id est farinæ siue etiam spumæ similia:] Hæc uero duo significant, aut cremationem sanguinis, aut liquefactionem solidorum nimiam: &, si quidem alba fuerint, quæ resident, solidorum membrorum est uitium: si uero rubea extiterint, sanguinis crematio.

Quid significet † [*cruenta frustulosa.*] Cap. 30.

INdicat hepar esse ulceratum, cuius substantia dissoluitur. Et partes quidem huius sedimenti subtiliores habent colorem * cruoris, crassiores autem sunt similes sandarachæ, quæ ut plurimum portendunt mortem infirmis, aut, si superuixerint, hydropem.

Quid significet fœtida. Cap. 31.

FOetidæ autem urinæ indicant putrefactionem & internitionem uirtutis futuram. Restat uero nobis speculari de humoris urinarij cum sedimentis connexionibus, ac dicere, quid significent. Hæ enim connexiones, quas hucusque explicauimus, erant ut solius humoris urinarij, quas primo loco edisseruimus: uel solius sedimenti, quas secundo loco exposuimus: nunc autem & humoris & sedimenti simul connexiones complicemus, & exponamus, quid significet quælibet complicationis differentia.

C

De tenui & albo. Cap. 32.

PRoponatur igitur primo urina non cocti humoris, qui est tenuis, nec cocti coloris, qui est albus: in tali urina nunquam potest existere sedimentum: tenuitas enim significat defectum materiæ nutrimenti ex qua fit id, quod residet. Ad hæc in tenui, quæ permanet tenuis, esse sedimentum, simulque esse urinam pallidam aut rufam, aut flauam est impossibile: in ijs enim natura priuata nutrimento conuertit se ad colorem faciendum. Quare, si uolumus conficere connexiones humoris urinarij cum sedimentis, tenue abijciamus a proposito, proponamus uero grossum.

Grossum album non planum. Cap. 33.

SIt uero urina colore alba, substantia grossa, in hac potest residere sedimen, quod sit album sed non planum, id est diuulsum: in talibus enim crudorum succorum copia colligitur, quæ, licet coctionem coloris admittat, substantiæ tamen minime.

D

Grossum rubeum non planum. Cap. 34.

SIt alia grossa, cui inditus sit color rubeus (pallido enim rufo & flauo ob eas, quas diximus, causas grossum connecti non potest:) si igitur rubeo misceatur grossum, id quod sæpius accidit in synochis febribus, signum est cruditatis & in humore & in sedimento, tum quo ad substantiam, tum quo ad colorem utriusque, humoris scilicet & sedimenti.

Grossum nigrum non planum. Cap. 35.

SIt urina alia grossa & nigra, hæc non cocta est nec colore nec substantia tam humoris urinarij, quàm sedimenti. Et hæ quidem sunt connexiones urinæ grossæ, quæ remanet grossa. Sit uero urina, quo ad substantiam, mediocris, cui annectatur color aliquis, hæc alba esse non potest, si enim alba est, cruda est. Esto tamen appareat urina mediocris substantiæ, & alba, mirum profecto erit, quomodo natura mediocrem substantiam faceret, colorem uero non decoqueret, cum illud maioris sit negocij & difficultatis. Mediocre igitur cum albo consistere non potest: raro autem cum pallido, nisi abundans humiditas aliunde choleræ aduenerit. Color quoque rufus aut flauus cum mediocri urinæ substantia non potest communionem habere, quòd si aliquando habeat, in illis tamen nihil residet. proinde & has urinarum cum sedimentis complicationes, ut inanes, omittamus.

Quæ urinæ sunt malæ. Cap. 36. E

VIrides seu liuidæ, nigræ, cruentæ, nimium grossæ, rufæ supra modum, rufæ simul tenues, carentes hypostasi: periculosæ sunt fœtidæ, pingues, oleaginæ, & hæ quæ excedunt copiam potus.

Nubeculæ & hypostases malæ. Cap. 37.

LIuidæ, nigræ, obscuræ, uarijs coloribus distinctæ, diuulsæ, & hæ quas ante uocauimus crimnodes, cruentæ, biliosæ, & exustæ, phlegmaticæ & fœtidæ: urinæ uero in quibus nihil residet, sunt malæ. Hæ igitur species urinarum significant plurimas causas diuersorum morborum, eorumq; augmenta, declinationem, discrimina, prosperitatem, coctionem, cruditatem, modum insuper periculorum quæ futura sunt, eorumque causas quarum multitudinem & uim considerare debet Medicus cauereque si quid ultra modum delinquitur.

De differentijs urinarum in hominibus sanis. Cap. 38.

In morbis febrilibus utilissima est urinæ indicatio, quoniam autem omne quod est præter naturam, cognoscitur per id quod est, secundum naturam, idcirco urinarum notitia incipere debet ab ijs quæ secundum naturam se habent. Optima igitur urina est in ijs hominibus qui sani sunt, & bonam corporis habitudinem sortiti sunt, subrufa aut subflaua mediocris crassitiei, talem colorem perpetuo obtinens qualis a principio uisus est, hypostasim retinens planam, æqualem, albam, multitudinem au- F tem pro mensura & ratione potus. In mulieribus tamen urina secundum naturam albioris coloris esse debet, quàm in uiris, habereq; hypostasim maiorem. In puerili uero ætate necesse est grossiorem esse hypostasim propter edacitatem puerorum & motus eorum importunos ac inordinatos. Quando autem Hippocrates dicit hypostasim planam, uult significare non diuulsam sed continuam: quando dicit æqualem, uult significare tum eam quæ per omne tempus similis est sui, ita ut si uno die sit cocta, postero die non sit cruda, tum eam quæ sedimentum & humorem urinarium habet nó distantem a se, sed totum sibi æqualem. In urina naturali consideranda sunt hæc, substantia, color, & id quod adhæret, qualis est nubecula: suspensum, & ea quæ in fundo est hypostasis, quòd si aliquid horum in urina immutatum fuerit, indicium erit non bonæ coctionis in uenis.

Qualis urina optima est in ægrotantibus. Cap. 39.

OPtima in ægrotis urina est ea quæ simillima est urinę sanorum hominum, subpallida aut subflaua, habens hypostasim albam, planam, æqualem. Ab hac uero iam deficit quæ suspensum habet album, planum, æquale. Adhuc uero magis deficit, quæ nubeculam habet albam, planam, æqualem. In quibus enim flatus est in profundo crassus, & incoctus, si paucus is fuerit, permittit ad fundum matellæ materiam deferri: si uero abundans fuerit, effert hypostasim ad superficiem summam urinæ, & fa- G cit eam quam diximus nubeculam. Quanto igitur flatus magis dissecauerit ac magis in latum sustulerit hypostasim, tanto minus cocta dicetur esse urina. In tertianis tamen exquisitis & in ephemeris febribus, sola nubecula aut suspensum ad solutionem morbi sæpe sufficit, interdum sufficit & solus color urinæ bonus.

Quod non omnis hypostasis alba bonum indicet. Cap. 40.

SAepe autem albus color eorum quæ in urina resident decipit ignaros Medicos, ita ut nesciant malam esse hypostasim quæ illis uidetur bona [ac e diuerso bonam esse quæ illis uidetur mala.] Accidit enim aliquando ut albus humor & crudus excernatur per urinam, ac in imo subsideat, instar bonæ hypostasis. Aliquando affecto hepate aut renibus pus per urinam excernitur & subsidet ita ut indoctos decipiat: sed hoc discernetur primum per dolorem qui præcessit in renibus aut in hepate, aut in aliquo membro alio, quod solet per urinas expurgari: deinde per fœtorem quem obtinet pus. Crudus autem humor discernetur a bona hypostasi per inæqualitatem substantiæ, neque enim humor crudus permanet sibi continuus, sed diuiditur in exiles & minutas partes ueluti arenulas, neq; planus est omnino, sicut uera hypostasis. In bonis autem urinis primum quod apparet est nubecula: deinde facto descensu apparet id quod uocauimus suspensum: in fine autem posteaquam iam perfecte cocta fuerit, H subsidet in profundo, facitq; hypostasim: ex quo liquet coctam esse urinam. At in crudis humoribus a principio delabitur multitudo non pauca in profundum matellæ (interim & totius urinæ color est malus) deinde successu temporis extenuata multitudo concoctaq; attollitur in medium, facitq; suspēsum: Posteaquam uero magis adhuc extenuata coctaq; (quo ad eius fieri poterit) extiterit, insidet ut plurimū in alto, faciens nubeculam, quę idiotis imponit ut opinentur morbum labi in deterius.

Nó est in grę. lib.
A. ibi. c. 6. D.

eu motum augeat siue minuat, medicatione opus non erit: diæta enim aere bono, baloeis, deambulationibus, exercitationibus, morbus abigetur: aliquando etiam in tetragono infirmi liberantur.

De schematibus Lunæ in Cancro.

Si decumbat quispiam Luna in Cancro existente, cui Saturnus uel præsens iungatur, uel porrigat diametrum aut tetragonum, erit morbi prima causa balneum & refrigeratio. aderit fluxus ad thoracē: aderunt tusses. aderunt constipationes. febres non uiolentæ, sed tamen malignæ. pulsus parui ac debiles, grauitas in lateribus. Huic congruunt omnia quæ calefaciendi uim habent. Si uero ex beneuolis nemo Lunam intuetur, longiore ægritudine detentus post diem quadragesimā obibit: at si beneuolus aliquis Lunam inspicit, plurima mala perpessus tandem sanabitur. Si autem decum

DE VRINÆ SIGNIFICATIONE, EX HIPPOCRATE.

Georgio Valla Placentino interprete.

CENSVRA.

Hippocratis & Galeni uerba nulla arte, atque ratione exſcribuntur.

OPTIMA urina eſt cum eius alba fuerit hypoſtaſis, quam ſubſtantiam dicere poſſumus, & leuis, & æqualis perpetuo donec iudicatus fuerit morbus.
B Significat nanque ſecuritatem nec diuturnam fore ægritudinem. Si uero intermittat, & puram quandoque mingat, quandoque ſubſidat album quoddam & leue: tum diuturnior efficitur morbus: & minus tutus. Si fuerit urina ſubrubra, & hypoſtaſis ſubrubra & leuis, diuturnior hæc quàm prima, uerum multo ſalubrior. Craſſioris autem farinæ ſpecie in urinis hypoſtaſes, malæ. quibus adhuc peiores ſunt etiam folioſæ. at tenues & albæ, admodum malæ. quibus improbiores furfuraceæ. Nebulæ ſuſpenſæ & mobiles in urinis, albæ quidem bonæ, nigræ uero malæ. Si erit tenuis & rutila urina, ægritudinem ſignificat crudam, at diuturnam: & ſine periculo eſſe non poteſt. Letalis autem male olens, & aquoſa, & atra, & craſſa. Virilis autem ſiue muliebris atra urina, peſſima. infantibus autem, aquoſa. Quibus urinæ tenues & crudæ minguntur diuturnæ, ſi alia ſigna tanquam euaſuris adfuerint, hos abſceſſum ad ſepti tranſuerſi regiones infernas expectare oportet. Pinguedines quoque ſuperne innatantes araneoſas licebit improbare. colliquefactionis enim ſignum eſt. Conſiderandæ porrò urinæ in quibus ſunt nebulæ, ſurſumve an deorſum meent quosque colores habeant. deorſum enim labentes cum coloribus iam memoratis, malas eſſe decet arguere. Nec te fallat ueſica ipſa ægra quæ huiuſmodi aliquam
C reddat urinam. nec enim totius eſt corporis ſignum, ſed ipſius per ſeſe. Quibus urinæ craſſæ grumoſæ paucæ non febricitãtibus, copia ex his tenuis adueniens prodeſt. præcipue tales adueniunt quibus a principio, uel e ueſtigio ſtabilitur hypoſtaſis. Quibus urinæ perturbatæ uelut iumentorum ijs cephalalgiæ aut adſunt, aut aderunt. Quibus urinæ perſpicuæ albæ ſunt, improbæ, præcipue in phreniticis apparentes. Quibus hypochondria ſublata, murmurantia, ilium dolore accedente, ijs alui humectantur, niſi flatus erumpant: uel urinæ proueniat copia. hæc ſane in febribus. Quibus ſanguis uel pus mingitur, renum, uel ueſicæ exulcerationis eſt argumentum. Quibus in urina craſſa exiſtente minutæ carunculę tanquam pili pariter adueniunt, ijs a renibus excernitur. Quibus in urina craſſa exiſtente furfuracea eminguntur, eorum ueſica ſcabieſcit. Quibus ſponte ſanguis mingentibus exit, eis a renibus ſignificatur uenulæ fractura. Quibus in urinis arenoſa ſubeſt materies, ijs ueſica calculeſcit. Si noctu mingatur multum, exiguum excrementum ſignificatur. Quibus bilioſæ hypoſtaſes, ſuperne autem tenuitates, celerem ægritudinem ſignificant. Quibus in urinis inſident bullæ, ex renibus ſignificant ægritudiuem, eamque longam fore. Quibus febrium uertigines a principio ſunt, & pulſatus capitis, & urina tenuis, eis expectanda eſt ad criſes febris acumine augeri. nec mirabor cum caput circunferri uidebitur, ſi in amentiam deciderint. Quibus pinguis hypoſtaſis, &
D accumulata, ijs renum uitia, & acuta ſignificantur. Quibus ex renibus laborantibus prædicta ſigna ſint, laboreſque circa muſculos ſpinales extiterint, ſi in locis ſint exterioribus, abſceſſus quæ Græci apoſtemata uocant, foris expecta futuros. ſin in locis interioribus fuerint dolores, abſceſſus in interioribus fore expectato. Si ſanguinem meiat & grumos, ſtranguriaque, affligatur dolorq; ad peritonæum ac epigaſtrium incidat, ſignificat circa ueſicam eſſe ægritudinem. Quibus a principio urinæ ſunt nebuloſæ, uel etiam craſſæ, purgandi ſunt, ſi cetera conferre uidebuntur. Quibus a principio urinæ ſunt tenues, ijs medicamen ne exhibeas. At ſi uidebitur, clyſteribus utere. ita nanque ſi curentur profuerit. Quod futurum quoque eſt, ex urinis licebit conijcere. nam ſi denſior, uel pallidior, melior erit urina. ſi tenuior & nigrior, erit deterior. ſalutem nanque pronunciat. Hunc Hippocratis locum Galenus hoc modo interpretatur. Manifeſto nunc craſſiores tenuibus comparans dixit. non naturalibus autem renues & nigras, peſſimas ad ſolas tenues effectas, minime concoctam ſignificans ægritudinem. integre nanque tenuis aquoſa eſt, & perinde etiam alba. Quod ſi mutationes habeat, rempus ſignificat & neceſſe morbum commutari ad inæqualirarem in deteriorem & meliorem. Ex febribus inquit porrò Hippocrates præcipue morbis urinarum ſignificatio colligitur utiliſſima. ſed quoniam omne contra naturam ab eo quod eſt naturale inuenitur, a naturalibus ſumamus principium. Vrina

igitur in ſanitate & habitu bono conſtitutis hominibus, optima eſt quæ ſubtutila aut ſubflaua, craſſi- E
tudine mediocris, quæque colorem non mutat, cumque emicta fuerit, leuem & albam & æqualem
perpetuo ſeruat hypoſtaſim iuxta bibentis rationem. In fœminis naturalis urina colore albior ſit
quam uiri fere neceſſe eſt, maioremque habeat hypoſtaſim. At infantium craſſa eſt hypoſtaſis, pro-
pter puerorum uoracitatem, inordinatumque & intempeſtiuum motum. Leuem inquit Galenus hy
poſtaſim uocat Hippocrates continuam & indiuiſam ſignificare uolens, leue ſiquidem opponitur
aſpero. æqualem uero, ut in totum ſemper ſimilem mingat. nam quæ manet concocta, neque dein-
de inconcocta, non utique hypoſtaſim uel profuſionem totam habet inæqualem. Si quæramus igi-
tur in naturali urina colorem, uel profuſionis conſtitutionem, & quæ a profuſione inferuntur, ut ne-
bulam ſub nebula ſuſpenſam, & in fundo hypoſtaſim, non dubium quin ad hæc conuerſa urina incon-
coctionem indicet in uenis eſſe. Optima quidem, inquit Hippocrates, urina eſt in ægrotantibus,
quæ ſimillima ſanorum urinæ, ſubuiridis uel ſubflaua, & albam & leuem & æqualem habens hypo-
ſtaſim. At deterior, eleuationem habens albam & leuem & æqualem. Eſt porrò hac inconcoctior
quæ nebulam habet, quæque eſt ſubternubilata. in qua enim flatus eſt in profundo craſſus & incon-
coctus, ſi exiguus quidem ſit, extrudit reliquam materiam ut ad fundum uaſis deferatur. ipſamque
diſpeſcendo dirimendoque uniri non permittit. Quòd ſi redundet inconcoctus in fundo flatus, at- F
tollit ad profuſionis medium hypoſtaſim, facitque eam ſublimitatem appellatam. Quòd ſi flatus im-
pendio plus fuerit incócoctus, ad extremũ profuſionis agit hypoſtaſim, quæ nebula nominatur, aut
ſubnebula. Quanto igitur potuerit flatus diſtribuere, nec ſuſtollere hypoſtaſim, tanto inconco-
ctiorem eſſe urinam arbitrator. Quòd ſi neque hypoſtaſim, neque ſublationem, neque ſubnebu-
lam, neque nebulam urina habuerit, ſciendum eſt morbum facientes humores naturam concoxiſſe.
Quòd ſi quandoque quidem habet hypoſtaſim, uel ſublationem, uel ſubnebulam, uel nebulam,
quandoque autem non, pugnam natura oſtendit cum ægritudine. In puris nanque tertianis & quo-
tidianis nebula ſolum, uel ſublatio, ſæpenumero ad morbi ſolutionem ſufficit. Quandoque uero
bene coloratam duntaxat eſſe urinam. Plerunque etiam color albus eius quod intus apparet illa-
tum in profuſione, fallit ignaros, quod hypoſtaſim utilem quæ non ſit eſſe opinentur. Euenit ſiqui-
dem ut crudus humor & albus cum urina excretus ſubſidat, præbeatque uidendam utilem hypo-
ſtaſim. quandoque etiam iecore aut renibus languentibus pus cum urina excernitur, & ſubſidendo
fallit etiam minus acutum artificem. ſed prius definiendum excutiendumque eſt languere homi-
nem aut ex renibus, aut ex iecinore, aliove membro, unde per urinam purgari conſueuit. deinde
etiam grauiter olens puris particeps inuenitur. at crudus humor per utiles hypoſtaſes diſtingui- G
tur ab inæquali ſubſtantia eius quod ſubſidet. neque enim id ſibi continuum manet, ſed in minu-
tas partes diſpeſcitur tanquam arenulas. neque omnino leue eſt ſicut uera eſt hypoſtaſis. ſubinde
utilium urinarum primum quidem apparet nebula. deinde ſuccedens ſublationem facit. poſtremo
reſidens in fundo uaſis hypoſtaſim facit, cum perfecte id concoctum fuerit. Verum in crudis hu-
moribus ſtatim ab initio in uaſis fundo ſubſternitur uis multa, quod non ſit utilis, ſed mala tota pro-
fuſio. deinde pedetentim concocta & attenuata ad medium ſuſtollitur profuſionis, facitque ſubla-
tionem. Cum uero attenuatior ac concoctior euaſerit, ſubſidet in profuſione & nebulam facit.
planeque ignaros fallit, ut exiſtiment in deterius lapſam eſſe ualetudinem. Si fuerit urina magis bi-
lioſa, inquit Agrius Hippocratis interpres, & hypoſtaſis ſimilis, debes euacuare, ſiue per urinas,
ſiue purgamine. ſi bilioſus fuerit color, hypoſtaſis autem alba, erit bilis cum pituita. utrunque eua-
cuato, ſi color albicans, & hypoſtaſis rufa, ſeu manifeſto, ſeu obſcure, uel plus fuerit, ſi potentia ua-
lida firmæque ſint uires, mitte ſanguinem ex uena. ſin imbecillis ſit, medicamen adhibe, aut ei rei ac-
commodatum exhibe cibum.

GALENO ASCRIPTVM PRÆSAGIVM EXPERIENTIA CONFIRMATVM.

Georgio Valla Placentino Interprete.

CENSVRA.

Imitatur & hic liber veros Galeni libros, sed ieiuna admodum oratione.

QVICVNQVE præſciſcere libuerit mortis non diem modo, ſed etiam horam, conſiderare expedit quo potiſſimum tempore languens ab acceſſione uehementer affligatur, num inter accedendum tum impenſe obrigeſcat, & æſtu conflagret, diuque ea permanſerit intenſio, pulſuſque ſit exiguus, & ſegniter ſomnum cœperit, ſomnolentuſque fuerit, uel id genus
B aliud ſubierit detrimentum, id omne tempus ſuſpectum habere oportet. uel ſi etiam ita mediocriter habuerit. At circa uigorem ſi ægrotum deiectum, aut cedentem, aut mœrentem ſpectes, febriſve magnitudinem miſnime tolerantem, plurimumque exæſtuantem, & ſe tenebricum uolutantem, & capite dolentem, & corde ſuccumbentem, aut tali aliquo affectu uexatum, ſuſpectum id tempus tibi eſſe maxime oportet, ſi etiam acceſſionis principio ac uigore ſint mediocria. Verum id ſi circa uigoris deceſſum fuerit, anima conſternetur, & ſudores ſint inęquales, aut frigidi, aut circa caput, aut circa pectus inſurgant, pulſuſque obſcuros & debiles efficiat, aliaque id genus, id tempus expedit ſuſpicere. neque tum definiendum quicquam, neque dies mortis proferenda. Nam ſecunda die ſi contingat & quarta acceſſionem uehementiorem eſſe prima, tertius & quintus & ſextus diem mortis indicabunt. Quot de cauſis ſuccenduntur febres? Quandoque aut ob additamentum idoneæ materiæ, aut ob motum, aut ob aſtrictionem, aut putredinem, aut ob acceſſum caloris extrarij. Ac ob additamentum quidem, ut cum temperamentum nacto calidum, adiectum fuerit piper, ſinapi, allium, & ſimilia. horum enim qualitas ſi cordi fuerit inuecta & inſita, ſuccendet caliditatem,
C febremque inflammabit. Ob motum autem dupliciter. Nam is aut ab anima, aut a corpore ſuſcitatur. Ab anima quidem, ut cupiditate, & cura. A corpore autem, ut in labore immenſo. Ob adſtrictionem, cum ob glutinoſitatem, aut ob quampiam craſſitudinem exaruerint obſtructique fuerint incerti corporis meatus, aut extrema uaſorum, & in profunditatis diſſlatione febris fuerit incenſa. Verum ob putredinem, ut cum ſubiecta & redundans materia putruerit introrſus, cordique fuerit obiecta, ac febrem ſuccenderit. Ob acceſſum autem caloris alterius, uelut cum in Solis ardore caput exæſtuauerit, præcipue tunicularis pituita per arterias cordi fuerit obiecta, febremque ſuccenderit.

Signa febris futuræ.

Imminentis febris nuncius eſt hiatus, horror, oſcitatio, nauſea, ſomnolentia, tuſſicula ſubaſpera, extremorum membrorum infrigidatio. atque hæc quidem extrinſecus præſagia. A pulſibus autem ex paucitate, & inæqualitate deprehenditur etiam quod deſideratur. ac iniectione quidem, cum impenſior correptio, frigetque cum aliquanta inæqualitate atque exiguitate. at in aſcenſu fere ſunt improbi, aucta diductione, ad perfectum uſque uigorem, ſed calore intenſo, primum magnitudo augetur, deinde celeritas aſſumitur. Nam cum ſatis ſuccenſa febris conflagrarit, tum in-
D gentes ſimulque celeres efficit pulſus: ſin autem impenſius, etiam crebros. Quo nempe pacto ante febres hiatus progignuntur? hiant ante febres ægri ob concuſſionem, & uim ipſos intendentem. Nam quemadmodum ex ahenis ad ignis uiolentiam poſitis uapor attollitur multus deferuente in ipſis aqua, ita etiam ex eis quæ introrſus in corpore ſunt, uapor exhalans intenditconuincitque corporis muſculos. ſolent nanque nerui tepefacti deſidere. atque ita fiunt oſcitationes. At quonam demum pacto capitis dolores febricitantibus incitantur? nempe cum uenæ plenæ & a flatibus intumentes, interſectæ fuerint, in caput dolores aduehunt, ui ac tenore internorum flatuum, qui immiſſi diſperſique ſunt.

De ſignificatione ſudorum.

Febrem uero ſudoribus diſſolutum iri cognoſcimus ex eo, quod languor ſit uigoris maximi, ut eſt qui cauſus nominatur. Biliosus nanque is demum eſt morbus, qui cum impenſius moueri oporteat, rigor efficitur. & perinde ſi uenter aſtrictus ſit urinave, proxima ſubeunte criſi, rigor erit expectandus. Sin amborum fuerit aſtrictio, nec ullus præſto eſt uomitus, aut ſanguinis eruptio, ſudor multus conſequatur neceſſe eſt, præſertim cum languentes prociderint, acceſſione incrementum capiente, ut ea de cauſa magis incaleſcant, nonnullaque corporis ſit calida euaporatio, qualis antea non fuerit in dudū memoratis. Pulſus ingētes, & ſublimes, & celeres, in diductionemq; potius prope-

rantes,ac uelut undoſi, cum arteriæ tunica atra humidaque apparet. Totius uero corporis extrema E
ſuperficies perpruriſcit ac remolleſcit.& quandoque ad horas ruſeſcit.atque hæc in critica acceſſione
aduenıunt,præeunte concoctione.& critica die bona exiſtente,ſalubrium ac reſoluentium ſudorũ ſue
rint indicia.Non dubium quin calorẽ eſſe expediat mediocriter ſudoris ſolubilem, & per uniuerſum
corpus ſibi conſtare,exinanireque iuxta proportionem, atque habitiorem alacrioremq; reddere ho-
minem. At frigidi ſudores cum acuta febri erumpentes,mortem ſubeſſe minitantur. at cum ardore,
morbi longitudinem coarguũt.Si a ſudoribus febricitãtibus fuerit initiũ,boni & tertiani, & quintani,
& ſeptimani,& nonani,& undecimani,& quartidecimani,& uigeſimiſeptimani, & trigeſimiquartani.
hinãq; ſudores morbos iudicant.qui autẽ ita non ſunt,laborẽ ſignificant, & longitudinem morbi, &
ſubuerſionem. Ac ubi eſt corporis ſudor,ibi quoque dicito ſubeſſe morbũ. Et ubi eſt corporis frigus
aut calor,ibidẽ eſt,quoq; morbus,& ubi in toto corpore mutatio,fueritq; refrigeratũ corpus, aut rur-
ſus incaluerit,aut color ex alio alius emerſerit:morbi longitudinem pronunciat. Sudor ex ſomno fa-
ctus citra manifeſtam cauſam,corpus ſignificat cibum aſſumpſiſſe plurimum.Quòd ſi cibi plurimi cau
ſa non fuerit,ſignificat egere euacuatione ſebricitantium corpora. Sudor aduentante febri, nec defi-
ciente febri,malum.longum nanq; morbum,& humiditatis ſignificat copiam.

F

De ſanguinis detractione ex uenis.

Vide in libro de Curandi ratione per ſanguinis miſſionem ex quo totum
fere hoc caput extractum eſt.

In omni die & noctis hora,urgẽte neceſſitate,ſanguinem detrahito.aduertẽdo tamẽ in febricitan-
tibus uigorẽ ceſſantẽ acceſſionis.In alijs aũt,ſiue ex lippitudine,ſiue ex alia ratione citra febrim, ubi
ſanguinis detractione ex uena opus ſit,doloris aut inflammationis conſiderato magnitudinem.qua.n.
hora mitigatũ dolorẽ inſpexeris,ſanguinẽ de uena mittes,re nulla urgente quo minus fiat, ſatius fue-
rit matutino tempore de uena ſanguinem detrahere.nec ſtatim cũ ex ſomno experrectus, ſed poſteaq̃
ad horã peruigilarint.ac prius abluere aliquos præſtiterit,& alios prius obambulare. In quo autem
præoccupata cuſtodiæ cauſa ſanguinẽ de uena detrahere permittitur,et poſt aliqua conſueta exerci-
tia ſanguis e uena detrahendus.Ceterum languoris magnitudo,& uiriũ robur, atq; firmitudo, primæ
ſunt ſanguinis e uena detractionis conſiderationes.Proinde perſpiciendum cuiuſmodi ea ſit naturalis
hominis cõplexio.ac atras habentibus uenas & mediocriter tenues,neque albis,neque carne molli- G
culis ad euacuandum minus parcendum eſt.At contra parcendum,quando ſanguinis parũ habent,car
nemq; dilabilem.Hac de cauſa neq; pueris ſanguinem ex uena detraxeris ad quartũdecimũ uſq; ætatis
annum. At in maximis inflammationibus ualidiſſimiſq; doloribus nullũ noui maius adiumentũ quàm
ad deficientem uſq; animam euacuare. Aduertenda ſane eſt diligenter qualis ſit pulſus eleuatio ab eo
qui ipſum attineat ſuffluente adhuc ſanguine.quemadmodum in alijs unde ſanguis detrahitur ſiquid
agere expediat.ne quid modo lateat deficiẽtis animæ quod ad interitum aduehat.Quod ſi tempus fue
rit uernum,locuſque natura temperatus,& pueri natura concinna detrahito ſanguinem, & impenſius
ubi pericula inſideant aut pulmonis,aut anginæ,aut lateris,aut cuiuſpiam alterius acuti ac uehementis
morbi detrahendus,ut dictum eſt,ſanguis,pulſu uſq; explorato. omne nanque percuſſum membrum
aduerteris non annorum modo numero,ſed etiam corporis habitudine. Formidanda uero frigidis tẽ
poribus larga euacuatio, ob conſequentem refrigerationem.Neutiquam perſcribi poteſt ſingulorum
hominum definienda euacuationis menſura. Perſpexi nanque in nonnullis nec plus quàm ſufficeret
ſanguinis libras ſex ablatas eſſe,& confeſtim extinctam febrem.neque ullam conſecutam fuiſſe uiriũ
exinanitionem. Quibuſdam uero libram dimidiam citra læſionem.quibus ſi quis duas modo exhau-
ſiſſet,impenſiſſime offeciſſet. Vidimus unam quoque aliquando auferri, & minus,ac profuiſſe. Reuul- H
ſionis gratia qui in rectum languentium ſecat uenas, confeſtim perſpicuam inſpexerit utilitatem. Si
quiſpiam annularis digiti uenam ſecet, ut nonnulli mediam inter medium & annularem digitum ue-
nam,ſinentes ſanguinem effluere, quoad ſponte ceſſauerit, lienem iuuari.ut in ancone uenam ſecan-
do interiorem.ſatis commode nanque lieni prodeſt male habenti ſanguinis detractio ex manu ſini-
ſtra.Atque adeo profecto in pleuriticis in rectum languentis ex uena ſanguinis detractio utilitatẽ fre-
quenter demonſtrat euidentiſſimam:At ex oppoſita manu,aut prorſus obſcuram, aut expectabilem.
Ingentibus oculorum doloribus ſuccurrit ſiue humeralis appellata uena,aut quæ ab ea deuiat in anco
ne ſecta, perſpicuam confeſtim afferendo utilitatem. In latere autem languente, aut pulmone, aut
ſepto tranſuerſo, aut liene, aut iecore, ac uentre paraxille ad anconem diffractionem peruenien-
tem diductam ſecare quidem expedit. præcipue ad emiſſionem quæ per fracturam cui inſidet hume-
rali uena diſcreta pariter auulſa. Tres nimirum hi modi ſunt ad anconem ſanguinis detractionis,
quæ extra,& intra,& quæ media. Quæ igitur intus, infra collum languentibus utilis. quæ extra,
in facie,aut in capite. at medius locus quandoque quidem ambas habet diductas uenas ad partes
anteriores manus protenſas. deinde hic copulatus quandoque ſtatim in ſe inuicem exiſtentes ad in-
flexionem diſtractionis. Incerta igitur exiſtente ſua languentis membri uena, ad mediam aliquam

eundum

A eundum.diductioque potius quàm in sua sectio facienda.Est etiam cum distractio infra anconem quę
in brachio diducenda nihil prohibet: non apparentibus in ancone. ut autem dicta omnia membra
in ancone sanguinis detractionibus adiuuantur, ita inferioribus his est,ut in poplitibus & talis.Sunt
autem dictorum quæ ad coxendicem, & uesicam,& uuluam, & renibus alternantęs. Ideo in ancone
quandoque sanguinis detractionibus obtemperant, cum recens fuerit inflammatio, & sanguinis uis
multa. sin affectio sit, quam proprie phrenitim appellamus, poplitem secare oportet,& in talis uenas.
Vt in uuluis inflammationes, sectàrum in cruribus uenarum adiumento, non parum leuantur. enim-
uero euacuationibus ab anconibus siquid sit infestum & obseruandum frigus, expedierit alimentum
exhibere mediocre ad tres aut quatuor modo dieculas.

Ex ca. 2. libri septimi Oribasii ad Iulianũ Imperatorẽ.

Cum olim pestilentia ingens Asiam occupasset, qua cadebant innumeri, tum ego secundo die,
nulla facta remissione,crus scalpendo,ad binas libras sanguinis euacuationem fieri permisi.& perin-
de deuitaui periculum.multi quoque alij eo usi adiumento conseruati sunt, præcipue qui large san-
guinem euacuarunt. At etiam mediocres capitis aufert dolores, fauciumq; inflammationes. At ue-
tustiores tales casus scarificationum sectionibus dissoluimus. Oportet itaque ex atrocibus morbis
ad naturalem habitum perducere neque quicquam tam ad concinnam conuersionem agit, quàm ex
B scarificatione sanguinis euacuatio. Inter indicem uero & pollicem secta uena & fluens sanguis,quo
ad sponte constiterit, uetustum dolorem,præsertim si ei membro insederit, curat.Purgatorum autem,
& plus mediocritate euacuatorum, & refrigeratorum,& resolutorum, & conuulsorum, cessare pur-
gationem expedit.aquãq; tepidam exhibendo uomere hortabimur. at præstabit illinire calido oleo
manus & pedes.sistit nihilo minus somnum & lauacrum. Ceterum non satis purgatis balnea congruẽ
tiora sunt. nam noctu purgantur. hos minus pascere conuenit. at tuto purgatis, oua, & alicam, & sor
bitiones,& uinum dulce exhibere expedit, quo intestinum purgatione moueatur per * xesinum. con-
uenit etiam per posteriora lac immittere cum hircino adipe, dulcive uino. atque ita suffluentia com-
ponere clysteribus admouendo omnifariam purgationem.

* alias clysmũ.

De adhibenda cautione in sanguinis detractione.

Qui detrahere sanguinem uelit, aduertere debet ne stercus multum cohibeatur inter intestina.
Proinde molli clystere euacuandus æger, ne uenæ ab intestinis uenentur, attrahantq; putridam quã-
piam superfluitatum essentiam. Ex præsenti igitur morbo qui sanguis detractione egent, quouis tem
C pore e uena sanguinem detrahemus, uigorem, & delirium in febribus particularem custodiendo, &
accessionem. Si continua sit febris omnino,matutinum tempus accommodatius. Qui uero non præ
senti morbo occurrunt,sed cauendi causa, sanguinis exquirunt detractionem, his uernum congruit
tempus. In ætatibus porrò supra quartumdecimum annum detractio facienda, sicut intra annos se-
xaginta. nisi si qua modo efflagitans nos ingens urgeat necessitas. In totumq; uires imbecillæ obser-
uandæ sunt. nec non sub lingua uenas, ut in anginæ morbo, oblique dissecamus, astrictionem ob-
seruando, quemadmodum & in capite,& in oculis ex morbis uetustis eo modo dispescunt. In pede
autem, sicut in ischiadicis. aut ob anum supra interiorem talum utiliter secant. Verum per morbos
acutos, detrahito ex uena sanguinem, si uehemens appareat ægritudo, & occupati morbo iam pu-
beres sint, roburque eis adsit. Si igitur angina fuerit, delige purgationem, uel siquid fuerit pleuri-
ticum. Quòd si debiliores appareant,si etiam plus sanguinis detraxeris, clysteribus tertio die aluum
exhauri: ac si tutus fuerit æger,etiam inedia utitor. Detrahendus igitur ex uena sanguis brachij dextri
uena interiore:iuxtaq; habitudinem auferendus sanguis: ætatisq; plus minusve considerandum. Eue-
niunt istorum pluribus talia,rubores faciei,& oculorum uacillatio, diductioq; manuum, pandicula-
tioq;, stridores dentium, pulsus, maxillarum contractio, refrigeratioque extremorum, flatuum ob-
D lationes per uenas: quamprimum prope sanguis de uena detrahendus sublimibus cunctis existenti-
bus mœstis flatibus,& fluxibus ad ferendam opem id accommodatius. Ferẽdum illud perpetuo est ad
curam salubrem uictum uniuersum,quàm medicina longe præstantius esse.

GALENO ASCRIPTVS LIBER, CVI TITVLVS EST PROGNOSTICA DE DECVBITV INFIRMORVM, EX MATHEMATICA SCIENTIA.

Ioſepho Struthio interprete.

CENSVRA.

Liber anilium fabularum,& ſuperſtitionis plenus.

De aſtrologia dignitate.

COnstat quidem uel ex Stoicorum philoſophorum ſententia, qui non minus in loquendo,quàm in bene uiuendo fuere ſemper exquiſitiſſimi, qualis, F & quàm exactæ ueritatis ſit mathematica ſcientia: nihilominus cum præſens ſermo de ijs eſt inſtitutus,quæ ars medica perhibet, neceſſarium uiſum eſt nobis,medicorum præſtantiſſimorum aſſertiones afferre, tum ut mathematica cognoſcatur ab omnibus,tum ut ipſi Medici, quamuis non omnes, plurimi tamen eam partem ſuæ artis,qua ipſi ad præuidendas res plurimas utuntur, mathematicæ ſcientiæ ſe debere intelligãt. Hippocrates igitur uir præcipuus, ac in rerum ſcientia admiratione dignus, inquit: Quicunque in medicina ſe exercent, eius aũt philoſophiæ ignari ſunt,quæ docet dare iudicia de rebus a natura earum deſumpta(phyſioguomoniam uocant)horum animus in tenebris perpetuo oberrans fatigatus conſeneſcit: Non ſolũ non recte agere huiuſmodi homines:ſed etiam plurimum decipi dicit:ait enim eorum ànimum errore confici ac defatigari,qui uſum phyſiognomoniæ ignorant. Cum autem maxima pars aſtrologiæ ad eam, quam diximus phyſiognomoniam,ſeu philoſophiam iudicatoriam pertineat,liquet illum ſi partem laudauit,multo magis totam laudauiſſe. Diocles autem Caryſtius Medicus & orator,non ſolum hoc idem dicit, ut & tu ipſe ſcis,ſed etiã aſſerit,ueteres Medicos ex diuerſitate luminis,& curſus Lunæ præcognitiones, quæ in morbis fiunt,conficere ſolitos fuiſſe. Cum uero dignitate,& eruditione præſtantiſſimi uiri, qui G medicinæ partẽ præcognitoriã,non ſolũ diligenter perſecuti ſunt,ſed ẽt ſcriptis ſuis adauxerunt,idque non ſolũ ex ſua arte,ſed aliunde etiam ſumpto auxilio,aliqua de ijs rebus memoriæ prodiderunt, inde & tu chariſſime Aphrodiſi,ſi decubitum infirmi diligenter exploraueris,atque ueterum illorum quos diximus,principijs inſtiteris,uberrimam tuæ artis frugem es accepturus, præcognoſcendo ac prædicendo ea, quæ infirmis ſunt euentura. Rem autem hinc ordiamur.

De ſchematibus Lunæ in Ariete.

Ante omnia conſiderare oportet progredientem Lunam, ſit ne in augmento, an decremento ſui curſus,non luminis, in quo multi decepti ſunt. Si igitur eo tempore,quo quiſpiam primo decumbit, Luna in aliquo ſignorum duodecim,ſuo motu moueri incipiat,accedens ad oppoſitam ſigni partem, (pars autem ſigni oppoſita eſt,quæ maxime,& ex diametro diſtat)præſertim uero ſi tum etiã cõiũctionem cum Sole faciat,unde tandẽ a congreſſu facto in x v i. partem egreſſa,ſoluta iam coniunctione in maiorẽ ſui curſus magnitudinẽ tendat,occidet infirmum ſub aduentum in c l x x x. partem. Si uero primum decumbente infirmo, Luna curſu ſuo diminuta incedat,morbum ad oppoſitam uſque ſigni partem protractum,ubi diametrum exierit,in ſalubriorem ægritudinem tranſmutabit. Aduerte autem & motus,ſeu teſtimonia ſtellarum reliquarum:ſi.n.tempore incipientis decubitus, Luna in curſum ma- H iorem tendat,interim autem & in ſchemate Solis(aſpectus alij uocant) extiterit, augebit morbum, & periculoſiorẽ faciet. Si autẽ & lumine,& motu aucta ſit,ineuitabile infirmo periculũ dabit, ubi diametrũ attinget. Quòd ſi in aduentem Solẽ Iuppiter forte inciderit,ipſa unà cum Ioue Soli ſchema offerente,morbũ quoad fieri poterit ſecuriorem faciet: ſiue etiam in ſchemate tetragoni Iouis (quadratũ noſtri uocant)exiſtat,infirmis ſanitatem reſtituet aduentante diametro. Si uero Saturni aduſti ſchema accederet, curſum autem ſuum eo tempore diminuit, in ſummo diſcrimine ac periculo infirmum reponet,aduentante incepti curſus parte c c. Si uero & poſteaquàm a coniunctione ſe redemerit, in minorem curſum feratur, mortem ineuitabilem inferet,circa partem incepti curſus c l x x x. Si autem tempore cœpti decubitus Sol Lunæ ſchema ☍ dederit,ipſa uero tum curſum ſiue etiam lumen minuat,minuetur & morbus,ubi uentum fuerit ad partem incepti curſus c c.ac poſtea occurrente bono aliquo ſchemate,ad ſanitatem ſuam infirmus redibit. Si autem & coniunctionem futuram etiam motu diminuto ſolutura eſt,ſanitatẽ reſtituet circa partem incepti curſus c l x x x. Opus aũt erit animaduertere in primis,quo modo ſtellæ ſingulis ſignis ſint repoſitæ,& quem ſitum habeant: ex progreſſu enim Lunæ per ſigna duodecim, cauſæ morborum cognoſcuntur. Scito autẽ ſiquis calculos, ſeu numeros negligenter diſpoſuerit,nihil ueri poſſe ſuccedere: falſitatis autem non res ipſa, ſed qui negligenter

ſe gerit,

A ſe gerit,cauſa eſt.Diſquirito tandẽ accurate,& figurã geniturę:ex ea enim ſingula exacte cognoſcunt.
Decumbente igitur aliquo dum Luna eſt in Ariete,exiſtens in ſchemare Solis, morbus accidet ex eo,
quòd ægroto a radijs Solis caput exuſtum eſt dolor erit in membranis capitis.erunt febres continuæ,
erunt uigilię, incenſiones nimiæ, ſitis, aſperitas linguæ, uſtio, ac ueluti flãma in thorace,dolot in hepa
te,pulſus tetracti ac inordinati.Huic utilis eſt detractio ſanguinis, ac mitigantium, & teſrigerantium
adhibitio:alienatio enim mentis futura eſt,& phrenitis.Quòd ſi intetim nullus ex planetis beneuolis
Lunam protexerit,ac ipſe etiam Saturnus unà ſimul tetragonum Lunæ addiderit,ultra ſeptimam non
uiuet,præſertim ſi tum Luna motu,aut lumine augetur.Si autẽ decumbat aliquis dum Luna eſt in Arie
te,affecta maleuoli ſchemate,tetragono ſcilicet aut diametro,uel ſi cum eo fuerit coniuncta, oporte-
bit eum ipſum planetã animaduertere:& ſi quidem fuerit ♄,cauſa eſt in capite,morbus eſt lethargus,
ægroti ſunt ſomnolenti,inſenſiles,frigidi,neque eandem ſeruant æqualitatem morbi.nunc enim auge
ſcit,nunc minuitur.Quòd ſi Luna tum motu aut lumine, aut utroque eſt diminuta, ſummam ac extre-
mam (ut & antea diximus) morbi acceſſionem timeat, citca partem incepti curſus c c. Conſpicito
autem eo tempore & ſtellas alias:ſi enim ♃ aliquo ſchemate Lunæ annuerit, magnum quidem infir-
mo periculum eſt ſubeundum: prætergreſſus tamen diametrum,ſanus ſeruabitur.Si autem Mercurius
B ſolus prædicto ſcopo (Lunæ ſcilicet cum Saturno,ita ut diximus ſituatæ) ſchema ſuum addiderit:citra
ullum dubium morietur.Si uero Mercurius unà cum Marte ignito, hos tu redemptores magis, quàm
interemptores cenſeto:tua porrò intererit omnem prudentiam ac ſolertiam infirmo adhibere,cum te
non lateat Saturnum efficete affectiones frigidas,& rehumaticas.At uero ſi Mars dederit ſchema,præ
ſertim diametrum Lunæ motu etiam & lumine augeſcenti, hos faciet capitis affectus, alienationes
mentis, phrenitidas, iræ impetus, phlegmonas, accenſiones, inſultus ſanguinis. Oportebit igitur
in omnibus ijs adhibere ea, quæ teſrigerandi, & remittendi poteſtatem habent, hiſque utendum
maxime citca tetragonum: a tetragono enim trium dierum ſpatio incipiet uigere magnitudo morbi:
futuri autem ſunt uſque ad incepti a Luna curſus diametrum periculoſiſſimi, & acutiſſimi affectus.
Si autem huic ſcopo (Lunæ ſcilicet cum Marte in eo,ut diximus,ſitu repoſitæ) Mercutius etiam ſuum
ſchema adiunxit,poſt exacta tanta pericula infirmus ſanabitur.Mercurius enim Marti probe cõgruit,
Saturno minime.Quòd ſi decũbat aliqs,Luna aũt ſit in ſchemare Iouis,aut Mercurij,& Veneris, etſi ꝓ
utriuſq; planetæ natura,inæquales eſt factura ægritudines, & in diuerſos affectus infirmos trãslatura,
proculdubio tamen ſanantur.Operæpretium autem erit te animaduertere rationẽ uictus,horas, exer-
citia,balnea,potus uini:& ſi quidem ad Saturnum pertinent, qui ægritudine afflicti ſunt, tenebuntur
C deſiderio balneorum,ſeſſionis quietæ,frequentis nutrimenti,calidæ potionis:qui autem Martem atti-
nent,frigidæ potionis,motus,uini,inquietudinis.Vtile eſt igitur te iuxta ſingulos planetas,ſuo cuique
modo deſidetio non aduerſari:quælibet enim ſtella cuius rei deſiderio tenetur,eadem reficitur recrea-
turque. Non arbitraberis autem Aphrodiſi optime (ut ego opinor) curas eiuſmodi contrarias eſſe
rationibus medicorum: ego enim qui bene naturas ſtellarum cognitas habeo, dixi quibus quæque re
bus delectetur,ubi fuerit ab omni noxa ac uitio aliena. Si autẽ dum Luna eſt in ☌ Solis decumbat ali
quis,Saturnus autem in tetragono ſit aut diametro,aut etiam Lunam præſens adeat,quæ lumen & mo
tum ſuum diminuat,erit morbus quo ad originem,ex crapula, & diuerſitate ciborum ac multitudine:
futuræ autem ſunt febres cum aſtrictione alui,inflammationes hypochondriorum, articulorum dolo-
res,pulſus tetracti, ac inordinata totius corporis ſupercalefactio,circa pulmonem autem & ſiniſtrum
latus,erit ſenſus grauitatis.Huic auxilio erit ſubtractio ſanguinis,ac uſus eorum omnium, quæ habitũ
corporis ſoluere poſſunt.Quòd ſi nemo ex beneuolis Lunam protegit,omnino diametrum uiuus non
ſupergredietur: immo ſi & Mars idem ſchema quod Sol habuerit,aut ex diametro Lunam aſpexerit,
ſupra primum incepti curſus tetragonum non uiuet. At ſi beneuoli adfuerint, & Lunam inſpexerint,
periclitatus ſanabitur.

D *De ſchematibus Lunæ in Tauro.*

Si quiſpiam decumbat Luna exiſtenre in Tauro,maxime hora diei,Sol autem Lunæ offerat diame-
trum,aut tetragonum,erit morbus ex multitudine ſanguinis,aderit aſtrictio alui, aderunt accenſiones
dolores colli & circa oſſa,ſuperflua uigilia,deſiderium rerum frigidarum & uini.Huic ſanguinis detra
ctio plurimum conducet,atque ea omnia utilia erunt quæ uim aperiendi habent. Saturno autem idem
ſchema quod Sol habente,ſi nullus beneuolus protegit,diem undecimum non tranſiget:ſi autem bene
uoli præſentes adſunt,aut ſchemata porrigunt: poſt exacta pericula uigeſimo die ſanabitur. Si autem
Luna,ut diximus,poſita in Tauro,decumbat aliquis,motus autem Lunę & lumen minuitur,ad hæc Sa
turnus quocunq; tandem in ſchemate reponatur,præſertim ſi & ☿ pariter ſchemate contineatur, affe
ctus ægritudinum iuxta ſigni propriam naturam erunt tardi motu,difficiles cognitu:quos crederes ab
ſentes eſſe:cum tamen ægrotum affligunt,aderit uirium proſtratio,ac totius corporis debilitas,ſtoma-
chus appetitu priuatur,calor in profundo latet,articulorum dolores inceſſunt,totum corpus male ha-
bet.Hæc autem ego tibi in omni zodiaci ſigno indicia propono,ut dum aliquod horum ſe tibi obtule-
rit,circa infirmum dubius non hæreas. Signum autem hoc natura ſua tempeſtates ac uentos concitat,
ac eorum quæ in mari & terra eueniunt indicia facit:idcirco oportebit te præcipuam capitis curam ha
bere,hoc enim eſt quod primam morbi cauſam cõtraxit,quamuis hoc ita non appareat: totum neruo-

ſum

ſium genus compatitur, præter cetera ſtomachus: pulſus profundi ac reptantis formicæ ſpeciem præ E
ſe ferentes, præſertim de die: propterea utiliſſimũ quidem erit infirmum nutrire; non tamen tu puſilla-
nimis ſubtractionem ſanguinis uereare (licet id nimiam ſubinde debilitatem inducat) neque ſubdu-
ctionem alui, nec alia quæ euacuant. A tetragono aũt incepti curſus uſque ad diametrum æger diligen
tius eſt obſeruandus: & ſi quidem poſteaquam coniunctionẽ Solis euaſerit, meliora indicia Luna oſten
dit, ſoluetur morbus in diametro: ſi autem euadens coniunctionem peius indicat, maxime ſi tempore
cœpti decubitus nullus ex beneuolis protexit, ultra diametrum non ſuperuiuet. Si autem decumbat
aliquis exiſtente in Tauro Luna, cum ſchemate Martis (præſertim ubi Luna eſt amphicyrta) augẽs mo
tus ſuos, cauſa morbi erit circa collum & hypochõdria, idque ex ingurgitatione ac cibo nimio: febres
aderunt urentes, alui aſtrictiones: aſperitas linguæ, amaritudo oris, ſitis nimia: ipſi autem ægroti oculis
torui, truces aſpectu, ſermone audaciſſimi, qui aduerſus ſuos facile irritãtur ac exiliunt. Oportet igitur
ſummam diligentiam ſtrictæ aluo & eductioni ſanguinis adhibere, neque deſiderio frigidæ potionis
eorum multum aduerſari, morbi ipſi a principio quinque dierum ſpatio acutiores erunt: uigebunt uſq;
ad ſeptimam. Hic autem ad alia te eſſe etiam attentum oportet: ſi enim conſpexeris ☊ in quarta, ſcias
ægrum, procliuem & aptum eſſe cardiacæ paſſioni: ideo fac ut omni hora totius ſeptimanæ accuratus
ſis, ut citra incommodum uinum exhibeas, & frigida alia. Si autem tranſacta ſeptimana æger in dete- F
rius labitur, ultimum illi uale dicito, proculdubio enim obibit. In huiuſmodi uero indicationibus opor
tebit te & horarum aptitudinem inquirere, id quod fiet ſi repereris horas eas quibus ſchemata bene-
uolorum prodeunt: hę tibi plurimum conferent tam in nutriendo, quàm in lauando & exhibẽdo potu:
ſi enim hora bonorum ſchematum cibus offeratur (licet hoc dictis medicorum nonnihil repugnare ui
deatur) plurimum conferet infirmo. Quod ſi Lunæ in illo quem diximus loco reſidenti ♃ aut ♀ aut ☿
ſchemata dederint, ſiue ipſa motum augeat, ſiue minuat, certum ſalutis in diametro affuturæ indicium
tibi eſto: quare citra exhibitionem aliorum ſola attenuante diæta utere.

De ſchematibus Lunæ in Geminis.

Siquis decũbit exiſtente in Geminis Luna, cui adſit præſens ♄ uel ſchema diametrum aut tetrago-
num offerat, cauſa prima morbi erit ex nimijs laboribus, uigilijs, & maxime ex itineribus. Quòd ſi tum
Luna motum & lumẽ augeat, locus affectus erit manifeſtus, morbus breui ſeipſum declarat: augeri ue-
ro incipiet a die tertia uſque ad uigeſimum. erũt enim leuiuſculæ febres, & macies quæ per nocturnos
aſſiduoſque labores exinanito ſanguine contracta eſt: aderunt & ſplenis grauitates. Vbi autem ex be-
neuolis nullus protexerit, Mars autem idem quod Saturnus ſchema habuerit: poſt diẽ trigeſimam obi
bit. Si uero boni pręſentes affuerint, aut Lunam inſpexerint, chtonicis ac periodicis morbis detentus G
tandem ſanabitur. Si autem decumbat aliquis in geminis Luna exiſtente, cui tetragonum uel diametrũ
Mars offerat, uel pręſens apud eam ſit, augeſcente eius lumine & motu, morbus incurret periculoſus &
moleſtiſſimus: erunt enim febres continuæ, adſtrictiones alui, uſtiones magnæ, pulſus retracti ac inordi
nati. huic igitur competet ſanguinis detractio. Et ſi ex beneuolis nullus Lunam protegit, Saturno idem
quod Mars ſchema obtinente, morietur in diametro: ſi uero beneuolus aliquis Lunam intueatur, poſt
tanta pericula ſeruabitur. Si decumbat aliquis in Geminis Luna exiſtente, præincipientes cauſæ mor-
bi erunt labores & balnea: morbus autem qualibet humiditate exaggeratur magis. Quod ſi Saturnus
unà cum Mercurio ſchemata adijciant, maxime Luna diminutis gradibus abſcedente a Sole, erunt do
lores circa operatas ſcoptulas & lumbos, totum corpus calet, & ad ſimilitudinem ambuſtorum in ſu-
perficie dolet. Huic inutile fuerit ſi de uno loco ad alterum transferatur, id quod ipſe optabit: aduerſãt
illi & frigida quæcunque potio uſque ad ſeptimam. Si autem Luna incidens in Solis coniunctionem,
in minores motus progrediatur, ſine dubio morietur. Quod ſi prædicto ſcopo Lunæ, ſcilicet cum Satur
no & Mercurio, ita, ut diximus, poſitæ, accedet tempore cœpti decubitus ſchema alicuius beneuoli, in
firmi ipſi ab alijs ad alia mala transferentur, in iſchiaſes, & id genus alios articulorum dolores. Quanti-
tas temporis morborum oſtendetur ex coniunctione Lunæ, ideſt acceſſione ad ſtellas beneuolas, quæ H
infirmos redimunt. Hanc autem rationem & in alijs omnibus ſignis obſerues. Non ignores & illud, ꝙ
in quodcunque ſignum Luna intrauerit, illic imperium habet. Scito & hoc, quòd planetæ quando ſunt
diametrum Lunæ porrecturi, facile ipſimet hoc indicant. Si autem Luna, ita ut in priore exemplo dictũ
eſt, in Geminis exiſtente, tempore cœpti decubitus Mars aut Sol aut uterque ſimul ſchemata ſua por-
rigant (præſertim ſi Luna ſit amphycyrta) ipſa uero Luna in maiorem motum feratur, æger ita omnino
ſibi perſuadebit, ut credat ſe certo moriturum: proinde lamentabitur, flebit ac triſtabitur, in loquendo
erit promptus & audax. diuerſas ſimulacrorum ſeu phantaſmatum ſpecies ante oculos cernet, quę om
nia illi ſunt ad morbum. augent. n. illum & deteriorem reddunt. de die autem & ſtomachi debilitas in-
currit, & panniculorum capitis dolores inuadunt ita, ut infirmi diſſoluantur: & pulſuum motu penè ca-
reant. Oportet igitur fomentandi reſoluendiq; diligentem curam habere, ſanguinem detrahere, ac ci-
bos opportune exhibere. Ex coniunctione autem Solis cognoſces, ſit ne futura morbi ſolutio: & ſi
malum ſtomachi proſperius tibi apparebit, & panniculorum capitis dolores abſcedent, ſanabuntur ſi-
ne dubio infirmi. At uero ſi a diametro morbus in maius augetur, & tabes uentriculo inuecta fuerit, ci
tra ullum dubium peribunt: maioribus autem auxilijs quæ apud medicos in uſu ſunt opus eſſet. Si aũt
ad ſignum hoc Geminorum tempore decubitus incepti, beneuolæ ſtellæ ſchęmata porrigunt, ſiue Lu-

na

A na motum augeat ſiue minuat, medicatione opus non erit: diæta enim aere bono, balneis, deambulationibus, exercitationibus, morbus abigetur: aliquando etiam in tetragono infirmi liberantur.

De ſchematibus Lunæ in Cancro.

Si decumbat quiſpiam Luna in Cancro exiſtente, cui Saturnus uel præſens iungatur, uel porrigat
diametrum aut tetragonum, erit morbi prima cauſa balneum & refrigeratio. aderit fluxus ad thoracē.
aderunt tuſſes. aderunt conſtipationes. febres non uiolentæ, ſed tamen malignæ. pulſus parui ac debi-
les, grauitas in lateribus. Huic congruunt omnia quæ calefaciendi uim habent. Si uero ex beneuolis
nemo Lunam intuetur, longiore ægritudine detentus poſt diem quadrageſimā obibit: at ſi beneuolus
aliquis Lunam inſpicit, plurima mala perpeſſus tandem ſanabitur. Si autem decumbat aliquis Luna in
Cancro exiſtente, cui Mars aut præſens iungatur, aut tetragonum ſiue diametrum obijciat, erit prima
morbi origo ex nimio uomitu, ac ea agitatione, quam choleram uocāt, aut uentriculi ſubuerſione. Huic
igitur congruunt ea quæ conſtringunt & refrigerant. Quòd ſi ex beneuolis nemo Lunam inſpicit,
ad primum tetragonum incepti curſus obibit: ſi uero beneuolus aliquis aſpiciat, in primo incepti cur-
ſus tetragono ſanabitur. Si autem decumbat aliquis Luna exiſtente in Cācro, erit morbus ex repletio
ne uini & ingurgitatione: inchoabitur autem a commotione diſtenſioneq; membrorum affectorū: æger
B interrogatus bene morbum ediſſeret. Erit autem aliquando ex uomitu etiam citra repletionem: æger
male de ſe ſperabit afflictus dolore laterum, optabit aeri frigido ſemper exponi. quapropter & ueſtes
dilacerat. Sæpius autem & coli dolores incurrunt, maxime tranſacta diametro: proin oportebit non ſo
lum a frigidis abſtinere, ſed etiam adhibere ea quæ reſoluant & confortent, præſertim in principio. Si
autem Luna nōn ſit immunis, ſed Martis aut Solis aut utriuſque aliquo ſchemate opprimatur, febres
aſſurgunt augenturque, pulſus ſunt inæquales, nunc debiles, nunc firmi. Cōfert autem huic ſanguinis
detractio facta in tempore: a principio enim quinque dierum ſpatio uſq; ad incepti curſus partem, cc,
comitabuntur affectum laterum diuerſa & praua accidentia. Quòd ſi nemo beneuolorum protegit, fu
turum eſt ut a coniunctione Solis neruoſum genus male afficiatur, ita ut capti tādem mente uociferēt
& acclament: iuxta autem naturam ſigni huius mala de nocte magis affligunt. Si autem a cōiunctione
Solis Luna motu diminuto ſe eſt redemptura, non priuato præſidio bonorum, æger in morbum perio-
dicum decidet ac ſanabitur. Quod ſi Luna bonorum præſidio priuetur, iuncta communioni malorum,
nihilo minus & in periodico morbo obibit. Si uero ꝑdicto ſcopo nemo medius obuenerit, Luna uero
a coniunctione Solis motum diminuat, poſt diametrum ſanabitur: at ſi a coniunctione motum augeat,
medius uero interceſſit maleuolus Saturnus, ſubibit tot pericula, poſt diametrum tamen ſanabitur.
C Porrò natura huius ſigni eſt ut malignos & difficile ſolubiles morbos afferat, quibus ea remedia & cu
ræ quas crederes multum profuturas, magis nocebunt. Vtilis autem eſt uini exhibitio, balneum, & ci-
bus qui facile in corpus digeritur. Si uero Saturnus Lunæ a coniunctione exeunti unà cum Mercurio
ſchemata obijciat, auferentur morbi quocunque tandem modo, ſed relinquūtur dolores articulorum,
& earum partium quæ circa aures ſunt. Nonnullis autem circa pulmonē aut hepar aliquid mali rema-
net, eritque diuturnum & longum. Aduerte autem ſi in his ſchematibus Luna minuat motum: hoc pa-
cto enim faciet id quod reliquum eſt mali non ſolum longo tempore duraturum, ſed mortem etiam al
laturum. Si uero motum augeat & lumen; ♃ autem quocunque modo illi adhæreat, malum relictum
tantiſper durabit, quoad Luna peruenerit in decimum ab incepto curſu ſignum. Quando autem Luna
in Cancro exiſtens bonorum tantum ſchemata habet, aut etiam ipſius Mercurij, ſoluuntur morbi ad
primum incepti curſus tetragonum, oportebit uero abſtinere a frequenti balneo, exercitijs autem uti
& deambulationibus, ita enim morbis bene conſuletur.

De ſchematibus Lunæ in Leone.

Siquis decumbat Luna exiſtente in Leone, cui Sol diametrum aut tetragonum porrigit, prima mor
bi origo erit ex repletione & cruditate. aderunt grauitates thoracis & hypochōdriorū, aderunt febres;
D quarum calor maior erit in profundo, quàm in ſuperficie corporis. aderit aſtricta aluus. Huic congruēt
omnia quæ calefaciunt mòdice & aperiunt. Quod ſi nullus ex beneuolis Lunam inſpicit, circa diame-
trum morietur: ſi uero boni Lunam inſpiciunt, plurima mala perpeſſus tandem ſanabitur. Si autem de-
cumbat aliquis, in Leone Luna exiſtente, cui Mars uel præſens iūgitur, uel diametrum aut tetragonum
porrigit, erit prima morbi origo ex nimia plenitudine ſanguinis. febres aderunt cum fluxibus alui, pul
ſus debiles & ſubmerſi, defectus animi, lapſus appetitus, grauitas, ſomnolentia, & languor totius cor-
poris, immo & cardiaca aliquando. huic congruent ea quæ conſtringunt ac modice refrigerant. Quod
ſi nullus ex beneuolis Lunam aſpicit, die nona morietur: ſi uero boni aſpiciunt, plurimum periclitatus,
poſt diametrum ſanabitur. Si autem decumbat aliquis Luna exiſtente in quacūque parte Leonis (hoc
autem quod dicam & circa alia ſigna certum: ac ueluti Themiſtos conſilio proditum obſerues) Leone
horoſcopum occupante, morbus erit ex demacratione membrorum, per triſtitiam, per negocia, ſolici-
tudines: thorax calefiet, extrema autem frigeſcent. adſunt & capitis dolores, oculi caui, naſus retortus,
pulſus inſenſibiles. ægroti quaſi longis detenti ſint ægritudinibus, ita apparent corpore deiecti: tendun
tur autem quantum eſt ex eorum plenitudine. Quare oportet confeſtim ſanguinem detrahere, & ſi fie
ri poteſt, Luna in hoc eodem ſigno adhuc exiſtente, pręſertim ſi motum ſuum auget: ſin minus, intra ter
tium diem. Fricare aūt oportet extrema, & reſoluere ea, quę thoraci incumbunt. Si autem Mars ſimul &

Sol

Sol uterque aucto motu, schemata porrigant, tempore cœpti decubitus, Lunæ, cardiacam nullo modo E
infirmus euadet, infra quintum diem. Si autem Saturnus schema porrigat Lunæ, non est adeo timendũ
ut moriatur. Si uero Iuppiter aut Venus schemata Lunæ porrigunt tempore cœpti decubitus, spes est
firmissima salutis circa tetragonum incepti cursus affuturæ. Si autem ipsa Luna sola, citra ullum sche-
ma, motu diminuta in Leone sit, etiam spes firma salutis. Proderit autẽ ægroto exhibitio uini, balneũ,
deambulatio, præsertim post tertiam, aut post quintam. Si autem Luna in Leone, ut diximus, sit tem-
pore cœpti decubitus, augeatque motum. Saturnus uero in medio cęli constitutus suum schema illi
porrigat, futurum est id quod diximus circa tetragonum: nihilo minus tamen uentris dolores & infla-
tiones remanebunt, etiam si præsens adsit aliquis ex beneuolis, sanantur tamen, idque tanto citius si
Luna a coniunctione motu aucto currat. Si uero Lunæ in Leone existenti tempore cœpti decubitus
♄ & ♂ & alius quicunque schemata obijciat, ipsa uero Aquilonem uersus egreditur, soluentur mor-
bi omnino adueniente cursus incepti diametro. Non oportebit uero calefacientibus uti, sed ægrum in
umbra decumbere: utile autem erit eius desiderio plurimum aduersari, frigida exhibere, cibos offerre
qui nec inflent nec attollant. Si autem Luna a nemine aspiciatur, auget uero motum, futurum est ut
circa diametrum datis signis criseos morbus soluatur: at si motum minuit, auferet aliquid morbi circa
coniunctionem Solis: faciet tñ ut æger sæpius recidiuam perpessus longius affligatur, salubriter tamẽ. F

De schematibus Lunæ in Virgine.

Siquis decumbat existente in Virgine Luna, cui Saturnus uel præsens iungatur, uel tetragonum aut
diametrum porrigat, erit prima morbi causa, desidia & cruditas. dolor erit in uentriculo & intestinis,
phlegmone in hypocondrijs. aderit febris cum alui astrictione, quæ non seruabit ordinem remissionũ
& afflictionum. pulsus erunt profundi, frequentes & debiles. huic cõgruent ea quæ modice calefacien-
do aperiunt. Quod si beneuoli Lunam non aspiciant, circa diem quadragesimam in summo periculo
reponetur: si uero boni aspiciunt, longam ægritudinem perpessus tandem sanabitur. Si autem decũbat
aliquis existente in Virgine Luna, cui Mars uel præsens adsit, uel tetragonum aut diametrum porrigat
erit morbus qui a fluxu uentris incipiet, quem subsequetur dysenteria, ita ut sanguis fluat, & excorien
tur intestina exulcerenturq;: aderunt febres malignæ, pulsus debiles ac frequentes, casus appetitus,
subuersio stomachi. huic congruent ea quæ adstringendi uim habent: & nisi Lunam boni aspiciant, mo
rietur die trigesima: si uero boni aspiciant, sanabitur. Si uero decũbat aliquis existente in uirgine Luna
erit morbus, quẽ cœliacam uocant passionem. aderũt dolores uentris, & inflationes, quæ a læsa coctio
ne originem sument, ea quæ uenter excernet, fluida erunt, quæ autem uesica, uiridia ac male olentia.
aderunt punctiones in septo transuerso, & uentriculo iam debili, cõpatietur totum neruosum genus: G
oculi erunt aperti ac uigilantes, præsertim a principio. Si autem Luna ex paruo motu in maiorem pro-
uehitur, Mars autem aut Mercurius & Sol schemata illi porrigunt, timendum erit ne nimium exaspera
to malo infirmus in insaniam decidat. necesse uero erit adhibere ea quæ ingrossandi inspissandiq; uim
habeant: uitanda erunt omnia fluida, frigida, uuida: tanto autem hæc uitanda magis, quanto in maiorẽ
motum Luna uehitur: circa diametrũ enim suspicio erit cœliacæ & dysenteriæ, quæ mala si semel cor-
ripiant hominem longo tempore minutim abscedunt. Si autem Lunæ in Virgine, ut diximus, existen
ti Saturnus cum Mercurio aut Venere aut Ioue schemata porrigat, nihil minus futura est longi tempo
ris ægritudo, splenitica aut nephritica: quæ mala abscedent quidem, sed longo tempore affligunt. Si au
tem Luna tempore cœpti decubitus sola sit, & a nemine inspiciatur, siue augeat motum, siue minuat,
futuræ sunt hæmorrhoidum fluxiones, quas Luna circumactis usque aliquot reuolutionibus auferet.
infirmi erunt liuidi, atri per longum tempus, sanantur tamen. Si autem tempore cœpti decubitus Iuppi
ter aut Venus aut Mercurius, siue horum aliquis, siue omnes Lunæ schemata porrigant, non minus ad-
sunt fluxus uentris, desinunt tamen circa diem quintam. Oportet autem uinum quidem exhibere, sed
balneum subterfugere.

De schematibus Lunæ in Libra. H

Si decumbat aliquis in ♎ existente Luna, cui Saturnus uel præsens iungaẽ, uel tetragonũ aut diame
trũ porrigat, erit prima morbi origo ex nimia uini poratione & crapula. Quod si Luna minuat motum
suũ, decubitus autem primum noctu incipiat: futuri sunt affectus mali capitis & thoracis, rheumatismi,
tusses præsertim a principio, grauedo capitis, casus appetitus, febres continuæ, quæ nullum ordinem
afflictionum seruabũt, pulsus erunt frequentes & debiles. huic igitur congruunt ea quæ calefaciãt. Si
tamen unà cũ Marte Saturnus schemata porrigat, citra ullum dubium morietur, ueniente diametro. Si
autem decũbat aliquis existente in ♎ Luna, cui Mars uel præsens iungaẽ, uel diametrũ aut tetragonũ
porrigat: erit morbus ex nimia sanguinis copia, erunt febres cõtinuo crescentes, pulsus retracti, defe-
ctus animi, phrenitis, superflua uigilia, totius corporis inflammatio, huic congruet sanguinis detractio,
& ea omnia quæ soluunt habitũ corporis. Quod si nullus ex beneuolis protegit, infra decem dies mo-
rietur: si uero boni aspiciunt, circa diametrum summum perpessus periculum sanabiẽ. Si aũt decumbat
aliquis existente in ♎ Luna, diffundetur materia morbi in membra extrema, quæ inflammabunẽ & do
lebunt, calor tamẽ erit in profundo maior, æger oculos continuo occludet, cũ tamẽ non dormiat, deij-
cietur illi appetitus. Tales igitur sunt iuxta signi huius naturam affectus, in quibus cognoscendis mul-
ti errant: putant enim ea accidentia ex cibis, quos inscijs medicis ægroti accipiunt, prouenisse.

Si

A Si autem ipſi Lunæ minuenti motus ſuos Saturnus & Venus, aut ☿, aut uterque accedit, omnino cir-
ca diametrum in phrenitim incidet: proinde fomentis utere, & ijs quæ reſoluunt. infirmum autem in
ſecretiorem locum abſconde, & in ſolitudine diligenter obſerua, ne clanculum aquam bibat: futurum
enim eſt ut circa diametrum excretione alui facta a morbo redimatur, uſus ijs quæ diximus remedijs:
ſed tamen ad diuturnos inæquales & periodicos morbos reddetur procliuis, a quibus tamen redimi-
tur. at uero ſi ſolus adeſt Lunæ Saturnus, peribit, niſi Luna motum augeat: ſic enim plurima in princi-
pio & augmento morbi perpeſſus circa diametrum ſanatur. Si uero exiſtenti in ♎ Lunæ Mars & Sol
ſchemata obijciunt, erunt cauſæ morborum in capite, quæ facient cephalalgias, rheumatiſmos, hemi-
cranias. Si uero Mercurius adfuerit, materia morbi erit in oculis, quæ facient ſuffuſiones: dilatatio-
nes pupillæ, glaucoſes. Vtile eſt autem ut plurimum in ijs malis ſanguinem ſubtrahere: utiles ſunt &
alui excretiones. ne tamen promittas cito ſalutem infirmis affuturam: longum enim tempus in ijs ma
lis ſunt abſumpturi non ſine magno diſcrimine. Si autem Lunæ in ♎ exiſtenti, Iuppiter aut Venus ſche
mata porrigat, ſanantur infirmi aliquouſque male detenti. Si autem nemo ſe Lunæ offerat, nec aliquis
eam aſpiciat, ipſa uero motus ſuos minuit, futuri ſunt morbi maligni & difficiles cognitu, præſertim in
oculis. ſed tamen ueniente Luna ad diametrum ſoluuntur. Scito autem omnia ea ſigna quæ in tropi-
B cis & æquinoctiali ſita ſunt, malignos ſemper producere morbos.

De ſchematibus Lunæ in Scorpione.

Si decumbat aliquis in Scorpione Luna, cui præſens iungatur Saturnus, uel tetragonum aut diame
trum obijciat: erit origo morbi ab inflammatione inguinum & locorum profundorum, circa anum &
pudenda, Quòd ſi Luna motus ſuos augeat & lumen, beneuolique illam aſpiciant, reditus ad ſanitatẽ
erit facilis. Si uero decumbat aliquis exiſtente in Scorpione Luna, cui Mars præſens iungatur, uel te
tragonum aut diametrum porrigat, ipſa uero motus ſuos minuit & lumen, ſchemata beneuolorum re-
tinens, redibit ad ſanitatem, ultra uel citra tetragonum aut diametrum: hoc enim in ſingulis ſignis be-
neuoli faciunt, ut iam noſti: reddunt enim morbos mitiores & ad curandum faciliores. Si uero decũ-
bat aliquis exiſtente in Scorpione Luna, origo prima morbi erit ira & contentio ſiue iurgia, inflam-
mabuntur loca in abdomine circa ſedem aut ueſicam: febres a die tertia increſcent & augebuntur, in-
firmus autem deſipiẽs factus exaſperabit mala ſua. Si autem Luna in hoc ſigno auget motus ſuos, præ
ſertim ab ♂, Mars uero ipſi præſens adeſt, periculum eſt læſionis per ferrum quoquo modo occulto. Si
autem & Sol præſens adeſt, aut ſchema porrigit Lunæ ſuos motus augenti, (id quod fit quando ipſa ſe
cundum longitudinem ſui curſus quindecim partes percurrit,) periculum erit apoſtematis pleuritici.
C iudicantur autem & liberantur infirmi fluxu ſanguinis. Oportet autem in ſecretiore loco infirmum ſer
uare, abſtinere uero ab omni frigidorum uſu, a lationibus, malagmatibus frigidis, balneis, extractioni-
bus ſanguinis per cucurbitulas: morbo autem ad diem undecimum protracto, itur tandem in diutur-
num malum, in quo non minus eſt periculum. Si autem decumbat aliquis in ♏ Luna exiſtente, cui Iu
piter uel ♀ adſit præſens, uel ſchema porrigat, erunt eadem mala quæ diximus, ſed ſalubriora, a qui-
bus tamen non liberatur niſi longo tempore: longitudo autem temporis aut numerus dierum duratio
nis morbi cognoſcetur ex connexione Lunæ cum ſtellis beneuolis: donec enim uel ipſi planetæ præ-
ſentes boni, uel eorum ſchemata non acceſſerint, morbi uigent, ſuamque uim obtinent: ſtatum tamen
ac ueluti præfinitum tempus ægritudinis eſt ad diem diametri, ultra quam ſi morbus protrahatur, fit
chronicus, & longus. Si autem decumbat aliquis Luna in Scorpione exiſtente, uergenteque ad Solis
coniunctionem motu diminuto, cui Saturnus uel præſens iungitur, uel ſchema porrigit, defatigabitur
plurimum infirmus & labefactabitur longitudine morbi, qui erit defluxus ad inferiora loca, anum ſcili
cet aut pudenda: & niſi beneuolus aliquis protegat, ſic commorietur. At uero ſi Luna motu aucto
progreditur, Saturnus autem illi aut iungitur præſens, aut ſchema porrigit, futura ſunt eadem mala, ſed
minus periculoſa, tamen chronica & diuturna. Natura autem ſigni huius exigit, ut uitetur uſus balneo
D rum, ac eorum omnium quæ humores fundunt & defluere faciunt.

De ſchematibus Lunæ in Sagittario.

Si decumbat aliquis exiſtente in Sagittario Luna, cui Saturnus præſens iungatur, aut tetragonum
uel diametrum obijciat, morbus incipiet a fluxu ſubtilium tenuiumque rheumatum, aderunt dolores
articulorum, aderunt adſtrictiones alui, febres, quarum acceſſiones erunt cum rigore & frigiditate ex-
tremorum. Quando igitur Luna ſuum lumen & motum maxime minuet, erunt tum acceſſiones febriũ
duplices, erunt conſtipationes multæ, pulſus profundi. Huic igitur congruent ea quæ calefaciendo
aperiunt. Niſi uero beneuoli aſpiciant, futurum eſt ut magna pericula ſubeat, ſanatur tamen tranſcur
ſa diametro. Si uero decumbat aliquis exiſtente in Sagittario Luna, cui Mars præſens iungatur, uel
tetragonum aut diametrum obijciat, Luna uero auget lumen ſuum & motum, erit ægritudo ſummi pe
riculi, cuius origo eſt repletio & crapula. futurę ſunt febres continuæ, q̃ magis ac magis inualeſcũt. erũt
choleric æ paſſiones, ſoluta aluus, pulſus debilis. Congruent huic ea quæ refrigerant & conſtringunt.
Quòd ſi maleuoli Lunam inſpiciunt, ſeptima morietur: ſi uero beneuolus aliquis inſpicit, ſanatur, trãſ-
curſa diametro, ſed non ſine periculo. Si uero decumbat aliquis Luna in Sagittario exiſtente, morbus
eſt qui ortum accepit à balneo & aere frigido. totum corpus fluxu rheumatum corripitur. adſunt do-
lores gingiuarum & dentium: præincipiens autem morbi cauſa in thorace eſt. Si autem Lunæ acceden

ti motu

ti motu diminuto ad Solem, præſentes iunguntur, aut ſchemata obijciunt ♄ & ☿, futuræ ſunt inflam- E
mationes pulmonis & ſepti tranſuerſi, totum corpus ſupercaleſit. oportet autem adhibere ea maxime,
quæ reſoluunt & exiccant. utilis erit præſertim a principio detractio ſanguinis. Quòd ſi Luna trāſgreſ-
ſa prius tredecim partes, nunc decimamquartam tranſgreditur, quinta die morietur. Si autem tempore
decubitus Lunæ exiſtenti in Sagittario ♃ aut ♀ iunguntur, uel ſchemata porrigunt, futura quidē ſunt
ea, quæ diximus, mala, ſed erunt ſalubriora. Si uero Luna nemini iūgatur, nec aſpiciatur a quopiam, mo
tum autē ſuum auget, ſalubriora quoque mala accidunt. At uero ſi Mars & Sol Lunæ augenti ſuos mo-
tus ſchemata obijciant, ſupra mala prædicta tuſſes uehementiſſimæ ſuperuenient. Natura autem ſigni
huius eſt ut ægrotis uigilias incutiat continuas, & noctu maiorem afflictionem quàm de die commo-
ueat, unde adeo debilitātur infirmi, ut uix pulſus eorum percipere poſſis. Neceſſe uero erit uti ijs quæ
reſoluuntur & modice calefaciunt: fugere autem balnea, lotiones, humectationem denique omnem:
æger uero in obſcuro ſub umbra decumbat, qui ſpem ſalutis certam habeat, ſi boni Lunam aſpiciunt.
Quòd ſi unus tantum ex beneuolis protegat inſpiciendo Lunam, plus quidem exaſperantur mala, ſpes
tamen eſt certa ſalutis poſt pericula.

De ſchematibus Lunæ in Capricorno.

Siquis decumbat Luna in Capricorno exiſtente, & minuente ſuum motum, cui ♄ præſens iungatur F
uel tetragonum aut diametrum obijciat, origo morbi eſt refrigeratio in balneis, adſunt tenuia rheuma
ta, grauitas thoracis, & pulmonis, tuſſis præſertim a principio, febres quarum acceſſiones ueniunt cum
rigore, idque magis noctu. huic congruent ea quæ calefaciant. & niſi bonus aliquis Lunam aſpiciat, die
uigeſimoprimo morietur: ſi uero boni aſpiciunt, ſanabitur, longam pulmonis ægritudinem perpeſſus,
Si decumbat aliquis, in Capricorno Luna exiſtente, cui præſens iungatur Mars, aut diametrum uel te-
tragonum obijciat, morbus erit qui originem traxit a læſa coctione, quam ſubſequitur uomitus & cho
lera: morbus equidem periculoſus & acutus: comitabuntur illum neruorum diſtenſiones, inflamma-
tiones, bilis mordax in inteſtinis & ano. huic congruent ea quæ refrigerent & conſtringant: niſi uero
bonus aliquis tum aſpiciat, die quinta aut ſeptima morietur: ſi uero beneuolus aliquis aſpiciat, ſanatur
infra ſeptimam. Si decumbat aliquis Luna exiſtente in Capricorno, cauſa præincipiens morbi erit la-
bor & inanitio: erunt autem dolores potiſſimum in dorſo, incurrent horrores ſæpius, ita ut bis terque
breui ſpatio temporis acceſſiones ſuas faciant: eriguntur pili totius corporis, febres ſunt cum aluo ad-
ſtricta, & diſſoluta debilique uirtute. Hæc ego multa tibi ea de cauſa adduco, ut tu habitis ijs indicijs,
morbos certioribus notis dignoſcas, Tanto uero debiliores infirmi redduntur, quanto Luna motus
ſuos magis diminuit: uidebis ægrotum delirare in loquendo, oculos raro ſurſum attollere. Quòd ſi cir G
ca incepti curſus diametrum Saturnus Lunæ iungatur uel ſchema obijciat, reponetur eo tēpore in ſum
mo diſcrimine infirmus, idque ob uiolentiam & afflictionem nimiam febris. Quòd ſi tum aliquis ex be
neuolis protegat, liberatur, ſed longo tempore afflictus. Si uero Mars, aut Sol una ſimul ſchemata por-
rigat, tranſmutabitur morbus, fietque periodicus. At uero ſi Luna motum ſuum augeat, præſens uero
illi circa incepti curſus diametrum adſit ♄ aut Sol, ut diximus, futurus eſt morbus periculoſior. Si aūt
Lunæ in Capricorno exiſtenti ♃ aut ♀ aut ☿ ſiue horum aliquis, ſiue omnes præſentes iungantur, aut
ſchemata porrigant, cauſa morbi eadem eſt quam diximus, ſed morbus fit omnino ſalubris. Animad-
uerte autem naturam ſigni huius, cuius proprium eſt periculoſas inferre ægritudines. Oportebit uero
abſtinere a balneis, & ab omni frigidorum uſu, decumbere uero in ſublimi & alto loco. Expediet & ex
ercitia, ſi fieri poteſt, infirmis iniungere.

De ſchematibus Lunæ in Aquario.

Siquis decumbat exiſtente in ♒ Luna, cui augmentanti lumen ſuum & motum Saturnus præſens
iungatur, uel diametrum aut tetragonum obijciat, origo morbi eſt, labores, uigiliæ, aut itinera: non ſer
uabitur autem æqualitas morbi in augendo & diminuendo. Quòd ſi bonus quiſpiam Lunam aſpicit, ſa
nitas redit circa incepti curſus diametrum. Si uero decumbat aliquis, in ♒ Luna exiſtēte, cui minuen H
ti motum ſuum & lumen Mars præſens iungitur, aut diametrum uel tetragonum obijcit, cauſa præinci-
piens morbi eſt in inguinibus, aut in cruribus, aut in pudendis: futuræ ſunt febres urentes, continuæ, &
creſcentes continuo, extrema tamen membra magis, quàm cetera inflammantur. incurrit ſitis, inquie-
tudo, ita ut ægroti in eodem loco non permaneant, ſed crebro exurgant: adeſt deſiderium frigidæ po-
tionis. Si uero Lunæ augmentanti ſuos motus præſens Mars iungitur, aut aliquod ſchema obijcit, futu-
rum eſt ut infirmus circa incepti curſus tetragonum animo delinquat. Congruēt uero huic ſubtractio-
nes ſanguinis: nec oportebit nimium ſe opponere eorum deſiderio ad potionem frigidam, neque in lu-
cido loco decumbere. Quòd ſi circa tetragonum morbo nihil decedat, morietur in diametro. Si autem
Lunæ in Aquario exiſtenti ♃ aut ♀ ſiue uterque eorum, ſiue alter ex ijs ſchemata porrigat, Luna uero
ſuos motus minuit, ſanatur circa diametrum. Si autem Lunæ minuēti ſuos motus Saturnus ſchemata
obijciat, aut etiam Mercurius, ijdem ſunt futuri affectus, quos ante diximus: ſupra illos tamen accedūt
& rheumata, & fluxus diuerſi ad inferiora membra. Periculum etiam erit ne infirmus in hydropem de
cidat: certum autem eſt quod longo tempore affligetur. At uero ſi Luna tempore cœpti decubitus mo
tum ſuum medium non excedit, ſanitas quidem eſt affutura, ſed tarde.

A *De ſchematibus Lunæ in Piſcibus.*

Siquis decumbat exiſtente in ♓ Luna, cui minuenti ſuum lumen & motum Saturnus præſens iun-
gatur, aut diametrum uel tetragonum obijciat, morbi prima origo erit refrigeratio ex balneis, quam
ſubſequentur tenuia rheumata, ſtipabuntur extrema, febres accedent cum rigore, quarum acceſſiones
erunt duplices: erit dolor capitis, punctiones ad thoracem, grauitates in hypochondrijs & articulis,
pulſus profundi & debiles. huic igitur congruent, ea quæ calefaciant, & ſtipata aperiant. Quòd ſi bene
uolus aliquis Lunam inſpicit, ſanatur circa diametrum, remanēt tamen diuturni articulorum dolores.
Si decumbat aliquis Luna in ♓ exiſtente, cui augmentanti ſuum lumen & motum Mars præſens iun-
gatur, aut diametrum uel tetragonū obijciat, origo morbi eſt a nimia uini potatione & cruditate, mor-
bus autem a die tertia uigorem maiorem accipiet: afflictiones erunt noctu maiores, ſuccedēt uſtiones
nimiæ in thoracem, delirium, phrenitis, dolor capitis, ſitis, deſiderium uini, pulſus tetrahētur. Huic con
gruent ea omnia, quæ habitum corporis ſoluunt, præcipue tamen detractio ſanguinis: & niſi bonus ali
quis Lunam aſpiciat, circa primum incepti curſus tetragonum morietur: quod ſi boni aſpiciunt, ſanat
poſt diametrum, ſed magna prius expertus pericula. Si autem Lunæ in ♓ exiſtenti, ♃ aut ♀ præſentes
adſunt tempore cœpti decubitus, aut ſchemata porrigunt, ſanitas redit, aut circa primū incepti curſus
B tetragonum aut diametrum. Magni autem momenti apud te eſſe debent & anguli cęli: ſi enim tempo
re cœpti decubitus beneuoli, aut in horoſcopo, aut in medio cęli ſint repoſiti, Luna aūt eſt in ſchema-
te tetragono aut diametro malorum: non leue eſt inde ad conſequendam ſalutem auxilium. Si contra
maleuoli ſint in horoſcopo, Luna autem eſt in ſchemate bonorum, magnum eſt ſalutis futuræ impedi-
mentum. Operæprecium eſt igitur optimum medicum meminiſſe ſemper præceptorū mathematices,
diſquirere diligenter diem & horam decubitus: conſpicere deinde ſitum cęli, ſine conſenſu cuius ni-
hil uſquam fieri poteſt. Si decumbat aliquis exiſtente in ♓ Luna, cauſa morbi procatarctica eſt, uel im-
portuna lotio in balneo, uel nuda deambulatio, uel frigida potio. Statim autem compatitur neruoſum
genus præcipue ſtomachus: adeſt febris, adeſt ſpirandi difficultas, aſtrictio alui: calor tamen maior in
profundo quàm in membris extremis, pulſus adeo fiunt parui, ut uix eos percipias, immutantur tamen
ſubito, ita ut infra horas duas diuerſitatem in illis agnoſcas: uenter autem fluida excernet, urinæ male
olent. congruent huic uſus refrigerantiū. Quod ſi Luna in primo incepti curſus, tetragono curſus ſuos
augeat, icta Saturni aliquo ſchemate, ſanari quidem poterit, ſed cū magno periculo. Si autem Luna in
♓ exiſtens, ♃ & ☿ ſchemata habeat, eædem morbi cauſæ erunt, quas ante diximus: in hoc tantum erit
diuerſitas, quòd uentriculi dolores ſuperaddentur, quibus debilitantur, uarianturque pulſus. Si autem
C Luna motum ſuum medium excedit, Saturni icta ſchemate, ultra primū incepti curſus tetragonon non
uiuet. Quod ſi ♀ quoquo modo Lunæ det ſua præſidia, morbus uſque ad diametrum protrahitur, ex
quo tandem dyſenteria ſubſequetur, pallores, tumores pedum, macies totius corporis, qua conſumpti
tandem moriuntur infirmi. Si uero Luna excedens motum ſuum medium, Martis & Solis ſchematibus
feriatur, eædem erunt morbi cauſæ, quas diximus: febres tamen continuo magis aſſurgent, phlegmono
hepati additur, extrema uruntur. Oportebit uero hora opportuna cibare infirmum, cibo qui magis nu
triat. Natura uero huius ſigni interdum non admittit euacuationem ſanguinis per phlebotomiam. Ni
ſi uero beneuolus aliquis aſpiciat, morieſ in diametro infirmus. At ſi ♃ aut ♀ inſpiciat, Luna uero mo-
tus ſuos minuat, periclitandum quidem infirmo eſt ex ijs, quas ante diximus, cauſis: circa diametrum
tamen ſanatur, præſertim ſi in curando medicus non erret. Aduerte autem ad Iouem & Venerem: ſi.n.
horum ſchemata Luna habeat, ipſa uero motum augeat, Martis & Solis ſchematibus oppreſſa, nihil in
deeſt auxilij, moritur infirmus. Vellem autem ut eorum quæ hucuſque diximus præceptorum recorde
ris, non ſolum circa decubitus, ſed etiam circa illata uulnera, circa partus mulierum, & alia quæ homi-
nibus accidunt: inde enim ſcies quando opportune chirurgiam, aut curationes alias quæ ex delectu &
arbitrio fiunt, ægrotis adhibere debeas: ueluti, exēpli gratia, in dilatatione pupillæ oculorum, in glau-
D comate, in ſuffuſione. Chirurgiam primum incipies quando Luna lumen & motum ſuum auget, bene-
uolorum ſchematibus expoſita. Vtile eſt te ſcire & illud, periculum eſſe excalfacere corpora quando
Luna auget lumen ſuum & motum, cui Mars aut Sol iungatur, uel ſchemata obijciat. Periculum item
refrigerare corpora quando Luna minuit motum ſuum & lumen, cui ♄ aut ☿ præſens iungatur, uel
ſchemata obijciat. Quando uero uno die & eadem hora duo decubuerint, animaduerte ad ætates illo-
rum, ac eas mutuo ſibi conferas, iunior.n. citius ſanatur & facilius (pro diuerſitate morborum quos iā
circa ſingula ſigna diligenter examinauimus) ſi Luna minuat motum ſuum & lumen, Saturni uel Mer-
curij ſchemati expoſita: ſenior autem aut tranſmutationem faciet morbi in alium morbum, aut longio
ri tempore ſanabitur. E diuerſo iuniori maius incūbit periculum circa incepti curſus tetragonum, aut
(ſicuti iam docuimus) diametrum, ſi Luna augeat motum ſuum & lumen, Martis aut Solis ſchemati ex
poſita. At uero ſi Luna ſeiuncta a commercio malorum, ſolum ſchematibus bonorum expoſita fuerit,
iuniores & ſeniores ſanantur pro diuerſitate affectuū, quos circa ſingula ſigna expoſuimus. Hæc uero
ego tibi nunc adiunxi, ut tu fretus conſilio abſolutiſſimo, in omnibu. ſis abſolutiſſimus.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE DISSOLVTIONE CONTINVA.

QVIA corpora hominum sunt in continua dissolutione & propter calorem naturalem qui est in ipsis, & propter calorem aeris circundantis ea extrinsecus; fuit necessarium restaurare in eis quod dissolutum est de ipsis. Ideoque fuerũt necessarij cibi & potus. & fuit infusa in ipsis uirtus appetitus ad cognoscendũ horam necessitatis eorum. & quantitatem assumendam de eis: & speciem cõuenientem eis. Verum quia non restauratur id quod dissoluitur, nec stat loco eius nisi sit sibi simile, nec inuenitur in cibo & potu aliquod simile ei quod dissoluitur de corpore, ideo fuit necessarium naturam mutare cibum & potum; ut stet loco eius quod dissolutum est, & ingrediatur in locum eius. neque potest uirtus quæ mutat & cõuertit cibum & potum in corpore hominis, facere quòd mutetur & conuertatur nisi quod est simile corpori & proprium. Et quoniam non tantum quod comeditur & bibitur assimulatur corpori, ideo non est dubium quin remaneat ex cibis & potibus superfluitas in corpore: quam de corpore mũdificare oportet & ab eo eijcere. F Nam sicut ciborum & potuum quando intrauerint stomachum, operatusque fuerit in eis stomachus suas operationes, eorum pars transit ad hepar, & residuũ fit egestio mundificanda de corpore, similiter faciunt organa corporis & loca ad quæ peruenit nutrimentum ad hoc facta. Oportet igitur penitus eum qui uult custodire sanitatem, ad duas res intentionem suam dirigere. quarum una est ad corpus cum cibo conueniente, loco eius quod dissolutum est de ipso. Alia est mundificatio ab ipso eius quod generatum est de superfluitatibus ciborum. Verum oportet te scire diuersitates naturarum ciborum, & diuersitates naturarum corporum, & nocumenta eorum, ut scias cõuenientiam cuiuslibet specierum cibi, & cuiuslibet differentiarum hominis, propterea quòd naturæ ciborum sunt diuersę. Nam eorum quidam sunt temperati, sicut ex quibus generatur sanguis purus & mundus. & quidam eorum sunt non temperati, sicut ex quibus generatur sanguis cũ cholera aut phlegmate, aut cholera nigra superflue aut uentositas crassa & inflatiua. & eorum quidam sunt crassi. & quidam subtiles. & quidam ex quibus generatur humor uiscosus. & eorum ex quibus generatur humor sine uiscositate nocuus. & eorum qui iuuant proprie naturas alicuius membrorum & non alias. Et corporum quædam sunt temperata etiam, quibus dominatur naturalis sanguis purus & mundus. & quædam sunt non temperata, & dominatur eis phlegma, aut una ex choleris, siue una duarum G cholerarũ. & quædam eorum sunt rara & uelocis dissolutionis. & quædam sunt spissa & tardæ dissolutionis. & quædam quæ in omnibus membris sunt sana. & quædam sunt quæ sunt læsa in aliquo membrorum & non in alijs. Itaque oportet quando dominans est secundum corpus sanguis mundus, quòd ministrentur cibi æquales in quantitate & temperati in naturis suis. & quando est phlegma dominans, oportet quòd sint cibi calefacientes & exiccantes, & nutriatur cum his quæ addunt in caliditate & consumunt humiditatem. Et quando ei fuerit dominans cholera, oportet quòd nutriatur cum ijs quæ extinguunt choleram & addunt in humiditatem. & quando ei nigra cholera dominatur, oportet quòd nutriatur cibis calidis & humidis. Et quando corpus est spissum & tardæ dissolutionis, oportet quòd nutriatur cibis paucis & subtilibus & humidis, quia paucum est quod dissoluitur de corpore. Et quando corpus fuerit rarum, oportet quòd nutriatur cibis multis crassis siccis & uiscosis, propter multitudinem eius quod dissoluitur de corpore. & hoc regimen est conueniens de necessitate, nisi sit in aliquo membrorum corporis læsio aut dolor. quia quando fuerit læsio aut dolor in aliquo membrorum, oportet quòd fiat consideratio de cibis conuenientibus membro dolenti. & si fuerit diuersum a necessitate residui corporis, sicut quando hepar est frigidum & stomachus, & in uijs sunt oppilationes, oportet quòd administrentur cibi subtiles, & H dimittat cibos crassos, & si sit residuum corporis præter necessitatem eorum, propter maiorem tenuitatem & raritatem, ut non faciant cibaria crassa opilationem in hepate. aut si est aliquando hepar calidum, prohibebis cibaria dulcia, & si ipsi corpori conueniant, propter uelocitatem conuersionis eorum in choleram rubram. Et quando stomachus est debilis, oportet confortare ipsum nutriẽtibus. & quando est quòd in ipso generatur phlegma, oportet ipsum lauare & abstergere. & quando est quòd in eo cholera generatur uelociter multa, conueniunt quæ extinguunt acuitatem choleræ, aut quòd prætermittantur res generantes ipsam. Et si est aliquando cibus remanens natans in orificio stomachi, ministrentur cibi crassi ponderosi, ut ponderositate sua descendant in fundum stomachi. & præcipias ei quòd paulatim moueatur post cibum, ut decliner cibus de ore stomachi. & quando hoc non fecerit, non est necesse quod memorauimus de cibo & motu. & quando est descensus cibi de stomacho ante digestionem suam, indigemus his quæ stringunt & retinent. & quando est superfluitas cibi difficilis descensus de stomacho & intestinis, indigemus his quæ descendere faciant, & uentrem mollificent. & quando caput est calidum suscipiens uapores, prætermittamus cibaria calida & sicca, licet conueniant in reliquo corpore. Et oportet quòd non sis contentus his quæ memorauimus, sine cõsideratione. s. quãtitatis motus ante cibum & somnum post. Nam qñ est motus ante cibum multus,

A ciba bene non cibis multis,craſſis,uiſcoſis ad ſiccitatem declinantibus , qui ſint difficilis diſſolutionis,
neque iniungas ei diætam,quia parum conuenit ei,& quando non eſt ante cibum motus , uel eſt pau-
cus oportet quòd non ſit contentus diæta,cum ſcilicet paucis cibis & ſubtilibus ſine adiutorio,in pur-
gando cum medicina laxatiua,uel cum balneo illud quod generatur in corpore de ſuperfluitatibus . &
quandoque cum prouocatione urinæ,& cũ minutione ſanguinis.& quando motus eſt conueniens, da-
bimus cibos temperatos in ſubtilitate & craſſitie.& quando eſt ſomnus poſt cibum multus,oportet ꝙ
donemus cibos multos,& craſſos.& hoc conuenit fieri in hyeme,propter lõgitudinem noctis , & mul
titudinem ſomni.Et quando ſomnus eſt paucus & leuis,ſubtilibus nutriatur,ſicut in ęſtate,propter bre
uitatem noctis,& paucitatem ſomni.& dicamus quòd oportet quòd menſuremus in cibis quatuor mo
dos.Primus eſt,ꝙ nutriaẽ corpus bonis cibarijs hora qua nutritur , ſicut ante memorauimus . quia qñ
eſt dominans ſecundũ corpus caliditas,indigemus cibis frigidis. & quando dominatur ei frigiditas in
digemus cibis calidis.& quando eſt temperatum, conueniunt ei cibi temperati ſimiles . & quando eſt
aliquis ciborum præter bonitatẽ,nec eſt ei cõueniens,oportet ne ſit ſimplex,immo admiſceas ei alios,
& comedas cum eo cibos cõuenientes, ut rectificetur quod cum eo timetur de nocumento cibi mali
quibus utitur cum eo.Similiter & modus ſecundus eſt menſura etiam ciborum ita, ut ſint in mẽſura uir
B tutis digeſtiuæ.quia & ſi eſt cibus in ſeipſo bonus, & eſt corpori cõueniens,& eſt uirtutẽ digeſtiuam de
bilitans quantitate ſua, generatur ex ipſo nutrimentum malum . Et modus tertius eſt præmittere ex
cibarijs quæ oportet præmittere, & poſtponere quæ oportet poſtponere , uerbi gratia , quia aliquan
do aggregat homo cibos lenientes corpus in una comeſtione,& cibos ſtypticantes ipſum, ꝙ ſi præmi-
ſit lenitiuum,& ſecuti ſunt ei alij,leuiter deſcendunt cibi poſt digeſtionem ſuam . Sed quando præmi-
ſit ſtypticum & ſecutus eſt leniens,non deſcendunt,ſed corrumpitur totum. & hoc ideo quia lenitiuus
ſeparat inter ſtomachũ & inter deſcẽſum cibi ſtyptici,& remanet in ſtomacho poſt digeſtionem ſuam,
& corrumpitur,& corrumpit corruptione ſua cibum alium. Sed quando eſt cibus leniens ante ſtypti-
cum,leniens deſcendit poſt digeſtionẽ ſuam,& ſtypticum leuiter per uias deſcendit. Et ideo ſi aggre-
gat aliquis in comeſtione una cibos uelocis digeſtionis & alios duræ & tardæ digeſtionis, præponat ci-
bos duræ & tardæ digeſtionis in fundum ſtomachi. propterea quia fundus ſtomachi eſt calidior & po-
tentior ſuper digeſtionem,propter multitudinem compactionis eius quæ eſt in eo de partibus carnis.
& ſuperius ſtomachi eſt neruoſum,frigidum,debilis digeſtionis. & ideo quando natat cibus in ſtoma-
cho,non digeritur.Et modus quartus eſt aſſumptio ciborum in hora ſua.& ideo qui accipit cibum ſe-
cundum poſt deſcenſionem primi,& præmiſit motum ſufficientem, & ſecutus fuit ſomnus ſufficiens,
C fit bona digeſtio.Et qui accipit cibũ,& remanſerunt in ſtomacho aut inteſtinis reliquiæ in quantitate
ex priori cibo præter digeſtionem,corrumpitur cibus ſecundus cum reliquijs primi. Et qui comedit ci
bum poſt motum ſufficientem,& accipit ſuper mundificationem & ſuper neceſſitatem corporis , inue-
nit cibus calorem naturalem,ſicut ignis quando ardet.Et qui ſumpſit cibum præter motum , & accipit
præter mundificationem & præter neceſſitatem corporis, inuenit cibus ſecundus calorem naturalem
ſubmerſum,ſicut ignis quando operitur cinere.Et in quo ſomnus ſequitur cibum,reuocatur calor natu
ralis in ipſo,& aggregatur in interioribus corporis,& digerit cibum. Et in quo motus ſequitur cibum,
deſcendit cibus de ſtomacho præter digeſtionem ſuam,& intrat uenas ſine mutatione, & adducit in he
pate oppilationem,& renibus,& reliquis membris,& morbum. Et aliquando eſt membrum debile ut
ſtomachus,& natat in ipſo cibus.& non iniungas ſomnum,donec non deſcenderit cibus de ſtomacho.
& ſumant ĩmediate aliquid de uino,ut deſcendat cibus de ſtomacho aliquo deſcenſu , donec deueniat
in fundum ſtomachi:& ante præcipias eum mouere parum,ſicut memorauimus iam. Nec oportet un-
quam ꝙ accipiat ex uino multum in principio acceptionis cibi,ne deſcendat cibus cum uino & prohi-
beat digeſtionem,propterea quòd ſeparet intra ſubſtantiam ſtomachi & inter cibum.& quãdo non tan
git ſtomachus cibum,non mutat in ſimilitudinem corporis conuenientem: ſed remanet in ipſo indige
D ſtus.Et debent iſti qui accipiunt cibum,cũ ipſo ſumere de uino,ꝙ ſolum ſedet ſitim . & abſtineant ſe cũ
quantitate qua poſſint.& quieſcant donec digeſtio fiat,poſtea ſumant de uino prout optauerint . nam
ipſum adiuuat ad deſcenſum cibi,& ſubtiliat ut penetret & ut ingrediatur in uenas ſubtiles.Et debet ſi-
militer eſſe acceptio cibi in hora motus appetitus , propterea ꝙ quando mouet̃ appetitus , & non inci-
pit accipere cibum,attrahit ſtomachus ex ſuperfluitatibus corporis:quæ cũ intrẽt ſtomachũ,deſtruunt
appetitum,& corrumpunt cibum qñ admiſcetur ei.Et melior horarũ in accipiendo cibum,eſt hora fri-
giditatis propter aggregationẽ caloris naturalis in interioribus corporis.Sed in hora caliditatis opor-
tet ꝙ dimittat̃ acceptio cibi.quia caliditas aeris attrahit calorem naturalẽ ad exteriora corporis,& eua
cuatur ab interioribus,& debilitatur calor in interioribus corporis ad indigeſtionem.Et propter hoc
eſt,ꝙ antiqui præferebãt cœnã prãdio,præcipientes ꝙ ſumeret̃ plus in cœna, propter aggregationẽ ca
loris in interiora corporis frigiditate noctis,& ſomnũ.quia caliditas in ſomno reuocat̃,& calefacit in-
terius corpus,& infrigidat extrinſecus.Sed in uigilia accidit contrariũ huiuſmodi.quia calor extendi-
tur in exteriora corporis,& debilitat̃ in interioribus.Et ideo neceſſarium eſt ꝙ homo , cui eſt dominiũ
complexionis calidæ,& cuius ſtomachus eſt calefactionis uelocis ꝓpter generationẽ cholerę citrinæ,
& cui generatur in ſtomacho aut effunditur ei multa cholera citrina,nutriat̃ cibis craſſis duræ digeſtio-
nis.& digerit eos,et nõ digeret cibos leues ſubtiles uelocis digeſtionis. quia cholera eſt potentior ſu-

per leuibus cibis,et corrumpit eos,et non eſt potens corrumpere craſſos.& ideo inuenimus homines E
qui digerunt carnes bouinas; & non digerunt carnes pullinas, & quæ ſimilantur eis ex cibis leuibus.
Et conſuetudo in eis addit magnam partem. quoniam qui conſueuit prandere, & remouetur ab eo, &
eſt contentus cœna,magnificat nocumentum ſibi.& qui conſueuit ſumere cibum in aliqua hora deter
minata,& mutatur ad aliam præter iſtam horam, declarabitur ſibi hæc permutatio nocua: & ſi muta-
uerit cibum ex horis malis ad horas bonas. & debet propterea imitari conſuetudinem quando eſt
antiquata & longa, etſi ſit non bona,qñ non adducit aliquid neceſſitatis ad mutationem ſuam.nam
conſuetudo eſt natura ſecunda,ſicut memorat ſapiẽs Hippo.ꝙ ſi eueniat aliquid ui ducens ꝙ muteť ab
ea,cõuenientior rerũ eſt in eis ꝙ mutetur ab ea paulatim.Et appetitus etiã in opere digeſtionis cibi eſt
maior pars.quia ſignificať ſuper cõuenientiã & bonitatẽ.et qñ ſunt cibi duo æquales in bonitate,& eſt
neceſſitas appetitus de eis ad unũ eorũ declinans,cõſentiemus dare rẽ appetitã præ alia,quia cõueniẽ-
tior eſt naturæ ſuæ & leuior ea in digeſtione.Et qñ duo cibi ſunt,& unus eorum eſt melior altero,& ne-
ceſſitas appetitus in eo eſt ad peiorẽ declinans,eligimus eum ſuper meliorẽ eorũ,dũmodo non timea-
mus ex ipſo nocumentum plurimum quàm eueniat ex ipſo iuuamentum, propterea ꝙ libenter ſumať,
& melius ſtomachus digerat ipſum,ut explanauimus in eo quod rememorati ſumus,ꝙ oportet ſtudere
miniſtrare cibos bonos & electos ſecundũ cognitionẽ diuerſitatum naturæ corporum, & operationũ F
eorum,et diuerſitatẽ uirtutum ciborũ.Et declarauimus diuerſitatẽ naturã corporũ, et operationes eo-
rum.et quod cõuenit cuilibet uni eorum ex ſpeciebus ciborũ et potuum. et ego nominabo ſpecies ci-
borum,et rememorabor quod eſt in qualibet ſpecie. et nomina quæ ſunt in qualibet ſpecie ipſorum,
& rememorabor in qualibet ſpecie diſpoſitionis corporis,et conuenientium eorum. Ciborũ ſub
tiliantium tria ſunt genera,eorum.n.ſunt ex quibus generatur ſanguis ſubtilis,et dicuntur ipſi ſubtiliã- CAP. 2.
tes.quia ſanguis generatus ex eis quando commiſcetur ſanguini qui eſt in corpore,reddit totum ſubti
lius,quàm prius eſſet.ſicut medulla panis frumenti fermẽtati,loti lotionibus pluribus, et carnes pullo-
rum,et carnes aduragi,et phaſiani,et ſtarnæ, et axillæ auium omnium, et carnes piſcium paruorum in
quibus non eſt uiſcoſitas, & cucurbitæ,& almeſci,et quod ſimilatur eis.et huius generis cibi conferẽt
ei qui non mouetur,et cuius labor naturalis in corpore ſuo eſt debilis,et qui non ſecuratur quin in cor
pore eius generetur humor craſſus:et generetur in hepate aut in ſplene oppilatio, aut renibus, aut in
pectore,aut in cerebro,aut aliquid in iuncturis ſuis phlegmatis.Ciborum ſubtiliantium genus aliud eſt
quod ſubtiliat quod inuenit ex re craſſa, propter id quod eſt in eis de caliditate et acuitate. ſed ipſa
ſunt in ſubſtantia ſua craſſa, generantia humorem craſſum, ſicut paſtinacæ, cepæ, raphanus, et rapæ,
et quod ſimilatur iſtis. et huius generis ciborum quando coquuntur et aſſantur,ſeparatur ab eis calidi G
tas,acuitas,& inciſio,& remanet ſubſtantia mala. Et quidem poſſi bile eſt ꝙ eueniat iuuamentum per
inciſionem iſtorum ciborum et ſubtilitatem eorum: et ꝙ diſcedant a ſubſtantiæ ſuæ natura ſecundum
unum trium modorum: aut coquantur ſimul,& eius craſſities attenuetur,ſicut fit de cepis.aut exprimã
tur:aut coquantur,& poſt ſumatur aqua ſua, ſicut fit de raphano.aut quòd comedatur aliquid crudum
ad inciſionem phlegmatis.& uomatur cum eo,ſicut faciunt cum eo omnes.Et tertium genus ciborum
ſubtiliantium eſt,ex quibus generatur ſanguis ſubtilis,& tenuat quod inuenit de humoribus craſſis &
uiſcoſis in corpore.Huiuſmodi generis ciborum ſubtilium ſunt quatuor differentiæ.Prima eorum dif-
ferentia eſt eius quod eſt ſapidum,dulce,ſubtile,propter id quod eſt in eis de uirtute mundificatiua, ſi-
cut aqua hordei,& batheca,& ficus ſiccæ,& amygdalæ,& fiſtici,& mel,& hæc ex his quæ abſtergunt.&
hæc differentia eſt propinqua in iuuamento ſubtiliantibus cibis qui ſunt ex primo genere, niſi ꝙ illorũ
perfectio eſt in ſubtili corpore.Et ſecunda differentia eſt acutior,inciſiua,ſicut ſinapi,naſturtium,alliũ,
porrum,apium,eruca,origanum,ficus,menta,mentaſtrum,fœniculus,ruta,anethum,cyminum, carui,
uinum citrinum, clarum, ſubtile, antiquum, calidum. & hæc differentia confert ei qui indiget
apertione oppilationis ſplenis, hepatis, pectoris, & cerebri. & incidit ſubſtantiam & tenuat.
ſed non oportet aliquis multum utatur eis, nam ſanguinem adurunt,& reddunt ipſum aquoſum.& H
hi cibi minuunt corpus, & poſtea ipſum debilitant. & poſtea calefaciunt ſanguinem calefactio-
ne nimia. & redit plurimum eius cholera citrina.& poſtea ſi continuus ſit uſus eorum, ex ipſo-
rum continua aſſumptione diſſoluitur ſanguis ſubtilis, & deducitur ad exiccationem & craſſitiem,
& plurimum fit cholera nigra. & quandoque generatur ex iſtis lapis in renibus nociturus. et hæc
differentia uehementius et perfectius operatur in eo, in quo eſt cholera citrina dominans. Et ter-
tia differentia eorum quæ diſſoluunt & tenuant cum ſalſedine ſua, ſicut muria, & piſces quando
ſunt ſaliti leuis carnis & paucæ pinguedinis, & ſicla, & aqua caſei ſaliti, & omnes cibi in quibus
poſitum eſt ſal, & muria, & baurach, & huiuſmodi differentiæ iuuamentum & nocumentũ eſt propin
quum iuuamento ſuperacutarum, & nocumento earum, niſi quòd hæc differentia in mundificando
ſtomachum & inteſtina, & leniendo naturam, eſt perfectior. Et quarta differentia eſt eorum quæ in-
cidunt & tenuant cum acetoſitate ſua,ſicut acetum,& ſecanjabin,& acetoſitas citri,& aquæ granatorũ
acetoſorum,& omnes cibi qui cum eis accipiuntur.& hæc differentia confert ei qui eſt in ſtomacho &
in reliquo corpore calidus.& quãdo generať in eo phlegma ex craſſitie ciborũ aſſumptorũ, aut ex mul
titudine eorũ Cibaria craſſa quãdo inueniunt corpus calidũ,multũ laborãt.& ſomni multi poſt cibum,
digerunt,& nutriunt corpus nutrimento plurimo adhærente, & confortant confortatione plurima.&
melius

A melius est quòd sumantur hæc cibaria in hyeme, propter aggregationem caloris in interioribus corporis, & longitudinem somni. & quando quis sentit in corpore suo diminutionem manifestam, & si comedat aliquid, & sit in corpore suo caliditas pauca, & proptie in stomacho, & labor ante cibum paucus, & somnus post paucus, non perficitur digestio, sed generatur in corpore humor ex eis crassus nimiũ, crudus, generans oppilationẽ in hepate & splene. Ideo oportet eum qui comedit cibos crassos & præter necessitatem dominij appetitus eius, quòd paucos ex eis accipiat & cõmistos, nec assuescat eis. Et sunt ex cibis crassis qui cum crassitie & uiscositate sunt multum nutrientes quando digeruntur. sed si non digerantur, ipsi eorum multitudine generant oppilationem, & cibaria crassa dominante eis siccitate, duritie & uiscositate, & simplicia & commista faciunt idem. & hoc est quod rememoramus. aliquando enim propter nutrimentum ex natura rei. & aliquando adducit eis ex contactu caliditatis & coctione. Et lenticulæ, & glandes, & lepores, & fungi, & fabæ assæ sunt crassa, quia siccitas est dominans eis in natura eorum, Et hepata, & oua dura elixa aut assa, & omne quod est frixum ex eis, & lac coctũ coctionibus pluribus, & ubera, & uinum vuæ quod est coctum, & specialiter quod est ex vua crassa in natura sua omnia sunt crassa, quia caliditas in coctione acquisiuit eis siccitatem & coagulationem. Et caro ceruí, & hirci, & carnes bouinæ, & uentres, & intestina, hæc sunt crassa, propter duritiem naturæ eorum, &
B eodem modo lupini, & grana pini, & rapę, & faseoli, & panis furni in exterioribus est crassus, propter id quod acquisiuit eis ignis exsiccitate: & in interioribus est crassus, propter uiscositatem quæ in pane est de natura frumenti, & similiter omne quod non est bonum, uti assatum, & confectum, & fermentatum, aut nimis digestum ex pane, aut tenuius coctum. & omnis panis in testis cum oleo & sine oleo: & dactyli, & sesamum, & fungi, & similia. Et lagana, & cerebra, omnia sunt crassa, propter uiscositatẽ quæ est in natura eorum. Et pultes sunt crassi, propter coagulationem eorum & uiscositatem acquisitas eis ex decoctione. Et melongianæ sunt crassæ, propter siccitatem & uiscositatem, quæ sunt in natura earum. Et pisces duri & uiscosi sunt crassi, propter aggregationem duarum rerum ex tribus in ipsis rebus. Et caseus est crassus, propter aggregationem trium rerum in eo. Et aures, & labia, & extremitates musculorum, sunt generantia humorem uiscosum non cum crassitie. Et etiam generatur accidentaliter ex cibis frigidis chymus crassus, propter debilitatem calidi corporis, & digestionis, & subtiliationis suæ, sicut accidit ex comestione fructuum ante maturationem eorum, & ex comestione citrulorum, & cucumeris, & carnis citri, & lactis acetosi. Et ei qui est in corpore temperatus & sanus, nec labor eius est multus, nec est labor in uirtute, meliora sunt cibaria media inter subtilia & crassa,
CAP. 3. quia ipsa ei conueniunt, & non debilitant sicut cibaria subtilia, nec generant cruditatem, & oppilatio-
C nem sicut crassa. Et omnis panis bene præparatus arte, ouum gallinarum, caro hœdi anniculi, caput & caro agni, & pecudum, omnes sunt humidæ, & uiscosæ. Et caro pullorum columbarum, & paruarũ auium, generat sanguinem calidiorem, & crassiorem sanguinem temperato. Sed hepata pullorum & anserum, & axillæ ipsorum sunt temperata. & reliquum corpus est multarum superfluitatum. Et omnis auis, quæ est multi motus, & cuius pascua sunt in locum boni nutrimenti, mundi aeris, & sicci, est melior multum, & subtilior. omnis uero auis quietis, est opposita, & peior, & immundior magis. Sed omnia oua bene præparata, & maxime quæ sunt proiecta super aquam calidam, & recipiuntur antequã indurescant, sunt temperatæ crassitiei. Et omnes pisces non duræ carnis, nec multæ uiscositatis aut quibus non est uiscositas, & sunt boni saporis: & quorum pascua sunt in aquis mundis à sorditie, & aquis fluminum, sunt temperati, & boni nutrimenti. Et de fructibus, vuæ, & ficus, quando sunt bene maturæ super arborem, & cito descendunt de corpore. & quod generatur ex eis, temperatum est in subtilitate. & si non cito descendunt, non sunt bonæ. Et de oleribus, endiuia, lactuca, & asparagi. Et omne uinum cuius color est, color granati clarus, nec est nimis antiquum. Cibaria uelocis digestionis
CAP. 4. sunt unius horum modorum. Primus modus est, quando sunt naturæ non siccæ, sicut sunt lenticulę: neque sunt duræ, sicut lupinus: nec sunt uiscosa nimis, ut triticum. nec aspera multum, ut milium & pani-
D cum: nec multum unctuosa, sicut sesamum: nec abominabilia, ut uinum ponticum nimis: nec sunt plurium superfluitatum, ut caro pullorum anseris: nec dominatur eis frigiditas uehemens, sicut lacti acetoso: nec caliditas uehemens, sicut melli. Et modus secundus est secundum naturam digerentiũ ea. & hoc est uno duorum modorum. modus primus est conuenientia cibariorum, & similitudo cõplexionis naturalis corporis, sicut quæ appetuntur, & sapiunt cuilibet homini. & iam inuenimus homines diuersos in appetitu eorum. & quilibet tamen eorum melius digerit, quod appetit, & ad quæ multũ declinat eius appetitus, q̃ quæ nõ appetit, & ad q̃ non declinat. Et modus secundus est ex cõplexione accidẽtali corporis, in accipiendo cibos contrarios ei, sicut apparet, ꝙ cui dñatur caliditas ex aliqua causa, est cibos frigidos fortius digerere, quia extingunt caliditatẽ corporis, & tẽperant eam, nec calidos digerit. & cui dñatur frigiditas, calidos digerit, sed non digerit frigidos. & cui est corpus humidũ totũ, stomachus digerit cibos siccos, nec digerit humidos. & cui est actualiter siccum, est oppositum isti. Et iam declarauimus, quòd cibaria subtilia & media, de se sunt uelocis digestionis. & etiã aliquando euenit, quòd cibaria crassa uelociter digeruntur in aliquo corpore, sicut iam memorauimus. Et declarauimus, quòd panis bene præparatus, & caro gallinæ, duragi, & starnæ, & hepata pullorũ anserum, & eorũ axillæ, & omniũ auium pinguium, & iuuenũ, uelocius digeruntur, quàm axillæ macrarũ, & antiquarũ, carnes auium omnium uelocius digerũtur: quàm quadrupedũ. Et omne, quod est ex animalibus siccis

paruum uelocius digeritur,quàm magnum. et ideo caro uituli uelocius digeritur,quàm caro bouis. Et E
hœdi anniculi,& agni uelocius digeruntur,quàm caro antiquorum,& quàm capra.Et omne quod est
ex animalibus humidis maius, uelocius digeritur, antequàm durescat, quàm minus. & ideo anni-
culus ex pecude uelocius digeritur, quàm agnus. Et caro omnis animalis, quod est in augmento,
& cremento,uelocius digeritur,quàm eius,quod inueteratum & antiquum est. Et caro cuius pascua
sunt in locis siccis,uelocius digeritur, q̃ cuius pascua sunt in locis humidis, propter superfluitatũ pau-
citatem,quæ sunt in eo cuius pascua sunt in locis siccis, & multitudinem eorum, cuius pascua sunt in
locis humidis.Et omne cuius substantia est rara,uelocius digeritur,quàm cuius substantia est spissa. &
ideo nuces ueloctoris sunt digestionis,quàm auellana.& oua non dura uelocius digeruntur, quàm du
ra.& omne quod leuiter & facile masticatur.Et similiter lactucæ,& endiuia,& citruli,& cucurbita,di-
gestibiliora sunt,quàm apium,& carbthum.Et omnis cibus,qui melius sapit est digestibilior abomina
bili,& ideo uinum dulce digestibilius est aspero.Quæ tarde digeruntur, tarditatem habent,quia in na
tura sua sunt,aut sicca,aut dura,aut uiscosa,aut spissa,aut multæ unctuositatis,aut superfluitatis,aut abo
minabilis saporis,aut caliditas est in eis nimia,aut frigiditas. Et quod est contrarium complexioni na-
turali,quando non appetit.Et quod est conueniens,accidentaliter diminuendo corpus, aut addendo
in ipsum.Et caro bouis,& caro cerui,& uenter,& intestina,& interiora, & aures omnium animalium, F
& caseus,& oua dura tarde digeruntur,propter siccitatem & duritiem eorum.Et eorũ quæ sunt ex aui-
bus alcarasym,galfaguelut,& pauones,& uentres omnium auiũ.Et de granis,oryza,& lupini, & len-
tes,& milium,& glandes,& castaneę,& caro hirci,& maiores capræ,sicut meminimus,propter spumo
sitatem,& abominationem eorum.Et caro pecudum,& hepata omnium animalium, & pulli anserum
sunt tardæ digestionis,propter multitudinem superfluitatum eorum.Et lac acetosum,propter frigidita
tem suam.Et frumentum coctum,propter eius uiscositatem & spissitudinẽ.Et fabæ, & faseoli, propter
multitudinem inflationis eorum.Et sesamum,propter multitudinem oleagineæ substãtiæ. Et uuæ, & fi
cus,et reliqui fructus,qui non ualde maturantur.Et caro citri,& bedaruch,& rapæ,et pastinacæ, et om
nia olera,et radices,et uinum nouum crassum,propter superfluitatem eorum.Cibi multarum superflui
tatum sunt caro pullorum anserum,præter axillas,et interiora omniũ animaliũ, et cerebra, et aues de
paludibus,et lacubus,et culturæ,et ciceta recentia,et fabæ uirides,et caro animalis lactantis,et oĩs ca-
ro quiescens nõ uelocis exercitij,et pisces,sicut meminimus,& istorũ,qui sunt de aquis sordidis ther-
marum.Cibi non habentes superfluitates sunt axillæ auium,& pedes quadrupedum, et genua : & ani-
malia,quorum pascua sunt in desertis,& in locis siccis. Cibi multi nutrimenti sunt omnes cibi crassi,
quando digeruntur bene in multitudine,& omne quod est superfluitatum paucarum,& est plurimi nu- G
trimenti.Sed oportet,quòd cibi multi nutrimenti sumantur ab eo, qui indiget cibis paucis nutrienti-
bus cum nutrimento multo,sicut est conualescens. Et hi cibi grauant stomachum propter multitudi-
nẽ eorũ. Et corpori cõueniũt indigẽti nutrimento multo.Et caro uaccina,& cerebra,& medullæ, & in
teriora,& uentriculi auium omnium.Et pisces crassæ,et uiscosæ carnis,et similia,et fabæ,et cicera,et fa
seoli,et lentes,et lupini,et dactyli,et glandes,et castaneæ,et rapæ,nutriunt eũ,qui digerit ea nutrimen
to multo crasso.Sed axilla pullorũ anserum,& panis similę,et uuæ passæ plenæ dulces,et ficus,et lac re
center mulsum,& uinum nutriunt multum,propter paucitatẽ superfluitatum eorum,et plurimam cõue
nientiã eorum ad corpus.Et nutrimentum lactis est crassum,licet subtilibus minus nutriat. Et crassum
incrassat,sicut uaccæ.Et subtilius est lac asinæ lactæ camelæ.Et lac capræ est medium inter ista. Et nutri
bilius est uinum rubrum crassum dulce:et post hoc nigrum,crassum dulce:et post hoc albũ, crassum dul
ce:et post hoc crassum,rubrum asperum:postea nigrum,crassum asperum:et post hoc uinum subtile: et
de istis etiam omne quod declinat ad rubedinem,et dulcedinem est magis nutritiuum: et minus nutri
tiuũ,est album subtile.Omnes cibi subtiles sunt pauci nutrimenti:et omnes in quibus est nimia sicci-
tas & humiditas,aut multa superfluitas,sunt minoris nutrimenti,sicut pedes, et uenter, et intestina, &
aures,& pinguedo,& pulmo,& caro omnium auium,& aĩalium antiquorum,parum nutriunt, propter H
siccitatem,quæ est in eis.& ideo panicũ,& miliũ,& papauer,et oliuæ,et nuces,et amygdalæ,et auella-
næ,et zarur,& caules,& cappares,& fructus lentisci,et uuæ passæ ponticæ, & pira pontica, omnia parũ
nutriunt,propter siccitatẽ eorũ:Sed pisces,& cucurbitæ,& granata,& mora,& poma,& pruna,& chry
somela parũ nutriunt,propter multitudinẽ humiditatis eorum. & nutrimentũ eorũ neq; remanet, sed
dissoluitur cito.Vnde panis hordei,et surfur,et fabæ humidæ,& oĩa oleta,uelut caules,et sicla,et aceto
sa,et portulaca,et raphanus,et sinapi,et nasturtium,et pastinacæ,parum nutriunt, propter multitudinẽ
superfluitatum eorũ.Et cepæ,allia,et porri,quando comeduntur cruda,non bene nutriunt. Sed quãdo
coquuntur in cibis,nutriunt nutrimento pauco bono,sicut memorauimus.Et medulla panis lota bene
et amylum,sunt nutrimenti pauci,propter subtilitatem eorum:sed ficus,et uuæ passæ,sunt inter ea,quæ
minus nutriunt,& quæ plurimum nutriunt:et eorum nutrimentũ est tenerum humidum.et similiter est
nutrimentum fabarum.et oẽs cibi quibus hoc dominatur dominatione forti,amittunt ea, quando eli-
xantur,aut assantur,aut infunduntur,et nutriũt nutrimẽto paruo.Cibaria boni chymi sunt oĩa cibaria
tẽperata.in quibus nõ est nimia fortitudo,et in quibus non fit egressio in quantitate, generant sangui-
nem clarum,mundum,sanum.et omne,quod est simile istis,est conueniens omni corpori, et omni tem
pore,in corpore temperato,et in tempore temperato. Sed corpora, quæ egrediuntur temperamen-
tum,

A tum, indigent cibarijs, quorum uirtus ſit egreſſa temperamentum contrarijs uirtuti dominanti ſuper
corpus temperatum. & ſimiliter etiam corpora temperata in tempore non temperato. Ac cibariorum
temperatorum quædam ſunt craſſa, & quædam ſubtilia, & quædam ſunt media horum. & hæc cibaria
temperata, media inter ſubtile, & craſſum, ſunt meliora omnibus hominibus, & maxime temperatis, &
in tempore temperato. Et iam quidẽ narrauimus cibos craſſos, & ſubtiles, & medios. & nominauimus
Cap. 5. eos, qui ſunt boni. & quando quælibet eorum eſt bona ſpecies. & remanſit ut nominemus cibos gene-
rantes chymum bonum, & diminutos ſecundum quod diuiſimus. Dico, quòd panis frumẽti mun
di bene factus arte ſua, quando comeditur in die ſuo, & caro gallinæ, & hœdi anniculi caput: & piſces
non cum duritie, nec multæ uiſcoſitatis, quibus non eſt zinuma, nec malitia, nec pinguedo plurima: &
quorum ſunt paſcua in aquis non ſordidis, nec aquis thermarum, qui non nutriuntur male, nec ſunt in
locis corruptionis, ſed remanent tempore longo antequam mutentur: & omnia oua non dura, bene pa
rata & cocta, & omne uinum boni odoris, leue in quo eſt dulcedo pauca: omnia ſunt boni chymi tem
perati inter ſubtile & craſſum. Sed panis de ſimila bene paratus ex arte, & phaſiani, & duragi, & pulli
columborum, & axillæ omnium auium, & piſces parui, quibus non eſt pinguedo multa, & ſunt teneri,
in quibus non eſt uiſcoſitas manifeſta, & quorum paſcua ſunt, ſecundum quod nominauimus, & piſci-
B bus paruis teneris ſal remouet uiſcoſitatem, & furfur hordei, & uinum boni odoris: perſicum uel citri-
num, omnia hæc ſunt boni chymi ac ſubtilis. & lac recẽter mulſum eſt boni chymi, niſi quòd ipſum eſt
craſſum. & ideo aliquando caſeatur in ſtomacho. & propterea admiſcetur ei mel, & ſal, & tenuatur cũ
aqua. Et melius lac, & temperatius, eſt lac capræ, quia eſt ſubtilius, quàm lac pecudum, & uaccæ. & eſt
craſſius, quàm lac aſinæ, & camelæ. & debet accipi lac ex animalibus ſanis, iuuenibus, bene nutritis:
nec eſt accipiendum in tempore, quo lactantur: quia tunc eſt craſſum. & tenuatur poſt paulatim, donec
ſit aquoſum. Et melius eſt recipere lac ſtatim mulſum antequam immutetur ab aere: quia uelociter im-
al. ur. mutatur. Et lagana, & caſeus humidus, & panis ſimilæ bene paratus, & ex arte coctus, & panis frumen
Cap. 6. ti, & caro uituli, & partes, et * ubera, & hepata, & interiora, & de granis fabæ: & de uino id, quod bo-
ni eſt odoris, dulce. omnia hæc generant chymum bonũ & craſſum. Omnia cibaria, quæ non tem
perata ſunt, non generant ſanguinem purum, mundum, clarum. Et cibariorum mali chymi tres ſunt ſpe
cies. Eorum enim ſunt, quæ addunt in phlegma. Et eorum ſunt, quæ addunt in cholerã. Et eorũ quædã
ſunt, quæ addunt in choleram nigram. Et oportet omnẽ hominem dimittere multitudinem eorum, &
continuationem aſſumptionis eorum. etſi enim digerant ea, nec inferant nocumentum cito: tamen adu
nantur in corpore continuantis acceptionem eorum in longo tempore chymi generantes ægritudines
C malas. Et non dimittat omnem ſpeciem eorum, quæ addit in eo id, quod dominatur in corpore eius:
ſed accipiat etiam id, quod eſt oppoſitum ei, quod dominatur corpori, quod eſt nocuum minus. Et ego
finio rememorationẽ horũ cibariorum. Et memoro, quod generatur ex quolibet eorum. Et dico, quòd
omne quod accipitur ex pane, & farina multi furfuris, & frumẽti antiqui aut farinæ, eſt mali chymi, ad
dens in choleram nigram. Et caro pecudis oĩs addit aliquid in phlegma. Et caro capræ multorũ anno-
rum oĩs addit in melancholiam. Et mala eſt caro hirci, & caro bouis, & hirci ſylueſtris. Et poſt caro hir
ci maxime non caſtrati. Et poſt caro pecudum multorum annorum. Et poſt caro bouina. Et ex iſtis caro
caſtrati eſt melior multum. Et caro capreoli, cerui, & leporis, ſunt præter malitiam, quã memorauimus.
Et de membris animalium, renes ſunt mali chymi, propter ſpumoſitatem, & ſuperfluitatẽ, quas acqui-
ſiuerunt ex malitia urinæ. Et cerebrum addit in phlegma. Et omnes uentres addũt in phlegma, propter
multitudinem ſuperfluitatis eorum. Et oua cocta in tegamine uel in teſtis generant nutrimẽtum craſ-
ſum, & corruptibile. Et ſimiliter caſeus, & maxime antiquus. Fungi generant chymum craſſum, & frigi
dum. Et fœnumgræcum, & cicera, ſunt mali chymi, propter id, quod eſt in eis de caliditate. Et lẽtes ad
dunt in melancholiam. Et milium, & panicum generant ſanguinem craſſum. Et piſces duri quibus do-
minatur uiſcoſitas, generant phlegma: Et ſi fuerint ſaliti & antiqui, generant melancholiam. Et ficus
D ſiccæ ſi multæ ſumantur ex eis, generant ſuperfluitates putridas, & multiplicãt pediculos: Et pira, & po
ma, ſi comedantur matura, generant chymum frigidũ. Et ſimiliter cucumeres, & citruli, & aqua bathe-
cæ: & cucurbitæ aliquando antequam digerantur, adducunt in corpore accidentia mala: & aliquando
faciunt in ſtomacho corruptionem. corrumpuntur enim in eo, & generant chymum malum: & maxi-
me ſi inueniant in ſtomacho malam ſuperfluitatem. & ideo accidit indigeſtio illi, qui comedit bathecã.
Et olera omnia ſunt mali chymi, propter multitudinem ſuperfluitatum in eis, & paucitatem nutrimen
ti. Et cepæ, & allia, & raphanus, & rapæ, & paſtinacæ, propter malitiam caliditatis, quæ eſt in eis, & acui
tatis. Et quandoq; addunt in choleram, & quandoq; in melancholiam, ſicut mempinimus iam. Sed quæ
coquuntur & effundunẽ ab aqua illa, & coquuntur cũ alia, mouetur caliditas & acuitas ab eis. Et beda-
Cap. 7. rus calefacit ſanguinẽ calefactione forti. Et caules generãt melancholiã: & ſimiliter oẽs herbæ ſimiles.
Cibaria media ſunt panis de farina craſſa, & caro caſtrati, & ex uacca, & pecude: & ex membris, lin-
gua, & inteſtina, & aures: & ex fructibus, uuæ, et batheca, et maxime appenſæ, et ficus maturæ humidæ,
Cap. 8. et ſiccæ, cum nucibus, et caſtaneæ: et ex oleribus, lactuca, et poſt endiuia, et poſt citruli, et atriplex, et
portulaca, et olus iamenũ, et accedula: et olera quibus non eſt multa acuitas. Cibaria calida con-
ueniunt ei, cui dominatur frigiditas. et in temporibus, et in partibus frigidis, et in ciuitatibus fri-
gidis. et uitare debet ipſa ille, qui eſt calidæ complexionis, et in temporibus calidis, et in ciuitatibus

calidis: quorum ſunt frumentum coctum, panis frumenti,& cicera,& fœnumgræcum,& dactyli,& ſe E
ſamum,& cannabis,& uuæ dulces,& paſſulæ dulces,& apium,& ruta,& raphanus,& rapæ,& ſinapi. &
paſtinacæ,& allia, & cepæ,& porri,& caſeus antiquus,& uinum dulce & calidum,& uinum dulce anti
quum citrinum. Cibaria frigida debent adminiſtrari ei, qui eſt calidi corporis, & in temporibus CAP. 9.
calidis,& in ciuitatibus calidis. Et eorum eſt hordeum,& omne quod fit ex eo,& milium, & panicum,
& cucurbita,& batheca,& cucumeres,& citruli,& pruna,& perſica:& quæ declinant ad acetoſitatem,
& ponticitatem,ſicut uuæ,& paſſulæ,& fructus palmæ,& radix eius:& lactucę,& endiuię,& portulacę,
& papauer,& poma,& pira,& granata pontica ſunt frigida terrea:& ea quæ ſunt acetoſa, ſunt frigida,
ſubtilia:& acetum frigidum, ſubtile nocens neruis:& uinum * album ponticum eſt minus calidum uino
albo:ſed tamen hoc eſt craſſum,nocuum & malum. Cibaria ſicca conueniunt ei,in cuius corpore * al. nigrum.
dominatur humiditas, & in temporibus,& in ciuitatibus humidis. Et horum ſunt lentes, & caules, & CAP. 10.
ſauich ſicca,& omne quod aſſatur,& omne quod frixum eſt,& omne in quo plurimum uini,& murię po
nitur,& acetum,& ſinapis,& caro omnis multorum annorum animalis. Cibaria humida conue-
niunt ei,qui ſiccæ complexionis eſt,& in temporibus,& in ciuitatibus ſiccis. Et eorum eſt hordeum, & CAP. 11.
batheca,cucurbita,citruli,& cucumeres,& nuces humidæ,& uuæ,& ficus,& pruna, & radix palmæ, &
mora, & lactuca,& olus iamenum,& * cathaſi humida,& faſeoli humidi. Iam memorauimus, quòd F * al. atriplex.
quandoque eſt in aliquo membro corporis morbus: & oportet ſit plurimum intentionis tuæ in ciba- CAP. 12.
rijs,quæ conueniunt illi membro:& maxime quando morbus exiſtit in ſtomacho, aut in capite, aut in
hepate,aut in ſplene,aut in renibus.& quando ſtomachus eſt debilis,& mollis,rectificant eum cibaria
ſtyptica,ſicut cydonia,& oliuæ,& aquæ,quæ ſunt ſalſæ,& acetum,& oleum ponticum, & uuæ ſepultæ
in uinacijs uuarum,& agreſta,& uinum ponticum ſubtilis odoris, & cortex citri, quando accipitur de
eo parum,confortat ſtomachum:& quando accipitur de eo multum, grauat: quia ſubſtantia eius ſola,
eſt duræ digeſtionis.& omnis cibus & potus ſtypticus,ſi præmittatur ante alios cibos,ſtringit uentrem:
ſi accipiatur poſt alios cibos,& potus,lenit uentrē.nam propter duritiē eius adiuuat ſtomachum inde
ponendo cibum. Et aliqñ aggregatur in ſtomacho phlegma uiſcoſum,& adhærens,& auferens appeti-
tum ab eo. Et rectificant eum cibaria,quę incidunt phlegma,& mundificant ſtomachum,ſicut ſinapi.&
naſturcium,& rafanus,& uinum calidum,& nuces cum ficubus. Et aliqñ eſt mollis,& debilis,in quo eſt
phlegma adhærens,& conueniunt,quę amouent phlegma,& mundificāt ipſum,& corrugāt ſubſtantiā
eius,& cōfortāt,ut capparis præparatus cū aceto ſolū,aut cū aceto & melle,& fumus terræ,qñ comedi
tur cū aceto,& uinū ponticū qñ miſcet̄ cū uino calido boni odoris: Et qñ generat̄ in ſtomacho calido,
tūc cuſcutæ & apiū mundificāt eū. Sicla eſt mala ſtomacho propter mordicationē quā habet ex G CAP. 13.
acuitate,& bauracitate: & rapæ qñ nō ualde coquunt̄,ꝑpter mordicatiuū,quod eſt in eis:& olus iame-
num, & cathaſ, propter uiſcoſitatē eorum.& ideo oportet,ꝙ comedat̄ cum aceto & muria.& fœnūgrę
cum eſt malū ſtomacho:facit.n.incenſionē.& ſeſamum eſt malū ſtomacho,propter unctuoſitatē & mul
titudinem oleaginoſæ ſubſtantiæ:& lac propter uelocitatē īmutationis eius naturæ.nam aceſcit in ſto-
macho frigido,& conuertitur in choleram citrinam in ſtomacho calido.& mel qñ plurimum accipitur
de eo,pungit ſtomachum,& facit incenſionem.& batheca ſimiliter facit incēſionem, qñ non digeritur
in ſtomacho,& generatur ex ipſa humor malus,& ideo generat indigeſtionem:& oportet,ꝙ poſt come
ſtionem batechæ accipiatur cibus plurimus boni chymi.& cerebra omnia ſunt mala ſtomacho:& ideo
oportet, ꝙ comedantur cum origano,& mentaſtro ſylueſtri,& ſinapi,& ſale.& medullæ,& uinum,no-
uum,craſſum,nigrum,ponticum,uelociter aceſcit in ſtomacho,& facit incēſionem. Lac,& dacty- CAP. 14.
li,& uua,quæ ſepulta eſt in uinacijs uuarum,& ruta,& fœnumgręcum,& ſinapis,faciūt dolere caput,&
uinum citrinum antiquum facit dolere caput, & inebriat plus, quàm uinum ponticum nigrum: &
uinum album non facit dolere caput. & omne uinum paucam ſuſtinēs aquam non facit dolere caput:
immo aliquando ſedat dolorē capitis:& eſt capiti melius,quàm aqua quādo eſt ſola. Cibaria quę
inflant uentrē,ſunt cicera,& fabæ,& maxime quæ coquuntur integræ:ſed ſi torrefiant, minuitur earum H CAP. 15.
inflatio:& poſt iſta faſeoli,& almeſci,& lentes,& hordeū,quādo nō bene coquūtur.& foca,& ficus hu-
midæ generant inflationē:ſed eorū inflatio deſcendit uelociter:& uuæ multū maturæ minus ſunt inflati
uæ.ſed ficus ſiccæ non inflant,& humidæ inflant.& lac generat in ſtomacho uētoſitatem: & mel quādo
non coquitur:ſed quādo coquitur & remouetur ab eo ſpuma eius,non inflat:& uinum dulce,& ponti-
cum,& uua. Omnis cibus inflatiuus ſi ſit bene paratus ex arte,& bene paratus in coctione & ma- CAP. 16.
turitate,minuitur eius inflatio:& ſi miſceantur ei ſpecies diſſoluentes uentoſitatē,ſicut cinnamomū, ani
ſum,& alcheiſim,& ruta minuit inflationē:& acetū mixtum cum melle ſimiliter tenuat uentrē, et expel-
lit inflationē. De ijs,quæ mundificant eſt furfur,hordeum,& fœnūgręcum,& batecha,& oleū dul CAP. 17.
ce,& fabæ.& cicera nigra ſunt eorū,quæ mundificāt renes,& frangūt lapidē generatū in eis.& cappa-
res cum aceto & melle,quādo comeduntur ante cibū,abſtergūt & mundificant ſtomachū & inteſtinū
& aperiunt oppilationes:& ſicla etiā aperit oppilationes hepatis,maxime quando comeditur cū ſina-
pi.& cepæ,& allia,& porri,& raphanus incidunt & ſubtiliant humores craſſos:& caſeus ſimiliter ſubti
liat.& ficus humidæ & ſiccæ mūdificant,& abſtergūt renes.& amygdalæ proprie amaræ mundificāt,et
tenuant,et aperiunt oppilationes hepatis et ſplenis:et adiuuant ad ſpuendum humiditatem ex pecto
re,et pulmone.et ſiſtici confortant hepar, et aperiunt opilationem eius. et mel apum tenuat et mun-
dificat

A dificat: & maxime quod colligunt apes de arboribus calidis & ſiccis,ſiue planta,ſicut eſt origanum.nā
mel tenuat ſputum craſſum,& iuuat ad ſpuendum.& ſecaniabin tenuat & incidit humiditaté craſſam
& uiſcoſam:& aperit oppilationem hepatis & ſplenis: & mundificat pectus , & pulmonem ;[& uinum
ſubtile mundificat uenas ab humore craſſo,quando ei eſt acuitas,& inciſio:& confert ei, in cuius cor-
pore eſt humor craſſus,& frigidus:& uinum ſubtile aquoſum adiuuat ad ſpuendum humiditatem ex
pulmone,cum confortatione membrorum,& humectatione,& tenuatione craſſarum ſuperfluitatum,
quæ ſunt in eis,& hoc etiam operatur uinum dulce. De ijs,quæ oppilant: horum eſt lac , quando
Cap. 18. in eo fuerit aquoſitas pauca:& ſimiliter caſeus multus.quoniam adducit oppilationem in hepate,& la
pidem in renibus ei,qui multiplicat aſſumptionem eius,& cuius renes ; & hepar parata ſunt recipere
læſionem.& omnes cibi dulces ſunt mali hepati & renibus,quando eſt in eis craſſities.& lac ſi comeda
tur ſolum,auget craſſities ſplenis,& hepatis:& ſi comeditur cum eo,quod ſubtiliat & mundificat, ſicut
eſt mentaſtrum ſylueſtre,& origanum,& piper,aperit oppilationem hepatis,& ſplenis . & dactyli hu-
midi,& omnia quæ accipiuntur ex frumento,præter panem bene paratum ex arte.uinum dulce gene-
rat oppilationem in hepate,& lapidem in renibus,& craſſum reddit ſplené. Omne quod tarde deſcen-
dit,eſt ſicut quod accipitur ex medulla frumenti,& fabarum,& lentium,& cerebra, & hepata, & inte-
Cap. 19. B riora,& omnia oua dura elixa,& aſſa,& oua frixa,& faſeoli,& ſeſamum,& glādes,& poma, & pira pon
tica,& uinum dulce,ponticum,craſſum,nouum,& omnes aquæ. De ijs quæ uelociter corrumpun
tur in ſtomacho ſunt chryſomela,& mora,& batheca:quæ ſi cito non deſcendunt de ſtomacho , & ob-
uiant humoribus malis,cito corrumpuntur.& debent iſta comedi ante cibum, amouēda de ſtomacho,
propter uelocitatem deſcenſionis eorum,& lubricitatem uiarū in eo qui comedit prius iſta.nam quan
do comeduntur poſt cibum,corrumpitur propter remanentiam eorum in ſtomacho,& relinquūt cor-
ruptum cibum corruptione eorum.& quandoq; taliter corrumpūtur,quòd euenit ſicut uenenum per-
Cap. 20. nicioſum. De cibis qui non uelociter corrumpuntur in ſtomacho,melior eſt craſſus, ſolidus,tar-
Cap. 21. de digeſtionis,ſicut caro uaccina,& pedes,& maxime pedes uaccæ,& quæ ſimulātur iſtis. Quan-
do ſuperfluitates ciborum tarde deſcendunt de ſtomacho & inteſtinis,debent dari cibi lenientes & pun
gentes,in quibus ſit dulcedo,aut acuitas,aut ſalſedo,aut nitroſitas:ut aquæ caulium, & lentium. leniūt
enim uentrem,& eorum ſubſtantia ſtringit uentrem.& brodium galli antiqui, & panis multi furfuris,
& fœnumgræcum cum melle,& oliuæ cum aqua,quando comeduntur ante cibum cum muria leniunt
uentrem,& quando etiam comeduntur poſt cibum ſine muria & maxime quæ ſunt pontice cum aceto
confortant ſtomachum,& deprimunt cibum,ſicut iam memorauimus de rebus ſtypticis confortanti-
C bus ſtomachum,& lac ſubtile & multæ aquoſitatis,& caſeus,quando maxime admiſcetur ei ſal & mel,
†al. atriplex. & caro paruorum animalium,& ſicla,& chataf† & okis,& cucurbita,& batheca,& ficus, & paſſulæ dul
ces,& nuces humidæ & ſiccæ,quando mollificantur in aqua.& mora,& pruna humida & ſicca,quando
infunduntur in aqua mellis,aut comedatur aut bibatur uinum dulce,& differatur plurimū cibus , ſunt
lenitiua uentris.& aqua mellis aliquando tendit uelociter in uenas,& uadit cum eis totum nutrimen-
tum, & claudunt uentrem , & prouocant urinam, & aliquando mundificant ſtomachum, & mordicāt
& excitant ad deponendum cibum,& leniendum uentrem.Et mel quando non coquitur lenit uentrē,
& ſi coquatur non lenit.& ſimiliter aqua mellis quando multum coquitur.& ſecaniabin mundificat ſto
Cap. 22. machum & inteſtina,& quandoque facit in inteſtinis tineſmon.& uinum dulce,& muſtum, leniūt uen
trem. Quando eſt deſcenſus cibi de ſtomacho ante ſuam digeſtionem,debent miniſtrari cibi ſtrin
gentes ſtyptici.& ipſi ſunt in quibus dominatur ſtypticitas,aut ponticitas,aut craſſitudo . & tales ſunt
cydonia,& pira,& grana myrti,& fructus ſpinæ albæ,& ſubſtantia lenticularū,& caſtaneæ, & glandes,
& uinum ponticum:& hæc ſtringunt uentrem cum ſtypticitate & ponticitate ipſorum : & oriza. & pa-
nicum,& milium,& ſauic hordei ſtringunt uentrem cum ſiccitate eorum.& caro leporis , & caules co-
cti poſt effuſionem aquæ primæ ab eis cum aqua eorum ſecunda, & lac coctum, & caſeus , ſtringunt
D uentrem cum craſſitie ſua.& oportet quòd lac coquatur donec ſit aquoſitas conſumpta.nam eius aquo
ſitas lenit uentrem.& etiam poſſibile eſt quòd lapides fluuiales,aut fruſtra ferri igniti remoueant illam
ab eo.& quando ſeparatur aqua eius,confert deſcenſui ſuperfluitatum acutarum,niſi ſint multum craſ-
ſæ,quando ſit operatio cum eo.ſed aliquando caſeatur & glutinatur in ſtomacho.& aliquoties egredi-
tur a ſtomacho,& generat in hepate oppilationes,aut lapidem in renibus.& oportet propterea mitte-
re in ipſo poſt conſumptionem aquoſitatis aliquid ad ſublationem ipſius,& ut non caſeetur,nec gene-
ret oppilationem,nec lapidem.& omnia acetoſa ſicut poma acetoſa & granata acetoſa, ſi inueniunt in
ſtomacho humorem malum,& craſſum,incidunt & expellunt,& leniunt uentrem, ſed ſi inueniūt mun
dum,ſtringunt uentrem.

EX GAL. ET ALIORVM PRÆSTANTISSIMO-RVM MEDICORVM SCRIPTIS, DE AQVIS.

Capita sex Oribasij, ut cap.xiiij. primi ad Eunapium, & quinque priora quinti libri collectorum ad Imperatorem Iulianum.

Io. Baptista Rasario interprete.

De aquis ex Ga leni sententia.ut est apud Oribasium primo ad Eunap. cap.xiiij. & quarto ad Eustathium. F. Cap. ultimo.

QVAE bona,quæque mala in aqua sint, usu compertum habere debemus: siqui-
dem aquis ad plura ferme utimur,quàm alijs omnibus, ad omnẽ uictus ratio- F
nem instituendam.Scire igitur cõuenit,eam optimam aquam esse, quæ gustan
do,olfaciendoque omnis sit expers qualitatis:eamque fore bibẽtibus iucun-
dissimã,aspectuiq; purã. Si uero etiam præcordia cito permeet,nihil est,quòd
præstantiorem quæras.nam quæ in præcordijs residet, uentrem ferit, inflat &
grauat,etsi prædictis bonis prædita est,tamen mala censenda est:eaque neque
calefit,neque frigefit celeriter. immo uero quæ in ea cõcoquuntur,tardissime
peiusque coquuntur.ergo præstat aquas,quæ huiusmodi sunt,usu discernere. Qui autem uoluerit etiã
ex notis quibusdam ipsas cognoscere,id ex ijs,quæ dicam,consequetur. Quæ igitur ad septentrionem
uergunt,quibusque Sol est auersus,eæ tardi sunt transitus,& indomitæ,tardeque calefiunt,& frigefiũt.
quæ uero Solis ortum spectant,& per meatum quempiam, aut terram colantur, ac celerrime calidæ,
frigidæque redduntur,eas spes est esse præstantissimas.Sed bonæ etiam censentur,quæ æstate frigidio-
res,hyemeque calidiores sunt. Non desunt,qui aquas pondere æstiment, ac leuiores præstare ceteris
putent.quòd si aquis præter ea,quæ diximus,insit,laudabile erit illud quidem,sed tamen solum non sa
tis firmo argumento est,eas bonas esse.ac pluuias quidem esse leuissimas,dulcissimasq;, & tenuissimas,
& splendidissimas scriptum reliquit Hippocrates:causa est,quia quod tenuissimum,leuissimumque est, G
Sol attrahit:quod non modo ex alijs aquis facit,sed id adeo ex ipso mari,ceterisque corporibus.quam
ob rem facilius,quàm reliquæ omnes computrescunt:quippe quæ ex differẽtibus, multisque qualita-
tibus constent.Sed nemo putet,aquam,quæ facile putrescit,esse deterrimam. quod enim facile immu
tetur,eo potius bona,quàm mala iudicanda est.cum ergo aliæ optimarum aquarum notæ adsint, licet
ea uim habeat,ut facile putrescat,tamen est præstantissima existimanda.at cum mutari incipit, in causa
est,ut bibentes raucitatibus,tussi,& uocis grauitate afficiantur.Inter pluuiales uero aquas, æstiua,quæ
cum nimbo,quęque cum tonitru pluit, alijs præstat,quæ uero ex glacie,niueque existit,pessima. nam
in aquæ concretione,quod tenuiorum partium est,exprimitur:palustres uero,fœtidæque, & in quibus
absurdæ qualitates insunt,elixando meliores fiunt.Itaque uino temperatæ bibũtur, atque acerbæ qui-
dem dulciore,aliæ uero acerbiore.quasdam etiam colare expedit,ut limosas, ut salsas, ut bituminosas.
quæ ualde frigidæ sunt,a cibo bibendæ sunt:sed neque confertim,neque affatim,neque sine uino. non
nulli potus,cibosque aduersus aquæ uitia inuenerunt:alij enim cicerum decoctum præbibunt,ipsisque
ciceribus uescuntur,alij caucalidas ex aliquo pisce coctas eodem modo comedunt, & fœniculum:alij
denique betas,cucurbitasque ex muria & uino diluto præmandunt.

LIBRO QVINTO COLLECT.

ORIBASII.

Ex Galeni libris de aquis. *Cap. I.*

AQVA optima omnis qualitatis non modo gustatui, sed etiam olfactui expers
esse debet. atque eiusmodi quidem erit bibenti iucundissima, & plane pura.
Si uero etiam hypochondria celeriter permeet, nulla est quærenda præstan-
tior. at quæ puræ, limpidæ, potuiq; non insuaues sunt, sed tamen diutius in
præcordijs morantur, eæque, aut uentrem feriunt, aut flatu implent, aut præ-
grauant, semipraux sunt existimandæ: cuius sane generis multæ sunt, de qui-
bus mihi præcipue uidetur Hippocrates, ut eas ab optimis aquis discernere-
mus, scripsisse, cũ ait, Aqua, q̃ cito calefit, & cito frigefit, leuissima est. etenim
B neque in cœnolis, neque in graueolentibus, neque in ijs, quæ gustatui medicamenti facultatem ali-
quam afferunt, adhibenda est huiusmodi dignotio, cum eæ uel omnibus perspicuæ sint notæ: sed in
quibus nihil quidem tale est, uerum alia quædam prauitas ob corrupti aeris admistionem, aut aliud
quoddam uitium ipsi aquæ innatum, ab ignota causa proueniens, aquis inest: siquidem in eiusmodi
prædicta dignotio optimum iudicandi instrumentum est. nam quę tales sunt, neque cito frigesiunt,
neque cito calefiunt. Alia quoque huic similis dignotio ex oleribus, aut leguminibus, aut carnibus, aut
fructibus, aut denique radicibus, quæ aquis incoquuntur, sumi potest. celerrime namque in optimis,
tardissime uero in prauis res elixantur. ac nonnulli ex ueteribus aquas ita prauas, indomitas, & crudas,
æque ac legumina, quæ difficulter elixantur, appellauerunt. ergo tutissimum fuerit, ut experientia de hu
iusmodi aqua iudicium fiat. ac si quis est, qui ex notis potius uim eius prænosse aueat, is sciat, indican-
dum esse, quarum fontes e petra scaturientes, ad Septentrionem fluunt, solemq; auersum habent, eas
omnes difficulter coqui posse, tardiq; transitus esse: idq; eis statim inesse, ut tarde calefiant, ac frige-
fiant: quarum uero fontes ad orientem solem erumpunt, & per meatum aliquem, aut terram purã co-
lantur, ac celerrime calefiunt, & frigefiunt, eas esse optimas sperandum est. Pluuiales uero ex Hippo-
cratis sententia leuissimæ sunt: sol enim quod leuissimum in aqua, tenuissimumq; est, attollit, & sursum
C rapit. id quod non ex alijs aquis solum, sed etiam ex mari, & ipsis itidem humanis corporibus facit.
idcirco fit, ut celerrime omnium computrescant. maxime enim corpora, quæ unicam in se qualitatem
habent, cum nulla aliunde causa subsit, quam ob rem difficulter, aut facile putrescant, ea difficilius,
quàm quæ multas qualitates habent, computrescunt. sed animaduertendum est, ne quis putet aquam,
quæ celerrime putrescit, esse pessimam. potest enim eadem esse præstantissima, cum aliæ omnes opti-
marum aquarum notæ, quas ante diximus, ei adsint. nam facilitas immutationis in qualitate, potius
bonitati aquæ, quàm uitio attribuenda est. Aquam uero pluuiam bonitate præstare, argumento est,
quod etiam a solis calore coquitur. nam & cetera quæ elixantur, dulciora se ipsis fiunt omnia. cumq;
cœpit putrescere, omnino est inepta potui: siquidem qui aquam adhuc putrescentem bibunt, hos rau-
citates, tusses, ac uocis grauitates corripiunt. Ex pluuijs autem aquis æstiua, quam horæam Hippocra-
tes uocat, quæque ex tonitruo fit, præstantior est, quàm quæ nimbis est demissa. quæ uero ex glacie, &
niue soluta fiunt, pessimæ sunt. in ijs enim, quæ ex frigore concrescunt, tenuissima pars omnis excerni-
tur. porrò palustres, & fœtidæ, & in quibus absurdæ qualitates insunt, coctione alteratæ offerantur.
Quinetiam in alium usum aquam prius calefacimus, & postea refrigeramus: tametsi neque gustatui,
neque odoratui ullum uitium afferat: ac plane pura sit: cum eam in uentriculo morari diutius, & noxã
D aliquã inferre, experti fuerimus. nã caliditas totã aquã, quæ elixatur, fundens aptam ad secretionem
facit: dum aqua refrigeratur, partes terreæ innata grauitate descendentes in fundo uasis residebunt:
aqua uero super eis fluitabit: qua sensim in aliud uas transfusa, citra noxam uti poterimus. Post deco-
ctionem uero cum frigidissimam reddere aquam uoluerimus, si nix nobis suppetat, aquam prius cale-
facimus, deinde niuem extrinsecus ei circunfundimus. si nix non adsit, e puteis, uel aquæ ductibus re-
frigerationem ei comparamus: eam itidem prius calefacientes, ut facilius alteretur. nã quicquid prius
excalfactum est, id citius in se totum alterationem a rebus uicinis proficiscentem capit. Cum autem
uas in puteum demittimus, aut aquæductibus subijcimus tum uasculum operculo claudimus necessa-
rio, & ipsum ex omni parte diligenter obturamus, nec uasculum implemus, sed aliqua ex parte uacuũ
permittimus, ut aer, qui inter operculum & aquã interiacet, prius refrigeratus, eo attactu uicinã aquã
refrigeret. ubi uero nihil horum nobis suppeditatur, ut in Aegypto usu uenit, ibi uasculum suspendi
mus, & quo aerem suscipiat, sine operculo sinimus. Quoniam uero aqua neque incidendi, neque cal
faciendi uim habet, ideo iure fit, ut aqua omnis tardi transitus sit, ægre concoquatur, & ægre subdu-
catur, licet alioqui sit optima. nam & multum temporis manet in uentriculo, & fluctuationes plerunq;
parit: siq; biliosus uentriculus sit, ipsa quoque simul corrumpitur. cumq; uentriculo ad ieiunum intesti-
num ægre perueniat, non facile distribuitur. quam ob rem neque ad ciendam urinam, neque ad spu-
tum

tum educendum apta eſt: quin ne ſitim quidem ſedat, etiam ſi in uentriculo diutiſſime moretur, cum E
nec in totum ſe profundum immergat, nec quod ſqualidum eſt, irroret. porrò aquam non alere, ſed ue
hiculum tantum modo alimenti eſſe, & Hippocrates, & ceteri præſtantiſſimi Medici dixerunt: ob eãq;
cauſam non poteſt uitalem facultatem roborare. & hoc fuit in cauſa, ut Hippocrates ab aquæ uſu in
ægrotantibus abſtinens, ad mulſam, oxymel, & uinum ſe contulerit. atque his quidẽ rationibus ne-
mo unquam aqua uteretur: pleriq; tamen in alijs decepti ad aquam confugiunt, in qua nihil eſt, quod
magnopere contra animi ſententiam ſuccedat, cum ipſa quoque non magna ui ſit prædita. at oxyme-
litis, uini, & mulſæ uſus eſt uitioſus propter repentinas mutationes: & propter ſinceram permixtio-
nem, quæ a Medicis plerunque fieri ſolet. Vinum enim, quod tanquam manus quædam ad diſtributio
nem aquam trahat, eſt omnino pauciſſimum aquæ miſcendum, ut aquæ ſinceritatem tollamus. eadẽq;
ratione oxymel aquoſum laudo. cum minore quoque periculo aquoſa mulſa quis uti poterit. nã im-
permixta, niſi ſubducere aluum properet, maxime noxia eſt, præſertim in amaræ bilis hominibus, qui-
que magna habent uiſcera, quibus ipſa quoque aqua eſt noxia, cum in bilem conuerſa in hypochon-
drijs diutius manet. ad hæc enim omnia mala, quæ in ea ſunt, hoc accedit etiam, quod cum ſtercoris
ſit expers, aluum non ſubducit. aquam uero in principijs acceſſionum potam lædere, perſpicuum om-
nibus eſt. Ecquando igitur aqua potui utiliter datur? nimirum cum ægrotus ex ſola potione uiuit, nec F
adhuc ptiſſanæ cremorem ſumit. tunc enim in medio aliarum potionum aquam in tempore quiſpiam
dederit, præcipue cum ægrotus ſiti enectus ſit: quandoquidem eo tempore inundationem quandam,
hoc eſt humiditatis copiam ab ea induci, ſcriptũ reliquit Hippocrates. quocirca inter mulſam & oxy-
mel, parum aquæ ad humectanda ea quæ expuenda ſunt, accommodatum præbet. quin etiam ubi uinũ
magnopere noxium ſit, tum etiam aquam exhibet. nocet enim uinum cum ægrotans uel delirat, uel
capite uehementer dolet. Hanc autem propriam naturam humidã & frigidam habet aqua. aduentitia
uero caliditate acquiſita calefacit & humectat ipſa quidem ea, quibus admouetur: ſed tamen ut utrũ-
que æque faciat, non eſt ei natura comparatum: uerum humectat quidem ſumme, ſiue temperata, ſiue
tepida, ſiue etiam calidior ſit: calfacit uero non ſumme, niſi quæ extreme ferueat. quod dicimus, in tem
perata natura prius exploremus. ergo ſi huic naturæ aquam temperate calidam offeras, ſiue lauans,
ſiue perfundens partem aliquam, profecto ipſam partem humidiorem, & calidiorem in ipſo perfuſio-
nis tempore factam uidebis: ſi poſtea quieſcas, nec corpus frigida contrahas, & conſtipes, paulo poſt
eandem partem ſeipſa factam frigidiorem comperies, quod calor innatus immoderatius perſpiraue-
rit. non tamen quemadmodum frigidius poſtea, aquæ calidæ uſus, ita etiam ſiccius corpus deſtituit. &
tamen hoc quoque debere fieri uidetur, cum ob meatuum & raritatem, & corporis mollitudinẽ, tum G
uero ob ſubſtantiæ fuſionem. plus enim in huiuſmodi affectionibus euaporetur neceſſe eſt: uapor autẽ
eſt humor attenuatus. ueruntamen non ita ſe res habet. humores enim, qui in uaſis, alijſque uacuis ſpa
tijs continentur, omnes exhauriuntur: corpora uero uaſorum, & uniuerſum carnoſum genus humidius
ſe ipſo redditur. atque hanc ſolam facultatem, ut uidetur, aqua nunquam deponit. neque enim cũ fer-
uens comburit corpora, facit ut quæ ambuſta ſunt, ſicca ſint, ut quæ igni aſſata fuerunt. ſimili quoque
modo cum ſumme frigida facta eſt, totoque die, aut etiam longiore tempore ſuper aliquam partẽ per-
funditur, eam non efficit ſicciorem: quamuis rugoſa, & admodum exilis uideatur. uerum hæc ideo eue
niunt, quod qui in uaſis, alijſque ſpatijs eſt humor, euacuatus eſt: partes uero genuinæ, atque ſolidæ
nihil ſe ipſis ſicciores redduntur.

De aqua frigida, & oxymelite ægrotantibus potui dando. Cap. 2.

QVoniam oſtendimus omnem corporis affectionem, quæ præter naturam eſt, a ſui contrarijs cu-
rari: planum eſt, febrim quoque a frigida extinctum iri omnino, cum ipſa ſola fuerit ſine ulla
affectione, quæ a frigida lædatur. nam ſi febri adiuncta ſit alia affectio, quam frigida lædat, licet ea
febris, quæ ex ipſa affectione orta eſt, confeſtim a frigida ſit reſtincta, altera tamen deinde febris gra
uior accendetur aucta affectione, quam potio frigidæ oblæſerat. Læduntur autem a frigida affectio- H
nes partium quæ inflammatione obſidentur, & in quibus incocti humores ſunt: quorum indicium eſt
urinarum incoctio. ſi igitur concoctæ urinæ ſint, nullaque princeps pars inflammatione uexetur, ſatis
erunt, ut ad frigidam potui dandam impellamur. ſi uero æſtiuo tempore uehemẽtia febris quandoq;
urgeat, laboranſq; iuuenis ſit, & frigidæ potioni aſſuetus, ſi cum aſpectu & conſiſtentia urinarum lau-
dabile ſublimamentum uideas, tum, etiamſi pars aliqua inflammationem patiatur, frigidam dando nõ
errabis: ſiquidem debes anteponere, ut febris uehementiam eo tempore ſedes, pluribus diebus, qui-
bus ad reliquias inflammationis tollendas opus ſit: quas quidem & magis ſcirrhoſas, & ſolutu diffici-
liores euadere neceſſe eſt. Si uero non admodum adurentes febres ſint, & frigidam dederis particu-
lis inflammatione laborantibus, magnopere tua te fallet opinio. febres enim, quæ uehementer flam-
meæ ſunt, inflammationem eryſipelatis ſpeciem referentem quodam modo ſubeſſe nobis oſtendunt:
& ideo frigida quoque eaudem iuuat: ut in exterioribus etiam partibus perſpicitur. ergo in ijs, in qui-
bus incipiunt in iecore, uentriculo, & alijs huiuſmodi particulis inflammationes, diligentius conſide-
randum eſt. nam ij omnes magnopere læduntur, etiamſi in tempore ſumpſerint, ſi potio fuerit paulo
largior. Etenim cum principia inflammationum, quæ ſine ictu, & uulnere fiunt, uel ex particularum
imbecillitate, uel ex ignea caliditate quadam oriantur: eas quarum origo eſt imbecillitas, frigida ſem-

per

A per lædet: quæ uero ex ignea quadam caliditate existunt, moderata frigidę potio iuuabit. periculum enim est, ne in largiore potione propinanda pars ad contrarium excessum traducatur. præterea uero huiusmodi potio tales affectiones magis iuuabit, si dum bene ualerent, ea utebantur. ergo uehemētes morbi, qui in uentriculo, in iecore, in collo, & toto capite sunt, prius considerari debent. artus.n. fortasse non magnopere lædentur: & tamen ipsi quoque offendentur in quibusdam affectionibus, quas deinceps exponam. Sed horum fore tantam noxam, quantam partes uehementer affectæ contrahēt, ne ignarus quidem affirmaret. Si igitur affectio erysipelatis, aut herpetis speciem referens in hypochōdrio sit, aut inflammatio erysipelatis naturam referens, aut aliqua alia affectio summe calida ex intemperie sine succis exorta, frigidæ potio iuuabit: sicut eadem mirum in modum lædit, cū abscessus, œdema, scirrhus, ulcus, & frigidæ intemperies partes obsederint. Ac quoniam de artubus me dicturum promisi, illud sciendum est, inflammationes neruosarum partium, quæ in eis sunt, a quibus alioqui periculum conuulsionis imminet, frigidæ potione lædi, uel maxime. si uero in carnosis artuum partibus inflāmatio gignatur, & bibere frigidam homo poterit, & si parti inflammatæ foris admoueat, noxā quidē inuehet, sed neque notabilem, neque manifestam: ac præcipue si frigidæ potioni fuerit assuetus. Ergo cum febris sit, non adiuncta ulla alia affectione, quam frigida possit lædere, tantum frigidæ dandū est,
B quantum uno haustu ægrotus possit haurire. Oxymel uel æstiuo tempore frigidum datur, ne laborantis sitim exacuat. quam ob rem æstate frigidum oxymel dare audemus etiam ante morbi concoctionem, cum aquam frigidam in eiusmodi affectione ad satietatem daturi non essemus. tunc enim inflammationem densaret, si febris ex inflammatione orta esset: ac succos incoctos seruaret, si illi morbi causam attulissent. Sed tunc parum oxymellis damus, ut quod in uentriculo prius intepescat, quàm ad costam usque frigiditas eius distribuatur. quod si quid exiguum fuerit etiam distributum, id ab ipso oxymelite, in quo uis incidendi inest, corrigetur.

Ex Rufi commentarijs, de aquis. Est in secundo libro de dieta, uel de potionibus. Cap. 3.

RESides aquæ (ita enim aquas puteorum uoco) quia non fatigantur, ideo non admodum sunt tenues. & cum intro ingressæ fuerint, minus madefacient, atque dissoluunt cibos, minusq; concoquunt, & præ crassitudine, & quia frigidæ sunt, non bene per urinam excernūtur. aptiores autem potui redduntur crebro hauriendo, ac si effluerent, & puteorum expurgatione. quæ uero fluunt, multo tenuiores sunt, & præstantiores ad madefaciendum, & concoquendum, & ad urinam reddendam. quæ e stagnis sunt, pessimæ sunt omnes. nam & odorem absurdum, ueluti putrescentes habent, & æstate calidæ, atque hyeme frigidæ sunt, quod ego uitij aquarum maximum esse signū statuo. ideo fit, ut æsta-
C te uentres perturbent, & tarde in uesicam transeant: ac sæpe etiam tormina, & leuitates intestinorum hominibus pariant, ex quibus in aquam inter cutem cadunt. hyeme uero, quæ frigidæ sunt, uentres non admodum perturbant illæ quidem, sed tamen & ruptiones, & lateris dolores, & tusses afferunt: & ad lienem etiam repunt, & postremo in aquam inter cutem desinunt. ex liene autem etiam pedes ulcerantur, eaq; ulcera non celeriter curantur. Solæ paludes Aegyptiæ inter omnes, quas quidem ego nouerim, salubres sunt: quia hyeme aqua non putrescit, siquidem non supercalfit: autumno uero Nilus paludes explens, ueterem aquam proijcit, & aliam nouam inuehit. De aquis pluuijs ita statuo. aquæ pluuiæ leues sunt, tenues, puræ, & gustanti dulces: sique in eis aliquid elixes, celerrime elixabitur. siq; eas calfacias, celerrime calefient. & uino per exiguo temperantur. quocirca bonæ sunt & ad concoctionem, & ad urinarum excretionem, itemq; accommodatæ iecori, lieni, renibus, pulmoni, neruisq;. cum enim uis non admodum refrigerans in eis sit, idcirco benigniores hisce partibus fiunt. Vernæ igitur atque hybernæ maximæ opportunæ sunt, atque optimæ: quas ego laudo uel maxime. autumnales uero atque æstiuæ fuerint quidem alijs meliores, sed non omnes omnibus. nam uiribus quidem antecellunt eas, quæ sunt in terra: uerum quantum superentur a uernis, atque hybernis, ne dici quidem potest. nam æstate atque autumno terra sicciores uapores edit, aerq; multas terræ sordes habet, quæ plu-
D uia expurgantur. idcirco fit, ut tales aquæ sicciores, & nitrosiores sint, & ad abstergendum, ac per intestina descendendum accommodatæ, sed neque renibus, neque pulmoni, neque arteriæ idoneæ. quin etiam plus uini has ferre necesse est, ut nitrosa facultas uincatur. Iam uero aquæ non parua differentia ex uentis aquilonalibus, & austrinis accedit. nam flantibus aquilonalibus, dulcior pluit quidem, sed frigidior: austrinis uero spirantibus, minus dulcis, sed calidior. ad summam uero tempora pluuia, dulciores, non nimbosa & squalida magis nitrosam aquam efficiunt. quæcunque autem ex niue fluunt, & glacie, duræ omnes sunt, & frigiditate excellunt: sed gustanti dulces. at aqua dura, & frigida neque ad cōcoquendum, neque ad meiendum accommodata est. itemque noxia est neruis, pectori, & costis. nam & conuulsiones, & distentiones neruorum inducit, & ruptiones facit in pectore, ut nonnulli suberuenta expuant, & suppurentur. Fontanæ aquæ ad orientem uergentes ceteris præstant humiditate, tenuitate, odoris suauitate, & moderate† refrigerando moderateque calfaciendo. quæ ad septentrionē, dulces sunt illæ quidem, sed immoderate refrigerant. quæ ad occidentem, uiolentæ sunt & refrigeratione, & duritie: quam ob rem raucitates, laterum dolores, & conuulsiones pariunt. quę ad meridiem spectant, magis salsæ sunt, & calidiores, & ad meiendum non idoneæ: sed ad descendendum per intestina, præstantiores. quanquam autem aquas quæ ad meridiem fluunt, non laudo, Nilum tamen ita commendo, ut aquæ bonitate paucis fluminibus comparari posse uideatur. nam & aluum subducit, & pur-

†Videtur legēdum humectando, licet scriptum sit, ψύχαινον.

gationes

gationes mulieribus ciet, si in puerperio bibatur. Sed pleræque ex aquis ad meridiem, resides sunt, E
quibus duplex est noxa coniuncta, altera e regione contracta, altera quod non effluant. Pro terræ
autem natura sic de aquis decernendum est. terra enim alia plana est, alia collibus, alia montibus con
tinetur. plana est ad aquarum effluxiones deterior: multique in ea putei fossiles, & resides fontes. col-
les uero & montes potiores sunt. nam & puriores, & tenuiores, & odoratiores, & dulcedine suauio-
res aquas emittunt. ceterum ex planis alia salsuginem & nitrum æstate & autumno producit, alia ni-
hil: sed eam terram, dulcem uocant. in hac igitur præstantior, & potui aptior, in illa uero salsa, & nitro-
sa aqua est. Ex montibus præterea alij terrei, alij petrosi sunt. terrei aquas ferunt præstantiores & mol
litie, & quod minus frigidæ sint. saxei aquas habent deteriores tum duritie, tum frigore: puriores ta-
men quam aliæ sunt, minimeq; habent subsidentia. Maxima autẽ maximeq; notabilis differentia aquis
inest ex metallis, & ex herbis eis innatis. ac metalla quidem cum ad aliam habitationem, tum uero ad
aquarum potum sunt noxia. herbæ uero quandoque mirum in modum lædunt, quandoque etiam ual
de aquam corrigunt: tale autem est sium, nepita, & adiantum. etenim hæ plurimæ riuis innascuntur:
quæ quidem bonam aquam uitiant, malam uero alioqui iuuant, cum ab eis quoddam quasi medicamẽ
tum aquæ impertiatur. suntque huiusmodi aquæ ad meiendum potiores. ergo diligenter etiam atque
etiam considerandum est, ne ullum uitium aut a terra, aut aliunde aquis accedat; cum non satis sit e F
fontibus hic quidem præstantiorem, potuique aptiorem, illic uero salsam & nitrosam aquam scaturi-
re, nisi etiam quæ per riuos deriuantur, sint eiusdem generis. hactenus quæ maximi momenti sunt,
oratione complexi sumus: nunc alia quoque aquarum bonitatis signa recenseantur. aquæ omnes quæ
hyeme calidæ, æstate frigidæ sunt, optimæ esse quodammodo uidentur. quæ uero frigiditatem & ca-
liditatem habent anni temporibus parem, pessimæ. æstate enim calor extimam terræ partem occupat:
hyeme uero mergitur in profundum. atque ideo mihi uidetur fontes, qui a profundissimis partibus
fluunt, & speluncas cauas, omnes hyberno tempore calidissimas aquas continere, æstate frigidissimas.
idcirco aquæ omnes quæ in terræ sunt extremitate, ad temporum uarietatem, quoquo modo tempora
frigida fiunt aut calida, commutantur.

De fonte, qui in Lycia ad Chimæram montem est, quem a Pegaso fuisse apertum ferunt.

Mirabile est, aquam hyeme euanescere, æstate autem apparere: & tamen contra deberet contin-
gere. sed huius etiam rei causa calor est, qui profundas aquas secum uehit: siquidem hæ quoq;
calorem sentiunt. omnes enim profundos fontes, quique parum admodum ab externis imbribus su-
scipiunt, hyeme, & per uehementissima frigora minimos, æstate maximos comperies: ut stagnum iti-
dem, quod in Delo est, id ipsum propter eandem causam patiatur: atque etiam putei, qui Pythopoli G
uisuntur. Est autem una hæc bonarum, prauarumq; aquarum dignotio, si hyeme calidæ sint, æstate ue-
ro frigidæ: altera uero est, si nihil ori gustantis notabile afferat: & ita non multo uino ad eas temperan
das opus erit: atque omni nino conuenient. est uero etiam pura ea, quæ præstantior est: neque alioqui
colore infecto: nec fęcem habeat, nec subsidentia. nam & quæ pura est, eadem etiam pondere est le-
uis. nam quæ pondere leuis est, semper terræ impermixta est: quæ uero grauis, terræ ratione plus gra-
uat. sed et hæc non minus cõsideranda sunt, ut si cito calefiat, ac refrigeretur, quoniã hæc ceteris præ-
stat. & quomodo ad coctiones, quomodo ad secessionem affecta sit. nam quæ citius coquunt, præstan
tiores sunt: quæque secedunt, meliores, si per uesicam secedant. at aquæ per intestina secessio, deterior
est. quarum uero nostræ artis non est effecta perdiscere, ea debemus ab incolis perquirere. nullo autẽ
pacto facile est, ea quæ pręter rationem fiunt, intelligere.

Historia rerum admirabilium, quæ in aquis contingunt.

AC ne longe abeam, aqua in leontinis est, ex qua si quis bibat, moritur. alia talis in Phæneo Arca-
diæ est, quam aquam Stygis uocant. alia quoque talis in Thracia uisitur. itemque stagnum apud
Sauromatas, quod ne aues quidem transuolare queunt: aliudq; apud Medos, in quo nigrum ichorẽ di-
cũt supernatare; quo ubi usus sit quispiã, si igni se admoueat, accẽditur. eo medicamẽto Creõtis filiã a H
Medea fuisse perditã ferunt. Est ẽt Susis aqua, quæ epota dentes excutit. Sybaris fluuius homines fa-
cit infœcũdos. Aqua uero quæ apud Aethiopes est, quã rubrã nominãt, furorẽ inducit. at quæ in Aegy
pto est, capita bibentiũ pilis nudat. Harũ rerũ nihil sciri sane põt, quã ob rem pleriq; qui illis nulla con
sideratione adhibita usi fuerunt, mortui sint, alij uero aliquod aliud incommodum sint perpessi.

Hæc uerba ex tractatione de aqua descripta adiuncta sunt, quæ eiusdem Rufi sunt.

SVnt etiam aliæ quamplures aquarum facultates: quæ non cõi natura affectæ sunt. nam quę in Lyce
stis est, bibentes ebrios facit. in aqua uero quæ in Clitorio Arcadiæ est, si quis se lauerit, uini odorẽ
ferre amplius nõ põt. Aqua Arethusæ in Chalcide mulieribus prodest: aliæ uero animantes ex eius po
tu dolores pedũ cõtrahunt. Cydnus dolores pedum sedare creditur, quãuis frigiditate excellat. Qui
habitat, ubi praua aqua est, dare operam debet, ut eam potui magis idoneã reddat. erit ergo optimũ, ut
in uasis fictilibus elixetur, & ubi nocte refrigerata fuerit, atque iterum calfacta, potui detur. In exerci-
tu uero si ex praua aqua reddere bonam opus sit, foueas ex ordine ex locis altissimis ad decliues fode
re, perque eas aquã ducere oportet: terra dulci ac pingui, quæ faciendis fictilibus idonea sit, in foueas
coniecta: si quidem ita semper aquæ prauitas in foueis remanebit.

A

Dioclis, de aqua corrigenda. *Cap. 4.*

AQuam maxime imbecillam facies, ſi tertiam partem decoquas, & alba ouorũ ſimiliter incoquas. in hæc ipſa inijcienda eſt argillæ ſiccæ gleba, donec maceretur. menſura uero eſt, ut ſemiſextarius amphoræ indatur. ubi decoxeris, bibatur. odorem etiam ab aqua remouebis, ſi calfactam manu ad uentum perfundas, & ſub dio in uaſe immenſo teneas, & in multa uaſa paulatim diffundas.

Athenæi, aquæ purgatio. *Cap. 5.*

AQua fæce purgatur, partim ſtillacidijs, quæ ſtacta dicuntur, ut fit Alexandriæ; partim colis, iiſq; interdum ſimplicibus, interdum uero duplicibus, uel triplicibus, ut aqua puriſſima per eadẽ excipiatur. Fiunt etiam iuxta mare, & iuxta ſtagna foueæ, illic cum aquam potabilem a mari ſecernere uolumus, hic uero, ut cum ſtagnum fuerit turbatum, hirudineſq; , aut alia quædam uitia contineat, aqua puriſſima, & maxime innoxia per terram tranſiliens in foſſis colligatur. Vbi uero multa aquæ copia ſit haurienda, ut in exercitu fieri ſolet, latera foueæ lapidibus, ligniſq; ambiunt, & cum pauimentum ſimili modo inſtrauerint, puras ſeruare aquas nituntur. aquæ autem quæ purgantur, leuiores, ac puriores fiunt: & ob eam ipſam cauſam etiam frigidiores. multæ uero, licet fuerint percolatæ, tamen facultates a ſordidis corporibus contractas adhuc ſeruant.

B

LIBRO QVINTO COLLECT.

ORIBASII.

Galeni & Rufi de uinis. *Cap. 6.*

VInvm aquoſum homines uocant, quod colore & conſiſtentia aquæ ſimile eſt. nam & pellucidum, & ſplendens, & purum eſt: & conſiſtentia tenue uidetur: & guſtanti nullam affert qualitatem inſignem: ſiq; ipſum aqua diluas, nõ multum aquæ feret: quam ob rem pauciferum ueteres appellauerunt. huiuſmodi autem uinum non plane adſtrictionis expers eſt: ſed languidam omnino adſtrictionem habet: quoniam ſi ipſum aquæ compararis, ex ipſa aquæ comparatione exiguam adſtrictionem quandam factã fuiſſe ſenties. ac facultate quo- **C** que eſt aquæ perſimile. nam neque imbecillum caput tentat, neque neruos debilitat: cum ne perſpicue quidem calefaciat: quinetiam nullam aliam qualitatem inſignem, ut neque auſteritatem, neque acerbitatem, neque dulcedinem, neq; acrimoniã guſtui afferat. Accommodatum hoc uinum eſt ad educendum e pulmone, cũ uires roboret, ſuccoſq; humectet, & mediocriter incidat. hoc quoq; cũ minore periculo, quàm cetera uina oĩa, febricitãtibus datur. ꝙ ut aquæ, & uini prauitates effugiat, ei ſoli inter reliqua contingat. Iã uero pter quàm quod caput nõ lædit, ẽt ſæpe prodeſt: ſedando paruos dolores, quos humores uẽtre cõtenti procrearũt. Inuenies ẽt nonnullos, quibus ex aquæ potu dolor capitis oriatur, cũ præſertim aqua uitioſa fuerit: ut ipſa corrupta natiuũ uẽtriculi robur exoluat: quo imbecillo ichores bilioſi ex corpore in ipſius caua ſolent confluere, quemadmodũ ẽt ieiunantibus uſu uenit: a quorũ uitijs, & noxis prædictum uinum hominẽ liberat. ac ſtatim quidem ratione cõtemperationis; paulo poſt uero robur uentriculo addens, qui res noxias a ſe deorſum propellit. Homini uero tẽperaturæ ualde calidæ, utilior eſt aquæ potus, quàm uini. ſi uero quãdoq; uinũ dare oporteat, dandũ quod tenue ſit, & mediocriter auſterum. Mouent ẽt urinam uina aquoſa, & tenuia: & minimum alimenti corporibus præbent: eaq; ſola etiam nouella bibuntur: quale eſt id quod Gaurianũ uocant: & quædam eorum, quæ in Sabinis naſcuntur. & ubique fere gentium facile eſt huiuſmodi uina reperire. **D** quãplurimũ uero apud nos ad bibendum apta ſunt Tibenum, & Arſyinũ, & poſt hæc, Titacazenum. Dulce uinum exquiſite tenue, & ſplendidum nunquam reperies: ſed magis & minus ab his remota, & eorum neutrum habentia. uinum omne dulce & craſſum, conſiſtentiæ ratione calefacit: eiuſq; ſingulæ facultates, quas epotũ oſtendit, ex hiſce duabus qualitatibus conſequuntur. color. n. ſui ratione, ad iuuandũ, aut lædendum nullam uim habet. quanto igitur tale uinum conſiſtentia craſſius fuerit, tanto ẽt tardius tranſibit: ut non ſolum aperturũ nõ ſit partes aliquas obſtructas, ſed ẽt eaſdẽ obſtructurum. quã ob rem iecori male affecto uinũ huiuſmodi maxime nocet: præſertim ubi inflammatione, aut ſcirrho obſideatur. minus uero nocet, ſi uiſcus a craſſis humoribus ſit obſtructũ, aut ſi quid propter imbecillitatem patiatur, quemadmodum in affectionibus, quæ proprie hepaticæ nominantur, uſu uenit. Poſt iecoris noxam, lienem uina dulcia lædunt. at pulmonem non item, cum in eius alis craſſus humor ſit impactus. præterea uero dulce uinum in morbis acutis, ubi facta concoctio ſit, ad ſputum eliciendum, ut in peripneumonia, & pleuritide, ualet ubi particulæ non amplius inflammatione uexantur. quantũ autem dulcia abſunt a uehementi caliditate, eo minus etiam caput grauant, & mentem lædunt. melius uero per aluum ſecedunt, & uiſcerũ tumores augent: nec ſunt accõmodata ijs, qui amaram bilim aceruant, quoniã oẽs ſucci dulces, materiæ ſunt flauæ bili gignũdæ. hæcq; uina, nõ ſolum quia multus calor huiuſmodi ſuccos amaros facit, non ſunt febricitantibus idonea, ſed ẽt quia craſſa ſunt, neque

per

per urinas cito excernuntur, neque secum cetera deducunt, neque biliosos humores simul euacuant: E
idque unum in se bonum continent, quod aluum emolliunt. quocirca ea prę reliquis bibunt. qũo bono
si frustrentur, omnino lædunt: nam ad ceteramala hoc accedit etiam, ut sitim inducant: qua re ostendũt,
se facile in bilem conuerti: sed flatus etiam gignunt: uetum inferiori intestino non sunt noxia, quod fla-
tus qui ab eis excitatur, tardi sit transitus, & in hypochondrijs moretur, donec † plene concoquãtur, &
perfecte attenuentur. si uero semel concoquantur, naturam habebunt, qua celerius cómeabunt, & par-
tium tenuiorum fiant. dulce autem simul & austerum uinum, quale est in Cilicia Abates, atque ex con-
trarijs qualitatibus constans, prauum est: cum neque distribuatur, neque deorsum secedat, sed diutius
in uentre superiore maneat, ipsumque flatu impleat. at quod sine dulcedine nigrum est, atque perspi-
cue acerbum, aut austerum, id satiat, & tarde permeat. & utranque excretionem, tam eam quę per aluũ,
quàm eam, quę per uesicam fit, cohibet: & in hypochondrijs diutissime commoratur: facile quoq; ace-
scit, & ad uomitum impellit: ac solum uentris defluxionibus est accommodatum. sed ita affectis non est
bibendum ad satietatem. Austerum uero una & album non est ipsum quoque ciendæ urinæ aptum: ue
rum si crassum sit, in hypochódrijs moram trahit: si crassum non sit, neque tandiu permanet in uentre,
quandiu nigrum: neque ita per urinam expellitur, sicut uina, quæ alba sunt, & mediocriter austera. Ful
uum uero austerum conuenit ipsum quoque uentris defluxionibus. estque duplex fuluum, sicut etiam F
nigrum: alterum dulce, austerum alterum. sed fuluum caput & mentem magis tentat, quàm nigrũ, quo-
niam est etiam eo calidius: at flauum summe calidum est: sicut post ipsum tale est fuluum: post hęc, rubrũ
tum dulce, album uero minus quàm alia omnia calefacit. pullum autem album uinũ dulce est: sed quæ-
dam austera sunt, & crassa, quædam aquosa, & tenuia. Ex flauis autem & fuluis; alia dulcia mediocriter
sunt, ut Hyppodamantinum, & Phaustianum: alia neutiquam dulcia sunt. Rubra sunt his crassiora, quæ
colore proxime accedunt ad nigra. quæ omnia ad proportionem crassitudinis nutriunt. quam ob rem
ijs, quibus refectione opus est, dulcia uina sunt concedenda, ac præsertim si nihil eis uitij fuerit in ieco
re, liene, ac renibus. Quibus uero crassus humor in uenis colligitur, uinum tenuis consistentiæ ex usu
est. uerum si frigidi humores in uenis collecti fuerint, acria & antiqua conueniunt: si frigidi non sint, ea
apta erunt, quibus neutrum horum insit. ad succi uero bonitatem præstantius est odoratum: ceterum
caput tetit. Vinis austeris utimur, ut citatam aluum sistamus, alioqui non usuri, † quod neque deducẽ-
do alimento, neque sanguini gignundo, neque succi bonitati, neque ciundis urinis, neq; sudoribus eli-
ciendis, neque uero subducendæ aluo conferant. ergo corporibus quæ biliosiora sunt, nec Falernum,
nec Tmolite fuluum, & dulce, neque Atuisiũ, neque Lesbium, odorum, & fuluum, antedictis simile, ac
commodatum est; siquidem hæc calidiora sunt omnia. quique huiusmodi biberit, facile caput dolebit, G
& in febrem incidet: & nerui quoque patientur. tale igitur uinum nec biliosis naturis, nec perustis, ne-
que in æstu multo, aut inedia, aut mœrore, aut anni tempore, aut regione, & calida constitutione con-
cedendum est. Idem uero è diuerso probatur in ijs, quibus excalfactione opus est, pituitosis, ac frigi-
dis temperaturis: crudiorumque humorum copiam colligentibus, uitam in ocio ducentibus, regione
frigida, atque hyeme, & cæli statu frigido, atque humido. Vinis autem omnibus, quæ quidem nec cras
sa ualde, nec dulcia nimium sunt, quale est thereum, & scybelite, commune est, ut temporis progressu
flauum colorem acquirant: & aliquid splendescentis, instar ignis, habeant. nam nigra quoque, cuiusmo
di est apud nos perpetinium, si inueterarint, in rubram aut fuluam prius qualitatem, deinde uero in fla-
uam abeunt. ita etiam album, quale est bithynum aminæum. hocque ita inueteratum Romani Cæcubũ
uocant. iamque huiusmodi uinum amarum est, & ob eam causam minime potui accommodatum. ergo
ita uetustorum potus fugiendus, sicut etiam nimis nouellorum. ac maxime quidem a uinis suapte natu
ra crassis, cum nouella sint, abstinendum est: siquidem tantum abest, ut quicquam ad ciborum conco-
ctionem conducant, ut ipsa etiam uix concoquantur. prçterea uero nec aluum subeunt, nec facile distri
buuntur, nec urinam cient, nec gignendo sanguini, nec nutricationi conferunt: manent uero diutius in
uentre suspensa, sicut aqua: sique paululum quid eorum quispiam bibat, facile acescit. porrò uetustissi- H
ma uina tantum ab albo una et austero, et nouo, et crasso differunt, ut illa uehementissime calefaciant,
hæc uero sic refrigerent, ut sensus ipse percipiat. Quemadmodum uero mustum flatus plenum, et con
coctu difficile, et crassi succi sit, omnes norunt: quod etiam id solum boni habet, ut aluũ subducat: quod
si quandoque non faciat, perniciosissimum est. Ceterum celerrime omnium alba, et aquosa inueteta-
scunt, hoc est, celeriter in uetustorum qualitatem commutantur. est autem ea qualitas, acrimonia pri-
mum, qua plane calefaciunt, postea uero amaritudo ad quam aquosa uina nouennio, aut quandoque
decennio peruenisse uidimus, nisi primis tribus aut quatuor annis acescere properauerint. at potenti-
bus, et austeris, et albis sed crassis, quandoque contigit, ut etiam post decennium cum rite non asserua-
rentur, acescerent. Sed contingit etiam, ut plurimo tempore inueterascant. talia sunt in Italia tiburti-
num, signinum, marsum, et surentinum: quod ferme ante uigesimum annum factum, potui aptum diu
perdurat, nec facile amarescit: et cum falerno præstantia, uirtuteque contendit. his contrarias affectio-
nes patiuntur uina aquosa, quale est, sabinum, gaurianum, arsyniuin, titacazenum, tibenum, et cetera
generis eiusdem: quæ omnia contrarias qualitates, acidam inquam, et si perdurarint, amaram, facile su
scipiunt. locus tamen, in quo reponuntur, ut ad alterutram mutentur qualitatem, multum facit. opti-
mus igitur in principio locus frigidus est: post calidus: quoniam tepidus acida uina facile reddit. quã-
quam

† Aliter habetur. 3. de rat. uict. ac. 2.

† Gal. de cibis boni & mali succi addit, et si robur stomacho, & uentriculo afferat.

A quam uina, quæ duobus aut tribus annis frigido loco reposita, bona manserunt, in cellam calidam satis postea transferenda sunt: nec unquam tepida, & temperata indigent. quædam tamen usque adeo debilia & aquosa reperiuntur, ut frigus ne a principio quidem ferant. Vasa autem uinaria, quæ reclusa sinis, in causa sunt, ut uinum facile acescat: ueluti contra, cum operculum habent, clausaq; sunt, id minus eis contingit. & multo etiam minus id uasa plena patiuntur. nam quæ aliquantulum uacua sunt, quoniam aerem inclusum habent, per illum intermedium celerius ab extrinsecus ambiente immutantur. plena uero ita, ut operculum uinum attingat, per illud quidem imbecilliter admodum, & obscure eousque uitiantur quousque tegumenti densitas peruenit. ex quo fit, ut picata, & gypsata dolia diutius uina sincera conseruare comperias. sed quæ solo corio, sicut ea etiam quæ cuneis, obstruuntur, minus durant. Ceterum in Asia apud nos tria uina fulua sunt præstantissima, Tmolite, Lesbium, & a ueteribus laudatissimum Aruisium, quod in Chio cóficitur: quod omnes ad optima medicamenta, præsertim ad antidotos conficiendas adhibuerunt.

Rufi, de uino, est libro xij. de diæta, uel potionibus. *Cap. 7.*

VInum sic ad sanitatem, ut rem ullam aliam commendo: sed oportet bibentem scientia præditum esse, si uelit non grauissimas pœnas dare. etenim uinum potest calorem accendere, corpus uiri-
B bus implere, alimentum omnino concoquere: neque ullum uinum tam prauum est, quod hæc non faciat: sed hic quoque, ut in ceteris, & deterius, & melius comperies. quin etiam uinum poterit animum quodammodo afficere: quippe cum sit mœroris medicamentum. atque Helena quidem mihi uidetur hoc crateri infudisse, ut mœrorem sedaret. ei ergo qui moderate bibit, & uoluptatem, & humanitatem, & bonam ualetudinem affert: is uero, qui immoderate potat, aliquid quidem iucunditatis in nimio potu, sed incommodi quoque aliquid capit. nam qui fieri potest, quin incommodo afficiatur is, qui nimium bibit, cum animus in tanto uino immersus sit, ut eo calidissimo frigefiat? Sunt autem tibi hæc argumenta. nam ebrij corpus impotens primum fit, tum somno grauatur: & calore quoque alimentum concoquitur. atque hæc quidem ebrij patiuntur, ut statim frigescát: postea uero, ne ego quidem explicare queam, quot malis circunueniantur. nam & uerisimile est, eos attonitos reddi, & articulos uitiari, & partem aliquam debilitari corporis, & iecori, spleni, capitique proprios cuiusque morbos afferri. Ac mihi quidem talia cogitanti, uideri solet admirabile, qui fiat, ut cum in uno tot bona, totq; mala plane appareant, liceatq; ex uino optima quæq; sumere, homines tamen pessima potius sibi deligenda proponant.

C *GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE SIMPLICIBVS MEDICAMINIBVS AD PATERNIANVM.*

CENSVRA.

Liber cum multis rationibus, tum ea maxime omittendus, quòd hæc doctrina in proprijs Galeni libris uerior, & clarior habetur.

PRAEFATIO.

CVM MIHI proposuissem, charissime Paterniane, omnia Sinigmata tam metallica quàm aromatica, & omnem herbationem describere, optimum duxi,
D quia studiosissimum & peritissimum esse te probaui. itaque accipe, tibi exemplum uoluntatis & ingenij offero. Igitur frater solicite exquire tota tua peritia hanc scripturam. ne autem calumniareris prospexi. Et nequis dum aut herbulam, aut aliquam aliam speciem siue aromaticam, siue metallicam requirit, diutius erraret & totum uolumen euolueret, ordine primarum literarum. A. B. C. D. &c. agam omnia sinigmata nominare: quæ in simplario tractantur, & in usum medicinæ cadût. incipiemus igitur ab A. & sic deinceps ad extremã literã perueniemus.

De ære usto.

Aes ustum fit maxime de clauis cupreis uetustis, qui in olla fictili cruda missi, in furno incenduntur, aspersi sulfure, uel sale, uel utroque, uel alumine, & coquuntur. Bonũ autem æs, quod est optime ustũ, utpote rubricæ colorem faciet ad ipsa capitula in se, quod enim est fruitius, est combustum. Est ergo uirtus & efficacia æris usti similis squamæ, sed tamen fortior est.

De acacia.

Acacia fructus est arboris spinosæ, quæ maxime in Aegypto nascitur. hic igitur fructus uelut oliua exprimitur, & succus illius in Sole siccatur, & in glebam redigitur. erit ergo optima acacia quæ est penitus læuis, leuiter subrubra, suauitate odoris sui subacidas transit. & gustu ualde styptica. hæc enim

maxime

maxime de immaturo fructu premitur.nam nigra de maturo fructu premitur. Omnis autem acacia E
uisc ide stringere potest.

De ærugine vel vitreolo.

Aerugo circa aliqua metalla in quibusdam pelagis lente & ueluti stillicidium manare perhibetur. Verum & conficitur hac ratione.Granula interiora uuæ,quæ quasi sunt,quæq; græce tritapta dicimus, ualde substruuntur in uase aperto.& asperguntur miua & aceto.deinde superponitur lamina ærea & lata.& iterum operitur eisdem tritaptis similiter aspersis.& lamina alia superponitur, & hoc ulterius fit quandiu uas capit,deinde oppilatur diligenter,ne aliquod habeat spiramentum. & sic die septimo aperitur. & prolatis laminis,ærugo quam traxerint leuiter abraditur. & rursus intinguntur. Et hoc fit usq; quo totæ consumantur.Alij super acetum acerrimum has ipsas laminas suspendunt, & diebus decem relinquunt,deinde perferunt,& æruginẽ quantam inueniunt abradunt.Alij massulas æris ligant, & eis quasi scobis ligamenta decidunt,in acetoque mittunt & quotidie bis aut ter commouent, usquequo ærugo euadat.Est ergo optima ærugo quæ est leuis,& tactu nullam asperitudinem habet. Vires autem habet quasi æris usti,uel lapidis,& maxime acutiores.

De ammoniaco.

Ammoniacum est quasi lachryma herbæ quæ græce nartex id est ferula appellatur,similis altit,idest F assæ:sed uiscosior,& folijs ueluti pinguioribus,quæ contrita est glutinosa quasi gluten.Nascitur autem in terris Ammonis quondam regis in ultima Cyrene. Colligitur autem ammoniacum sic. Maximis æstatibus huius herbæ radix & thyrsus inciditur,& sic lachrymam fundit. & postea in terra colligitur. unde & sordem capit.Verum est optimum ammoniacum quod est mundissimum, & recentissimum, & colore candidum,& quasi pingue ut thus.Et si frangatur,spissum & splendidum apparet.odore simili lc castorio.Potest igitur efficaciter remollire & relaxare.

De aloe.

Aloe succus est herbæ quæ est similis scillæ,cuius radice incisa hic ipse promanat succus, & colligit, uel tota herba contusa premitur & siccatur. Aliqui enim dicunt de petris eam collectam in Iudæa, & Asia,atque in India. Verum optimam iudicamus quæ est fragilis,gleba munda,pinguis,splendida,subrusa,& dum aliter facile exhumidatur odore,subuiscosa,& gustu amarissima. Effectum autem duplicẽ habet.Si enim bibatur & deglutiatur,uentrem soluit,& purgat putredinem, & coleram & phlegma deducit.cum oxymelite datum.ʒ.ij.stomachicis & hepaticis magnum adiutorium est. Alij post cœnam bina uel trina grana sicut ciceris magnitudine deuorant. quoniam corpus procurat, & escas non corrumpit.& si sitis fuerit,extinguitur,quando triueris eum succo caulium,& feceris ad ciceris magnitudi G nem.Alij miscent colocynthidos interiora & scammoniam,& dãt ad typos,uel ad uarias infirmitates. Si uero corpus extrinsecus illiniatur,efficaciter stringit.

De amylo.

Amylum omnibus notum est.est enim quasi medulla frumenti,quod infunditur in sportellam,& cũ pressura colatur. euius est optimum quidem,recentissimum & candidum & leue & sine ullo acrore uel lutoso aliquo aut inquinoso odore.potest autem leniter stringere.propter quod collyrijs ad lachrymã facientibus miscetur.& ad profluuium uentris prodesse comprobatur.

De alumine.

Alumen dicitur rotundũ,& scissum,& liquidum.Inuenitur autem omne alumen in Insula quæ Melos dicitur,sed & in Aegypto,& in Macedonia,& pluribus locis.Verum est optimum scissum alumen, quod græce schiston dicitur,quique illius rotundi ueluti flos est.Hoc igitur simile est albis capillis uexatis,& quodam modo carminatis.Liquidum deinde quod est læue, perlucidum, & aliquid in summo in modum floris quasi lactis habet,quod ipsum probamus siccum ad dulcorem.Syneerum autem si fit, non inficitur ab illo.Rotundum eo quod est subalbidum,& aliquo pallore uelut pinguenatum, fragile mundum. & colorem mutat asperso succo quem diximus. potest autem omne alumen uehementer H stringere.

De auripigmento & psilotro.

Auripigmentum,quod aliqui arsenicum dicunt,naturale est. Intrinsecum colorem habet aureum. quod comminutum in laminas tenues comminutas funditur:quod in modum auri refulget. Inuenitur in montibus Asiæ, & Armeniæ, Ponticæ, & Cappadociæ. Verum est quod de Amista & Disponto affertur, hoc enim laminas habet latiores, & optimum est, & syncerissimum, & aurigeneo colore limpidissimum. Vires quoque habet sicut ignis, quod urere possit, & alienationes consumere.si eum calce uiua mistum fuerit & corpori illinitum, pilos tollit. Vnde græce hæc ipsa mistura psilotrum dicitur,latine acilea nuncupatur.

De aphronitro.

Aphronitrum optimum est quod est leuissimum,candidissimum,latum & fragile. potest enim et calefacere,et cum aliqua mordacitate relaxare,et omnes sordes de corpore abstergere.

De alosardio.

Alosardium est ueluti pinguamen quod aquis supernatat,stantibus prout stant alia, colore croceato,cuius optimum est quod nullo fallimine colligitur. hoc enim coloratissimum est, et cum aliqua pinguedine,

A guedine,aquoſum,& pene putridum. Poteſt igitur acriter & incidere,& calefacere,& quaſi ſal aliena
conſumere. Item collyria & malagmata colotate.

De alcimonio.

Alcimonium ſpecies habet duas.uidetur autem ſiccum & liquidum. aliqui aiunt utrunque lachry-
mam eſſe arboris qui in Iudæa & alijs locis naſcitur.Alij quidem certius ueluti pinguamen ſtagnorum
eſſe dicunt, ualde glutinoſum & in ſe cohærens. & aquis paluſtribus ſupernatare. hoc igitur in ſca-
pulis puſillis attrahi, & imponi, & impletis ſcaphis non aliter præcidi. & ſic in terra expoſitum
ſiccari. Et hoc ipſum maxime in Iudæa & alijs locis fieri. Liquidum autem quod in Babylone &
Iacintho colligitur circa quoſdam lacus. Eſt igitur ſiccum aſphaltum, quod eſt optimum, frigi-
diſſimum, & colore ruſo ueluti purpura ſplendens. quod autem nigreſcit, pice adulteratur liqui-
da, deinde quod eſt lucidum & glutinoſum, utrunque odote grauiſſimo. Vires autem habet ui-
ſcidas, & efficaciter relaxantes.

De aphroſelino.

Aphroſelinum in Aegypto tantummodo inuenitur. quod ita creatur, ros cæleſtis poſitus ad Lunę
claritatem in ſpecie lapidis,quem ſpecularem uocamus, coagulatus ſtringitur. unde & nomen ſum-
B pſiſſe uidetur. Cuius eligimus quod eſt colore cœruleo & lucido. poteſt autem omnia uitia capitis
potatum emendare :& cephalalgicis & epilepticis utiliter prodeſſe.

De argemone & eupatorio.

Argemone herba eſt pluribus nota, cuius uires faciunt contra uenena ad diuerſas compoſitiones.
Huius igitur radicem Græci eupatorium dicunt,& eſt diuretica ualde.

De apio.

Apium herba eſt, quæ in hortis naſcitur, omnibus nota. & cuius ſemen facile nouerunt. magis
tamen ad medicinam aptum eſt. Mittitur autem in purgatorijs, & in antidotis. Eſt autem uiribus
actius, & excalſactorium, & diureticum certum.

De aniſo.

Aniſum optimum eſt Creticum. deinde Aegyptium. Gallicum inertiſſimum. uerũtamen habet
uires relaxantes,& excalfactorias,& diureticas,& ad uſum idoneas. Et eſt ſemen eius ſimile cicutæ.
de nutrientibus,ſi bibatur lac prouocat,& auget,odore eius ſuaui.

De agarico.

Agaricum ab arboribus excreſcit,prout tubera uel boleti.& eſt fractu leue,& quaſi uanum. eſt pal-
C lidum ualde,& aſpectu ſubrubrum. penitus ſubalbidum, non diſſimile furfuri. guſtu initio uidetur dul
ce,ſed exlento euadit amariſſimum.Quod autem eſt optimum,in Ponto maxime inuenitur. quod au
tem in alijs locis naſcitur,multum eſt ineptius.Vires autem habet acriter relaxantes,& uenenoſis mor
ſibus & potibus reſiſtentes.ſic & uentrem purgat aliquatenus.& choleram & phlegma deponit. ideo
nec dolorem,nec uomitum facit.

De abſinthio.

Abſinthium omnibus notum eſt.& Santonicum,tam Gallicum & marinum quàm Ponticum, quod
ipſum ex omnibus notum eſt.hoc enim & in ſuccum redigitur cõtuſa tota herba. & ſuccus eius expreſ
ſus ſiccatur.uel in aqua uſque ad tertias decoquitur.& ſic ipſa aqua recocta in mellis redigitur ſpiſſitu-
dinem.Vſus quoque & uires abſinthij,& ꝙ lumbricos expellit,nemo ignorat.

De amurcha, uel fæce olei.

Amurca fæx eſt olei quando premitur,nigra & aquoſa. quæ coqui ſolet in mellis ſpiſſitudinem. cu-
ius eſt optima quæ de recenti coquitur.& ſic uenuſtatem accipit. Vires habet ſtypticas, ualde propin-
quas ei quod in emplaſtris inuenitur,& in alijs multis compoſitionibus.

De ariſtolochia.

D Ariſtolochia eſt rotunda. & hoc ipſum quod non eſt uetuſtum & graue, ſiccum, & quodammodo
ſpiſſum,& guſtu amarum,in emplaſtris mittitur,& caua uulnera comprehendit & replet.ad uiperarum
morſus,& ad alia uenena intrinſecus facit.

De aconito.

Aconitum herbula eſt, quæ folia habet a ſua radice duo uel tria ſimilia cucumeri, & thyrſulum non
altũ,radicẽ oblongã,& ad unũ magis tenuiorẽ & minutiorẽ. ſpeciẽ & colores ad ſimilitudinẽ ſcorpio
nis puſilli ſine pedibus.Vires autem habet quaſi thapſia.& ualde uenenoſa eſſe dicitur.

De artemiſia.

Artemiſia herba eſt ſubſimilis abſinthio.ſed per omnia uaſtior.i.folijs latior,ramis altior & fortior,
ſed aſpectu & colore humidis.Põt aũt relaxare,menſtrua & urinã prouocare,& partũ expellere.

De aſparago.

Aſparagus, & ſemen & radix eius urinam prouocat. poteſt duritiem relaxare. Vires habet ali-
quatenus calefactorias, & diureticas.

De amygdala.

Amygdala eſt & ſuauis & amara. & utraque uiribus ſtyptica. magis tamen ſunt in uſu medicinæ &
aptiores amaræ,eo ꝙ ſubtiles magis.

De anagallide.

Anagallis est herba quæ naſcitur in locis humidis. & ipſa ſpecies habet duas. etenim una cæruleo E
flore, altera quaſi roſeo. uerum utræque ſunt in reliquo ſimiles. Sunt autem thyrſulo humili, ſolijs mollibus & puſillis & quaſi rotundis, habētes circa ramulos ſuos radiculas minutas & ſubdulces, uiribus ſtringentes. Efficacior quidem eſt illa cærulea quæ in emplaſtris mittitur. & ſuccus illarum cum melle attico ad oculorum facit claritatem.

De ami.

Ami ſemen eſt æthiopicum, cymino minutius quidem, & exalbius, & quodam modo ſpiſſum. Cuius optimum eſt quod eſt recens, & non furfuroſum. Vires habet acres, & excalfactorias, & relaxantes. unde prorſus inflationem ſedat, & urinam & menſtrua prouocat.

De ardacha.

Ardachà naſcitur in Gallia, locis humidis, circa calamos, quibus adhæret. & eſt ſpuma quæ eſt in ſpecie ſpongiæ, conſimilis halcyonio. ſed aſperior, & ſiccior, & leuis ualde. Vires habet acres, & in modum ignis excalfacientes. & ſi corpus de ea fricemus, cum magno calore punctionis denſat, & anathemata facit.

De amomo. F

Amomum genus eſt herbæ odoratiſſimæ, quæ ramulos habet duros & ſiccos, uirgulis aſſimiles, colore ſubruſo: circaq; ſolia habet iuncta, & copioſa, & in ſpeciem racemorum implicata. flos eius, quaſi uiolæ. tota guſtu acriter excalfaciens. Cuius & optimum dicitur Armenium. ſequitur Ponticum, quod ipſum aſperius eſt & durius. Nam de Media, omnium eſt inertiſſimum, eo ꝙ locis humidis naſcatur. Vires autem habet omne amomum calefacientes & ſiccantes. Eligere tamen debemus quod ab una radicula omnes ſuos ramulos excreſcentes, & integros habet folijs & floribus, qualiter diximus. Item reprobare debemus, quod gummi conglutinatur coniunctum cum amomo aut amomide herba quæ eſt aſſimilis. ſed caret odore, & flores habet origano ſimiles.

De aſaro, ideſt bacchare.

Aſarū radicula eſt minuta, & nodoſa, & tranſuerſa, ſuauiter olens quæ & in Gallia & in Phrygia inuenitur. Verum optimum Aſarum Ponticum, & huius quod eſt recentiſſimum. Vires autem habet excalfacientes, & cum acrimonia relaxantes. unde & urinam, & menſtrua prouocat. & totum corpus calefacit cum oleo, & uino iunctum atque læuigatum.

De acoro.

Acorus herba eſt, quæ & thyrſum emittit, & folia iridi ſimilia, lata, & oblonga, & exalbida, & in ſum- G
mo extenſa, & acuta, quaſi gladius: florem aureum habet, radicem quoque implicatam, & nigriorem, quàm iris habet, nodoſam, & guſtu acrem, & aliquatenus ad odoratum. Semē plenū, ſpiſſum, integrū, & ipſum odore ſuaui perſtringitur, q̄uo & meu. & per omnia eſt efficacius. & magis excalfacit. & intra ſplenem uidetur cōſumere potū. & ſuccus radicis illius claritatem oculis facit mirifice.

De auena.

Auena creſcit in ſegetibus: & eſt tota ſimilis folijs, & culmo frumento: ſed fructu differt. Hæc igitur uires habet efficaciter relaxantes, & ad omnem tumorem facientes.

De portulaca.

Portulaca omnibus nota eſt. Et uiſcide ſtringit. propriè tamen, maſticata dentium offenſam, quæ ab immaturis fit, quam græce hæmodiam dicimus, ſanat.

De aſphodelo.

Albucus, qui dicitur aſphodelus, naſcitur ī molli terra: & habet folia ſimilia porro capitato, & circa terram diffuſa. thyrſum lenem, rotundum, & oblongum: in ſummo ramulos excreſcentes, habētes florem exalbidum, fructiculum nigrum, radices quoque oblongas, & rotundas, quæ ſunt potentiores.
Combuſtæ enim & in cinerem redactæ alopeciam emendant, & albidas maculas. Item coctæ aqua ip- H
ſa bibita renibus dolentibus prodeſt. urinam & menſtrua prouocat. & ad tuſſim ueterē facit. nam tunſa & impoſita duritiem emollit.

De abrotano.

Abrotanum omnibus notum eſt, & amaritudine, & acrimonia ſua: ſimiliter ut abſinthium proficit: ſic & lumbricos expellit.

De anetho.

Anethum uires habet acres & excalfactorias, & diureticas, aptas, & idoneas rurſus ad infrigidationes omnes inteſtinorum.

De gramine, quæ dicitur agroſtis.

Agroſtis herba eſt, quæ in campis naſcitur: & habet folia quaſi auena puſilla, & ueluti uinculis in terra repentia, nodoſa, radiculas quoque longas, ſpiſſas, nodoſas, quæ faucium uulnera glutinat: potata urinam prouocat. Canes etiam quando uolunt purgari, hanc herbam manducant.

De armeonio.

Armeonium uel minium optimum dicimus, quod eſt lene, æquale, cæruleum, fragile, ſine lapillis. Vires habet chryſocollæ, & tamen inferiores: proprietate genas ſiccat, & nutrit palpebras.

A
De haloſachne.

Haloſachne eſt ueluti ſpuma maris,quæ in petris inſidet & remanet.Vires habet quaſi ſal, & omne nitrum.

De bdellio.

Bdellium lachryma eſt arboris,quæ in Arabia naſcitur:quod in modum reſinæ manat. optimum eſt, quod perlucet cum aliqua pinguedine prout chryſocolla:& guſtu eſt amarum,mundum: & nihil in ſe ſordidum aut alienum habet:molle,& ab igne odorem ſuauem emittit. Poteſt tamen penitus & in inſtanti excalefacere, durities neruorum emollire,& ſtricturas relaxare,& ea quæ ſine collectione habet euaporare.Sed & adulteratur gummi ipſius,quod guſtu & ſapore deprehendimus: amittit enim ſuam mordicationem.

De balauſtio.

Balauſtium flos eſt ſyluatici maligranati: cuius floris aliquæ ſunt ſpecies.Inuenitur autem & album, & purpureum,& ſimile roſæ:& quidem ipſum uires eaſdem cytinis habet.

De butyro.

Butyrũ fit ex lacte bubulo & ouillo.eſt aũt optimũ ouillũ,quod colore ſubrufo , & amplius eſt pingue:quod ita conficitur.Emittitur.n.in capillam longã:& cum uirga,quæ habet in capite rotulam,quæ
B intra cupam capere poſſit,agitatur diutiſſime hoc ipſum lac.& fit ut quod eſt illius pinguiſſimũ ſupernatet:quod colligitur,& in uaſculo reponitur.Optimum eſt ergo butyrum,quod eſt pinguiſſimum,& ex ouillo lacte æſtate factum.Vires autem habet leuiter relaxantes.unde ad uuluæ dolores,& tumores,& loca neruoſa,& delicata,& ſiccitatem pulmonis proprie uidetur facere.

De batrachio.

Batrachium herba eſt in modum cicutæ ſimilis coriandro uel apio areſcens ueluti ferula: & in ſummo florem habet aureum & ſplendidum ualde:& radices ſubalbidas & longas.naſcitur in locis humidis.Vires habet cauſticas,& exulcerantes.

De bryonia.

Bryonia herbæ radix eſt plerunque habens uaſtitudinem rapæ, & longitudinem paſtinacæ.Viribus acris, & calefactoria:propter quod oleum,in quo eſt cocta,ad acopa, & malagmata facit naturaliter, naſcens in plurimis locis.

De bulbo erratico.

Bulbi erratici flos eſt rufus,& odoratus.Cuius eſt optimus,quod longitudinem & æqualem habet uaſtitudinem,& nimiam uaſtitudinem:in ſummo ueluti apicem abijcientem.recens & aſpectus, prout
C ſuccinum perlucens,& ad tactum non humidus:& ad guſtum linguam ſubmordens,& ſaliuã diu multumq; inficiens.huiuſmodi enim erit optimus:licet cornetum,licet ſium,uel ægæum, uel ſelgium, uel ſyriacum,& cyrenaicum,& centuripinum ſiculumque appellemus,uel ſiquid eſt aliud, a ſuo tactu aliter cognominatur.Vires autem habet omne crocum leuiter ſtypticantes:mitigat enim omnes dolores commiſtum collyrijs, antidotis,& alijs quampluribus compoſitionibus.Verum adulteratur oleo roſaceo perunctum:atque de fructu læuigata cum ea ſpuma argenti,aut molybdena,aut lapide ſparto: ſed dignoſcitur:aliquid enim tactu bulluaſtrum inuenitur.odor ſituoſus & terrenus:& de fructu,auſterus occurrit:& eſt entiſſimus.

De cadmia.

Cadmia fit in metallis ubi æs,cuprum,& argentũ coquitur & conflatur, quãdo prima terrea preſſa ſunt.Nã quod eſt terreũ,coctura ipſa ſeparaẽ.& quaſi fuligo lateribus & cameris ex ipſa plenitate furnorum agglutinatur.& ſic tempore craſſatum.& in ſpeciem lati lapidis induratum auellitur. Eſt ergo optima cadmia,& quaſi prima,quam Græci botrytin appellant: quæ extrinſecus, quaſi racemulos habet,& intrinſecus ſubuiridicat. Secunda,quam onychitẽ appellamus.Tertia oſtracitis,quæ eſt tenuiſſima,& aſpectu teſtæ aſſimilis.Omnis tamen cadmia ſtyptica eſt,& uehementer ſtringere poteſt. pro-
D pter quod collyrijs miſcetur, & uulnera ſordida expurgat,& ad cicatricem perducit.

De ceruſa.

Ceruſa ſic fit.Acetum acerrimum funditur in amphoram,ut faciat quaſi dimidiam:deinde plũbum dilatatum,& extenuatum ſuper acetum ſuſpẽditur.& ſic ipſa ui aceti remiſſa in ſoluto plumbo in amphora,ueluti fæx ſubſidet:quam fæcem de limpidato aceto læuigamus.& in Sole ſiccatam terimus. & ex aqua tandiu lauamus,ut nihil habeat aſperũ.& læuigatam aquam in Sole ſiccamus.Cuius eſt optima,quæ eſt candidiſſima,& non grauiſſima,& quæ lingua non denigratur. Vires autẽ habet ſtypticas: ſed ex aqua,et uino potata,ueneṇoſa eſſe dicitur.

De chitran.

Chitran lacticiniũ eſt quãplurimarũ arborum:omnibus notũ eſt:cuius quaſi optimũ eligimus, quod eſt candidum,et mundum,et glutinoſum.præſtat autem,quod et dragantum facere dicimus.

De chalcitide.

Chalcitis gleba eſt naturalis, quæ eſt in Cypro inſula:quæ in metallis inuenitur, colore ſubaureo: intus uenas habens diffuſas prout alumen ſciſſum,et in modum ſtellarum fulgẽtes.Cuius eſt optima, quæ eſt recentiſſima,et mundiſſima,et æqualiter fragilis.Poteſt igitur ſine mora uehementer ſtringere. Vnde ad profluuium ſanguinis,humoris,et uentris,habetur utiliſſima.

De comio.

E
Comum herba est omnibus nota: cuius semen est simillimum aniso: & ad usum medicinalem colligitur: refrigerat autem & stringit. Sed & succus illius expressus seruatur. nam & ipsum eadem præstat: uerum optimum comum habetur Creticum.

De castorio.

Castorium animalculi quadrupes: & qui castor appellatur, testiculus eius est: quod partim in aqua, partim in terra uiuit, & circa aliqua flumina capitur. Verum optimum castorium est ponticum. hoc.n. plenissimum inuenitur: & cohærentibus suis testiculis positum, siccum colore cereo: odore grauissimo. potest igitur firmiter excalfacere, & relaxare, & sic elimare longinqua uitia neruorum, quæ nimijs doloribus contrahuntur.

De chalcantho.

Chalcanthum in metallis inuenitur. Cuius est, quod naturaliter foditur. Cuius quoque optimum dicimus, quod est colore cœruleo potiusquàm pallido. Et aliud, quod ex hoc quidem fit. admista enim aqua copiosa coquitur in plumbeo uase satis amplo. & sic ex partibus copiosis instanter compositis ueluti laminæ insequuntur. post quod ipsum chalcanthum in glebulas dispartitum spartitoris agglutinat. Verum est optimum, quod est colore prout diximus cœruleo, graue, mundum, perlucidum, & uiscide stringere potest. F

Item de chalcantho.

Chalcanthum in metallis fit. Quando enim æs remissum est, & purificatur, aqua frigida aspergitur subito, aut in fimo conficitur. Ipsum flos est in specie milij: & optimum est, quod est rotundum, graue, & aliquatenus splendidum, siccum, fragile si læuigetur. Adulteratur tamen scobæ æris, quæ frangitur. Verumenimuero æris flos uires habet uiscidas, & stringentes: sic enim cicatrices deducit, & factas in gulis extenuat.

De crocomagmate.

Crocomagma fit expressis aromaticis crocini unguenti. & est quasi gleba lata, & oblonga. Cuius optimum dicimus, quod croci habet colorem, & similiter redolet ut myrrha, & gustu linguam submordet, dentes quoque & saliuam, & manus inficit, graue, & minime asclosum. Vires quoque & ipsum croco repræsentat, idest stypticas. nã & hoc stringit. plures autem in compositiones propter precij distantiam prò crocomagmate mittunt crocum.

De cucurbita syluestri.

Cucurbita syluatica nascitur maxime in Aegypto, magnitudine similis infantili pilæ. gustu amarissima, nota quàm pluribus. hæc igitur amaritudine & acrimonia sua uiscide, & cum uexatione totũ corpus commouet: sic & uentrem purgat: & in antidotis commiscetur. G

De centaurea.

Centaurea herba est origano assimilis, aliqua maior, & aliqua minor. Verum folia habet magis oblonga, quàm rotunda, incisa quasi ferula. ramulos ab ipsa radice plures, & longos. in quibus summus flos illius est purpuratus. Vires quoque habet cum aliqua exasperatione laxantes. unde totum uentrẽ purgat, & nigram bilem prouocat, & menstrua amouet, & partum expellit. Radix autem eius est uasta, ardens uelut ignis, mollis, fragilis, succosa, acris cum magna amaritudine. cuius succus est colore subrufo, & facit suspiriosis & tussientibus.

De chelidonia.

Chelidonia herba est omnibus nota: quæ succum quasi croceum emittit. Qui in icteritijs citrinis & in nigris bibitur. & collyrijs mista ad caliginem oculorum facit.

De cedro.

Cedrum lachryma est arboris eiusdem nominis, solidum: uiscidum quoque & ipsum efficaciter, & omni uexatione refrigerat, & stringit, propter quod maxime causticis admiscetur.

De cinadar.

H
Cinadar non est sanguis draconis, quod aliqui putant: sed fit de lapide, qui dicitur argyritis arena: & est optimum, quod in Hispania fit. hoc e.n. splendidissimum est: & coloratissimũ est colore sanguineo, ueluti coccineo. Potest igitur leniter stringere. quapropter quidem collyrijs additur. sed & coloris gratia. Inficit enim & colorat adhuc magis, quàm hæmatites: aliqui dicunt ipsum esse minium cinnabar.

De cera.

Cera omnibus locis inuenitur: sed optimam dicimus, quæ aliquatenus pinguis est, munda, & odore suaui, & quasi melleo. Verum omnis cera remollit, & laxat durities. propter quod in emplastris, & acopis, & malagmatibus mittitur.

De careo.

Careum est semen omnibus notum: cuius & usus, & efficacia fere talis est, qualis & apij. hoc tamen aliquatenus uirosius uidetur esse: & magis ad compositionem idoneum: uerum in antidotis, & in purgatorijs mittitur.

De cypero.

Cyperus radiculæ sunt pusillæ, nõ dissimiles oblõgis oliuis: quarũ eligimus, quæ sunt grauiores, & splẽdidiores: sed & durtiores, & ueluti lanuginẽ habẽtes ad similitudinẽ spicæ: & ipse colore fusciores: redolẽtes suauiter: & gustu acres, & subamaræ. uiribus excalefaciẽtes, & aliquatenus stringẽtes.

De crocco

De cocco cnidio.

A Coccus cnidius fructus est herbæ, quæ in montuosis crescit: autumno colligitur, & in sole siccatur. duos habet ueluti cortices: unum extrinsecus rubrum: alium intra se, quasi nucleum album habentem. Verum purgat uehementer. Et nimio suo calore prout ignis excalfacit.

De cyclamino.

Cyclaminos herba est, quæ radicem habet nigro cortice, clausam in speciem rapæ, & thyrsulum pusillum: circa quam folia similia hederæ, sed nigriora, tria uel quatuor, & flosculum roseum in specie. Hæc igitur radix, quo tempore tota herba florescit, conciditur, & in pila funditur: & sic in pressorio succus eius exprimitur, & in patella fictili siccatur, uel etiam coquitur, usque dum mellis habeat spissitudinem. Vires autem habet acres & excalfactorias. unde & uentrem purgat. Hic ipse succus potatus, & commistus cum melle, aut cum lacte, aut aceto, per nares infusus, caput purgat. & suffusiones super oculos inunctus dissipat.

De costo.

Costum radiculæ sunt non ignotæ, & plenulæ, & spissæ, & siccæ, non uermiculosæ: quod ducimus ex Creta, eo quòd sit recens, tale est enim optimum costum. Sed & gustu submordet, & excalfacit. hæc
B omnia in se habet, quod ab Aegypto affertur. sequens est Arabicum. hoc enim leuius quidem, & odore suauius. deinde Indicum, quod est uastum, & nigrum, & leue, prout ferula. infirmius Syrium est: strictum est enim, colore buxeo, & graue ualde, & odore graui. Verum omne costum uires habet acriter stringentes, & excalfacientes.

De cantharidibus.

Cantharides animalcula sunt: quorum sunt efficacissimæ, quæ in spicis frumenti adhuc florescentis inueniuntur, uirides, & quasi districtæ circa papillas suas, uiolaceo colore, oblongæ, & uastę. inertiores enim sunt & minores, & latiores, quæ circa rosas colliguntur. Et adhuc infirmiores quoque ut colore sunt. hæc enim animalia momento a uapore aceti suffocantur. & in uas non picatum reponuntur. Faciunt enim ad aliquas antidotos, & ad aliqua caustica. Sed uenenosa esse dicuntur.

De chrysocolla.

Chrysocolla est quasi puluis uiridis ualde. cuius optimam dicimus de Armenia. est enim leuis, & sine ulla aspredine, & omnium uiridissima. Sequens est Macedonica, postq; Cypria, æruginis similis. Verum omnis chrysocolla uires habet acriter stypticas. Vnde & collyrijs ad lachrymam facientibus miscetur: & in cerotis posita carnes luxuriantes stringit.

De calsitua.

C Calsitua fit de lapide, qui affectatim uritur: & est uiscidissima, quæ est recens, & non mundata. mittitur autem in emplastris, & in causticis: est enim & ipsa caustica, & uires habet acerrimas.

De coriandro.

Coriandrum notissimum est. Huius ergo succus uiscide refrigerat & stringit: propter quod ad ignē sacrum proprie facit, sed & ipsa folia trita & imposita. Item semen eius tritum & potatum cum oleo lūbricos occidit.

De cymino.

Cyminum uiribus præcipuis præditum uidetur Aethiopicum: sequens Afrum. uerum omne cyminum leuiter laxat, & calefacere potest. & sic inflationibus, & tortionibus prodest: & uiscide dolorem placat: & si bibatur, pallorem facit.

De chamæleonte.

Chamæleon herba est non una specie: inuenitur autem nigra & albida. Verum albida, est quæ folia habet circa suam radicem in terra diffusa, uaria, densa, aspera, quasi spinosa, & in medio uelut furcullum acutum stantem. florem purpureum, densum, et minutum, qui et albescit: semen quasi anethum:
D radicem albam et uastam, mollem, grauiter redolentem, gustu subdulcem: quæ cum passione urinā mouet: et hydropicos siccat: et lumbricos occidit. Nigra deinde quæ est, folia habet tenuiora, et pauciora, et subrubicunda: thyrsulum oblongum, crassitudine digiti, et ipsum rufum: in quo summo cumulū, et florem spinosum, hyacinthino colore: radicem uastam, et nigram, uel uariam, spissam, subrufam, et submordentem, sicut asseritur, quæ facit ad maligna ulcera, quæ græce cacoethe dicuntur. Item maculas et lentigines cum alijs rebus commista tollit. Vtranque tamen quibusdam locis circa folia sua dicunt uiscum emittere.

De cardamomo.

Cardamomum semen est, quod nascitur in Arabia, et in alijs locis. Est optimum, quod est flauum, plenum, graue, durum, et quasi lentum, et non rugosum, et totum conclusum, et si frangatur puluerosum, gustu subamarum, excalfaciens, odore graue. Vires habet acres, et excalfactorias, relaxantes. unde tortiones et inflationes uentris sedat. et urinam et menstrua prouocat: et partum expellit: et ad tussem ueterem facit.

De chamæmelo.

Chamæmelus herba est omnibus nota: cuius uirtus et efficacia est cum suauitate calefactoria: et cū omni dulcedine temperata: et sudorem prouocans.

De calamo aromatico. E

Calamus aromaticus eſt,qui in India creſcit. & ſubrufus,& nodoſus maxime : & quaſi araneas habens : & qui frangitur in plura fruſta ſicca , & minuta : & odore ſuaui : fructu & uiribus ſtypticis , & glutinoſis : acris & excalfaciens . Reprobamus autem , qui aut exalbidus eſt , aut nigricans , & nodos raros , & paucos habens.

De chamædrie.

Chamædrys herba eſt oblonga : cuius folia ſunt ſimillima quercus . ſed minora : guſtu amara : thyrſulum , & florem ex parte rubicundum habens , & puſillum : naſcitur in locis aſperis . Vires habet acres , & relaxantes: propter quod ad tuſſim ueterem facit : & menſtrua & urinam prouocat : ſed & partum expellit, & hydropicis prodeſt.

De caſia.

Caſia cum plures habeat ſpecies,& aliquibus locis colligatur, optima eſt,quæ in Arabia inuenitur. eſt enim aſpectu grauiſſima:colore ruſo,tenuis,leuis,longa fiſtula maiori,ad tactum leuiſſima.hæc igitur ipſa certis eſt cum uirgulis, quæ ſibi creſcunt tenues,& oblongæ: quarum cortex tempore certo a uirgulis ſuis recedit,& quaſi tribulus adducitur,prout dracones ſquammis ſuis ſe exuere dicuntur.Verum omnis caſia fiſtula uires habet acriter calfacientes & ſtringentes . unde ad omnia uitia thoracis facit:& in antidotis mittitur:aliquando pro ſe,aliquando pro cinnamo,duplicatis ponderibus eius. F

De chiſien.

Chiſien eſt quaſi ſuffimẽti genus:quod ex his rebus conficitur,calamo aromatico , cinere aſpalathi, myrrha,primo cypero,iuniperis ueteribus,& nuce elapidata : puluerizari quæ poſſunt, tunduntur, & cribrantur,& ſiccum reliquum in uino maceratur una die.deinde aſpalathum comburitur , & læuigatũ aſpergitur:& tunc mel decoctum admiſcetur.& ſic omnia in unum diligenter commouentur : & in uaſe fictili reponuntur.Hæc antiqui , qui eis utebantur. Medici quoque illud in aliquas compoſitiones mittunt.Poteſt autem acriter & efficaciter relaxare.

De cinnamo.

Cinnamum ſunt quaſi ramuli & uirgulæ,quæ ab una radice plures excreſcunt rectæ , & minutæ , & non adeo longæ,& colore ſubrufæ,& extenſo cortice,non rugoſo:qui cortex ungue non facile abraditur:nodulos plures & interualla habent,& in medio leues : & ſi frangantur, quaſi puluerẽ emittunt: odore omnia uincentes.fere enim hæc maxima probatio cinnami eſt, quòd eſt omnium rerum odoratiſſimum:guſtu uero & uiribus eſt acre,& excalfactorium:& extenſos ſtringit,& ſubmordet: ꝓpter quod in multas compoſitiones mittitur:tamen in antidotis precioſum eſt ualde. G

De cucumere erratico.

Cucumer erraticus naſcitur maxime in locis ſabuloſis: & eſt per omnia dulci cucumeri ſimilis ; ſed piloſior,ideſt aſperior:& multo breuior,& minor.radicem habet quidem uaſtam: quæ læuigata, & pro fomento impoſita,ad dolorem,uel durities neruorum,& ad podagras facit: & ſiccata & raſa,& cribrata,omnia mala de corpore tollit.

De conyza.

Coniza eſt omnibus nota.cuius folia præ acrimonia ſua uiperas,& ſerpentes fugant , & ad morſus earum faciunt:ſed & uuluæ longinqua uitia remediant.

De colchico.

Colchieon uel ephemerum hanc ipſam herbam aliqui bulbum erraticum dicunt , effert autem florem album:deinde emittit quaſi bulbi fructum in thyrſulo rubrum : radicem ſubrufam, & nigricantem, intrinſecus albam & mollem,dulcem,lacte plenam,quæ dicitur uicem fungi ſtrangulatoris facere:& ferro præciſos ſanare linita.

De clematide,vel vite alba.

Clematis.hanc aliqui uitem albam dicunt, flexibilẽ, ſubrufam, & quaſi circũflexã.folia habet acria H & exulcerantia:fructum uuæ ſimilem.Phlegma deorſum deducit & purgat.

De cnico.

Cnicum thyrſos habet bene longos , ſpinoſos , capitella & folia habentes oblonga, aſpera, & uitioſa, & ipſa ſpinoſa : florem quaſi croceum : ſemen oblongum, & quaſi anguloſum, rubrum, & album: quod totum uentrem purgat : & phlegma , & choleram deponit : ſed moderate tunditur ſemen eius: & expreſſo ſucco eius,datoque in ptiſſana,aut in iure pulli,alumen,uel aniſum , uel amygdalas miſcent : & faciunt dyſentericis magnum adiutorium drach.vi.

De corallo.

Corallus eſt colore rubro,quaſi arbuſtum.Vires autem habet ſtypticas. unde ſanguinem excreantibus mire proficit.

De cuculo.i.vua lupina.

Cueulus græce cinenon dicitur,alij ſtrychnon uocant : & eſt herba facile nota.naſcitur in hortis:ramos habet plures & diffuſos,folia autem maiora & latiora:quæ facit grana rotunda & uiridia primum, ſimilia quaſi granis uuæ:deinde quando maturauerint,nigra efficiuntur.& dicitur uua lupina.Vires igitur habet ſtringentes,& bene refrigerantes.

A

De cano.

Canũ optimũ habet,quod ualidissimũ est:& est cœruleũ.inuenitur.n.in metallis, in quibus conflatur,& quibusdã littoribus maris.Vires habet,uerũ acriter stringentes,& quodã modo causticas.

De cornu cerui.

Cornu ceruinũ uires habet stringẽtes.unde ad omne profluuiũ facit:sed & limatur,& raditur,& in ouo in potum datur,& lubricos expellit.item si suffumigatur,uiperas,& serpentes fugat.

De coagulo.

Coagulũ oẽ stringere & glutinare pót.unde ad oẽ profluuiũ aptissimũ,& utilissimum habetur.

De dictamno.

Dictamnum herba est mollis,quæ quasi ramos emittit rotundos, & oblongos, nodulos copiosos habentes; circa quos foliola excrescunt similia menthæ:sed exalbidiora,& angustiora:& in summis ramulis flosculum roseum.& in hoc ipso ueluti semen nigrum. & similastrum:odore pene artemisiæ, sed suauiore,& gustu exlento, excalfacit cum amaritudine.Vires habet excalfacientes,& leniter stringentes:& proprie tamen urinam & menstrua prouocat:sed & fœtum mortuum expellit.& odore suo uiperam & serpentes occidit.

B

De diphrige.

Diphriges est ueluti fæx,quæ a cupro uero crescit:quod subinde calefacit:quod similiter ut calx uiua uritur:quodq; primum in Sole siccatur,deinde coquitur. Potest igitur uiscidissime stringere, & in modum niuis refrigerare. unde optimum dicimus, quod gustu ualidissime stypticum est,& similiter ut alumen exiccat.

De dryopteride.

Dryopteris filix est,quæ in arbore crescit:quod Græci polypodium uocant. per omnia iridi terrestri,& specie similis,& efficacia.

De dauco.

Daucum optimũ est creticum.hoc igitur radiculam habet oblongam,crassitudine digiti. thyrsulum eadem lõgitudinc:in quo summo flosculum exalbidũ,& in medio semen,quasi pilosum, magnitudine milij.Est & aliud cuius semen oblongum uidetur,& cymino simile.Tertium uero,quod cymulam habet quasi coriandri.Verũ omne daucũ uires habet acres,& excalfactorias:sic procinus ad gustum linguam remordet,& excalfacit.urinam quoque & menstrua prouocat:& partum deijcit: & ad tussem ueterem,& ad omnia uitia thoracis,quæcunque fuerint,idonee facit.

C

De dorycnio.

Dorycnium,& alicacabum aliqui dicunt,folia habet colore similia oliuæ,sed longiora, & asperas florem habet album:& semen quasi orobi,& in folliculos:quod aliqui quasi amatorium describunt. Verũ tota herba uenenosa est.

De cridrio.

Cridrium radicula est plerunque pusilli digiti:colore humaceo,idest terreo maxime penitus. cuius eligimus,quæ est sicca,& spissa,non uermiculosa,gustu excalfaciens. Vires habet acriter relaxantes: & maxime ad oculorum claritatem facit.

De euphorbio.

Euphorbium est lachryma arboris,quæ in Mauritania nascitur,& ut aliqui uolunt,& in partibus Italiæ,quæ Galliæ adiacent. Optimum est ergo euphorbium, quod est recens,subalbidum, & guttulis suis assimile minuto thuri,gustu exlento, linguam uehementer mordens,& excalfaciens.Potest autem purgando humores stringere,& calefacere aquaticos humores,prout sinapi Alexandrinum, quod est minus acutum & igneum.Hydropicis maxime datur,& colicis omnibus,qui frigidi sunt. Ventres autem cholericos turbat:& sitim grauem facit,quia nimis exiccat.commiscebis autem ei petroselinum, aut anisum,aut cyminum.

D

De ebeno.

Ebenum genus ligni,quod in Aethiopia nascit:cuius optimũ est,quod est nigrum, & æqualiter læue,simile sua lenitudine * cornu.est.n.aliud in India,quod aliqua in se adiectitia habet subruta. Verum melius est ad usum medicinalem,quod prius diximus.Vires autem habet ad gustum acres,& aliquatenus stypticas.unde scobes illius in collyrijs miscentur,& ad uulnera polyhæma.

* alias cornu.

De oliuæ lachryma,seu ebea.

Ebeas* drachi,oliuæ lachryma est,& gummi assimulatur.& similiter ab ipsa matrice oliuæ manat,& maxime in Aethiopia inuenitur.cuius est optimũ,quod est recens,mundum,pingue,rufum,gustu submordens.Vires autem habet uehementer excalfactorias,& ad oculorum caliginem facit.

De elaterio.

Elaterium succus est erratici cucumeris:quod hac ratione conficitur.Collectis quampluribus cucumeribus prius,quàm in plenam maturitatem ueniant, hos ipsos omnes admordemus;& in colum mittimus, supposito alio uase, quod succum excipiat illorum: & sic maxime illos supprimimus, ut non solum humorem exprimamus, sed etiam ipsius cucumeris quicquid est carnosum. Deinde

si fieri potest, siccamus in patella fictili, nimisq; probatum delimpidamus. Siquid aquosum est supernatat: & quod est admodum quasi fæculentum, in mortario læuigamus, & in pastillos redigimus. Aliqui etiam aquam miscent aut pluuialem, aut marinam: & rursus delimpidant. deinceps cetera similiter faciunt. Verum optimũ est elaterium ciruzaicum. hoc enim est candidissimum, & leuissimũ, & maximam habet amaritudinem, & gustu aliquatenus excalfacit, & saliuam euocat in modum ueratri. Quod autẽ est quasi pallidum, uel fuscum, & asperum, & graue, peius est. Vires quoq; habet similes elleboro, uel etiam uastiores. Totum enim corpus promouet: sic & uentrem, & uiscera depurgat. & uomitum suscitat: & si plus modo sumatur, uenenum esse dicitur. Sed & adulteratur amylo, propter candorem, & læuitatem: Item cinere pollinæ: Item farina orobi, uel succo ipsius radicis. Hæc tamen intelliguntur eo, q amaritudinis, & candoris, quod diximus aliquid amittat: & aliquid grauitudinis assumat: nec ad gustum sic excalfacit. E

De erificio.

Erificium herba est, quæ in summis montibus inuenitur: quæ folia habet similia apio, & thyrsulum oblongum. in cuius summo flosculum, quasi uiolaceum habet: & semen in medio. radicem quoque ad magnitudinem & ualetudinem in specie cepæ oblongæ, & ueluti ad unum * extuatæ i habetq; radices alias, quæ sic radiculas minutas e lateribus emittunt nigro cortice clausas. Hæc ipsa uiribus est aconito similis & thapsiæ. Proprio gustu omnes illas probare deuita. F

*alias cleuatę

De helenio.

Helenion herba est omnibus nota. nam & in hortis nascitur: & est assimilis lapathio: folia habet asperiora & latiora, habet thyrsulum alium, in cuius summo flos est aureus: aliqui sine thyrsulo describũt. radicem habet bene olentem, uastam, subrufam, amaram. Huiusmodi igitur folia ex uino cocta & imposita renibus coxiosos emundant. Item succus florum cum ruta tussientibus & ruptis prodest. urinam quoque & menstrua prouocat, & partum expellit.

De eruca.

Eruca omnibus est nota. Et habet uires excalfactorias, & diureticas: & coitum per suam uirtutem ad uenas portitat.

De edera.

Edera nascit in diuersis arboribus, parietibus uel petris, & terra, est oĩbus nota. Huius trita folia dysenterias remediant. Item trita & pro fomento & posita, ad combusta, & uulnera cancerosa faciunt.

De elelisphaco.

Elelisphacos herba exalbida, uasta, & oblonga, uirgam habet uastam, & quadratam: folia aliquatenus aspera, odore non insuaui: fructus in summis ramis quasi ormini syluani: nascitur locis asperis. Potest autem acriter stringere, propter quod ad dysentericos facit, & succus foliorum eius denigrat, & urinam prouocat. G

De epithymo.

Epithymum est flos herbæ assimilis setæ, subuiridis, & nauseosus: qui uentrem temperat, & uomitũ facit. Nam uerus epithymi flos exalbidus est, & asper: & plurimum in Pamphilia inuenitur. Choleram nigram soluit tritum drach. vi. aut cum uino dulci, aut cum melicrato: miscens & modicum salis, & his dabis quibus præcordia ab inflatione uexantur, & hepaticis, & qui suspirium patiuntur.

De Erpillo, uel Serpyllo.

Serpyllum herba est, quæ in hortis seritur: & in campis saudis, & petrosis crescit. Iacens ueluti repẽs ramulis, & oblongis foliolis densis, pusillis: odore suaui in modum sampsuchi: flosculũ habens in summo rubicundum. Inuenitur aliquando & stans. Potest igitur urinam & menstrua prouocare. & in fomẽtationibus capitis phreniticorum, & lethargicorum aliqui illo utuntur.

De erythrodano.

Erythrodanum ramulos habet tenues, & quasi nodosos, folia ex interuallo, & iuxta singula ueluti stellulas: fructum rotundum, uiride, deinde rubicundum, & ad maturitatem nigrum, radiculam tenuem, pusillam, rubicundam, diureticam. Cuius usus ad eadem proficit, ad quæ alias diureticas herbas facere diximus. latos ramulos habet vi. uel vij. tenues, & oblongos: folia quasi ex se pilosa, & styptica. unde fronti imposita lachrymam oculorum stringit. & cocta deinde & manducata ad dysentericos facit. H

De ebulo, & sabuco.

Ebulus & sabucus uidentur quasi magnitudinem, & folia, & florem, & grana similia habere: & fere easdem habere uires. Proprie tamen ebuli radix hydropicos, & inanit, & purgat: sed & ipsa folia cocta & manducata, uentris sunt purgatiua.

De erice.

Erice adsimilis hiricæ: sed multo breuior est, & acris ualde. propter quod & comusta illius serpentes, & uiperas fugat.

DE FICU.

Ficus fructus est arboris eiusdem uocabuli: quæ nimium comestæ stomachum comburunt, uentrẽ

deponunt

A deponunt,feruores nutriunt,ſudorem prouocant,ſitim prohibent.Siccæ uero, quæ caricæ uocãtur ſtomacho utiles ſunt,ſitim operantur,& uentrẽ ſtringunt:faucibus,arterijs,renibus, & ueſicæ utiliter proſunt:& eos,qui ſpiritum tarde recipiunt iuuant.illos etiam, qui de longa ægritudine colore pallidi uiſdentur,meliorant.hydropicis proſunt,thoracis ſurdiciem purgant. Decoctæ uero cum hyſſopo & careno,potui ieiuno datæ, tuſſibus antiquis proſunt:& pulmonum uitia mundant. Cum aqua uero mulſa decoctæ,arterijs,& tonſillis tumentibus optimum gargariſmum eſt.Duricies,& parotidas, & feruores ſoluunt ſicut iris,& intra decoctæ imponantur.Crudæ quoque ſimiliter,nitro & ſale permiſto, duricies,& uulnerum rheumatiſmum emendant. In aceto coquantur, & cum eodem ſucco permiſtæ coquantur,& imponantur.Impetigini & maculis utiles ſunt.

De fœniculo.

Fœniculum eſt omnibus notum:de cuius radicibus contuſis in pila lignea, ut betæ ſuccus exprimit. Idoneũ eſt ad multa medicinalia:& maxime ad uitia oculorum, premitur. ſimiliter & de ſemine, & de ramis illius adhuc uiridibus.Verum optimus eſt ſuccus,qui de radicibus fit. leniter enim calefacit, & remollit.

De folio.

B Folium folia ſunt herbulæ,quæ in India naſcitur locis humidiſſimis,& paludibus, colliguntur autẽ hæc ipſa folia in aqua ſupernatantia.Verum eſt optimum,quod piloſum & haſtile eſt.notiſſimum,& integrum leue, exalbidum uiſcide:ſuauiter redolens in modum ſpicæ, & eũdem odorem diu multumq; ſeruans,guſtu ſubamarum.Poteſt autem uires habere ſimiles,quas ſpicam habere diximus.

De fæcula.

Fæcula fæx eſt uini uel aceti,quæ coquitur & reponitur:cuius eſt efficaciſſima, quæ eſt recentiſſima. mittitur autem in cauſtica.

De filice.

Filix herba eſt ſine flore,ſine fructu:ramulos habens longos,uaſtos,patulos,diffuſos,& in ſpecie alarum & pinnarum adapertos.uaſta,extrinſecus nigra,penitus uiridis:naſcitur maxime in locis petroſis. Vires habet acres,& relaxantes,& aliquantulum uentrem mollientes.& proprie tineas, & lumbricos expellit ex mulſa aqua potata.

De phu.

Phu herbæ genus eſt,quæ in Ponto naſcitur:quæque habet folia ſimilia apij ſyluatici,thyrſum rufum,mollem, cauum,leuem,ex interuallo nodos habentem:& flores maiores, quàm narciſſi,cum ali-
C quo pallore purpuraſcentes:radiculam ſubrufam,uaſtitudine puſilli digiti, ex qua aliæ excreſcunt minores in ſe implicatæ:& quæ tota radix uires habet excalfactorias,& diureticas.

De fimo.

Fimus omnis efficaciſſime tumorem lenit,& ueteres duricies remollit.Item podagricos in acceſſionibus mitigat.Caninus fimus albus,tritus,cum melle impoſitus, & tumores,& uulnera delicate mundat.Aſininus autem cum aceto tritus,uel ſuccus eiuſdem,dentium dolorẽm tollit.

De felle.

Fel omne uires habet acres & thermanticas.unde poteſt omnem ſordem de corpore abluere & abſtergere.Item caligines,& cicatrices oculorum eximit.

DE GLAVCIO.

Glaucium ſuccus eſt herbæ eiuſdem nominis,humilis,& folioſæ:quæ folia ſimilia ſunt papaueri.naſcitur autem locis planis & humidis:hæc ipſa folia ſiccant,& calido cinere opprimunt, ut ſic ſuccum remittant.Alij hanc herbam tantummodo in olla noua addũt:& ſic ollam luto undique circumliniũt. & in furnum feruentem mittunt.& ſic folijs maceratis ſuccum eorum exprimunt, & ſiccatum in Sole
D in paſtillos redigũt. Alij ex aqua dulci coquunt,quouſque aqua croci colorẽ habeat,& tunc colant:& ſimiliter ſiccant.Eſt autem optimum glaucium,quod recentiſſimum,& tinctum croci colore,quaſi ſimiliter inficiens croco mundo:odore graui,& defruſtrato,guſtu amaro.Vires autem habet ſtypticas. unde reſolutum in aqua,& iniunctum prius,impetus lippitudinis,& lachrymas ſtringit.

De galbano.

Galbanum eſt lachryma naturaliter manans ex arbuſculo aſſimili ferulæ,quæ in Media naſcitur.cuius lachrymam eligimus,quæ eſt mundiſſima & ſimilis ammoniaco.non uda, nec dura; & quàm minime aſtuloſa.Cuius uires hoc præſtant,quod & ammoniacum.

De git.

Git herba eſt,quæ in ſegetibus creſcit,habens ſemen nigrum,& minutum,& odore non inſuaui,pluribus notum.Hæc igitur relaxare & calefacere poteſt.Si potetur,menſtrua & urinam prouocat,& lumbricos expellit:impoſita,tumores,& duricies ſoluit.

De galla.

Galla eſt quaſi nux parua,uel malum arboris aſſimilis quercus.quarum ſunt aliquæ percuſſæ:aliquæ integræ, & extrinſecus aſperæ,quæ ipſę ſunt uiſcidiores.Verũ oĩs galla uehemẽter ſtringit: eligimus tamen quæ ſunt nigriores,integræ,grauiores,& quodam modo pleniores, quas Græci cicidas appellãt.

De

De fœnograeco.

Fœnumgræcum est omnibus notum. Vires autem habet leniter relaxantes. unde ad omnem rigorē, & tumorem idonee facit.

De glycyrhiza.

Glycyrhiza herba est, quæ folia habet actu pinguia & gummosa circa uirgulas oblongas: & flosculum quasi hyacinthi, fruticulum magnitudine similem pilulis: plantæ radices quasi buxeo colore oblongas, & in omnem partem diffusas, in modum uiticularum, ad gustum dulces: ex quibus succus consequitur similis glaucio. Nam habent uires suauiter relaxantes, & cum dulcedine exhumectantes. nascitur autem locis glareosis, & in campis. Vnde & sitim sedant, & renum, & uesicæ dolorem mitigant. prouocant enim urinam & menstrua. Et omnem tumorem tunsæ & impositæ placant.

De gentiana.

Gentiana herba est assimilis coctæ lactucæ: folia quidem in gyro habet incisa in specie serræ, & thyrsum oblongum, crassitudine digiti, cauum, mollem, ab imo rubicundum, semen in foliolis. radicem longam, similem aristolochiæ: sed nigriorem & lentiorem corticem. hæc igitur gustu est amarissima. Et habet uires acres, & excalfactorias, & relaxantes: & acrimonia, & amaritudine sua potest partum expellere: & omnem serpentem fugare: & aduersus uenenosa prodesse.

De gladiolo.

Gladiolum omnes nouerunt. huius igitur radix potata ex uino, & ad uenerea percitat, & menstrua prouocat. Item trita, & in modum fomenti posita, surculos, & spinas de corpore extrahit. etenim duricies dissoluit, & euaporat.

De ge seu terra Samia.

Terra samia terra est naturalis, & genus cretæ: cuius optimam iudicamus, quę est leuissima, candidissima, mollis, & fragilis, & quæ solaria oblonga habet, & linguæ applicata uehemēter adhæret: huiusmodi quoque est, quam florem asterem appellamus. Facit autem terra samia ad ea, quæ instantius stringere uolumus: sic & cœliacis, & dysentericis, & ad omne profluuium fortiter prodesse obseruatur.

De gypso.

Gypsum lapidis genus est, simile uitro: cuius optimum est, quod uenas habet latas, lucentesque & hac tatione paratur. In clibano missum, ut calx candidum fit. Vires habet, quas & terra samia, & amplius stypticas, & refrigerantes fortiter. unde illinitus fronti, sanguinis fluxum restringit: potatus uero, & dysentericis, & cœliacis omne profluuium statuit.

De ge seu terra ampelitide.

Terra ampelitis, terra est & genus cretæ, colore nigra. cuius optimam dicimus quæ est nigerrima, splendida, leuis, & quę ab humore cito resoluitur, stringens ualde, & denigrans. propter quod capillos inficit. sed & in calliblephara mittitur.

De ge seu terra erethria.

Terra erethria gleba est rubicunda. cuius est optima quæ sine sabulo est & sine lapillis. Vires habet ualde stringentes, & efficacius quàm terra samia.

De ge seu terra chia.

Terra chia gleba est alba & lata, non ualde candida. aufertur aliquando & in patellis rotundis aut quadratis. & ipsa efficaciter stringens. sed & cutem purgat, & extenuat, & splendidam facit.

De ge seu terra selinusia.

Terra selinusia uires habet quas & terra chia. & est optima quę est lucens candidissima, splendens, & quæ ab humore cito remadet.

De ge seu terra melina.

Terra melina est colore spodij, & dura ualde. ad gustum sapore aluminis. & linguam exiccat. Eligimus autē quæ est melior et recens, & quæ ab humore cito resoluitur, nec in se quicquam lapidositatis habet. hanc autem probationem in omni creta desideramus. & hæc quoque, prioribus illis similiter proficit.

De ge seu terra cimolia.

Terra cimolia est aliqua candida, & spissa, & purpurea, uelut pinguis. & melior uidetur & ad tactum frigida. ualde quoque illinitur ad ignem sacrum & combusta. pustulas enim fieri prohibet.

DE HERBO.

Herbum nascitur in lenticula, quod & seritur: & aliud pallidum, aliud subrufum. Vires habet acres, & diureticas ualde. & si comedatur extra rationem, caput grauat. uentrem soluit. per urinam sanguinē educit. boues saginat si decoctum detur. Fit autem farina de illis quæ albiora sunt, ita ut si aqua parum aspergantur, & in patellis assentur, corium dimittant, & sic tundantur, & tenuissime cribellentur. uentrem utiliter laxant. urinam mouent. & colores malos emendant, ad mensuram trium cochleariorum cum melle uel uino data. uulnera quoque similiter cum melle optime purgat & implet. lentigines uel maculas tollit. duriciem mamillarum soluit. carbunculos etiam malignos sanat. & contra canis & uiperæ morsum utiliter imponitur. cum aceto uero acceptum urinam mouet, tortionibus prodest. aqua ueto ubi cocti fuerint pruritum prohibet, si totum corpus inde lauetur.

De

A

De herba sauina.

Herba sauina omnibus nota est inter uires acres & excalfactorias. propter quod & in uino potata par tum expellit.& super urinam sanguinem inducit.

De hasceg.

Hasceg,id est minium,species habet duas.est enim unum lene,& plus uenustum & ualde cæruleum. quod inueniri solet†[circa primitiam,]& quasi radiculas foliorum calamorum,qui in* India nascũtur. est & aliud quod maxime in Italia fit quando†[purpura tingitur.]nam quod est spumosum, & quasi su pernatat,& lateribus uasorum illorum adhæret,colligitur.& cum ipsa argyritide terra mistum in simi litudine digitorum formatur,uel in pilulas siccatur.cuius est optimum quod uehementissime cæruleo colore fulget æqualiter,& fragile.Potest igitur siccare & refrigerare.unde locis turgentibus & disten sis impositum cito emollit,& quasi rugulas facit.

fal. iuxta mi serum. al. libya fal. sulfur ori tur.

De hustolige.

Hustolex est quasi collyrij genus subcæruleum.quod confringitur aliquatenus. huius ipsius sunt ge nera duo.est enim quod foditur & in terra inuenitur.est quod porius reparatur ratione tali.Mortarium est cupreum cum pistillo,& sic læuigarut alumen liquidum,& sal,uel nitrum eisdem põderibus,ex ace-

B to acerrimo. alij & aceti lutei uetustissimi duas partes commiscent.& hæc læuigant æstibus maximis & in Sole calidissimo,usquequo spissitudinem aliquam accipiat,& colorem cæruleum.deinde fingitur uelut collyrium.Aliqui ex urina infantis masculi hoc faciunt,& fit aurificibus idoneum ualde ad aurũ glutinandum.Vires autem habet uiscide stringentes ualde,& nimis cum magna exasperatione.

DE IRIDE.

Iris ad similitudinem iridis,quam in cælo uidemus, dicitur & hæc cognominata. quo modo enim il la plures & dissimiles habet colores,sic & hæc uarios & differentes emittit flores. Aliqui enim purpu rei sunt, aliqui uiolacei. Verum folia sunt similia gladioli. sed maiora & latiora & pinguiora.ra mulos quoque ipsos similiter radiculas nodosas & duras, suauiter olentes in modum uiolæ.quarum optima est iris Illyrica & Macedonica. est enim spississima,& breuis,& non fragilis, & subrufa, odore suauissima,& gustu linguã uiscide excalefacit,& dum tunditur sternutare facit.ab istis Africana laudat. quæ est colore candidior, & gustu amara. Verum si tempore relinquantur & quasi senescant, fiunt quidem uermiculosæ, sed odore suauiores. Possunt igitur excalfacere leniter, & uulnera con caua replere.

De ibisco.

C Ibiscus genus est herbæ similis erraticæ maluæ,omnibus notum. cuius radix & tota quidem herba lenit:& efficaciter omnem duritiem & rigorem mollire & relaxare potest.

De iunipero.

Iuniperum fructus arbusculę rubicundus & dulcis,omnibus notus.cuius uires sunt excalefactoriæ, & diureticæ,& ad digestionem facientes.

De ichthyocolla.

Ichthyocolla est aliqua quæ conficitur coctis ex aqua corticibus quorundam piscium: est aliqua quæ uentriculus uidetur esse piscis.quæ in Põto nascitur.Verum omnis ichthyocolla stringere potest. unde & cutem extendit,& splendidam facit.

De œnanthe,idest floribus labruscæ.

Oenanthe flores sunt uitis syluaticæ.qui solstitio colliguntur,Idus viij. nam qui ante hunc diem uel post eum flos colligitur,infirmus est.Vires autem habet œnanthe bene refrigerantes,& stomacho præ stantes.

DE CHAMAEPITYE.

Chamæpitys species habet tres.est autem quæ ramulos emittit oblongos & curuos in similitudinẽ

D anchoræ,& fructiculum:tenuem comulam:flores tenues,& aureo colore:semen nigrum, & odore ple num.Est & alia,quæ masculus dicitur,quæ folia habet tenuiora,& quasi pilosa:thyrsulum asperum,te nuem,molliculum,& subaureo colore. semen & ipsum pinum redolens.Est & tertium, quod quasi in terra serpit,folia habens similia cardis,sed quasi pinguiora,ueluti pilosa:flosculum aurei coloris. & ip sa similiter olens prioribus.Verum omnes uires habent acres & diureticas.

De chamædaphne

Chamædaphne folia habet quasi laurus,sed leuiora,tenuiora, & in extremo spinosa. fructum in ip sis folijs rotundum,& subrufum,& diureticum.

De chamælea.

Chamælea ramulos habet oblongos,folia fortiora quàm lapathi,in speciem quasi folijs oliuę,densa & tenuiora,& spinosa,& gustu mordentia.Tota herba uentrem purgat tepida attractione.

DE LEPIDE IDEST SQVAMA.

Lepis colligitur quando massæ cupreæ diu multumque in igne calefactæ & in aceto luteo extinctæ super incudem atteruntur,ut lamulæ,& ueluti spumellæ decidant.has igitur colligimus.& Græco no mine lepidas appellamus.quæ & ipsę uiscide stringere possunt.eligimus autem quæ sunt uastissimæ, & colore subrufæ.

De

De lycio.

E

Lycium ſuccus eſt arbuſculæ puſillæ & ſpinoſæ.cuius grana,& folia,& radices in unum ex aqua dulci coquuntur.& diebus admodum quinque relinquuntur. & iterum coquuntur donec fæcis habeant craſſitudinem.& ſic in uaſcula defunditur.maxime Ponticum tale eſt.aliqui diutius coquunt ſic, ut in glebam redigant. Verum eſt optimum lycium radicum.hæc enim gleba eſt extrinſecus nigricans, & intrinſecus ſubrufa,& aſſimilis aloe,guſtum habens amarum,& ſtypticum. Vnde adulteratur amurca.& abſinthij ſucco.

De laſere.

Laſer lachryma eſt herbæ,quæ ſilphium appellatur: quæ in multis locis in ſpeciem & magnitudinẽ ferulæ creſcit. folia circa ſe habens maiora quàm apij.ſemen ſimile. optimum eſt ergo laſer quod Cyrenaicum dicitur,hoc enim ſubrufum eſt,& perlucidum,& intus exalbidum,odore uiſcidum, & ab humore cito reſoluitur,& ad guſtum confeſtim humorem prouocat. Vires autem habet acerrimas. unde cum magnis uexationibus excalfacit.

De libyſtico.

Libyſticum ſemen eſt herbæ eiuſdem uocabuli.acre,utile ſtomacho,& excalefactorium, & ad digeſtionem ualde utile.pp quod ad inflationes potum facit.& in antidotis,quæ colicis proſunt, admiſcet. F

De lauro.

Laurus omnibus nota arbor eſt.fructus illius eſt quem baccam lauri appellamus. Quæ bacca & tota arbor uires habet acriter calefacientes,euaporantes,& relaxantes. Lixiuium eius in cauſtica mittitur,& eſt ad uſum medicinæ efficaciſſimum.Quod eſt ex cinere quæ de quercu fit, non ſolum hominibus prodeſt.ſed & pecoribus.mnltis enim cauſis neceſſarium eſt in uulneribus.Sed & interioribus partibus ut potio datur.habet enim propriam rationem. quibus uero cauſis detur demonſtrabo. Pecora quibus pulmo tenſioue uexatur.& quibus uenenata aliqua res per cibum obrepſerit, ex hac ratione liberantur.hac ratione multum & uulneribus præſtat.

De lixiuia.

Lixiuia uires habet ſtypticas & acres.inurit enim & ex uulnerando inſtaurat. humectantia uulnera exſtaurando & exnulnerando ſiccat.ideo uix cohærentia uulnera,& fiſtulæ,& his ſimilia quæ fuerint,lixiuia calida clyſterizantur ſæpe.facillime curam medicamenti ſententia ad ſanitatem perducit.difficilia ad ſanandum uulnera calloſa,longo tempore ſordida,quæ nullã medicamentorũ uirtutẽ pro longo tempore ſenſerunt.utile eſt lixiuia quotidie lauari.ex cuius uirtute omnis limus & quæcunque pro uetuſtate ſtupida facta ſunt auferuntur.ſi quotidie fiat,& poſt hoc deinde curari oportet ſicut ipſa uulne G ra dictauerunt medicamentis aptis.uirtus enim lixiuiæ non ſanat, ſed ad ſanandum uulnera diſponit. hoc idem ſuperius in interioribus fieri partibus dixi.Ex quo cinere lixiuia facta, cuive neceſſaria ſit, & qui cinis,& quomodo temperatus,impoſitus quid præſtet uide.etenim ex ſarmentis cinis, ex cinere lixiuia fit.dicenda enim eſt res acris & ſtyptica,cum tam ſolide curet.ſed magis ſtringat. ſed & ipſe cinis in recentia uulnera in profundum poſitus ſanguinem ſtatuit a curſu. Ideo omnibus pecoribus caſtratis cinis impoſitus prodeſt,omnibuſque abſciſis.De ſarmentis tamen oliuæ cinis acerrimus eſt. & ex nucleo ſolo acrior eſt.& ex hoc lixiuia,uulnerum cancerata auſert:etenim acriore lixiuia ſordida uulnera lauanda ſunt.Caprifici cinis omnibus ſuperioribus acrior eſt.

De lentiſco.

Lentiſcus arbuſcula eſt ſimilis myrto:corticem in cyma ſubrufum habet, folijs puſillioribus, uirtutis,eſt ſtypticæ.huius folia,aut extremitatem amaram,uel radicis corticem in aqua uehementer decoques,quouſque mellis habeat ſpiſſitudinem,& ſic uteris.facit autem eis qui ſanguinem reijciunt. Ex poſca frigida dato. ℈. v.uel vj.& ad fluxum uentris,& ad dyſentericos ſimiliter oblatum & ad ueretri uitia tritum imponito.Fit autem ſuccus de folijs eius uel cymis contuſis & expreſſis,ſimilem in omnibus habens uirtutem. Aqua,in qua folia eius fuerint decocta,ſi fracturas frequenter fomẽtaueris, aiũt H celerius ſolidari.facit & ad dentes ſe agitantes.ſi enim frequentius in ore teneatur, ſtringuntur. Fit quoque de ſemine eius oleum ſimilibus cauſis neceſſarium. Capillis cadentibus inunctum prodeſt, eo quòd calidam & ſtypticam habet uirtutem.Naſcitur uero in Chio inſula.Vtile ſanguinẽ reijcientibus & tuſſibus antiquis in potatione ſumptum.Prodeſt hæmoptoicis cum aqua frigida ſeu poſca. tuſſientibus in mulſa calida.Eſt autem ſtomacho optimum,& ructuoſis,& fœtori oris prodeſt mãducatum.Pilos etiam qui iam in oculis naſcuntur contrarij acu uel graphio calefacto optime colligat.Gingiuas tumentes impoſitum emendat & ſanat.

De lenticula.

Lenticula herbæ ſemen eſt, quod fertur locis ſabuloſis,lapilloſis,& toſtis.quæ ſi ſæpius fuerit comeſta non cocta,inducit caliginem turbando.excoriata uero & decocta in aceto,uentrem ſtringit. podagricis cum polline miſta præſtat medelam,cum melle autem uulnera purgat & glutinat.in aceto poſita cocta & impoſita,duritics & ſcroſas emollit.Oculorum doloribus uel tumoribus optimum adiutoriũ eſt.Si cum cydonio in aqua cæleſti fuerit decocta, & oleo roſaceo admiſta,ueretri uitia emendat. Et ſi melle adiecto ponatur in ſucco maligranati,ſanat.& ad ueſicas,& ad ignem ſacrum,& perniones, ſimili modo decoctam imponito.

A

De lupinis.

Lupinus herbæ fructus eſt, quæ ſeritur omnibus prouincijs. Virtus eorum eſt calida. nutriunt corpus. ſunt indigeſtibiles, & uentrem temperant ſi cocti manducentur. Aqua uero ubi cocti fuerint cum ruta & pipere, modice potui data ſpleniticis prodeſt. ſcabiei maculis uel feruoribus apta, optima fomentatio eſt. cum aceto uero in modum cataplaſmatis impoſitus ſcrofas, uſtiones, & malignos humores accipit. Farina uero eorum cum marrubio pari pondere in umbilico impoſita lumbricos expellit. radix eorum in aqua decocta, & potu data urinam mouet.

De lipſianis.

Lipſiani comeſti lupinis minores, ſed uirtute ſimiles. tamen optimi ſunt qui maiores ſunt. nam poſſunt acriter relaxare. & ſua amaritudine non ſolum lumbricos occidere, ſed & partum expellere.

De lapathio.

Lapathium herba eſt omnibus nota. & inuiſcatiuum eſſe dicitur. Huius igitur radix, & radicis cortex intus, ex aceto uel alumine liquido, omnem maculam a ſudore factam infricata in balneo tollit.

De lilio.

Lilium omnes nouerunt. Cuius uires poſſunt durities neruorum remollire: & ipſa folia cocta &
B impoſita ad combuſta proficere. ſed & potata, aut ipſum ſemen menſtrua prouocat. partum deijcit. & ad ſerpentis morſum facit.

De ladano.

Ladanum hac ratione colligitur. Funiculi ligati circa ederam diſtrahuntur, & ſic quicquid illis glutinoſum in modum ſordis adhæret, abraditur, & in glebulas expanſas redigitur. Aliquando etiam genibus & fœminibus caprarum, quæ edera ueſcuntur adhærens, hoc ipſum ladanum inuenitur, & ſimiliter abraditur hoc totum. Verum eſt optimum quod olet, & quod eſt ſubuiride, & pingue, & reſinoſum, ſine ullo ſabulo. maxime tamen in Cypro colligitur. quod enim a Cilicia uel Arabia affertur, infirmum eſt. Vires autem habet ladanum acres, & excalfactorias, & relaxantes. propter quod in malagmata & in emplaſtra mittitur. & ad tuſſem ueterẽ facit. Item capillos fluentes cum oleo myrtino continet.

De lonchitide.

Lonchitis folia habet rubicunda. florem nigrum, aſſimilem perſonis comœdorum, quorum orificia patent. ſemen album, oblongum in ſpecie lancearum. radicem quaſi dauci, ſimiliter diureticam.

De Lathyride.

Lathyris naſcitur circa aquam & ipſa, a qua foliola habentur puſilla rotundula: floſculum exalbidũ;
C tota herba eſt acris, diuretica, acuta. thyrſum habet oblongum. uaſtitudine digiti, cauum. & in ſummo quaſi ramulos diffuſos, folia longa. fructiculum in ſummis ramis triangularem, & pene ſubrotundum, quaſi capparis. in quo ſunt tria granula rotunda, & interſtrata tenui ueluti membranula. Quorum ſeptena uel * nouena uentrem uiſcide purgant, aqua frigida ſuperbibita. quæ choleram rubram & phlegma deponunt.

*al. decena.

De linozoſtide; vel mercuriali herba.

Linozoſtis folia habet quaſi ocimum. thyrſulos binis nodulis & denſis & pluribus cauos. fructum fœmina quæ dicitur, habet copioſum, & quaſi racemoſum. quæ deinde maſculus, puſillum, & rotundum, combinatum quaſi teſticulos, folijs ipſis adhærentem. Verum utrunque uentrem ſoluit, ſimiliter & phlegma & humores calefaciendo deponit. & quaſi olus decoctum manducatur. & ſuccus idem & ius bibitur.

De lapide hæmatite.

Lapis hæmatites eſt naturalis qui ab Aegypto, & India, & Hiſpania affertur. durus eſt extrinſecus, & lenis, & ueluti colore liuidus intus, deinde ſanguineus. cuius maxime idoneum iudicamus qui tritus in cote ex aliquo humore in modum ſanguinis inficitur. Verum poteſt uiſcide ſtringere,
D & tamen ſine magna acrimonia.

De lapide ſchiſto.

Lapis ſchiſtus colore fuſco eſt, aliqua in ſe oſtendens ſubrufa, oblongus. & ſpinas habẽs directas prout alumen ſciſſum. hunc quoq; optimum iudicamus, qui & ipſe uiſcide ſtringere poteſt.

De lapide aſio.

Lapis aſius in Alexandria tantummodo inuenitur. Cuius eſt optimus ad uſus medicinæ, qui eſt colore candidus, fragilis, leuis in modum pumicis, & ueluti puluis in manibus inſidens. effectu autem uiſcide relaxare poteſt. aliquid enim ſalſuginis & nitroſi ſaporis oſtendit. unde & corpora quæ in eo ſepeliuntur, tempore conſumit. quapropter Græci ſarcophagon appellant.

De lapide pyrite.

Lapis pyrites eſt duriſſimus, & grauiſſimus. colore æris. & ſi ferro percutiatur, ſcintillã & ignem mittit. Vires habet acres, & ad ſimilitudinem cadmiæ, & proprie ad oculorum claritatem.

De lapide magnete.

Lapis magnes inuenitur circa littus Oceani, colore cœruleo, qui probatur. hic quoque ferrum ad ſe trahit & tenet. Vires autem & purgatorias habet. propter quod hydropicis in potu datur. & omnẽ humorem per uentrem eminiſtrat.

De

E

De lapide gagate.

Lapis gagates colligitur in Lycia, circa ripam fluminis quod Gages appellatur: & est colore niger, & aridus, & quasi latus, leuis ualde. cuius est melior qui ad lucernam accenditur facile, & odorem asphalti habet. Potest autem remissus ex aqua dentes qui agitantur restringere & stabilire.

De lapide thracia.

Lapis thracias est niger quasi calculus. nascitur in Scythia in amne quodam, qui Pontus dicitur. Vires easdem habet, quas gagates: & dicitur accendi ab aqua, & extingui ab oleo.

De lapide quadrato.

Lapis quadratus in Aegypto inuenitur, & est exalbidus. Vires habet uiscidas & stringentes. unde conceptum uitare dicitur. inuenitur & in Aethiopia.

De lapide phrygio.

Lapis phrygius in Phrygia inuenitur. cuius melior est qui est pallidior, & aliquatenus grauis. Hic eo quòd nimium stringit, & exulcerare solet.

De lapide galactite.

Lapis galactites est quasi cinereus, & dulcis ad gustum, & humorem facit quasi lacteum. leniter stringens. propter quod ad lachrymam oculorum facit. F

De lapide melitite.

Lapis melitites per omnia priori similis. Sed hic spernitur, quòd dulciorem humorem emittit.

De lapide morochtho.

Lapis morochthus in Aegypto inuenitur. & est pallidior. Vires habet & ipse efficaciter stringentes.

De lapide phlogino.

Lapis phloginus & ipse in Aegypto inuenitur. aureo uel flammeo colore. Illinitus senium facere dicitur.

De lapide crystallo.

Lapis crystallus est limpidus, & perlucidus colore. Vires habet stringentes. & lac prouocare dicitur.

De lapide thyite.

Lapis thyites, quem uidimus, in Aethiopia colligitur, colore subuiridis, & ab humore remissus. Habet uires acriter mordentes. propter qnod caliginem & cicatrices oculorum extenuat.

De lapide batrachide. G

Lapis batrachides ab Aegypto affertur. colore ranæ rubræ. Vires habet lenientes & relaxantes.

De lapide smiride.

Lapis smiris potest uiscide stringere, & pene nimie. propter quod in caustica mittitur.

De lapide misye.

Lapis misy prout chalcitis & ipse in Cypro insula inuenitur & in eisdē metallis. similiter & glebula est. & aurora fulgens, ac fragilis. Cuius fragmenta sunt super minuta, & in modum sabuli. optimum autem misy dicimus quod in anginem colorem maxime splendet, & dum læuigatur mollis sentitur, & æqualiter fulget. qui est idoneus non est pallidus. & æqualem tractamus, & aqua tantum ciro denigratur. Verum effectu uidetur exuperare chalcitin.

DE MELLE.

Mel succus est roris cælestis, qui ab apibus colligitur. cuius sunt genera duo. unum quod in cupilio nes ab apibus quæ sunt oblongæ colligitur. aliud est quod sub terra inuenitur. & atticum appellatur, quod uariolæ & lanuginosæ & fortiores apes reponunt. & habetur melius ad claritatem facici & oculorum. utriusque uirtus est calida. Solum enim mel quasi compositionem in se habet. quia ex multarum flore uel succo herbarum colligitur. Propter quod omnibus ualetudinibus pro occursu citato prodesse potest. ideo omnibus antidotis commiscetur. uulnerum sorditiem adhibitus comedit adiuncto sale. H Illinitur extrinsecus faucibus exiccatis. deducendo humores aperit. mel solum fastidium rollit, orexin facit, nauseam prohibet. unde pulmoni & interioribus omnibus per totum leniendo medetur, atque ea relaxat.

De myrrha.

Myrrha lachryma est arb oris eiusdem nominis, maxime in Arabia inuenitur. quæ aliquo loco incisa, hanc ipsam lachrymam emittit. est ergo optima myrrha quæ est mundissima, & tacta quidem aspera, & arida, & fragilis, & leuis, & glebulis pusillis, extrinsecus uno colore, intrinsecus deinde subrufa, & ue luti uenulas habens albicantes, odore suaui, gustu amara, & excalfaciens. hæc igitur in montibus inuenitur. Colligitur autem altera myrrha in planis, quæ & ipsa est melior & pinguior. quam exprimere in liquorem solent. Quod est illius quasi liquidissimum, in uascula reponitur, & Græci myrrham stacten appellanr. Verum est omnis myrrha styptica, & acris, & excalfactoria. huius itaque effectus uehementer commouere potest.

De mandragora.

Mandragora herba est pluribus nota. sic & aliqui herbam ipsam appollinarem appellant. Huius ergo

A go succus colligitur, folijs ipsius herbæ penitus & improbe excisis, ut quasi concauus locus earum relinquatur. aut ipsam radicem prour panacis, aut mala eius uel totam radicem in pila tūdunt. & sic omnis illius succus organo exprimitur quod græce mandragorochylon appellamus. Vires autem habet refrigerantes, & hac ipsa ratione stringentes. sed & grauem marcorem facere potest. unde & somnifera creditur. compescit autem dolores & uigilias.

De molybdæna.

Molybdæna est quasi stercus auri & argenti. est & alia quæ foditur in Corintho. Verum optima est quæ est colore quem diximus, non lapidosa, fragilis, splendida. Vires quoque habet assimiles spumæ argenti.

De malo granato.

Malum granatum quod græce rhoea dicitur, fructus est arboris eiusdem uocabuli. qui recens & maturus manducatur sine suo cortice, qui malicorium uel sidia dicitur. & cum aliqua dulcedine sui uentrem stringit. & stomachum erigit. magis tamen stringit quod est subacidum. Cuius ipsius flos cytinus dicitur. Vehementissime stypticus est & efficacissime stringit. unde dysentericos sanat. & uulnera recentia glutinat. Eadem & cortex illius præstat, quem malicorium diximus nominari.

B

De medulla.

Medulla quidem omnis leniter mollire & relaxare duritics & tumores potest. Veruntamen efficacissima uidetur ceruina. sequenter uitulina. Inde caprina numeratur.

De menta.

Menta herba est quam omnes nouerunt. quæ est apta stomacho ualde. ualde sanguinis abūdantiam stringit. & capitis dolorem sedat. Item singultus, & nimios uomitus reprimit. & conceptum uetare dicitur.

De mastiche.

Mastiche genus est resinæ, quæ in modum gummi ab arbore manat, quæ schinus dicitur. & in Chio insula nascitur, locis asperis & petrosis: est ergo mastiche aliqua albida. uerum optima est, quæ candidissima & perlucida. & quæ dum maturatur, aliquatenus mollescit. Vires autem habet euaporantes, & cum suaui euaporatione laxantes. Adulteratur resina a cypresso, & a pino. sed ista odore sui deprehenduntur.

De marrubio.

Marrubium herba est, quæ ramulos emittit oblongos uel minutos tres aut quatuor, circa quos folia mollia, & exalbida, quasi rotunda. flosculum rufum & assimilem pulegio. nascitur in campis* siccis & petrosis: & est optimum creticum. Vires autem habet acres. & efficaciter relaxantes. unde succus illius cum melle ad tussim facit: & in partibus neruosis optimum est.

C

De myrta.

Myrta genus est herbæ lignosæ: duobus generibus est, & nigra, & alba: utraque est omnibus nota. Vires habet stypticas ualde. & nigra tamen illa stringit potentius. unde & sanguinem excreantibus remedium est, & dysentericis, & omne profluuium stringit. Eius uero nigræ, quæ in montuosis locis nascitur grana sicca, uel uiridia commāducanda offeruntur his, qui sanguinem reijciunt. & * uiscide tædia sustinent. stomacho est conueniens. urinam mouet. & scorpionum morsibus prodest si imponatur, aut potui detur, aut locus qui tactus fuerit ex eadem cataplasmetur. & uiridis myrta similiter operatur. Coctura eius cum uino mista capillos tingit. & ex uino decocta, & in modum cataplasmatis imposita, uulnera sanat. cum polline tritici immista, tumores oculorum compescit. & ægylopibus utiliter facit. grana etiam contusa, & expressa faciunt. Et ideo parum decoqui expedit ne acescat. & uase piceo reseruatur. Facit autem contra ebrietatem, & furfures capitis. & uulnera curat si frequenter inde lauentur. & capillis fluentibus prodest. Fit etiam oleum de folijs eius contusis, & in oleo diu decoctis, quod in incurtuationibus prodest. & articulis uel fracturis utiliter imponitur. sed & maculas perfricatū emēdat. aures prurientes curat, sed tepefactum immittatur. Ipsa folia trita cum aqua imposita uulnerum rheumatismum sanant, uel locis fluentibus prosunt, fluxum uentris emendant. & ignem sacrum, uel tumores testium curant. sicca autem & cribrata, panaritijs, & locis urentibus prosunt. commista autem folia eius tenuem cum ceroto ignem sacrum curant. folia eius trita, pensus piperis medietate, acetum quantum sufficit masculis prosunt.

D

uel uescæ.

De meu.

Meu radiculæ sunt herbæ assimilis* anisi, quæ radices inueniuntur in omnem partem exporrectæ, tenues, oblongæ, suauiter olentes, & gustu linguam excalfacientes. nascitur maxime in Macedonia. Vires habet ipsa radix relaxantes. unde potata omnem rigorem uesicæ, & renum remollit: & inflationes dissipat. Item urinam, & menstrua prouocat.

uel anethi.

De malabatro.

Malabatrum qui putant esse folium spicæ, falluntur. licet autem sit similis odore, tamen certe alterius est naturæ. Inuenitur autem supernatans quibusdam paludibus in India in specie foliorū: & sic habetur leuis: lino trahitur & siccatur. Est ergo optimum, quod est recentissimum, odoratissimum, tenue integrum,

integrum,nigricans,gustu non salsum,sed potius picem referens. Potest autem eadem præstare, quæ spica.& easdem uires habet,quas & cetera aromata habere diximus. E

De marubiastro.

Marubiastrum est subsimile marrubio,& facile notum. cuius uires faciunt ad serpentum morsus, & ad suspiriosos.Item strucinas.i.scrofulas uel hæmorrhoidas cæcas dissoluit:& menstrua prouocat.

De millefolio.

Millefolium thyrsum habet ex una radice mollem,& subrufum,& quasi manu lineatum: folia quasi fœniculi,quæ uulnera glutinant,& sine tumore custodiunt.

De myrice.

Myrice fructiculum affert mollem, fragilem,& ueluti florem.in Aegypto quidem, similem gallæ. Huius igitur succus,& aqua in qua fuerit coctus,pediculos occidit,& culices,& pulices fugat.

De moro.

Morus arbor est spinosa,quæ affert mora similia rubo:sed & fortiora, & albidiora : quæ & uentrem laxant:& digestionem faciunt.Succus eorum cum melle & careno, uel uino austero pari mensura per mistus,& ad spissitudinem mellis decoctus,synanche laborantes curat.In sole in uase æneo positus ue hementior erit.& ideo uulnera & attritiones curat,uel putredines.Sed,ut supradictũ est,synanchen cũ F tumore uenientem emendat.Si cum alumine scisso,uel galla,croco, & pauco myrrhæ commisceatur, non solum his rebus prodest, sed & uitia oris abstergit . Cortex radicum eius in aqua decocta, in porione data , uentrem soluit , & lumbricos eijcit . folia eius quoque trita & imposita , in igne combustum sanant.

De moris syluaticis.

Mora uero syluatica , ratione quæ de rubo colligitur, stringunt fortiter. & synanchicos melius curant . Succus eorum, uel alicuius rubi succus cum melle æquali mensura coquatur ad tertias, & sic gargarizetur frequentius.si enim bibatur,uentrem stringit apte.

DE NEPITA.

Nepita est omnibus nota.cuius sunt species tres.est enim quæ folia similia ocimo habet,& est, quæ pulegio assimilatur.est quæ menthæ habet speciem.Verum omnia folia gustu sunt acria, & excalfactoria ualde sunt. Igitur coxiosis genere sinapismi prodest:& regium morbum emendat : & lumbricos,& tineas,& partum expellit:& uermes in auribus occidit.

De narcisso.

Narcissus thyrsum habet oblongum,folia quasi porri,sed breuiora,& plena:florem album inter croceum , aliquando purpureum : fructum quasi quasdam membranas nigrum,oblongum: radicem quasi bulbi , quæ maculas in faciem tollit , & suppurationem ponit , & intumescere non permittitur. G

De nascaphtho.

Nascaphthum affertur ab India.& est quasi cortex elamulæ,non odoratus,& uiscide excalefaciens, propter quod & in antidotis excalefactorijs mittitur.

DE OPIO.

Opium succus est quodam modo erratici papaueris.quod sic colligi solet,postmodum cum hoc ipsum papauer flores suos amittit,& ampullulæ succrescunt uirides & teneræ , harum ipsarum capitella homines scalpello acuto leniter abscindunt sic, ut intrinsecus non lædant, & deinceps in gyrum scarificant . & sic lacticulum quod promanat digito conterunt . & in conchulis reponunt, & siccant. Meconium autem fit contritis in unum folijs & ampullis uiridis papaueris . Verum succus organo pressus & siccatus in pastillos redigitur: & meconium appellatur. Erit ergo optimum quod est odore grauissimum, & colore subrufum, & gustu amarissimum, & quod humorem quo resoluitur quàm citissime candidum facit, & accensum splendidam & aliquatenus durantem flammam emittit, & rursum extinctum pristinum odorem reseruat . maxime hispanum tale inuenitur. Adulteratur autem & lentis & lupinorum farina : sed & gummi nigro, & lactucæ erraticæ succo : item glaucio. Sed & adulteratum quod est sic intelligimus eo, quòd non omnia coeant quæ synceritatem illius comprobare diximus. Potest autem syncerum opium lachrymam stringere collyrijs admistum . habet & circum linitum refrigerare . & auricularum dolorem, & totum corporis languorem mitigare, illa uidelicet ratione,qua etiam somnum facere dicimus. H

De omphace.

Omphax succus est de radice moræ syluaticæ,& immaturæ uuæ.qui expressus siccatur in sole . & in pastillis latis usquequo fieri potest formatur. & sic reponitur. Optimum est illud quod est colore rubido, & fragile pistillo,& gustu styptico ualde, & linguam submordens. Vnde potenter stringit . & omne profluuium confestim tenet.

De opopanace.

Opopanax succus est herbæ, quæ panax dicitur, simillimæ per omnia ferulæ: quæ nascitur in Capadocia , Africa, & Macedonia , locis asperis & lapidosis . Colligitur ergo hic ipse succus hac ratione, Medijs æstatibus terra quæ est circa radicem & herbam foditur & cauatur: deinde folijs ipsius sternitur, & sic ipsa radix & ferula in oblongum & in gyrum inciditur.postq; humor lacteus emanat,

& in

A & in folia ſuppoſita de fluit,& ſiccatur , quaſi exalbidæ myrtæ colorem accipit.Ergo optimus eſt opo-
panax qui ab Africa affertur.hic eſt extrinſecus ueluti crocatus , intrinſecus lacteus , mundus , odore
graui equidem uiſcide.Poteſt igitur opopana x & laxare,& calefacere,& mollire ſtricturas & durities,
fugare uiperas & omnem ſerpentum acceſſum.

De opobalſamo.

Opobalſamum lachryma eſt arboris, quam balſamum appellamus,ſimilis malo granato,ramoſæ,ra
mis tenuibus & exalbidis,qui xylobalſamum dicuntur.quæ folia habet ſimilia erucæ. hæc ipſa arbori
in India tantummodo creſcit,& fructum affert aliquatenus oblongum,circa medium uaſtioré,& quaſi
uentroſum,ad capitula utraque ſubito deductum,rubicundum ualde,grauem, & plenum : & ſi franga-
tur, mollem: & ſi maſticetur,ſimiliter ut piper mordentem, & ſuauiter redolentem,quem carpobalſa-
mum dicimus.Huius ergo arboris lachryma colligitur uere uſque ad autumnum.Inciditur autem ipſe
truncus in aliquot locis,& ipſi ramuli,& ſic uaſcula ſupponuntur quæ lachrymam fluentem excipiant.
Quod ipſum aliquot coloribus uidetur. Verum eſt optimum,quod recens,& ſyncerum , & exalbidū
eſt,& auſterum,& odore graui,& acuto,& non acri.& quod aliqua lenitudine linguam ſubmordet. Se
quens eſt quod eſt colore ſubrufo:& quaſi glutinum ſe diſtillat a digito. leue etiam, aſpectuque gratū.
B Tertium autem , quod eſt tenue ualde , & perlucidum . Omne autem opobalſamum quod uetuſtatem
accipit,fit ſubrubrum & terreſtre & ſiccum.Verum optimum eſt ſyncerum,quod quando aquæ mundę
inſtillatur,non protinus diffunditur, ſed magis ſubſidet,poſtmodum totam aquam exalbidam facit.la
cti autem admiſtum,in caſeum illud adſtringit ut coagulum. Item ueſtimenro albo aut mundo inſtilla-
tum, maculam non facit. Quod enim ſyncerum eſt , in ſumma aqua diffunditur & ſupernatat, &
prout oleum quaſi pilulas oſtendit . nam uires habet aliquatenus acriores . quæ uiſcide excalfacero
& relaxare efficaciter poſſunt.

De oleo ;

Oleum uetus optimum . eſt quod cum bona pinguedine perlucet . odore & guſtu ſimile uetuſto
pinguamini . Vires autem habet excalfactorias , quæ penitus relaxant . Sed & ad caliginem ocu-
lorum facit , ſi fuerit de pluribus annis . & ad diuturna & indurata uitia neruorum . in cibis uero ad-
miſtum omnibus conuenit . & lenitiem ſtomacho & uentri reddit . & ſiqua ſtrictura aut uulnera-
tio intrinſecus facta eſt,leniendo relaxat. Accepta roſa refrigerans inuenitur . Nardo decoctum, me-
taſyncreticam uirtutem habere incipit. Chamæmelo uero , itidem metaſyncreticum eſſe uidetur.
Cum bacca lauri decoctum, plus quàm oportet thermanticum eſſe certum eſt . Semini lentiſci
C miſtum , ſicut roſaceum per longum tempus ſtypticam uirtutem affert : Maſtiche admiſtum , col-
leticum eſſe uidetur. Anethum illic per tempus madefactum , thermanticum comprobatur . Ma-
la cydonia illic per tempora madefacta , paregoricum uel ſtypticum aliquantum inueniri , faciunt.
Cucumeris agreſtis radice admiſta & decocta, catharticam,& thermanticam habet uirtutem. & qui-
dem proprie attritis inunctio facit. Iridi admiſtum,pluribus ualetudinibus prodeſt.

De ouo.

Ouum partus gallinæ eſt,quod omnes nouerunt . effectum habet duplicem . Si ſemicoctum biba-
tur, uirtutem ſtomacho præbet,& non permittit corpus debilitari,eo ꝙ naturę ſit animantis.lenit enim
omnia,quia læuem uicem habet. Crudum autem potatum,raucos emendat. lachryma quoque tepida
in oculis dolentibus inuncta ſalutem reſtituet. Vitellus uero eius extrinſecus in aliqua parte corporis il
linitus,paregoricus,uel ſtypticus inuenitur. Coctū uero in aceto ut ſit perdurum,dyſentericis prodeſt.
uirtute autem ſua cibi & potus uicem præſtat. Si crudum bibatur ſitim prohibet.

De ocimo.

Ocimum herba eſt omnibus nota . uires habet acriter excalfacientes , & relaxantes , & uri-
nam prouocantes.

D

De origano

Origanum & ipſum omnibus notum eſt. & babet uires acres , & excalfactorias , & relaxantes , &
euaporantes . unde & ſuſpirioſis , & tuſſientibus prodeſt . & ſerpentes fugat . item biles detrahit.uen-
trem detrahit. ſed urinam & menſtrua prouocat.

De orobo.

Orobum omnes nouerunt.huius igitur farina cum melle uulnera purgat.& maculas tollit, & aliena
tiones tenet.ipſe autem orobus manducatus,caput replet & uentrem . & ſanguinem per urinam pro-
uocat.& eſt optimus atticus.Eſt.n.colore uiolaceo.effectu uiſcide ſiſtens.& in modum cani.

DE PONITIO.

Ponitium hac ratione conficitur. Chalcitidis partes duæ , & cani una , in mortario lęuigantur æſtu
calidiſſimo, infuſo ſubinde feruente & acerrimo aceto . & hoc fieri habet donec res rubro colore ap-
parent.Habet igitur ponitium uires quas chalcitis equidem uaſtiores.

De pipere.

Piper fructus eſt arboris quæ in India naſcitur. quod quando primum creſcit , oblongum & rotun-
dum apparet,longo piperi aſſimilatur. quod ex minutis & quàmpluribus granulis ueluti conſtipatis
conſtat,& quę tempore ipſo accreſcunt & diſſipantur.maturata enim & nigra facta.nigrū piper dicunt

 eligimus.

eligimus enim longum piper, quod quando frangitur, strictissime granula sua coniuncta habet, & circa suam ueluti medullam coherentia. quodque gustum uiscide mordet & calefacit. albū deinde quod sine ruga sit candidissimum, graue. & non minutum, & ad gustum simile longo. Item nigrum, quod præter colorem reliquis sit simile albo. potest autem omne piper syncere stringere, & excalfacere, & totū corpus uehementer commouere. Sed adulteratur longum quidem, sinapi & gummi formatis in specie piperis longi. & album deinde læuigatur cum spuma argenti, & excuditur in pilulas eiusdem magnitudinis redactum: item nigrum his ipsis pilulis denigratis, sed & leue, & cauum, & farinosum piper est, & lapillulis admistum.

De pompholyge.

Pompholyx est quasi flos spodij. simul autem utraque colliguntur circa metalla ubi æs, & cuprum, & argentum conflatur. Verum pompholyx prout leuissima fuligo in ipsis cameris inuenitur: spodium circa parietes. & adulteratur stellis siccis tenuibus combustis. item cannis quibuslibet. sed fiunt sucidiora & non æqualiter læuia. est enim optima pompholyx, quæ est leuissima, & cādidissima, & ad tactum nullam habens asperitatem. easdem enim & spodium uires habet, stypticas, & quæ siccare possunt.

De purpurisso.

Purpurissum quod & fucum aliqui dicunt, glebulæ sunt quadratæ & pusillæ in modum tesellarum. quæ ab infectoribus tinguntur colore roseo. tale est maxime canusinum, sequens puteolanum. uires habet aliquantulum stypticas.

De pyrethro.

Pyrethrum radix est oblonga, colore fuscior, intus exalbida, crassitudine digiti pusilli. gustu excalfaciens uehementer, & saliuam copiosam prouocans. cuius optima est quæ est recens. potest autē efficaciter relaxare, & calefacere acriter.

De pumice.

Pumex lapidis est genus, qui in littoribus maris inuenitur, quique assidue a fluctibus illisus fit leuissimus & exalbidus, & undique concauus in similitudinem spongiæ. Facit ergo pumex ad dētifricia: & scriptores pennas uel calamos sibi in eisdem temperātes bene scribunt. & mittitur hæc ipsa pumex in malagmata. abradit autem, & sua asperitudine læuigat.

De pulegio.

Pulegium herba est omnibus nota. quæ cum aliqua acrimonia excalfacit. & est diureticum ualde. sed & menstrua prouocat. & partum expellit. & olim tussientibus prodest. & odor eius nauseā prohibet.

De propoli.

Propolis circa fauos & circa alucaria apum inuenitur. & est quasi genus ceræ. cuius eligimus quæ est colore subrubra, odore melleo, est autem quasi mum. Vires habet similes ceræ, sed efficaciores.

De psyllio.

Psyllium semen est herbæ nigrum, & minutum, pulicis magnitudine, unde etiam cognominatum uidetur: herba tota assimilis fœno, longa, & angusta, & calamum minutum, & oblōgum habet: a quo medio incipit quasi spicula oblonga, in qua ipsum semen inuenitur: quod efficaciter refrigerare & stringere potest. unde oculis lachrymantibus cito prodest. Item dysentericos, & podagricos remediat: & capitis dolorem ex aqua læuigatum, & in fronte linitum confestim sedat: & hæc ipsa herba pulicaris dicit.

De plantagine.

Plantago similiter herba est. Et huius succus & folia efficaciter refrigerāt, & stringunt: quapropter succus illius sanguinem excreantibus utiliter datur. Item folia contrita cum pane imposita, quæ stringere, & siccare uolumus, utiliter faciunt.

De polio.

Polium herbula est oblonga, exalbida, folia habens: & in summo quasi canitiem, & comulam, semine plenam, odore graui, & non suaui. Potest ergo omnem uiperam fugare: potest & res uenenosas extinguere, laxat quidem stomachum, & caput purgat: sed & urinam, & uentrem mouet.

De pelecino, uel cepa canina.

Pelecinus herba est, quæ in itineribus nascitur, plures & tenues ramulos habet, folia pusilla, & granula in folliculis terna uel quaterna, subrufa, & amara ualde, quæ possunt cum aliqua acrimonia uiscide stringere: propter quod & in antidota mittitur: & menstrua prouocat.

De panace.

Panax radix est herbæ, de qua opopanax conficitur: quæ & ipsa etiam, & si infirmius, eadem præstat quæ opopanax.

De peucedano.

Peucedanum herba est, thyrsum & ramos habens similes ut fœniculum, radicem uastam, & nigram, odore grauem, succi plenam: & circa illam comulam densam, florem aureo colore. hæc igitur radix aliquando propter succum suum exprimitur: & succus eius melior est si sit colore subrufus, & ad gustum excalfacit. aliquando siccatur & reponitur. Facit autem ad uulnera antiquata, & expurgat uiscide: propter quod in aliquibus emplastris, & malagmatibus mittitur: & radix eius incensa serpentes, & uiperas fugat.

A

De paſtinaca.

Paſtinaca omnibus nota eſt. nam ſumitur in cibo, & in reliquis uirtutibus. Vires habet acres, & excalfactorias, & diureticas.

De petroſelino.

Petroſelinum naſcitur circa petras. Et eſt optimum Macedonicum. eſt enim odoratu ſubdulce: diureticum ualde, & excalfactorium. unde & ſtomachi, & colli inflationes, & tenſiones remediat.

De periſtereone, uel uerbena.

Periſtereon herba eſt columbaria: folia habet modica quaſi inciſa, radicem mollem, thyrſulum ſtypticum. Tota herba uulnera glutinat, & alienationes ſtringit: & ad omnia uenena potui data optime facit. ſimiliter ad tertianas & quartanas diſpoſita eſt. Huius ſuccus in collyrijs mittitur. Hæc autem & columbina, & uerbena dicitur.

De polypodio.

Polypodium herba eſt ſimilis filici, quæ in petris, & circa radices arborum uetuſtarum, & in quer-
cis arboribus creſcit: hæc melior habetur. Cuius radix piloſa, & hirſuta uidetur, guſtu ſtyptica cum
aliqua dulcedine. In folijs uero habet binos ordines quaſi punctorum aureorum. Vires habet uentrem
B ſoluentes, & bilem diſtrahentes.

DE COLOCYNTHIDE.

Colocynthis ſimilis eſt cucurbitæ rotundæ, uel malogranato. Huius uero medulla, ideſt quod intus habet carnoſum, & ſemen uiſcide uentrem purgare poteſt: & in plura cathartica mittitur.

DE RVTA.

Ruta herba eſt omnibus nota, utilis ualde. hæc enim ſtomachum erigit, & tuſſientibus prodeſt, & colli dolorem ſedat. item urinam & menſtrua prouocat: partum quoque ſi plus ſumatur expellit.

De reſina.

Reſina eſt quaſi lachryma herbæ: & locis quampluribus colligitur. Verum ſicca quæ eſt, inuenitur
circa nuclipinum, & pityn. alia liquida circa terebinthum, & peucem, & cypreſſum. Et quam lentiſcum
aliqui maſtichinam eſſe dicunt: in Chio Inſula colligitur. aliæ prout diximus pluribus locis inueniun-
tur. Communiter uero omnis reſina laudatur ſi ſit munda, perlucida, & ſi odorem ſuum priſtinum ſer-
uet. Specialiter tamen liquidarum optima eſt terebinthina. habet enim & candorem, & munditiem, &
perlucet, & uitro aſſimilis eſſe debet. poſt maſtichina recipitur, colore non diſſimili ponticæ ceræ. item
ſiccarum receptiſſima eſt pityina. poſt quam numeratur peucena & nuclipinea, quam græce ſtrobilinã
C dicimus. Verum omnis reſina efficaciter relaxare, & remollire poteſt: & in uſu aliquando crudæ acci-
piuntur, aliquando friguntur.

De roremarino.

Roſmarinus herba eſt fruticulus, & ſemen dicta cachrys adſimilis ſpondylo, quæ herba radicem, & folia habet quaſi fœniculum: ſed aſperiora, & exalbidiora, & craſſiora, & ueluti thyrſum oblongum, & ramoſum. Huius igitur ſemen, quod eſt breuius, & uaſtius, cachrys dicitur: quod inde tenerius, & oblongum, roſmarinus. Verũtamen efficaciter ſtringere, & relaxare poteſt. unde & urinam mouet, & antidotis contra maligna admiſcetur. Et quidem cachry acrius, & uiſcidius.

De rubo.

Rubum omnes nouerunt. Huius igitur, & folia, & flos, & mora leuiter ſtringunt. unde ad uuulam & fauces euidenter faciunt: quamuis omne profluuium idonee ſtringant.

De rhu.

Rhu, quod ab aliquibus radix dicitur: aliqualiter uaſta, & nigricans: fragilis leuiſſime: odore & guſtu
amara, & leniter ſtringens: & ſi fricetur, & maſticetur, fit ueluti glutinoſa, & croceato colore. unde opti
D mum rhu eſt ponticum. Vires autem habet efficaciter ſtringentes: propter quod cum uino læuigatum,
& quaſi fomentum impoſitum, inflationem ſiccat, & uulnera glutinat, & ſanguinis abundantiam repri-
mit: mittitur & in antidotis.

De roſa.

Roſam omnes nouerunt, quæ & ipſa ſuauiter ſtringit, & refrigerat.

De rapa, & napo.

Rapa omnibus nota eſt. Huius radix comeſta inflationes facit, & multum carnis: ſed inutilem nutrit humorem. Aqua uero in qua fuerit cocta, podagricis, & ad prægnationem optimum fomẽtum eſt. ſed & ipſa contrita, & impoſita idem operatur. Si excauetur, & accipiat oleum roſaceum, & ceræ modicum, & ſic in cinere calido coquatur ita, ut cerotum faciat, uulneroſos promouet, & curat. Eſt etiam rapæ ſimilis napus, qui ſimiliter inflat: ſed ſemen huius napi contra uenena potui cum uino optimo datur, uel ex mulſa contritum.

De raphano.

Raphanus omnibus nota eſt, quæ radix appellatur. Radicem habet ſimilem rapæ, ſed longiorem. Quæ comeſta a ieiunio prout antidotum, magnum eſt adiutorium ſanitatis, & turamẽtum corporis: ſed inflationem operatur, ructus fœtidos facit, & urinam mouet, uẽtrem relaxat. decocta aũt in cibo ſum-

pta phthisicis prodest:& thoracem a phlegmate laborantem emendat. Cortex uero eius cum aceto & melle acceptus uomitus mouet: hydropicis & spleniticis prodest. Si in modum cataplasmatis imponatur cum melle commista, etiam prodest: putredines curat, & liuores tollit, & contra uiperarum morsus prodest. Alopecias capitis iuuat: fungos malos, aut in potu, aut in cibo sumpta, compescit. Semen uero eius cum aceto datum, splenem minuit. Si in aceto, & melle radix ipsa coquatur, & sic gargarizetur, synanchen curat. Folia eius tunsa & imposita, omnibus articulis dolentibus prodest. E

DE SARCOCOLLA.

Sarcocolla est, prout aliqui aiunt, lachryma arboris, quæ in Perside nascitur. Alij quidem fieri dicunt ex suffimentis æque similiter resinæ per parietes læuigando. Alij enim sarcocollam, argemonem herbam uocant, quam optimam iudicamus, quæ est subalbida, fragilis, sine odore, flore subrufo, folijs quasi rotundis, radice longa: quarum sunt infirmiores, quæ subrubicant, & ad gustum commista dulcedine aliquam habent amaritudinem, & dentibus presse agglutinantur. Potest igitur stringere lachrymam, & quodammodo hilarem uisum facere. Adulteratur autem gummi, & resina, sed tactu facile deprehenditur. F

De spica nardi.

Spica nardi ad similitudinem cognominata est. similis est enim spicæ frumenti: & hæc plurimas habet uelut aristas: & quasi setarum uel capillorum fasciculus ad modum patet. nascitur enim in India ex una radicula sine folijs. dicitur tamen & Syriaca, non quia in Syria legitur, sed quia montis illius in India, in qua plurima inuenitur pars ad Syriam aspectat. Verum optimã diximus, quæ est odoratissima, & colore subrufa, recens, & ad tactum non grauis, nec uasta, sed magis dẽsa. Hæc ergo uires habet suauiter stypticas, & leniter calefactorias.

De syrico.

Syricum fit de cerusa plurimum siccata, & cribrata. coquitur autem in patella fictili super carbones usquequo sandycis habeat colorem, quod ipsum cerusæ uires repræsentat: est optimum, quod ignis habet colorem

De saluicula.

Saluicula herbulæ genus est, quæ radiculas & folia sub floribus similibus uiolæ, quàm plurima habet, quæ tota prodest: hæc refossa in modum sabularum stringitur. nascitur autem in alpibus summis, & in Norica regione, quam ipsam optimam iudicamus, quæ est odoratissima. cui tamen & hæc adesse oportet, ut recens, & sine sabulo sit, & quamplurimas cum ramulis suis radices habeat. G illæ autem sunt uiscidissimæ. Potestas igitur saluiculæ est, quæ & spicæ, & si infirmior.

De sale.

Salem omnes nouerunt: colligitur autem in quibusdam littoribus, & partibus maris, aut foditur, aut paratur, prout aliquibus in locis in Gallia, maxime tamen in Italia uel in diuersis prouincijs. Verum est optimus sal, qui ex mare fit mundus, & candidus, cuius uirtus sapore ipso probatur, potens comedere, & purgare. multis quidem rebus misceri præcipitur. Cuius salis uirtus est, quòd omnibus cibis admistus conuenit, & orexim facit, fastidium auertit, nauseam prohibet. Qui autem foditur, est uelut uena alba & perlucida: uenas habet prout schistos, quem & nos salem armeniacum diximus.

De succo.

Succi uirtus duplex est uel triplex: hic eadem, & si incertius, præstare potest, quæ & ouum diximus facere. Vicem enim cibi & potus præstat. De hordeo ptisanas faciunt, quæ frigidam & humidam habent uirtutem, & relaxare possunt: si oleum rosaceum admisceas, febricitantes refrigerat, & reparat. De hordeo immaturo succus uentrem stringit, & infrigidat, & uires acquirit, & H alicæ uel orizæ succus similiter operatur. siligo enim tritici uentrem stringit, & ardorem, & corruptionem.

De stibio.

Stibium lapis est fulgens, & splendens, nulli lapidi similis, qui in metallis inuenitur, colore assimilis plumbo. cuius est optimum, quod late refulget, fragilissimum, & quod est in se mundum, lapidosum uel terrenum non continens. Vires autem habet stypticas. unde & refrigerare, & stringere, & lachrymas uelut oppilare potest.

De sandaracha.

Sandaracha affertur maxime a Ponto, & Cappadocia, & Cilicia: & est a primo lapis igneo colore, qui in minuta comminuitur. Est ergo optima sandaracha, quam florem appellamus, quæ est roseo colore, munda, uel nihil exterum admistum habens, effectu & ipsa fortiter stringens.

De sagapeno.

Sagapenum est lachrymæ genus, quod in aliquibus locis colligitur. cuius optimum dicimus, quod est glebulis minutis durum, colore subsimillimum myrrhæ, gustu acri, & quasi glutinosum, odore ce-

A paſtrum, recens, mundum, & intus albidum, & extrinſecus rubidum. Vires habet, quæ cum acrimonia uiſcidè laxare poſſunt, hoc ipſum galbano aliqui adulterant, formatis ex eo guttulis eiuſdem magnitudinis.

De ſepo.

Sepum omne mollire poteſt duricies: de quadrupedibus optimum eſt leoninum: melius eſt leopardinum. nunc melius urſinum, quàm taurinum, uel ceruinum: caprinum uero ſpiſſius eſt & ſiccius: & magis hircinum, uel aſininum. De uolatilibus uero optimum eſt anſerinum, melius pullinum. Item melius phaſianinum, & omnibus melius uulturinum.

De ſanguine.

Sanguis omnibus humidus eſt. Foris in corpore illinitus, ſtypticus inuenitur: & oculis prodeſſe comprobatur.

De ſyricio.

Siricium herbulæ radix eſt nota quàm pluribus, exalbida & ſpiſſula, quæ acrimonia ſua, & aſperitate, urinam & calculum prouocat: ſternutare copioſe facit tunſa, & cribrata, & in naribus impoſita.

De ſtaphideagria.

B Staphideagria ſemen eſt herbæ, quæ floreſcit ſimiliter, ut uites erraticæ, & fructum affert in folliculis uiridibus quaſi ciceris, triangularem, album, ſubrufum, guſtu acerrimum, & amarum. Verum optima eſt, quæ eſt recens, nigra, plena: hæc ipſa cum maximis uexationibus uiſcidiſſime relaxat: pediculos quoque ex oleo læuigata, & corpori illinita occidit.

De ſepia.

Sepia eſt marinum animalculum, cuius teſta & item os ſiccatum, & repoſitum, leue, & candidũ, & oblongum uidetur, & ad uſum medicinæ facit. admiſcetur autem collyrijs, & ſolum in mortario læuigatum, dentifricium eſt optimum.

De ſulfure.

Sulfur optimum eſt, quod uiuum appellatur, & eſt ſplendidiſſimum, & perlucidum, & ueluti perunctum. Vires habet uiſcide relaxantes, & plurima uitia remedicantes.

De ſilphio.

Silphium radix eſt, cuius lachryma laſer eſſe diximus, & eſt radix pluribus nota. Viroſe & acriter excalfacit, & ueſicam lædit. Verũ admiſcetur antidotis, & purgatorijs: & ſale condita ſuauiter facit.

De ſeſeli.

C Seſeli ſemen eſt herbæ, quæ ſimilatur fœniculo, & anetho, creſcit, & grauat, & grana affert uaſtiora, & oblongiora, quàm utrunque: uerum & hoc eſt diureticum, & in plurima antidota mittitur. proprie tamen ad colicum dolorem facit.

De ſcammonio.

Scammoniũ, quod & colophonium, uel diagridium dicitur, ſuccus eſt herbæ, quæ a ſua radice plures ramos intra ſe mittit, quæ naſcitur & in Myſia, & in Colophone, & ſimiliter, ut creditur, mandragoræ, aut quaſi panacis radix illius inciditur, & folijs ſuis ſuppoſitis lachryma, quæ emanat, excipitur. Verum optimum diximus ſcammonium, quod eſt medium, leue, perlucidum, intus non ſpiſſum, ſed magis prout ſpongia fiſtuloſum, & ſplendidum, & quod ſimul ac ſaliua tangitur humorem lacteum & amarum oſtendit. hoc igitur ipſum ſtomachum quidem euertit, ſed uentrem uiſcide purgat, adulteratur autem tithymalli ſucco, ſed ita deprehenditur, quòd tithymalli ſuccus ad guſtum minime excalefacit quodam modo, ſed urit, quod abeſt ab ſyncero colophonio.

De Singibere, ſeu zingibere.

Singiber herbulæ radix eſt puſilla, exalbida, leuis, & ueluti trunca. Inuenitur maxime in Troglodytis & Arabiæ partibus: & aliqui illam piperis radicem putant. hoc ergo optimum eſt, quod eſt
D recentiſſimum, & ſine fiſtula ulla, quod *ἄτρητον* græce dicimus, odore ſuaui, guſtu, & ſapore ſimilis piperi. Cuius uires plurimæ ſunt, ſed proprie digeſtionem facit: & ſtomachum confirmat & corroborat, & uentrem laxat.

De ſtyrace.

Styrax eſt quaſi lachryma arboris, quæ & ipſa ſtyrax appellatur, ſimilis tota cydonia. huius igitur arboris ramuli, & uirgulæ, ut uermiculi circa ipſas medullas naſcuntur: a quibus inciduntur, & foramina ipſorum ſcobem quaſi furfur emittunt, quæ cum lachryma confiſcatur: quod in modum reſinæ pityinæ manat, maxime æſtibus medijs, & Sole candidiſſimo. Verum optimum dicimus ſtyracem, qui eſt ſubrufus, & qui multum reſinæ ſpecie permanet, odore ſuaui, & quaſi melleo, & ſubauſterus, ſine humore, & leuis dum fricatur. Viribus autem poteſt leniter relaxare. calefacit enim & lenit durities, & mollit. Sed adulteratur copioſa ſcobe ipſius arboris, uel etiam alterius, exinde tunſa, & cribrata, & cum melle decocta ſubacta, & rurſus cera, & adipe reuoluta.

De ſymphyto.

Symphytum, quod aliqui anagallicum dicunt, herba eſt pluribus nota. Cuius radix uidetur oblonga, cortice nigra, ad guſtum ſubamara, & glutinoſa: propter quod ad reſtringendum ſanguinem excreantibus datur. Viſcide autem ſtringit, & glutinat.

De spuma argenti, uel lythargyro. E

Spuma argenti fit in metallis, & purgamentis argenti quando conflatur. Item ex scoria, quam Græci molybdænam dicunt: aliqua ex plumbo, & ipsa coctura in speciem pusillorum tribulorum redigit. Verum optimam dicimus, quæ est colore assimilis auro, & usq; grauis. Potest autem aliquatenus stringere, & refrigerare: & eadem præstat, quæ & cerusam facere dicimus, ab aliquibus uero lithargyrus appellatur.

De sori.

Sori glebusa est uiridis, quæ foramina habet quamplurima, dicitur & aliud eius genus inueniri colore argenteo. Verum optimum iudicatur Aegyptium, idest quod ab Aegypto affertur: quod plurima habet foramina, & est fragile. & dum comminuitur, infuscatur: gustu stypticum, & odore nauseosum sic, ut & uomitum quibusdam moueat. coquitur autem usquequo fit colore rufum, & habet uires ualde stypticas & acres. unde & alienationes continet: & uulnera, quæ luxuriantur exiccat.

De stœchade.

Stœchas herbula est, quæ ramulos emittit tenues, & oblongos, circa quos habet folia oblongiora, quàm thymbra, sed non dissimilia, & semen minutum: tota herba est odore suaui, gustu acris, & subamara, uires habet relaxantes. unde menstrua prouocat, & uitia thoracis sedat, & in antidotis miscetur: nascitur plurimum in insulis, quæ stœchades dicuntur. F

De sapone.

Sapo conficitur ex seuo bubulo, uel caprino, aut *ueruecino, & lixiuio cum calce: quod optimum iudicamus germanicum. est enim mundissimum, & ueluti pinguissimum: deinde gallicum. Verum omnis sapo acriter relaxare potest: & omnem sordem de corpore abstergere uel de pannis, & exsiccare similiter & nitrum, uel aphronitrum, mittitur & in caustica. *al. hircino.

De sampsuco.

Sampsuchus herba est, folia & ramos habet plures & pusillos, circa terram diffusos, non dissimiles nepitæ, tota herba olens est suauiter, uiribus acris, & excalfactoria, & ad omnem duritiem uel rigorē ualde idonea.

De sinapi.

Sinapi omnes nouerunt, cuius efficacissimum est alexandrinum. Habet enim uires acriter, & uiscide distinguentes: propter quod uitia longinqua eliminat, eo quòd loca sanguine manantia exiccat, & exstringit, & corroborat simul stomachum, quod ipsum sinapi mosano uidimus contingere.

De sertula. G

Sertula herba est humilis, odore suaui, exalbida: flosculum habens subrufum. cuius melior habetur, quæ est recens, & uastior, & non nimis exalbida. Vires autem habet leniter relaxantes: propter quod & oculorum tumorem sedat: & partibus neruosis & delicatis ex aqua multa cocta in modum fomenti trita, & imposita facit.

De syro.

Syrum nascitur in Africa, & in India: optimum tamen habetur Arabicum, & huius ipsius, quod est recentissimum, & plures, & breues calamos habet, & si frangitur rubicundum intus apparet, redolēs suauiter si fricetur inter manus, & gustu linguam submordens, quòd uires habet acriter relaxātes, proprie quidem uesicam petit, & urinam prouocat: mittitur & in antidota, quæ aduersus uenena faciunt.

De scilla.

Scilla radix est herbæ pluribus nota. est enim colore & corticibus uasta, & cepæ uel *bulbo assimilis. Vires habet acerrimas, & excalfacientes. unde & tussientibus, & hydropicis utiliter datur, & si fricetur in corpore, magnam, & intolerabilem pruriginem facit. *al. allio.

De scordio, uel allio agresti. H

Scordium herbula est uirgulas mittens quadratas, rectas, & oblongas: & folia stringentia, ad gustū subamara, odore oleaginosa, flore rubicundo. Vires habet acres, & diureticas, & ad uiperas facientes.

De scinco.

Scincus animal paruulum est, quod in India inuenitur, quadrupes, & simile lacerto, sed multo maius & longius, et uentrosum. hoc igitur salitur. Et uenerea facit drachma. j. carunculæ illius ex uini cyatho potata. si enim plus sumatur, affert periculum.

De sedo.

Sedum herba est, quam aliqui senetionem uocant, quę & in petra nascitur, & super tecta. folia enim habet uiridia, densa, & quercui similia, sed crassiuscula, & pinguia. Thyrsulum emittit oblongum & subrufum, capitella habet oblonga, in summo habens in modum *uerticilli. Vires habet stringentes, & refrigerantes: propter quod similis est plantagini, & ad eadem proficit. *al. umbilici.

De satureia.

Satureia fere easdem uires habet, quas & thymus, & eadem facit, & si est aliquatenus infirmior.

A *De spondylio.*

Spondylium locis humidis crescit,& habet radicem albam, & assimilem radici, quam in cibos mittimus:& thyrsos oblongos quasi fœniculi, folia quasi platani, semen quasi seseleos, duplex: sed candidius, & latius, & ueluti piliastrum florem album. Huius igitur semen potatum bilem detrahit, & uentrem soluit acrimonia sua: regio morbo, & ad tussem, & suspiriosos uidetur prodesse.

De sisymbrio.

Sisymbrium est assimile menthæ:latiora quidem folia habet,& odore suaui, & excalfactorium est,& diureticum,& ad apicularum & similium animalculorum puncturam confert præsidium. Semen illius potatum ad eadem facit.

De smyrnio.

Smyrnium est assimile apio,sed folia habet latiora.& subaureo colore, & quasi pinguia,& fortiora, redolentia cum aliqua acrimonia:ramulum & capitellum prout anethi:semen rotundum,nigrum,fere gustu mirastrum:radicem succosam,mollem,leuem,odore suaui,cortice nigro, intus uiridem aut exalbidam,& ad gustum fauces mordentem.Vires autem habet acres,& sudorem suscitantes. unde & tussientibus,& suspiriosis,& hydropicis,& coxiosis prodest,& ad serpentum morsum facit.

B *De satyrio.*

Satyrium herba est ramulum habens oblongum & purum:florem purpureum,exalbidum: folia qua si lilij.subbreuiora & subrufa,tria uel quatuor,ad terram iacentia:radicem duplicem, quasi testiculos, quæ radix potata uenerea prouocat.Succus illius inunctus lippitudines optime curat.Est & aliud satyrium erythraicum,quod assimilatur semini lini:uastius quidem est,& leue,& splendidum.cuius radicis cortex tenuis est,& rubens:ipsa penitus alba,& dulcis.Tertium quidem satyrium aliqui herbam basilicam appellant:cuius folia sunt priori satyrio similia,sed grauiora, & leuiora,punctis asperis, nigrioribus:radix eius, pedis ursi habens similitudinem:flore aureo uel croceo, & si cum aqua uel uino fuerit trita,croceatum efficit colorem:uires habet excalfactorias:& aduersus uenena facientes, quam herbā siquis secum habuerit,ab omni genere serpentum erit securus.

De sisario.

Sisarium notum est omnibus:& huius radix uires habet diureticas.

De scolopendria.

Scolopendria similis est scolopendriæ animali:in petris humidis nascitur,nec florem habet.folia ipsius in superficie uiridia sunt,sed rufa & limosa,cum aceto potata splenem curat: & extrinsecus cum ui

C no posita iuuat:& calculos expellit.uires habet diureticas.

De scopa regia.

Scopa regia facile est nota omnibus,& habet radicem tenuem, & oblongam,& uirgulas oblongas, & folia ex interuallo assimilia lactucæ, sed fixiora & fortiora. Vires autem habet & ipsa acres, & diureticas.

De sinopide.

Sinopis optima est,quæ in Lemno insula inuenitur.& huius ipsius,quæ sphragis appellatur. In terris autem sinopis in quibusdam spelæis colligitur:& caprino sanguine in modum fermenti subigitur, & in pastillos redigitur:adhuc optima sinopis dicitur cuiuscunque loci erit, si bene fuerit cocta,quæ est rubicundissima,& spissa,grauis,per omnia eodem colore,& sine lapillis,quæ ex una mica plurimum humoris in similitudine sanguinis inficit.Vires habet efficaciter stringentes.

De sio.

Sium semen est,quod maxime de assyria defertur,fusculum,oblongum, acre, & uiscide excalfactorium:propter quod ad inflationes,& rosiones stomachi,& choleræ proprie facit.

DE TRAGACANTHA.

D Tragacantha est lachryma herbæ lignosæ & spinosæ,cuius radix incisa hanc ipsam lachrymam emittit:quæ aliquatenus siccata,prius tamen quàm indurescat,cultello in tenues laminas secatur. est ergo optima tragacantha,quæ mundissima,candidissima,tenuis,lucens,recens,& subdulcis.uires autem habet quales sarcocolla, & aliquatenus efficaciores.magis enim stringit, plus & lachrymam reprimit.

De thure.

Thus lachryma est arboris,quæ in Arabia,& in India nascitur, quæ græce libanus dicitur. Quod ergo de Arabiæ arbore manat,candidius est:quod de India,subrufum. Verum utrunque masculum appellatur. Est & tertium minutum ualde & rufum,de quo maxime manna conficitur. Erit ergo optimum thus,quod masculum diximus,subrufum,rotundum,& naturaliter lene,fragile,& si pinsatur, in miculas minutas,& ut sabulum dissipatur:& quod ad ignem cito accenditur,odorem suauem, & copiosum emittit. Vires autem habet leniter excalfacientes.Sed adulteratur resina pityina,& gummi,& thure cō mistis:& fit in speciem synceri thuris fortis. Itidem & manna adulterant aliqui, læuigata resina pityina, uel farina, & cortice thuris, & cortice nuclei pinei. Sed deprehenduntur ita. Thus enim quod resinam, uel gummi habet, si masticetur, fit quasi mastiche, & ad ignem non cito accenditur, nec talem odorem habet. Similiter & manna, & cortex,si syncera non sint,tardius & fumosius incenduntur.

De tithymallo. E

Tithymallum fere tot habet uocabula, quot & species, sed nõ refert. eadem autem omnium uis est. Colligitur ergo & quasi lachryma, & quasi succus: quasi lachryma sic. Singulæ uirgulæ prope ipsa capitella franguntur: & sic lachryma ueluti colum quod manar, in conchulas quasi opium colligitur & siccatur. similirer & hoc est* uiridissimum. Succus deinde ab ipsis folijs contusis & expressis excipitur. & eadem ratione siccatur: & est infirmior. Verum eadem facere tithymallum potest, quæ & elaterium facere diximus: & extra quasi psilothrum pilos tollit, & si incidat cutẽ, quasi causticũ urit, maxime quando est recens, & dum colligitur.

* al. ualidissimum.

De thapsia.

Thapsia succus est herbæ eiusdem uocabuli: quæ folia habet similia fœniculo, sed rectiora & uastiora: thyrsulum quasi ferula, florem uiolaceum, semen latum: radicem albam, & uastam, quam qui uolet effodere, succum illius exprimere, prius corporis sui quicquid erit nudum, ceroto liquido perungere debebir: sin minus, inflationes & pustulas circa faciem, & manus patietur. Exprimitur ergo succus thapsiæ lota ipsa radice, & in pila contusa, & sic organo pressa. qui succus in mortario læuigatur, & in sole siccarur. aliqui & folia cum radice iungunt, & nimium tundunt, & exprimũt, quod est inertius. Alij autem, quod est optimum, & uiscidissimum ipsam radicem refossa terra nudanr: ita tamen quòd una in F terra maneat, & sic eam cum ferula sua acuto scalpello incidunt, & ueluti scarificant, & lachrymã quæ manat, colligunt. Vires autem habet thapsia acerrimas, & in modum ignis causticas. prodest tamen longinquis uitijs, illa ratione, qua & sinapismus.

De thymo.

Thymus herbula est humilis, & ramosa, & ramulis duris, & lignosis: quæ folia habet pusilla, & angusta, & oblonga, & subalbida: in summo capitula in speciem formicarum in se implicitarum, & concurrentium. Vires habet acres, & excalfactorias, & stringentes: propter quod omnibus uitijs stomachi, & thoracis aptissimum est.

De thlaspi.

Thlaspi herbula est, quæ folia habet magnitudine digiti: thyrsulum subalbidum, tenuem, & oblongum: semen assimile cartamo, & quasi patulum & dilatatum. Vires quoque habet acres, & relaxantes, & ueluti mordentes. unde asperitudines oculorum, & cicatrices extenuat: & potatum, uentrem sursum & deorsum purgat cum oleo læuigatum: punctiones, frigora, & horrores in accessione discutit.

De trifolio.

Trifolium herba est omnibus nota. Huius igitur folia & pota, & pro fomento imposita, uiperæ mor G sus remediant. Item semen illius in emplastrum mittitur: & radix in antidota. utraque ad uenenosorum serpentum morsus facientia.

DE VERATRO VEL ELLEBORO.

Veratrum radiculę herbæ sunt eiusdem uocabuli, exalbidæ, & oblongæ: & ab uno capitulo copiosæ, & directæ, & quæ per ætatem maiores quidem quàm poti i capitula, sed non dissimiles, quarum optimæ sunr, quæ aspectu unctulæ uidentur, & non rugosæ: & quæ medullam tenuem habent, & gustu magis excalfaciunt: & uomitum prouocant, tale nãq; est ereticum. nam gallicum multum est inertius. uerum omne ueratrum est uiscidissimum medicamentum: & fortissimum purgatorium in tantum, ut uenenosum esse dicatur. est & aliud ueratrum nigrum, quod magis purgat, aliqui secundum ambo purgant ueratra, & elleborum dicunt.

De uisco.

Viscum succus herbæ est, quæ de ramis arborum excrescit, quæ herba habet fructum rotundum in specie uuæ, pallidiusculum, qui fructus tunditur, & commodatur ad aquam frigidam copiosius, & diligenter, usquequo nihil asperum de cortice eius fructiculus habeat. sic enim euadit glutinosissimũ, alij quoque in aqua coquunt, et eadem diligenria expurgant. uerum optimum est, quod in quercu arbore H crescit, & quod est mundum, subuiride, purum, & quod si extendatur non rumpitur, sed in specie membranæ extenuatur. Vires habet acres, & quæ duricies remollire possunt.

De uiola.

Viola species habet tres. est enim alba, & purpurea, & aureo colore, floresque de radice eius excrescunr, quibus melior habetur, quæ est purpurea. Verum omnes uiscide relaxant, sicut & urinam prouocant aliquando: & semen illarum partum expellit, & lumbricos occidit: odorem uero habens est flos ipse suauem.

De urtica.

Vrtica est omnibus nota. & est calefactoria ualde. quapropter attrita, cum oleo uel axungia inuncta, contra frigus facir. Item potata cum uino, morbum regium emendat. & antidotis, quæ colicis quidem sunt propria, admiscetur. Item trita cum melle singula cochlearia diurno potui data, tumorem uentris, uel frigus ex pulmonibus conceptum sedat. & calore suo omnes humores dissoluit.

De uella.

Vella herba est folijs quidẽ minor quàm eruca, sed non dissimilis. flore uiolaceo. semen habet uelut

A in folliculis oblongis,ordinis stipati,prout nasturtij.& gustu calefactoria est, submordens, & uiribus
relaxans.unde ad tussem ueterem,& ad regium morbum cum melle optime facit.

De uetonica.

Vetonica herba est quæ radices habet aliquatenus crassitudine digiti.& ramulos lõgos, quadratos.
folia quasi quercus,suauiter olentia.florem purpureum.semen circa ramulos in circuitu, in mõdũ spi-
cæ,nigrum.nascitur in pratis & montibus.uires habet leniter acres & diureticas.

De uite.

Vitis est quam omnes nouerunt,ex cuius fructu uinum exprimitur.huius igitur folia uiridia in fron
tem frequenter exposita & immutata,oculis ex rheumate dolentibus prosunt, eo ꝙ stipticum & auste
rum habent.Botrus uero eius maturus calidus est.infundit & procurat uentrem,& maxime si albus sit.
passa autem uua ardorem facit,& uentrem procurat.immaturus uero botrus uuæ,frigidus est, & uen-
trem stringit.unde & dysentericis facit.

De uino.

Vinum omne calidum est.uires atque motum corpori præstat,eo quòd calefacit,& resumit, & refi-
cit omnia membra quæ ex frigore & dolore constricta tenentur. Vinum & oleum si calidum ex unguẽ
B to ponatur,oportet diu perfricare quousque totum corpus illud perbibat.similiter & ijs quæ in hume-
ris dolore tenentur. Vinum recens, calidum minus est uetusto.& uentrem procurat. Vinum albũ, diu-
reticum est,& toti corpori aptum. Vinum nigrum & dulce,sanguinem nutrit.& oculis contrarium est.
& capitis uertiginem id est scotosim,& corpori grauitudinem, & stomacho turbationem, & somnos
graues infert. Vinum,maxime si cum modica aqua bibatur,saluti corporis prodest, eo quòd nutrit, &
custodire potest sanitatem.Primo quod album est,magnum remedium corpori facit. unde & de ipsa
aqua ratio est reddenda. Omnis uirtus aquæ frigida est,& dulcis,& humida.& febribus acutis aliquo-
ties facit. uulneribus cancrosis si sola adhibeatur perniciem infert.quia omne uulnus in corpore dul-
ce esse uidetur.& tunc gaudet cancer & crescit dum sibi consentiens & amplius nutriens incrementũ
acceperit.nam cum melle & aqua iuncta,aut ex lixiuia cancer semper lauari præcipitur, aut cum uino
& melle simul. Vinum autem acetum factum,incipit frigidum esse & stypticum. & non nutrit. sed ma
gis compescit. Fiunt namque de uino diuersis modis proportiones corporibus aptæ.unde mel & uinũ
solum uentrem procurat & calefacit.piper uero adiunctum.i.conditum plus calefacit & siccat. simili-
ter & urinam deducit,& corroborat stomachum.maxime si crocum modice admiscetur.& infundit.&
uentrem procurat.Sambucatum similiter,& masticatum,uentrem procurat.et cholerã rubram tempe
C rat.Rosatum infrigidat.& urinam & uẽtrem procurat.Absinthinum,uentrem et cholerã emũdat.Vio-
laceum,urinam prouocat.plus stomachum corroborat.et lumbricos excludit.

De xylobalsamo.

Xylobalsamum ramuli sunt arboris quæ balsamus dicitur,tenues,exalbidi,suauiter olentes, gustu
& uiribus acres,et calefactorij,et relaxantes.

De xylocinnamo.

Xylocinnamum est assimile aspectu cinnami,sed crassius,et longius,et quodammodo lignosum.sed
uiribus et odore infirmius.et ad eadem sumitur,et eadem præstat.

De iride.

Iris ad similitudinem iridis quam in cælo uidemus dicitur,& hinc cognominatur. quomodo enim
illa plures & dissimiles habet colores,sic hæc & uarios & differentes mittit flores. Aliqui enim sunt
albi.aliqui cœrulei.& aliqui purpurei. Verum folia habet similia gladiolo,sed maiora,& latiora,& pin
guiora.Ramulos quoque,& ipsas similiter radices nodosas,duras, suauiter olentes in modum uiolæ:
quarum optima est iris illyrica & macedonica,est enim spissa,& breuis,& non calida,fragilis,& subru
fa,odore suauissima,& gustu linguam uiscide excalfacit.& dum tunditur sternutare facit.ab istis africa
D na laudatur,quæ colore est candidior,& gustu amara. Si uero tempore relinquantur & quasi senescãt,
fiunt quasi uermiculosæ,sed odore suauiores.possunt quidem excalefacere suauiter. & uulnera conca-
ua late replere.

De hyosciamo.

Hyoscyamus est quem aliqui latriculi dicunt.herba omnibus nota.quæ species habet tres.est.n.quę
semen & florem album habet.quæ utrunque nigrũ.quæque uehementius uelut purpureum maxime.
quod eligimus:quod quidem folijs & cauliculis non multum uires habet refrigerantes,& stringẽtes,
& marcorẽ facientes. quapropter succus ex folijs & cauliculis dum adhuc sunt uirides exprimitur &
siccatur.& similiter ut opium in antidotis & collyrijs mittitur.et eodem modo omnem dolorem com
pescit. Aliqui uero eum interficere dicunt si bibatur,et esse uenenosum.

De œsypo.

Oesypus est quasi sordes et succus lanarum succidarum.qui hac ratione colligitur. Lanas succidas
sordidissimas et iam mox detonsas mittimus in uase quod habeat calidam aquam.et aquam succendi-
mus ut aliquantulum ferueat.deinde refrigeramus.et quod supernatat in modum pinguaminis, abra-
dimus manu,et in uase stanneo absternimus.et sic ipsum uas aqua pluuiali implemus. et opertũ tenui
linteo in sole ponimus.et rursus delimpidamus.et tunc œsypum reponimus. Vires enim habet cum

aliqua acrimonia mollientes & relaxantes. Sed adulteratur ex pinguedine & ceroto molli. Sed statim E
deprehenditur, eo quòd syncerus œsypus reseruat succidum lanæ. & si manibus fricetur, in similitudi
nem cerusæ efficitur.

De hyssopo herba.

Hyssopum herba est. est uero erraticum & hortulanum. Verum omne hyssopum facile notū est.
& habet uires acres & calefactorias. unde tussientibus & suspiriosis prodest, & lumbricos expellit.

De hypocisthide.

Hypocisthis herba est, quæ nascitur subrufa. huius succus exprimitur, & reponitur, nō dissimilis aca
ciæ. sed mollior tactu, & effectu uiscidior. stringit enim uehementissime. unde uentris profluuium, &
sanguinis abundantiam reprimit, & sine mora præbet effectum.

De hyperico.

Hypericum herba est, quæ ramulos habet plures, tenues & oblongos, colore subrufo. folia simi-
lia rutæ, florem tenuem, & aureo colore. uel est similis uiolæ. semen nigrum, in forma hordei. Vires ha
bet acriter stringentes, potatumque ischiadicos emendat. & urinam prouocat. uentrem stringit. & pro
fomento posita, combusta sanat.

De hyacintho. F

Hyacinthus thyrsulum habet leuem. florem purpureum. folia & radices quasi bulbi. tota herba ui-
ribus & effectu styptica est ualde.

Epilogus.

Hæc sunt frater charissime Paterniane quæ memoriæ nostræ subuenire potuerūt. & quæ partim ipsi
probauimus, & quæ experti sumus, & apud antiquos & receptissimos auctores medicinæ inuenimus.
Nunc pro tua examinantissima diligentia curabis omnia examinare, & etiam singulas res cum sua scri
ptura comparare, ideo, ut siquis post auctorum lectiones ad hanc fuerit conuersus scripturam, in nul
lo possit reprobus inueniri.

GALENO ASCITVS LIBER DE CATHARTICIS.

CENSVRA.

Liber corruptus, & adhibitis ueris libris cum iudicio legendus.

QVONIAM cognouimus qualiter Hippocrates de augmento humorum locu-
tus est, nunc demum introduco medicum, qui de uirtute catharticorum locu
tus est, ut prædictos humores possit examinare: & expellere, quæ nocua sunt
corpori: primum considerando quo modo Erasistratus Homeri uersus canta
bat, & Hippocratis libros amore medicinæ per diuersas ciuitates, prouin-
cias, & singulas regiones proficiscens, experimento cognoscitur collegisse:
& artificiose uitam, & theoremata consummasse. & quo modo ordinando no
bis medicinam derelictā, uoluisset perquirere ut posteris traderet. His omis-
sis oportet nos commoderari ordinem disciplinæ: ut hi qui post nos huiusmodi artis fuerint recto-
res, correctius teneant ea, quæ ab eodem uidentur esse composita. Fuit igitur solicitudo non tantum
mihi, sed etiam multis desiderantibus gloriā, ut de catharticis scriptis aliqua traderent, & propter se-
nectutis obliuionem thesaurizarēt sequentibus, purgationumque genera & uirtutes, & usus eorum di H
ligenti solicitudine traderent. Dicendum est ergo in primis de catharticis uirtute, & officio eius. Ait
Hippocrates, Graciles, & facile uomentes sursum purgare conuenit, uitantes hyemem. difficile autem
& medie crassos deorsum, æstatem uitantes. Melancholicum ergo humorem deorsum purgare eadem
ratione contraria apponentes: transitoriam uitam opponentes mihi: quia multum laborauit ad expli-
candum artem medicinæ: sed de catharticis tacuit, & nihil inde exposuit. nam si salutare esse conspice
ret, utique de his nequaquam reticeret, quod ille se fecisse commemorat: sed eius bibliothecam Ro-
mæ arsisse cognouimus. & librum ipsum ibi crematum non dubitamus: pro qua re liber de catharticis
ab eo scriptus non inuenitur, quem uobis scriptum tradere conamur.

De generibus catharticorum.

Catharticorum uero genera tria esse scripserunt physici. Primum trahendi, Secundum euacuandi,
Tertium purgandi habet facultatem. Et ex his tribus definitionibus, Vna quidem est a loco, Altera a
quantitate, Tertia a qualitate. A loco quidem, declaratur locus ab eo, quod trahitur: quantitate, ex eo
quod euacuatur: qualitate, ab eo quod purgat. Hoc igitur modo disposito, quærendum est de significa-
tione trahentis. habet nanque genus tractionis, sicut a physicis dicitur contemplatiuam esse suam si-
militudinem cui comparari potest, sicut & euacuans, & purgans. Trahens uero simile est magneti lapi-
di ferrum

A di ferrū trahenti ad se. & sicut ceruus serpentē de cauernis naribus educit. Similiter purgatio a simili fit,& e cōtrario. A simili,quādo lacticinia mucos aquosos,& tenue phlegma purgant. A contrario, qñ colocynthis & elleborus phlegma purgat. Virtus nanque quæ ad se trahit,dicitur græce helctice: quæ aūt educit,epispastice uocatur. Attrahens adiutoriū fit,qñ sanguis de naribus fluit, & quando uentosæ hypochondrijs imponūtur. Nunc quidem iam diximus omnem detractionem,medicinæ esse calidę & humidæ,dicentes ꝙ dulcia sola,omnia secundum qualitatem suæ dulcedinis tanto plus calore participant,quanto dulciora fuerint.& quanto minus dulcia,tanto frigidiora. & ideo phlegma aquosum & magis tenue educit detractio.

De aloe.

Aloe igitur in se habet aliquid cathartici,sed humorū nō est purgatorium,sed stercus & cholerā purgat. quare falluntur qui dicunt aloen non esse amaram & stypticæ uirtutis. apta est ergo stomacho, & choleram de uentre & intestinis educit,& non de alio. Hęc ergo irritationem uentris,& depositionem per naturalem meatum facit. Bene ergo antiqui ad similitudinem cholerici de uentre uel intestinis humores esse purgandos dixerunt.& eos stercora esse diffinierunt.

De colocynthide,scammonia,epithymo,& elleboro.

B Colocynthis uero in tertio gradu est calida & sicca: scammonia autem in primo gradu ponitur. Nihil ergo erit admirandum,si aloe frigidæ & calidæ temperantiæ sit,& condensatoriæ, & extenuatoriæ. Veniamus igitur ad epithymum & elleborum. Ergo cathartica sunt,& melancholicum purgant humorē. nam calidæ & siccæ sunt temperantiæ. Intelligere iam debes ꝙ duplex est siccitas in eis, & una pars ignea.& extenuatoria sunt natura. frangendi nanque & incidēdi pinguem habent facultatem. etenim elleborus & epithymum tenui & calida natura consistunt. & frigidam & terrestrem habent substantiam, idest humorem purgant melancholicum.& a contratio medicinæ.

De catharticis purgantibus superiorem uentrem.

Quærendū est quæ qualitates medicaminū superiorē purgēt uētrē,& quæ inferiorē. Nā quæcūque medicaminū calidæ & siccæ & ignitæ substātiæ uel spiritus cōpositæ sunt,hæc per uomitū purgant uentrē. ex quibus primū est elleborus albus,& quæcūq; terrestri substātia participāt,inferiorē purgāt uentrē,ut sunt lepis,colocynthis,& elleborus niger. Et quæcūq; admista.i.aere spirituali & terrestri grauitate,hæc superiorē purgant uentrē & inferiorē. Et ꝙ colocynthis caput purget, experimēto testamur: quia lenis est,& lanuginosa,& tumentiua.& ideo purgat superiora.& si datur.ʒ.i.cum mulsa, ex capite purgat phlegma.& eadē ratione cetera cathartica perpenduntur: quæ a multis per longū tēpus inuēta

C sunt sapientibus. Nūc aūt,quia de catharticis & purgatorijs disputate statuimus,in primis quæ purgāt cholerā rubrā quærendū est. Ergo purgat cholerā scāmonia,agaricum, aloe,succus herbæ heliotropij. Phlegma educit coccus cnidius,lathyris,euphorbiū,colocynthis,elleborus albus. Nigrā uero cholerā purgat epithymū,polypodiū,niger elleborus,& prasij succus. Sāguinē educit porri succus,malua agrestis,herba mercurialis,liliphagus. Et hoc ad exēplū proposuimus,ut quis amator bonorū operū,qui ad hæc arcana desiderauerit accedere,ex his quę proposita sunt,cetera doceat cognoscere. Mihi autē tempus est ad alias passiones trāsire.i.locales:& per singula loca cathartici operationes exponere. Oculis nanq; adhibēda sunt purgatoria medicamina,& auribus,& naribus. Cathartica aūt lateri,thoraci, uentri superiori,& intestinis superioribus,hepati & simæ eius parti,& spleni. Ceterum oculi purgātur per lachrymas,per nares,per mucos: Os,per phlegma & saliuā: Mamillæ,per lac: Thorax, per tussim & sputū: De stomacho uero educuntur cibus,& phlegma.& oēs humores,& cibi indigesti,& lumbrici rotūdi: Ex hepate & simo eius,humores per uentrē educēdi sunt: ex gibbo aūt,per urinam De splene uero, humor melancholicus,& sanguis fæculētus. De renibus,sanguinis superfluitas,& lapidū imminēs periculum: Ex matrice,sanguinis ichores: De uesica,urina: Ex maioribus intestinis, scybala, & lumbrici lati: De extremo intestino,ascarides: De cute,corporis pediculi,& lendes,& sudores. Sed & sanguinis

D fluxū ex matrice factum uentosa in mamillis posita restringit:& phlebotomia in contraria parte facta. Et sæpius irrationabiles impetus sanguinis,ligatis coxis retinemus, & qui fiunt ex naribus. purgare autem uolētibus,per phlebotomiā adhibendū est adiutoriū. Et considerandum est quantum sit materia in purgādis. sed hæc purgatio catharticorū * purgationi compaginatur, & compatitur quid modice,sicut herculeus lapis ferrum ad se trahit,& electum fricatū paleas,& ceruus spiritu suo serpentem de cauernis,& serpens spiritu suo mures ad se trahit. Sed reuertamur ad propositum, & ostendamus non solū cōpatientes rationes extrahere,sed ipsa utiq; medicamēta de capite,& thorace, & pulmone, & hepate,& stomacho,et renibus,et uesica,et arteria,et neruis quæ optima sunt,extrahunt. et si quis se approximauerit naturæ cogitando,uidebit nō solū propriā in humoribus habere uirtutē proposita medicamenta: sed in partibus membrorum corporis prædictum ministeriū medicamentorū faciunt uirtutes. Quidam autem nos culpantes directo extenso supercilio,directi sunt ad fallaciam,ut dicant cathartica experimenta longa esse ab experimēto. Etenim naturalē cognitionē admittētes facti sunt hæretici male intelligendo,et non discernentes uirtutē et naturā splenis,et renum operationes, confitentur utiq; dicentes ꝙ esset talis materia medicaminū quæ has possit habere uirtutes. Si autem uerum est, sicut uerum constat esse,ut aliqua expedientia credantur esse localia medicamenta,in hepatis passiones festinanter adhibenda sunt adiutoria,et naribus similiter, et in collo,et in intestino,et uesica, et splene

* ul. tractioni.

quod

quod ad hoc fuerit utile,neque medicamen ad patientes locos adhiberi poteſt. ſed æqualiter ſingula E
ſuũ præbere beneficiũ.Ex quibus manifeſtũ eſt quæ ſunt medicamẽta ad humores uel ad corporis mẽ
bra expedientia.Nã ſi non eſt admirandũ,ꝙ alia ſunt coprotica.i.tantũ ſtercora mouẽtia.alia hydrogo
ga.i.humores liquidos & tenues & aquoſos educentia,ſpiſſos humores nõ deponẽtia:alia uero chole
rã rubram:alia aũt nigrã:alia phlegma:alia ſanguinẽ ſunt deponẽtia.& cũ alia caput purgent,alia tho-
racem,alia pulmonem,alia hepar,alia ſplenem.quædam etiam in uentrem purgent humores,quædam
renes,quædam ueſicam,quædam matrices,quædam inteſtina tenuia,& arterias, & neruos, & muſcu-
los.& quæ horum omnia ſunt purgatoria,diuerſas habent uirtutes: diſce ſi potes ſpecies eorum quæ
experta ſunt ad purgandum ſuperiorem uentrem,& eorum quæ ad inferiorem.

De ſimplicibus medicinis.

Volo igitur dicere de ſimplicibus medicamentis,quæ Græci hapla uocant.Ergo colocynthis caput
purgat,& phlegma.Scammonia autẽ,corpus ſuperius & inferius,& caput, & phlegma cum cholera.
quia natura eius calida & ſicca tenuem habet ſubſtantiã,generãs tractoriã uirtutẽ. Siquis igitur ſimpli
cia medicamenta ſcire deſiderat,requirat,& inueniet uirtutem ſuã in primo gradu eſſe calidã, & acu-
tiſſimam ad purgandum.Lathyris e contra purgatoria eſt phlegmatici humoris: ſemẽ eius, moderate
in guſtu eſt dulce,& dictũ eſt dulcia mediocriter eſſe frigida. *Oculorum cenotica, quæ ex oculis lachrymas* F
educunt. Oleum amygdalinum,nucinum,& laurinum,& anethinum, opobalſamum, centaurea, ſuc-
cus rutæ, ſuccus chelidoniæ,cepæ,caſtorium,calcanthũ,ſtypteria,ſinapis, ammoniacum, mel, crocus,
& alia plurima.ſicut in dynamidijs diximus,oportet prius per catharticũ corpus purgare. *Aurium ce-
notica.* Aures purgat mel,uinum,oleum nucinum,& amygdalinum,cepæ ſuccus cum adipe plurimo,
aphronitrum cum melle & aceto,hydromeli & acetum,nitrum miſtũ cum uino,oleum roſeum, ſuccus
betæ. *Narium cenotica.* Purgat enim nares ſuccus betæ,cepæ,elaterium,piper nigrum,ſinapi, pyre-
thrum,hyſſopus,thymus,elleborus albus,ſtruthium,euphorbium,cardamomum.Purgat caput per os
ſtaphiſagria,piper,ſinapi,pyrethrũ,hyſſopus,thymus,& alia plurima,quæ in dynamidijs ſcripta ſunt,
& gargariſmata.Lac in mamillis reuocat ptiſana,ſemen fœniculi.

De purgantibus pulmonem & thoracem.

Pulmonis & thoracis cenotica. Purgant pulmonem & præcordia daucus,papauer nigrum,ſemen lini,
thymus,aniſum,piper,coſtus,ſulfur,ſcilla,amygdalæ,iris, mel,orobus,praſium,capita porri,& alia plu
rima,quæ in dynamidijs poſſunt reperiri.Eſt autem confectio ad purgandum experta. Styracis, tere-
bynthinæ,ſandarachæ,maſtiches, medullæ ceruinæ ana. ʒ.i.Iuuat ſtomachicos,pleureticos,phthiſicos
& omnem tuſſem. *Superiorum uentris cenotica.* Vomitum facit cedri cordex cum oxymelite. Sinapi G
cum mulſa,elleborus albus,ireos puluis cum mulſa. *Inteſtinorum tenuium cenotica.* Purgat nanque in
inteſtinis crudos humores,& indigeſtibiles cibos,& lumbricos rotundos excludit ſemen tithymalli,
& opos eius cum caricis,aut cũ dactylis comeſtus,iris,herba mercurialis,thymi decoctio, aloe,abſin-
thium,abrotanum,& alia quæ in alijs commemorauimus. *Hepatis ſimorum cenotica.* Purgat ea poly
podium,lathyris,canubea cum abſinthio & lupinorum apozemate. *Hepatis gibborum cenotica.* Pur-
gat nardus celtica,ſquinanthum,agaricum,gentiana,abſinthium,peucedanum, opobalſamũ, myrtus.
Splenis cenotica. Purgat ſplenem elleborus niger,epithymum,polypodium,agaricũ, capparis cortex,
ſcolopendria. *Renum cenotica.* Purgat renes apij ſemen, fœniculi ſemen,daucus, aſarus, ſquinan-
thum,ſanguis hircinus,graminis decoctio. *Matricis cenotica.* Sanguinem educit peſſariũ cinnamo-
mi,ſabina,calamus aromaticus,abſinthij decoctio,artemiſia,dictamnũ,elleborus niger, ſicut in dyna-
midijs continetur.

De prouocantibus menſtrua.

Per impoſitiones prouocant menſtrua calamus aromaticus,caſtorium,lupinorum decoctio,ruta,pi
per,melanthium,balſamum,pæonia,artemiſia,dictamnum,lapathij radicum decoctio. *Veſicæ cenotica.*
Euacuant & purgant ueſicam aſarum,apozema acori,amygdalæ amaræ,abſinthium ponticum, ſemen H
balſami,bryonia,pæonia,ſemen liquiritiæ,pulegium,dictamnum, dracontij radices. *Renum & ueſicæ
lapidis cenotica.* Lapides frangit cardamomum,oleum amygdalinum,bdelliũ,ſemen fœniculi,amygda
læ amaræ, lapathij radicum decoctio, lini ſemen,ſaxifraga,electrum.i.ſuccinum,ſanguis hircorum,ſe-
men olerisatri. *Scybalorum cenotica.* Scybala euacuant mel,ſal,fœnigræci decoctio,maluæ decoctio.
Ventris cenotica. Aloem & ſalem cum melle coquas,& ſubijce. *Aliud mirabile medicamen.* Mirtæ † ce † al. myrrhæ.
parum ſucci ana. ʒ.i.mellis. ʒ.ij.In truliones coquas,& ſubijcies ut paſtillos. *Sudoris cenotica.* Sudo-
rem educunt uinum cum oleo irino,& oleum chamæmelinum,& anethinum,& ſiconium,& alia. Per
os data hæc prouocant ſudorem,ſtaphiſagria,pulegium, ſiſymbrium,artemiſia,coſtus,libanotides,ca-
ſia,cinnamomum,agaricum.Quæ per ſuffumigationem ſudorem mouent,ſunt caſtorium cũ pulegio:
ſemen balſami,bdellium. *Quæ pruritum mouent.* Sunt porrum,allium, caulis, aſparagus, paſtinaca,
ruta, cardamomum,raphanus,omnia ſalſamenta.Et hæc de ſimplicibus,quæ per longa tempora colli-
gere potui,habeas experta.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE VIRTVTE CENTAVREAE.

CENSVRA.

Liber qui licet Galeni non sit, pleraque tamen, quæ in eo continentur, ratione non carent.

De intentione eius in hoc libro. Cap. 1.

EGo vidi frater mi Papia, sicut Themistius famosus magister narrabat de arnoglossa: quod re uera incredibilia existimantur esse quæcunque de cētaurea uolo narrare: ita multas & difficiles passiones curat. Sed si non credideris B mihi, & probare uolueris, quā uirtutē habet, non decredes: sed miraberis de eius succo, sicut de nullo alio pharmacorum. Nihil. n. est prope dixerim inuenire euidentius, & ad multa utilius cētaurea. Fortassis aūt non erit iniustū, illis qui liberaliter eius experientiā ostenderunt, præbere grates. Sic. n. a certa notitia uteris hoc pharmaco, cogitans ꝙ non sunt solūmodo pronunciationes ea, quæ dicuntur, cum sint iam ad actum producta. Apollonius igitur senex unus uirorum, qui ualde erant approbati in Roma, cuius magister fuit expertus Medicus, utebatur hoc pharmaco in multis aduersitatibus: & per Deum miratus sum de ipso in circumambulatione. plurimum. n. propter hoc circumambulabam cum ipso: cumq; quendam morsum a cane rabido curaret præsente me, & deridente, & dicente nunc non habes uti centaurea, conuersus ad famulum, ait da mihi pyxidem: cumq; dedisset ei, nidens eum de pyxide accipientem de pharmaco: primo quidem putabam & ipsum deridere. erat. n. maxime simplex homo. postquam autem uidi curam facere de ipsa, multum miratus fui de succo: & exinde diligens inquisitor factus sum de ipsa, ut dicta antiquorum percurrerem: & eorum, qui secundum nos plurimos medicorum interrogarem de ipsa si aliquod nouum haberent dicere. nihil minus omnia aggregans, iudicaui scribere tibi de ipsa: ut nihil tibi deficeret eorum, quæ a nobis cognita C sunt. Hæc quidem in tantum dicta sint.

De speciebus centaureæ, & notificatione earum. Cap. 2.

CEntaureæ autem sunt species duæ: & secūdum ueritatem ita est, ut Crateas dicit in tertio libro eorum, quæ eradicantur. Vna quarum folia habet sicut lapathium hortulanum, minora tamen. in circuitu autem sunt scissa sicut serra. caulem autem habet sicut trium palmorum: opum uero habet rubrum: in summitate uero eius caput laminiginosum cācro marino simile. radicem autem habet solidā, & crassam. Et est in gustu dulcis & subacris. nascitur uero in locis altis, & aliquando in planitie, & in locis, quæ aspiciuntur a Sole. hæc quidem centaurea solida dicitur. Altera uero, subtilis centaurea dicitur. nominatur autem ab aliquibus limnesia. Magna igitur centaurea fructuosa est, & in pratis nascens. Parua uero est unius palmi, ramos habens paruos, & flores paruos, radicem uero omnino subtilissimam & debilem, & in gustu est amara sicut absinthium. nascitur autem maxime in locis stagnosis & paludosis.

De modo succationis. seu extractionis, & conseruationis succi centaureæ. Cap. 3.

Est autem sermo hic de ultima. Succatur autem sicut & alia quæ prædicta est, modo tali. Lebes pro D ponitur magnus, sicut quando fit hepsema. i. uinum coctum. & ponitur centaurea minor, ut plurimum tempore quo uigent oporæ. & aqua superinfunditur tanta, quanta sufficit continere herbam. & tunc supponitur ignis, & coquitur herba sufficienter. demum postquam bene cocta fuerit, ut uirtus tota sit emissa in aqua, aufertur cētaurea, & exprimitur. & mensuratur decoctio. & tertia pars hepsematis. i. uini cocti superinfunditur ei. & coquitur quousque habeat spissitudinem mellis. Ego autem, sicut prædictus senex, coxi eam in lebete, & auferens & exprimens incisi eam. & iterum coxi in aqua. deinde exprimens & colans mensuraui. & iunxi uini dulcis decocti optimi tertiam partem. & coxi quousque habuit consistentiam, & feci ualde fortiorem huiusmodi confectionem. & ille senex laudauit. fit autem & absque aqua huiusmodi herba incisa & expressa. Et fit etiam de flore eius succus, inciso eo & expresso, & confert in ophthalmijs. Oportet uero attendere in decoctione ne induretur. post hoc autem dimitte infrigidari. & repone in uase. & obtura diligenter.

De natura succi centaureæ, & eius conseruatione, & utilitate. Cap. 4.

Est autem huius succus, ut sensibiliter est dicere, stypticus, & siccatiuus, & calefactiuus, cum uirtute immanifesta operans, quam non est possibile exponere uerbo, neque ad excogitationem, uenire, ita est utilis ad multa.

Ad passiones capitis.

Confert enim dolori capitis qui fit propter multam adustionem Solis, uel uini meri potationem, quando permiscetur cum aceto & ungitur. Confert etiam ad sudores capitis, permistus cum uino, & unctus abraso capite. Iuuat etiam ulcuscula quæ fiunt in capite spissa & parua & rubicunda paruis papillis similia: & phygethla spissa & parua & rubicunda: permistus cum aqua & unctus abraso capite. Confert etiam ad furfures cum aceto, abraso & prælauato capite cum aqua salsa.

Ad passiones oculorum.

Confert etiam ad cancros oculorum asperatos, & ad pruritum oculorum, & cicatrices albas. & ca ligines, & sycoses, & communiter ad omnes antiquas dispositiones oculorum. Mitigat etiam phlegmonas oculorum & dolores, quando ungitur desuper. & rubicundos & sanguinosos oculos sine phlegmone, si ungatur cum aqua. & similiter approximata cum aqua curat hordeolum.

Ad passiones aurium.

Mitigat etiam aures phlegmone laborantes & dolentes, si apponatur in quantitate lentis cum aqua rosata uel uino. Sanat etiam ulcera quæ sunt in auribus, cum uino. Et etiam confert auribus sanie manantibus, & humidis, & fœtidis, si cum uino austero colluantur, & postea cum uino solo. Confert etiam ad sonitus aurium, permista cum aceto & infusa: & ad difficultatem auditus cum succo raphanidis. Iuuat etiam ad pulices, & cimices. & consequenter ad omnia alia, quæ ingrediuntur ad porum auditus, cum aceto permista. proprie uero ad cimices cum oleo. Mitigat etiam phlegmonas, quæ fiunt in poro auditus in superficie, & rubores, & quassationes aurium, cum uino.

Ad passiones narium.

Confert etiam ad narium ulcerationes, & putredines, & fœtores, cum aceto. & sistit fluxum sanguinis narium cum aceto permista, & cum lixiuio posita. Iuuat etiam fracturas narium, ungendo narem quæ paritur, ab intra & ad extra.

Ad passiones oris & partium eius.

Confert etiam ulcerationi oris, si ungatur cum aqua, & alcolis tam albis quàm nigris, in pueris quidem cum aqua, in perfectis uero cum uino austero colluta. Confert autem putredinibus oris, & depascentijs malignis, si colluatur cum uino, & ungatur. Iuuat etiam os humidum & fœtidum, si colluatur cum aceto. Prodest etiam scissuræ labiorum: & gingiuis diu sanguinolentis, & tumidis & phlegmone laborantibus, & ulceratis, & corrosis: & etiam eis quæ pungunt in productione dentium, si colluatur cum uino, & ungatur. Confert etiam ad parulidas & epulidas, quæ sunt tumores gingiuarum, et paristhmia phlegmone conflictantia: et communiter ad palatum, et radicem linguæ cum aqua generose. Iuuat etiam synanchicos, si ungatur cum aqua. et similiter confert ad escharas paristhmiorum, aliquando quidem cum aqua, aliquando autem cum melle. Curat etiam cionida seu uuulā dislocatam, uel relaxatam, uel phlegmone affectam, cum aqua. Confert etiam post chirurgiam cionidi, si ungatur cum aqua hoc pharmacum.

Ad liuiditates oculorum.

Tollit etiam hypopya idest liuiditates, quæ fiunt in oculis, et alias liuiditates recentes oculorum, seu sanguinem mortuum, permista cum aqua et uncta, fascia super apposita.

Ad pudenda.

Competit etiam pudendorum & oschei ulceribus, uncta cum uino. confert etiam rhagadijs, & thymis, & phlegmonem patientibus pudendorum, uncta cum aqua. & annadibus pudendorum cum uino. Generose etiam operatur & in depascentijs & nigroribus qui circa pudendum, & in extremitate uirgæ, quæ dicitur glans. usus autem in his est diuersus. Accipitur enim de succo tantum, quantum est nux: & de uino cyathus unus uel duo, & feruent simul. & de hoc colluitur locus quolibet die. deinde superapponitur ab extra hydromeli. Non oportet autem pudendum trahere deorsum ut fluant liquores, sed apprehendatur cum ligaturis, sicut multi medicorum apprehendunt & ligant. ita enim ualde multos uidi curatos ab illo sene, & ego ipse curaui non paucos.

Ad anum.

Mitigat etiam sufficienter & phlegmonas ani cum uino, & ulcerationes eius cum aqua. & quassationes eius, uel depascentias, uel putredines, cum uino. Confert etiam exitui ani colluta cum aceto, demum uncta.

Ad vngues.

Confert etiam quassatis unguibus & apostematis, superligata fascia.

Ad sudores, erysipelata, & exflorationes.

Totum aūt corpus iuuat ad sudores, cū uino: & ad erysipelata cū uino: & ad exflorationes similiter.

Ad herpetem.

Sistit etiam herpetas depascentes seu ambulationes, cum aceto. eos autem qui non sunt depascentes, cum aqua. delet etiam impetigines, cum aceto.

Ad combustionem ignis.

Confert etiam combustis ab igne, cum uino. absque superligatione, absterso prius loco cum spongia infusa in uino.

A *Ad ulcera chronica.*

Confert etiam chronicis & antiquis ulceribus,uncta cum uino.in corrosis uero,cum aceto:& in putridis similiter.Vsus autem fuit Apollonius in gāgræna cum aqua.& circūcharaxauit locum, ut ipse dixit.ego enim non uidi,sed credidi huic uiro.multum enim erat ueridicus.

Ad plagas.

Maximum autem est hæc succositas pharmacum ad omnes plagas.Plagarum aūt aliæ sunt superficiales,& aliæ profundæ.at superficialium aliæ quidem sunt in diuisione sola,aliæ in quaslatione, aliæ in aposyrmate,aliæ uero usque quo emittitur os.ad hæc autē omnia excellens pharmacū est centaurea. quia uero diuersus est usus eius,redeo ad eum.In omnibus igitur superficialibus, ungitur cū aqua, uel ponitur in corio,& superapponitur loco,& ligatur cum fascia. In profundis uero,cū ellychnio cū melle,& superappositione fasciæ.qui modus etiam confert qn̄ fuerit scissio usq; ad ossa. Vidi.n.ego tertiā partem cutis capitis aposyrma pati:& curari illo modo per dies septem,& aliquando nouem, & aliqn̄ undecim.Habet autem proprietatem hoc pharmacum non colligēdi humiditates.Iuuat etiam per modum collyrij in plagis in quibus denudatum est os,& non est magna diuisio. Colligens enim tu labia uulneris,immitte pharmacum, & ad cōsolidatiouem ducet.& si suturam feceris,fasciam de panno uel
B corio pone in septem uel nouē uel quatuordecim diebus,& fomentes cū spongia.In sagittis autem,& aculeis,& calamis,oportet immittere hoc pharmacum superapposita fascia. In percussionibus uero gladij,sicut in duellantibus,ponatur in fascia de corio,fomentato loco prius cū spongia infusa in oxalme,idest aqua salsa,& aceto.& tunc utendo centaurea cum melle, dimittendo usque ad quatuor dies. Iuuat autē & in chirurgia,quando consolidare uoluerimus,posita in fascia. sicut in colobomatibus,& atheromatibus,& fauis,& adipiminibus,& scrophulis, uel aliquo tali,confert etiam & acrochordonibus,& similibus, unctis per fasciam. Consolidat etiam plenas plagas cum melle mista. Ego autem usus fui in cura duellionum hoc pharmaco, proijciens fascias & ligaturas:& utens hoc pharmaco solo usque ad consolidationem.

Ad apostemata incisa.

Summe etiam confert in apostematibus incisis paruis & multis diuisionibus,propter decorem, aut magnitudinem,uel loci inepritudinem.quando igitur utemur in apostematibus ut dictum est multis aut paruis incisionibus,tribus aut quatuor diebus exungentes cum aqua salsa & aceto,diligenter inungimus centauream cum melle.

Ad feras uenenosas.

C Confert etiam & in feris uenenosis interficientibus,& non interficientibus: in apum quidem & incisiuorum morsibus,uncta cum uino:in reliquorum uero sicut & hydri,& cerastæ,& aspidis,& araneæ, & scorpionis,& turturis marinæ,& mygales,& hāmodytæ,& amphisbænæ,& basilisci,& dryini aquatilis,& prasij,& scolopendræ,& ascalabotæ,& canis omnis,& proprie rabiosi,& leopardi, & crocodili,& similium.Vsus autem est diuersus.statim enim ꝙ plaga facta est uel mordificatio,scarificare oportet eum qui in circuitu est locum.& in ipso loco qui patitur facere unam diuisionem profundam. & sic mulgere & educere humorem.deinde in plaga superponere collyrium,& desuper fasciam de corio. & soluere per dies octo aut quatuordecim ad plurimum,& uino abstergere infuso in spongia.Aquam uero non oportet adducere.& maxime in morsis a cane.quinimmo abstinere oportet a balneo usque ad annum ex omni aqua.Vlcus autem in morsis a cane rabido custodimus inconsolidatum tempore multo,sicut multi medicorum faciunt.secundum ueritatem tamen permittendum est consolidari sicut & alia ulcera in proprijs temporibus. Ita enim & Apollonius curauit quendam genere gallicum, morsum a cane rabido,& ego curaui quendam iuuenem,dans bibendum pharmacum istud.& aliquādo ex superabundanti cum oxymelite.In omnibus autem quæ oedemare intumescunt,per excellentiam confert,si ungatur cum ouo.Mitigare.n.& replere natum est in omnibus extrinsecis.Tusses etiam mitiga-
D re uidi datum in fabæ magnitudine cum aqua.& stomachicis similiter cum aqua.Purgat etiam choleram cum melicrato.& soluit crassos & uiscosos humores, in quantitate auellanæ cum aqua.Iuuat etiā asthmaticos,& orthopnoicos,in quantitate auellanę datum cum oxymelite.Confert etiam ad ruptiones & uulsiones.& similiter curat spleniticos, in quantitate fabæ ægyptiacæ datum cum aqua. Iuuat etiam empyicos,in eadem magnitudine datum cum aqua.& hydropicos in eadem similiter. Confert etiam dysentericis in quibus requiritur stypticatio & retentio.Confert etiam in dysuria,in magnitudine fabæ ægyptiacæ bibita cum aqua.& in ischiadicis in quantitate auellanæ datum cum melicrato.operatur etiam in hydropicis,si inungantur cum uino, & bibatur cum aqua,uel hydromelite in quantitate modica.Iuuat etiam matricem,& orificium eius,quando phlegmone laborat,si inūgatur cum uino, & similiter ulcera eius.Si autem nigræ fiant,& putrefiant,uel sint depascentia,oportet ut uino & alumine colluantur.Mundificat autem & matricem immundam:in quantitate unius auellanæ cum aqua, bonum etiam est in collutionibus mulierum quidem communiter,proprie uero matricis.Et hæc de cētaurea quidem in tantum dicta sufficiant.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE DINAMIDIIS.

* *Desideratur libri principium.* *

Verum hæc est uirtutis demonstratio omnium medicamentorum quæ ad artis medicinæ scientiam
pertinet:quam si plenissime intelligent hi qui artem medicinæ profirentur:semper his adiutorijs & cu
ris homines adiuuabunt. Quòd si non negligens assiduitatem,& plenus huius disciplinæ & doctrinæ
aliquo modo fuerit,facile recipitur in crassiam.hi magis decipi possunt qui doctrinam ignorant: qui
quanro negligentes fuerinr,tanto magis periculum hominibus uicturis faciunt:permista & præposita
& non congruentia ualetudinibus & iam magis uulneribus medicamenta componunt. Ne igitur erro
re curantes frustrentur,experimento hanc doctrinam prius memoriæ commendare oportet. In princi
pio ergo,omnium elemenrorum uel humorum atque urinarum siue pulsuum atque phlegmonarũ fe-
re composui confectionem ad Glauconem conscriptam. In secundo tibi clarissime Paterniane omniũ
pigmentorum inrellectum & qualitatem & defectum posui. Nunc uero dinamidiam eorum nominum F
exponere institui quæ multis generibus & ex dissimilibus rationibus constat:sicut infra ostenditur. Sũt
autem genera nominum & eorum effectuum hæc. Hypnotica sunt quæ somnium uel soporem† faciũt. †al. stuporem.
Peptica sunt quæ digestionem faciunt. Eustomacha apta stomacho. Styptica quæ stringunt partes re-
laxatas. Lea sunt lenia,quæ leniunr asperitatem. Orectica sunt quæ auferunt fastidium. Colleta sunt,
quæ glutinatoria:quæ omnia soluta uel fluxa glutinant,& alligant. Diuretica sunt quæ urinam prouo-
cant. Cathartica sunt quæ uentrem & uulnera soluunt & purgant. Picra sunt amara: quæ amaritudine
sua morbos & humores expellunt. Drimea sunt acria, quæ nequitiam humorum uel morborum ex-
tinguunt. Glycea sunr dulcia:quæ aliquando purgant:& interdum acres humores indulcant. Thermani
tica sunt excalfactoria,quæ calore suo omnem perfrictionem & stricturam calefaciunt. Psyctica sunt
refrigeraroria,quæ omnem calorem & lassitudinem mitigant. Paregorica sunt quæ mirigant ne malũ
crescat:nam non persanant. Trachea sunt aspera,quæ suffocata loca ulcerant & exasperant. Staltica
sunt quæ carnes supercrescentes uulneribus æquant. Catulotica sunt quæ cicatrices grossas comeden
do æquant & limpidanr. Anaplerotica sunt quæ cicatrices crassant:quæ altera uulnera complẽt & lim-
pidant. Metasyncretica confirmatoria quæ persanant. Malactica sunr quæ omnem duritiem emolliũt
& soluunt. Toxica sunt uenena quæ nocumentum inferunt mortis. Et hæc sunt ex quibus medicamina G
sunt prodeuntia. Sanariones constant ex animalibus marinis: uel terrenis, herbis, uel seminibus, li-
gnis,uel lapidibus,aut floribus,succo,uel lachryma. Cetera omnia metallicis rebus constant. Omniũ
ergo qualitas & potentia quatuor modis probatur,uisu,tactu,odore,& sapore. Visus omnium similitu
dinem foliorum uel florum:& cuiuslibet materiam & colorem demonstrat. Tactus cuiuscunque rei
mollitiem uel duriciem,ponderis seu leuitatis æstimationem docet. Odore intelliguntur ea quæ odo-
rata sunt,thermanrica,styptica,austera,& putrida. Sapore intelliguntur,ea quæ sunt amara,dulcia,sal-
sa,acria,acida,styptica,& lenia. Iam nunc ipsam medicinam leuirer demonstro corporibus ex his om-
nibus contrarijs prodesse. Et ex contrarijs sibimet uinci,ut ignis ab aqua uincitur, & ipsa aqua calore
siccatur. Interdum & calore nimio maiori adhibetur:ut contrarijs * esse possit. Sic ergo & omnis causa *al. prodesse.
contrarijs sibimet causis uincitur uel mitigatur. Consequens ergo est ratio, ut prius causam curandi
intelligas,deinde causæ rationem reddas,postremo de curis dicam. Febres ualidæ stypticis,chalasticis,
& paregoricis rebus mitigantur: interdumq; & perfrictione, quando causa concepta fuerit. Similiter
& omnis causa ualida curatur:stricta & dura causa malacticis, & metasyncreticis rebus curatur. Aspe-
ra causa chalasticis & dulcibus, & lenibus rebus curatur. Fastidia morborum horecticis rebus curan-
tur. Humores acres & salsi,amaris catharticis rebus & dulcibus indulcantur. Cancrosa causa stalticis, H
& catharticis,& acerrimis rebus,& igne curantur. Verrucæ & extantia corporis,stypticis rebus curan
tur. Difficilia uulnera & cicatrices crassæ catuloricis,& colleticis rebus curantur. Alta & caua uulnera,
& lympida anapleroticis,& lenibus rebus curãtur. Dolores omnes uetusti,& insanabiles metasyncre-
ticis,& malacticis rebus curantur,aut paregoricis mirigantur,aut igne peruruntur. Hæc quidem do-
ctrina complectens omnia expetimenra non debet medicum larere. Quoniam si huic doctrinæ operã
dederit,omnes ualetudines & uniuersas imbecillitates humanorum corporum per hanc doctrinam sa
lubri auxilio superare poterit. Igitur torius corporis medicamina ad tria rediguntur adiutoria, medi-
camentum,ferrum,& ignem. Quod.n.medicamento curari non potest,ferro curare tentes: quodque
ferro sanari non permittitur,igne curari conceditur:quod autem nec medicamẽto,nec ferro, nec igno
curari poterit:incurabile cogitabis,quia nulla cura iam superari poterit.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER ALTER DE DYNAMIDIIS.

CENSVRA.

Liber magna ex parte ex Aetio desumptus, erroribus tamen plurimis scatens.

De quatuor humoribus.

LIBELLVM, quem roganti tibi, promisi, omni cura adhibita descriptum misi ordinatissimum tuæ salutis custodiæ, quem debebis ea diligentia intueri, qua
B scriptus est. ad curationem tui corporis omnia explorata sunt, quæ cum rerũ effectu comperi† celeriter connexui. Nanque diligenti cura, licet summa breuitate cõprehendi singula curationũ genera, sicut proxime te interposito Cæsari nostro fecimus. quæ per te etiam æstimare poteris. Sapientis. n. ratio consilium inuenire consueuit. Omne itaque corpus hominum uel pecudum aliorumq; ex quatuor humoribus constat. Sed præcipue hominũ, calido, frigido, sicco, & humido. Frigido continentur uiscera unde spiramus. Calido continetur anima, qua uiuimus, inde est q sentimus. Sicca sunt ossa, quæ uires faciunt ad sustinendum laborem. Humidus est sanguis, quo alitur uita. Per ossa uero & uiscera uenæ currunt, quæ sanguinem regunt. Sanguis animam, anima uitam sustinet, spiritus autem aer est, ossa uerius munita uirtutem corpori præstant. Sanguis quando abundat, ualetudinem uitiat. Ex eo enim nascitur sanies, quã in uulneribus uidemus: nascitur ex eo pituita, quæ nauseam facit: nascitur ex eo bilis etiam acida & amara, quæ dicitur mater morborum. bilis enim ubi est, concitat calorem, pruritum: pruritus, perfricationem. inde fiunt dolores intestinorũ. oritur etiam inflatio, qua corpus extenditur ut rumpi uideatur. Sanguis autem ex nimio cibo, nimiaq; potatione incipit abundare, & cruditate corrumpi, qui quando uagatur extra cursum naturæ, infert uitia
C corpori: & in quacunque parte corporis incubuerit, uitiat, fatigat, & lædit: idem etiam animum uitiat, & inde os hominis incendit, incipitq; exinde foetere. At quando est integer sanguis, animam sine dubio confirmat, ut possit frigus caloremque fortiter sustinere. Quando abundat calor uel frigus, facit corporis languorem, uel malum generat odorem. Corpus enim hominis rationabiliter ex quatuor cõstat humoribus, sanguine scilicet & phlegmate, & utraq; cholera, quæ dominantur in suis locis. Sanguis uirtus est circa cor. Cholera rubra in dextro latere in hepate, quod iecur uocamus. Cholera uero nigra in sinistro latere est in liene, qui græce splen dicitur. Phlegmatis autem alia pars in capite, alia in stomacho, † alia in uesica est. Sanguis calidus est, & humidus: colera rubra, amara, uiridis est, & sicca: cholera nigra acida, frigida est, & sicca: phlegma frigidum & humidum. Hæc omnia in suis temporibus crescunt: sanguis ueris tempore, cholera rubra in æstate, cholera nigra in autumno, phlegma in hyeme. Isti humores dominantur siue per diem, siue per noctem. sanguis dominatur ab hora noctis nona usque in horam diei tertiam: cholera rubra ab hora diei tertia usque in horam nonam: cholera nigra ab hora diei nona usque in horam noctis tertiam: phlegma ab hora noctis tertia usque in horam noctis nonam. Hi etiam habent respirationes per singulas partes corporis, sanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os, & per nares. Hi quatuor humores, per qua-
D tuor etiam dominantur ætates: phlegma cum parte sanguinis in pueris dominatur usque in annum xiiij. & exinde cholera rubra cum parte sanguinis dominatur usque in annum xxxv. uel quadragesimum: deinde a trigesimo quinto, uel quadragesimo anno magna pars sanguinis dominatur usque in suam ætatem cum nigra cholera. Tales etiam faciunt mores in unoquoque homine. Sanguis enim facit pueros moderatos, blandos, & formosos. cholera rubra facit acutos, ingeniosos, & leues, macilentos, comedentes multum, & uentres solubiles: phlegma facit compositos corpore, inuigilantes, & intra se cogitantes, & canos cito producentes: cholera nigra facit subdolos, auaros, perfidos, tristes, seditiosos, & timentes. Qui habent uirtutem calidam, dominantur in superiori parte; qui uero frigidam, in inferiori. Hi quatuor humores, pulsus suos habent: sanguis facit pulsum plenum, & humidum: cholera nigra tardum & segnem: cholera rubra tenuiorem, asperum, percutientem: phlegma honestum, plenum, & æqualem. Isti humores sine se esse non possunt, sed in omnibus habentur ætatibus: si unus ex his minuitur aut decrescit, longam facit ægritudinem: simili modo, si augmentari cœperit, & si imperitum Medicum habuerit, qui non intelligat, ex quo humore fiat ægritudo. Scias autem charissime frater Mecœnas, quia si fuerit culpa sanguinis ægritudo, da ei frigida, & sicca, & amara: quia sanguis calidus, & humidus, & dulcis est: Si uero cholera rubra, da ei frigida, humida, & dulcia: quia cholera rubra amara est, & iguea, & sicca: Si cholera nigra, da ei calida, &

†al. corpori.

†al. pulmone.

humida,& dulcia:quia cholera nigra acida est,& frigida:& sicca:Si ex phlegmate facta est ægritudo, E
da ei assidue dulce,calidum,& siccum:quia phlegma frigidum,& humidum,& salsum † est. Et quando † al.insipidum
hoc factum fuerit,perduces ad propriam sanitatem ægrotum. Igitur ut facilius commodis fruamur,
& incommoda uitemus, percurrentia uitia signis naturalibus cognoscamus, cognitaque mortife-
ra emendemus.

Ex quibus membris sanitas uel infirmitas perpendatur.

Quatuor corporis partibus origo infirmitatis uel sanitatis ostenditur,capite,thorace,uentre,& ue-
sica,quæ ita oportet cognosci.Homines sani erunt,si urinam mane albam,ante prandium cãdidam, itẽ
ante cœnã roseam emiserint.Candida.n.urina debet esse,ubi cruditas non est. Quòd si mane mutaue-
rit colorem,ostendirur subesse uitium:quod autem genus uitij,ita intelligemus.Quando a capite mor-
bus oritur,solet capiti dolor accidere,uel temporibus,tunc supercilia grauantur,& tempora saliunt,&
aures sonant,oculi lachrymantur,nares repletæ odorem non sentiunt.Ergo quando ex his aliquid ac-
ciderit,caput purgari oportet hac ratione,hyssopi, aut coronæ,* burbulæ fasciculum unum feruescere *al.barbulæ
facias,inde aquam continebis ore, usque dum caput calidum habueris,ut fluat pituita. q siquis negli-
gat eam,caueat epiphoras, aut dentium, aut aurium dolorem. Interdum etiam parotides nascuntur, F
& uitia circa aures & ceruicem oriri solent. Interdum destillatio uuulæ,aut grauitas. Interdum ulcera
nascuntur in capite,aut capilli defluunt.Quando autem a thorace morbus oritur,incipit sudare caput,
lingua fit grauior,aut os amarum, aut * mamillæ dolent,oscitatio sequitur sine somno & quiete:graui- * al. maxillæ.
tas & prurigo corporis, aut dolor. brachia manusq; intumescunt,subitq; tussis arida. Ex his igitur qñ
aliquid acciderit,uitabis uitium si uomuerit, siue ieiunus,siue post cœnam, uel in balneo. plus.n. pro-
dest si ieiunus bilem proiecerit.eam enim dicimus esse matrem morborum. Sed qui uomere uolunt, &
stomacho laborant,si decimo quoque die abstineant, omne uitium euitabunt. Nanque frequẽter uo
mendo solet stomachus corrumpi.Quòd si ex uentre morbus oritur,hæc sunt signa. Venter * uritur & * al. uertitur.
turbatur,& sentit dolorem,ut cibus & potus amara uideantur,genua subsidunt, lumbi grauantur, in-
ter scapulas contrahitur,totumq; corpus particulariter grauescit,tardantur pedes, grauia sunt crura,
renes indolescunt,& incurrunt febriculam.His itaque cognitis,prima est abstinentiæ utilitas: tunc &
medicamentis satis est aluum purgare,ut graue corpus leuamentis adiuuetur. Quòd si morbus maior
premere uidetur,adijcies alterum diem in abstinentia,si uires tamen patiantur:sin minus, quàm maxi-
me leuissimum sumant cibum,sicut ouum sorbile, aut aliquid ouo simile. Hæc qui neglexerint,fiũt coe
liaci,torminosi,dysenterici,& nascuntur tertianæ & quartanæ:fiunt podagrici,chiragrici: morbus etiã G
in articulis accidere solet:quidam etiam fiunt amentes,quibus etiam solet sanguis a naso erumpere:
oportet autem custodite & emendare uitium. In uesica qui nascitur morbus, hæc habet signa:pleni ui-
dentur,& cito saturi sentiuntur,frequenter sentiuntur inflationes uentris,& strepitus,uidentur oscita-
re nec oscitant,sed tantum os diducũt.sequitur totius corporis stupor,somnus grauis, quasi macri cor
poris sit. Vrina liuida & uix erit,† tumescunt etiam uerenda,& inde calculosi fiunt.Hæc uitia sic emen- † al. egeritur.
dantur. Fœniculum,apium uino austero madefactum,uel etiam radices eorum cõteres cum uini cya-
this duobus,& tantundem aquæ calidæ, uel dauci semen,& myrtæ pusillum tritum cum uini cyathis
duobus,& tantundem aquæ calidæ, uel cicer album madefactum cum uino, ut supra scripsi, bibe: uel
radices asparagi, uel orobum erraticum,uel serpyllum decoque in aqua uino mista,& bibe. quòd si ne
gligunt, fiunt hydropici,sequitur & iecoris,renum,& uesicæ dolor:fiunt quoque calculosi,sequitur &
stranguria,& uenter tumescit. Intueri autem oportet ægri uires, ut possit sustinere medicinam, ita &
febris cruditate careat. Sed etiam cataplasmata adhibenda sunt, quæ apta sint capiti, uesicæ, crudi-
tati, frigori, calori prout tempus erit. uti etiam oportet roseo aceto, oleo uiolato,& irino: & linguam
asperam melle fricabis, uel menthæ folio, & reliqua diligenti Medico permittenda sunt: quia mor-
bus acutus est. H

Prologus libri.

Quoniam petenti tibi,corporis sani & imbecillis per urinam notas dedi,adieci etiam ad curationẽ
rationis consilia:nunc autem medicamentorum compositiones adijciam,& unde nascantur corpori ui
tia:& si nata fuerint, quæ emendatio ad sanitatem perducat. Aduersus autem omnes impetus morbo-
rum duo sunt remedia certissima: primum est,ut decimo quoque die a cibo & potu abstineas, deinde
postero die laueris,ciboq; firmo utaris. si sic feceris,oportet ut nihil uitij omnino accidat, perpetuaq;
sanitate utaris. altera res salubris est potus,qui lenitudinem confirmat: eius potionis compositiones
habes per annos iam completos amicissime Mœcenas,quando me cum Cæsare nostro morari* memi- * al. inuenisti.
nisti,& hæc faciendo nunquam te in aliquo languore corporis decidisse:nec nostrum Augustum. Itaq;
me tecũ habebis,libellum meum legendo. Adieci etiam quod plenius tibi consilium præstare poterit
petenti,quod in ultimis leges dynamidijs. Sed expedit,ut crescentibus numeris Lunam obserues, qñ
tollere,& qñ ponere uelis curationem.Si itaq; nõ feceris,& ad diminutionẽ Lunæ sustuleris, minus ua
lere scire te oportet.etenim mare p Lunã augeẽ & minuitur.cerebrũ &t & corpora hominum augentur
crescente Luna.Quando autem Luna minuitur,ita quoque unaquæque earum rerũ diminutionẽ sen-
tit,quę licet recognoscas ex his hostijs,q̃ quotidie immolãtur,ĩ quibus uides oĩbus augeri & minui ce
rebrum

A rebrum per Lunam,ita quoque in herbis,& componendis medicamentis.Sane etiam totius anni dies
tibi ſcripſi,per quos ſcias quibus rebus uti debeas aut abſtinere.Incipiamus ergo ab hyemis conuer-
ſione,quæ fit ſolſtitiali die.i.octauo cal.Ianuarij. Tunc incipit ſe diffundere humor increſcens uſq; ad
conuerſionem ueris.Vtendum eſt ergo calidis,& aperitiuis rebus illo tempore,& uino aliquatenus in-
dulgendum.Sunt autem dies in ſupradicta conuerſione nonaginta tres.nam incipit ueris conuerſio a
duodecimo calend.aprilis.ex eo phlegma creſcit & ſanguis.Vtamur ergo bene olentibus , & acribus
†alias xlvii. omnibus:corpus exercere & laborare debemus uſque ad ortum pleiadum.diebus.ſ.†xxvij.nam pleia-
des oriuntur ſexto idus maij.Ex ſupradicta igitur conuerſione uſque in hanc diem fel creſcit, & ama-
ritudo eius augetur,ex quo febribus ſubminiſtratur alimonia uſque ad æſtiuá conuerſionem.Vtamur
ergo dulcibus,uenere & uino parcius:labore nihilominus exercitabimur.Sunt aũt dies iſti a ſupradi-
cta conuerſione xxxiij.conuerſio uero æſtiua octauo cal. Iulij incipit , tunc nigrum fel. i.melancholia
augmenta ſuſcipit uſq; ad cõuerſionem autumnalem.Vtamur ergo frigidioribus,& dulcibus , & bene
olentibus:a labore tunc corpus abſtinebimus,ſed a uenereo uſu continere debemus, maxime diebus.
†alias xv. †xij.Conuerſio autem autumnalis incipit ſexto cal.Octobris.tũc etiam fel creſcit, & pinguis humor.i.
pituita uſque ad occaſum pleiadum.Vtamur ergo acidis,& acerbis,& parcius laboremus, & abſtinea
B mus a uenere.Sunt autem pleiadum occaſus dies.†xlv.quod eſt quarto idus Nouembris. tunc creſcit
†alias xi. in corporibus hominum ſanguis.Oportet ergo cibis leuioribus uti,& uinum ſanum ſumere, & a uene
re non abſtinere.inde ad conuerſionem hyemalem dies ſunt.xij. His ergo utere,& ſanus tranſibis om-
ne ætatis tuæ tempus,nec medicinis indigebis.

De catharticis. *Vide Aetium in lib. 3. cap. 23. De purgatione ex Antyllo.*

Quoniam quidem de naturalibus qualitatibus ſpecierum,& ciborũ in ſuperioribus ſatis diximus,
nunc de catharticis dicendum eſt,quæ diminuunt humores,quos auxerunt cibi incongrue ſumpti.Sa-
na habentes corpora laborioſum eſt purgare,etenim tortionibus & ſtrophis grauiſſime affliguntur, &
grauiter eos conſequitur purgatio,& deinde citius deficiunt purgati. Oportet igitur aliquem purga-
re uolentem,præextenuare & incidere pingues humores,& poros adaperire,per quos accipiuntur &
extrahuntur humores a catharticis.& crudos quidem & tenues humores a principio morborum eua-
cuare oportet.Expectare autem oportet concoctionem in craſſis & glutinoſis humoribus , ſicut eſt
phlegma & cholera nigra,& in omnibus prolixis paſſionibus ſemper maturationem expectare conue
nit. In acutis autem quando mouentur humores,& circa initia purgandum eſt cum cautela multa. In
C motione etenim,& ductione,& curſu exiſtentibus humoribus,timendum eſt ne quod uiſcerum debi-
le exiſtens natura,materiam motam recipiat,& maxime thorax . In quolibet autem membro infixos
humores,ſicut in phlegmonis uiſcerum fit,purgare non oportet antequam maturentur.Quicunque.n.
phlegmonas habentes dicit Hippocrates in principijs ſoluere tentauerit , nihil extẽdentis, & phleg-
monem facientis auferet.Non enim concedit cruda paſſio,ſed ſalubria , & morbo repugnantia deli-
quat,ſicque corpore debilitato præualebit morbus. Quando uero morbus præualet , honeſtum eſt
humores educere.Vtimur aũt catharticis in cephalæa & ſcotomia,& hemicrania,& epilepſia, aſthma-
te,& ſynanche,& orthopnœa,& in iſchiadica,& arthritica,& podagrica,& nephritica, & in ueſicæ &
matricis paſſionibus,ſi prolixæ fuerint. Similiter autem & quando rheuma frequẽter nocet auribus,
uel naribus, uel oculis,uel ſtomacho,uel ori, uel omni ſuperficiei,& neque deſiccantur ab alijs adiuto
rijs,neque per ſe ſtare poteſt.ſolet.n.uentris purgatio rheumatiſmos ſtringere.Hic quoque ordinabo
quo modo expurgetur melancholicus humor,poſt phleborotomiam,poſt retẽtionem hæmorrhoidum.
Ad expurgandam uero & remouendam prolixam humorum diſpoſitionem utimur carthartico in para-
lyſi,& apoplexia,& atrophia,& in peſſimo morbo,qui caros dicitur,& in grauitate permanente in ali
qua parte corporis. Ad reſtaurandum uero corporis habitudinem,utimur catharticis,& in prolixis fe
D bribus,uel quotidianis,uel quartanis,mania,melancholia,ecſtaſi,cachexia, atrophia de malis humo-
ribus facta,in elephantiaſi,uel epilepſia quoque,ſcabie,& lepra,exanthematibus , ſatyriaſi, in ulceri-
bus multis ſpontaneis,& uix cicatrizantibus,& rheumatizantibus.& ut abundantem,& moleſtantem
educamus humorem,utimur catharticis in hydropico,& icterico.Hic quoque ordinãdum eſt de rheu
matiſmis uentris,in quibus utimur catharticis. aliquando etenim acer et inutilis humor inſidet pelli-
culis uentris aut inteſtinorum,ſimiliter ut acria ſuppoſitoria,& acria clyſteria commouent inteſtina,&
ad deſidendum conatum excitant.Vbi enim eſt acredo,ibi attrahitur humor de membris in circuitu,
uel de toto corpore. In his uero dignum eſt uti catharticis,ut talis humor expellatur a toto corpore,
& uenter,& inteſtina mundificentur. Vniuerſaliter autem catharticis utendum in robuſtis uirtute, &
promptis ad exercitia, ſtomachumque robuſtum habentibus,& multam inutilem materiam in corpo-
re congregantibus. Nimis uero pingues,nimiſq; graciles ad purgandum incongrui multo abundan-
tes ſanguine,& frequenter deficientes,& uix curabiles,& cito uomentes pro qualibet occaſione, &
pueri,& ſenes, & mulieres fortiter menſtruoſæ,& purum ualde corpus habentes,& qui bene cauerint
in diæta,& quibus ualde reſtringitur uenter ſecundum naturam.Sed & etiam in dyſenteria,& qui leui
ter apprehenduntur cœliaca.Omnes enim cœliaca paſſione grauati ad purgationem ſunt incongrui.
Nunc igitur incipiendum eſt a pharmacijs choleram purgantibus.

De purgantibus choleram rubram. E

Cholagoga dicũtur, quæ cholerã rubrã expurgant, quibus utendũ est, si opus est, omni tẽpore: præterquã hyeme: in ætate quidẽ adolescentiæ & iuuentutis, habitudine autem sicca, & gracili, & nigra uel rufa, & in uiris magis, quàm in mulieribus, & in ijs, qui frequenter cibũ corrumpunt, & in habentibus uentrem constrictum, & amara cholera abundantibus, facileq; irascentibus, & urinas modice egerentibus, cibisq; utentibus calidis & siccis: in passionibus autem ictericis, hepaticis, spleniticis, pleuriticis phreniticis, synanchicis, mania, cephalalgia, ophthalmia, erysipelate, lepra, febribus tertianis, & quibus cholera abundat. His ita dispositis, notandum ꝙ cathartica non simplici aliqua qualitate euacuãt, ut per calorem (nam si hoc esset, omnia calida purgarent, ut piper, sinapi) sed potius purgant proprietate quadam, eo quidem modo, quo magnes ferrum trahit. Sed catharticorũ quædam, quæ uentrem molliunt, tantum malactica dicũtur, de quibus superius diximus. Nunc uero de fortiter educentibus sermo imminet, quibus utimur aut ubi materiã per metathesim medicamur, aut induratum morbũ cõmouemus, siue ut reficiamus corpus, & ad suam temperantiam conuertamus, aut humorem molestantem educamus. Sunt autem alij quidam modi misti & compositi adinuicem. Purgantibus uero tempus est aptum uer magis, & maxime autumnus.

De aloe. Vide Aetium libro eodem. cap. 24. F

Aloe totum corpus nõ euacuat, sed cholerã in stomacho, uentre, & intestinis existentem educit per fecẽ & suauiter, cũ suppositis scybalis, quæ nimis educit. Datur aũt capite grauatis propter fumigationes a stomacho frequenter ascendentes. datur autẽ ophthalmicis propter eandẽ causam, & ijs qui propter choleræ abundantiam sitiunt, & quibus lingua & os facile desiccatur: & quibus stomachi fit subuersio, aut propter calorem, aut propter anxietatem, siue propter aliquam infirmitatem. detur quoque citrinis extra rationem factis: & ubi necesse est educere superfluitates, & clystere pro aliqua occasione intromittatur. Dentur aloes drachmæ duæ, cum melicrato. Optimum autem erit siquis acceperit eũ quotidie uespere, siue quod melius est, mane, quia uespere post cibum, cibum corrumpit. Quibus uero insuauis est propter amaritudinem, cum succo corticis citri, uel brassicæ, uel cum terebinthina & melle cocto orobicas cõfice pilulas, & da ex eis secundum quod opus fuerit. est autem eustomachicũ plus omnibus catharticis.

De scammonia. Vide Aetium libro eodem. cap. 25.

Scammonia choleram rubram educit, stomacho maxime dolorem inferens, & insuauis, & grauiter olens, & ualde sitim faciens, & cum omnia cathartica cacostomacha prẹter aloem sint, scammonia est præomnibus. Abstinere igitur ab ea oportet debilem habentẽ stomachũ. leuissima. n. existẽs, facile ad G corpus attrahitur, & de eo purgat, quod purgandum non est. sed impeditur eius euacuatio frequenter a calore febrium, ut de superfluitatibus parum educat. Danda est igitur infebrientibus & eustomachis, & difficulter uomentibus, & non facile deficientibus. Dosis uero eius est. ℈. †ij. siue plus, siue minus, secundum uirtutem: cui admisceatur sal, aut thymi cymæ, aut pulegij, aut aloe magis. †[quibus forte absentibus detur cum melle, uel succo ptissanæ.

†al. drach.
†al. quibus clãculũ exhibere uolumus.

De peplio Vide eodem libro. cap. 26.

Peplij semen, aut cymæ in umbra siccatæ dentur. ℈. iiij. in melicrato modico aceto asperso. educit. n. choleram rubram, & nigram, & phlegma, & uentositates, & secundum ꝙ * Isaac dicit, maxime conuenit passionibus ex uentositate factis, †[& melancholiæ.] In uitio splenis quoque prodest, inflationibus prolixis & matricis, & coli, †[& profundis tumoribus, qui fiunt in uentre.]

*Hippocrates
† al. quæ sane melãcholiam suspicantur.

De elleboro nigro. Vide eodem libro. cap. 27.

Elleborus niger purgat inferius choleram rubram, maxime, & nigrã de toto corpore sine molestia aliqua. Ideo febricitantibus non grauiter, sed in circuitu, & per longum tẽpus, datur, & † [manentibus chronicis,] & in cephalæa diuturna, utilissimus uisceribus, & matricis passionibus. Maxime uero eius uirtus est ad educendum ex toto siquid corruptiuũ sanguinis est admistum. Vnde utilis est ictericis diu H turnis, & exasperationibus circa superficiem, ut est lepra, & impetigines, & similia, ad elephantiacos quoque facit. Dosis autem eius est. ℈. iij. siue plus, siue minus. Tenuibus autem radiculis prius aquæ infusis, deinde earum ablato cortice, & in umbra desiccato, diligenterq; trito datur cum sapa, aut cũ oxymelite. cui adiungitur causa boni odoris modicum petroselini, uel dauci, uel pulegij, uel satureiæ. ꝙ si fortius uolueris facere, scammoniæ modicum adiunge.

†al. laxis cedematis, quę fiũt in abdomine furentib. & hemicranicis.

De purgantibus choleram nigram. Eodem libro. cap. 28.

Choleram nigram educentibus utimur in melancholicis, & scotomaticis, & furiosis, & ijs qui* atrophia laborant, & qui se abscondunt, & epilepticis. detur autumni tempore maxime.

*Aliter legendum est.

De epithymo. Eodem libro. cap. 29.

Epithymum igitur nigram choleram educit inferius. Dandum ergo perfectis. ℈. † iiij. cum sapa uel oxymelite & sale modico. Conuenit autem passionibus ex uentositate natis, hypochondriacis, & quibus hepar grauatur, & dyspnoicis. Similiter purgat illud superfluũ, quod nascitur super satureiam, sed debilius est.

†alias. xii.

De polypodio. Eodem libro. cap. 30.

Polypodium choleram nigram maxime educit, & phlegma. Dentur autem radicis mundatæ. ℈. vij.

• infunde. A vij.* elixa eas in melicrato aquoso,uel Sole siccatas da comedendas ante cibum.purgat quoque mediocriter in uiscello gallinæ,uel ptisana cocta.

De pulegio. Eodem libro.cap.31.

†Parthenion, quod & leucâ themon uocatur. Pulegium quoque educit choleram nigram & tragoriganum & † [panthemínũ,quod leuitate modo dicitur & alixon,& alipon.]Dentur autem de unoquoque.℈.vi. Melius autem dantur cum aceto, & sale modico & aqua,siccata & trita.

De lapide armenio. Eodem libro.cap.32.

• al.nephreticis. Armenius lapis nigram purgat choleram,& oẽ pingue & uiscosum, ideoq; datur melancholicis & elephãtiosis,& similibus,& * phreniticis & asthmaticis. Dosis aũt eius est.℈.iiij.siue plus, siue minus.

De centaurio minore. Eodem libro.cap.33.

Centaurium minus choleram pinguissimam purgat,& mucilagines, & ideo prodest spleniticis, & ischiadicis. Bibitur autem elixatura eius. Sumantur quidem centaurij.℈.vi.aquæ cotyla una, & bulliat ad medietatem.

De purgantibus phlegma. Eodem libro.cap.34.

• lato. Phlegmagoga dñr,q̃ phlegma purgãt quibus utendum est in frigidis habitudinibus,& ætatibus, & B ægritudinibus,tpẽ quidem hyemis,ut in paralyticis,apoplecticis,tumentibus tumore * frigido & qui multũ & frequẽter pinguia phlegmata mingunt,& quibus phlegmata abũdãt in uentre, & pectore,& stomaco,& mulieribus rheumatizantibus,& qui pinguia excreant,& fastidiosis,& ischiadicis de mucilagine articulorum factis,elephantiosis:maxime autem ij,qui hydropem anasarca patiuntur.

De colocynthide. Eodem libro.cap.35.

Colocynthis phlegma purgat maxime,& cholerã,& mucilagines.unde neruorũ eorũq; passionum est purgatiua.Datur igiť utiliter omnibus capitis passionibus,& orthopnoicis,& ischiadicis, & arthriticis,& ijs qui in renibus,& uesica diuturnã affectionẽ habuere.est quoque utilis alijs passionibus,quę sunt ex materia uix extirpabili & dura.Dantur autem.℈.ij.de interioribus in melicrati cyathis duobus, debilibus autem.℈.i.datur.Eligenda est aũt alba & mollis interioris colocynthidis pulpa,nam sicca & denigrata inutilis est.Terenda est aũt & soluenda diligenter,& multoties cribellanda,& quando uti ea uolumus cũ melicrato diligenter soluatur.nam trita anteq̃ infundatur,tenuissima uidetur,sed quãdo in melicrato infusa fuerit,tumescit ualde,ut nõ facile credatur,q̃ cribellata fuerit.quæ si sic bibiť,tumescunt eius partes recentes in uentre & stomacho,& maxime in intestinorũ circulis & reuolutionibus propter mollitiem,quæ acres existentes natura,& demordentes,intestina ulcerant quibus insederint, C & passiones neruorum inferunt,& strophos,& fortes tortiones. Vnde cum multa cautela cum melicrato oportet eam soluere.Quòd si mitius purgare uolueris,colocynthidem desuper aperi,& omne semẽ

• sapa proijce,& solum pulposum absque semine in ea relinque,& reple eam * elixatura,uel uino dulci,& ueteri,& sic infundatur per diem & noctem,deinde colabis uinum cum panno,& calefacies,& dabis bibendum.Optime quidem purgat ictericos,& habentes liuidas pustulas in superficie.

De tithymallo. Eodem libro.cap.36.

Tithymallus educit phlegma & cholerã nigrã. Danť aũt cymę uirides in uasculo quodã ad ignẽ desiccatæ,& sic diligẽter tritæ.Misceanť aũt corũ.℈.iij.cũ polenta & aqua,& sic bibantur, nã siccæ comæ eius debiliores sunt.Cũ caricis autem tithymalli radix siccata in umbra reponať,& quando ea uti uolueris,corticis ablati diligẽter triti.℈.iiij.immitte in uino dulci ueteri,& sic infundi permitte die & nocte,& per pannũ colans calefacies modicum,dabis ad bibẽdum cum uino.optime purgat. Succus aũt tithymalli datur a quibusdã cum caricis,uel cum polenta stagones.i.guttæ.iiij.aut.v. sed multum ulcerat linguam & quæ circa eã sunt,& uentri calorem inferũt maximum.Sed si uis bene facere, in ficu matura & recenti,supradicti lactis.iij.guttas immitte,& de lacte eiusdem ficulneæ secundum uires sumentis,& sic da ad comedendum.& si uolueris seruare toto anno,poteris.quacunque hora dederis, facile D purgat.Sed tanquam de fortissimo cathartico obseruare,quoniam mirabiliter soluit.

De isio. Eodem libro.cap.37.

Ision phlegma purgat,maxime,cuius cortices siccæ & infusæ,ut prædictum est,in aliquo dulci uino da.℈.vi.bene purgat quantumcunque uolueris,donec anum aqua non laueris, sed cum panno lineo illum absterge.& quando tibi uidetur sufficienter purgasse,laua anum frigida aqua,& extrema manuũ & pedum in aqua mitte,& restabit fluxus.

De elaterio. Eodem libro.cap.38.

Elaterium purgat nimis phlegma & choleram.Dabis autem obolos.iij.cum lactis confestim mulcti cotyla una.sed eligendum est quod uiride sit in colore,& leue,& non uetus.

De cocco cnidio. Eodem libro.cap.39.

• serolos. Coccus cnidius phlegma purgat & choleram mediocriter, sed magis * crudos & aquosos humores . Est.n.igneus & acutus.Dantur autem grana.xxx.Si uero leuius purgare uolueris , dentur grana. xx.uel.xv.Dentur autem sic,quod interius est ex granis cum polenta teres & uino,& da ad bibendum & postea modicum olei rosei uel melini sorbere facias , ne fauces exuras , ideoque melius est ex eis cum melle cocto catapotia formare,quia aquosos humores magis purgat. inter aquosos purgãtia est magis habendum.

De agarico. *Eodem libro.cap.40.* E

Agaricum purgat phlegma & coleram,sed mediocriter. Dabis.ʒ.ij. cum melicrato uel oxymelite. Est autem cacostomachum, & quia leue est, superiora petit. fit autem albissimum, & facile, & non ual de lignosum,neque robustum.

De cnico. *Eodem libro.cap.41.*

Cnicus idest semen croci hortensis siue hortulani, purgat phlegma, sed non fortiter, tritum. ʒ. ij. & in uiscello gallinæ, uel ptissana mistum & colatum, & sic bibitur. Quidam autem quod interius est cnici accipiunt, & terunt cum amygdalis, & aniso, & melle, & catapotia, formantes seruant.ictericis utiles quidem, sed leuiores.

De lathyride. *Eodem libro.cap.42.*

Lathyrides.i.catapuria,purgant phlegma magis.Dentur de maioribus grana.xv.de minoribus.xxx. & amplius purgari indigentibus, diligenter ut mandant præcipe. his uero qui multa euacuatione nō indigent,integra da bibenda,maxime si patientes fuerint cacostomachi.

De aristolochia. *Eodem libro,cap.43.*

Aristolochiæ rotundæ semen siccum,tritum.ʒ.i.bibatur cum melicrato,phlegma purgat & colerā. est autem eustomacha. F

De linozostide. *Eodem libro,cap.44.*

Linozostis.i.mercurialis,si elixetur,& sola folia comederis,sufficienter stercus expellit.

De cucumere agresti. *Eodem libro,cap.45.*

Cucumeris agrestis radix,obolis duobus cum melicrato bibita, educit phlegma sufficienter sine molestia,& stomachum non euertit.

De styrace. *Eodem libro,cap.46.*

Styrax pinguis & flauus datur. ʒ.i. † cum terebenthina, mensura æquali in catapotijs, & phlegma satis educit. † al.ij.

De thymo. *Eodem libro,cap.47.*

Thymi cymas cum floribus teres cum oxycrato,& sale modico † [ʒ.x.aut minus] & expurgat sine molestia satis phlegma & choleram. † al.drach.iiij. aut.iij.

De cyclamino. *Eodem libro,cap.48.*

Cyclamini radices solutæ.ʒ.iij.aut.iiij.secundum uirtutem,cum hydromelite bibitæ,purgant phlegma & choleram,maxime autem per sudorem.ideoque bibentem oportet iacere, & cooperire, & calefacere corpus,ut sudoris exitum adiuuet. G

*De *allio.* *Eodem libro,cap.49.*

Allij drach.iij.solutæ,& cum hydromelite bibitæ,phlegma educunt. * al.scordio.

De chamapity. *Eodem libro,cap.50.*

Chamæpityos tritæ.ʒ.ij. & cum ficubus uel cū melle cocto sumptæ in catapotijs, educūt phlegma.

De bdellio. *Eodem libro,cap.51.*

Bdellij arabici clari atque flaui.ʒ.iij.solutæ cum hydromelite bibantur,& phlegma purgabunt. proprium autem est oculis rheumatizantibus.

De radicibus oliuæ,& pyrethri.

Oliuæ radi.corticum.ʒ.i.cum uino uel aqua sumpta phlegma purgat. Similiter pyrethri radicum oboli.viij.cum aqua & ligidos semine.℈.iiij.

De galla.

Gallæ quoque grana.xl.excoriata comeduntur,& similiter operantur.

De hydragogis. *Eodem libro,cap.52.*

Hydragoga dicuntur quæ aquosos expurgant humores,quibus utendum est in hydropicis, & mulieribus molestatis per longum tempus ab *aliquo fluxu,& *rheumatizantibus. H * al.albo. * al. rheumatica ulcera habentibus.

De squama æris. *Eodem libro,cap.53.*

Aeris squamæ.ʒ.i.s.in melicrato data,non solum aquosos humores,sed etiam phlegmaticos educit, quædam uero prædictorum phlegma educunt aquosum, ut coccus cnidius, & cnicus, & linozostis, & agrestis cucumeris radix,quæ hydropicis est utilissima.

De euphorbio. *Eodem libro,cap.54.*

Euphorbium phlegma educit,sed maxime aquosum.Acutissimum autem est nimis igneum, [& cholericum]ideoq; colicis datur,& uentres frigidos habentibus: alios uero fortiter turbat, sitimque ualidam infert,sed admisce ei aliquod odoriferum semen.Dabis ex eo.iij.obolos cum melicrato, melius autem est cum melle cocto catapotia formare ex eo.

De chamelæa. *Eodem libro,cap.55.*

Chamælea cocta in mulsa & bibita, aquosa magis expurgat, purgat quoque phlegma & choleram. Mitte autem ex ea.ʒ.v.in duabus cotylis aquæ, & coque ad *quartam, in fine autem coctionis supermitte mel mediocriter, & parum coque, & colans da in potum. Quidam uero erunt ualde chamælex.ʒ.i. † cymarum absinthij duplum, & cum melle conficientes formant catapotia. * al. dimidiā. † al.ij.

De ammoniaco.

A Ammoniaci thymi an. mistas. ℥. iij. in melicrato bibe, aquam educunt. quidam spleniticis illud dant cum acetoso melicrato.

De sabuco.

Sabuci radicis corticum succus bibitus. ℨ.ij. aquosum humorem educit.

De purgantibus sanguinem. *Eodem libro cap. 56.*

Sanguinem uero purgant, porri capitati succus, i. eius quod dicitur aratillum, mercurialis quoque, albæ uiolæ, agrestis malua, & saluia.

De opio.

Opium sic fac. Mense iulio papaueris uiridis folia teras per linteolum extorquens, semen ipsius papaueris uiridis teras, & ipso iure miscens coque ut spissum sit, & ad Solem siccabis, & serua, illud est opium.

De omphacomelite.

Omphacomeli sic fac. ℞. botros mundos non maturos, nec acerbos, & repone in umbra, ut possint suæ humiditatis aliquantulum deponere, deinde exucca, & mitte de ipso succo partes. iij. & B mellis despumati partem unam, & mitte in uase fictili & gypseo cum calamo perforato, & suspende ad Solem per dies quadraginta. ualet ad crassas uentositates rheumatizantes, ad fastidium & debilitatem stomachi, flaccida corpora confirmat, & maxime quæ syncopim patiuntur.

Alia confectio eiusdem.

Omphacomeli sic fac. uuæ non maturæ succi partes. ij. mellis partem. i. in uase duplici coque, donec densior liquor ipse fiat, & utere.

De œsypi ceroto.

Oesypi cerotum sic fac. ceram, axungiam sine sale, colophoniam, ius lanę, uetus oleum. an. li. i. ius fœnugræ. ℥. vi. adipis anserini & pullini an. ℥. i. coque oleum cum iure lanæ & fœnugræci diligentissime, donec ad mensuram olei ueniat. Iterum pone ad focum, additis suprascriptis speciebus.

De iure de lana.

Ius uero de lana sic fac. lanam succidam in aquam multam pone ut molliatur, diebus sex, septima uero die coque, & ipsam pinguedinem desuper collige suprascripto penso, & exinde confice cerotum.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. mellis optime despumati libras. xx. succi cydoniorum libras. v. aquæ fontis li- C bras. xl. misce diligenter in uase fictili tenui & picato, reconde, & claude, & mitte ad Solem sub tecto diebus. xlv. hoc est ex die calendarum Iulij usque in. iiij. idus Augusti, ita ut intra quinos dies uas conuertas, ut partes quæ quinque diebus fuerunt superiores, fiant infimæ. hoc genus poculi uino uetusto melius redditur, ut nescientes quid bibant putent se optimum uinum bibisse.

De gariophyllato.

Gariophyllatum ad catarrum sic fac. gariophyllos zingiber & piper tere, adde uinum, & paucum mellis, & pone ad focum ut bene ferueat. deinde pone in cuppa lignea radicem apij, petroselini, libystici, costi, fœniculi, & super istas herbas in ipsa cuppa mitte gariophyllatum feruentem, & tandiu ibi sit, donec temperetur ut bibi possit. per dies tres, mane & sero hoc facias.

De chalcocecaumeno.

Chalcocecaumenon sic fac. limaturam de cupro in ollam rudem mitte, adde acetum in ipsa olla gypsea de argilla, & mitte in foco, ut intus & foris ipsa olla rubra sit quasi focus, tolle à foco, & mitte intus fusticulos paruos, & ipsam ollam ad Solem mitte usque dum refrigeretur, & illud est chalcocecaumenon.

De amylo.

D Amylum sic fac. mitte frumentum mundum in aqua per noctes & dies tres, & per singulos dies aquam renoua, postea in pila macera, adde aquam, & per linteum extorque in concha, & dimittas residere, & tunc ipsam aquam diligenter expurga, ut imum non moueas, quod remanet ad Solem sicca, & hoc est amylum.

De cerusa.

Cerusam sic fac. de plumbo fac tenues laminas, & mitte in uase operculato aceti modium medium, & super acetum mitte ipsas laminas plumbeas, ita ut acetum non contingant. tunc ipsum uas gypsa ut nullum spiraculum habeat. ibi maneat diebus. x v. postea tolle laminas, & rade puluerem quem ibi inueneris, & erit cerusa.

De ærugine campanæ.

Aeruginem campanæ sic fac. laminas de cupro tenues facias, & sicut de plumbo diximus ad faciendam cerusam facias, & habebis æruginem campanæ.

De medulla ceruina.

Medullam ceruinam albam sic fac. frange os cerui, & tolle medullam, & dimitte manere in uino horis quatuor, de ipso uino tolle, & in aqua mitte, & manibus macera donec alba sit. fac tortellos inde, & repone, & utere.

De sapa. E

Sapam sic fac.musti de peculo.℥.xv.tolle,cydonia integra.viij. caricas.xv,dactylos.iij.anethi ramorum.M.i.fœniculi similiter,apij similiter,coque ad tertiam,& quando refrigeratum fuerit cola,& repone in uase fictili & picato.

De careno.

Carenum sic fac.musti dulcis modios.xx.mellis.℥.x.cydonia partita.xx.poma similiter, pulegij.M.v.canabis rad.M.i.ciperi.M.iii.apij radi.& seminis.M.i.scariolæ ramorum & seminum, petroselini ramorum & se.costi hortulani,radicum fœniculi,radicum libystici añ.M.i.hæc omnia coque ad mediũ, & refrigeratum repone in uase picato.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac.musti dul.modios.x.balsamitæ siccæ.M.iij.ciperi radi.M.iij.petroselini radi.fœniculi radi.apij radi.libystici radi.añ.M.iij.nuces pineas integras.v.cydonia partita.xij.coque ad mediũ, postea cola,& adde mellis cocti modium.i.commisce bene, & quando refrigerauerit, repone in uase fictili picato.

De garo cathartico.

Garum catharticũ sic fac.polypodij pul.lib.i.piperis al.gra.50.diagridij.℥.i.gariophyllorũ cochlearium.i.terens commisce cum melle,& repone in uase vi.deinde accipe ad quodcunque uolueris coclear.i.uel.ij.secundum uires,maxime humorem educit melancholicum. F

De lycio.

Lycium sic fac.prunellas de caprifolio collige mense septembri,& tere,per linteumq; extorque, & succum eius ad Solem in concha sicca,& erit lycium.

De acacia.

Acaciam sic fac.mense septembri prunellas ex nigra spina tere,per linteum extorque, succumque eius in uase argenteo siccabis,& erit acacia.

De flora.

Floram sic fac.cerusam tritam cum oleo & cera modica coque in uase cupreo aut æreo,cataplasma ubi necesse est apponere,celeriter corium adducit.

De ptissana.

Ptissanam sic fac.mitte hordeum pinsitum in ollam rudem,cum aqua bene coque,per linteũ extorque,condias de sale,butyro,aut oleo cum pipere & cinnamomo modico,repone & utere.

De chalcidio. G

Chalcidium sic fac.æris florem in aceto uehementissime subigito, sicca ad Solem, fac puluerem & utere.

De opopanace.

Opopanacem sic fac. herbam uirgultam,& radicem panacis siue meu,tere,extorque succum eius, in Sole siccabis,& erit opopanax.

De omphaco.

Omphacum sic fac†[acinos expressos]accipias,carnes ipsas & nucleos in Sole siccatos tunde, fac in puluerem,& erit omphacum. †al.acidas oliuas.

De diagridio.

Diagridium sic fac.mense Augusti collige herbam tithymalli,& eius radices pinse, ius ipsius, id est lac in uase argenteo mittas ut coaguletur sic ad Solem diebus.xj.& pro necessitate quando opus fuerit utere.

De aphronitro.

Aphronitrum sic fac.Nitri partes.ij.& saponis.i.distempera cum prima gutta saponarij,factisq; trochiscis ad Solem pone.

De polenta. H

Polentam sic fac.Hordeum quando cœperit habere quasi lac,mitte in furno,& quando desiccatum fuerit,paleis munda,& fac farinam.

De elaterio.

Elaterium sic fac.Succum cucumerum agrestium non maturorum exprime,expressumq; super plenum uas aquæ infunde,& quod supernatauerit collige,& ad Solem sicca.

De resina.

Resinam frixam sic fac.R. resinam pineam in ollam missam durissime coque,& sic proba si est frixa, Gutta posita in marmore si infrigidata pulverizetur,tolle ab igne.

De aqua ignita.

Aquam ignitam sic fac. R. salis lib.ij.sulfuris uiui,tartari añ.℥.i.† uinum forte,& fac ad disciplinam aquæ rosatæ. †alias.iii.

De hydrelao.

Hydrelæon sic fac. R. partes.ij.aquæ & iij.olei.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. R. partes.ij.aquæ & iij.mellis.

A *De posca.*

Poscam sic fac. R. aquæ partes.ij.uini tres.& coquatur.

De cephalæa.

Siquis cephalæam patitur,& unum de brachijs tumuerit, uel caput,& ex utraque parte seu sinistro oculo signum apparuerit in modum lenticulæ,moriturus erit.Si uero ex nullo alio signo moriturus est demus ei hæc antidota,esdram,scilicet uel philonium,hieram picram,blancam, & puluis fiat ex spica nardi,& squinantho,& ammoniaco,& succo tithymalli uirginalis & interioris,& opium,& semen papaueris,& flores centauri addantur,ex nullo magis , sed æqualiter ex omnibus fiant & diagridij. ℥.i. his omnibus in puluerem redactis,dabis. ℈. i. cum uino calido: & anethino ac rosaceo oleo perfunde caput.Item Esdræ potio cum uino calido temperata & bibita,sine unctione facta , dolorem capitis sedat.Item theodoricon emperiston magnum,ad omne uitium capitis facit, hoc idē facit diaolibanum.

Ad dolorem capitis,& calorem. Accipe cymas salicum,& in fortissimo aceto ad.ij.partes decoque, & exinde caput & pedes foueas,& ex cymis caput fomenta.Item galbanum chartæ impone : & pone in parte illa qua caput dolet,& prodest.Item sauinam tere cum albumine oui,& cū aceto fortiter distempera,& emplastrum fac super caput eius,& ibi dimitte.iij.diebus , & ambo crura eius usque ad genua
B mitte in aquam frigidam,& da ibi ei potum ad soluendum. *Ad febrem capitis , quæ non permittit hominem dormire uel quiescere.* Tolle capita papaueris sicca uel uiridia,& semen lactucæ,uiolas , & folia myrtæ, & pone in cacabo aqua pleno,& coquatur usque dum omnes herbæ dissoluantur,& ex decoctione ipsarum pedes & crura lauentur,& extergantur linteo fortiter,deinde ungantur oleo uiola. & sic somnū præstabis,& dolorem & angustiam auferes. *Potio ad capitis dolorem.* Fœniculum,rutam,libysticum, mel,piper,uinum totum commistum ieiunus bibat. *Item ad somnum.* Succus papaueris agrestis cū farina hordei inunctus dat somnum. *Item ad dolorem capitis.* Folia hederæ terrestris cum albumine oui in fronte ligata prosunt. *Electuarium ad capitis & stomachi dolorem.* R. Mastiches,anisi,fœniculi,polypodij,thuris,myrobalanorum indorum,croci,spodij,sandali albi & rubri,portulacæ seminis,diagridij,añ.ʒ.iiij.zacaræ, amygdalæ, añ.℥.s. tragaganthi. ʒ. ij. camphoræ.℈.i. musci.℈. s. uiolæ quantum de alijs omnibus speciebus,tempera cum syrupo uiolaceo. *Vnguentum laxatiuum,quod caput alleuiat,stomachum purgat,appetitum confortat,oculos clarificat.* R . succi apij . ℥. ij . foliorum rubi succi.℥. iij . polypodij succi. ℥.iiij. laureolæ succi.℥.i.fœniculi succi. ℥.xiij.mercurialis succi.℥.xiiij.olei lib.ij.adipis gallinæ & uerris añ.lib.v.resinæ.℥.i.thuris,mastiches añ.℥.s. casiæ fistulæ medullæ.℥.ij.

Ad tineam.

C Elleborum nigrum tritum cum uncto pone super totum caput. *Ad idem.* Ficatum porcinum crudum & calidum cataplasma diebus.ix.postea laua de aqua frigida, & sanabitur.

Ad furfures.

Accipe semen urticarum,& trita parumper,& pone in aceto per diem & noctem, & postea laua caput de qua re uolueris,deinde uero de ipso aceto,ad ultimum autem de pura aqua, hoc fac bis uel ter. *Ad idem.* Coque cyclaminum in uino , & caput ablue , deinde coque saluiam in uino, & caput ablue , & super hoc puluerem nepitæ asperge super totum caput nocte , & mane iterum laua cum saluia.

Ad capillos cadentes.

Apes quamplures in olla noua include.& ibi eas incende,& cum oleo tere,& exinde in caput mitte,& scarificatum perunge.

Ad diuturnam alopeciam, & ad renascentes capillos.

Pyrethrum tritum mistum cum felle uituli sæpius perunges. Stercus etiam felis idem præstat cum aceto illinitum:euphorbium cum oleo frequenter impositum idem mirabiliter operatur. *Ad idem.* Caprarum stercus , & ungulas ipsarum combustas , & cum aceto solutas adhibe. *Ad idem.* Te-
D studinem uiuam super sarmenta incende, & cinerem eius in cacabo nouo cum aluminis.℥.iij. & medullæ ceruinæ totidem,cum uino coque,& alopeciam inde frica. *Item ad uriones in capillis.* Accipe fel *terræ,& fel bouinum,seu taurinum,& acetum,& pone in cucurbita de creta, facque fortiter feruere, & refrigerato,& colato,laua semel uel bis,deinde laua cum aqua calida si uis. *Ad idem,& ut capilli citius crescant.* Olibanum cum stercore murium pari pondere tere cum aceto & perunge , sed ante loca nitro frica.Idem facit git ustum cum aqua tritum & illinitum. Item lathyris trita , & cum oleo cocta,& illinita mirabiliter capillos augmentare facit. Item fimum caprinum combure in testa , & tempera cum oleo,& raso capite inunctum spissos capillos præstat . flos agrimoniæ tritus cum oleo & fricatus,nigros capillos facit.Item ad capillos cadentes, agrimoniam tritam cum lactæ caprino impone. *Ad idem.* Verbenam cum absinthio in lixiuio coque,& laua caput assidue. *Vt capilli nascantur ubi uolueris.* Panem hordeaceum,& chartam cum sale æqualiter combure,& tere cum adipe ursino, & unge locum. *Vt capilli nascantur ubi uis.* Vnge caput oleo myrtino,quod sic fit, R. flores myrtæ, & coque cum oleo communi,& eo colato pone recentes alios flores myrtinos ,& stet sub dio. xl. diebus:sic fit omne oleum,ut rosatum,&c.Item corticem mediam de ulmo in aqua coque,& de ipsa aqua caput laua,deinde puluerem rutæ superasperge. *Item ad capillos & pilos ut nascantur .* Pellem de capite uulpis calybitidis.i.tugurialis excoriatam combure,& lacertæ uiridis corpus eiecto capite uno die

aut nocte suspende,& postea coque in oleo simul cum puluere, & unge ubi uolueris. *Ad idem.* Ex E cortice cappatis incenso cum melle inunge. Similiter ex puluere ranarum,& muris fimi cum pice liquida,& ex cinere quercus nouellæ unge sæpius.

Ad auferendum pilos

Ad pilos de facie uel alia parte corporis auferendos.psilothri,calcis uiuæ lib.i.in uase fictili ad ignē sine aqua per diem & noctem dimitte,in crastinum autem aquæ quantum sufficit infunde, & diu agita, postea adde lepnias pulueris.i.auripigmenti.℥.ij. Quando uero probare uolueris an perfecte coctum sit,penna immissa & abstracta si depilatur coctum est,tunc in balneo antequam laueris unge, post horam quando iam pili cadunt,de surfure absterge,& laua. *Vt pili ita ablati nunquam renascantur.* Cicutę semen,uespertilionis sanguinem,uerbenæ succum commisce ut multum spissentur, unge nocte prius ablatis pilis.

De hemicrania.

Siquis hanc passionem habuerit,& nullum cibum sumere quærit, & dormire nequiuerit, nauseare iterum non ualuerit,& nullum suspirium fecerit,& potestatem in lingua non habuerit ut debet,sed hæsitauerit ut ictericus,ista signa mortem significant. Si uero nulla sint mortalia,dabis ei picram Gal.& sal catharticum. Vnguento thermantico seu calido unge caput eius. Item succo foliorum ederæ cum oleo F & aceto unge nares.& statim dolor sedatur. Pilulæ ad hemicraniam. R. myrobalanorum citrinorum, kebulorum,indorum añ.℥.s.croci orientalis,mastiches añ.℥.ij. &.℈.ij. scammoniæ.℥.j.s. aloes hepatici quantum pensat totum,tempera cum succo fœniculi,& da eunti dormitum. *Ad idem, & ad quoslibet alios morbos.* Baccarum lauri cum folijs.℥.i.bryoniæ.℥.i.mastiches.℥.i.aloes.℥.ij. tere & confice cum succo caulis,& fac inde pilulas,& da patienti post comestionem.xj.uel xij.secundum uirtutem, eunti dormitum. *Ad idem.* Herba quinque folia in uino,aut in aceto trita perunge.

De scotomia.

Qui uillam iugiter circuit per gyrum,uel contra Solem respicit,seu in Puteum, seu in quemlibet locum manum mittit ut inde aliquid attingat,& statim cadit,& spumat:mortale est. Si autem nullum mortale sit signum,abrotanum da bibere,& in capite pone theodoricon emperiston.& hieram, & anacardinum theodoricon. *Item ad capitis uertiginem.* Balsamitam cum oleo tritam & expressam, cerebro & fronti tepidam ungendo appone.

Ad caput fractum

Aranea tela cum oleo & aceto,fracto capiti apposita,dolorem tollit & sanat. G

De epilepsia.

Qui ceciderit in hanc passionem,& contraxerit omnia membra in unum,non tamen spumat, & postea libenter manet solus,& cum nemine propria uoluntate loquitur, signa mortalia sunt. Siquis lunaticus spumat,& oculos conuertit,& fremit,& mugit,& cadit,& membra contraxerit, & colorem similem croco habuerit,moriturus est:si autem hæc signa desunt,cum blanca,aut sancti Pauli antidoto, aut Esdræ cum scammonia ei subueniatur. Item epilepsia nascitur.ex.iij.humoribus.i.phlegmate,cholera ru.& melancholia. Siquis cadens fecerit spumam multam & albam,& stridet dentibus:erit de phlegmate.si uero quando ceciderit,claudit oculos quasi dormiat,& non proijcit spumam, & cito resurgat: erit cholera. Si autem uultum nigrum habebit,& distorquebit os,& caput, & linguam, & manus strinxerit,& fecerit spumam paruam,& continebit se quasi ad mortem: de melancholia erit. Item per urinā potest cognosci,ex quo horum trium æger patiatur.quia si fuerit alba & crassa:erit de phlegmate. si citrina & parum nigredinis habuerit:de cholera rubra.si alba & nigra & crassa:erit de melācholia.hoc potest probari in sequenti nocte sui casus,uel præcedenti in urinis. Patientes autem melancholiæ causa uel phlegmatis,sic curari possunt,in primis talem diætam accipiant.xv.diebus uel. xx. comedant carnem *ouillam non pinguem,coquinatam,& agnos paruos. De uolatilibus, comedant gallinas, gallos, anseres,anates,pullos columbarum domesticos,phasianos. De oleribus,porros coctos cum oleo, bu- H glossum coquinatum,pastinacas coquinatas,fœniculum,asparagos,ius cicerum cum oleo: De fructibus uero nullum,nec pisces. Bibant uinum subtile cum aqua. *Potio ad idem.* R. poconiæ grana, saluiam,absinthium,urticam,marrubium secundum æstimationem in aqua frigida temperabis. *Item ad idem.* Lasar,i.assæ fœtidæ,maluæ,betonicæ,abrotani,phu,cinnami,piperis albi,thu pontici, euphorbij, salis ficuum,opopanacis,saluiæ,origani,diagridij,scillæ,casiæ fistulæ,ammoniaci, mastiches, hyoscyami,costi,rutæ,castorij añ.℥.i.s.sagapeni,mandragoræ,mercurialis, sampsuci, thuris.añ.℥.iiij. da ei cum aqua calida in modum auellanæ. *Item puluis ad caducos, & qui spumant & paralyticos.* R. olibani, mastiches,myrrhæ,sanguinis draconis,asphalathi,antimonij æquali pondere, opopanacis.℥.i.oliuæ smaragdinæ,bdellij uarij,petræ de capite corui marini nigræ†℥.iij.crystalli,sadib.i.folia nucellæ, nascam.i.fungam quercinum,carbones sambuci,petræ sancti sepulchri,nascam uitis,†pannum blattę byzantiæ, nascam myrtinam,crucem†marinam,herbam occasionis,†cicerellum,furfura,matrisyluam,herbam hircinam,betonicam,maiorem maluam,marcoram.i.marrubium†baccarum, malum styracis, †ungulam ursinam,corium uituli marini, fel & ficatum ursinum, fel & ficatum corui, fel & ficatum erinacei, cingulam de corio capreoli,os de corde cerui,sulfur,pallam maris,radicem de carduo albo añ.℥.ij.puluerem fac & da cum aqua frigida. *Ad idem.* Oua coruorum comesta prosunt. expertum est. Qui perdit

*al. suillam.

†al.drach.vii.

†al.carnem.

†al .curcumam.

†al. canofolā. idest polium.

†al. mali terræ idest cyclaminum.

A dit loquelam culpa epilepsiæ, succum rutæ agrestis naribus inijcies hoc sæpe facto eam recuperabit. *Vnguentum ad idem.* Centumneruiam, uiolam, brancam ursinam, allium, sarfaram, apium, risus, batrachion, linguam caninam, sisymbrium, fœniculum, libysticum, aquilegiam æqualiter, herbam fœtidam plusquam de alijs: his omnibus pinsitis cum axungia scrofæ recenti, & in axungia ualde coctis, exprime fortiter per pannum in aqua frigida, & quod supercoagulauerit collige & repone, & utere. infirmus autem secludatur diebus. xxx. prius tamen accepta potione, quæ optime purgat, capite raso, & bene calefacto, mane totũ caput hoc unguento, & totum collum in circuitu unge, & sero similiter eunti dormitum: & hoc. xxx. diebus facto. R. castorium, & olibanum, & antimonium, æquali pondere, & pulueriza, & distẽpera cum fœniculi succo, & da ad bibendum mane ieiuno, & sero eunti dormitum, & hoc per. xxx. dies, & custodi a cibis contrarijs. *Item probatum unguentum epilepsiæ.* R. linguam caninam, brancam lupinam, plantaginem de aqua sulfurea, sisymbrium, fœniculum, libysticum, centrum galli, uiolam, saluiam. hęc omnia æquali pondere cum recenti axungia scrofæ in aqua decoque, & cola fortiter, & quod supernatauerit infrigidatum collige. Et quando operari uolueris, cathartico patientem purga, prout res postulare uidetur: deinde abraso capite abundanter inunge, habens idem supra caput, & circum amplam testam calefactam, ut affatim calorem ministrare possit. hoc per triduum, uel
B quantum opus fuerit fac. Et aquam aliquantulum mellitam & calidam bibat, antimonium, castorium, olibanum, linguæ caninæ radicem, fœniculi radicem æquali pondere, & puluerizatis utatur in supradicta aqua, uel eius succo expresso. *Item ad idem.* Fac bullire centumneruiam idest barbaram syluanã in. ix. phialis uini, ut redeat ad tertiam: da phialam. i. per dies nouem.

De apoplexia.

Qui ceciderit in apoplexiam, & de multis rebus desiderat sibi cibum afferri & potũ, & statim quando uidet hæc abominatur, siue masculus fuerit, siue fœmina, mortem sibi imminere significat. qui autẽ non habuerit hæc signa, curari poterit cum supradictis antidotis & unguentis.

De phrenitide.

Qui ex phrenitide multum alienatur, phlebotometur de media uena frontis, quantum oui testa capere potest: Si perdiderit loquelam, sternutamento utatur, quod conficitur ex condisi herba. Si autem præ nimia angustia dormire nequiuerit, crura & pedes lauentur ex decoctione uiolarum, & rosarum, & semine lactucæ, & myrtæ, & sic colatis linteo, ungatur oleo uiolato, & si non alienatur, & desiderat balneum, sine aliquo timore detur. Si autem hoc totum non profuerit, radatur totum caput, & ex calido pulmone pecoris obuoluatur totum caput, & maneat ibi per totam noctem, & super folijs cucurbi
C tæ, & totus stomachus similiter obuoluatur de folijs, & matutina hora præ nimio fœtore auferantur. De cibis, utatur cucurbitis & portulacis conditis cum pauco oleo & aceto, & comedat far, ptisanam: de pomis autem, mala granata, & mala syria, & pira. Item ad phrenitin, Succus hederæ in naribus infusus, & ruta mista cum aceto, cerebroque superposita nimis adiuuat. Item ad somnum. Semen hyoscyami fortiter tere, & cum lacte mulieris, & oleo uiolato, uel rosato tempera, & tempora & frontem inunge.

De melancholia.

Qui melancholiam patitur, semper uomit, & fastidium patitur, & nihil de cibo & potu accipere potest: tamen hoc tantillum quod sumit non proficit ei, & Solis uel ignis ardorem nequit sustinere, & dormire non potest: tamen quando dormit supinus iacet: & nunquam firmiter dormit, & post dormitionẽ pigritia ei sentitur, & ambo labia uiridia sunt, moriturus est. Item si multum sitit, & lateris patiatur dolorem ex utraque parte, talis est ei curatio. Calami, nardi, casiæ fistulæ, euphorbij, costi añ. ʒ. ij. esulæ. ʒ. iiij. hæc omnia in puluerem redige, & cum uino bibat ieiunus ualde diluculo, & tunc ieiunet ad horam nonam. *Item ad idem potio.* Ireos tunsum & cribratum missum in uino ieiunus bibat mane. *Aliud catharticum.* Tartarum, & farinã tritici mitte in uino in sero, alia die fac inde pilulas, & dabis ad man
D ducandum ieiuno. *Item ad idem medicamentum purgatorium melancholiæ, quod hunc humorem proprie purgat, & liberat corpus.* R. anisi vnc. i. petroselini, unc. iiij. epithymi drac. iij. mel quod sufficit dabis cum aqua, uel cum uino.

De lethargo.

Qui in lethargum ceciderit, & libenter est solitarius, & multum comederit, & eo quòd amplius desiderauerit, & loquitur quod non decet, & iugiter saliuam suam foras mittit, moriturus est: maxime si sudor frigidus in facie & ceruice fuerit. Si uero talia signa defuerint, ita curabis. Ante diem tertium nihil est adhibendum. Iacere debet in loco luminoso, frequenter pulsando, nomen eius uocetur: quòd si preualeat plurimum ei somnus, ungenda sunt ex oleo dulci & calido eius præcordia, & lana munda & calida fascianda. Cibo autem dato, fricentur illius manus & pedes. quòd si iterũ dormiuerit, mulsam accipiat, & clysteria inijciantur, & caput pressius tundatur, ferulæ incensæ fumus, eius naribus apponendus est. Sicut etiam lucernæ extinctæ odor olfaciendus est. Sic ruta in aceto trita eius naribus adhibenda est, sisymbrium in aceto tritum infundimus in capite, aut testudinis sanguinem in fronte illinimus. Ptarmico cerebrum mundare conuenit, alij sanguisugam fronti & temporibus adhibent. Ex cornu ceruino & galbano fieri fumum eius naribus ualde approbamus.

Ad oculorum uitia. E

Super panem hordei calidum & per medium scissum puluerem carui asperges, & ante oculos pa-
tientis tenebis. *Ad sanguinem & uulnus oculorum.* Primum tere pinguedinem,& postea adde farinam
milij,& distempera cum uino in modum unguenti,& linteolo superposito,cui opus fuerit impone. Itē
tolle crocum orientalem,& lycium,& succum ocymi,& lac fœminæ marem nutrientis,& dactylorum
carnes,omnia tere fortiter,& cum aqua rosata uel cum succo ipso & lacte distempera in modum un-
guenti,& super oculos pone. *Item ad oculos sanguinolentos.* Tolle pullum columbinum,& sub ala inci
de,& sanguinem qui inde exierit in oculos infunde,probatum est. *Ad lacbrymas oculorum.* Tolle ra-
pas syluestres,& tere fortiter,& cum aqua rosacea distempera,& super oculos pone, probatum est.
Ad lippitudinem oculorum. Attramentum,mel,albumen oui æqualiter teres,& oculis superpone,ma
ne & sero lacte mulieris inunges. *Item ad lacbrymas oculorum.* Rutæ succum & mel commisce,& ocu
los unge.certum est. *Item ad sanguinem,& dolorem oculorum.* Aloen & opium tempera cum lacte mu-
lieris quæ nutrit masculum. *Item ad tumorem,& caligmem,& sanguinem.* Verbenam cum oui albumine
tere,& tritam impone.optimum est.Item cynoglossi succus in oculis immissus,& herba trita & super-
posita oculis,mire prodest.. *Item ad caligmem oculorum.* Rorem qui cadit in matutino,& succum rutæ
collige in unum,& in oculis mitte. *Ad pannum oculorum.* Puluis olibani cum melle, & aceto,ac ster F
core maiorum murium mistus,atque inunctus,caput denudatum capillis uestit, & pannum oculorum
diluit.dysenteriæ obsistit cum aqua sumptus occasione frigoris, lumen amissum pulуerizatus & inie-
ctus restaurat. *Item ad pannum & sanguinem oculorum.* Membranum oliuæ fortiter tere, & misce cum
albumine oui,& pone super oculos,mulrum ualet. *Ad ungulam oculorum.* Tolle anguillam uiuam,&
extrahe inde sanguinem,& mitte in oculum,multum ualet. *Item ad idem.* R.nitrum,& mitte per.ix.
dies in ignem,& postea fac tenuissimum puluerem,& mitte in oculū.expertum. *Item ad sanguinem ocu-
lorum.* R. Succum apij,& albumen oui,misce in simul,& mitte in oculum sero eunti dormitum. pro-
batum est. *Ad idem.* R. salicem siccum,combure fortiter in ignem,postea fac tenuissimum puluerē,
mitte in oculum eunti dormitum.probatum est. *Aliud ad pruritum, & pinguem pituitam.* Succum uel
folia apij misce cum bono uino & dimitte per unum diem,postea unge oculos, uel laua, mire prodest.
Ad albuginem oculorum. Succus agiolæ,fœniculi,instillatus eunti dormitum, multum ualet.. Ster-
cus album tantum lacertæ cum uino temperatum idem facit.Item succus ederæ terraneæ in nare eius-
dem partis oculi,in quo fuerit albugo,immissus capite uehementer reflexo manēte, albuginem eijcit.
Item ad clarificandum uisum. Fel uulturis cum stercore humano mistum,& uino bene colatum,& ocu
lis immissum mire facit.Fel arietinum immissum hoc idem facit. *Pilula ad uisum experta.* R.squinan- G
thi,spicæ,xylocasiæ,xylobalsami,carpobalsami,agarici,asari,rosæ,uiolæ,epithymi,absinthij,colocyn-
thidis,terebinthinæ,cinnamomi,croci orientalis, stœchados, mastiches. añ.ʒ.i. diagridij.ʒ.iiij. aloes
hepatici. ℥.v.tempera cum succo absinthij,& fac pilulas.

Ad aurium uitia.

Ad aurem percussam,uel uulneratam, calidi panis interiora cum melle tere: & frequenter pone.
Item ad aurium dolorem. Tolle cepas,& tere fortiter,& adde cyminum,& mitte in frixorio, & fac in
modum cataplasmatis,& tepidum pone super aurem. *Item ad auditum.* Micam panis hordeacei im-
pone calidam. *Ad aurium dolorem.* Succum menthæ tepidū infunde. *Item ad aurium dolorem.* Ru
tæ cymam & cyminum tempera cum lacte mulieris,misce & cola.& succus inde extractus tepidus au
ribus instulatus ualet. *Item ad aurium dolorem,uentositatem,& surditatem.* Cepullam albam,& allium si-
mul tere,& exprime inde succum,& auribus instilla.Item tolle malum terraneum, & caua, & immisso
oleo coque,& in auribus instilla:idem præstat. *Item ad dinturnos sonitus.* Euphorbium cum oleo cy
prino tritum & calefactum in aure missum,singulare præsidium est. *Item ad dolorem calidum & tumorem.*
Succus cucurbitæ cum oleo rosaceo calefactus & immissus sanat.Item lycium, & opium lacte mulie-
ris admistum, & auribus immissum,nimios dolores mitigat:si tamen opium uetus fuerit.Item oua for H
micarum tere,& per linteum cola,& adde polygoni succum.& auribus infunde, uetustissimum emen-
dat surdum.Si uulnus in auribus fuerit,aut auditus grauetur,urinam puerilem tepefactam infunde:hu
morem desiccat,& celeriter sanat.Item hederæ succum cum uino mistum infunde.

De fluxu sanguinis narium.

Ad narium sanguinis fluxum,testas ouorum,& maxillas cancri,& sanguinem draconis,et stercus bo
uinum siccū,& parum de psilothro unguento sicco,quod remanet in uase,in quo conficitur,hęc oīa te-
re,et in puluerem redige,et quantum tres digiti leuare possunt, uel quantuncunque potest cum nare,
unde sanguis fluit,leuare,attrahat,et liberabitur.Hic puluis cum aqua frigida temperatus, in mane et
sero potatus cum prædicta mensura,scilicet trium digitorum curat fluxus mulierum, dysentericos, et
hęmoptoicos *Item ad idem.* Gypsum cum aceto forti,aut argillam fronti, uel temporibus illine, et
testiculos in aceto forti patiens teneat. Item lumbricos terrestres cum thure et tenui albumine oui
contere,et fronti et naribus impone.Item bombacem aliquantulum ustum,et uino et oleo infusum in
nare,de qua sanguis exit mitte:eamque exinde oppila.Item herba sanguinaria pinsita,et naribus impo
sita sanguinem sistit.Puluis urticæ combustæ naribus insufflatus idem facit. Item uitellus oui assatus et
durus naribus immissus sanguinem stringit.

A

De fœtore narium.

Ad nares male olentes, rutæ ſemen, abſinthij, ſemen, uel pyrethri accipe: fac puluerem, & in naribus pone.

Ad polypos naris.

Recipe aluminis ſciſſi, myrrhæ, ſandaracæ añ. ʒ.iiij. æris uſti, gallæ añ. ʒ.i. diligenter tere: & calamo inſuffla, prælotis tamen naribus bono uino, & bene ualebit. Emplaſtrum leneadi diapepereon, ſolutum cum ſucco mali granati acidi idem præſtat.

Ad uitia oris.

Siquis ulcerationem oris patitur intrinſecam, tolle oculum lucidum. i. lycium, & cum aqua roſe a diſtempera, & in ore tenere facias, & ſanabitur. Si ex rheumate tamen fuerit, abrotanum tritum. & cum melle miſtum in ore clauſo teneatur, & phlegma fluere ſinatur. Singulare auxilium hoc eſt, & ad dolorem dentium ualet. *Ad fœtorem oris.* Folia *fragi manduca pulegium & ſerpyllum ſimul, & quando perrexeris dormitum, aceto bono laua. Si anhelitus olet, quando perrexeris dormitum aceti boni cyathum. i. per partes bibe. *Vnguentum ad uitium oris, uel uulnus.* Ius de chelidonio pleno ouo, mel pleno ouo, piperis grana. 51. coque ad medietatem, & utaris. *Ad lingua uulnus.* Arundinem in melle miſſam & coctam pone: mirifice ſanat.

*fagi.

B

De dentium uitijs.

Naſturtij ſuccus auribus infuſus dentium dolorem mitigat. Sotira & Euchariſtum potata dolorē dentium ſedant & placant. Item tithymalli radicem coque in uino ad medietatem, & bis per menſem os lauetur, & dentes nunqam dolebunt. *Item ad idem.* R. radicem urticarum, & coque in aceto, acetum tene in ore, de radicibus uero emplaſtrum facias ſuper maxillas dolentes. *Ad idem.* Tolle membranum, radicem thapſiæ, & quoque in aceto, & ablue dentes, prius tamē ſcarificatos, ut ſanguis inde exeat, hoc etiam commotos dentes confirmat. Item raſutā corticum *oui tene defotis, & cum aceto forti decoque, & tepidum in ore tene. *Ad idem.* Chamædryos cum aceto forti tene, & longe in ore tene, ſtatim dolor deficiet. Item hederæ radicem in uino coque, & in ore tene radicem & uinum, multum prodeſt. Item quinque folium cum radicibus in aceto aut uino coctum ieiunus in ore tene. Item uinum cum pipere miſcebis, & parum bullies ad focum, & tepidum in ore tenebis. Item ſuccus allij cum pipere triti, in aure alterius partis miſſus prodeſt. Vel ſal combuſtum ſuper dentem poſitum perfecte idem operatur. Item puluis olibani cum ſtaphide agria tritus prodeſt dentibus, & linguam expeditam reddit. Item. R. 33. grana piperis, & tere fortiter, cum forti uino bullias, & teneas in ore, & teijcias, & iterum bis uel ter, aut amplius ſumas, donec dolor ceſſet, cortex pyrethri bene tritus, & ſuper dentes poſitus prodeſt. puluis eius idem operatur. Hoc idem facit uena inciſa, quæ retro eſt in media aure, uel alia ligata inter pollicem & indicem contrariæ partis. *Ad maxillas tumidas, & ad dolorem dentium.* Bulli tithymallum in aqua & cola, herbam faſcia leuando, & ponendo in gingiuas. *Ad dentes continendos.* Corticem *pyrethri † incēde, & bolum armenicum, & maſtichen, miſce, & facto puluere unge gingiuas. Idem faciunt piper. 33. calx cum melle prius miſta, & poſtea aſſata, & galla, & maſtiche, & balauſtia: omnia æqualiter pulueriza, & unge gingiuas. *Ad uuulam deſtillantem, & fauces tumentes.* Succo abſinthij ſufficienti laua. Item ſinapi in aceto gargarizatum cum melle multum iuuat.

*al. orni.

C

*al. piri.

Contra uitia faciei.

Ad impetiginoſam faciem & rubram. R. ſuccum carduncelli albi, & morgellinæ, tantundem de olibano, & melle, & abſinthio, & ceruſa, & his commiſtis unge: & laua faciem cum mica panis in aqua infuſa, deinde teneras cymas rubi cum melle Luna decreſcēte, confice: poſtea inunge ceruſam nouies ablutam: deinde commiſce oleum, & pſimythium. i. ceruſam & olibanum. *Ad lentigines.* R. ouum, & pone in aceto, donec teſta maceretur: & accipe ſinapi, & pulueriza, & cum ouo confice, & unge faciem eunti dormitum: poſtea laua cum farina hordei. *Ad idem.* Succus bryoniæ & cucumeris agreſtis. añ. ℥.i. gummi hederæ. ℥.s. accipe, & faciem laua ſuperiori modo, & ſi intumuerit facies, cum ſucco ſtrychni. i. ſolani & albumine oui laua. *Item ad impetiginem.* R. radicem plantaginis, & ſal & acetū fortiſſimum, tere fortiter, & de illo aceto diſtempera, & laua. Item radix minoris lapathij in aceto cocta, & ſuper impetiginem fricata liberat. Item hieralogodion, & hiera Rufi, facit in initio impetiginem habentibus, & uarijs alphis. *Vnguentum ad impetiginem.* Lacertam uiuam, & uitem albam pone in oleo: & coque ad tertiam, & colato oleo, adhibeatur cera puriſſima. probatum eſt. *Ad idem.* R. olei libram. i. olibani, cozumbri, pegulæ, ſulfuris, ſaponis, lycij, auripigmenti, ceræ. añ. libram mediam.

D

De morphea curatione.

Trochiſci ad morpheam albam uel nigram. R. ellebori albi, piperis longi, careos. i. carui, halcyonij. i. ſpumæ maris, ſulfuris uiui, calami aromatici, andrachnes. i. portulacæ, ſandaracæ: omnia æquali pondere, tere, & fac trochiſcos cum aceto, & utere. *Ad maculas albas uel nigras.* Oua trita, & cretam. lithargyrum, & ceruſam, ex æquo cum aceto, & oleo roſato confice, & loca prius cum linteo perfricata uſque ad ruborem perunge. probatum eſt. *Ad maculas rubras.* Cum melle, & abſinthio inunge faciē. Item aloe trita cum melle inuncta faciem iuuat.

Ad rugas

Ad rugas de facie tollendas, & omnem ægritudinem depellendam. E

Cucumeris agreſtis radices ſiccas tere,& ſecerne & miſce cum aqua: & faciem lauã:hinc alia aqua frigida laua faciem.quod ſi per triduum feceris, mirũ effectũ uidebis. *Vnguentum ad morpheam.* R.ſtaphidos agriæ,ſulfuris,lithargyri.fac puluerem.& uade ad balneum & laua te: & poſtquam lotus fueris,laua te cum aceto,& unge ſupradicto unguento, & poſt triduum iterum laua te. *Aliud ad morpheam albam, & nigram, & ſerpiginem.* Recipe ſucci mali terranei.i. cyclaminis, uel panis porcini, ſucci hyari,ſucci draconteæ,uiticellæ ſucci,ſaponis,ſanguinis draconis,& aliquantulum capitelli:frica fortiter ſicut unguento,& unge ubi opus fuerit. *Ad ſcrofulas.* Recipe radicis raphani agreſtis rotulas.ix. & tantum de eadem radice,ut tantum ſucci poſſit exprimi,quod ſit ad menſuram trium digitorum, in ampulla uitrea,& da ut bibat in die martis Luna creſcente:& in die iouis Luna deficiente,& ſcrofas ſit per ſcrofulas pone. *Vt tota facies ſit candida.* De ſanguine tauri faciẽ linias, maculas de facie tollit, & lympidam reddit. *Item ad idem.* Aphronitrum,lithargyrum, picem rufam,olibanum, cimoliam, raphanum cum aqua pluuiali confice,& faciem linias. *Vt totum corpus hilaris fiat coloris.* Vini ueteris fæcem cum oleo tere,& totum corpus perunge *Ad faciem clarificandam.* Recipe cryſtalli,amenti dulcis & ſalſi, dentalis & antalis, coralli albi,& rubri,umbilici marini,nitri, ſalis gemmæ, ſarcocollæ añ.ʒ.i.ceruſam circa omnia ſupradicta cõtere:ubi ergo cutem laueris, diſtempera paululum de prædicto puluere in manu tua,& inde tange cutem. *Item ad idem.* Olibani ceræ†uirginis,cornu ceruini, lithargyri,ceruſæ ana.ʒ.iij.terebinthinæ.℈.iij.confice & utere. *Vt facies albeſcat, & molleſcat.* Ceruſam & ceram albam teras ualde cum roſeo,& unge.Theodoricon emperiſton male coloratis, Anacardinũ pallidis ualde facit. F †aLolei

De paſſionibus gulæ.

Potio ad ſcrofulas. R.ellebori nigri,mali terranei,herbæ mauræ.i.trifolij, matriſſyluæ, caudæ lupinæ: has bene ablutas fortiter pinſito,& ad tertiam decoque, & patienti de tertio in tertium diem dabis. *Item ad idem.* R.radicem ſpathulæ,& radicem herbæ mauræ, & teſticulos agni, & nouies ablue & tere:& in uaſe pleno aquæ ad cælum liberum ſuſpende nocte una:& ſingulis diebus bibe. Et frondes tritas herbæ mauræ in patientibus locis faſcia:& dimittatur tota nocte. *Item ad idem.* R.ſtercus porcinum,& fac puluerem ex eo,& laua prius ulcus de fortiſſimo aceto uel uino:& poſtea imple de puluere illo,donec ſanetur.expertum eſt. *Ad idem.* Fabæ lupinæ radices uino nouies lauentur, & aqua in diuerſa proijciatur loca:quarum radicum una pars teratur mediocriter:alia pars dimittatur integra: &.ix.grana piperis integra,& cinnamomi integri.℈.ij.& mellis.ʒ.ij.imponatur in olla cum uini cyathis.ix.quæ omnia bulliant ad tertiam:& ſic tribus diebus detur infirmo ad bibendum Luna deficiente. G *Ad idem.* R. Bruſci radices,aſparagi radices,radices fœniculi,radices uiolæ,cymæ oliuæ,cortices fagi, paululum radicũ acori,cortices ulmi,flores ſtœchados,roſæ agreſtis,uel roſæ caninæ, quæ omnia lauẽtur nouies in aqua:& concoquantur in uino uſque ad tertiam:& poſtea miſceatur paululum mellis,& piperis,& ita bibat.Item uitis albæ radicem tritam cum axungia ſuperpone frequenter. *Ad idem.* Succus capparis,& ſuccus fumiterræ miſti & bibiti ualde proſunt.

Ad glandulas.

Obuli cataplaſma impone,& glandulas deficere certum eſt.Item folia perſici cum ſale tere,& ſuperpone,mirifice proſunt.Sed ſi fuerint duræ ipſæ glandulæ,fimum caprinum tere cum aceto,& in panno inuolue,& ſuperpone. *Item ad ſcrofulas.* Tolle lacertam uiuam,& mitte in olla rudi,olei libram unã, & ibi ſe decoquant.penitus aquam non tangat:poſtea unge mane & ſero, uel decies in die. *Item potio ad idem.* Enulæ radices,gladioli,aſphodeli,folia lauri:omnia coque in uini fortis phyalis nouem, quouſque ad tertiam redeat.dabis Luna deficiente.

Contra uitia palati, & gutturis.

Diamoron de rubis,quod facit ad omnes cauſas palati, & gutturis: uuluam ſubleuat cadentem, & humoroſam deſiccat.

Recipe ſucci mororum rubi,libras duas,mellis,libram unam,ſapæ,libram unam:quod cõficitur ſic, H ſuccum cum melle & ſapa in uaſe æneo ſtagnato ad leues prunas decoque, & ad perfectam decoctionem feruefacere deſine.Quando uero coctum fuerit ſcies,quia poſita de eo gutta ſuper marmore,ſi ſe retinuerit ut mel, bene coctum eſt,tunc in uaſe ſtagnato recõde,& uſui reſerua.quando opus fuerit,ex eo palatum & uuulam unge, aut ad gargarizandum dabis. *Aliud ad idem, & ad uulnera faucium alba, uel nigra.* Recipe balauſti,ſucci corticis granati ſicci amborum añ.ʒ.iiij.aluminis ſciſſi,maſtiches ana.ʒ.i. tere, & in puluerẽ redige,& cum decoctione croci collige: & quando opus fuerit, locis dolentibus unge.

Ad uocem clarificandam electuarium.

Recipe cymini aſſi.ʒ.ii.ſeminis ſinapis,piperis añ.ʒ.xv.calaminthes,pyrethri,cinamomi ana.ʒ.i. mellis quod ſufficit.

Ad tuſſim ueterem & nouam.

Sotira magna cum uino detur eunti dormitum.Simili modo Euchariſtum datur cum ſotira miſtum tuſſientibus. Vtile etiam eſt,diabutyrum pectori & tuſſientibus. Idem facit diacalaminthes. *Item ad raucedinem.* Apij ſemen,cymini ſyriaci,ſeminis fœniculi, ſeminis anethi, ſeminis pulegij ana. cochleare.i.in puluerẽ redige:& cum fœnigræci ſucco da ad bibẽdum per triduum:res eſt nimis ſalubris.

Pilulæ

A *Pilulæ ad tussim probata.* Recipe styracis.ʒ.i.opij,galbani,sulfuris uiui,terebinthinæ,ana.ʒ.ij. piperis nigri.ʒ.xv.tempera cum succo apij,& da eunti dormitum aut.iij.aut.v.

De præcordiorum passionibus

Quibus color rubeus apparet in facie,aliquando posthoc in pallorem conuertitur:& tunc uadit dolor inter scapulas,uel tibias,& tussit:& quod proijcit ab ore,saporem salis habet,& memoriam non habet,& uidentur esse aspera,quæ uidet. Hunc deuita,quia moriturus est:sin minus,ita curabis, diaprasu utile est,diaireos uitijs pectoris,sic diacalaminthes,aut climax.i.aristo.uel uitis alba, & diaolibanu catarrho,& tussi. *Electuarium expertum ad vitium pulmonis,& ad omne rheuma descendens a capite ad thoracem, & qui sanguinem expuunt, & ad raucedinem vocis, & qui male ructant ab ardore stomachi, & synanchen, quæ in faucem rumpit, & stranguriam, quæ ex phlegmate fit curat.* Recipe spicæ nardi, anisi, cinnamomi, tragaganthæ, gomphitæ.i.styracis,hyssopi,petroselini, piperis al.gariophyllorum,seminis fœniculi, dactyli, carui, rhu pontici ana.℥.i.mellis quod sufficit.da mane & sero. *Item aliud probatum ad uitium pulmonis, & omnem tussim.* Recipe raphani,pyrethri,enulæ,elenij,iridis illyricæ,piperis ana.℥.i.dabis mane & sero.

Electuarium dianthu,quod optime facit contra cardiacos,phthisicos,hepaticos,confortat illos, qui sunt debiles natura, & ex longa infirmitate curat. Absinthij florum libras duas, & frondis eius libram unam,sandali rubri & **B** albi ana.libram unam.gariophyllorum,spicæ,galangæ ana.℥.s.piperis longi.ʒʒ. mastiches ana.ʒ.ij. liquiritiæ libram unam,succi eius.℥.i.sachari libram unam,rosæ.℥.iiij.mel quod sufficit. *Diapenidion magnum, quod facit asthmaticis, arthriticis,sicce tussientibus, uocem perditam ex calore perfecte reparat, phthisicis, peripneumonicis, & pleuriticis subuenit.* Recipe penidiarum.ʒ.c.pinearum,amygdalarum purgatarum, seminis papaueris albi,omnium trium.ʒ.xxx.cinnamomi,gariophyllorum, zingiberis,succi liquiritiæ,tragagan. gummi ara.amyli,seminis citruli,melonis,cucumeris,cucurbitarum purgatarum ana.℥.xi. camphoræ.℈.iiij.syrupi uiolati quod sufficit. Conficitur sic, penidiæ cum syrupo,lento igne aliquantulum bulliant,& inde puluis terendorum temperetur. Detur mane & sero cum tepida. *Diapenidion minus, faciens ad uulnera, quæ intrinsecus sunt maturanda, omnes putredines expurgat, & constipata pectora mollit.* Recipe zingiberis tragaganthæ,pinearum purgatarum, amygdalarum,anisi,seminis citruli,melonis,cucurbitæ,papaueris, omnium nouem ana.ʒ.xij.spicæ,croci ana.ʒ.vi.mellis ro. quod sufficit. Detur mane & sero cum tepida. *Epithema ad tumorem, vel dolorem, vel inflammationem hepatis.* Recipe rosarum,trium sandalorum,farinæ hordei æquale pondus,tempera cum succo solani & cum aqua frigida. *Tryphera magna, quæ facit ad dolorem stomachi ex frigiditate, siccat quando accepta fuerit, statim patientem ad sudorem prouocat, phreneticis, & mulieribus, quæ ex melancholia de matrice insomnia patiuntur, similiter somnum præstat, rheumaticis, &* **C** *qui faciunt ✱ uentrē cum sanguine, vtilissima est.ascaridos & lumbricos educit,& menstrua prouocat cū mulsa data.* Recipe opij.℥.ij,cinnamomi,gariophyllorum,galangæ,spicæ,zedoariæ,zingiberis, costi, styracis, calami aroma.cyperi,iridis,peucedani,acori,mandragoræ,celticæ,rosæ,piperis,anisi,apij,petroselini, fœniculi,macedonici,dauci,hyoscyami,ocymi seminis.omnium.xxv.ana.℥.i.mellis quod sufficit. *Ad infusionem.* R. squamam ferri, & tere & misce cum melle,& cum succo menthæ, sanicenæ, idest herbæ sanctæ mariæ,& succo abrotani, & pastillato,mitte in testa posita super caueam terræ, & sic coque, donec siccetur multum,& reserua: quando opus est accipe cochlearium unum puluerizatum usque ad dies nouem,& bibe post acceptionem, uel misce in uase uini puluerem,& quassatum bibat.similiter probatum est. *Triasandali expertum ad dolorem* hepatis ex calore, ictericorum colorem emendat potenter, & omnem calorem intraneorum usitatum extirpat, & sitim intolerabilem temperat.* R. diacridij in cytonijs cocti. ʒ. xxvij. zaccaræ,spodij,rosarum babylonicarum ana.ʒ.ix.sandali albi,rubri,& citrini,succi liquiritiæ,seminum portulacæ omnium ana.ʒ.iiij.rhu barbari,croci orientalis,amborum.ana.ʒ.iii.camphoræ.ʒ.i.&.℈.i.Sirupi Galeni quod sufficit,dos.eius.ʒ.iij.cum tepida *Ad ictericos.* Accipe uigam, quæ fit de ære, & tinctam in forti aceto pone in oculis. Itidem facies de succo pomorum granatorum amarorum. *Ad idem.* Rosmarinus coquatur in uino optimo,& decoctione eius infrigidata,nocte & die utatur. *Ele*-**D** *ctuarium diaprasiu,siue sancti Petri,quod valet ad causas pectoris, & ad febres ex his natas, & ad tussim maxime prodest.* R. hyssopi,serpylli,fœnigræci,anisi,ana.ʒ.ij.iridis illyricæ.ʒ.iiij. origani, pulegij, calaminthes, scyllæ,prasij syluestris,& domestici ana.ʒ.iii.herbæ uirides cōcoquātur in quindecim sextarijs aquæ,ut ad tertiam redeant.pinsantur,& exprimantur fortiter. Ius aquæ decoctionis misceatur cum melle.℥.v. lente super carbones bulliant,donec aqua consumatur: deinde mitte pinearum,dactylorum, caricarū pinguium mundatarum & pinsitarum ana.℥.iii.tragaganthæ: postremo his optime expressis, addantur pulueris liquiritiæ.℥.iii.galliæ muscatæ.℥.i.gariophyllorum, galange,zedoariæ,spicæ,cinnamomi, rhu.pontici ana.℥.iii.confice,& usui reserua. Sotira asthmaticis auxiliatur,Theodoricon anacardinum ictericis medetur.hiera fortissima idem facit. *Pilulæ probata ad tussim.* R. mirrhæ,croci,castorij,styracis, galbani,piperis,opij ana.℥.i.olei laurini.℥.xv.costi,casiæ fistulæ ana. ℥. s. *Alia ad idem.* R. myrrhæ, castorii,galbani,tragaganthæ,opij,styracis, ana.℥.s.croci.℈.iii. *Ad uocem meliorandam.* Accipe lardum recentem de porco multum crasso, cum aqua tepida depilato, & tantundem enulæ: facque in olla bullire per totum diem, & carne consumpta fac iterum bene excoqui ius eius, quo excocto utatur quilibet sicut uoluerit.probatum est. *Antidotum ad splenem.* Recipe costi, spicæ celticæ, pulegii, rhu pontici, aristolochiæ longæ, casiæ fistulæ, squinanthi ana. ʒ. iii. dabis. ʒ. ii. Item accipe uerbenam, & chelidonium, fac tortellos, & comede. *Item ad splenem, res probata.* Cortice

fraxinis

fraxini excoque in uino,& bibat quotidie donec sanetur. Si uis probare, da porcello per triduum ut bi- E bat,& in quarto occide ipsum,& non inuenies splenem. Item radix ebuli cum syluestri rapa decocta & superposita splenis duritiem ualde remollit. *Item ad idem.* Tamarisci in uino decocti,&.xl. diebus continuis bibendo eius decoctum, mirifice prodest. Scypho etiam de eo facto, si cum eo assidue pore- tur, splenis duritia dissoluitur. Item potio Esdræ cum diagridio mirifice prodest. Item acetum scylliticum splenem cito extenuat: conficitur autem sic. Scyllam sume,& eius durissima & tenerrima remoue,& medium per aliquot dies dimitte ut consenescat,& postea libram unam & uncias sex sume,& in aceti lib.xij. pone ad solem per uiginti dies: quibus expletis per sacculum diu exfrica,& proiecta scylla in uase uitreo conde & utere. facit etiam hydropicis &*stomachicis. *al. asthmaticis.

Contra uitia stomachi.

Ad stomachi dolorem & rugitum, siler,& cyminum coque in uino falerno:& pone super stomachũ. *Item ad uentositatem & dolorem non solum stomachi, sed etiam uentris & ilium ex frigiditate nata: expertum est.* Recipe baccarum lauri partes duas,& tantundem rutæ,& cymini partem unam,& his tritis commisceantur:& mistis apponatur de melle quantum sufficit,& supponatur in frixorio super ignem, donec fiat calidum satis,& dolenti loco superponatur. *Diatrion pipereon stomachis cibos non digerentibus, & postremo ad omnẽ imbecillitatem stomachi ualet. Idem facit diapepereon. Ad idem.* Zingiber conditum, quod recipit radices F eringij bene mundatas & purgatas atque lauatas libris quinque, deinde immutata aqua bene coquantur. Postea de aqua colando siccentur: sic puluerem illius libræ unius zingiberis in aqua rosata per noctem uel amplius mollificati cum melle sufficiẽti bene despumato commisceas: ita tamẽ quòd radices ipsæ in prædicto melle prius bene bulliant:& tunc demum oĩbus bene iunctis aliquantulum, uel usque ad mellis spissitudinem coque:& sic repone. *Item ad idem, confectio marmoridarum, idest penidiarum habentium duritiem marmoris.* Recipe sacchari libras duas, solue cum frigida: quibus commisce pulueris cinnami, zingiberis ana.ʒ.iiij. gariophyllorum, galangæ, spicæ. an.ʒ.ij. pone super ignem,& tandiu coqui dimitte semper agitando, usque dum aqua consumpta fuerit: sed spathula nunquam recedat: deinde tres guttas olei super mundum marmor mitte, quod sit in modum tabellæ,& incide,& utere. Sed si uis laxatiuum facere, mitte ibi.℥.ij. diagridij. *Ad uomitum superius, & inferius.* R. thapsiæ lib.s. cataputiæ lib.s. agarici.℥.iij atriplicis, rapæ radicis ana.℥.ij. croci,ʒ.iij. mellis quod sufficit. *Aliud.* R. thapsiæ.℥.ix. cinnamomi.℥.ij.s. mellis quod sufficit. *Vomitus suauissimus, & sine angustia purgans choleram ustam.* Recipe thapsiæ libram mediam, castaneolæ, condisi, cinnami crassi, lathyridum mundatarum, croci hortulani, ana.℥.iij. mel quod sufficit: dabis in modum nucis cum calida. *Alius uomitus.* Recipe thapsiæ libras duas, croci libram unam, condisi.℥.iij. cinnami.℥.iij. mel quod sufficit: datur ut supra. *Vomitus sine* G *periculo.* R. succi cyclaminis, atriplicis seminis, spermatis genestellæ, ana.℥.iij. cinnami.℥.s. mellis quod sufficit. *Item alius, qui sic fit.* R. mellis cyathũ.i. aquæ cyathos duos, aceti cyathos tres, coque ad medietatem, deinde rafanum ibi intingas,& manduca:& bibe de ipso oxymelite. *Ad uomitum.* Mitte in uase fictili libram unam aceti,& tantundem aquæ,& tãdiu bulliat donec aqua consumetur. *Ad uomitum, & dolorem, & concussionem stomachi cum uentris dolore.* Recipe sumac, mastiches, carpobalsami ana.ʒ.ij. seminis bauciæ, carui, cardamomi. ana.ʒ.ij. spicæ †ʒ.i. trita in uino mitte cum.ʒ.s. de croco: post ad- †al. drach.ii. des corticum citri uiridis, aut menthæ unciam unam,& succum menthæ,& succum turionis uitis, confice, durat per annum. *Ad uomitum stringendum.* Nymphæam bibe cum uino distemperatam per tres dies. *Ad idem.* Nepitam coquas in lacte caprino: prodest si bibas per triduum. Item tolle olibanũ,& succum menthæ,& parum aceti,& simul confice:& facto emplastro pone in furcula gulæ,& super stomachum. *Ad uomitum nimium, & uentris solutionem* Recipe cyminum,& fac bullire in aceto,& da patienti ad bibendum & manducandum. *Electuarium ad uomitum prouocandum.* Recipe ellebori albi lib.s. tritum sicca, cribella, fac tegulam calidam,& desuper pone puluerẽ modica hora: deinde mitte tres phialas mellis despumati in olla,& ipse puluis insimul bulliat in ipso melle,& repone: quandoque opus fuerit, da cochleare unum,& facit uehementer uomere sine angustia. *Ad uenam ruptam interius restrin-* H *gendam.* Bibat parum nasturtij seminis, aut adrianum balsamatũ cum mulsa calida, aut athanasiam cũ succo plantaginis, aut trypheram magnam cum mulsa, quæ etiam uomitum,& dysenteriam cum calida nire curat. Similiter oleum muscellinum uomitum stringit,& angustiam tollit. *Ad idem.* Boli armeni partem unam, gummi saracenici partẽ alteram,& tragaganthæ tertiam. hæc omnia temperabis cum uino ueteri, fac pilulas,& exinde dabis.iij. *Ad idem.* Lac caprinum coque simul cum tragagantho,& utere uno die in modum †lactis. †al. electuarii.

De stringendo sanguine.

Ad stringendum omnem sanguinem folia enulæ tere & impone. hoc etiam cũ sale & urtica imposita fistulã stringit *Aliud.* Corticẽ medium caprifici rasum impone. probatũ est. Itẽ cepam finde,& impone. satis probatum est. *Ad hæmoptoicos.* Sanguinẽ draconis, aloẽ, symphytum, alumẽ ex æquo trita, dabis cum aqua frigida, uel cum succo arnoglossi. *Electuarium ad stomachum, quod asthmaticis peculiariter prodest.* R. galangæ, gariophyllorũ, piperis.ʒ ʒ. zingiberis, costi. aã.ʒ.ij. spicæ, mastiches. ana.ʒ.iiij. xylobalsami.ʒ.iiij. gõphitæ, myrrhæ. ana.ʒ.s. cinnamomi.℥.i. liquiritiæ.℥.ij.s. rosarum.℥.ij.s. croci.ʒ.ij.s. mellis quod sufficit. *Item ad eos, qui sanguinem fundunt ex ruptura uenæ.* R. symphytum,& bolum. ana.ʒ. ii. fac puluerem,& bibe cum aqua pluuiali per triduum in mane.

De

A

De singultu.

Ad singultum tollendum. Mitte manus & pedes in aqua calida:& postea apprehende spongiã,& intinge in aceto,& superpone stomacho. Itẽ tere rutã uiridem,& cyminũ in oleo frigido,& in stomacho fascia. Item aquam pluuialem, & zingiber bibant, & cyminum manducent. Item in aqua calida sedeãt,& aquam decoctionis zingiberis,& galangæ bibant. *Ad idem* Sorira cum mulsa bibira mirifice prodest. Item accipe castorium,& tere,& fac puluerem:& da patienti ad comedendum. *Oleum ad debilitatem stomachi, ad uentositatem, facit etiam debilitati hepatis.* Recipe olei rosati. vnc.i. masticHes. vnc.iij. uel vnc.i. ceræ albæ. vnc.ij. hoc in æstate fiat. Si autem fuerit hyems: adde laurini. vnc.ij. costi. ʒ. i. hæc omnia concoquantur lento igne in testa:& bene liquefacto tepide, totus stomachus ungatur,& tegatur stuppa.

De signis hepaticorum, & spleniticorum, uitæ, & mortis.

Qui tussit nimium, & in latere dextro nequiuerit quiescere,& quod proijcit ex ore dulce est: hoc accidit ex iecore,& si nullam memoriam habet,& frequenter nares eius sanguinentur, & pes eius dexter tumuerit.& nihil sumere desiderauerit præter aquam, post uesperam & circa uesperam pigritiã uel lassitudinem passus fuerit: qui ista signa habuerit, morietur. Quicunque uero apostema patitur,& ista
B signa non habuerit, hunc debes curare ita cum antidoto apij: quod ita conficitur. Succum apij cyathos duos coque in similitudinem mellis, tunc cum pauco uino,& butyro,& terebinthina ana .℥.i. pyrethri. vnc.s. commisce,& lento igne decoque:& da mane & sero in modum auellanæ. Super latus autem illud pone emplastrum oxyracroceum:& da sibi hieram Gal.& picram eiusdem, herbam artemisiam tritam cum uino,& cum ferro candente calefactam quotidie bibat,& sanabitur: sed & alia superius experimenta & potiones scriptas, si hæc non plene profuerint, ut cures dabis.

De splenitica passione.

Qui in illa iugiter die noctuque tristis apparet,& dolorem in sinistro latere patitur semper,& in eodem loco ubi dolet tumescit,& pedes,& tibiæ eius tumescunt,& dormire nequit,& nihil delectat edere,& urina sua croco similis fit,& fastidium habet, moriturus est. si autem hæc signa non habuerit, suprascriptis medicinis curetur. *Ad splenem, probatum.* R. splenem erinacei terreni recentem uel siccum, tere, cum uino albo infirmo acum in manu sinistra tenenti in die Iouis Luna deficiente dato.

De passionibus uentris.

Qui in illa die multum nauseat,& si quid manducat aut bibit, illi non proficit, & pedes eius semper
*al. uesica. calorem generãt,& dolorem patitur, sicut de passione*nescia: ista signa mortalia sunt. Sin minus, ita cu-
C retur, Eucharistum ei dabis. *Item cataplasma tale fac.* Incende fustem caprifici, & fac cinerem, & tempera cum pice liquida,& pone calidum ubi dolor sentitur. Item portulacas siccas tere, & cum calido oleo desuper pone.

Medicina ad laxandum.

Pilula ad laxandum multum. R. aloes, scammoniæ, cocci cnidij, lathyridum æquale pondus, mastiches quantum medietas scammoniæ, confice cum lacte tithymalli, dabis tres in modum ciceris, & postea dabis mulsam calidam,& ieiunet usque ad horam nonam.

Pannus ad uentris solutionem.

Succum ellebori uiridis exprime:& ex eo totum umbilicum perunge:& pannum de oleo linitum superpone,& si de uiridi elleboro habere non poteris, siccum in puluerem redigas, ipsumque cum succo
†al. morgellina. polypodij & mercurialis† & cucumeris agrestis temperes,& ut supradictum est umbilicum perungas: & si uis ut uomat, stomacho superponas doctrina prædicta. *Item ad uentris solutionem.* Lac anabulæ in carica fac fluere,& ignorante patiente ad comedendum dato: uel cum prædicto lacte farinam tempera,& inde facias fritulas in frixorio cum adipe porcino frixas, ad comedendum dato. *Item ad idem.* R. cocci cnidij, euphorbij, croci orientalis æquale pondus, mellis quod sufficit, purgat per superius, & inferius. *Electuarium bonum ad laxandum.* R. esulæ. ℥.iij. garyophillorum, epithymi. ana. ʒ.i. baccare,
D elaterij, polypodij, mastiches, piperis, ana. vnc.ij. mellis quod sufficit. *Item ad soluendum uentrem.* Fel taurinum inuolutum lana ad umbilicum positum uentrem soluit,& infantibus lumbricos necat. *Ad idem catapotia Galeni.* R. diagridij. ʒ.iij. colocynthidis, aloes. ana. ʒ.iiij. myrrhæ. ʒ.ij. mastiches. ʒ.i. fac pilulas in modum ciceris. *Ad uentrem laxandum.* Accipe sauinam,& mitte in cacabo, & bulliat fortiter:& postea extrahe,& pinse fortiter cum pinguedine porci,& iterum pone in caldario, & bulliat, & cola,& fac unguentum,& unge umbilicum. *Ad idem.* Fel lupi pone ad umbilicum. *Aliud unguentum mirabile adeo secessum prouocans, ut stercora constipatissima in momento prouocet.* Fel taurinum, aloen, sal gemmam,& oleum commisce,& orificium ad ignem fortiter unge. probatum est. *Clyster.* R. aloes lib.i. scammoniæ. ℥.iij. succi ebuli, succi betæ atq; maluæ palustris,& mercurialis semẽ,& oleũ, et furfur coctũ in aqua salsa, et sic super puluerẽ succi mittant, et tepefactũ inijce. *Clyster ad renum dolorem.* R. ellebori nigri. ℥.i. radicis cucu. agrestis. ℥.iiij. caricas numero. ix. aquæ alexandrinæ. ℥.i. cucurb. mundæ. ℥.ij. coque ad tertiam, et inijce. *Ad dolorem uentris.* Stercoris porcini, baccarũ lauri, seminis fœniculi, apii, ana. ℥.i. rutæ fasciculũ unũ, mastiches. ℥.ii. fac puluerem, bulliat cum olei libris duabus, et cũ lana infunde, et in uentre ligabis *Ad puncturam sub ubere.* Mitte mel in sartagine, et fac tepidum, et extende super stuppam, et desuper aspergе puluerẽ cymini, et impone loco dolenti, probatum est. *Clyster quod facit ad nimiam solutionem uentris.* R. cymas lentisci, cymas myrtæ, nepitæ, radices rubi, et cymas eius, co-

que omnia in uino,& inijce. *Antidotum ad uentrem stringendum de quacunque distemperantia, ualet iliacis, dysen* E
tericis, & ad omnem solutionem. R. mirrhæ,opij,acaciæ,prunellæ,styracis,ana.ʒ.i.olibani,mastiches.ana. *al.ciclidos.i. gallæ,assęma gon.
ʒ.ii.*stœchados.℥.s.confice cum succo cymarum rubi,aut arnoglossi, fac catapotia, dabis quinq; aut
septem,& est mirabilis effectus. *Pilulæ ad omnem solutionem uentris.* R. balausti, corticum maligrana-
ti,gallæ,acaciæ,tartari,sumach,croci orientalis,galliæ,mirtyllæ æquale pondus, opij quantum pensat
medietas unius,& trita tempera cum succo myrtæ,& lentisci,& fac pilulas in modum ciceris,& da.v.
uel.vij.eunti dormitum. *Ad nauseam uel fluxum stringendum.* Puluerem mastiches tempera cum albu-
mine oui,& fac uelut emplastrum in purpureo panno,& stomacho imponas,& prodest. *Item ad uomi*
tum stringendum, & tensionem stomachi, & defectionem. Baccarum lauri.ʒ.iiij.cymini,rorismarini, absinthij.
ana.ʒ.iij.pulegij.ʒ.ij.mastiches.ʒ.i.panis usti.ʒ.ix.perunge stomachum de melle calido, & superasper-
ge puluerem, & cooperi cum lana,& fascia. *Ad lumbricos necandos.* R. folia herbæ mauræ,coque in
uino,& misce parum mellis,expellet omnes mortuos. Item R. absinthij uiridis,git,lupini,pulueris fel-
lis taurini,medullæ cerui ana.℥.i.ceræ.†.℥.s. *Contra dysenteriam.* Sotira temperata cum succo spongię †al.unc.v.
Solis,uel myrtæ utilissima est,uel athanasia cum succo plantaginis,seu solus succus semperuiuæ. *Ad*
idem. Accipe cotonea,& munda interius & exterius,& gallas,& cyminum,& coque. Coctis autem,
accipe decoctionem,& misce cum saccharo,& aqua,& bibe de tertia in tertiam diem, & liberaberis a F
fluxu. *Item ad idem.* Tryphera magna cum tepida potata omnem dysenteriam omnino sanat,& uo-
mitum stringit. *Ad eos qui sine uoluntate egerunt.* Accipe succum symphyti & hypocystidos, & fęcē
olei,& ceram,fac inde magdaleones,& postea mitte in anum. *Ad sanguinem reprimendum, si alicui cum san-*
guine anus exierit foras. Puluerem aspalathi & gallæ superasperge,si solus * anus exierit, aquam in qua *al. sanguis.
cocti fuerint caules immitte. Item unge ex aloe cum uino ueteri distemperato. *Ad dysenteriam, &*
lienteriam probatum. Poma syluestria in aqua coque, & calida super umbelicum & super renes po-
ne, more emplastri inducta, & illis refrigeratis, alia tepida assidue superponantur : in die una uel
nocte etiam desperatis cito subueniunt. quòd si hoc suppositorium adiungas, citius restringit;
quod sic facies. Accipe porrum cum capillis suis de terra abstractum, non lauatum, sed a terra
excussum : tere,& exprime succum, remotis prius folijs, & misce succum cum resina super tegulam
calidam: & exinde cum lana succida fac suppositorium, & quando frigidum fuerit, calefacito;
& quando siccatum fuerit, renoua ter uel quater. certum est. *Ad eos quibus anus exit foras.* Aquam
ubi cocti fuerint caules tolle, & ano immitte. Item unge ex aloe, & cum uino ueteri distempera.
Ad idem. Puluerem aspalathi, & gallæ superasperge. *Item ad dysenteriam.* Calefac petram
molendini, & frondes porri pinsitas superpone cum aceto forti : & homo in sella perforata se- G
deat circunquaque inuolutus, & totum fumum per anum recipiat bis uel ter. *Item ad pondus.*
Vinum coctum, cyminum coctum cum nitro, & pice de romania fac bullire, & supersedeat. Sic
etiam saluia iuuat, tegula quando calida fuerit, si supersedeat patiens multum iuuat. *Suffumi-*
gium ad lienteriam. Spolium serpentis, aut carnem eius siccam suffumiga. *Pilula ad dysenteriam pro-*
bata. Recipe opij, styracis, croci orientalis, galliæ, maceris, mastiches, myrtilli, rosæ siccæ, gum-
mi de Babylonia, myrrhæ, roris syraci, aluminis, gallæ, acaciæ, balaustiæ, æquale pondus, tempera
cum aceto, & fac catapotia, & da mane & sero.iij.

Contra uitia renum, & ilium.

Ad dolorem renum. Folia lauri pinse fortiter,& coque in uino optimo quousque coaguletur, & su-
perpone renibus modo emplastri. Adrianum balsamatum utile est nephriticis, & turbulentam uri-
nam facientibus, & in uesica lapidem habentibus. Philanthropon ad idem ualet. Sic diapepereon
& Euchariston. *Potio probata ad ilium dolorem, & ad frangendum lapidem.* R. dactyli mundati intus & fo
ris,saxifragiæ, radicis capparis ,petræ * lyncurij,ossis de corde cerui [petræ de corde ceruino] gario- *lyncis.
phyllorum,seminis citri,cucumerorum, seminis apij,alumen de Africa. Seminis alexandrini,& pe-
troselini seminis,radicis asparagi.ana.℥.i.mel quod sufficit,bibant in balneo cum uino uel aqua calida
in modum auellanæ. Vrinam enim mouet, & lapidem frangit. *Ad idem.* Cardui radicem cum H
oratione dominica collige: & laua nouem uicibus,& pinse fortiter,& mitte nouies nouena grana pi-
peris,colabis,& succum ad bibendum dabis. probatum est. *Emplastrum ad idem.* Recipe * ladani, *al.sandali.
adipis ursini,olibani, saxifragiæ, petræ * lyncurij,myrrhæ siccæ, opopanacis, ana.℥.i.ceræ.℥.iiij.olei *al. Gallæ.
quod sufficit *Sorbitiuum ad idem.* Recipe galangæ.℥.i.zedoariæ, saxifragiæ, grana solis, seminis
apij,anisi,asari,squinanthi, omnium æquale pondus,pone in.vj.li.aquæ, bulliant ad medietatem, cola,
& proijce species,& da ut bibat mediam phialam.

Ad ilium dolorem, & frangendos lapides, & stranguriam, & dysenteriam.

Dia cissu. R. seminis hederæ,gummi eius,saxifragiæ,petroselini macedonici,apij, piperis, pyrethri
ana.℥.i.dauci,grana solis,cardamomi,myrrhæ,asparagi,agarici, cinnami, seminis citri, sperma * cerui *al. carui.
ana.℥.i.sanguinis hirci de mēse Augusti,galangę,diagridij.añ.℥.ij.aloes.℥.iiij.spicæ nardi.℥.ii.mel quod
sufficit. **Sclirosmon faciens nephriticis, dysentericis, sanguinem uomentibus, ad dolorem stomachi, arthriticis, & ischia-* *al.sclirophilon.
dicis. R. cynnamomi,styracis,spicæ, zingiberis, xylobalsami, castorij, costi, pyrethri, smyrnidis,
.i.genus uernicis, terebinthinæ,sagapeni, opopanacis,chalbani,dauci, hyoscyami, piperis,petroselini
añ.ʒ.viij.gariophyllorum,opij añ.ʒ.iiij.balsami.℥.s. mellis qđ sufficit: datur in modū auellanę cū tepida.

Item

A *Item ad ilium dolorem.* Tolle hederam terraneam,fac bullire ut fomẽtetur,& tolle grana caudæ uulpinæ,& laua.ix.aquis,& tere,& da succum patienti:& tolle tres cymas rubi,& tres urticæ, pinse:& accipe lilij radices siccas,& tere ut puluis inde fiat:& accipe petram quam homo mingit, & fac puluerẽ, & misce cum puluere lilij:& accipe radicem pastinacæ,& laua.ix.aquis, & cum aqua ipsius pastinacæ tempera omnia supradicta,& da patienti.probatum est. *Fomentum ad ilium dolorem, & ad lapides proiiciendos,& urinam prouocandam.* Furfur calidum infusum in aceto,uel arenam marinam cum sale calido,uel asphodeli frixi in oleo calido:hæc omnia singillatim missa in sacculo,dolenti superponantur loco. Da uitica potio iliacis efficaciter prodest. *Antidotum ad lumborum dolorem, & frangendos lapides, ut & lumbi pinguescant.* R.nucleorum mundatorum,amygdalarum,auelanarum,nucum,fisticorum ana.℥.iiij. zingiberis.ʒ.iij.cinnamomi aliptæ ana.ʒ.ij.croci orientalis,galangæ,gariophyllorum ana.ʒ.i.anisi,mastiches ana.ʒ.ij.mellis quod sufficit. *Potio probatissima ad ilium dolorem, ad petram rumpendam,& ad eos qui urinant cum tormento.* R.gariophyllorum.℥.i. cinnamomi.℥.iiij. zingiberis.ʒ.iij. costi.℥.i.thuris.℥.ij. seminis asparagi.℥.vj.& radicis eius.℥.iij.galangæ.℥.iij. pyrethri.℥.ij.spicæ.℥. viij. croci orientalis.℥.iij. myrrhæ.℥.i.macedonici seminis.℥.iiij.peucedani.℥.ij.saxifragiæ.℥.iiij.grana solis tantũdem,opij.℥.ij.seminis lapathij.℥.iij.hyoscyami.℥.iij.coriandri.℥.i.celticæ.℥.i.asari.℥.ij. petroselini.℥.ix.meu.℥.x.phu.℥.i. litho-
B spermatis,lybistici ana.℥.iiij.piperis nigri.℥.i.mel quod sufficit. *Potio ad petram frangendam probata mirabiliter.* R.petroselini macedonici,asparagi semen,grana solis,seminis urticæ, saxifragiæ, petræ,*lyncurij,serpylli,seseleos,chamædryos,xylobalsami,sisymbrij,ligni aloes,mãnæ,thu pontici ana.ʒ.ij. amomi,seminis anethi,seminis apij,seminis basiliconis,cinnamomi,aliptæ,galangæ,gariophyllorum, zin-
giberis,zedoariæ,gomphitæ,carui,piperis,ana.ʒ.iiij.liquiritiæ,casiæfistulæ,mastiches.spicæ ana.†.ʒ.ix. *al.drach.vi.*
anisi.ʒ.ix.amygdalarum.ʒ.xix.seminis citruli,melonis,cucurbitæ ana.vnc.ix.misce cum melle. Item scarabæum nigrum siccum potui dato:mire prodest. *Ad lapidem frangendum.* Recipe radices fœniculi,apij,petroselini,macedonici,pinse,& succum cum uino in potu da.

De colica.

Ad colicam. Recipe radicem lapathij, chamædryos,eupatorij.i.saluiæ agrestis,plantaginis, trifolium,uerbenam,gariophyllatam,uiolam,fœniculum,apium,hypericon,cyminum, piper, fac potionẽ cum uino & melicrato. *Ad idem.* Succi foliorum ramni. ʒ.ij. piperis grana. vij. aut.ix. mellis cochlearia.ij.da ut bibat in Sole,& miraberis. hoc etiam nephriticis ualet. *Ad idem.* Hydrelæon cum mulsa temperata bibita,& iniecta,mire ualet,maxime si est obstructio stercoris. Item farinam seminis lini,& hordei æquali pondere,cum oleo chamæmelino coque.& calidum impone. *Ad idem.* Ceræ
C vnc.v.ouorum uitelli.vnc.vj.farinæ fabæ.vnc.iiij.olei chamæmelini,& rosati ana.vnc.ij.succi seminis lini quantum sunt uitelli ouorum,& farinam cum succo seminis lini bene cõmisce, & sic ceram & oleũ adde,& bene infrigidari permitte,& quando opus fuerit circa loca dolentia impone.

Contra uitia hæmorrhoidum.

Ad hæmorrhoidas. Tolle cymas pulicariæ minoris,& pinse,& mitte in anum tribus uicibus, & postea puluerem de fungo,qui uesica lupina dicitur superpone. *Ad hæmorrhoidas, quæ in interius sunt in intestinis, unde æger facit sanguinem ad sellam die noctuq;.* Omne calidum comedat & bibat, quia de frigiditate sunt,& utatur balneo calidæ aquæ:in qua sit absinthium,sampsucum,& pulegium,& ceteræ calidæ herbæ,& calefac latam tegulam,& fac eum sedere super sellam perforatam,& pone tegulam subtus, & asperge interdum merum desuper,ut fumus,& calor sursum saliat:hoc fac quotidie.& postea accipe zingiber & galangam,anisum,masti.& cortices maligra.& gallas,& hypocysti. hæc omnia coque in libra una uini usque ad unc.iiij.& bibat.hoc quoque faciat ter,uel quater,uel pluries,& de hac decoctione pone in prædicto fumigio super tegulã.comedat gallinas,anseres, perdices,agnos nõ multũ pingues, arietẽ infra annũ,nõ pisces,non fructũ:oĩa prædicta assata comedat,& quãdo assaueris, asperge merũ super carnẽ porcinã guttatim:accipiat oĩa electuaria styptica,& bibat uinum albũ cũ aqua. *Ad idem.*
D Piper,aloen,saponẽ spatarenticum,puluerẽ gallæ,unum uitellũ oui assatũ, nepitæ frondes, cymas rutæ,stercus hominis recens incende,& fac puluerẽ.hæc omnia simul tunde,& fac sicut cerotũ, & cõfice cum uitello oui,& succo saluiæ:& appone quousque sanetur. *Emplastrum ad idem.* Sume symphytũ, auripigmentum,coria mali granati,ammoniacũ:fac puluerẽ,& distempera cum castorio, calaminthe, & terebinthina:induc in panno & impone. *Item ad idem.* R.Gummi hederæ,saponem spatarenticũ, panem siccum incisum æquali pondere,fac magdaleonem longum.v.digitorum, & immitte. Item ad hæmorrhoidas.Semen taxi subtiliter puluerizatum,& super pinguissimam caricam seminatum, si cum eadem carica est immissum,utilissimum est.Oleum etiã fraxini iniectũ mire prodest. *Ad idem.* Atramentum,alumen,carbonem,corticem arboris nucis, separatim pulueriza,quæ cribellata in melle ad medietatem decoque,& calidum distempera nõ nimis spissum:postea induc in panno lineo,& loco patienti ter uel quater superpone.Itẽ gummi hederę coctũ in oleo lini superponatur hæmorrhoidibus,& intus mittatur,proculdubio liberabitur.& puluis radicis tassi cõbusti idem facit.& sanguisugæ prosunt positæ. *Vnguentum ad idem probatum.* Saluiam,rutam,olibanum,ceram,oleum,& lac caprifici, liquefac,& cõmisce,et utere. *Ad idem.* Aristo.ro.fellis terræ fac puluerẽ,& liga in.iij.frustis panni, & olla plena aceto forti bulliat,& ista.iij.frusta desuper stent cũ suprascripto puluere, & calidum quantum durare poterit super ipsas pone, & leuando unam, aliam ponas. *Ad idem.* Lappam manducabis,

& castaneæ cortex,& galla coquantur in aqua,& dolentia loca frequenter inde abluantur, & satis pro- E
ficit. *Ad hæmorrhoidas intrinsecas,& extrinsecas.* Recipe cyperi,millefolij,marrubi,mentastri, planta-
ginis,centumneruiæ,æquale pondus,sed minus ponatur de marrubio:hæc omnia tere,& cum forti ui-
no distempera,& bibat æger octo diebus,uel amplius mane & sero. *Ad hæmorrhoidas.* Tolle corti-
cem uirginis nucis,& quercus,& aristolochiæ rotundæ,& marinam spongiam,& pone in testa noua ca
lida calefacta ad ignem,induc in puluerem,& unge ipsas hæmorrhoidas de calido melle, & postea su-
perpone puluerem istum *Ad ficus.* Recipe aristolochiæ rotundæ, piperis nigri æquale pondus, fac
puluerem,& sic utere.Herba calendula trita & superposita multum iuuat. *Emplastrum ad ficum,qui ap-
paret.* Mel,stercus pullinum,saponem gallicum,cymas lauri,& baccas commisce, & superpone, ter-
tia uero die solue,& inuenies sanum. *Ad idem res probata.* Plantaginis.M.iij.millefolij,mẽtastri ana.
M.iiij.hæc omnia tere,& succum exprime,cui piperis gra.viij.masticḥes grana.vij.commisce, & ieiu-
nus bibe per triduum,& renoua potionem diebus.ix. *Ad ficum qui sanguinat.* Quinquefolium in la
cte caprino decoque,& bibe per triduum. Item corallos,chelidoniam cum pipere & cerusa tere,& di
stempera,ieiunus calicem unum bibat plenum,optimum est. *Ad idem.* Radicis rafani rotellas man
duca.ix.ieiunus infusas in melle diebus.ix.

De arenalis mictus signis,& cura. F

Signa eorum:qui lapidem patiuntur in uesica,natura eorum subtumida est, pruriginem patiuntur in
ano,& mingere non possunt,nascitur hæc causa magis infantibus,quàm iuuenibus. qui minores lapi-
des mingunt. *Cura.* Petroselini semen,apij,semen betonicæ,saxifragiæ,gingiberis*elemi,radicem
seseli,arteriacæ.f.confectionis,baccarum lauri,urticæ maioris semen,asari radicem spicæ,roris marini, *al. enulæ.
costi hortulani,radicem cardui,radicem agarici,marrubij albi,anisi ana.℈.i.mellis modicum:teres om-
nia, dabis quando non febricitat,mane & sero,cum uino.Item gallum anniculatum occide,& in gros-
serio eius inuenies albos lapides,quos cum uino tere,& da febrienti cum tepida.

De mingentibus furfures.

Signa eorum qui furfures mingunt,quia per urinam in calice natant,signa hæc si uideris, scias lapi-
des maiores ualde in uesica haberi.natura enim illorum si fuerit manibus fricata,intus redeunt lapilli,
& ex confricatione in labijs uesicæ fit scabies,& emittunt per urinam uelut furfures. *Cura.* Dulcia
comedant,& lac caprinum mox mulctum bibant:si non febriunt,cancros fluuiales dabis comedẽdos.
Antidotum ad hoc. R.cymini,feminis apij,melanthij,seseleos,æquo pondere cum lacte & melle, &
cochlearia singula,omnia commisce.dabis in mane ieiuno cochlearium. Item olera manducent, mal-
uas,pastinacas, asparagos,oua sorbilia,succum hordei cum dulcore & pipere comedant quotidie, &
utantur balneis. *Antidotum ad uesicæ præclusionem probatissimum.* R.saxifragiæ,spicæ,betonicæ,squinan
thi,cinnamomi,carpobalsami,costi,absinthij,croci,suc.liquiri.acori,hyperici,rhu pontici, chamæleon G
tis,petroselini,dauci,ireos,opopanacis,ana.unciam unam,confice, & utere. Item,petroselini,saxifra-
giæ,apij succum simul bibat,& sanabitur.Item saxifragiæ,asari,gummi,betonicæ, piperis, ana.℥.i.mel-
lis libram unam,uinum quod sufficit,hoc in balneo bibat. *Ad uesicæ dolorem cura talis est.* In initio
oleum rutaceum per clysterem ægro frequenter iniicias.Fœminę uero matrix infundenda erit, & ex-
trinsecus pectinem & inguen ex oleo cyprino calido,& cum lana succida fasciabis, aliquando misce-
bis castorium si forte plus calidum fieri oporteat.Item clyster ex decoctione fœnigræci, aut radicum
maluæ cum oleo mista & calefacta:& si uesica stricta fuerit,subtili fomento relaxare, & urinam addu-
cere oportet.Ad frangendum lapidem succus radicis ualet.Vesicæ uero patienti calculum, adrianum
si dederis cum decocto radicum alexandriæ,& semine ocymi,aut brusci,siue asparagi, aut pleni pugilli
ciceris rubei.Similiter potio Iustini cum uino calido,si dederis,facit philãtropos,calculos frangit,mul
sa lapidem in uesica frangit. *Ad petram uesicæ.* Recipe saxifragiam,grana solis,petroselinum,quin-
quefolia,asparagum,bruscum,agrimoniam,& coquantur omnia in uino ut ad tertiam redeant, & po-
stea cola,& adhibe paululum mellis,gariophyllorum drachmam unam,petræ de*lucubio drachmam I
unam.da ad bibendum manę tepidum quasi phialam unam,& si potest bibat suc.erysimi & ipsam her- *al. lyncuriæ.
bam comedat. *Diachryson ad petram.* Recipe saxifragiæ,radicis brusci,asparagi,petroselini, apij,pi- H
peris ana.ʒ.i.grana solis,alexandri,libystici semen ana.solidum unum,mellis quod sufficit. *Ad eos qui
mingerę non possunt.* Oleastri radicem,cyminum,& cepulas teras,& in oleo coquas, & super pectinem
ponas.Item parietariam tere,& calefactam super pectinem fascia,& miraberis.Itẽ sanguis hirci trien-
nalis,aut uetustioris cum decocto nardi,& * cinnamomi,& siccarum cicadarum puluere datus,mirabi- *al.cymini
liter,& cum celeritate lapidem expellit.

De genitalium causis.

Vnguentum album pro mentula. Recipe olibani,mastiches,aloes,assæ fœtidæ,myrrhæ, ana.ʒ.i.cerusæ
ʒ.ij.temperentur cum melle,& sambuco,& ponantur in mẽbro. *Aliud fuscum* Pix græca, & aloe cũ
melle temperentur. *Ad uuluam stringendam quasi uirgo sit.* Recipe myrrhæ:olibani,mastiches,colopho-
niæ,picis nigræ,arsenici,boli,gallæ,gypsi,cornu ceruini incensi,aristo.longæ & rotundæ, omnia æqua-
li pondere,fac puluerem,& in uuluam inijce. *Puluis ad idem.* Recipe symphyti,aluminis, balaustij,
myrrhæ,olibani,mastiches,colophoniæ,picis nigræ,boli,gallæ,gypsi, cornu ceruini incensi, aristo. ro.
gallię,ana.ʒ.v.fac puluerem, & in uuluam inijce, quæ prius fomentetur aqua pluuiali, in qua cocta
sint

A sint grana uuæ, cortex castaneæ, & pulegium. *Confectio ad idem* Recipe symphyti, corticum mali gra. & mespillorum, & quercus, foliorum rosæ caninæ, hypocystidos, ana. ℥.i. maceris, cinnamomi, gariophyllorum, nucis muscatæ, anisi, antheræ pulueris. ana. ℥.v. ista omnia trita & puluerizata collige cum aqua ro. uel pluuiali, in qua ro. decoctæ fuerint, & inde trochis. formatis ad Solem siccentur, & quando opus fuerit, unum eorum in aqua ro. uel pluuiali resolue, & inde stricta uulua post balneũ diutissime fomentetur. Symphyti decoctio idem operatur. *Ad idem.* Tolle symphytum, & gallam, & gummi pineæ, & cinnamum, & amentum dulce, & fac puluerem, & misce cum pauca aqua, & laua locum, & mirabe- ris. *Ad menstrua prouocanda.* Recipe ammoniaci albi, galbani, opopanacis, aloes hepatici, colocynthidis interiora, myrrhæ, cicutæ seminis ana. ʒ.ij. tere, & cum suc. pororum confice, & fac pilulas ad modum pisi, & da. ʒ.ij. uel. iij. in aqua tepida. *Item ad idem.* Ante dies. iiij. uenam de tibijs incide, aut tibias scarifica, aut in ambobus talis uenam incide, ita ut in una die unam incidas, & in alia aliam, & post hoc dabis tenues cibos, & sic post. vij. dies castorium cum pulegio ad bibendum dabis, aut calamento. educit enim menstrua pulegium, & calamentum coctum cum mulsa. Est autem tempus dandæ decoctionis uel potionis utile post balneum in sabanis, quia sic data multum operatur, & plus his dictamus, & sauina data similiter. utiliter etiam datur picra, quæ recipit aloes drachmam. i. Quando autem ex ple-

B nitudine, & pingui superfluitate retinentur menstrua, centaurij maioris succo, & radicibus minoris excludantur. *Ad idem in duabus aquæ partibus, & una uini.* Artemisiæ, & saluiæ, brathyos, calamentæ, matrissyluæ ana. M. j. allij quantum de omnibus alijs, & lento igne ad tertiam decoque, de quo ter in die fomentatio fiat, mane, & meridie, & sero eunti dormitum. climax detur cum decoctione cymini. Quæ recipit elemi. ℥. iiij. fœniculi. ℥. iij. piperis sesami, syriaci ana. ℥. ij. erucæ, seminis sileris montani ana. ℥. i. mel quod sufficit. *Item ad idem.* Artemisiæ, rutæ, dauci, dictami, phu, meu, nasturcij ana. trita in aqua, fac balneum, & da ad bibendam tripheram magnam cũ aqua tepida. *Item ad idem.* Vrticæ maio. radicẽ, assari, hiperci, epithymi, polypodij ana. hæc omnia coque in uino ad medietatem. da mane & sero. *Ad idem.* Baccas lauri. xxxvij. tritas cum uino bibat. Item accipe artemisiam & rutam æqualiter, & adde oleum laurinum, & calefac parumper ad ignem, & facto ex panno pessario intinge, & in os uuluæ inijce. *Ad sanguinem stringendum.* R. myrrhæ. ℥. iij. cinnami, mastiches ana. ℥. ij. facto puluere accipiatur cum succo strychni, uel morellæ. Siqua mulier post partum se purgare non poterit, Esdræ potionẽ, aut Eucharistum accipiat, uel solum suffumigiũ de fungis siccis, aut de assa, aut phiala plena succo cauliũ. Sotira, & tryphera accepta menstrua educit. *Ad menstrua superflua.* Aluminis scissi, myrrhæ, rubi, thuris ana. ℥. i. tere, & cum aceto: & confice pessarium de lana munda: & intinctum in eo suppone

C uuluæ. *Ad idem.* Recipe sponsam solis, & tere, & succum da ad bibendum. Pastellum uero in uulua suppone, & athanasiam dabis. *Ad menstrua prouocanda.* Ex sagapeno, opopanace, myrrha, & felle fac pessarium. *Ad sanguinis profluuium.* Fæcem quæ ex quercu exit da ad bibendam mulieri cum aqua calida pluuiali. *Ad idem.* Accipe lignum syluatici libystici, & mediam corticem quercus, & testas marinas rubras, quæ inueniuntur iuxta mare, et pone in uase aliquo, et fac bullire ad ignem cum aqua pluuiali, et fomenta. Item tolle polygonon, & coque cum aqua pluuiali, & da ut bibat. *Vt mulier concipiat.* In nouem phialis optimi uini mitte nouem rotulas mandragoræ, & fœniculi radices tres, & ad tertiam bullire fac, & bene cola, & phiala mellis addita, noules nouem grana piperis sparge in puluerem, & iterum aliquantulum bullire permitte: quando autem infrigidatum fuerit, tẽpore menstruorum per † vij. dies bibat mane phialam unam: & in obscuro loco iaceat, remotis amicis præter pedissequam quæ eam custodiat, circa sextam uero horam pullus gallinaceus elixus cum pipere, aniso, & modico anetho conditus simul cum iure suo offeratur ut manducet, & de iusculo ad satietatem bibat, uinum leue & modicum accipiat: & in nocte iaceat cum uiro, & uir eius uespere & mane diacameron, aut climacem, aut alexandrinam sumat. *Ad concipiendum eadem die sine periculo.* Myrrhæ. ʒ. i. piperis grana. xl. staphidis agriæ. ℈. i. dabis in uino post balneum. Item nepitam cum uino coque ad

D tertiam, & mitte ibi calamentum, aromaticum, galangam, irim illyricam, spicam nardi æquo pondere, coque ad tertiam, et da ut bibat per tres dies ieiuno. Item centauream cum folijs tere, & misce cum aqua, & fac pilulas ad similitudinem ossis dactyli, et inuolue cum terebinthina, et desuper mitte lanã, ne terebinthina cadat, et inijce. Item uiscum qui est in arboribus tritum cum uino da bibere menstruo incipiente aut desinente. Item in phialis nouem optimi uini de radice herbæ barbæ syluanæ lib. i. coque ad medietatem, et decolato succo, mellis adde phialas duas. et pulueris cymi. ℥. i. et modicum fac bullire. tempore uero menstruali per quinque dies singulas phialas ieiunæ propina mane. et sero in decoctione illius herbæ sedeat, diuque calefiat, et sic cum uiro suo coeat. Item coaguli leporis, corticum mandragoræ ana. ʒ. iij. opij. ʒ. ij. trita cum melle despumato confice, et mane ad modum auellanæ maioris cum tepido uino sumat non ieiuna. Item testiculi cerui puluerizati, et in uino bibiti, et fel capreoli suppositum, idem præstant. *Item ut mulier concipiat.* Leporis uuluam assatam tere, et da cum uino in balneo in † sabanis sedenti ut bibat: et in ipsa die aut nocte si tacta fuerit a uiro statim concipiet. *Potio ad eas quæ non concipiunt, & quibus menstrua non apparent.* Recipe matrissyluæ, rutæ, artemisiæ, cicutæ, radicum brancæ ursinæ, singularum fasciculos, quæ pinsitæ et mistæ cum uino albo usque ad tertiam coquantur, et eidem decoctioni cochlearia tria de cinere de corde cerui adhibeantur prius, quàm ad tertiam redeat decoctio, deinde coletur cum panno, et colaturæ adhibeantur tria cochlearia

olei,& tragacanthæ drachmæ tres de Constantinopoli,& simul omnia bulliant, & unaquaq; die mane E
accipiat phialam unam illa cui necesse est. Si matrix descenderit, cum bonis odoribus nares suffumiga
bis:in minus,* aspalathum sit inferius fumigatum ita, ut in uuluam fumus ingrediatur,& pessarium de * al.asphaltũ.
styrace calamita cum lana succida imponatur: si uero uolueris ut concipiat, prius purgetur cum theo-
dorico anacardino,& post purgationem balneetur. Et coagulum leporis in balneo bibat,& etiam ui-
ro suo tribuat:& post cum ipso iaceat:& si coagulum fuerit masculi,masculum:si foeminæ,foeminam cõ
cipiet. *Vt mulier non abortiat, & fœtum contineat.* Cancrum fluuialem contere, & in uino ueteri da ad
bibendum,aut leporem prægnantem uiuum accipe & tolle ei catulos de uentre, & coagulum eius cũ
uino potui dato, & ultra non eijciet. *Vnguentum ad omnes dolores matricis post partum.* Recipe adipis
pullini,sampsuci,ana uncias septem,myrrhæ uncias duas,butyri,ceræ,ana uncias sex, adipis anserini,
medullæ ceruinæ,terebinthinæ,casiæ,mellis ana uncias septem,aloes,uncias duas,confice,& utere.
Ad idem. Fac bullire oleum,& anethum,& mitte unum * birrum de lana succida: & calidum pone ad * al. uelum.
matricem. *Ad apostema.* Succus frondium porrorum,succus cichorij,uel heliotropij,succus petro
selini,æquali pondere,puluis ferruginis,puluis paleæ hordei,hæc omnia bulliant, & bibat. Si matrix
foras exierit,aut tumorem habuerit,folia cicutæ,abrotani,herbæ * camphoratæ,pinse fortiter,& pone * al.cãphora.
desuper. *Ad retinendum partum.* Spolium serpentis cum mica panis dabis comedendum nescienti, F
mire prodest. *Ad matricem reuocandam.* Testas ouorum gallinæ,ex quibus pulli excluduntur, incen-
de,deinde superasperge picem nigram,& superextende,& reuocabitur ex toto. *Ad excitandam mulie-
ris libidinem.* Sanguis uespertilionis in flocello lanæ collectus nescienti sub capite ponatur.

De passionibus genuum, & tibiarum.

Centri galli succus,genibus,& cruribus ad ignem uel ad Solem illinitus omnem dolorem extirpat,
& neruorum contractionem penitus tollit:probatum est. *Ad ulcera tibiarum.* Fel captiuum cum re
sina & cerusa misce,& pone super ulcera. *Emplastrum ad inflationem quæ fit in cruribus, & in coxis.* Ster-
cus columbinum album cum forti aceto mistum, & tritum, & in aluta inductum superpone. *Aliud
probatum ad inflationem, quæ fit cum rubore & calore.* Farinam hordei, & fabæ tolle,& in aqua coque, &
superpone. *Ad omnem ulcerationem tibiarum, cicatricem, uel maculam nigram, uel albam.* Puluetis plum
bi usti facti cũ ligno auellanæ,aut lentisci.℥.viii.olibani,myrrhæ,aloes,mastiches añ.℥.i.oleum uiride, &
modicum aceti exagita miscendo in corpus unum,& in foliis hederę inductum superpone. *Ad tumo
rem genu.* Fac bullire radicem brusci bene,& postea pinse cum axungia,& pauco * saluiæ & infascia, * al.salis.
omnem tumorem tollit. *Vnguentum ad tibias fractas de phlegmate salso.* Folia persici,hederæ terrestris,
colophoniæ, picis, oleum de spica, oleum cõmune, sepum, & ceram,& lithargyrum de auro. *Ad* G
dolorem genuum. Bibe succum rutæ. *Pro dolore podagræ.* Tere, & fac puluerem de gith, & unge
ubi dolor est, & superpone stagnum, & insuper stuppam unge de ipso puluere, & statim dolor re-
cedet. *Vnguentum ad idem, & ad qualencunque dolorem.* Recipe mastiches, olibani ana. ʒ. i. adipem
ursinum, & albumen ouorum insimul misce, & accipe cymulas uirides lentisci, & tolle ex eis suc-
cum, & adiunge uetus oleum, & distempera, & fac unguentum theodoricon emperiston, ischia-
dicis, & podagricis subuenit, idem facit philanthropos. *Ad idem.* Recipe gariophyllorum, zin-
giberis, cinnamomi,ana.℥.ii.hermodactylorum.℥.v.costi, diagridii ana.ʒ.ii.mel quod sufficit. Item ad
calidam podagram,succus radicis filicis cum oleo roseo mistus, & inunctus prodest.

Ad hominem subtiliandum.

Puluis ciricus uel ciricon † utilis ad pinguem hominem subtiliandum, & crassitiem superfluam † al.assyricus.
deponendam, ita ut ad temperiem tenuitatis, & siccitatis patientem deducat. curat etiam lepro-
sos, & herniosos, pruriginosos, & scabiosos: & siquis hoc usus fuerit, podagrico, uel arthritico,
seu alio aliquo dolore non molestabitur. Quicunque hoc puluere fricari uoluerit, in balneo post-
quam sudare cœperit, fricetur, & hoc tribus diebus uel amplius interpositis. diebus autem quibus u-
titur, nullo alio unguento patiens fricetur. a pipere, & salsamentis, & acrimoniis caueat. Recipe †[ni- H † al.nitri, assati.
tri assati] myrrhæ assatæ, sulfuris uiui, opocissi, id est succi hederæ, iridis illyricæ ana. ℥. iiii. baccarum
lauri siccarum, sampsuci, ellebori albi, pumicis marini assati, chamæleontis nigri, pyrethri, sinapis, gal
læ alexandrinæ, peucedani, pollinis fœnigræci, cimoliæ, tartari, aristolochiæ longæ, & rotundæ, gith,
orobi, piperis nigri, caulis agrestis, struthii, cardamomi, marrubii, cantharidum, succi sicci elaterii.
ana.ʒ.ii.confice sic, hæc omnia subtiliter tere, & in uase uitreo conde, & quando opus fuerit, utere.
Electuarium ad idem. Recipe gariophyllorum, spicæ, galangæ, zingiberis ana. ʒ.s.sacchari libras duas
& semis. musci. ℈.i. saccharum coque cum aqua rosata, & ipsa pigmenta pinse diligenter, & misce
cum ipsa saccharum, super ignem semper agitando, & quando decoctũ fuerit, infunde super marmor.
Ad hominem nimis crassum. Imple patellam floribus auellanæ, & superfuso uino agita fortiter,
& bulliat die ac nocte, & semper quando siccatur, funde uinum, & cola, & bibat ieiunus.℥.iii.
per dies quinque, & comedat ad prandium, hoc faciat mense Februario. *Ad idem.* Tolle tar-
tarum, & fac puluerem, & de omni cibo intincto in eo comede. desiccat enim pinguedinem. Hie-
ra rufina scabiosis, & leprosis utilissima est. *Vnguentum ad mala nascentia.* Aloes, olibani, masti-
ches, myrrhæ, arsenici, boli armeni, colophoniæ, sandarachæ, terebinthinæ, eruginis campanæ,
spumæ argenti, calbani, ammoniaci, sagapeni, resinæ, gummi persici, picis naualis ana lib. ii. traga-
canthæ,

al. rotundę. A ganthæ, Aristolochiæ lõgæ, gomphitæ, castorij, floris plumbi ana.℥.iiij. ceræ libras duas, sepi taurini.℥.
iiij. *Oleum frumenti ad scabiem, & ad herpetas, quod ita conficitur.* Pone frumentum inter duo serramenta
calida, & exprime fortiter oleum. *Ad sacrum ignem.* Accipe picem, & uitellum oui crudi, & fac em-
plastrum, & pone desuper. Vnguentum etiam de oleo frumenti, probatum est. *Ad morfeam nigram.*
Erysimon cum uino bibat, & sanabitur. *Ad sanguinem stringendum undecunque exeat.* Testiculos in ace
to pone, pedes in frigida, & statim cessabit. *Ad carbunculos.* In primis liga maluas coctas cum buty
ro uel sagimine, & appone, & mutetur in die, deinde appone emplastrum istud, quod carbunculum ci
to aperit. Recipe ficuum pinguium passarum, cepæ coctæ, chalbani, ammoniaci, lactis mulieris, malua-
rum coctarum, carbonum, uel cinerum uitis uineæ, testudinis uiuæ unius, pinguedinis porci recen-
tis uel ueteris, æquale pondus, tere, & appone, usque dum aperiat. *Ad idem.* Accipe cinerem pru-
ni, & distempera cum uitellis ouorum, & pone super, & postea accipe ficus siccas, & parum olei, & ar-
senici, & tempera totum simul, & appone, deinde appone terebinthinam, & chalbanum, quando putre
do exire cœperit. si multi carbunculi exierint, tolle sanguinem de brachijs, & da laxatiuum. *Ad pustu
las quas habet infans in manibus & pedibus ultra modum.* Accipe scillam, & hyoscyamum ipsam herbam, &
sambuci frondes, æquo pondere, & pinsito, & coque in aceto inde multum, & appone. *Ad omnia apo-*
B *stemata exteriora, siue tumores.* Agrimoniam, uerbenam, quinquefolium, æquis si teres, & impones, pon
deribus, cum aceto coquas adiecta semperuiua sanabis. *Ad rumpendum apostema.* Fermentum, oliba
num, axungia, lac fœminæ. *Ad apostema subtiliandum.* Libysticum feruefacias in aqua, pinsito cum
pinguedine, & pone desuper. *Ad sacrum ignem, vel calorem membrorum, qui per aliquam occasionem nascitur.*
℞. Sisymbrij, rutæ, rubi, solani, omnium quatuor cymarum. M.i. radicis lilij domestici.℥.i. aloes. ʒ.ij. cy-
mini.℥.i. albumẽ oui unum, aceti phialam unam, olei phialam unam. prædictas herbas tere fortiter, &
succum earum cum prædictis commisce, fortiterque cola, & cum penna unge loca languentia, & mira
beris. *Ad scabiem.* Radices lapathioli coque, & axungiam porcinam cum eis uehementer tere, &
argentum uiuum cum cinere & sputo distempera, & cum eis misce, & *uehemẽter confice, inunge, &
miraberis. *Vnguentum ad pustulas, vel lepram, siue pruritum.* Florem tithymalli cum aceto coque forti-
ter, & oleum modicum misce, & inunge usque dum sanus fuerit.

De modo cognoscendi cancrum a carbunculo.

Sic poteris cognoscere cancrum a carbunculo, in principio carbũculus quippe durus est, & rubens
nimis & ardens, & dolet quamplurimum in ossibus & neruis, & cito facit caput. Sed cancer non tantũ
rubet, neque tantum dolet, sed durior est, & non tam cito facit caput, & plus occupat: qui quando mol
*alias. centifolia. C lescere incipit, perfora cum ferro quasi carbunculum, & nepitam, apium, betonicam, agrimoniam, cha
medryon, *trifoliũ, satureiã, pimpinellam, subtusillam, carduum, fragifolium, millefolium, ana. M. unũ
teras, & cum uino & pipere dabis in potum mane & sero. *Item alia optima, sed valde grauior.* Aloes
drachmas duas, aristolochiæ longæ drachmas quinque, sanguinis draconis drachmas tres, castorij.ʒ.
ij. pæoniæ.ʒ.v. thuris, myrrhæ ana.ʒ.iiij. ammoniaci.ʒ.ij. succi saluiæ uel foliorum ana.ʒ.iij. decoque
usque ad dimidium lẽto igne, ipsumque in uase picato mitte, & pigmenta in linteolo mundissimo liga
ta in medium liquorem pendere facias, & de populo arbore puluerem facias, de supradicta potione
calicẽ medium dabis quotidie, & de puluere populi quantum tribus digitis leuare poteris in uino co-
cto distemperato. *Ad idem.* Accipe album secessum canis, prasium, plantaginẽ, ana.℥.s. calcis uiuæ.
ʒ.ij. pulueriza totũ, & supra malũ pone, & postea pone unguentũ marciaton, mane, & sero muta illud,
& ablue in omni mutatione de uino calido. Si uero aliqua pars mortuæ carnis remãserit, abscinde cum
ferro. Si aũt longi tẽporis fuerit malũ, & per prædicta sanari nõ poterit, oportet incidere circumcirca,
& postea apponere prædicta. *Ad idem.* Lenticulæ, quæ in stagnis nascit̃, uel fontibus, uel alijs aquis
succus supra cancrũ positus eũ occidit. Similiter facit doliachæ succus cũ porcina pinguedine mistus,
& ipsa herba pinsita & superposita cũ succo & pinguedine dictis prodest ualde. *Ad idem.* Succũ ebu-
D li, succum aristolochiæ rotundæ, aut puluerẽ eius, & albumẽ oui fortiter cõmisce, sed nõ ut durũ sit, sed
molle, & taliter totũ cancrũ ex eo penna linies, & de frondibus septẽneruiæ illum cooperies, sed per
singulos dies mane & sero mutabis, & quando mutare uolueris, cũ penna in uino infusa cancrum prius
*alias. non. ablue, & unge doctrina supradicta. *Puluis ad cancrum.* Calcis uiuæ *nouies ablutæ, nouem grana pi
peris, auripigmenti, aceti, & mellis, & farinæ hordei, fac focaciolam, & sub testa coque usque dum in-
cẽdatur, & pinsito, & fac puluerem, & ubi opus fuerit, mitte. *Vnguentum ad serpiginem, & carnem mortuam
manducandam.* Recipe aristolochiæ rotundæ, radices enulæ, cortices caprifici, corticis alburni, lotium
hominis, hæc omnia simul coque fortiter, postea pinse, & confice cum axungia, & utere. *Ad can-
crum.* Vlcus primum forti & calido aceto bene laua: deinde cum panno lineo detergendo exicca,
quo facto, puluerem gallæ subtilem superasperge, hoc fac bis uel ter in die, donec sanetur. *Ad
idem.* Sume mentastrum, & eo siccato fortiter frica inter manus, cui mentastro tertiam partem sa
lis misce, & simul omnia fortiter tere, quibus tritis super stipites ardentes pone, ut utrunque bene com
buratur. quod quando fuerit combustum, bene iterum teratur, quorum puluis ter in die asperga-
tur. *Pro carne sananda.* Linguæ bouis radicem tere, succum cuius ut pastillum superpone.

Res probata ad cancrosa uulnera, quæ depascuntur in circuitu. Accipe quotquot habere pote-
ris felliculorum, & scinde, et extrahe succum, ut sit dimidia phiala, sed prius laua plagam de ui-

no tepido,& tunc accipe tres peciolas de panno lineo,& in ſucco illo infunde, & ad ignẽm calefactæ E
una poſt aliam ſuper uulnus apponantur,& poſtea de farina tenuiſſima panis hordeacei cũ ſupradicto
ſucco eidem plagæ ſuperponatur. *Ad cancrum res probata.* Caput gruis & uentriculum cum petris
omnibus quæ in eis ſunt ſicca in furno,& fac puluerem,& ſuperaſperge. hoc non ſolum cancrum, ſed
omnia uulnera ſanat. *Item aliud probatum ad idem.* Muſtellam uiuam mitte in ollam nouam, & bene
cooperi de tegula & argilla,& mitte in furnum calidum,& ea combuſta fac puluerem, & de oſtreæ re-
ſta ſimiliter,& aſperge, & poſt diem tertium laua de uino. *Probatum ad fiſtulam.* Accipe terram fran
cigenam,& galetum,ideſt gallam rotundam,& pulueriza,& pone deſuper,& ſanabitur. Cortice quet-
cino ſiccetur fiſtula primo. Poſtea ſanatur,ſi mumia ſæpe bibatur. Maiorum pulueris hominum ra-
pta ſepulchris. *Ad ſcabiem probatum.* Accipe ſigiam græcam,& olei communis partẽ.i.& duas aceti
& coque in modum unguenti,& unge in balneo. *Puluis ad cancrum.* Recipe atramenti, ſarcocollæ,
amenti ſalſi & dulcis,ſalis gemmæ,olibani,maſtiches,ana.℥.i.piperis.℥.vj. *Ad idem.* Brancam lupi-
nam quæ inferius eſt rotunda tere cum ſale & fuligine,& parum de ſanguine,& pone eo mortuo. Ad
ſanandum,puluerem aloes pone. *Ad carnem malam,uel ad cancrum.* Pinſe tartarum fortiter tempera
tum cum melle,& mitte in panno lineo,& liga cum licio,& mitte in ſoco ut ardeat, & fac puluerem,
& ſuperpone. Item teſtam allij,fabas,& panem frumenti incende in olla, & cum iſto puluere miſce F
puluerem gallæ,& ſalis,laua prius de uino,& poſtea ſparge de hoc in die bis uel ter.

De fiſtula.

Ad fiſtulam. Radicem lapatioli,qui rufum ſemen habet in fiſtula mitte:& donec purgata fuerit,per
ſingulos dies ſingulas radices mutabis:& quando purgata fuerit,cognoſces,quia non ut aqua pus,ſed
quaſi putredo fluit tantum:quando autem hoc uideris,hoc unguento ſanabitur. R.picem, chalbanum,
ammoniacum,aloen,ſepum porcinum non multum,ceram,& parum olei.prædictas guttas, & gummi
genera,& picem,& aloen æqualiter commiſta aliqua ad ignem,& poſtea ceram, & ſepum ſemotim li-
quefacta deſuper addas,& agita donec conficiatur. *Ad fiſtulam.* Raphanum pulueriz atum,& quo-
libet modo fiſtulis immiſſum,antea tamen ex aceto ipſa fiſtula ualde abluta,ualet. & modo quocunq;
ſuperpoſitum.& infra,uel intra eam liberat. *Ad idem.* Sume herbam eſcuminatam nomine, & tere,
cuius ſuccum infirmanti mane,quando ieiunus fuerit,da ad potandum:& de ipſo ſucco per ipſum fora
men pone,donec ſanus fiat æger. Itẽ accipe coſtam ſolij rapha.& mitte uſq; ad profundum plagæ ita,ut
ſanguis egrediatꝛ, aliquãto aũt ſpatio intermiſſo accipiatꝛ fel taurinũ,& calefacito ita,ut duritiẽ perdat,
& oſſa gallinarũ cõbuſta,& in ſubtiliſſimũ puluerẽ redacta,ex his ellychniũ cõponatꝛ, & ad fundũ plagæ
mittatꝛ, & interdũ ellychniũ de cõbuſto puluere ſaccharo aſpergatꝛ,& ipſum interdũ minuas, donec ſa-
netur fiſtula. *Ad idem.* Sepi arietis.℥.i.gũmi.℥.s.colophoniæ.ʒ.ij.s.opopanacis,ariſtol.lõgæ, ſarcocol
læ,æris uiridis ana.ʒ.ij.ceræ citrinæ.ʒ.ij.terenda tere,& de oleo parum pone,ut poſſint ibi temperari,& G
ſuper ignem pone donec ſepum & gummi genera liquefiant,& utere quando opus fuerit. *Ad fiſtu-
las tollendas:& uermes occidendos.* Succum plantaginis mitte ſæpius. . *Item ad idem.* Potentillam bibat
per dies.xxx. probatum eſt *Ad fiſtulam claudendam.* Thus maſculum diligenter tere cum uino uete-
ri,& inde perunge. *Ad idem.* Accipe in primis de carne ſalſa lardonem,& mitte ibi per.iij.dies, &
poſtea emplaſtrum fac hoc modo,accipe frondes libyſtici ſyluatici,& tere fortiter, & miſce ibi de ſale
cocto puluerizato tantum,quantum ſunt frondes,deinde adde axungiam ueterem ſufficienter, & tere
omnia hæc inſimul,& fac emplaſtrum. *Ad idem.* Accipe tithymallum cum ſua radice, & mitte in
clibano ut exiccetur,& fac puluerem,& inſuffla intus. Item accipe piper,aloem, chalbanum,ceram,&
oleum,& fac emplaſtrum,& utere. *Ad idem.* Pone emplaſtrum de farina,& alburno, & ſinapi,& ſa
le cocto,& de calce extincta,& de ſapone *ſpathulano,& de capitello per.ix.dies,deinde teres tres cy-
mas rubi,& tres urticæ per tres dies. Item piper,allium,ficus ſiccas,radicem petroſelini miſce, & tere *al. ſpatareti-co.
ſimul,& fac emplaſtrum, & ſuperpone,& ſtatim interficiet. Item accipe marmor quod uidetur eſſe
ſicut ſal,& fac puluerem,& inſuffla intus. *Ad idem.* Accipe farinam lupini,raphani,ſinapis,mel ar-
ſum,alburni carbonem,omnibus tritis diſtempera cum ſapone ſpathulano,& admiſto de capitello fac
tentam de licio torto ad menſuram fiſtulæ,& ablue eam mane & ſero de capitello. H

De paralyſi.

Hiera fortiſſima.G.theodoricon emperiſton,potio ſancti Pauli,& opopyri, paralyticis, arthriticis,
& alijs diuerſis cauſis ſuccurrit. *Potio ad paralyſin Ioannis filij Ligurij medici.* R.mandragoræ.℥.iiij.caſto
rij.℥.iij.piperis grana.ccc.nepitæ,manu plena,uini optimi phialas.xxiiij.bulliat ad medietatem,& ieiu-
nus bibat phialam.i.& uſque ad nonam ieiunet. *Ad idem.* R.ſaluiæ,ſatureiæ,dictami,ſauinæ,menthæ
nigræ,cerfolij,foliorum teneræ lauri,quinque foliæ,betonicæ,febrifugæ,peucedani,agrimoniæ,pimpi
nellæ,artemiſię,chamædryos,hiperici,millefolij,balſamitę,pulegij,trifolij,hypocyſtidos,hyſſopi, pra-
ſij origani.añ.M.i.dabis cũ uino,probatũ eſt. *Vnguentum ad paralyſim.* R.ſauinæ pulueris,ſaluiæ,mẽthæ,
ocymi,pulueris urticæ,balſamitæ pulueris ana.℥.ij.olei lauri phialã.i.ceræ lib.i.olei.ʒʒ.ana.℥.vj. omnia
arbitrio tuo tere,& coque,& unge. *Ad idem.* Herbã centũneruiam.i.barbam ſyluanam laua cum.ix.
aquis,& tere,& in ſucco adde duo cochlearia mellis,& ſic unge digitos in phialis,da primo galli cãtu,
ſi laxat non euadet. *Item ad arthriticum dolorem.* Accipe micam panis madefactam aqua, & tere, dein-
de diſtempera cum ſucco morgellinæ, uel ſolatri, uel portulacæ,uel ſemperuiuæ,uel alicuius refrige-
ratiuæ

A ratiuæ,deinde ſuperpone loco dolẽti,primum inuncto oleo roſeo, poſtea uero ne nimis loca neruoſa
deſiccentur,adde emplaſtrum hoc. R. radicem altheæ,atque ſemen lini,& coque in aqua, atque fo-
menta, ad ultimum,accipe farinam lentis,& coque in quatuor partibus mellis,& aqua quantum ſuffi-
cit,& ſic ſuperpone. probatum eſt. *Vnguentum ad guttam.* R. radicis bryoniæ, corticis medianæ,
ſambuci,abſinthij,rutæ,ſaluiæ,hederæ,chelidoniæ,arnogloſſi,ſaliuncæ,aloes,thuris,mellis, olei, ceræ,
quantum tibi uidetur,& confice. *Emplaſtrum ad idem.* Abſinthij,radicis ebuli,furfuris tritici,ſterco-
ris caprini,fac puluerem,acetum mitte in cacabo,& ſalis ſatis,fac bulliat fortiter,& ſuperpone. *Item
unguentum ad guttam.* R. rutæ,hederæ terreſtris,abſinthij,abrotani, barbæ Iouis,omnium ana.M.i.ſa
uinæ.M.ii.ſimul tere,& coque in oleo,& butyro,& adipe taurino,uel ueruecino æqualiter,cola,& ubi-
cunque fuerit gutta unge,& poſtea in albo panno indue,& pone.

De ratione medendi ad os fractum.

Recipe betonicæ,uiolæ albæ,panemq́; mũdum ad cernendum,melangiæ,hederæ terreſtris, piloſellæ,
agrimoniæ,ſinimphæ,ſaluiæ,ne intumeſcat. Item betonica ſanat & tollit dolorem,ſaluia aufert dolo-
rem,hedera terranea curat & mundat,uiola ſanat,plantago ſoluit dolorem & mundat:agrimonia & pi
loſella ſanant,melangia iuuat ut non claudatur uulnus.quòd ſi ex omnibus his habere non poteris, ac
B cipe ſaluiam,betonicam,hederã,terraneã,uiolam,agrimoniã,plantaginẽ,contere,& ſuccũ uino miſtũ,
donec ſanus ſit æger,ſolũ accipiat potũ,foliis ſupraſcriptorũ deficiẽtib. radices indifferẽter, aut pulue
rem ad eundem accipies uſum. Abſtineat uero patiens ne comedat herbas,caſeum,lac, fructus, car-
nes niſi de caſtratis,oua,& panem niſi azimum,pultes. *Ad idem.* R. farinam de germano, ideſt de
ſiligine partes. ii. abſinthii partem unam,tere,& miſce cum melle,& panno impone, & de raſo lardo
ſuperpone ei,& ſuper plaga pone bis mutando per diem.

De plaga.

Ad plagam. Piloſellæ ſuccum da bibere,ſi teijcit,morietur,ſi non,uiuet:prima die plantaginem, &
fragam in uino dabis, ſecunda die gariophyllatam adiunge prædicto uino,tertia die piloſellam,quar
to die pinpinellam,quinto die hederam terreſtrem, ſeptemneruiam ſexto die, tranſactis uero diebus
ſeptem,ſubtrahere debes ſingillatim,e cõuerſo incipiens ab hedera uſque ad primam quæ eſt fraga.
Antidotum contra plagas. Angelicam,betonicam, agrimoniam,piloſellam, hederam terreſtrem,ſe-
ptemneruiam,uiolam minorem de angelica,coque in uino,& potet tribus uicibus in die. Si ſanguina
uerit plaga, cum cultello minutatim incide urticam,& intinctam in forti aceto,pone in plaga. ſtatimq;
ceſſabit ſanguinis fluxus. *Vnguentum ad plagas.* Anguillas coque in aqua,& collige adipem qui ſu-
C pernatauerit,& de gallinis,& de anſeribus,& de ſcrofino ſine ſale, ſaluiæ ſuccum,rutæ, abſinthii, hede
ræ terreſtris,linguæ canis,artemiſiæ,matriculæ,cicutæ,herbæ citri,hyoſcyami, ſtrychniboli, olibani, a-
loes,myrrhę,ammoniaci.de ſpeciebus ana.ʒ.i.farinæ de molendino collectæ,in gyro,dactyli oſſiũ,cro
ci orientalis,ſandali,acaciæ,ceræ quantum ſufficit,ut album fiat. *Tractum ad aperiendum, purgandum: ſa-
nandum dolorem, & carnem mortuam,& carbunculum auferendum.* R. ſucci ebuli, abſinthij, cymarum rubi,
urticæ,carui,apii,omnium æqualiter,mellis cochleare unum,& albumen unius oui gallinæ, farinæ ſili-
ginis,uel cuiuslibet eorum quæ ſunt ad tenuitatem.confice ſic:ſuccos,& cetera pone in uaſe, & com-
miſcendo exagita,donec ſpiſſum ſit & tenax,ſi plaga profunda ſit, pone ex hoc ellychnium peruncttũ:
ſi uero patula.i.plana,pone ſuper pannum donec ſanetur: ſi uero tractum nimium deſiccatur, renoua
cum ſucco ſolius apii. *Vnguentum ad plagam.* R. ceræ citrinæ.ʒ.s.picis,colophoniæ ana.ʒ.ij.s.ſepi a-
rietis.ʒ.ii.infunde cum oleo,& pone ſuper ignem donec unguentum fiat. *Potio ad plagatos.* Betoni
[* minitæ. * al. uni.] cam, agrimoniam,fragifoliam, aſari, uiolæ,linguæ bouis,ambroſiæ, plantaginis *minutæ, quinque
folii,hyperici,picis,linguæ ceruinæ,pimpinellæ ana.M.i.tere,& adde* aquæ ſi.iii.mellis cochlear unũ,
cola,& appone piperis grana.c.& quanto frequentius biberit,tanto celerius ſanabitur:ſed a uenere ab
ſtineat,& omnibus contrariis. *Ad idem.* Fac ſaginem de lardo, & accipe mel, & farinam de ſiga-
D le,& uinum,& coque ſimul,& mitte ſuper plagam, mire curat & ſanat. Item ſuccus apij, & albumen
oui,quibus adde puluerem thuris, & tantum de farina frumenti ut ſatis ſpiſſum ſit. *Ad capitis plagam
ſic fit.* Diligenter inquire utrum longa ſit,an non: an os fractum ſit, an non. His præmiſſis, ſi pro-
funda ſuerit,& teſta rupta,primitus capillos tunde,& deinde panni ellychnium abſque ullo medicami
ne.uel lardi fruſtum excoriatum,iuxta plagæ quantitatem inciſum,in ipſo oſſis hiatu, ne ſanies irruens
meningas ſua putredine eſtendat, uel aliquid morbi generet,pone: & poſt pone primo embrocham.
quæ ſic fit, uinum & oleum,& panem non ex toto arſum fac feruere in ſartagine, uel aliquo uaſe:dein
de unguentum fuſcum unaquaque die in plagella pone. memento tamen ut prædictum ellychnium
ſemper adſit donec caro creſcat: quòd ſi os ruptum non fuerit, ſue cum acu in duobus uel tribus locis.
hoc dico ſi plaga magna fuerit: deinde tunſis capillis,embrocham prædictam ad prædictum terminũ.
& unguentum fuſcum in plagella pone. *Ad plagam profundam cum lancea factam in qualibet parte corporis
excepto capite.* Primum pone lardum quantum tibi uidetur, & unguento fuſco unge: & tunc pultes
hoc modo compoſitas pone. Vinum,farinam,oleum commune,mel,rutam,ſaluiam,abſinthium, trita
cum axungia porcina omnia æquali pondere fac feruere in ſartagine: quo facto, cum panno ſuperpo
ne quouſque plaga deſiccetur. memento ut unaquaque die bis mutetur,niſi prima die,& lardum im
pone ſemper ęqua quantitate uſque ad vij.dies.deinde unaquaque die,prout caro ſolideſcet,paulatim
minue,

minue, quousque plaga clausa uideatur: & tunc impone emplastrum aliquod. in capite autẽ non oportet E imponere pultem hanc, sed embrocham prædictam: quia non conuenit nisi pili nascantur, propter constrictionem pororum. *Vnguentum fuscum sic fit.* R. olei li.i. sepi, ceræ añ.℥. vi. picis.℥. iij. saluiæ: sisimbrij, lentisci, sauinæ, allij, cymarum rutæ, añ. M.i. confice sic. Herbas cum seuo diu cõtusas cum oleo coque, & cola, deinde ceram adde. ultimo picem, quandoque liquefactum fuerit remoue, & usui reserua. *Potio ad plagam sanandam.* R. agrimoniam, betonicam, saluiam, plantaginem, folia hederæ terrestris, herbæ uenti, pinsitis his, confice cum uino, da bibere quousque sanus sit. *Emplastrum ad plagam sanandam.* R. farinam siliginis, absinthium, oleum de oliua, axungiam porcinam ueterem, mel quod sufficit. *Vnguentum album.* R. cerusæ.℥.iij. lithargyri.℥.ij. masticheṡ, condisi añ.℥.i.s. olibani.℥.i. olei rosei, & aceti quod sufficit.

Ad ossa fracta.

Ratio medendi ossa fracta hæc est: primum prouide ut leuissimis manibus aptes ad proprium locum male incisas fracturas: quo facto, sal, & mel in sartagine compone, & diutissime feruere dimitte, & prout pati poterit calidum superpone cum stuppa, aut bombace, deinde lignula recta plana adinuicem restibus concatenata circumliga: hoc per triduum fieri necesse est: post triduum uero, reiectis his diu aqua calida fomenta, & facta fomentatione, agrippa, aut dialthæa, aut marciato circumlinies, & F bombace, uel stupa circumuolue: & sic unguentum circumuoluere, & circumligare, & fomentare contemplata ætate bis in die mane & uespere oportet. usque ad.xx. enim dies solidantur: habita tamen diligenti cura: iuuenis uero usque ad.xvij. dies. senum autem usque ad xxj. uel. xxij. uel xxiiij. puerorum itaque expectatio usque ad.xv. dies. In his ergo diebus constrictorium iuxta prædictã rationem facies ita. R. olibani, mastiches, ceræ, boli armeni, æquali pondere, ceram solue, & horum puluerem triconizatũ supera sperge: & ad modũ ceroti coque, & tepidũ superpone. memẽto tamẽ ut prius sapone, & aqua calida, uel aliquo tali optime lauet: & sic cerotum superpone. non.n. adhæret appositũ, propter unguentum. Oportet ẽt scire si ulcus affuerit. non.n. debet apponi in ulcere. Quod si aliquo casu accidente disiuncta fuerit, ex utraque parte trahatur manibus: ut ad pristinum locum redeat iunctura: quo facto, palma utrarumque manuum locus constringatur, & postea fomentetur aqua calida: deinde circumliniatur agrippa: & tabulæ superponantur. huius autem mutatio fiat de tertio in tertium diem semper cum fomentatione, & post, suprascriptum constrictorium appone. Si qua uero costarum hominis fracta fuerit & interius plicata, costam hoc modo reduces ad exteriora: fac constitui ignem longum ad longitudinem hominis, & nudus calefaciat uentrem & costam. tũc uero habẽs mel coctum, unge manus utrasq; ex eo melle, & paulatim manibus perunctis blande tange locum, & trahe G suauiter: sic sæpe facies trahendo, donec æqualis sit alijs costis. deinde marciato, ceterisq; unguẽtis foueaẽ, & emplastrũ apostolicon, uel diachrysũ, uel aliquod quodlibet, donec sanetur, exterius ponatur.

Emplastrum diachrysu, quod latine aureum dicitur, ossium fracturam sanat: parotidas, glandulas sanat: spleniticum, callum pedis, & hemicranium mire curat: apostemata, et nascentias, et carbunculos dispergit: emprosthotonum, uel cui in capite, uel ceruice, uel scapulis nerui contrahuntur, & omnem indignationem, uel phrenesim infantium sanat. R. colophoniæ, resinæ añ.℥.ij. olei.℥.iij. picis lib.i. olibani, auripigmenti, aluminis añ.℥.ij. aceti quod sufficit. Parotidas, glandulas sic incidas, cutem superincide ferro: deinde cum hamulo ferreo subtilissimo glandulas ad te trahe, & tandiu abstrahe pelliculas circũcidendo cum spathula, donec omnes uenulas earum habeas: & sic embrochando panno incenso superpone, uel aliquod idoneum, ut sanguis stringatur & sanies, embrocha tunc cauatura lauetur, deinde unguentum fuscum apponatur.

De osse fracto.

Ad os fractum. Cerebrum canis cum aceto calido distẽpera, & superpone in panno lineo. per tres dies dimitte. *Item ad os fractum uel scissum.* Insimul albumen oui cum stuppa induc, & circunduc, & desuper liga. *Ad idem.* Ceræ nouæ, ammoniaci, rosæ, myrrhæ, croci añ. malagma facito: & in linteolo apponito. *Tractum ad omnem plagam.* Aloes, myrrhæ, olibani, mastiches, añ.℥.i. picis, ceræ, co H lophoniæ, añ.℥.ij. sicca tere, liquida solue. cola per linteolum, fac magdalionem.

De febribus, & diebus timendis.

Rubra ad febrem tollendam. R. cymini, cozumbri, myrrhæ, anisi, croci, dauci cretici, hyoscyami, anna.℥.i. opij.ʒ.i. seminis apij, ℥.i. mellis quod sufficit. *Hydropotum ad febrem quotidianam, tertianam, sed maxime quartanam, & ad omnes accessiones & angustias, somnum facit, fastidium tollit, sudorem prouocat.* R. ameos, mirrhæ, anisi, croci, hyoscyami, opij. ana.ʒ.ij. chamædryos, apij, petroselini, spermatis mandragoræ, thuris ana drac. i. mel quod sufficit, dabis cum aqua calida. *Ad quotidianam.* Si cum typo fuerit, accipiat potionem rubram mistam cum hydropoto ante horas accessionis. post bibat aquam frigidã. Si uero frigus fuerit, magnum uinum bibat, aut aquam calidam. Si uero non profuerit istud, accipiat panchreston, post bibat mulsam. Si uero stomachus fuerit plenus humore, ut uomat, bibat oxymeli, quod recipit aceti phialas .ij. mellis li. j. seminis radicis, & atriplicis ana.℥. i. quæ coquantur usque ad medietatem, & ante accessionem bibat, & ieiunet una hora, postea si non uomuerit, accipiat aquam calidam, & bibat. De cibis, ius album manducet de gallina confectum cum oleo * phar. porcellos, hœdos. de uolatilibus, fasianos, turdos, perdices, ficedulas. de piscibus, saxatiles, aut assos, aut elixos. de pomis, mala cydonia, & uuas, & mala granata. de uino, album & leue. *Potio probata*

A *Bata ad frigiditatem, & febrem.* R. seminis trifolij acuti, opopanacis, serpilli. ana. drac. iij. anisi, foeniculi, amyli, apij ana. drac. ij. farinæ orobi. ℥.i. hęc simul tere, & pone in uino bono paululum, & post colligantur in modum uictorialis ponderis, ℈.iij. dantur cum uino calido. *Electuarium, quartanariis, & quotidianariis.* R. siler, piper, amyli, marathri ana. ℥.i. ʒʒ. pyrethri ana. ʒ.iij. gariophyllorum, galangæ, ana ʒ.i. mellis quod sufficit. *Ad quotidianam, tertianam, & quartanam.* R. rosarum. ʒ.xx. sacchari. ʒ.xl. costi dulcis, rheubarbari, arsenici, cinnamomi, nardi, mastiches, spodij albi, sandali citrini, & albi. berberis, gariophyllorum, croci. ana. ʒ.ij. tere, & confice cum syrupo uiolato, dosis eius. ʒ.iij. ante accessionem, & post. *Epithema ut sudor febris exeat.* Semen lini fac bulliat in aqua, induc in panno, & pone super stomachum. *Ad quotidianas acutas in æstate.* Si habuerint turbidam urinam, ex sanguine est. Prima, uel secunda die, uel usque ad septimam phlebotomabis. Si nimius feruor irruerit, hoc fac emplastrum, uel epithema, quòd ualet ad febrem acutam. Succum solani tempera cum farina hordei, & induc in panno, & pone super stomachum. Item panem assatum diu, ita ut fiat uelut carbo extinctus, postea tere, & cribra puluerem, & tempera cum uino, & fac epithema. Dieta utantur tali: succo ptisanæ expurgato hordeo. nam hordeum positum in aqua una nocte, tundatur, & ad mensuram unius phialæ ponatur in phialis quindecim aquæ, & coquatur lento igne usque ad tertiam partem, & coletur per B linteolum, & utantur farre molli. & de pomis, malo serico, aut dulcibus amygdalis, & pane in aqua, & de electuario supradicto. Quòd si in tempore autumni uenerit, & sine typo fuerit, similiter curabitur. Si cum typo, uomitum prouocabis cum aqua calida, & oleo, aut cum oxymelite suprascripto, & si fuerit constrictus, oxymeli catharticum dabis, quod conficitur sic. Mitte acetum, & mel, & elaterij. ℈.s. uel secundum uires ægroti. De cibis, superius dictum est. Quod si fuerit solutus, cibos stypticos damus. potu utere uino græco. Si uero in suo tempore uenerit cum typo, aut sine typo, primum catharticum dabis ad phlegma deponendum. i. diacalaminthes cum adriano, uel omnes potiones calidas, ut picra, mulsa, athanasia, hydrocopion cum aqua calida: cibos suprascriptos: pannis autem, aut ceronium, aut oxycroceum cum cerotis. Cataplasma recipit hæc, Micam panis, fabæ. absinthij, farinæ foenigræci, omnia æquali pondere, confice cum ouo molli assato, & cum oleo laurino, aut cyprino, & induc in panno, & supra uiscera impone: expertum est. Si autem in tempore ueris, curabitur cum potione rubræ & esdræ. Cibos autem dabis, gallinas, carnes porcorum, & omnium uolatilium: de leguminibus, cicer, far: de oleribus, foeniculos. betas, coctana: de piscibus, saxatiles: uinum album & leue.

De febribus tertianis cum typo.

Ad febres tertianas cum typo. Mulsam potionẽ ante accessionis horã accipiat, & post bibat aquã calidam. C *Ad duplices tertianas.* Vtatur hydrocopio, & mulsa, & rubra quasi una potione. *Ad tertianam mistam quotidiana.* Panchresto, & rubra, hydrocopio, quasi una potione utantur. *Ad tertianas acutas.* Si uomitu egent, ponatur, mel, & acetũ, quibus adhibeãtur atriplicis. ʒ.iij. & utantur. Si cõstipati fuerint, accipias pulueris * uiolæ ℥.s. & bibant interpolato die cum aqua frigida, & utantur epithemate, quod recipit farinæ hordei. ℥.iij. rosæ siccæ. ℥.i. sandali albi. ℥.s. spodij. ʒ.ij. mastiches. ʒ.i. camphoræ. ℈.i. tempera cũ succo solani, & quasi unguẽto ungantur: & utãtur desuper tegumento stuppæ: & bibant quotidie succum mali granati mane, & post. vij. dies, si urina fuerit turbida & rufa, & nil superiora profuerint, balneo utatur, & fomentetur ex aqua & oleo & post fomentum phlebotometur de media uena dextri brachij. *Epithema ad omnes acutas febres.* R. ro. seminis portulacæ, sandali albi & rubri. ana. ʒ.ij. tragacanthæ parum, tempera cum aqua rosea, uel succo mali granati, uel uuę lupinæ. Si uero uolueris ut dormiat, ungantur frons, & nares, & aures, ex oleo uiolato: & lacte mulieris. & pedes loti in aqua, in qua papauer, & semen lactucæ, uel ipsæ herbæ decoctæ sunt, ungantur. *Antidotum ad idem.* R. sandali albi, citrini, & rubei. ʒ.i. tragacanthæ. ℥.s. ros. ℥.iij. sacchari. ℥.iij. syrupi quod sufficit. Cibos dabis succum oryzæ, aut alicæ, ius galli, pisces saxatiles, poma frigidissima: de oleribus, lactucas cum aceto, portulacas, solanum, omnes cibos parum salitos: dabis aquam frigidam, & mulsam de hydromelite: & si fuerit D solutus, dabis ei cydonium melle confectum ita. Succi mali cydonij partẽ. i. mellis partes. ij. coque ad lentum ignẽ, donec ueniat ad spissitudinem mellis, & dabis exinde mulsam. *Epithema ad idem.* R. mastiches, thuris, foenigræci, seminis lini, farinæ hordei, croci, omnia æquali pondere, trita distempera cum uitello ouorum, & cum oleo. ro. hoc modo confecto: tolle oleũ, & rosas cũ rore suo, & mitte simul in puteum, aut in aquã uiuã per uiginti dies. pòstea tolle exinde, & pone ad Solem undecim diebus: postea habeas ad umbram: hoc oleũ frigidissimũ est, & si unxeris igneã febrẽ de hoc oleo, mitigat eã, & solet eã amputare. Hæc eadẽ febris si fuerit in autumno, curabitur: si diatessaron temperabitur cũ uino, cum rubra, cũ mulsa. Cibãdi sunt talibus ut est far, simila, & granum bene coctum, carnes pecudum, & pedes porcini, & gallinæ, uinum album & leue. In tempore hyęmis, si fuerit cum typo, curabitur cum mulsa, & hydrocopio, & rubra: & si sine typo fuerit, prolongabitur: * lixopericum dabis cum aqua calida, cibos, carnes porcellorum, cerebella eorũ, phasianos, & agrestia uolatilia. Quod si fuerit in tempore ueris, curabitur potione rubra, & rosata simplici: quod recipit croci orientalis. ℥. i. traga. ℥. i. succi liquiritiæ. ℥.i. seminis citru. melo. ana. ℥. i. rosæ. ℥. iiij. tempera cum melle ro. & aqua rosea. *Rhodosacchara ad idem.* Accipe rosarũ albarũ lib. i. minutatim incide rosas, & frica bene cum manibus ipsas cum saccharo, & pone in uase, & ligabis, ponasq; ad Solem. lx. diebus donec bene coquatur, & nocte auferes. *Diacydonion ad idem.* Coctana mundabis interius & exterius, et coques cum aqua bene, &

* al. molæ.
* al. laxatiuũ.
* al. lexipyreton.

ne,& in una libra pomorũ,pone.ij.lib.facchari,& iterũ coques ad ſpiſſitudinẽ, poſtea addes pulueris E ſandali rubri,& citrini ana.ʒ.s.ſpodij.ʒ.vj.roſæ.ʒ.x.ſeminis portulacæ.ʒ.iiij.ſucci liquiritiæ, ſucci rhu. traga.ſeminis cucu.ana.ʒ.ij.mannæ,caſiæfiſtu.ana.ʒ.vj.croci.ʒ.ij.maſtiches.ʒ.i.camphoræ.ʒ.i.adde ſyrupi uiolati ſimplicis quod ſufficit.Cibos dabis,ſuccum oryzæ,aut alicæ,ius gallinæ,&c.ſicut ſuperius notum eſt.

De febre quartana cum typo.

Ad febrem quartanam cum typo,ſi fuerit in æſtate,ante horam acceſſionis dabis potionem muſam ſi fuerit in hyeme,utantur potione diaſulfuris,& dialthææ,unguento:de cibis,utantur rapis, porris coctis,& farre, & ciceribus:de carnibus,porcina,agnina,pedibus porcinis,gallinis: de pomis, malis cydonijs:de uino,neque leui,neque forti.

Ad duplicem quartanam.

Ad duplicẽ quartanam,Adriano,& Panchreſto tẽperatis utantur cum balſamo.quartana ſi fuerit tẽpore ueris,curabitur potione Eſdræ,miſta cum potione ſancti Pauli,& muſa * enea.Vnctionem talem facimus:ſinapi ungimus dorſum ante unam horam acceſſionis, cibos autem calidos & ſtypticos damus:ut lepores,phaſianos,perdices, anates,anſeres:de leguminibus,granum bene coctum,cicer,fabã fractam:de oleribus,fœniculum,capita raparum,rutas agreſtes coctas,uinum rubrũ & forte. in æſtate uero,ru.miſta cum theriaca mundiſſima cum uino temperata damus: & unguento marciato ungimus F totum corpus,ante unam horam acceſſionis prope ignem donec ſudet,& præterea hora acceſſionis.cibos autem ſuperius diximus.Si tempore autumni uenerit,curabitur potione adriani, & diacalaminthes,& trochiſcis probatis ad quartanam: petrolæũ dabis ad bibendum.ungimus totum corpus ante, & retro dialthea,& quotidie damus origanum ad bibendum,cibos uero ut ſupra. *Vnguentum ad quartanam.* R.cinnamo.ʒ.ij.croci.ʒ.i.myrrhæ, ſtyracis, ſagapeni, ana.ʒ.v.laſeris.ʒ.iiij. gẽtianæ. ʒ.ij. mellis quod ſufficit,da in modum lupini,cum aqua calida. *Ad idem.* Oleo pulegino utere cum nepita.purgat ſtomachum,& thoracem, ceteraq; membra,ita ut prius utatur commiſtione ſancti Pauli,& calidarum potione,confricetur totum corpus cum uino auſtero.

De febribus ephemeris.

Ad ephemeras febres. Si naſcantur ex calore,utantur tenui balneo,& fomententur ex aqua calida, & oleo:& bibant aquam frigidam,uel tenue uinum:& utantur frigida diæta.ſ.cucurbita,portulaca,malo matiano,uel ſyriaco,uel ſucco mali granati:de carnibus,pipionibus,ſyluaticis uolucribus.Si autem ex frigore fuerint,ungatur ſtomachus oleo maſtichino,quod recipit olei ro.ʒ.ij.maſtiches. ʒ.iij. coſti. ʒ.i.rutæ uiridis. ʒ.ij.ſimul in oleo coquantur,& ex ea ungatur ſtomachus,& detur potio diatriõpepereon. Diæta,accipiant pecorinam carnem unius anni & agninam,& pipiones domeſticos:& bibant ui G num rubrum & ſubtile,& ferantur ad balneum calidum.

De ſynocha febre.

Ad ſynocham. Si ex ſanguine fit,uel ex cho.ru.phlebotoma in prima die, uel ſecunda, aut ad ſummum in.iij.die ſi maſculus fuerit,in dextro:ſi fœmina,in ſiniſtro:ſi uentrem habuerit conſtrictum, clyſterizabis ita:accipe ſuccum cantabri,& maluas tunſas,coquantur cum oleo,deinde colato per linteũ, & utere.Si autem deſiderauerit balneum,concede ſibi,& utatur fomento ex calida,& oleo.Diæta utatur tali.ſucco ptiſanæ,& farre molli,& malis matianis,& ſyriacis,& pane in aqua.

De homotono.

Homotonus curabitur ſic:potionem roſatam ſuperius ſcriptam teneat ſub lingua uſque dum liqueſcat,& ſaliuam eius glutiat.unctionem talem facimus.Oleo roſeo frequenter ungimus caput, & præcordia.Epithema tale facimus.R.croci orientalis.ʒ.s.maſtiches,olibani.ana.ʒ.i.ouorum aſſorum uitelli quantum tibi uidetur: confice cũ oleo roſeo,& pauco aceti,ſuper præcordia ponas. *Item alia unctio.* Oleum roſeum,cum portulacæ ſucco,aut cum ſucco uerbenæ,aut cum ſuc.cucurbitæ ſuper præcordia pone.Diætam talẽ damus:ſuc.alicæ & ſuc.oryzæ:a uino abſtineat,ſed mulſam atticã damus. *Ad idem.* Si uentrem conſtrictum habuerit,clyſterizabis cum ſucco cantabri,aut bibat pſyllium in tribus aquis H lotam,& utatur mali granati ſucco,& malis,& pyris,& ſorbis matutis,& ungatur unctione, quæ recipit ſucci ſemperuiuæ,ſuc.portulacæ, ſuc.raſuræ cucur.olei ro.ana.ʒ.i.& ungatur ex his totũ caput,præter loca ubi cerebrum eſt: epithemate utantur ut ſupra.

De cauſo.

Cauſus naſcitur ex cho.ru.nimium ſicca circa ſubtiliores uenas hepatis. Quæ his ſignis cognoſcitur,ſitis,& inſomnietas eſt magna,& alienatio proſequitur,& ſurditas,aut muti fiunt:quãdo hæc ſigna ante triduum habuerint,quàm febris fiat,dolor capitis ſentitur,& buccinæ aurium,ipſe dolor cum forti ictu & tremore conficitur.Mederi oportet phlebotomo in principio curationis, & frigida potione, & frigida adiutoria neceſſaria ſunt his,quæ ſupra diximus. Euacuetur autem humor cholericus, extinguatur, & diſſoluatur per ſudorem, aut per uomitum, aut per uentris ſolutionem. Certiſſime autem extinguitur ſi biberit aquam multam & nimis frigidam: etiam hydromeli bibat, aut lauacrum intret ut ſudet,ſed non deſcendat in ſolium,nec diutius moretur. De eſcis uero nihil niſi ptiſanam manducet.

De nephritica paſſione.

Ad nephriticã paſſionem,ſi fuerit ex cho.ru.in dextro latere,detur ei muſa,uel iuſtinum minus,poſt

elixaturam

A elixaturam apij, & feniculi, quæ conficitur ex corticibus eorum in aqua coctis. ſi fuerit in ſiniſtro latere, ex phlemate uel cho.ni.detur ante adrianum, & iuſtinum maius, cum de cocto apij & petroſelini macedonici. ſi fuerit ſine febre, uinum bibat: ſi fuerit cum febre, aquam: & utantur emplaſtro cetonio. & fomententur cum aqua calida, & ſuccum creſcionis per ſe bibant. Diæta uero, omnia calida & leuia: & utantur creſcionibus, & alexandris, & urticis, petroſelinis, & apio, & aſparagis: de carnibus, porcina, agnina, hœdina: de uolatilibus, phaſianis, perdicibus, turdis, ficedulis. de leguminibus, cicere: de piſcibus, nullatenus: de uino, claro & rubro utantur.

De pleuritide.

Ad pleuritin. Si fuerit ex ſanguine, & ſpuerit ſanguinem, phlebotoma de brachio eiuſdem partis. & cozumbrum coctum in patella cum mel. plagellæ imponatur ita, ut refrigerata altera calida imponatur. ſi fuerit ex cho.ru. utatur electuario, quod recipit amygdalarum. ℥.ii. pineæ mundatæ. ℥.ii. gummi †al.ſandali. ſaracenici. ℥.i. tragaganthi †albi uel rubri. ℥.i. ſeminis citruli. melo. cucu. cucur. mundatorum ana. ℥.i. tempera cum decoctione epithymi. amygdalæ purgatæ terantur, & ex ſuc. aqua inficiatur, & ita bibat. Si ex phlegmatæ fuerit: accipiat pilulas ex ſagapeno factas, & bibat decoctionem hyſſopi cum aqua, uel puluere facto de caprifico cocto in pice in modum emplaſtri utatur. Diæta uero ſit, pultes, far molle B & amygdalæ, & bibat aquam eorum.

De phrenitide.

Phrenitis ſi fuerit tempore ueris, curabitur ſic. Venam, quæ in medio fronte eſt poſt ſeptem dies tangimus, & eos ſternutare facimus cum melle. albo, & euphorbii puluere. ꝙ ſi ſternutauerit, bonum. Vnctionem facimus talem. oleo roſeo, uel oleo uio. frontem, & præcordia inũgimus. & ſæpius faciem eius aqua frigida irrigamus, ut [non] dormiat. Si fuerit tempore æſtatis, ungimus præcordia eius cũ oleo ro. & ſucco ſemperuiuæ. *Antidotum Baſilij, hemitritæis omnibus.* R. coſti, carpobalſami, celticæ, gariophyllorum ana. ʒ.i. croci. ℈. nardoſtachyos, meliloti. ana. ℈.ii. caſiæfi. foliorum ſemperui. foliorũ ana. ℥.ii. mel lib.i. aquæ lib. i.s. aut.ii. tere, & infunde. *Cataplaſma ad omnes febres.* R. lini ſemen hordeum, fœnumgræ. abſinthium, anethum, apium, petroſelli. libyſticum, & lupinos, ex ſupradictis farina facta mittas oleum deſuper, aut axungiam ueterem, & facto ita cataplaſmate, induæ in linteolo, & calidum ſuper ſtomachum impone: omnibus diebus mutando, & calefaciendo.

De diebus timendis.

Quiſquis prima die cuiuſque menſis in infirmitatem ceciderit, ſequens.iii. dies eſt timenda: quam ſi tranſierit, uſque ad triginta dies euadet. Qui uero ſecunda die deciderit.xiiii. timenda eſt: quã ſi tran-
C ſierit, diu euadet, licet ægrotans. Qui autem.iii. die deciderit, ſine moleſtia liberabitur in proximo. Et qui in quarta die inciderit in infirmitatem, grauiter uſque ad.xviij. diem infirmus erit, ſed euadet. Quinta die ægrotans, licet grauiter patiatur, euadet. Sexta die decidens licet ſanari uideatur, quinta tamẽ die alterius menſis morietur. Qui ſeptima die deciderit, abſque moleſtia liberabitur. Octaua die ægrotans, ſi non fuerit factus ſanus uſque ad. xv. diem, morietur. Nona die ægrotans, quamuis cum ſumma moleſtia, euadet. Decima die, qui deciderit, proculdubio morietur. Vndecima die, qui deciderit, in proximo liberabitur. Duodecima die, qui deciderit, niſi liberatus fuerit in.xv. die, morietur. Teriadecima die, qui deciderit, infirmus erit uſque ad.xviij. quam ſi tranſierit, euadet. Quartadecima die ſiquis deciderit, manebit uſque ad.xv. diem, & ſic euadet. Quintadecima die ſiquis deciderit, niſi intra.xix. dies conualuerit, morietur. Sextadecima die ſiquis deciderit. licet per.xxviij. dies moleſtetur, tamen liberabitur. Decimaſeptima die decidens infirmus, uſque ad.xviij. dies euadet. Decimaoctaua die decidens ſubito ſanabitur. Decimanona die decidens euadet ſimiliter. Vigeſima die decidens.v. diebus euadet, ſed tamen ſequenti menſe morietur. Vigeſimaprima die ægrotans, niſi periculum mortis incurrerit, intra.x. dies alterius menſis liberabitur. Vigeſimaſecunda die decidens, licet.x. diebus patiatur grauiter, liberabitur. Vigeſimatertia die decidens, quamuis cum moleſtia, alte-
D ro menſe liberabitur. Vigeſimaquarta die decidens ægrotans. xxvij. die, quaſi liberabitur: attamen menſe ſequenti morietur. Vigeſimaquinta die decidens, licet aliquantulum patiatur, euadet. Vigeſimaſexta die decidens non morietur. Vigeſimaſeptima die decidens, licet uſque ad exitum patiatur, tamen in altero menſe liberabitur. Vigeſimaoctaua die decidenti mors minatur. Vigeſimanona die decidens ægrotans, paulatim altero menſe liberabitur. Trigeſima die, utrum infirmus euadat, dubium eſt. Similiter, qui Trigeſimaprima die ægrotauerit, utrum euadet, ignoratur.

Mensis decima die quis in infirmitatem [...] procul dubio morietur.

De urina, & pulſu.

Quoniam & cauſarum omnium, & nonnullarum dimenſiones, atque imminentis ſpiritus præuidere difficile eſt, urinæ diuerſitates, & uarios pulſus arguto ſtilo conſcripſi: ne confuſa ratione medicinæ uel ordinata quærenti pernoſcere feciſſent errorem.

De urina, & pulſu in febribus ephemeris.

Ephemeræ febris pulſus eſt ſimplex, non ualde inæqualis, aut ſordidus, aut difficilis: quarum ex urina, ſi guttatim fuerit egreſſa, & patiens dolorem capitis ſenſerit, hæmorrhoidas ſcias eſſe uenturas. Si uero ex animi ægritudine. i. triſtitia, aut cupiditate, febris nata fuerit: pulſus eius eſt laſſus, tenuis in principio: ita ut putes eum multis temporibus ex longinqua infirmitate ægrotaſſe. urina in his rufior inuenitur, quàm in ceteris ephemeris febribus. Si autem ex iracundia ægritudo nata fuerit, & febris

febris fuerit in magnitudine,& in nimietate: pulsus fit non minuens atque desinens. Sicut in his, qui B ex tristitijs, & uigilijs, atque cogitationibus laborant, urina crocea est,& ignea,& extra consuetudinē cholerica euenit cum morsu ueretri exiens. Nam, qui ex multo labore sudantes deficiunt & frigescūt, pulsus eorum mitior inuenitur,& lassior. urina uiridis & turbulenra apparet. Quæ si subito asperitatē, & rubei uini colorem assumpserit,& calor defecerit: aut si fuerit uersa in album colorem, aut dolorem articulorum, aut aurium nunciat apostema, id est parotidas. ꝙ si * cholerica supradicta urina abundans fuerit,& non supradictum dolorem habuerit, eius ægritudinis solutionem ostendit futuram. Vrina alba & spissa bonam significat sanitatem: si tamen capitis dolor non fuerit. Si autem talis coloris urina in initio ægritudinis uenerit, contractionem corporis futuram denunciat. Illi uero, qui nimia fatigatione fuerint lassi, pulsum habent maiorem & lassiorem, in hisq; urina rubra est & candida. Quibus uero indigestio ciborum febrem attulerit, pulsus eorum labentior & mitior ictu, & procedente tempore acrior fit. urina uero eorum multum ru. est. Quibus inguinum dolor febrem mouerit, pulsus est maximus,& grandis ictu,& uelox, atque spissus. urina his subalbido colore apparet, & communis ut in ceteris ephemeris.

* al. colore.

De urina & pulsu causi, synochi, & synochæ.

Causus & synochus, hi ambo habent pulsum synochæ consimilem: non horarum declinationes similes. F quibus si lingua fuerit arida,& uomitus cholericus & urina * lucida: mors significatur. Vrina crocea & turbulenta cum nebulis non bonis,& pluribus diebus in eis non egesta: aut longinquam ægritudinem, aut mortem futuram dicit. Vrina crocea si guttatim stillando fuerit egesta, uentris constrictionem malam cum animi turbatione,& angustia ostendit. Vrina alba & aquosa in augmento ægritudinis, aut in statu ueniens, laborem corporis cum frigore,& maciem nunciat futuram. Si uero pinguis fuerit, mortem significat. Vrina similis spermati hominis, imminentia nuntiat. Vrina uiridis critico die immutata, mortem ostendit. Vrina uiridis si se mutauerit in album, aut aquosum colorem, typicam ægritudinem uenturam significat. Vrina æruginosa stranguriam significat. Vrina ni.& tenuis, cum nebulis, phrenitim ostendit: maxime si odor uitiosus fuerit ei. quibus autem fluxus sanguinis ex naribus uenerit, solutionem eius ægritudinis statim fore significat. Vrina æruginosum habens colorem, spasmum significat. Vrina ni.& tenuis cum aurium obtusione, & insomnia,& in se nebulam habens, tempus longum eius ægritudinis nunciat, & sanguinis fluxum imminere ostendit. Vrina sanguinea cum dolore capitis,& hypochondrij dextræ partis, statim subitaneam mortem significat. Vrina pinguis sine febre senibus eueniens, apoplexiam facit. quæ cum soluta fuerit, caliginem oculorum cito transeuntem,& delectationem cibi ostendit. Vrina turbulenta & non uaria, crisim cum dolore ali G quo uenturam ostendit.

* al. liuida.

De urina & pulsu in homotono, acmastico, & paracmastico.

Homotonus pulsum habet grauem, spissum & sordidum. Acmastichus uero pulsum habet uigentē, & sordidum, sine intermissione. quibus grauis est, per singulos dies & horas febris augmentatur, nullo statu uel declinatione interueniente, urina rufa in his inuenitur. Paracmasticus autem in secundo uel tertio die cum declinatione pulsum tenet mitiorem, quamuis in principio uehemens fuerit. In his ergo omnibus præscriptis passionibus si urina fuerit colore liuida,& tenuis constitutione phrenitin futuram denuntiat: quam longo tempore protrahi significat. Vrina colore alba, & constitutione tenuis, cum nebulis non bonis, renum & dolorem,& indignationem significat: si in bono colore, & in die critico conuersa fuerit, certum discussionis tempus denunciat. Si uero ex bono colore in malum die critico conuersa fuerit, futuram mortem ostendit. Vrina cholerico colore, nebulam albam habens, et fursures supernatantes, aut longam ægritudinem, aut mortem significat. Vrina tenuis cum nebulis non bonis, phrenitin, siue mortem, aut spasmum significat. Vrina alba si se mutauerit, apostema celerius uenturum scias. Vrina turbulenta,& tardius residens, maxime si sanitas interaneorum fuerit, & per multos dies perseuerauerit,& non se mutauerit, pro certo scias acutas febres in tertianam con- H uerti. Vrina subalbida,& spumosa, aut rufa,& si ex cholerico humore ipsa ægritudo nata fuerit, mortē significat: ꝙ si eo tempore sanguis de naribus fluxerit aquosus subito,& a solito abundans: & tenuem se urina fecerit,& diu perseuerans non se mutauerit: frigus subitaneum demonstrat uenire: pro quo frigore fit ægritudinis solutio non bona. Vrina cum sudore si in febrium augmento fuerit,& abundantia urinæ fuerit, mortem cito uenturam nunciat. Vrina rubra & spissa modo supradicto, mortem cito futuram significat. Vrina rubra & spissa si fuerit egesta frequentius,& si dolor capitis,& scapularū affuerit,& auditum patiens obtusum habuerit,& hypochondriorum dolorem senserit: futuram phrenitin denunciat. ꝙ si infra. vij. dies soluta fuerit, ictericum facit: & si non fuerit soluta, & in * macronoxiam uenerit,& nebulæ non bonæ in eadem fuerint, ex eadem phrenitide morietur. Vrina alba,& aquosa,& nebulam bonam habens,& cum odore bono egesta, supradictam phrenitin purgat. Vrina lactea si in initio ægritudinis iuuenibus euenerit, non bonum significat. Vrina alba, spumosa, & nebulosa, non bonum significat: & si in critico die, aut post criticum diem superuenerit, solutionem ægritudinis ostēdit. Vrina nigra cum sudore, non bona signa imminere ostendit. Vrina puluerulenta,& maxime si frigus,& lippitudo oculorum fuerit, & caligo,& superiores partes in sudorem ueniant, uenturum spasmum denunciat, quòd si sic supradicta urina abstinuerit: & dolor capitis cum sudore corporis fuerit, spasmum

* al. macronosema.

A spasmum statim uenturum ostendit. Vrina non bonum colorem habens, & si non fuerit digesta, uel constitutionem urinæ animalis similem habuerit, & missa in calice cito resederit, & amens patiens fuerit, & insomniam senserit: spasmum significat, aut mortem. Vrina sine nebula turbulenta, non bonum significat. Vrina nigra, aut liuida, non sine periculo erit. Vrina crocea, & spissa, laborem, & dolorem, & grauedinem in hac ægritudine, siue mortem ostendit. Vrina tenuis, maxime si dolor capitis, & scapularũ, & insomnia fuerit: phrenitin, & paracopen, & dementiam, siue cardiacam significat. Mulieribus tamen hoc tale signum mortẽ significat. Vrina tenuis in critico die si aspera facta fuerit, statim sudorem uenturum demonstrat. Vrina suprascripta post crisim si se mutauerit, eius febris fiet repetitio. Vrina spissa, & cholerica si fuerit in augmento febris, mortem significat. Vrina nigra, per uarios colores frequenter mutata, cum nebulis non bonis, & uelut concisis, & separatis, & frequenter in nigrum colorem cõuersa, phrenitin cum morte significat. Vrina nigra, & lucida, cum sudore, & dolore hypochõdryorum, mortem nunciat. Vrina tenuis, & boni coloris, frequens, & multa egesta, macronoxiam, & solutionem ægritudinis ostendit, sed apostema scias esse futurum, & per uentris solutionem ægritudinis crisim demonstrari. Vrina alba, & turbulenta, & non composita, aliquem dolorem cum periculo nunciat. Vrina nigra, & spissa non boni coloris, si multus uesicæ dolor† fuerit: mortem significat. Vrina nigra, & tenuis,
†al. nõ fuerit. B & æstuosa, si æstuatio fuerit cum fastidio, & si turbatum sensum patiens habuerit, & non recte intelligat, & loquatur, aut malefactio non defuerit: mortem ostendit. Vrina, quæ ueluti florem uini supernatantem habuerit, phrenitin, aut paracopen uenturam ostendit. Vrina ualde lucida, phrenitim uenturam ostendit.

De quartanis febribus.

Quartana febris in initio pulsum rarum, & segnem facit, & in alto positum. declinante autem passione inuenitur pulsus lassus, sordidus, & segnis. Cui causæ tempore accidente frigido, minuitur * plus accenso calore. Vrina in his misto calore apparet maxime pallida, uel fusca & indigesta uidetur.

* al. pulsus.

De tertianis febribus.

Tertianarijs pulsus est ingens, citatus, uehemẽs, creber. Vrina in eis crocea, aut satis rubra, quasi sanguinea uidetur.

De quotidianis febribus.

Quotidianis febribus pulsus est minor, quàm quartanæ. Vrina eorum calida apparet, aut spissa, aut turbulenta. Vrina alba si longo tempore perseuerauerit, frigora soluit. Memineris autem quanto quartanariorũ pulsus a tertianarijs minor est, tanto quotidianorum a quartanarijs inferiorem esse. Vrina ni
C gra quartanam nunciat. Vrina cum nebulis scissis,* macronoxiam significat. Vrina nebulas cholericas habens, in ægritudinem acutam transire significat. Vrina quæ uelut rasuram habuerit, & arenã, & in nebulis quasi sanguinem, syntexin renum. i. colliquationem ostendit. Vrina phlegmatica si apparuerit sicut Sol in lympidis coloribus indignationem renum denunciat. Vrina alba si se subito in malum colorem mutauerit, proximam nunciat mortem. Vrina tenuis si post crisim uenerit, & longo tempore perseuerauerit, reperitio cuiuslibet ægritudinis fiet. Vrina tenuis si in malum colorem se post crisim mutauerit, & ij qui patiuntur prima ætate fuerint, contractionem corporis significat. Vrina aspera si post crisim fuerit, in eandem febrem reintegrari demonstrat ægrotum.

De dolore capitis.

Caput dolentibus si urina liuida fuerit, augmentum significat. Vrina rufa ut superiot demonstrat, quibus si sanguis de naribus fluxerit, huius doloris fiet solutio.

De synanchicis.

Synanchicis pulsus est paruus, uelox, & densus, qui quando ad periculum ueniunt, sine pulsu sunt.

De cardiacis.

Cardiacis pulsus est paruus, & densus, quibus imminenti periculo pulsus fit catorictus. i. defossus,
D uel deciduus, & quando creuerit, quasi iaculum contrahitur, & fit uelox, & paruus, & minus clarus, & inanis, & uelut creber, ac ubi cœperit * crebrescere passio, incipit uibrans esse, non clarus, cum tremore, & formicatione, incognitus, & se subducens. At ubi cœperit grauari pulsus fit densior, & post defectior, quibus uelut inclusus esse sentitur, quod est pessimum signum. quæ quando ad melius uenerit, pulsus inuenitur exaltatus, & bene dispositus, & leuis ictus. Vrina eorum alba & aquosa, cum nebulis albis, eorum ægritudinis solutionem ostendit. Vrina in eis spissa quando fuerit, quæ spissitudo si uelut scissa apparet, paralysin significat.

* al. crescere.

De pleuriticis.

Pleuriticorum pulsus est spissus: quæ passio quando facta fuerit grauior, pulsus plus conspissatur, & fit uelox, & ualidus, & ueluti fluctuans, & inspicientium digitis uelut ungues sentitur. Quando autem ad peripneumoniam conuertitur, pulsus fit spissior, quàm supradictis. Vrina tenuis, & saniosa si in initio ægritudinis uenerit, & per multos dies manserit, phrenitin futuram nunciat, maxime si eis tussis sicca, & insomnia fuerit. quibus si sanguis narium, & plurimus dolor uenerit, solutionem ægritudinis huius futuram nunciat. Vrina pinguis, & rufa, mortem futuram ostendit. Vrina alba, & subliuida mortem demonstrat. Vrina tenuis habens ueluti limum liuidum, indigestionem, aut mortem nunciat.

De peripneumonicis. E

Peripneumonicis pulsus est ualidus:& spissus,qui quando ad periculũ uenerint, pulsus fit tardus,& ueluti non comparens,& formicans. Vrina eorum nigra,cum uarijs nebulis, mortem futuram ostendit. Vrina sanguinea,cum nebulis supradictis,uitæ periculum nunciat. Vrina indigesta in initio,& ante crisim,significat mortem futuram.

De cachecticis.

Cachecticis,& phthisicis pulsus est lassior,& talis morituris imminenter efficitur.

De dysentericis.

Dysentericis,& iliacis est pulsus lassus,minus tamen quàm cachecticis, quibus si cum singultatione pulsus fuerit,mortem futuram ostendit.

De hepaticis.

Hepaticorum urina alba,& spissa,& plurimũ egesta,sanitatem promittit. Vrina sanguinea, mortifera est. Vrina nigra,& turbulenta,& uelut capillosa,& aliquid rasuræ habens,mortem significat.

De spleniticis.

Spleniticorum urina rufa,uel nigra intemperata,& tenuis,periculum uenturum ostendit. Vrina lucida nimis, bonum signum significat,quæ si cum nebulis fuerit,quasi conglobatione instanti,bona imminentia ostendit. F

De ictericis.

Ictericorum urina intemperata etiam ut supra,protractionem in longum tempus significat. Vrina rufa,& spissa plurimum egesta,sanitatem,& solutionem uentris promittit.

De hydropicis.

Hydropicorum urina intemperata, & pauca,& rufa quando fuerit,mortem annunciat.

De iliacis.

Qui dolorẽ iliũ patiuntur,illis pulsus est densus:& si ad periculũ ueniunt,fit eis pulsus mitior.

De ijs qui in renibus patiuntur.

Iis qui in renibus patiuntur,pulsus pigrior in una manu, maior,ac uehemens, plenus,uel siccus, aut celer inuenitur. In altera uero manu pulsus inuenitur paruus,aut imbecillis,aut inanis,dispari tempore respondens.

De nephriticis.

Nephriticorum pulsus lassus. Vrina in his rufa si fuerit,non bonum significat.si causa in peius protrahit. Vrina in his spissa,& color uelut sperma hominis,mortem significat. Vrina uinosa, augmentum doloris significat.

De apostematibus. G

Qui eruptionem patiuntur apostematum,his pulsus est spissus,qui neque in declinatione, neque in augmento mutatur.

De ulceratione renum.

Iis qui renum ulcerationem habent,urina spissa apparet,habens uelut carnes supernatantes,nimiũ dolorem uentris significat.

De scabie.

Scabiem in uesica habentibus urina si spissa apparet cum furfuribus supernatantibus,dolorem futurum ostendit. Vrina saniosa,& plurimum egesta,& uelut coagulata, aut aliquam eruptionem in renibus,aut initium calculi in proximo uenturum ostendit.

De ischiadicis.

Ischiadicorum urina sanguinea,& tenuis,& intemperata,in dolorem si uenerit, acriorem dolorem uenturum ostendit.

De arthriticis.

Arthriticorum urina sanguinea,& tenuis,nimios dolores uenturos indicat. urina rubra, & nebulosa,dolorem cessare significat. H

De opisthotonicis, & emprosthotonicis.

Opisthotonicis,& emprosthotonicis pulsus est in tenuitate deductus.

De cognitione urinæ.

In omnibus his infirmitatibus.i.phthisi,hydrope,apoplexia,epilepsia,peripneumonia,paralysi, cholica,dysenteria,si urina rubra fuerit,mortem significat. In phrenitica uero uel pleuritica,synocha, causo,tertiana,si urina alba fuerit,aut subliuida,mortem significat. Vrina alba sine febribus, in masculis, siue fœminis, dolorem laterum,& aliquando renum significat.& prægnantem fœminam significat aliquantulum. Vrina asterica,idest habens quasi stellas,ubi fœmina est,multum dolorem stomachi, grauitatemve capitis: masculis, scapularum dolorem significat. Vrina si superius claritatem habuerit, & inferius nebulosa,& subliuida fuerit: dolorem renum significat,& coxæ,& genu,& superius stomachi. Vrina si superius fuerit subnigra,& plena,& inferius claritatem habuerit:inferius dolorem renum, & superius grauitatem capitis,obturationem aurium & narium significat, quod fumus stomachi facit. Vrina alba,& nuda in omnibus,debilitatem,& frigiditatem significat corporis. Vrina alba,& pingue-

dinosa,

A dinoſa, uel iumentina, dolorem renum ſignificat, & ueſicæ, & capitis aliquantulum. Qui ſæpius ad urinam uadit, infrigidationem ueſicæ ſignificat. Qui patitur uitium hepatis, urinam rubram, & obſcuram habet. Vrina pulmonis pinguedinoſa, & alba, peripneumoniā ſignificat. Si urina ſpumoſa ſuperius fuerit, ſignificat ſtomachi uentoſitatem. & aliquando deſiderium ueneris, & tuſſim, & frigiditatem.

De febribus maioribus.

Vrina quaſi ignea, ſignificat tertianam. Vrina ſanguinea, ſynochum cauſon ſignificat. Vrina ſanguinea, & obſcura, cauſon ſignificat. Vrina de pleuritide, quaſi fęx eſt. Iuuenes raro moriuntur inde, & ſenes raro euadunt: ſed qui quarta die ſolutionem habuerint, non euadunt: Vrina in febribus roſea, & obſcura, phrenitin ſignificat. de ſynocho.n. incidit homo in phrenitin. Si fœmina habuerit urinam uelut iumento ſimilem: dolorem uuluæ, ſeu matricis, & febrem ſignificat. Cura fœminarum hæc eſt, ſi dolucrit uulua, poſt balneum accipiat trypheram magnam, & ſero mittat. ℈. ij. de eadem in uulua.

De uulneribus ſanandis.

Miſtura ad uulnera ſananda. R. piloſellam pro ulcere, ſaluiam pro paralyſi, uiolam pro dolore, agrimoniam ad curandum, hederam terreſtrem ad ſanandum, melangiam ad aperiendum, opopanacem, ne contrarij ſint ſibi cibi, tenericulam pro pleuritide, dictamum, quæ etiam irrationalibus ſubuenit, mor-
B ſus ſerpentum curat. betonicam pro febre, *quinquefolia pro expellendo ſanguine uel pure: ad conſtringendum plantaginem, ad conſolidandum conſolidam, eiecta piloſella, & melangia.

*al. pimpinellam.

Miſtura perfectiſſima ad plagam. R. buglum. i. herba uenti maior. i. conſolida. m. fœniculum peplium, uel pimpinellā, pindemontis. *Emplaſtrum ad uomitum reſtringendum.* R. maſtiches. cymini, ana. ℥. i. baccarū lauri. ℥. i. tere, & cū ſucco rutæ collige, & ſuper ſtomachū pone, & miraberis effectū. *Ad idem.* Zingiberis. ℥. iij. pinſe, cōfice cū melle in ſtomacho pone, ſtatim ſtringit. *Emplaſtrum ad febrem.* Tolle radices rafani, & frige cū melle, & fac inde tentā, & mitte intus, poſtea tolle agrimoniā, & pinſe, & fac emplaſtrū, & ſuperpone. Si uis ſcrofulas abſq; plaga curare, pone ſuper eas corticē nucis ualde pinſitā, & poſt ij. uel. iij. dies aufer, & pone ibidē nepitā herbā, tunſam: & poſt tres dies tolle, & impone ſanguiſugas, & ſanabitur. *Emplaſtrum barbarum, quod facit ad omnia uulnera recentia, proprie autem ad neruorum, & muſculorum contuſiones, & laxata intumeſcere non patitur, articulos inciſos ungit, & omnium hominum periculoſiſſima ſanat mirifice, interius prius iniectum, poſtea extra appoſitum plagas ueteres, & fiſtulas ſanat, uel conſolidat.* R. ceræ, reſinæ frixæ, picis frictæ, bituminis, omnium ana. ℥. iiij. opopanacis, aluminis, & uitreoli, croci, gallæ omphacinæ, olei ueteris ana. ℥. ij. ceruſæ, mannæ, thuris, aluminis ſciſſi, æruginis campanæ, omnium ana. ℥. iiij. confice ſic. puluerem terendorum cum ſufficienti aceto in mortario ſine intermiſſione tere, ſolubilia
C cum oleo & cera ſoluta medicamini adde, & ſufficienter commiſce: quando autem commiſtum fuerit, compoſitis magdaliunculis conde, & uſui reſerua. *Ad ficum.* Puluerem radicis philipendulæ. i. fiſalidos dabis patienti interius, & exterius ſuperpone.

Medicamen ad dolorem dentium. Succo hederæ terraneæ, aut herbæ in aure miſſo, in ea parte, qua dolor eſt, ſtatim mitigatur dolor. *Ad idem.* Senecionis ſuccus in aure eiuſdem partis miſſus, mirabiliter tollit dolorem. *Ad idem.* Succus herbæ calendulæ per nares eius partis miſſus, quæ dolet, dentes putridos excutit, & dolorem ſedat.

Fumigium ad deſtillationem uuulæ, & ad rheumatiſmum faucium. R. ſtyracis, ficuū pinguiū, florū amygdalarū, hyoſcyami ſeminis, omnium quatuor. ℥. vij. fac ſic. Hæc omnia trita in puluerem redacta, cum ficubus, & ſtyrace diu terendo commiſce, & in trochiſcos inſorma, quandoque opus fuerit. poſitos ſuper carbones lentiſci, ut traiectorium ſuperimpone, & patiens ore aperto fumum accipiat donec ſuſtinere præualet, & hocter in die faciat, mane, & meridie, & ueſperi, & interpoſitis tribus diebus aut quinque, iterum atque iterum faciat, donec ſanus erit. Accipe auripigmentum, & diu tere, ut multum tenuis puluis inde fiat, & album oui, & miſce cum prædicto puluere. quibus bene miſtis, accipe pannum ſubtiliſſimum, & infice in illo miſto, ita ꝙ totum abſorbeatur ab illo panno, poſtea pone ad Solem ut
D bene ſiccetur, poſtea incide pannum, & R. fruſta ad minus demum uſque ad. ix. dies. ponat unum fruſtum ſuper prunas poſitas in tegula, & inueniat infundibulum, mittatq; ſuper pannum, fumum qui inde exhalauerit per cannellam infundibuli in ore recipiat.

Ad guttam probatiſſimum experimentum. Accipe cornu cerui, & incide per partes, quas inciſas pone in lebete cum uino albo, & tandiu fac bullire, ꝙ ſolūmodo ſexta pars uini remaneat, & ſic cornu proijce, & uinū in pyxide repone, qđ coagulabitur: & de illo loca dolētia perunge. *Ad idem.* Accipe nouem folia laurus, & pone unum in ueru. poſtea lardi fruſtum, & ſic facias pro unoquoq; folio unū fruſtum lardi, quibus poſitis accende, & guttas lardi in paropſide collige, & loca dolentia perunge.

Ad ficum deſtruendum. Accipe puluerem herbæ capilli ueneris, & cepe, & ariſtoloch. rotund. appone ſuper ipſum, & ſine dubio deſtruitur. *Ad hominem loqui impotentem propter phrenitin.* Accipe lapillum de oche, & bene tere, & puluerem cum aqua tepida tribue, & ſine dubio liberabitur.

DE MELANCHOLIA EX GALENI, RVFI, A

POSSIDONIIQ. SENTENTIA.

Hoc est caput nonum libri sexti Actij.

Ioan. Baptista Rasario interprete.

Cerebrum duplici ratione affici: melancholiæ origo: quales melancholici sint: & multarum quæstionum ad melancholicos pertinentium explicatio. *Cap. I.*

QVEMADMODVM in membris corporis, quæ sub aspectum cadunt, eadem in-
terdum temperatura in omnibus cernitur; ut in malo corporis habitu, & eo;
quem elephanta uocant, & aqua inter cutem: interdum una particula uel bi-
lioso, uel melancholico, uel pituitoso humore imbuta suam ipsa sola tempe- F
ratură immutat: sic etiă cerebro usu uenit, ut modo, cum totus, qui uenis cō-
tinetur, sanguis melăcholicus factus sit, cōi ratione lædatur: ut modo uero, cŭ
sanguis totus illæsus maneat, isq; solus, qui in cerebro est, immutetur, id quod
duobus modis efficit, uel cŭ aliunde in ipsum fluit: uel cŭ humor melăcholi-
cus in eo gignitur, gignitur autem a suo calore nimio, a quo uel flaua bilis, uel crassior, nigriorque
sanguis aduratur. fere autem partes hypochondriorum prius affectæ cerebrum in consensum tra-
hunt, & desipientiam pariunt: uel quod ipsa bilis cerebrum occupet, uel quod melancholicus qui-
dam uapor eo conscendat: ut in eo morbo contingit, quem flatuosum, hypochondriacumq; appel-
lamus. neque enim huic rationi obest, ut affectus aliunde, atque ex alia parte initium, originemque du
cat: siquidem facile sit, ut cum ostium uentriculi quiduis patitur, cerebrum quoque, propter conue-
nientiam, quæ ei cum illo intercedit, propter duos neruos maximos desuper in ipsum descendentes
in consensum trahat. immo uero sua uicinitate cor etiam in similem affectum adducit. itemque se-
ptum transuersum, cui adnatum est. societas quoque inter stomachum & spinalem medullam inter-
cedit, qua illi adhæret, & colli uertebris est colligatum. huiusmodi autem melancholiæ initium fere
ex cruditate existit. flatus enim plurimi consequuntur, & quouis assumpto cibo, sublimes, & in hy-
pochondrijs fere commorantes. ructus item acidi, fœtidi, & piscem redolentes superueniunt, licet ni
hil tale comederint. aluus eorum sicca fere est; somnus exiguus, interruptus; insomnia turbulenta, & G
a ratione uacua: uariæ corporis palpitationes: capitis uertigines: in auribus flatuum sonitus. alijs ple
num & graue caput, alijs inane, & leue, alijs aridum esse uidebatur: quidam ne caput quidem se ha-
bere omnino existimabant. quod ut inuenirent, aiunt Philotimum præter cetera, in curatione ga-
leam plumbeam capiti imposuisse, ut qui ita oppressus erat, caput se habere persentisceret. plerique A.l.3.f.c.2.4. c.19.F.
autem melancholici in rebus uenereis intemperantes redduntur, item obliuiosi, timidi, misericor-
des, lacrymabundi, & solitudinis sectatores. quidam etiam sibi ab inimicis immissos esse præstigijs
dæmonas existimant. alij se noxium medicamentum sumpsisse in animum inducunt. confirmant eam
suspitionem uomitus rerum fœtidarum, & absurdarum subsequentes: alijs alia uidentur. hicque mor-
bus omnino uarius est, neque explicari facile potest. ac, ne uager latius, quod ad timorem pertinet,
alius amicos summos metuit: alius omnes homines: alius timet in lucem prodire: tenebras alius con-
sectatur: alius tenebricosa uitat loca. plerique tamen in tenebricosis locis, monimentisque, ac solitu
dinibus uersari gaudent. alij aquă, uinum, oleum, & quicquid liquidum sit, reformidant: ut quos rabio-
sus canis momordit. &, ut paucis complectar, melancholicæ insaniæ sunt uariæ, si singulas consectari
imagines uelis: commune tamen earum est, timor & mœror. omnes enim præter rationem in mœrore A.ibid.A.
uersantur. &, si causam quæras, cur mœrore cōflictētur, quid afferant; non habebunt. eorum non pauci H
mortem, & alia quædam, quæ timenda non sunt, timent. sunt etiam ex eis, qui magna mortis cupidi-
tate trahuntur, nihil igitur mirabile est, metus excitari, mœroresque exoriri, & mortis expectationem
ante oculos eorŭ uersari, cŭ atra bilis sedē animi, in quo ratio elucebat, occuparit: quippe cŭ nihil eo-
rŭ, quæ extra corpus nostrŭ sunt, æque ac tenebræ nobis formidolosum uideatur. cŭ igitur caligo quæ-
dam est ei parti animi, quæ rationis particeps est, circunfusa, homo perpetuo timeat, necesse est: quod
timoris causam suo cum corpore secum ferat. nam ut in profundis tenebris pueri pauitant, & adulti,
qui ignari sunt, sic etiam atræ bilis color æque, ac tenebræ, prudentiæ sedem obscurans, metus creat.
Sed omnium symptomatum, quæ singulis comitantur, explicari causæ non possunt: cum pleraque in
magna dubitatione uersentur: ut quid causæ est, cur ut terribilia fugiant, quæ terribilia non sunt? &
quædam non bona, tanquam bona sint, sectantur? itemque cur hic familiares, ille omnes homi-
nes timet? & quæ sunt generis eiusdem plurimorum uero causas afferre, non est Medico diffici-
le. ueluti qui se fictile uas existimabat: is propter siccitatem id patiebatur: quia, & siccus, &
frigidus humor melancholicus est. eadem causa erat, cur alias suam cutim esse pellem aridam
putaret

A putaret qui uero se non habere caput arbitrabatur, fortasse propter capitis leuitatem in eam cogitationem uenerat: leuitatem autem ei cõpararat flatus, qui in sublime ferebatur. at cur melancholici magnam ciborum copiam appetunt? an quia os uentriculi frigidum habent? cur eorum quidam uinum bibunt? an quia frigidus humor calfieri postulat? cur sibi ipsi manum consciscunt? an quia se maioribus liberare malis arbitrantur? an quia hæc in animis eorum insedit opinio, ut mori gloriosum putent? in qua etiam sententia quidam sunt barbari. cur assiduis cruditatibus laborant? an quia eorum corpus & turbulentũ, & excrementorũ plenũ est? ꝑinde eorũ uentriculus, intẽperatus & ab humore melancholico semper refrigeratus est. cur aluus eorum fere semper sicca est? an quia flatus superiore in parte circa hypochondria uagatur, & non admodum infra descendit, ideoque eorum aluus astricta sit necessario. interdum tamen ex longa retentione repente multa, & colliquata deijciunt. iam uero conniuentes, oculis prominentibus, labrisque crassis plerunque ob crassum spiritum fiunt. atrum uero colorem † ab humoris natura contrahunt. hirsuti sunt multis partibus plures propter crassorum excrementorum copiam. linguam habent fere semper celerem, balbi sunt, & exili uoce, propter linguæ impotentiam. motionis enim contentiones a spiritu fiunt. quodque contento motu cietur, uelociter effluit. erit autem in promptu ei, quicunque uoluerit, ut hanc uiam insistens, reliquorum symptomatum

A. ibidem. A B.

† Apud Aetiũ sic, διὰ τὴν χύσιν τοῦ χυμοῦ .i. quia humor effunditur.

B causam afferat. ceterum hic humor fit niger modo nimium excalfactus, modo nimium refrigeratus. quod enim accensis carbonibus accidit, qui lucidissimi cum sint, si flamma extinguatur, nigri fiunt: idem fere in hilari sanguinis colore frigus facit. nam & in externis partibus, uidemus eas a frigore liuidas, tum nigras reddi. ac redundantia caloris siccãs, humiditatesque consumens, e quibus calor alebatur, humores nigros facit non secus, quàm sol & fructus, & humana corpora.

Quid nosse Medicum oporteat, qui curare melancholiam uelit. tum eius explicata curatio. *Cap. 2.*

HAec sunt, quæ scire Medicum oportet prius, quàm ad curationẽ aggrediatur: quo modo autẽ hoc morbo affectis possit succurrere, nũc subiungam. non minimũ aũt ad curationem interest, nosse unde morbus originem duxerit. † nam cum in toto corpore sanguis uniuersus melancholicus sit, a uenæ sectione exordiri curationem conuenit: cum in solo cerebro sit, æger sanguinis detractione non eget: nisi magna in eo sit sanguinis copia: & præseruandi causa † detrahamus. utrum autem totum corpus sanguinem melancholicum in se contineat, an cerebrum modo eum collegerit, his signis dignosces: qui nigriores sunt, hirsutiq;, & latas uenas habent, hi sunt ad sanguinem melancholicum gignen-

† Hoc loco apud Aetium plura sunt: cũ duo genera melancholiæ eẽ docet. quæ tamen hic omissa sunt, licet tertiũ postea addatur.

† Quod apud Gal. legitur ξηρον, Aetius habet ἀφαίρεσιν, quem nos secuti sumus. A. ibidem c. 10. C.

C dum aptissimi. interdum uero homines etiam rubicundi in melancholicam temperaturam repente cõcidunt: post hos flaui: præsertim cum in uigilijs, laboribusq; compluribus, curis, tenui uictu, aut edulijs melancholicis uitam duxerint. præterea si qua hæmorrhois in ano suppressa sit: aut alia quædam consueta sanguinis euacuatio, aut in mulieribus menstruæ purgationes, nec parum ad hoc facit anni tempus, aerisq; constitutio, & locus, ægroti ætas, & uitæ institutum. hæc ubi diligenter perspexeris omnia, & in omnibus uenis corporis melancholicum contineri sanguinem speratis, firmissima dignotio tibi ex uenæ cubiti sectione suppetet. eritq; melius, ut mediam seces. ac nisi sanguis, qui effluit, esse melancholicus uideatur, eam statim supprimes. sin erit, tantum detrahes, quantum ægri corporis habitum requirere existimabis. Tertium porrò melancholiæ genus, quod a uentriculo habere initium diximus, & hypochondriacum affectum nominant, ex ijs quæ antedicta sunt plerunq; dignoscitur. in primis enim ac-

R. cidentia circa uentriculum incipiunt, ut inflationes, ut tumultus, ut ructus acidi, uirosique, ut adstricta aluus. & ut ab egestionibus, & uomitibus, & ructibus leuatio sentiatur: & ut ægroti molestias omnes in hypochondrijs consistentes persentiscant. ut igitur quidam plerunque, fuliginosa quadam, aut fumea exhalatione, aut omnino crassis quibusdam uaporibus sursum ad oculos sublatis, cæcutire sibi uidentur, ut qui suffusionem patiuntur: ita etiam hoc loco fit, ut cum exhalatio melancholica ad cerebrũ

D ascendit, symptomata melancholica tanquam fuligo, aut fumus circa mentem exoriantur. cum igitur

R. melancholicæ dementiæ propria signa, eaq; magna apparebunt, & in uentriculo uel nulla molestia, uel certe perexigua sit: cerebrum primo affectum esse, existimandum erit, ut diximus. quam ob rem melancholiam, quæ ex cerebro, quod primo sit affectum, consistit, tum assiduis balneis, tum uictu boni succi, & humido & flatus experte, sine ullo alio efficaci remedio, curabis: cum. s. noxius humor nondum tractu temporis factus est ad euacuãdum difficilis: siquidem eo tempore & magis uarias, & ualẽtiores adhibere curationes opus est. incipiente enim morbo est adhibenda curatio. propterea quod inueteratus, & auctus fit tractatu difficilior. Rvfi. siue cerebrum primo, siue hypochondria affecta sint, communia remedia sunt, quæ aluum subducunt. in primis igitur danda opera est, ut bona fiat concoctio: deinde purgandum epithymo, & aloe. nam si ex ijs uel parum quid singulis diebus sumant, modice proderit, & aluum leniter subducet. Possidonii. In quibus redundare sanguis uidebitur, statim ab initio uenam in cubito secabis: præsertim uero in ijs, in quibus solitæ sanguinis excretiones cohibitæ sint. in fœminis, quas menstruæ purgationes defecerunt, uenam malleoli incides. euacuandũ

A. ibidem. E. autem unũquẽq; habita uirium ratione scito. in quibus autem mali succi potius redundant, ubi ægrotis uictus rõnem recte institueris, eos purgato hiera Rufi, aut Archigenis, aut Iusti. si utrunq; redundarit, facta prius uenæ sectione, purgato. post, aliquot diebus interiectis, clysteri aluũ subducito, primũ ex cre

more furfurũ,ſpuma nitri,& melle cõfecto:deinde uero radicẽ polypodij contuſam, aut epithymũ cũ B
furfuribus incoques.poſt triduũ ab hoc clyſteri, dabis pictã ex aloe,quæ ad cetera oĩa epithymum ẽt
recipit.ea cõficienda eſt,ut ſcripſit Themiſo.capit.n.aloes.ȝ.cẽtum,maſtiches,croci,ſpicæ nardi, & cin
namomi,aut caſię duplũ:aſari uero & carpobalſami ſingulorũ.ȝ.i.†ũ epithymi duas uncias addito.†da
bis quantũ magnũ cochlear continet ex aqua mulſa bis,aut ter per modica interualla.cũq; ægrũ rurſus
alueris,ac recreaueris,iterum hieram Rufi,aut Archigenis,aut Iuſti dabis.quãtitas eſt drach.†iij. ex aqua
mulſa,& paruo ſalis cochleari.præſtat aũt aluũ ſubducere ijs,quæ uno die euacuãt.atrã uero bilim edu
cunt amaracus,& ea,quã cunilã uocant,mulſæ inſperſæ,& potui datæ ad duarũ drachmarũ põdus.pro-
deſt ẽt ſero lactis aluũ ſubducere:nõ tamẽ dandum eſt id,quod e caſeo fluit.melius.n.eſt dare id, quod
decocto lacte ſeiungitur.eſto aũt potius lac equinum:ſin minus,bubulũ:ac noua in olla imponatur, ra-
moq; ficulno agitetur,ac dum feruet,ter,aut quater†aqua mulſa irroretur:tum percolatum potui dato
at primum admixto melle,mox ubi aluus incœperit ſecedere,ſine melle. ſumatur aũt ad heminæ men
ſuram,nec minus quàm heminæ quinque.poſt omnẽ autem euacuatione maluæ ſemen accuratiſſime
læuigatum ex aquæ cyathis tribus dandum eſt duarũ drachmarum pondere.facit.n.ad rem ſummope-
re.proinde utendũ eo eſt frequẽter.eſt ẽt optimũ,pulegij decoctũ cõtinẽter bibere,tã ante, quàm poſt
medicamenta purgantia:ſimiliq; modo cẽtaurij minoris decoctum.abſinthij quoq; decoctũ & crebro, F
& ſubinde præbebis quãdo & aluo,& uẽtriculo pariter proſit.uitet præterea multum flatum in uentre
gigni,& aluum omnino exiccari,urinam inſuper prouocat,& concoctionem diligentius apparat,adeo
ut huius ſolũ uſu quoſdam liberatos eſſe conſpexerim.dãda ẽt ſunt,quæ utinam cieant,ut aniſum,dau-
cus,petroſelinum,aſarum,nardus;ac præ his omnibus hippomarathri ſemen,radixq;.quanquam prom-
ptius ſit & chamæpityn, & trixaginem ſumere.hæc autem ſingula aut ex aqua elixanda, aut cõtrita po
culis arida inſpergenda ſunt.proſunt etiam purgationes,quæ per ſudores fiunt,ſiue ij laboribus,& bal
neis eliciantur,ſiue inunctionibus in ſole factis,ut ex oleo chamæmelino, & nitro cum oleo. cumque
habitus ægroti melior eſſe uidebitur,rurſus hiera purgabis.iã uero curã hypochondriorũ habere cõue
nit & eũ,qui curare incipiat,& qui iã multũ ſit in curatione progreſſus.quocirca cõueniunt fomẽta ex
oleo,in quo rutæ,anethi,ſerpilli,abſinthij,artemiſiæ,pulegij,uiticiſq; ſemẽ,& lauri baccæ,aut folia tene
ra ferbuerint.hæc.n.& dolores leniunt,& inflationes minuũt.in ijs uero inflationibus, quibus uentri-
culi morſus coniunctus eſt,cuminũ & pulegiũ ſunt aceto incoquẽda,& cũ ſpõgia ſtomacho admouen
da.quãdoq; ẽt alumẽ aceto inſpergimus.ceterũ cataplaſmata cõſtẽt ex oleo,ĩ quo uel aniſum,uel apiũ,
uel cuminũ decoctũ ſit,& cyperũ comminutam,irimq;, & libanotida adiungas.ſolẽt aũt cõferre ut plu
rimũ tã ante cibũ,quàm poſt,admota.ablato aũt cataplaſmate, hypochõdria aut lana quàm latiſſima, G
aut agnina pelle leuiſſima,putaq; contegenda ſunt.ubi uero locum nardino prius inunxeris,cucurbitu
las admouebis:atque ad flatus quidem,leues:ad inflammationes uero,& duritias , cum ſcarificatione.
his peractis cyprino cerato utendum erit,itemque Polyarchio,& eo , quod ex ſtyrace confectum eſt,
& eo potiſſimum,quod ex ſeminibus fit, & ceteris generis eiuſdem.curatione autem procedente, ual-
de proderit uti eo, quod ruborem inducit,eſtq; ex ficubus, ſinapique confectum . nam & concoctio-
nem reuocat,& uentriculo robur addit:&,ſi quis in hypochondrio dolor remanſerit , eum adimit. ea
quoque quæ acriter abſtergunt in hypochondrijs utemur. & picatis medicamentis: hoc eſt pice ſicca
per ſe eliquata:uel cui admodum parum olei ſit adiectum.calida.n.cuti imponitur,& tam uentri, quàm
dorſo ſuperdatur,uſque dum ſua ſponte decidat.ſed & cum eo lauari æger poteſt,& quod paulatim a
cute abſcedit,forfice auferri.ſummopere etiam adiuuat,ſi arido bouis ſtercore,quod aceto mulſo tem-
peratum ſit,illinantur.bulbi quoque cum nitro,aut alumine læuigati,& illiti,magnopere proſunt. ſiq;
hæc bubulo ſtercori admiſceantur,utilia redduntur.præſertim uero cum mordicationis ſenſum in ore
uẽtriculi adeſſe uideant.quibus aũt corpus frequenter conuulſionibus corripitur,bibere caſtoriũ con-
fert.itemq; corpus caſtorio cum oleo ſicyonio inungere.ijſdem prodeſt ante cibum moueri,exerceriq;
pro uiribus.ceterũ balnea bene cõcoquenti non admodum neceſſaria ſunt:niſi laſſitudinem quampiã H
ſedare uelis.cui autem uentriculus non eſt bene ad concoquendũ comparatus,ei prodeſt lauari frequẽ
tius uel ieiuno,uel concoctione iam peracta. a balneo dandi ſunt cibi,qui facile cõcoquantur , flatuſq;
expertes ſint,& per aluum ſecedant. ac diligenter obſeruandum erit,quomodo æger a quibuſque affi-
ciatur. neque enim omnes ab omnibus cibis æque afficiuntur.eis autem fere accommodata ſunt hæc,
panes in clibano cocti,rite facti:aues nec pingues,nec edaces,& montanæ,oua gallinarum leuiter co-
cta:piſces ſaxatiles,quique tenera carne ſunt . marini uero echinacei plurimum excellunt tum iucun-
ditate,tum utilitate: quæ in paludibus,& ſtagnis degunt, uitanda ſunt omnia. carnes probantur hœ-
dinæ, & lactentium animalium : & ex ijs , eæ præcipue partes , quæ carnis expertes ſunt, elixæ. neo
inutiles ſunt uuluæ , & uentriculi, & pedes iulli. ex oleribus, quatenus ad communem uictum per-
tinet, dulcia conueniunt : acria uero interdum medicamenti loco dantur, ut paluſtris aſparagus,pe-
troſelinum,& ſimilia.ſit uero omnium eorum,quæ aſſumuntur,moderatus modus. uinum eſto album,
tenue,& non admodum antiquum.neque inter comedendum, eſt confertim bibendum , neque etiam
ſit eius magna copia , ne cibus in uentriculo fluitet.iam uero poſt omnem cibum , cum ad quietem
iturus æger eſt , aceti acerrimi cochlear unum abſorbeat : & item pleraque obſonia, dum ueſci-
tur, aceto intingat. præſtiterit autem aceto parum ſcillæ, & rutæ , & tenuis ariſtolochiæ admiſcere.

† Grecus lib. habet ẽt, iunci odorati unciã ſed Aetius hoc non habet.

† In G. l. legitur .Δ'. i. drac. iiij.

† Apud Aet. eſt , oxymeli.

A. ibid. D.

A. ibid. D.

EIVSDEM

A EIVSDEM. Ad flatus autem, qui excitantur, utile erit tale oxyporium conficere, quod capit, ligustici, ſeminum apij, zinziberis, thymi, ſingulorum unciam. mellis, a quo detracta ſpuma ſit, quantum ſatis ſit. dato cochlearis dimidium tam mane, quam ueſperi. ſi uero mellis dulcedinem auerſentur, † ſalem, a quo concoctio adiuuatur, ſic parabis: ſcillæ toſtæ ℥.i. ſalis ammoniaci. ℥.v. ſeminum apij, fœniculi, thymi, petroſelini, aniſi, ſiſonis, zinziberis, ſingulorum. ʒ.iiij. panis ſicci, & puri. ℥. v. piperis. ℥.i.s. dato ex hoc ad comedendum, quantum cochlear capit, cum cibo, prout ægro placeat. præterea per quædam interualla dandum eſt theriacæ antidoti quantum cochlear capit: præcipue autem hyeme, & initio ueris. RVFI. Vomant præterea poſt cibum, per longiora interualla: & item ieiuni. ſumptis radiculis, aut origano, aut thymo. conſulo tamen ne rebus efficaciter uomitum prouocantibus utantur: ſiquidem eæ noxiæ ſunt, & uentriculum, & eius os debilitant, cum iam ex morbo debilitatem contraxerint. quidam enim ui eorum, quæ efficacius uomitum cient, in melancholiam incidiſſe conſpiciuntur. illud quoque rite intelligendum eſt, pleroſque eorum, qui hoc morbo laborabant, dum curarentur, nihil adiumenti percepiſſe: mox a Medicis dimiſſos, conualuiſſe, propterea quod cum prius a Medicis eſſent recte curati, natura aduerſus morbum eſt facta robuſtior, quæ prius erat curatione debilitata. quocirca naturæ concedenda requies eſt: quam & affligi curationibus, & quiete refici, & morbos iam prius extenuatos ſuperare conſpicimus. MARCELLI. Qui lupina, aut canina melancholia correpti ſunt, menſe Februario noctu de domo exeunt, & in omnibus rebus lupos, aut canes imitati uſque ad diluculum uagantur, & ſepulcra potiſſimum aperiunt. qui ita affecti ſint, eos hiſce notis deprehendes: pallidi ſunt: ſegniter intuentur; oculos aridos habent, & nihil lacrymantes, & concauos: linguam aridam proferunt, ſaliuam nunquam reijciunt: ſiticuloſi ſunt: crura habent ulcerata, ut, & propter aſſiduos caſus, & canum morſus, ſanari non poſſint. hæc ſigna ſunt: huncque morbum eſſe melancholiæ ſpeciem ſciendum eſt: quam tempore acceſſionis curabis ſecta uena, & miſſo uſque ad animi defectionem ſanguine: & inſtituta ægrotanti uictus ratione ex ijs cibis, qui boni ſucci ſint. utitor etiam balneis dulcibus. deinde ubi triduum ſero lactis uſus eris, hiera ex colocynthide aut Rufi, aut Archigenis, aut Iuſti purgabis: quam iterum, & ter per interualla dabis. a purgationibus, theriacam ex uiperis offeres: & alia quoque adhibenda erunt, quæ iam ſupra cum de melancholia ageremus, memorauimus. ueſpere autem iam aduentante morbo, medicamentis, quæ ſoporem inducere ſolent, caput irrigabis: & odoramenta ſoporifera admouebis: & nares opio inunges. interdum etiam aliquid eorũ, quæ ſomnum conciliant, potui dabis.

[Margin: † aliqui legũt ... i. aliud.]
[Margin B, beside "bos iam prius"; margin: A. ibid. c. 21. B. C.]

C GALENI DE OCVLIS A DEMETRIO TRANSLATVS, NVPER A VARIIS MENDIS EXPVRGATVS.

Quòd oculorum, & partium eorum, & operationum notitia eſt neceſſaria uolenti curare oculos: & quòd cryſtallinus eſt pars principalis oculi, cui cetera ſubſeruiunt. Cap. 1.

OPORTET medicum oculorum curam habere uolentem, prius eorum naturam optime cognoſcere: Vnumquodque enim membrum infirmum ideo curatur, ut ad naturam ſuæ propriæ ſanitatis conuertatur. Sed ſcientia naturæ membri, & uniuſcuiuſque compoſiti, non poteſt comprehendi niſi partes totius noſcantur. D Qui igitur oculorum naturam ſcire deſiderat, primo omnes partes quibus conſtructi ſunt intelligat: noſcatq; operationem cuiuſque partis, & quæ fuerit illius neceſſitas, & quo modo quæcunque pars illa componatur. unde de difficilioribus dicamus. Sciamus itaque quòd omne membrum compoſitum habet propriam actionem propter quam factum fuit, quam actionem cum una ſuarum partium operatur, ceteræ uero illi operanti miniſtrant. Sic & de oculis eſt, qui cum e multis partibus diuerſis compoſiti ſint: uiſus tamen proprie fit ab una ſuarum partium, id eſt humore qui dicitur cryſtallinus. Ceteri uero humores, atque panniculi ſunt propter iuuamentum ipſius, quod explanabimus, cum de omnibus diſputabimus.

De colore, figura, & ſitu humoris cryſtallini, uitrei & albuginei, Et de tribus tunicis quæ ſunt poſt uitreum: Et de tribus quæ ſunt ante albugineum: Et de tela aranea. Cap. 2.

Cryſtallinus eſt humor albus, ſplendidus, lucidus, non omnino rotundus, ſed aliquantulum planus qui locatus eſt in medio oculorum. Albus eſt & ſplendidus, ut cito uarios colores recipiat, quia album

& splendidum corpus cito & uelociter coloribus opponitur,sicut in claro uitro fieri patet.Rotundus, E ne cito patiatur,quia omnis forma rotūda non cito patitur,quia angulis caret. Parum latus,ut lumen sumere possit:Si enim rotundus esset exquisite,lumen non cito sumere posset,quia in loco uno stabilis non esset.In medio locatus,ut ceteræ partes sibi ministrent:quædam,quibus defenditur: quædam, quibus adiuuatur:unde necessario in medio sibi ministrantium fuit.Quòd autem in eo sit uisus, testatur id quod uidemus in cataractis.aqua.n.cum inter crystallinum & corneam steterit, ut non possit species præ aqua ad crystallinum transire,lumen amputat uisuale:sed aqua ablata, lumen reparatur. Crystallinus autem in medio duorum locatur humorum,quorum unus tetro est,qui dicitur hyelinos,id est uitreus,quasi ut uitrum lucidus. Alter uero est,qui est quasi albumen oui,& dicitur albugineus. Post uitreum sunt tres panniculi,quorum primus uitreum circundat,quasi rete, inde & retina dicitur. Post hunc est alius,similis secundinæ,& dicitur secundina.Iuxta quem est tertius,qui ossa contangit, durus & solidus: unde & sclitos uocatur. Ante albugineum sunt tres panniculi,quorum unus albugineo coniungitur,eumq; circundat,qui est quasi uuea,eiusq; color nigredini pertinet,unde uocant eum rhagoida,id est uueam.Ante hunc est alter cornu similis,unde ceratoidis,id est cornea,dicitur.Iuxta hunc est alius,qui penitus non circundat sicut alij,sed eos intra se iungit,unde coniunctiua dicitur, quia si cornea ab ea operiretur,spiritus eam perforare non posset.Inter crystallinum & albugineum est tela aranea. Sed nunc uideamus examen uniuscuiusque ipsorum.Et primo de uitreo tribusq; panniculis post eum existentibus. F

Quòd crystallinus uitreo nutritur, Et quod nerui optici soli concaui & de cerebro ueniunt tecti dura & pia matre ad loca oculorum, Et de tribus tunicis quæ sunt post uitreum. Cap. 3.

Dicamus igitur ita, Omne membrum necessarium est ut habeat cibum,quo restauretur id quod calore naturali & accidentali intus & extra dissoluitur. Cibus uero membro conueniens est, quem sibi membrū bene assimulat. Crystallino ergo cibus est sic necessarius,ut ipse sit albissimus, & clarissimus: & hoc cum sanguinem in sui naturam sumere non possit,necessario uitreum habuit mediantem,qui medius est inter naturam sanguinis & crystallini. Albior enim sanguine est,& minus albus quàm crystallinus:hic autem uitreus humor est de sanguine in uenis subtilibus & arterijs digesto: unde mutatus est a suo colore in speciem uitri. Ipsæ enim uenæ & arteriæ sunt de retina,quæ procedit a subtilibus cerebri panniculis,neruum per quem spiritus ducitur circundantibus qui neruus concauus est: quod planius dicemus ut pateat. Natura enim a cerebro sensum & uoluntarium motum omnibus tribuens mēbris per neruos mediātes,duos neruos a cerebro prodeuntes,ad oculos mittit,quorum unus durus est unde fit motus,alter mollis & concauus:neque præter ipsum in toto corpore concauus alius est:quod ideo fuit,ut animatus spiritus uisum faciens,per eum duceretur. Cerebrum uero duobus panniculis est opertum,uno subtili & molli,altero duro & crasso:subtilis autem secūdinæ assimulatur, quia uenas G & arterias habet,qui cerebro prodest,quia nutrit & defendit eum cum suis arterijs & uenis: crassus uero defendit solummodo ab ossibus capitis appropinquantibus ei.Omnes autem nerui a cerebro procedentes,istis panniculis sunt operti,donec a capitis ossibus egrediantur: similiter nerui ad oculos uenientes,his duobus panniculis circundantur:unde molli panniculo concauus neruus circuntegitur,& extenditur in modum telæ cum suis uenis.Est autem rete uitreum humorem cooperiens: Vitreus autē humor medium crystallinum comprehendit: Retina uenis & arterijs ad uitreum portat cibum,& cum suis neruis sensum & spiritum uisibilem ad crystallinum ducit.Subtilis autem panniculus qui secundina dicitur,quo neruus circūtegitur,cum alio qui retina dicitur,coniunctus est illi secundo loco, crystallino iunctus est,cui secundina præstat auxilium,quia suis uenis & arterijs nutrimentum portat ad rētinam,& defendit eam ne rumpatur. Durus autem panniculus subtili coniungitur, eumque circundat,qui ad hoc ualet oculis,quòd eos ab osse defendit in quo locati sunt, ne eis sua duritie noceat, & est quasi ligamentum oculorum. Sufficiant hæc de tribus humoribus,& tribus panniculis post crystallinum existentibus.

De tribus tunicis ante crystallinum iunctis eis quæ sunt post ipsum: Deq; iuuamentis earum & albuginei humoris: Et de coniunctiua,& musculis qui mouent oculos & palpebram,& sustinent neruos opticos. Cap. 4. H

Panniculi uero tres ante cristallinum existentes taliter sunt. Diximus enim panniculos cooperire cerebrum,neruosq; ad oculos uenientes circundare: sed tamen in oculis existentes diuiduntur, & faciunt duos:uterque tamen ad medium crystallini iungitur in loco qui dicitur iris. Super pupilla est panniculus cornea,qui a duro panno cerebrum cooperiente procedit,& panniculus qui uuea dicitur, & ab illo quem secundinam dicunt procedit, qui, ut diximus,iungitur duro, qui cooperit, ut dictum est secundinam.Panniculus uero exterior,id est coniunctiua, super corneam procedit. Cornea uero ad hæc necessaria est ut crystallinum defendat,ne ab exterioribus, quia durus panniculus est, patiatur. Hæc autem subtilissima,alba,& dura est: subtilis & alba, ut cito spiritus eam penetrare possit: dura,ne propter subtilitatem cito rumperetur. Vuea tribus de causis necessaria est: una,ut corneā nutriat,q̄ uenas unde nutriat̄ habere nequit:alia uero,ut media sit inter corneā & crystallinū, ne cornea duritie

A duritie ſua noceat cryſtallino:tertia,ut coadunet lumen ſuo colore nigredini pertinente. Omne enim
lucidum,lumen diſpergit,nigrum uero coadunat. Vuea ergo multitudinem uenarum habuit & arteria-
rum, ut corneam nutriat:Mollis fuit,ne cryſtallino inferret nocumentum. Proprios habet uillos in
quibus aqua coadunatur in cataracta.Lenis autem exterius eſt,ne cornea ſibi noceat.Color eius eſt ſi-
cut color cæli, ut lumen ſicut diximus coadunet.In medio eius foramē eſt,per quod lumē ingreditur
& intrinſecus plena eſt humore qui dicitur albugineus,ut faciat cryſtallinū a cornea diſtare. Albugi-
neus alterius iuuaminis eſt,quia cryſtallinum defendit, ne ab exteriori aere deſiccetur: & humectat
uueam,ne noceat cryſtallino.Sed inter cryſtallynum & albugineum quidam eſt panniculus tenuiſſi-
mus,ſicut cortex tenuiſſimus cepæ,uel araneæ tela,qui medium operit cryſtallinum,ut eū ab uuea de-
fendat. Ideoq; quidam Medici dixerunt oculorum panniculos ſeptem eſſe,dixerunt alij ſex,alij quin-
que,quidam quatuor,quidam tres,nonnulli duos,quorum diſcordia non erat in re. Dicentes enim ſe-
ptem,computabant retinam,ſecundinam,ſcliton,araneam,uueam,corneam,coniunctiuam. Qui enim
ſex,retinam non eſſe panniculum dicebant,aſſerētes defenſorium panniculum quoddam eſſe,retinam
potius nutrire,quàm cuſtodire. Sed qui quinque autumabāt,araneam non panniculum, ſed cryſtalli-
ni partem eſſe dicebāt, neque coniunctiuam. Dicentes autem quatuor,contendebant coniunctiuam
B non eſſe panniculum,ſed ligamentum oculorum,neque retinam nec araneam telam. Tres eſſe dicen-
tes,uueam & ſecundinam unum eſſe dicebāt panniculum,quia uuea a ſecūdina procedit: retinā quo-
que & araneam unum panniculum: item ſcliron & corneam unum panniculum.Qui duos dixerūt,ſcli
ron & corneam unum intendebāt:& ſecūdinam & corneam unum:retinam uero & araneam & cōiun-
ctiuam non eſſe panniculos.Intentio ergo antiquorum erat una. Nunc de coniunctiua dicamus de
qua hucuſque tacuimus. Sciendum ergo lacertos oculis eſſe neceſſarios,quibus poſſent moueri, &
uiſibilibus rebus opponi. Ideoque ſeptem habent lacertos,quorum unus mouet oculos erga nares,
alter uerſus tempora,tertius ſurſum,quartus deorſum,quintus firmat & corroborat neruum unde ui-
ſus procedit:duo alij alligant coniunctiuam ne uſque ad corneam tendat,& operiunt lacertos ibi exi-
ſtentes in angulis oculorum.Tres iterum ſuperiores palpebras mouent,unus ſuperius & duo inferius:
inferiores uero palpebræ nullum habent motum.

PARTICVLA ſecunda eſt de ortu neruorum ſenſus a cerebro.Et triplici ſpecie regitiuæ uirtutis: Et de neruis opticis & ipſorum coniunctione,& ſpiritibus uiſiuis.Et de modo quo fit uiſio.Cuius ſex ſunt capita.

Quòd omnes ſenſus a cerebro procedunt,& ab ipſo prodeunt ſeptem paria ner-
C *uorum,ceteri uero nerui a ſpinali medulla.* *Cap. 1.*

NEceſſe eſt qui naturam oculorum uult ſcire,prius cerebri naturā optime cognoſcat. Viſus.n.ab
eo procedit,& ſuperior eius actio ad eum conuertitur. Cerebrum autem frigidius & humidius
ceteris membris eſt,quod poſtea explanabimus.Initium enim eſt ſenſus & uoluntarij motus ac regiti-
uæ uirtutis.Nullum enim aliud membrum hac actione fungitur,ſed cerebrum.His enim modis opera-
tur,uel per ſe,uel per uiam adiuuātis,inſtrumento adiuuante ſenſum agit,& motum uoluntarium.In-
ſtrumenta ſunt nerui,qui duobus ſunt modis,quidam a cerebro,quidam a ſpinali medulla procedūt:
medulla ſpinalis tamē de cerebro eſt,unde cerebrum fundamentum neruorum eſt omnium.Sed duris
neruis uolūtarius motus efficitur:dum nerui cum lacertis cōponūtur.Lacerti enim de neruis ſunt &
carne & ligamento compoſiti,& ligamenta ab oſſibus procedunt.Molles nerui quinque ſenſus faciūt.
Quibus omnibus ſubtilior & acutior eſt uiſus,qui ſenſus igneus eſt,& igneā habet naturam.i. ſplendo
rem & ruborem: lumē igneæ eſt naturæ,quia cum coadunatur intus,ignis ex eo ſuccēditur. Poſt uiſum
eſt auditus.poſt quem olſactus,poſt olfactum,guſtus:qui quidem quia ſentit quod eſt aquoſum, aquæ
pertinet. Sapor enim qui ſentitur nihil aliud eſt quàm aqua alicuius corporis ſiccitati admiſta calore
D operante:proinde antiqui ſaporem uocauerūt chymum.i.liquorem. Ceteris ſenſibus tactus craſſior
eſt,qui quidem ſentit quod terreum eſt, & terræ pertinet.i.durum,molle,calidum,frigidū,& ſiccum,&
quæ ex his procedūt.Omnes aūt nerui ſenſum habent tactus,ſed non uolūtarium motum,ut diximus:
quia duri nerui tātum uolūtario motu funguntur:ſed molles duris ſunt ſenſibiliores:procedūt uero du
riplus a ſpinali medulla.A cerebro aūt procedunt ſeptem paria neruorum:quorū primum & ſecūdum
par ad oculos ueniunt:Vnum eſt concauum per quē ſenſus uiſus fit.i. per quem animatus ſpiritus ui-
ſum dans ad oculos tendit:Secundum par oculi lacertos & palpebras mouet.Tertium ad linguam ten
dit dans ei ſenſum ſaporum.Quartū ad palatum deuenit ubi guſtus ſenſum facit.Quintū ad aures acce
dit ſenſum auditus faciens.Sextum ad uiſcera deſcendit,& per ea diuiditur,dās eis tactum. Septimum
mouet lacertos linguæ.Ceteri quibus mouentur manus,pectus,pedes,dorſum,& caput de ſpinali me-
dulla procedunt.Sic cerebrum cum inſtrumento.i.neruis,motum agit,& ſenſum.

De trina actione uirtutis regitiuæ & de animali ſpiritu, & natura cerebri. *Cap. 2.*

Regitiua uero actio per ſe ſolum tribus modis eſt, phantaſia in fronte, ratio in medio, memo-
ria in puppi: Cerebrum habet quatuor concauitates quæ dicuntur uentriculi, duæ ſunt in prora,
tertia in puppi, quarta inter proram & puppim, in quibus ſemper eſt animatus ſpiritus, quo actus,
ut diximus,fit. Spiritus autem animatus,de uitali fit:uitalis in corde generatur & naſcitur. A cor-

de enim duæ uenæ ad cerebrum aſcendunt,quæ ſubtus cerebrum uenientes,multis diuiduntur modis, E
& protelatæ faciunt quaſi rete.per quas ſpiritus uitalis a corde ad cerebrum ductus, in illo reti mora-
tur,quouſque mundificetur,& ſubtilietur.purificatus deinde ad medium uentriculum cerebri tendit,
ibique aliquantulum permanens ſubtiliatur,poſtea ad puppis uadit uentriculum.Sed uia quæ eſt a me
dio ad puppim non eſt aperta:habet enim portam, in qua quoddam obſtaculum eſt, cuius forma eſt ſi
cut pinea,quam anatomici Vermem uocant:ſed ferme ſemper clauditur. Vnde cum ſpiritus qui eſt
in puppi, fuerit motus: fit memoria: cum is qui eſt in medio, fit intellectus & ratio:cum ille qui eſt in
prioribus,fit ſenſus communis & phantaſia. Hæc eſt diſpoſitio cerebri,ſuæque actionis. Cerebri au-
tem natura frigida eſt & humida. Frigida duabus de cauſis:Vna propter multitudinem ſui motus:quo
fiunt memoria,intellectus,& imaginatio. Secunda,propter motionem quæ ab eo dirigitur: unde fiũt
ſenſus & uoluntarius motus, ne cauſa ſuæ motionis calidiſſimum factum, incenderetur, & incenſum
conſumeretur amplius. Si cerebrum calidum eſſet,memoria inſtabilis eſſet: caput enim calidum,mo
bile eſt naturaliter,frigidum contra. Memoriæ uero requies & ſtabilitas eſt neceſſaria, quod ſic atte-
ſtantur,quia calidum cerebrum habentes,inſtabiles,& mobiles ſunt. Humiditas autem cerebri dua-
bus de cauſis eſt neceſſaria:Vna,ne ex motu nimio deſiccaretur:motus enim calorem facit, calor uero
deſiccat humiditatem: Alia,ut in eo uelociter imaginatio formaretur, & cito ſenſum qui eam dirigit, F
ſuſcipere poſſet,& uelociter ad audita diſcernendum moueretur:rurſus ut nerui ab eo procedẽtes mol
les eſſent. Impoſſibile eſt enim a duro,molle, uel a molli, durum generari : proinde prora mollior eſt
puppi,quia de prora molles,de puppi,duri nerui procedunt,quibus motus uoluntarius fit.

De neruis opticis & eorum differentijs à ceteris neruis. Cap. 3.

Qui inſtrumentum uiſus optime ſcire deſiderat, primum naturam utriuſque nerui uiſibilis inueſti-
get,ut bene cognoſcat,quibus cum ceteris neruis communicet,& quibus diſcrepet. Deinde de uiſi-
bilis ſpiritu perquirat, quatenus ſciat cum quibus ſpiritibus conueniat,& in quo diſcrepet: poſtremo
de ipſo uiſu quo modo fit, quod in hoc capite plane deſcribam. Primum itaque neruorum par,quod
ſupra diximus cum utroque cerebri panniculo deſcendere,& ſecum uiſibilem ſpiritum ducere,cum ce
teris neruis ſenſum facientibus duobus modis conuenit: Vno,quia ut alij, a cerebri prora deſcendit:
Alio,quia & ipſe nobilis eſt,diſcrepat tamen ab eis, ſex modis. Primo, quia maior ceteris eſt a cere-
bro & a ſpinali medulla procedentibus: Magnus uero quia concauus eſt:ſi enim eſſet paruus, neceſſa
rio ſubtilis eſſet, unde cito frangibilis: Cuius concauitas neceſſario fuit larga, ut nullam pateretur
obſtructionem, & ideo magnus fuit. Secundo, quia ſolus ſic concauus eſt, ut eius concauitas ſenſui
oſtendatur,quę concauitas protenditur uſque ad locum in quo panniculus oculorum qui rete dicitur, G
ſe procreare incipit:quod facile ſenſui patet,ſi anatomia cernatur.Inchoat quoque ipſa concauitas ab
utroque cerebri uentriculo, qui eſt in cerebri prora: in quo tamen loco concauitas uideri non poteſt,
quia ſubtiliſsima & anguſtiſsima eſt. Hoc foramen qui uult aſpicere, quærat in cerebro magno-
rum animalium in hora, qua occiduntur. Caueat tamen ne in æſtate, calidoue tempore fiat: &
utroſque cerebri panniculos tangat caute,ne frangantur, & in fine illorum panniculorum inueniet
illud neruorum par ab utroque uentriculo procedens: poteritque uidere qualiter ipſa concauitas ab
ipſis uentriculis inchoet. Tertio, quia uterque uiſibilis neruus, intrinſecus eſt molliſſimus, ut faci-
le ſentire poſſit, extra aliquantulum durus, ut a paſſione ſit illæſus. Quarto, quia per hoc par ner-
uorum multo maior ſpiritus quantitas, quàm per omnes neruos ſenſum & motum uoluntarium fa-
cientes ducitur. in illis tamen non ſubſtantialiter, ſed ſola uirtus eius per eos uehitur. per illud au-
tem par, multa ſpiritus eſſentiæ quantitas defertur. Oculi enim cum ſint nobiliſſimæ actionis, uadit
ad eos multum de ſubſtantia ſpiritus, uſque ad panniculum qui dicitur uuea: hoc enim fuit neceſſa-
rium ad adiuuandum uiſum. Quinto, quia ceteri nerui quanto ſunt a cerebro remotiores, tanto ſunt
duriores,& a propria natura mutãtur: iſte intrinſecus molliſſimus eſt,extrinſecus uero ſolidior,ut mol
lities interior exteriori duritie tueatur, nequando deſiccetur. Cuius mollitiem & ſi aliquantulum in- H
uenies indurari, tamen ad oculos ueniens, in naturam, quam in cerebro exiſtens habuerat, conuer-
titur: in panniculo enim qui rete dicitur,mollis efficitur,ita ut in naturam cerebri procedat, fitq; quaſi
rete. Sexto quæ & laudabilior eius proprietas eſt: quia hoc par neruorum cum è prora utriuſq; uen-
triculi ſeparatum egrediatur, non recto itinere ſicut exierat,uadit: ſed per interiora capitis torquetur,
& ad oſſa narium ueniens commiſcetur:ſic ut ipſorum utraque foramina fiant unum ibidem. Iterum
hi nerui ſeparantur, & recto itinere,ut egreſſi fuerant, uadunt,unuſque è dextro uentriculo exiens,ad
dextrum oculum tendit:alter de ſiniſtro prodiens ad ſiniſtrum peruenit, de quorum coniunctione &
ſeparatione plures antiquorum diuerſe ſenſerunt.

De opinionibus circa cauſam coniunctionis neruorum opticorum,& de cauſa ob quam non unicus exiuit craſſus a medio primi uentriculi cerebri. Cap. 4.

Quidam hæc ideo fieri dicebant, ut ſi unus læderetur, alias ſubueniret, alij eos ideo eſſe coniun-
ctos, quia omnis ſenſus ab uno fundamento procedit, quorum ſententia prorſus uana eſt. Natu-
ra enim tam optime, tam fortiter membra compleuit, ut nullam timeant paſſionis occaſionem,
nec ſolum nerui uiſum ferentes ab uno loco exeunt, ſed omnes ab eodem loco egrediuntur,neq;
tamen poſtea coniunguntur.Nonnulli ob hoc eos dicũt cõiungi,ut unus ab alio cõfortetur:ſi enim ſe-
parati

A parati essent, propter itineris longitudinem rumperentur, quod quidem non impossibile est, sed tamen
non est uia tam longa, ut in ea rumpi debeant. Alij sic aiunt, quorum intentio uera est: spiritu uisibili ue
niente ad oculos, necesse est, ut uno oculo clauso totus spiritus ad alium ueniat. quod fieri non pos-
set, nisi nerui prius separati coniungerentur, & iterũ separarentur: quod huiusmodi experimentum te-
statur. Si aliquod corpus super nasum ponatur, utroque oculo ad uidendum directo, fit uisus debilior
& obscurior: sed uno clauso, fit uisus in altero fortior, quàm in utroque fuerat, & quod utrique cerne-
re nequiuerant, unus solus clarissime aspicit. hoc ideo, quia spiritus qui in utroque fuerat, ad unum con
uertitur: altero enim clauso, alterius pupilla clarior efficitur. Alij alio modo sentiunt, quorum senten-
tia est necessaria, nisi nerui ad oculos directi primũ coniungerentur, & postea separarentur, necessario
res una, dupla uisui appareret. cum enim res uisibilis uideri non possit, nisi uisu oculorũ pupillas exeun-
te: ipse autem uisus per lineas rectas egrediatur, & rem recto tramite ante se percipiat, sicut uidemus ra
dios solis per angustam cauitatem domum ingredi, & lineæ ipsæ angustæ sunt in exordio sui: deinde
uero paulatim dilatantur, fiatque in utroque oculo quasi quædam pineæ forma necesse est, ut uterque
uisus lineatim directus, & in loco ubi est res uidenda coniunctus, eam æqualiter percutiat: deinde quo-
usque ad pupillam perueniat, conuertatur necesse est, ut exordium utriusque a pupilla æqualiter egre-
B diatur, & per unam superficiem ambo ambulent. Duorum exordia sunt in loco, ubi utrique nerui con
iunguntur, ibi unus idemque factus, & sic ex utraque pupilla a suo loco egressus, uidendam rem uidet,
eamque sicut est, comprehendit: quoniam si una pupilla a suo loco inferius uel superius mutaretur, res
superiori pupilla uisa, superius uideretur, sicque dupla appareret, propter quod oculis tria fuerunt ne-
cessaria, scilicet pupilla funditiua uisus, locus ubi uterque coniungitur neruus, & rectæ lineæ, ut uisus
recte per eas transeat. Hæc est causa quare nerui ad oculos uenientes prius coniunguntur. Sed tamen
quidam sic obijciunt. Cum illos duos neruos necessarium sit coniũgi: quare non statim unus facti sunt,
sed duo. Quibus est respondendum, unus ideo neruus non fuit, quia a cerebri medio exire non potuit,
maxime quia magnus est uterque. Item, magna quædam concauitas illic est, ubi palati foramina cere
bro coniunguntur, per quam, cerebrum, suam superfluitatem expellit. uia etiam quæ ad nares ducit, ibi
constat. illa autem concauitas, & hæc uia, ibi esse non posset, si neruus unus ibi locaretur. Nares enim
sunt in media facie, unde nisi earum foramina cerebro opposita essent, olfactus non esset. Quia ergo ce
rebri loca rebus hisce comprehensa sunt, necesse fuit, ut nerui uisum ferentes non ab uno loco egrede
rentur, quos natura in uno loco coniunxit, ut idem foramen eos habere faceret: deinde, ut separatim
ad utrunque oculum irent, seiunxit.

C *De animato spiritu, & uisibili, & quòd uisibilis spiritus substantialiter ad oculos peruenit, & ad aliorum sensuum organa solum perueniunt eorum spiritus irradiatiue.* *Cap. 5.*

Visibilis, ut diximus, spiritus de spiritu nascitur animato, a uentriculis proræ cerebri procedens: ibi-
que mundificatur ut diximus, cum de cerebri natura disputauimus: qui spiritus, spiritualiter est sensibi
lis, quia uisus unus e sensibus, ceteris dignior & nobilior. Porrò ipse habet proprietatem, quam nullus
aliorum sensuum habet. Animalis siquidem spiritus in cerebri uentriculis existens, sensum & uolunta-
rium mandat motum: uirtus enim ipsius per neruos penetrat ad cetera membra, essentia uero in pro-
prio permanet loco: sicut Sol totum aerem illuminat, ipse tamen in uno loco stat. Sed ad oculos non
solum uirtus uisibilis spiritus, sed ipse spiritus essentialiter dirigitur, & tanta eius quantitas, quanta est
necessaria, illuc adducitur, quod utriusque nerui concauitas attestatur. id etiam hoc testatur, quia uno
oculo clauso, ad pupillam alterius tota uirtus conuertitur causa neruorum coniunctorũ: inde foramen
panniculi, qui dicitur uuea, præ multitudine spiritus necessario dilatatur: aperto uero oculo cum spiri-
tus ad eum reuertatur foramen uueæ ad propriam redigitur mensuram. Hoc signo etiam, si obseruari
possit, cognoscitur. Si uero oculo aqua clauso pupilla alterius dilatetur: spiritus enim uisibilis in eo esse
demonstratur, unde aqua quæ transitum eius obstruit, ablata, uisus redditur. Si uero non dilatetur, hoc
D ideo est, quia neruus per quem spiritus ducitur, obstructus est. Vnde etiam cum ceteri nerui nullam ha
beãt concauitatem, quia uirtus animalis spiritus non ipsemet essentialiter per eos ducitur, oculorum
nerui necessario concaui fuerunt, ut spiritus substantialiter per ipsos transire possit. Ceteri autem non
sunt concaui, ne per corpus diuisi, & a suo fundamento remoti, leuiter rumperentur, uel quia tanta spi
ritus quantitas sensui motui uoluntario non est necessaria, quanta uisui. Nullus enim sensus, præter ui
sum, sentit sentiendam rem, nisi ei coniungatur: uisus autem pupillam egrediens longe remota sentit: un
de multa spiritus quantitas necessaria est: & ideo nerui necessario concaui facti sunt.

De modo quo fit uisio. *Cap. 6.*

Videndũ est ẽt quomodo fiat uisus. Diximus ergo cum aliqua res uidetur necessario, uel aliquid ex
ea dirigitur uisui, per quod quid ipsa sit, cognoscitur: uel uirtus uisus ad eam mandatur, uel aliquid me-
dium est inter uisum & rem uisam, per quod ipsa cognoscitur. Sic potest ergo inuestigari quòd horum
certum sit. Omnes philosophi concordati sunt, quod res non possit uideri nisi per foramen pupillæ. Si
ergo ad uisum a re uidenda aliquid dirigitur, siue sit uirtus, siue sit forma, siue qualitas, siue quantitas
mensurata, quomodo illud angustum foramen intrare poterit? quæ etiam uirtus esse potest quæ ad ocu
los diuersorum in momento rem uidendam deducat? quod quia impossibile est, spernatur. Quod autẽ
uisibilis spiritus pupillam exiens solus ad rem uidendam uadat, eiusque quãtitas magnitudinem com-
prehendat,

prehendat,falsum est.Ipse enim spiritus non tantæ est quantitatis, ut adeo dilatari possit, ut tot & tan- E
tas rerum ambiat quantitates, cum in uno momento multa & diuersa & maxima indiuidua compre-
hendimus.Ad tertium ergo membrum conuertamur. quippe aer corpora circũdans, si clarus & luci-
dus fuerit,supplementum uisui facit quod nerui cerebro, quia sicut splendor solis, sic spiritus recipit
uirtutem.sicut enim solis splendor superiorem aeris extremitatem percutiens,totum aerem penetrat,
eumque clarificat:sic & uisibilis spiritus pupillam egressus, mox totum aerem penetrat, & extẽsus per
loca remotiora,mutat ea in suam naturam,quod fit cum aer in toto iunctus est, quod in sole palam fie-
ri uidentur. Si enim aliquod corpus in aere ponatur,cum solis splendor illud nequeat penetrare, for-
ma illius corporis post se obscura apparet.causa,quia non suscipit aer lumen nisi sit continuus, nec so-
lis splendor,separatum a se aerem mutat,quoniam si actio splendoris fortiter in aere operata fuisset,
posset in eadem actione permanere,splendore solis absente.Sed utrique hac carent proprietate,quòd
neque solis,neque spiritus splendor suam actionem aeri,ipso absente,potest dimittere.Recte ergo cau
sa dans lumen ablata,ipso momento,lumen ab aere aufertur.Eodem modo de neruis intelligitur:quia
si neruus fuerit incisus & a cerebro diuisus.illico membrũ cui sensum dabat, fit insensibile. Propterea
hæc duo sic debent esse coniuncta.i.aer & spiritus,sicut nerui & cerebrum.Et quãuis aer in altera mu-
tetur actione,sicut cum calefit uel infrigidatur,& in qualitate rei calefacientis uel infrigidantis perma F
net,lumen tamen non idem in aere operatur:ipso enim absente & lux ab aere amputatur. Deinde ne-
cesse est semper ut aer continuatim illuminetur.hoc enim nisi fuerit.nullo modo lucidus fieret, sic &
nerui cerebro faciunt supplementum,quia licet de substantia sint cerebri,duriores tamen sunt, quo lu
cidioribus passionibus subiaceant,unde aliquantulum a natura cerebri sunt mutati. Sed nerui duobus
modis sunt.quidam enim motum faciunt,quidam sensum:& facientes sensum, molles sunt: operantes
motum,sunt duri.Et quãuis nerui duri sensum habeant tangendi,molles tamen nerui non inueniuntur
illam cum duris neruis habere societatem.sed ipsi duri hoc faciunt,quia tactus ceteris sensibus est cras
sior.Sensus autem uisibilis,quia ceteris sensibus est acutior & subtilior,ideo neruus spiritum uisibilem
seruãs,ceteris sensilibus neruis cerebro est propinquior. Quia igitur oculi in aere agunt,sicut cerebrũ
in neruis,ideo multam quantitatem spiritus habuerunt,ut in aere rem suam faciant, sicut in neruis pro
prias res cerebrum.Visus autem primo colores sentit,quod ei proprium est:deinde corpus in quo fun
dati sunt,sicut gustus prius sentit sapores,postea fundamenta eorum . Gustus tamen & ceteri sensus rẽ
sentiendam ad se uenturam expectanr:Visus uero ab oculis elongatur,& per aerem extenditur quons-
que ad corpus perueniat coloratum.Hac de causa solus uisus sentit formam corporis,ac quantitatem,
& cum eius colore motum rationabiliter,non tamen essentialiter,sentit:quod nullus habet ceterorum G
nisi tactus accidentaliter.Verbi gratia:Siquis per tenebras ambulans fustem in manu duxerit, eo am-
plius non potente penetrare,cognoscit quòd motum per corpus solidum fieri,impossibile est. Visus au
tem habet alteram proprietatem,quia incidens supra corpus leue,solidum,& lucidum: rectus ad pu-
pillam conuertitur,unde exierat.unde in speculo uel in alijs splendidis corporibus prope nos stãtibus,
uidemus formam nostram:& siquis studiose in oculum alterius spectet,uidet in eo suam faciem: causa,
quia uisus ad pupillam conuertitur propter luciditatem panniculi,qui araneæ tela dicitur. est enim su-
pra crystallinum,sicut adeps superne coagulatus:& quasi rutilans,clara est.Verũtamen quãuis præ ce-
teris solus per aerem motum rei sentiendæ sentiat,non tamen arbitratur,sicut cæcus se cõfuse sentire:
quia aer,mox ut rem sentit,eam uisui ministrat:quæ proprietas soli inest uisui,aerẽ uidelicet in sui mu-
tare naturam.Alterius etiam dignioris est proprietatis, quòd non solum recte,sed ex transuerso con-
spicit necessario,cum multus spiritus a cerebro ad oculos dirigitur, rursus spiritus pupillam exiens, &
aerem percutiens,mutat eum in suam naturã.Recte ergo uisus,igneus dicitur:auditus, aereus: gustus,
aquosus:tactus,terreus:olfactus,fumosus.quatuor enim elementa sensus quatuor cõstituunt, ut unus-
quisque eorum unum ex his comprehendat,& ea,cum in natura sua sunt,uel in aliud mutantur, uel ali
qua accidentia patiuntur,discernat:præter hos quatuor sensus,fuit alius qui fumosa comprehenderet. H
fumus enim in sua natura mediocris est,cum elementa non nisi quatuor sint. Sed uisus qui ad hoc est,
ut colores comprehendat,necessario luminosus fuit.solum enim quod lucidum est, conuertitur in co-
lores.Testatur hoc aer,qui cum clarus & lucidus sit,facilè in colores mutatur.nam palã est, quia si quis
candidis indutus iaceat sub arbore , color uestimentorum in frondium colorem mutatur: unde patet
aerem in illum colorem fuisse mutatum.Videmus etiam sæpe aerem in colorem lucidi parietis mutari,
illumque colorem per aerem ad illud corpus mutari,maxime si paries uiridis, uel rubeus fuerit uel ci-
trini coloris:& sicut solis splendor eum ad suam mutat naturã,sic & colores in suas eũ qualitates cõuer
tunt.Similiter & lumen uisibilis spiritus mox ut aerem percutit,ipsum immutat. Hæc tria sunt,quæ ae-
rem sine ullo temporis spatio immutant,lumen solis,fulgidus color,& lumen uisibilis spiritus . Palam
est ergo , uisum non fieri nisi aeris mediocritate,quod sensus attestatur.Antiqui etiam concordant di-
centes aerem esse uisui uelut ramus,& conueniens est instrumentum cum fuerit lucidus , uel aliorum
corporum lucidorum lumine illuminatus:& sic seruire aerem uisui,sicut cerebro nerui. Sicut enim ce-
rebrum non sentit quod oculi comprehendunt,nisi neruis mediantibus: sic & oculi nihil sentiunt, nisi
lucido aere mediante.

A *PARTICVLA tertia est de prima & uniuersali medicinæ intentione, & de rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturam, & de generibus & speciebus, & causis & accidentibus morborum. Cuius sunt quinque capita.*

De prima medicina intentione, & de necessarijs ad eam. Cap. 1.

Oportet Medicum præ omnibus primam & uniuersalem medicinæ intẽtionem præuidere, & eam particulariter diuidendo ad indiuiduum ducere. Prima autem medicinæ intentio est, quæ bifariam diuiditur: aut enim in sanis, cum similibus sanitas custoditur: aut in ægris per contrarium sanitas redditur. Quorum primæ necessaria est rerum naturalium scientia. naturalibus enim agnitis, patefiũt ea quæ sunt similia sanitati: & sic etiam cognoscuntur quæ sunt contraria. similibus ergo seruatis, contrarijs prohibitis sanitas custoditur. Secundę autem intentioni duo sunt necessaria: non naturalium. s. & contra naturam rerum scientia. Sanitas enim infirmo cum quadam mutatione restituitur: quam mutationem qui facere uult, necesse est sciat ad quid mutare decet. Nisi enim sciat de quo, & ad quid mutandum decet mutare, non securus est quin unde conuenit non immutari, mutet. & nisi nouerit ad quid decet mutare, ad id quod non oportet, conuertere poterit. Sanitas infirmo redditur commutatione rerum contra naturam ad naturalia. unde & ista sciri debent ad quæ illa transmutantur, & il-
B la etiam quæ ad illa conuertantur.

De rebus naturalibus, non naturalibus, & contra naturam. Cap. 2.

Res autem naturalis duobus est modis, generalis & specialis. Generalis dicitur esse humani corporis complexio, & uniuscuiusque corporis compositio. Complexio quidem multipliciter est: tum ætas, & consuetudo. Naturalis complexio est secundum differentiam sexus, ut in mare & fœmina: uel secundum euentum, ut est complexio spermatum, uel spirituum de quibus fit. Consuetudo sex modis est: Primo, ex aere & eius mutatione, quæ mutatio uel localis est, uel temporalis, cum aliquid in tempore contingit: Secundo, ex motu uel quiete: Tertio, ex repletione uel inanitione: Quarto, ex somno uel uigilia: Quinto, ex cibo & potu: Sexto, ex animæ accidentibus. Specialis est, ut uirtus, quæ triplex est, naturalis, uitalis, animalis. Superius animalem tetigimus, cum de cerebro disputauimus. Vitalis est, quæ cor & arterias facit pulsare. Naturalis triplex est, generatiua, nutritiua, & augmentatiua. Nutritiua quadruplex est, attractiua, retentiua, digestiua & expulsiua. Res autem extra naturam duplex est, aut est nocumentum actionis, aut quod ex eo generatur. Nocumentum actionis, aut quod ex eo generatur, duplex est: aut est sine mediatore, & morbus dicitur: aut cum mediatore, & causa uocatur. Quod autem actionis nocumento generatur, accidẽs nominatur: quod
C iterum duplex est scilicet aut ex diuersis corporis qualitatibus, aut a qualitatibus diuersis a corpore egredientibus. Corporis, qualitatis diuersitas quinque modis est. Sunt enim qualitates quæ sentiuntur. Qui ergo ægro sanitatem uult restituere, decenter debet inuestigare septem res naturales, quæ sunt, elementa, complexiones, humores, membra, uirtutes, spiritus, & operationes, & quæ sequuntur eas, ut ætates, colores, figuras, distantia inter masculum & fœminam: Et res non naturales quæ sunt sex: aer, cibus & potus, inanitio & repletio, motus & quies, somnus & uigilia, & accidentia animæ: Et res extra naturam, quæ tres sunt: morbus, causa morbi, & accidentia morbum concomitantia.

De generibus & speciebus morborum. Cap. 3.

Morbus generaliter triplex est, quia corporis compositio trina est. Prima corporis compositio est in membris simplicibus, ex elementis compositis, in quibus quædam morbi species generantur, quæ duobus modis sunt, uel simplices, uel compositæ. Simplices quidem sunt calida, humida, frigida & sicca. Compositæ uero sunt, calidæ & siccæ, calidæ & humidæ, frigidæ & humidæ, frigidæ & siccæ. Secunda corporis compositio est in membris quæ composita uocantur, ex simplicibus compositis, in qua fiunt morbi quatuor modis: aut secundum formam membrorum, aut secundum compositionem, aut secundum magnitudinem, aut secundum numerum. Secundum formam quinque modis, in figu-
D ra, foramine, concauitate, lenitate, aut asperitate. Secundum compositionem dicitur cum a loco mutantur uel in loco malo ponuntur. Secundum magnitudinem bifariam, uel ultra modum, uel infra. Secundum numerum similiter, uel ultra modum, uel infra. ultra modum naturaliter, uel extra naturam. Tertia corporis compositio est corporis totius ex unitate simplicium & compositorum membrorum facta, in qua morbus generatur, qui separatio iuncturæ uocatur. Hæc sunt genera morborum & species.

De causis morborum. Cap. 4.

Causa autem morbi est generaliter sicut genus, sed specialiter est triplex. Causa enim morbi simplicis, aut calidum facit morbum, & est septupla idest nimius motus animæ, corporis passio, calor exterior, angustia pororum, putredo, rerum acutarum acceptio, cibi paruitas. Aut frigidum facit morbũ & est octo modis, tactus rerum frigidarum, acceptio earum, multitudo cibi & paruitas, obstructio pororum & largitas, nimius motus & quies. Aut facit morbum siccum, & est quadruplex, siccæ rei obuiatio, cibi sicci, cibi paruitas, nimius motus. Aut facit morbum humidum, & est contraria proximæ dictæ. Sed simplicibus morbis quos diximus cum materia existentibus, commiscentur causæ intraneæ, quæ sunt, uirtus membri impellentis, debilitas recipientis, materiæ multitudo, pororum largitas, defectio nutritiuæ uirtutis. Causa morbi compositi uel est secundum figuram, uel foramen, uel concauitatem,

cauitatem,uel aſperitatem,uel lenitatem.Secundum figuram,aut propter quantitatem ſpermatis, uel **E** qualitatem,uel propter aliquod accidens quod infans patitur quando naſcitur, uel cum lac ſugit, uel propter alia.Secundum foramen,uel propter obſtructionem,uel propter coniunctionem. Obſtructio fit a fortitudine retentiuæ,uel defectione expulſiuæ,uel propter frigiditatem et ſiccitatem, uel ligaturæ ſtricturam. Secundum concauitatem,aliquid innaſcens uel in membro incidens, ut eſt chymus, lapis, uerrucæ.Largitas foraminis coniunctioni contraria eſt. Aſperitas de genere ſeparationis eſt iuncturæ,cum non eſt a caliditate.quod poſt planius dicemus. Lenitas eſt aſperitati cõtraria. Corruptio loci fit cum membra a naturalibus ſuis locis mutantur,uel ſeparatione, uel mollitie concatenationis membrorum.Magnitudinis cauſa eſt multitudo materiæ,uel fortitudo naturæ. Patuitas membrorum cum contrario eſt:aut propter inciſionem.Magnitudo, in numero, aut naturalis eſt, ex ſpermatis abundantia,aut accidentalis ut lapis in ueſica.Paucitas autem eſt econtrario.Separationis iuncturæ triplex cauſa eſt:inciſione exterius facta,ut igne uel enſe,uel interius,ut ex acutis chymis: aut extenſione, uel exteriori ut cum fune,uel interiori,ut ex craſſa uentoſitate:aut de fractura,uel exteriori,ut a lapide:uel interiori,ut ex craſſis chymis.

De accidentibus morborum. *Cap. 5.*

Accidentia ſunt tria,ſcilicet nocumentum actionis,diuerſitas egredientiũ a corpore,diuerſitas qua **F** litatum corporis ſenſibilium,quorum duorum cauſa eſt nocumentum actionis. Actiones tres ſunt,animalis,naturalis,uitalis.Nocumentum actionis triplex eſt.Nam omnis actio tria patitur,uel enim ex toto aufertur, uel minuitur,uel mutatur:uerbi gratia,tactus aut amputatur,& dicitur ſtupidus:aut minuitur,& titillatio uocatur:aut a ſua natura mutatur, & tunc corrupta uocatur. Cauſa horum duorum eſt frigiditas tertij gradus, & iuncturæ ſeparatio. Palam ergo eſt quòd cauſa nocumenti actionis morbus fit.Morbus tantum nocet actioni ſine mediatore:ideo nocumentum actionis eſt ſignificatio morbi.Nec eſt differentia inter accidens & ſignificationem,niſi in noſtra intentione: quia noſtra intentio eſt in nocumento actionis,& id ad quod ſequitur nocumentum, morbum uocamus,& illum inſequentia accidentia dicimus.Morbum autem dicimus cauſam accidentium:unde morbo cognito,cum accidentia ſcire uolumus,dicimus accidentia ſignificationes.

PARTICVLA quarta de accidentibus,& morbis oculorum,& neruorum ſuorum, & muſculorum,& palpebrarum.Cuius ſunt quatuordecim capita.

De accidentibus morborum oculorum in generali. *Cap. 1.*

SEd quia intentio huius libri eſt patefacere ſignificationes morborum oculorum, prius oportet ſcire eorum accidentia:ut uia,qua ad morbi notitiam ueniamus,ſit nota. Accidentia ergo oculorum **G** ſunt triplicia:nocumenta actionis,& quæ ex illis ſequuntur:diuerſitas in oculis,ſ.ſenſibilis qualitas, & diuerſitas ab eis exeuntium.Nocumentum autem actionis oculorum,eſt ſecundum quãtitatem actionis,id eſt eorum quæ ſunt actionis,uel animalis,uel naturalis. Nocumentum naturalium actionum,eſt quod accidit quatuor uirtutibus naturalibus:animalium uero actionũ, quod ſenſui & uoluntario motui accidit. Actiones animales tantum duas ſpecies ſenſus habent. Nocumentum naturalis actionis in hoc loco nõ oportet notari: quoniã in hoc nõ differunt oculi a corpore toto: ſequitur enim nocumenta tactus,ut ſunt mollities,titillatio,& dolor:ita oculis ut toti corpori accidit. Accidentia uero uiſus & uoluntarij motus,quæ oculi patiuntur,hic oportet dici.

De diuiſione accidentium oculi,& declaratione membrorum diuidentium. *Cap. 2.*

Sciendum itaque quòd accidentia quæ oculis contingunt,aut in eius inſtrumento ſunt, aut in ſua uirtute,aut in miniſtris.Inſtrumentum uiſus eſt humor cryſtallinus qui patitur, uel unum ex octo ſimilibus morbis,uel ex compoſitis morbis,cum a ſuo loco mouetur,uel iuncturæ ſeparationem.Si mutatur a loco ſurſum uel deorſum in utroque oculo,uident rem duplam: ſi mutatur dextrorſum uel ſiniſtrorſum,non apparet res dupla.Virtus uiſus a cerebro per concauum neruũ deſcendit: unde eius paſſio uel de nerui,uel de cerebri fit infirmitate.Quorũ infirmitas triplex eſt,ſimplex:quæ eſt una de octo: **H** uel officialis, ut apoſtema, & obſtructio, uel iuncturæ ſeparatio. Miniſtri uiſus ſunt humores, & panniculi,qui in oculis ſeptem habentur:quorum illi qui ſunt ante cryſtallinum, ſunt formæ uueæ, id eſt pupilla,albugo oui,ſpiritus qui eſt in pupilla, & quantitas pupillę,quæ corona dicitur.

De accidentibus pupillæ. *Cap. 3.*

Coræ.i.pupillæ contingunt quatuor,largitas,anguſtia,mutatio de loco,& tortuoſitas. Largitas uel naturalis eſt,uel accidentalis.Accidentalis eſt,uel de extenſione panniculi quo tegitur:cuius extenſio de paſſione eſt uueæ, uel de multitudine humoris albugini.Paſſio uueæ aut ſimplex eſt, ut ſiccitas: aut compoſita,ut apoſtema. Anguſtia pupillæ,uel naturalis eſt,uel accidẽtalis:de mollitie, quæ mollities de nimia fit humiditate dominante, & lubricum faciente, aut de albuginei paruitate. Largitas pupillæ ſiue naturalis,ſiue accidentalis ſemper eſt mala,quia ſpiritum ſpargit.Sed anguſtia,ſi propter rem de qua facta eſt ſtricta,naturalis eſt,bona eſt,quia ſpiritum coadunat:accidentalis tamen moleſta eſt, non ideo,quia anguſtia,ſed propter cauſam de qua facta eſt ſtricta:maxime ſi fuerit propter albuginei paruitatem.Duplex enim malum eſt:unum quia cryſtallinus eſt diſcoopertus ad lumen:aliud,quia ex paruitate albuginei deſiccatur.Mutatio pupillæ de loco,uel naturalis eſt,uel accidentalis. Accidentalis conſideretur.Panniculi qui ſunt iuxta pupillam contumeſcunt,uulnerantur,& conſolidantur. Hæc tamen

A men mutatio non multum est mala. Separatio iuncturæ, si sit in uuea, & non sit perforata, non multum
nocet uisui: quòd si perforetur, currit humor albugineus, & uueam tunicam coniungit araneæ. Vnde
quinque accidentia generat. Vnum, quòd uuea crystallino propinquatur, nec habet unde cooperiatur:
atque spiritus uisibilis de cerebro procedens, non coadunatur in pupilla, sed egreditur ab ea, &
dispergitur.

De accidentibus albuginei humoris. *Cap. 4.*

Albugineus humor in quantitate & qualitate patitur: In quantitate, si augmentaẽ, unde uisus obscu
reẽ, uel minuaẽ: unde nequit crystallinũ cooperire, in qualitate, liquore, & colore: liquore si parũ cras-
sus fuerit, longinqua uidere non sinit, & propinqua bene discernit. Si sit crassissimus omnino, uisum oc-
cupat, & amputat, & cataracta diciẽ: quæ uel in parte una, uel in multis locis dispertita est, in uuea, uel
in pupillæ medio, uel circa eam. Si sit in medio, omnia perforata uidentur infirmo. Partem enim quam
uidere nequit, putat concauam esse. Si circa pupillam, multa in una hora uuea non permittit uidere,
propter paruitatẽ pineæ uisus. Si crassitudo dispertita sit, & particulariter sit diuisa, quæ uidet putat esse
quasi stricta: unde patiẽs cernit quasi muscas & similia, quod pueri & febricitantes plurimũ patiunẽ. Co-
lor si mutetur, omnia coloris istius esse putantur: ut pote si fuerit plumbeus, omnia fumosa apparebũt
B & tenebrosa: sic & si fuerit alterius coloris, idẽ ipse color in uisis omnibus apparebit: eis tamen ad ca-
taractam præparati sunt oculi, de quorum stomacho fumus ad caput ascendit, & patientibus fluit de na-
ribus rheuma.

De accidentibus uisibilis spiritus. *Cap. 5.*

Spiritus uisibilis in qualitate & quantitate patitur: In qualitate, utpote si fuerit subtilis, unde bene
discernit, ac res optime comprehendit: uel crassus: unde ad remota loca penetrat: & longinqua uidet,
uel paucus, ad remota se elongare non ualens, sed solum propinqua cernẽs.

De accidentibus corneæ. *Cap. 6.*

Panniculus cornea, quo pupilla tegitur: si quo modo patiatur, uisui nocet: cuius nocumentum pro-
pter se, uel propter aliud fit. Propter se, tria morborum genera patitur: uidelicet simplicem compositio-
nem, & separationem iuncturæ: Simplex, ut humiditas, & siccitas: humiditas uisui nocet propter quan-
titatẽ: ut si fuerit multa, oĩa sicut fumus & nebula apparebunt: uel propter qualitatẽ: utpote si rubea fue-
rit, oĩa uideri rubea facit, ueluti qui patiunẽ febel contingit: si aũt citrina fuerit, citrina apparebunt oĩa,
sicut hictericis fit. Siccitas spasmum generat: unde uisui nocet: si multa, multum: uisus ergo quandoque
ex toto amputatur. Separatio iuncturæ, si fuerit perforata cornea, duobus modis uisui nocet: uno mo-
C do propter putredinem in illo uulnere congregatam: secundo, quia crystallinus secundo lumini fit
uicinus. Passio corneæ, quæ propter aliud fit, uel propter coniunctiuam, uel propter palpebram est. Pro-
pter coniunctiuam, si ungula nascatur in ea, uel fiat apostema corneam operiens: Sed passio corneæ &
coniunctiuæ & aliarum partium oculorum non nocet uisui, nisi accidentaliter.

De accidentibus motus uoluntarii oculorum. *Cap. 7.*

Passio uero motus uoluntarij oculorũ est triplex. Vel enim amputatur, & mollities uocatur: uel mi-
nuitur, & tremor & titillatio dicitur: uel propter lacertos, cum non ut oportet, mouentur, & spasmus
nuncupatur. Quorum trium unumquodque fit. aut propter cerebrum, aut propter neruos, aut pro-
pter lacertos, Sed diuersitas mollitiei ac spasmi lacertorum oculos mouentium est secundum diuer-
tatem motionis eorum. Quod quomodo uideat, uel unde procedat, in fine sexti cap. planius dicitur.

De diuisione morborum oculorum in apparentes & occultos, Et primo de apparentibus. *Cap. 8.*

Morbi oculorum uel sensui apparent, & facillime cognoscuntur: uel latent, & eorum notitia est ob-
scura, quorum significationes intellectuali inuestigatione comprehenduntur. Incipiẽdum igitur a mor
bis sensui apparentibus, & ostendendum in quo loco oculorum appareant, & nascantur. Morbi ergo
D qui sensui apparent, uel sunt in coniunctiua, uel palpebra, uel in angulo oculorum, uel in cornea, uel in
uuea, uel inter uueam & crystallinum. In coniunctiua septem sunt, uidelicet petia, ungula, ophthalmia,
tumor, duritia, & cetera. Petia est sanguis fluẽs de aliqua arteria, uel uena incisa, quam patitur ex ictu.
Vngula est superfluitas neruosa aut carnosa, extendens se ab angulo ad pupillam, & prohibens uisum.
Ophthalmia triplex est, quæ uisum turbat. cuius causa uel exterior est, sicut fumus, sol, puluis, & similia:
uel interior, sicut humores ad coniunctiuam fluentes. Sed prima ophthalmia mala non est. causa enim
quàm primum ablata, morbus amputatur. Secunda uero, postquã causa amputatur, habet & signa quæ
habent cetera membra, cum patiuntur apostema: quæ sunt, tumor, inflammatio, durities, lachrymæ, ru-
bor, plenitudo uenarum oculi. Tertia ceteris est fortior, quia & alias habet significationes. Acumen
enim palpebræ inuersatur extrinsecus: eiusque motio uix fit, & albugineus ascendit super nigredinem.
Tumor est quadruplex: Vnus fit ex crassa uentositate: Secundus, ex phlegmatico humore non crasso:
Tertius, ex phlegmate crasso. Quartus, ex melancholia, qui dicitur scliros. Qui omnes sic adinuicem di
scernuntur. Primus euenit subito, sicut uidemus seniores in æstate pati propter muscarũ morsus. Secun
dus & tertius paulatim fiunt, sine magno dolore & mollitie, minori in secundo quàm in tertio: quorum
color est sicut color totius corporis. Quartus ut plurimum fit in angulis oculorum, & aliquando dila-
tatur & ascendit ad supercilia durus, multum habens dolorem. Eius color plumbeus est, qui multoties

sequitur

ſequitur uarias & diurnas ophthalmias,& maxime quæ mulieribus cõtingunt. Duritia naſcitur in ocu E
lo toto,naſcitur & in palpebris,quæ motum grauem facit cum dolore & rubore: nec patiẽs ualet ocu
los aperire cum a ſomno ſurrexerit,attamen ſunt lachrymæ ſalſæ & nitroſæ. * Dolor & rubor in toto
corpore palpebris fiunt ex humiditatibus ſalſis aut acutis:ſi coniunctiua eſt plena craſſi ſanguinis, quæ *
cum inflatur,rubei fit coloris.eſt & proflua,quæ*dolorem & tumorem facit.

De paſſionibus palpebrarum & angulorum ſuorum. *Cap. 9.*

Paſſiones palpebræ quædam ſunt communes morbis totius corporis,ſicut uerrucæ, ſcrofulæ, & ſi-
milia. Naſcunturque uel extrinſecus uel intrinſecus. Extrinſecus,ſicut eſt craſſities, quæ eſt quaſi pin-
guedo uiſcoſa relata neruis & pãniculis. Naſciturque in palpebra ſuperiori intrinſecus,ſcabies,grãdo,
*petroſitas,& uiſcoſitas. Scabies quatuor modis ẽ,una dicitur pſorophthalmia,alia trachoma,tertia ſy.
coſis,quarta teloſis:prima,ſecunda leuior eſt:quæ magis aſpera,dolorem & grauitatem facit: utraque
tamen in oculis humiditatem generat:tertia dura eſt & aſperior,quia palpebræ interioris quaſi ſciſſura
eſt:quarta ceteris deterior eſt & durior ad ſanandum. Grando eſt tumor craſſus in interioribus coagu-
latus,ut quaſi grando uideatur. Inuiſcatio eſt quædam uiſcoſitas palpebram cum pupilla iungens ſiue
in eius albedine,ſiue in eius nigredine:uel utraſque palpebras ſimul iungens,qualis fit propter uulne-
ra in oculis. Item nocumentum palpebræ triplex eſt: Vnum,erectio palpebræ ſuperioris, ne oculi albe F
do poſſit cooperiri:quod aut eſt naturaliter,aut cum palpebræ tortura mala fit: Aliud eſt,palpebræ bre
uitas:Tertium eſt, palpebræ inuerſio ad partem inferiorem,quando naſcitur, aut propter aliquod uul-
nus,uel propter carnem ſuperfluam in carnibus natam. Raſura & uulnus naſcũrur in eis ſicut & in cor-
pore toto in extremitate palpebræ. Pili ſuperflui ad interiora conuerſi nocent: Et pili aliquando a pal-
pebris cadunt:Naſcuntur ibi pediculi & hordeoli. Pili ſuperflui in interioribus palpebræ naſcunẽ, qui
pungunt & ad oculos humorem adducunt:Pili cadunt aut propter humorem ad eos fluẽtem, aut pro-
pter alopeciam:& aliquando cum duritia,craſſitie palpebræ,& rubore. Hordeolus eſt apoſtema na-
ſcens in extremitate palpebræ. Aegilops eſt ulcus inter oculos & nares: quod ſi fuerit neglectum, fiet
ex eo fiſtula putrefaciens os,& quandoque putredo fluit per foramen ad nares:aliquando ad palpebrã
eiuſque chartilaginem putrefacit:& ſi palpebra digito tacta fuerit,putredo ab ea effluit. Grando & la-
chrymæ noxiæ ſunt oculis. Lachrymæ fiunt uel apoſtemate in foramine inter oculos & nares exiſten-
te:qui hoc habent ſemper lachrymas patiuntur: uel fiunt lachrymæ ex conamine medicorum acutas
medicinas in ſcabie ponentium.

De paſſionibus corneæ. *Cap. 10.*

Paſſio in cornea naſcens,uel propter oculos,uel propter totum corpus cauſatur: in qua tamen infir- G
mus magnum dolorem ſentit in neruo,& patitur extenſionem in panniculis oculorum, qui panniculi
ruborem & extenſionem ſentiunt aſcendere: & maxime, ſi ambulat,aut mouetur, capitis dolorem pa
titur,& ab oculis ſubtiles & acuti humores fluunt:neque poteſt acuta collyria ſuſtinere, neque ualent
oculis impoſita. Paſſio corneæ propria eſt uulnus,macula,obſcuritas,ſanies,& talia multa, ſeptem no-
minibus dicta quarum quatuor intrinſecus,tres uero ſunt ſuperficietenus. Intrinſecus hæc ſunt: Prima
eſt uulnus,cuius color eſt quaſi fumus,quandam partem nigredinis operiens: Secunda,uulnus plus pri
mo concauum,ſed tamen albidius:Tertia,uulnus partem albedinis & nigredinis operiens: pars tamen
qua tegitur albedo,rubei coloris eſt:quæ uero ſuper nigredinem ſtat,alba eſt:Quarta eſt uulnus quod-
dam in modum faculæ putrefactum. Paſſiones uero exteriores hæ ſunt:Prima, eſt quoddã uulnus con-
cauum & anguſtum:Secunda,eſt uulnus concauum,ſed largius: Tertia,uulnus plus ceteris putrefactũ:
hoc obliuioni tradito, oculorum panniculi putreſcent. Quare autem omnes corneæ paſſiones aliquan
do curabiles,aliquando incurabiles ſinr,cauſa duplex eſt:aut propter diuerſitatem uulnerum, aut pro-
pter diuerſitatem matericrum in uulnere exiſtentium, & cornea de multis corticibus compoſita eſt,
uno ſuper aliam locato. Aliquando uulnus in primo,aliquando in ſecundo, nonnunquam in tertio cor
tice naſcitur,propter materiã quæ in quantitate multa eſt,aut pauca: aliquando alba, aliquando nigra, H
modo ſubtilis,modo craſſa,calida *ſola,uel acuta,uel nitroſa,uel dulcis. Quod poſt tertium corticem
eſt,moleſtius eſt,quàm quod poſt ſecundum:& poſt ſecundum,quàm poſt primum, ſalubrius quod fit
in ſuperficie:deterius quod eſt poſt omnes cortices. Materia ſi fuerit mulra calida, patiens magnum in
oculo ſentit dolorem:Multitudo enim materiei facit extenſionem & calidum dolorem. Item ſalubrius
eſt quod non eſt in loco pupillæ,deterius quod in loco pupillæ:quia ſi ſcindatur uulnus, non ſumus ſe-
curi,quin per uueam pupilla egrediatur,& fluat humiditas oculorum. Quòd ſi uulnus ſuper pupillam
ſit,uulnere ſanato uiſus offenditur.

De egreſſione uueæ,& paſſionibus eius. *Cap. 11.*

Egreſſio uueæ quatuor modis fit. Aliquando.n. egreditur parũ, ut uidẽtes puſtulã eſſe putent. ſed ſi
diſcrete ĩſpiciaẽ uuea ſani oculi,& uuea infirmi oculi:& ſi earũ colores ſint diſſimiles,ſcias pupillã egre
di:ſi uero ſimiles,apoſtema ibi ortũ eſſe. Aliquando plus exit: & tunc ſatis apparet eam eſſe egreſſam.
Tertius modus eſt,cum tantum egreditur ut palpebræ minus præualeant, & pili palpebram pungẽtes
iungendo dolorem inferant:& hunc modum melon dicunt. Quartus modus, gomphos græce, latine
dicitur clauus:quia egrediens pelliculas uueæ ſuperficietenus operit:unde eius forma fit quaſi clauus.

A Passiones uueæ sunt, dilatatio, aut cōstrictio. Dilatatio aūt fit quatuor modis, aut ex nulla causa patenti, uel propter percussionem, uel propter apostema, uel propter aliam passionem.

De suffusione, seu cataracta. *Cap. 12.*

Inter uueam & cristallinum humorem aqua nascitur coagulata, prohibens spiritum uisibilem a pupilla exire: quæ passio si est incipiens, obscura est: perfecta uero, facillime cognoscitur. Sed qui ad hāc uenturi sunt passionem, eis ante oculos cimices uolant: quibusdam autem quasi flammæ apparent: incidentibus autem uisus amputatur, & color pupillæ amputatur. Huius aquæ color est diuersus: quædā enim aeri, quædam uitro assimilatur, alia est quasi album habens colorem, alia quasi cæli colorem, alia quasi uiridem, alia quasi uenetum. unde antiqui cataractas, ueneticos oculos appellauerunt: sed differentia est, quia uenetici oculi duobus modis fiunt, uel propter aquam, si nimium fuerit coagulata: uel propter siccitatem, quam patitur crystallinus. Species aquæ, quæ aeri assimilatur, facile potest curari: licet eius accidētia sint quæ supra diximus. Secūda uero species qñq; curabilis est, qñque nō: quod sic dignoscitur: Si uno oculo clauso pupilla alterius dilatatur, possibile est sanari: sin autem, minime, causa, quia neruus concauus quo uisibilis spiritus ad pupillam ducitur, oppilatus est. Hæc cataracta ex passione stomachi procedit, uel cerebri: sed sic discernitur: Si apparitio in uno oculo fuerit, uel in B utroque, sed diuerse, cataracta ex cerebro esse intelligitur: si in utroque æqualiter, stomachi esse cognoscitur. Itē si modo plus, modo minus apparuerint, ita quòd stomacho minus digerente maior fit. Item si patiens, de stomachi arsura, uel ardore murmurauerit. Item si ex picra exhibita, ista imaginatio decreuit: cum enim non fuerit huius mali cataracta, picra uidetur nihil esse proficua. Si fuerit propter cerebrum, plurima ex phrenetica nascitur passione: quia phrenesis est apostema calidum nascens in cerebri prora: fitque quasi fuligo, calore secundum humorem de quo nascitur, desiccante. & per uenas circa cerebrum & oculos ad oculorum substantiam penetrante: talia enim apparere facit. Sufficit de passionibus oculorum uisui apparentibus. Oportet de his dicere quæ difficile intelliguntur, quia intrinsecus nascuntur.

De passionibus oculi natis intus, & occultis. *Cap. 13.*

Passiones intrinsecus nascentes, sunt mollities quæ dicitur paralysis: & desiccatio, quæ spasmus uocatur. Paralysis autem triplex est: uel enim motum amputat, uel uisum, uel utrunque. Sed uisu amputato absque causa manifesta, uel etiam minorato notabiliter: propter nerui concaui passionem, uel propter uisibilis spiritus paruitatem fit. Neruus patitur cōstrictionem, uel iuncturæ separationem, & tunc necessario uisus corrumpitur: nec enim manifestatur, nisi rationabili inuestigatione comprehen-C datur. Verbi gratia, si uisus absque manifesta causa, uel minuitur, uel aufertur: interrogetur patiens an grauitatem sentiat in prora capitis, aut circa frontem: quo id patiente, scias humores humidissimos ad concauum neruum fluxisse, eumque obstruxisse, uel apostema ibi generasse. Potest etiam aliter inuestigari, si uno oculo clauso pupilla alterius non dilatatur, neruum obstructum esse non dubitatur. Item patiens interrogetur si in capite fuerit percussus, uel propter casum aliquem uulneratus: quòd si fuerit, nec pupilla exierit post, nec magis subito uirtus conuersa fuerit: scias neruum esse constrictum. Si autem propinqua uideat, & non longinqua, & non parua: scias spiritum uisibilem esse defectum. Quòd si longinqua & minimæ propinqua uiderit: & si meridie, uespere uero non, sicut accidit senibus: scias causam esse crassitiem spiritus, uel suam cōmistionem cum turbidis humoribus. Hęc sunt accidentia in substantia oculorum latentia. Sed passiones oculorum in mobilibus locis nascentes, aut sunt propter cerebrū, aut propter neruos, aut propter lacertos. Si propter cerebrum, necessario in utroque oculo corrumpitur motus: si propter neruum, illa pars oculorum offenditur, quæ ab illo neruo regitur: quòd si neruus non in toto patitur, sed in parte, motus lacerti, qui neruo illi pertinet, corrumpitur, nonnunquam passio non in neruo, sed in essentia lacerti nascitur.

De musculis qui mouent oculos & palpebras, & de uijs per quas fluunt
D *humores ad oculos.* *Cap. 14.*

Lacerti autem oculorum sunt, ut diximus, duodecim: quorum quinque oculi ipsi mouentur, tribus utriusque nerui fundamentum corroboratur, & per eos oculi seorsum mouentur: reliqui quatuor palpebras mouent. Passio uero lacertorum est duplex, mollities & spasmus. Quòd si lacerti motus oculorum, molles fiant: oculi suæ grauitatis causa descendunt interius, & cum palpebris se infigunt. Si autem spasmantur, uersos oculos torquent: & sic cum nerui spasmantur, in eadem parte qua ipsi patiuntur, oculi torquentur. Tres uero lacerti utriusque nerui fundamentum corroborantes, oculos superius eleuantes, si spasmantur, oculi non patiuntur, immo inde confortantur. si autem mollificantur, oculis nocent, quia extra egrediuntur. Ocolis ergo absque ulla percussione existentibus, uisuque permanente, scias neruos esse mollificatos: quòd si fuerit ex percussione neruorum, fracturam esse cognoscas: si neruus qui palpebras sursum mouet, mollificetur, palpebra deorsum cadet: si spasmatur, non ualet oculum claudere. lacertis quibus interius mouentur palpebrę mollificatis, oculi non clauduntur: si spasmantur, palpebræ superius non eleuantur. Quòd si lacerti in parte patiente non patiuntur, nec palpebræ in loco eius attinente patiuntur. Humores autem ad oculos fluunt, uel per uenas supra craneum existentes, uel per uenas sub craneo existentes. Si per uenam supra craneum manauerint, frontis & temporum uenæ crassæ sunt & extensæ: unde ua-

let

let si incidatur, uel desiccatiua emplastra uel cataplasmata apponantur. Si autem hæc nó apparuerint: E sciás humores per uenas, quæ sub craneo sunt, manare.

PARTICVLA quinta est de uirtutibus medicinarum sanantium morbos oculorum. Cuius sunt capita sex.

De distinctione medicinarum oculorum penes sapores. Cap. 1.

QVi oculorum passionem uolunt curare, eorum medicinas, & uirtutes earum oportet cognoscere, quæ maxime saporibus ostenduntur. Sapor enim uirtutes innuit. Vnde sciendum quòd quæ ad linguam ueniunt, & nihil in eam faciunt, insipida uocãtur. Insipida autem uel sunt simplicia, sicut aqua, uel composita: nulla tamen qualitate præualente. Quòd si aliqua præualuerit, erit aliquantulum frigiditati attinens, sicut medicina quæ dicitur obstruens, quæ duobus modis est: aut terrestris & sicca, sicut hæmatites, & tutia, & cadmia, & his similia: uel uiscosa, ut oui albugo, oleum omphacinum. Quibus aer dominatur, linguam pati faciunt, uel cum delectatione, uel cum nocumento. Quæ delectationem inferunt, necessario patet quòd quibus ea faciunt, eis similia sunt. Linguam ergo delectantia humanæ complexioni sunt similia. Humana autem complexio, temperate calida est & humida. Hinc ergo & omnia linguam delectantia, & humana corpora, sicut aqua tepida, delectant. Delectationem ergo facientibus si aqua dominetur, dulcia sunt: si aer, unctuosa erunt. Ideoque omne nutrimentum uel dulce, uel unctuosum, uel compositum ex utroque. Quibus uero præter istos sapor alius dominatur, non nutriunt, sed sunt propter medicinam. Quæ uero nocent, faciunt linguæ punctionem: quæ punctio species est separationis iuncturæ. Separatio enim iuncturæ aut nimia constrictione fit, aut incisione. Quæ incisionem faciunt, calida sunt: quæ nimiam constrictionem, frigida sunt. Item linguam separantia, aut multum, aut parum separant. Multum separantia, crassa sunt, terrestria, dura, & amara. Quæ non multum separant, salsa uocantur. Quæ uero subtilia & ignea, dicuntur acuta. Quæ autem constringunt, uel sunt crassa, terrestria, uel subtiliatiua, & aquosa. Terrestria, & crassa, multum constrictiua & pontica sunt. Quæ uero minus constrictiua sunt, & styptica, subtilia dicuntur acetosa. F

De speciebus saporum, & impressionibus quas in lingua faciunt. Cap. 2.

Sapores autem sunt isti, dulcis, unctuosus, amarus, salsus, acutus, ponticus, stypticus, acetosus. Ponticus coadunat linguam & premit, non solum superficietenus: uerum etiam intrinsecus, unde obstruit & asperat: Stypticus similiter: Sed salsus lauat & mundificat. Amarus magis salso mundificat, exasperat, & excoriat. Acutus uero mordet, pungit, & calefacit. Acetosus uero sine calefactione. Dulcis humectat & lenit asperitatem linguæ, & delectationem tribuit: Vnctuosus similiter, sed debilius. Sapidus de genere dulcedinis aquositatem non habet sibi dominantem, etiam in sapido dulcedo tantilla sentitur: Vnde fructus a terra sublimes sunt dulces, & propinqui sapido, quia humiditas eorum uicina est humiditati sapidi. Ponticus ergo terrestris est & frigidus: Acetosus, aquosus: Amarus, terrestris, calidus, & igneus: Dulcis, calidus & terrestris: Vnctuosus, aereus. Ponticum quoque pororum scimus coadunatiuum, constrictiuum, incrassatiuum, refrigeratiuum, & desiccatiuum. Acetosus incidit subtiliat, aperit, mundificat, repercutit, dissoluit, refrigerat. Amarus mundificat, lauat, attenuat, & calefacit. Salsus coadunat, obstruit, desiccat, non multum calefacit. Dulcis mollificat, maturat, & moderate calefacit. Vnctuosus humectat, & mollit sine manifesta delectatione. Et sciendum quòd ponticus & acetosus sunt in infrigidatione æquales: sed ponticus, terrestris: acetosus, aquosus est: quod & sensui patet & intellectu. Videmus enim in initio fructus ponticos esse suæ arbori similes, sicut oliuam, uuam, coctana, granata, & similia: quorum quidem quanto sunt pluris temporis, humesiunt: & cum sua humiditate & ponticitate acetositatem recipiunt: deinde sapor paulatim mutatur, quousque dulcis fiat. Sed nonnulli ad dulcedinem ueniunt, nulla mediante acetositate. Sed maturatio fructuum fit calore, quæ duobus est modis: Vna naturaliter fit in fructuũ essentia ex proprio ipsorum calore: alia ex calore Solis. Item sensui patet, quod uidemus ponticum linguã constringere & desiccare, quod est eminentis frigiditatis actio. Palam igitur est ponticum frigidæ complexionis esse. Item acetosum subtile est, etiam penetrabile: cuius causa est calor in eo ebulliens. Vnde patet ponticum crassum esse & terrestre: acetosum uero, subtile, & aquosum: quod sic certificatur. Inuenimus fructus in initio ponticos esse & frigidos, quorum ponticitatis minoratio, aut est propter Solis calorem, aut propter humiditatem, aut propter utrunque. Si propter Solis calorem, maturati dulcorantur, sicut castaneæ. Si autem propter humiditatem crassam, fiunt fructus pontici. Si autem propter humiditatem aquosam & quasi aeream mutantur, fiunt acetosi. Si causa caloris & aquosæ humiditatis mutantur, dulces fiunt. Si uero humiditas aerea fuerit, fiunt unctuosi. Item dulcia & amara sunt calida: sed dulcia sunt in caliditate & humiditate temperata: sic unctuosa: unde utraque naturæ humanæ conueniunt, quæ in humiditate & calore temperata sunt. Amara uero sunt calidiora dulcibus, & siccíora: quod arbitratione probatur. Omnis liquor, si naturali uel extraneo calore coquatur, in primis dulcoratur: sed augmentato calore fit amari saporis: sicut mel cum inueteratur, & etiam super prunas excoquitur. Idcirco dulcia & amara mundificant & lauant: Sed dulcia, cũ moderamine & delectatione. Amara uero, non moderate, quia & iuncturam separant: Acuta, & salsa, calida & sicca sunt: Acuta tamen calidiora & sicciora quasi ignea: unde incendunt & elidunt: ideoque exterius posita mundificant, & superfluam carnem in uulneribus natam corrodunt. Salsa uero potui data crassos humores de pectore & capite educunt, epilepsiæ repugnant: neque enim uelociter ut acuta penetrant, neque in eis est tanta crassitudo, ut diu morentur ingredi, G H

A ingredi, ſicut pontica. Salſa uero terreſtria & calida ſunt, ſed minus, quàm amara. Et hac ratione ſapores inueſtigantur.

De uirtutibus medicinarum primis, ſecundis, & tertiis, & ſuis effectibus. *Cap. 3.*

Virtus autem medicinæ diuerſa intelligitur. Eſt enim prima, ſecunda, tertia. Prima quidem quadruplex eſt, calida, frigida, humida, & ſicca: quarum unaquæque quatuor gradus habet, & unicuique graduum eſt initium, medium, atque finis. Quæ igitur primo gradu eſt, corpus immutat a ſuo temperamento, ſed hæc mutatio ſenſu non apparet. Quæ autem in ſecundo, corpus a temperamento mutat, ſed non multum apparet. In tertio gradu conſiſtens, manifeſte mutat, ſed non corrumpit. Quæ uero in quarto gradu eſt, mutat & corrumpit: ſed calida cum intentione deſtruit, frigida cum dormitatione. quæ uero in quarto gradu ſicca ſunt, neceſſario ſeparant iuncturas. Hæc primam habent uirtutem. Secundam uirtutem habentia, uocantur maturatiua, mollitiua, obſtruentia, aperitiua, mundificatiua, incraſſatiua, inciſiua, incenſiua, putrefactiua, carnis depaſcitiua, carnis generatiua, ſolidatiua, doloris mitigatiua. Maturatiua & mollitiua calida ſunt. Maturatiua etiam neceſſe eſt ut tantum habeant calorem quantum membro curando neceſſarium ſit, ne minuant uel augmentent ſuam naturalem humiditatem. Mollitiua calidiora & humidiora eſſe oportet: quia membra mollitiuis egentia duritiem habent,
B cuius cauſa eſt humor craſſus frigidus & uiſcoſus: unde calida neceſſaria ſunt, quæ craſſitiem & coagulationem illius chymi diſſoluant. Oportet ergo ne ille calor ſit nimius, ne illius chymi ſubtilitate reſoluta, quod craſſum eſt, indureſcat, atque putreſcat. Item neceſſe eſt ut calor eius ſit in fine primi gradus, ſicut bdellium, ſigia, ideſt ſtyrax liquidus, galbanũ, ammoniacum: tum * cum medulla uitulina, caprina, bouina, & ſimilia. Maturatiua, ſi ſint calida & humida, obſtructionem tamen quandam oportet ea habere, qua pori claudantur: quia illis obſeratis calor interius adunatur & corroboratur: unde & digeſtiua & ceteræ actiones naturales uigent, ſicut facit oleum cum aqua calida, farina frumenti cum aqua, mica panis, ſeuum porcinum, uel camelinum, pix, reſina, gummi cypreſſi, cera cum oleo, thus, & ſimilia. Hæc ergo obſtructionem faciunt, ſed non tãtam, ut diſſolutioni repugnet. Si igitur mollitiua huiuſmodi eſſe oportet, induratiua neceſſario erunt frigida, ſicut portulaca, pſylium, lens, aqua, ſolanum, & ſimilia. Obſtruentia adeo poros oblimant, ut facile aperiri non poſſint: unde neceſſe eſt ea eſſe terreſtria, uiſcoſa, nullam punctionem facientia: quæ ſi pungunt, membra ferre non poſſunt, & attenuant, poriq; aperiuntur: & ſic oportet ea eſſe abſque calore nimio & frigore. Aperitiua dicuntur eſſe contraria, ut craſſam materiam attenuent: quæ uirtus in amaris & nitroſis inuenitur, ſicut ſunt iris, amygdala amara, nitrum, orobus, lupinus, dictamus. Sed aperitiua, quæ ſtypticitatem & ponticitatem habent, extra
C poſita non aperiunt: ſed potata uiſcerum aperiunt obſtructionem. Mundificatiua ſunt neceſſario quaſi aperitiua, tamen debiliora, ut lauent & mundificent, ut uiolæ, fabę, dulces amygdalæ, & ſimilia. Medicina corpus mundificans temperate calefacit, nec deſiccat, nec craſſitiem habet, ſicut chamæmelum, malua, ſambucelæon, radix elenij, & ſimilia. Incraſſatiua eſt quaſi obſtruens, conſtrictiua oris uenarum craſſa eſt & frigida, ſtyptica, omni carens reſolutione. Incenſiua multum calida eſt, ſicut allium, cæpa, fel tauri, & ſimilia. Putrefactiua ſubtiliſſima eſt, uaſtans primo ſuperficiem. Carnis minutiua eſt quaſi putrefactiua, debilior tamen. Cicatrizatiua eſt ſicca & ſtyptica, ſed inciſiua, aliquando carnem generat, ſi modice uulneribus apponitur. Attractiua dicitur naturaliter & accidentaliter: naturaliter, cuius attractio eſt cum calore, & ſubtilitate, ſicut ſagapenum: accidentaliter, cui propter putredinem uirtus innaſcitur, ſicut fermento. Doloris mitigatiua debet habere calorem ſimilem calori corporis. Huiuſmodi ſecundam habent uirtutem. Tertiam habent uirtutem, quæ lapidem frangunt, pectus & pulmonem ad ſcreandum iuuant, lac & ſperma generant, urinam & menſtrua prouocant. Medicina attenuans & incidens nimietate caloris lapidem frangit, ut radix capparis, radix calamenthi, uterque elleborus, acetum ſcilliticum. Si enim multum habent calorem, lapidem frangere uidentur: Si nimium calorem non habuerint, & cum aliquo humido accipiuntur, ad ſcreandum
D utiliora ſiunt: Sed ſi aliquantulum ſint calidiora, & tamen in ſtatu temperamenti permaneant, ſiccitatemque non habeant, lac & ſperma generant: Si autem multo plus calidiora fiant, ſed non ſicciora in ultimitate, menſtrua prouocant, ut acorus, petroſelinum, ſeſeli, & ſimilia, quæ ſunt calida, nec nimis ſicca.

De diuiſione medicinarum ſumptarum a plantis & metallis, & animalibus, exemplisque earum. *Cap. 4.*

Medicinam oculorum ſcire uolentem, uirtutes medicinarum ſuarum oportet prius cognoſcere. Sciendum itaque, quòd oculorum medicatiua quædã de naſcentibus terræ, quædam de metallis, quędam de animalibus ſunt. De naſcentibus eſt, ut gummi, aſſa, ſagapenum, euphorbium, myrrha, opium, thus, tragacanthum, galbanum, ſarcocolla, oculi lyciorum, ammoniacum, aut hypocyſthis, acacia, marathrum, fœnugræcum, roſæ, glaucium, aloes, amygdalæ, uel ſicut galla, aut flos roſæ & frondes, aut folium, aut lignum, ut caſia, & cinnamomum: uel ut cortex thuris, uel mandragoræ, uel ſpicæ nardi. De metallis ſicut hæmatites, ſal ammoniacum, flos æris, ærugo, arſenicum, cadmia, nitrum, chalcanthum, plumbum, antimonium, ferrum, ferrugo. De animalibus aliquando ſunt humores, ſicut fel, lac, albumen oui, & urina: aliquando membra eorum, ut cornua, caſtoreum: quarum omnium uirtutes ſingulariter oſtendam.

De prædictis medicinis & earum effectibus specialiter. Cap. 5. E

Assa ceteris gummis calidior est, incendit & dissoluit. Sagapenum calidum est & subtile: mundifi-
cat & attenuat maculas oculorum: ualet quoque suffusioni & oscuritati, quæ fit ex turbiditate. Eu-
phorbium subtile incensiuum est. Myrrha calida & sicca: pustulas oculorum absque dolore mundifi-
cat. Thus calidum in secundo gradu, siccum in primo. Gummi arabicum frigidum est & siccum: ob-
struit: Tragacanthum similiter. Sarcocolla desiccat & consolidat sine nocumento oculi. Lycium
temperatum est in calore, unde mundificat & attenuat crassitudinem super pupillam nascentem. Am-
moniacum apostemara oculorum mundificat & dissoluit. Rosa refrigerat: Glaucium similiter. Suc-
cus hypocysthidis confortat & refrigerat: Acacia similiter. Mandragora refrigerat, dolorem placat,
quia dormitionem prouocat. Marathrum ualet cataractæ, maculas mundificat. Malum coctanum
oppilat & refrigerat. Galla repugnat humoribus ad oculos fluentibus, & membra confortat. Cro-
cus maturat. Balaustia refrigerat, repugnat, desiccat, & confortat. Spica dissoluit & attenuat. Cin-
namomum calefacit, maturat, atque desiccat, & confortat. Hæmatites desiccat, & ualet asperitati pal
pebrarum, carnem superfluam manducat. Sal mundificat, & desiccat: Similiter sal ammoniacum. Ar
senicum rodit & incendit, carnem dissoluit & minuit. Cadmia desiccat atque constringit & mundifi
cat: quæ incensa & lota, superiora agit sine punctione: adiuuat etiam oculorum uulnera, maxime si F
humida, quia desiccat ea. Plumbum desiccat. Antimonium desiccat, & constringit, & calefacit. Aes
ustum uulnera consolidat. Cerusa desiccat & infrigidat. Flos æris desiccat, constringit, & calefacit.
Tutia desiccat & infrigidat sine dolore, maxime si lota est: ualet etiam uulneribus, pustulis, & lachry-
mis oculorum. Ferrugo desiccat & constringit: ualet quoque contra pustulas spinosas. Aerugo car-
nem minuit & attenuat. Sciendum est, quòd omne fel est siccum & attenuatiuum, quod mistum ocu-
li medicinis uisum acuit. Albumen oui confortat & oppilat. Lac lauat & mundificat. Castoreum
scindit atque maturat.

De nouem potentijs medicinarum oculorum, & suis effectibus. Cap. 6.

Hæc est diuersitas specierum medicinæ oculis pertinentium. Oppilatiua, Colatiua, Mundificatiua,
Aperitiua, Putrefactiua, Cōstrictiua, Cōtractiua, Maturatiua Dormitiua. Oppilatiua duobus modis est,
terrestris & sicca, uel humida & uiscosa: Terrestris desiccat humores calidos & subtiles ad oculos fluē-
tes maxime si ibi sint uulnera, qbus oportet adhiberi mūdato capite, prout necesse est, & toto corpore
fluxuque humorum cessante. hæc enim medicina leuiter & subtiliter mediocriter desiccat humores,
qui in oculorum uenis latitant, & ad oculorum panniculos prohibet penetrare: transactoque humo- G
rum cursu, causaque fluxionis eorum præterita, hæc medicina non amplius debet dari, quàm ne do-
lor oculorum augmentetur, quia panniculi oculorum nimia humorum multitudine extenduntur, un-
de & quandoque finduntur. huius tamen medicinæ posteritas non in pauco declaratur tempore, quo-
niam aliquando operatur, & si ratio non expostulat, scilicet uulneribus in oculis apparentibus, uel cor
rosione in cornea existente, uel uuea egrediente: acutis tamen humoribus ad eos fluentibus, non aude
mus desiccatiua ponere. stypticis enim illic positis humores fluere prohibentur, unde dolor augmen-
tatur. quòd si medicina apponatur, materiæ ad oculos fluentis acumen augmentatur. Mollitiua uero
seu dissolutiua seu maturatiua, si dentur, humores quidem maturantur: sed tamen in uulneribus caro
non generatur, neque uulnus sanatur. Acetosis frigidis applicatis, punctura, & morsura, & tumor
in oculis generantur. Nulla igitur medicina conuenit huic passioni, nisi quæ inter calidum & fri-
gidum temperata est, uel temperamento uicina, quod facit tutia lota, cadmia usta & lota, simili-
ter cerusa lota. Alia autem medicina oppilatiua, scilicet humida, uiscosa, quam diximus, ualet in
hoc loco modis duobus: uno, quia non pungit, sed dolorem mitigat: alio, quia lædit asperitatem ex hu-
morum fluxu factam: uulnera enim lauat, unde dolor mitigatur, quia crassi humores acuti mundifican
tur. Sed oculorum medicina sæpissime metallina est: quia uero oculi sensum habent acutum, cum H
metallina, uiscosa & humida misceantur, ne asperitatem faciant, sicut albumen oui, fœnugræcum,
lac, gummi arabicum, tragacanthum, & similia. Medicina aperitiua dissolutiua, necesse est, ut sit acu
ta, quam non expedit ponere in pustulis corneæ, nisi res maturatiua propter sui duritiem non ualeat.
Similiter cum apostema tunicarum panniculorum & pellicularum, maturatiuis non curatur, acuta im
ponatur: quibus tamen maturatiua misceantur, sicut assa, sagapenum, euphorbium, cinnamomum, a-
momum, casia, assarum, achorus, folium, spica. Mundificatiuarum & Colatiuarum quædā mundificāt,
& colant modicum: & ualent contra paruas pustulas & uulnera: sicut cadmia, thus, cornu ceruinum, &
caprinum, & ut dicit Gal. antimonium. Quædam uero nimium mundificant, quæ ualent ad ungulas, sca
bies palpebrarum, pruritus, & crassas pustulas: ut ærugo, tragacanthum, sal ammoniacum: quæ omnia
pungunt: sed cum lauantur, eorum punctio minoratur. Putrefactiua ualent uetustæ scabiei & asperitati:
ungulam uetustam purgant: & prurigiuem, si longi temporis est, curant: ut arsenicum, flos æris, & simi-
lia: Constrictiua medicina etiam temperatæ actionis est, & optime prohibet humorem fluentem, pustu
las & uulnera, ut rosa, folium, crocus, glaucium. thus fortiter stringit & fluxum humorum amputat. Cō
tractiua magnum generat dolorem, quæ etiam ualet commista cum medicina uisum acuente, quia ocu
los, coadunat. & est optima contra asperitatem palpebrarum, sicut est balaustia, cortex thuris, ferru-
go, flos

A go, flos æris, ſuccus hypocyſthidis, ſuccus uuæ agreſtis, acacia, glauciũ. Hæc enim lauãt & leniunt aſperitatem. Maturatiua conuenit apoſtematibus oculorum & doloribus propter humores clauſos in interioribus corneæ: ſicut myrrha, crocus, caſtorium, fœnumgræcum, lycium, ſarcocolla, mellicratum, & ſimilia. Soporifera dolorem magnum patientibus ualent: tunc. ſ. cum doloris magnitudine perire uidentur. Caute tamen adhibeantur, quia uiſum minuunt, & nonnunquam amputant. Idcirco non ſæpe apponantur, uel appoſitis calefactiua miſceantur. Talia ſunt opium, mandragora, & ſimilia.

PARTICVLA ſexta de apoſtematibus, & doloribus, & ipſorum curis in generali, poſtea de ipſis ut inſunt oculis, petia, prurítu, carbone: & pilis, uulneribus, fiſſuris, puſtulis corneæ, panno, ſcabie, nyctalope, ſuffuſionibus, oculorum exitu, & collyriis multis contra morbos oculi. Cuius ſunt capita duodecim.

De apoſtematibus & cauſis ipſorum in generali. Cap. 1.

MAximo ſtudio curationes paſſionum, quas quarta particula ſcripſimus, neceſſe eſt oſtendere. Ac primo de ophthalmia, quoniam quod propoſuimus, tractabimus. Sed quia ophthalmia de genere eſt apoſtematum magnorum, quæ faciunt dolorem, decet nos de apoſtematibus generaliter tractare, deinde ad ea, quæ in oculis fiunt, peruenire. Diximus ſecundo, ꝙ cauſa omnium apoſtematum ſunt B humores ad membra fluentes, cuius cauſa uel interior eſt uel exterior: Interior, ut ſuperabundantia materiæ: Exterior, ut percuſſio, caſus, fractura, uulnus, & ſimilia. Præterea membri præparatio ad recipienda ſuperflua quatuor modis eſt, aut propter membri defectionem, aut raritatẽ, uiæque largitatẽ ad membra tendentem, aut propter ſuæ uirtutis attractionem, fortitudinem, uel ſui locationem naturalẽ. Defectio membri aut naturalis eſt, aut accidentalis: naturalis, ut cutis quam conſtituit natura defectiuam. ut ſuperflua ab interioribus ad exteriora, a nobilibus ad ignobilia expulſa, facilius ſuſcipere poſſit: accidentalis, ut ex infirmitate præterita. Raritas membri, ut teneritas maxillarum & inguinum. Attractiuæ membri fortitudo fit in membris fortibus propter nimium calorẽ, qui calor aut naturalis eſt, aut accidentalis. Propter ſitualem poſitionem, ſicut ſi inferius locatum fuerit. humores enim ad corporis inferiora maxime deſcendunt. Sed materia, quæ defluit, aut eſt humor, aut eſt uentoſitas: Si humor aut ſanguineus, aut aquoſus, aut phlegmaticus, aut melancholicus: Ventoſitas autem, cum non ſit ſubtilis, non generat tumorem. Sanguis autem ſi temperati caloris eſt, phlegmonem generat: ſi calidior & ſubtilior, eriſipelas generat: ſed calidiſſimus ſacrum ignem facit, & uariolas. Aquoſus tumor eſt qui hydropiſis dicitur, phlegmaticus: ſi fuerit ſubtilis, tumorẽ: ſi craſſus, apoſtema generat, quod interius eſt quaſi pingue ſeuum. Melancholicus autem cancrum generat. Ventoſitas autem, ſi fuerit, tumet. Hæc eſt C diuerſitas apoſtematum, quæ diuerſa exigunt medicamina.

De curis apoſtematum. Cap. 2.

Apoſtemata ergo, quæ fiunt ex ſanguine calidiſſimo, ſi eorum cauſa extrinſeca fuerit, nec corporis extiterit plenitudo, medicamine diſſolutiuo & repercuſſiuo curetur: excalpellatio quoque uel inciſio adhibetur opportune. Quòd ſi cauſa ſit intrinſeca, ab initio non dentur mollitiua uel diſſolutiua, cum plus quàm neceſſe eſt diſſolutiua a locis remotis ad apoſtema attrahant. Sed neque repugnantia audemus apponere, ne materia ad membra principalia conuertatur. In initio ergo curationis phlebotomia corpus purgetur: deinde apponantur repugnantia & deſiccatiua, temperiem facientia, ut ſua ſiccitate reſiſtant humoribus, ne ad tumoris perueniant locum, & temperiem complexionis confortent, & locum, ut ſuperfluam materiam deuincant. Sciendum quoque omnia apoſtemata quatuor tempora habere, Initium, augmentum, ſtatum, & declinationem. In initio ergo conuenit repugnantia opponi calori: Repugnantia, tenui materia diſſoluta in parte, & craſſa remanente, mollitiua & diſſolutiua ponuntur. nonnunquam in augmento, magno dolore exiſtente, ſtypticam medicinam & refrigeratiuam poni mus: nimio dolore coacti ſoporiferam adhibemus. Medicina ſanguinolenti apoſtematis, id eſt eryſi D pelatis, quæ eum nimio eſt dolore & calore, ſi cauſa eius fuerit extrinſeca ab initio mollitiua & diſſolutiua ſit: Si autem intrinſeca fuerit, primo detur choleram rubeam pharmacum purgans, deinde ſi opportunum eſt, phlebotomemus. poſtea medicina infrigidans & humectans apponatur: calore tranſacto diſſolutiua aptetur. Apoſtema, cuius materia fuerit ſanguis craſſus, ſi cum uulnere punctione, & putredine ſit, in initio phlebotomia ei ſubuenias: deinde uulnera medicina corroſiua & mũdificatiua curantur: Sed tamen conſidera apoſtematis magnitudinem ex calore: quia ſi magnũ fuerit, repugnantia pones: ſi calidiſſimum, fortem caue medicinam. Aquoſum apoſtema uel ſolutione, uel inciſione curetur. Prima autem ſpecies phlegmatis, quæ eſt, ut mel, curatur conſtrictiuis uel confortatiuis & ſolidatiuis, ſicut eſt uinum miſtum cum lycio & nitro. oportet autem a leuioribus incipere, & ſic ad fortiora procedere. Quòd ſi fuerit inueteratum apoſtema, eum inciſiua & diſſolutiua: & ſuperius ligentur fortiter & inferius leuiter. Secundum genus phlegmatis taliter curatur, diſſolutiuis, putrefactiuis & inciſiuis. Tertium uero, putrefacientibus, & incidentibus, diſſolutiua uero non ualent. Quartum genus ſtylo incenſiuo curatur. Melancholicum apoſtema, idest cancer difficile curatur, non incidatur, inciſio multis inconueniens eſt modis: Primo, quia ſyncopam generat, ſi locus multas uenas habuerit: Secundo, quia membra principalia non patiuntur membrum ligari neque ſanguinem conſtringi niſi cum cauterio: & in loco aliquando naſcitur, in quo non au-

demus cauterium apponere. in huius igitur initio corpus ad temperamentum oportet reuocari, & ad bonum, cum phlebotomia, & pharmacia, & diæta, & similibus immutari. Apostema de uentositate factum dissolutiuo curatur.

De causis & cura doloris in generali. *Cap. 3.*

Dolor duobus est modis, subita qualitatis immutatione, & iũcturæ separatione. Mutatio uel est de frigore uel de calore, unde causam eius non oportet inuestigari. Separatio iuncturæ tribus modis fit, incisione, fractura, crepatura. Incisio uel extrinseca est cum gladio, uel intrinseca, ut cum acuta humorum qualitate. Fractura autem fit de exterioribus, sicut solidis & crassis corporibus ponderantibus: aut de interioribus, ut de apostematibus: De exterioribus, si sit lapis, locum in quo scindit conculcat propter utranque loci extremitatem, qui depressus necessario extenditur. Iunctura, quæ separatur de interioribus taliter fit, augmentata materia concauitates replet membrorum, doloremque generat. Materia uero humorum est, uel uentositas uel acuta qualitas. Ideoq; sex sunt causæ doloris, chymus nimius, uentositas non habens exitum, magnum apostema uel durum, humorum acuitas, uel uulnerum siccitas, uel caliditas, uel frigiditas. Si dolor propter nimium chymum fuerit, ipso purgato cessabit: Si propter crassam uentositatem, cibo subtili & potu calidisque fomentis & cataplasmatibus curatur: Si ex apostematibus, ipsorum curatio est dolorum amputatio: Si ab humorum qualitate processerit incensiua, necesse est chymum purgari, siue in bonum mutari cum medicina doloris mitigatiua, quòd si non sufficiat, soporifera imponamus, ut dolor mitigetur. Quòd si de frigidis crassis & uiscosis humoribus processit, soporiferam caueamus, quia non est tantus dolor qui de his nascitur. Si crassa uentositas exitum non habens causa fuit doloris, res attenuatiua & dissolutiua adhibenda erit, ut uentositas dissoluatur, & humores desiccentur. Sic etiam de ceteris contraria contrarijs oppone. F

De causis & cura dolorum oculorum. *Cap. 4.*

Oculi uero patiuntur ex apostemate uel propter acutos humores ad ipsos fluentes, uel propter pellicularum suarum extensionem ab humorum plenitudine, aut inclusione crassorũ humorum & uiscosorum, uel crassæ uentositatis in loco illo. Si fit propter acutos humores, pharmacia detur, materia deorsum ducatur, & oculi cum albumine oui lauentur. Purgato corpore & apostemate maturari incipiẽte, balneum diligenter aptetur. Quòd si dolor fuerit propter humores interius clausos, totũ corpus maxime purgetur, deinde calefacientibus utatur, & oculi cum decoctiõe fœnugræci lauentur: & ante purgationem totius corporis dissolutiua & calefactiua caueanť, quia ad apostema plus attrahũt quàm dissoluunt. Sciendum quòd humores ad oculos ueniunt, uel de omnibus partibus, uel de solo capite: si de solo capite solum caput expedit purgari, postea confortari, & ad temperiem duci, ne ultra malos humores generet, plurimumque digerat humores. decet etiam confortare cor, & corroborare, & temperare, quando arteriæ in causa sunt, quare humores ad ipsos defluunt: quæ si supra craneum fuerint, desiccatiuum cataplasma & emplastrum apponatur: his non proficientibus incidantur. Nonnunquam dolor fit in oculis propter sanguinis coagulationem in uenis oculorum clausi, unde plenæ uidentur, & oculorum essentia sanguinolenta. Quæ passio curatur uini potatione, tamen balneo præcedente. G

De ophthalmia & eius cura. *Cap. 5.*

Diximus quod ophthalmia est apostema calidum nascens in coniunctiua, & ostendimus curam apostematum solis oculis pertinentium. Vnde quia oculi sensum habent acutissimum, & dolorem ferre nequeunt: non temere curentur forti medicamine, sed cum rebus dolores mitigantibus temperentur. Et fiat, quod apponendum est, humidum: & uiscosum in loco in quo congruit, immisceatur: & palpebra suauiter eleuata: medicina guttatim inijciatur: & ab initio non nimio existente dolore, medicina aliquid stypticitatis habens, sicut collyrium in quo est acacia, ponatur: etiam dissolutiuum & maturatiuum medicamen sicut crocus & lycium: similiter & styptica, ut myrrha & castorium, thus masculinum. Collyrium quoque si multum stypticum fuerit, humefiat cum albumine oui, lacte, & decoctione fœnugræci. Hæc si fecerimus, in uno die dolor remittetur, & passio declinabit: qua declinante balneum succedat, deinde collyrium priore fortius imponatur sicut nechium ut constringat & confortet oculos: tamen parum acuti collyrij cum eo misceatur, & parum a medio ad multum ascẽdatur. Quòd si ophthalmia cum nimio dolore fuerit, ponatur ab initio collyrium, quod dicitur diarhodon*asperon. Apostemate uero decrescente diarhodon*crimoni imponatur, & calefiat sæpissime, si nimio pungetur dolore: & si dolor non sit multus, sufficit semel aut bis: & hæc calefactio fiat de meliloto, fœnugræco, & similibus. Cataplasmetur quoque croco, meliloto, coriandro, oui uitello, pane loto in uino. Sed si dolor nimius fuerit, misceatur illi cataplasmati decoctio papaueris: vnguentum factum de croco, glaucio, lycio, gummi, & aloe, ponatur supra frontem. Si calidi sunt humores, ramus portulacæ, citonij, uel succus portulacæ, psilij, strigni, & similia. Si calidus non fuerit multum, puluis molendini, myrrha, thus, albumen oui. Humoribus uero frigidis existentibus, sulfur, pix liquida, colophonia, & similia apponantur. H

De curis petiæ, tumoris, & pruritus oculorum. *Cap. 6.*

Ad petiam sanguis columbæ, pauonis, & omnia talia prosunt, si cum thure modico misceantur: & calefactio

A calefactio decoctionis hordei & hyssopi prodest. Oculorum tumores habentibus fiat cataplasma ex uuis passis sine acinis ex melicrato uel aceto. Si tamen apostema non dissoluatur, radix trita admisceatur: tumore nondum dissoluto, succus columbæ apponatur. Pruritus sicut apostema curetur purgatione corporis: & dissolutione materię intus clausæ, & collyrijs, & cataplasmatibus, & fomẽtatione aquæ calidæ in nocte oculis apposita: quæ mista cum oleo rosato, aut in ouo anatis pruritum amputat, & oleum rosatum temperate calidum. Sæpe tamen oculis cholericam imponimus medicinam, ut lachrymas in eis prouocet, quibus lauentur, & mollificentur. Pruritus cum nimio fluxu humorum, medicina Erasistrati * curatur.

De carne addita in oculis, & carbone, & cura. *Cap. 7.*

Si carnes additæ propter uulnera fuerint, non curantur, nisi chirurgia. Excrescentia superfluæ carnis acuta medicina curetur, sicut ærugine æris, sulfure, & similibus. Si autem caro oculorum excreuerit superflue, non curabitur nisi chirurgia. Quòd si locus ille tumidus fuerit, ualet allium gummi cũ glaucio & uino. Nascitur etiam quoddam in oculis, quod dicitur carbo: & sicut apostema curatur: cumque saniem habuerit, sicut uulnus curatur saniem habens. Quidam medici ponũt in hac passione glaucium, tragacanthum, rutam, succum mali granati, lanam ustam, uel myrrham & aloem. Huic passioni ualent B ammoniacum cum aceto: & aliquando admiscemus cum eis de hordeo & zedoario: & capita muscarũ e cera cataplasmata.

De pilorum ablatione & remedio contra casum pilorum. *Cap. 8.*

Pilis ablatis lauentur loca ipsorum aquis salsis, & aluminosis, & ungantur loca pilorum: palpebræ cum albumine oui, & alumine, staphisagria, & farfima, idest stercore columbino. Collyrium Sabor. ualet ad pilos cadentes de palpebris. Recipe ossium dactylorum drach. iuj. cadmiæ drach. ij. Aliud Sabor. Recipe antimonij, chalcanthi, tragacanthi pondus æquale: quæ omnia cum melle temperata terantur, deinde collyrium fiat. Si autem pilis cadentibus palpebræ appareant crassæ, stercus muris cum melle temperatum ualet. superflui pili de palpebris sunt amputandi. Quidam dicunt pilos non ultra nasci, si radicibus pilorum extractis sanguine testudinis uel dentibus caninis locus ungatur.

De curis uulnerum, & fissurarum in generali. *Cap. 9.*

Oportet primo uniuersaliter dicere de uulneribus, postea uero de ijs, quæ propria sint oculis. Omne uulnus uel concauum est tantum, uel fissum. Si multum fuerit fissum, trina intentione curatur. Iunga C mus utranque partem, & suamus studiose, & curemus ne incidat puluis uel pilus. Quòd si magnum uulnus fuerit, nec pars parti possit coniungi, nec sanies permaneat in concauitate: necesse est uti desiccatiuo medicamine, ut finita sanie uulnus impleatur carne. Cuius compositio est, cum causa uel morbo uel accidenti. Si cum causa sunt humores ad illud fluentes, corpus purgetur pharmacia, & phlebotomia: diæta quoque temperetur: deinde desiccatiuis siccetur. Quòd si fuerit cum morbo, uel est simplex uel compositus. Si morbus simplex est, ad temperiem membrorum reducatur: Quòd si compositus, uel ut naturam suam membrum egrediatur, uel uulnus multum concauum sit: duplex medicina necessaria est: Vna, qua membrum ad temperamentum redeat: Altera, qua concauitas carne repleatur. Impleatur ergo medicamine desiccatiuo mundificatiuo, quod humores coadunatos destruat, uulnusque a putredine mundificet. Sed ut per poros possint egredi superflua (unum subtile & cõtinuum, quod latet sensum: aliud crassum, quod ut lutum in corpore coadunatur: & hæc duo superflua plus in uulneribus, quàm alicubi sunt propter loci defectionem atque dolorem) necessaria est desiccatiua & mundificatiua medicina, qua mũdificetur & deliccetur superfluitatis sordities. Omne etiam uulnus uel concauum est, uel fissum. Et si fuerit cum accidente sicut cum dolore, mitigatiua conueniunt. Fissura si parua sit, non est necessaria nisi coniunctio partium: & parum medico eget, nisi locus uulneris partem amiserit, D quæ pars uel caro est, uel cutis, uel utrunque. Si sit cutis, apponatur styptica uel desiccatiua, ut locus induratus cuti assimuletur. nonnunquam acuta medicina facit hoc accidentaliter. calida medicina paulatim apposita facit hoc accidentaliter, & locum sua siccitate indurat. Multa uero quantitas ex ea, loco apposita resoluit causam, & minuit fissuram. Quòd si caro a uulnere sit amota, in initio carnis generatiua expediunt: deinde locus mundetur, & cuti assimuletur. Sed omnẽ medicinam, quæ uulneribus pertinet, necesse est siccam esse, quæ tamen propter causam quandoque cauenda est. Parum sicca erit, ne multum siccãs carnem prohibeat generari. Mundificatiuam quoque siccam esse oportet: ut putredinẽ mundet uulnera consolidans. Desiccatiua esse debet ea, quæ generat carnem, quæ nec mordicatiua sit, nec abrodens, sed styptica ut caro induretur, eutique assimuletur. Hæc est disputatio uniuersalis uulnerum, & medicina.

De uulneribus oculorum, pustulis in cornea, panno, ungula, nyctalope, scabie. *Cap. 10.*

Sed uulneribus oculorum, si sint simplicia, mundans & colans cõgruit medicina, quia humores cito undiq; fluunt ad oculos propter acumen sensus eorũ. Quòd si uulnus cum tumore sit, uel nimio dolore apponunt collyria, quæ thus & metalla usta recipiunt, & cataplasmata: nec pungitiua cataplasmentur.

Aliquando tamen, si putredo uulneri insit, colatiua tunc apponatur. Sed intueri oportet an uulnus carnem rodat. Inuestigandum quoque unde humores ad oculos fluxerint: quo * perfecto, caput & corpus expedit purgari. Deinde apponenda sunt collyria desiccatiua, nullamque facientia punctionem sicut ea, quæ respiciunt casum, cum dantur cum lacte uel cum decoctione fœnugræci. Si dolor est nimius, aliquando soporifera medicamina apponuntur: fluxu humorum cessante, eis styptica apponuntur. Præuidendum tamen ne * uuea egrediatur, cui egredienti stypticum conuenit adiutorium. Collectio & pustulæ in cornea nascentes curantur cum medicina maturatiua, mediocriter colatiua, sicut collyrio recipiente crocum, thus, myrrham, castorium, decoctionem fœnugræci. Quòd si non * inuenerint, & tumor non dissoluatur: calidum & aperitiuum appone, sicut sagapenum, euphorbium, & similia. Pannus in oculorum albedine natus colatiuo & mundificatiuo curetur. Quòd si fuerit subtilis, sufficit succus rubei papaueris, uel decoctum minoris centaureæ cum melle: si grossus, fortiora dari necesse est: sicut picem liquidam, æs ustum, nitrum, stercus muris, myrrham, sal ammoniacum, & similia. Si aliquid ex eo remanserit, gallam, acaciam & chalcanthum appone. Vngula & scabies, si duræ sint etiam & ueteres, incidere eas uel excoriare optimum est: sin autem subtiles, appone æs ustum, florem æris, fel porcinum, sal ammoniacum. His nondum proficientibus, appone medicinam putrefacientem atque rodentem. Scabies non stypticis est curanda, quæ si sit cum uulnere magnoque pruritu, conuertatur palpebra & cum hoc excorietur. Est quædam passio oculorum, quam qui habuerint, uespere non uident, quos phlebotomari conuenit de cephalica brachij, & utantur pharmacia, & clysteribus, & caput purgantibus, & gargarismate, & sternutatione mundificentur: uena auris incidatur. Oculis mel cum alumine., & sale ammoniaco apponatur, & cum hepate caprino fumigetur. hæc omnia prosunt.

De suffusione, egressu oculorum, & petia. Cap. 11.

SVffusio, id est uisus defectio, sic curatur. Caput, totum purgetur, ut diximus: diæta sit tenuis: deinde utatur collyrijs, fœnumgræcum, mel, sagapenum, asarum, thus recipientibus, & opobalsamum, & ammoniacum. Valet quoque si uena hepatica incidatur, & sanguisugæ temporibus apponantur. Oculis extra exeuntibus, uentosa in collo apponatur. oculi ligentur & aqua salsa suffumigentur. Petia curatur sanguine oculis instillato. deinde cum albumine oui oleoque rosarum ligentur.

De collyrijs multis ad oculorum ægritudines. Cap. 12.

COllyrium quod dicitur Diarhodon in modum piperis ualens in augmento doloris opthalmiæ. Recipe cadmiæ, cerussæ, ana drach. xiiij. rosarum drach. duodecim, gummi, amyli ana. drach. i. tragacanthi drach. iiij. & s. aloes drach. vi. tempera cum aqua pluuiali, & informa. Aliud in initio ophthalmiæ, quod etiam uetustæ ualet. Recipe acaciæ drach. liiij. gummi. ʒ. xliiij. cadmiæ drach. xxxvi. tempera cum uino pôtico ana. drach. xij. tempera cum aqua pluuiali. hæc omnia a Paulo sunt ordinata. Ista uero Galenus dicit. Collyrium ualens ad dissoluendum apostema die uno & ad ophthalmiam. Recipe antimonij, acaciæ ana. ʒ. lxx. cadmiæ drach. ix. æris usti loti. ʒ. xxi. cerussæ drach. xij. & s. myrrhæ. ʒ. vi. sulfuris drach. vi. castorii, opij, calcanthi usti ana. drach. vi. gummi. drach. ix. tempera cum albumine oui, in uno die est ualidissimum. Aliud Pauli. Recipe cadmiæ, croci, gummi ana. ʒ. iiij. æris usti drach. xiiij. cerussæ, rosarum ana. drach. xxij. polij, croci, calcanthi, opij ana. drach. vj. aloes, spicæ, castorij ana. drach. i. & s. tempera cum aqua: curat uero ophthalmiam & humores uel propter dolorem, uel uetus uulnus fluentes. Aliud. Recipe cadmiæ, acaciæ gummi ana. drach. ix. antimonij triti drach. xx. castorij, opij ana. drach. vj. lycij. drach. iiij. & s. myrrhæ drach. xij. spicæ, aloes ana. drach. iiij. gummi, tragacanthi, chalcanthi ana. drach. i. & s. tempera cum uino & aqua myrtina. Aliud ad superiora. Recipe acaciæ gummi ana. ʒ. lx. plumbi loti. ʒ. xxx. spicæ, casiæ ana. ʒ. vij. rosarũ, cadmiæ ana. ʒ. xxx. cerussæ, aloes, opij, croci ana. ʒ. ix. castorij, lycij ana. ʒ. iiij. & s. tempera cum albumine oui: ualet uulneribus & omnibus passionibus oculorum uetustis & putrefactis. Aliud in statu conueniens cum albumine oui, in declinatione cum aqua. Recipe cadmiæ uetustæ & lotæ, cerussæ ana. drach. vi. amyli, tragacanthi ana. drach. iij. hyoscyami drach. i. & s. croci. drach. vi. glaucij, sarcocollæ ana. drach. vi. opij drach. iiij. tragacanthi drach. vi. croci drachmas tres, gummi, opij drach. i. & s. tempera cum aqua. Aliud ualens in augmento ophthalmiæ. Recipe cadmiæ, cerussæ ana. drach. xxiiij. rosarum. xij. gummi amyli ana. drachmas quatuor: tragacanthi, drachmas quatuor, & s. aloes, drach. iiij. tempera cum aqua. ualet in uulneribus & humoribus uulnerosis & lachrymis ex oculis fluentibus. Aliud ualens ad ophthalmiam, & uulnera, & adustiones, & ad mundificandum uulneris putredinem. Recipe antimonij usti, cadmiæ, rosarum ana. drach. xxiiij. cerussæ tritæ xxij. opij, drach. vi. tempera cum aqua. Aliud nimio dolori conueniens, & liquidissimos humores ad oculos fluentes reprimens, Recipe rosarum, drach. vi. & s. opij, spicæ ana. drach. i. Aliud. Rosarum drach. xxij. croci. vi. æris usti & loti, drach. i. & s. tempera cum aqua pluuiali. Aliud. Recipe rosarum, drach. xviij. cineris locorum ubi æs funditur, drach. vi. croci, opij, gummi, ana. drach. vij. tempera cum aqua pluuiali. Aliud. Recipe gummi drach. iij. tragacanthi, drach. i. & s. tempera cum aqua pluuiali. Aliud. Recipe myrrhæ drachmas. lxxv. rosarum. xl. croci. vi. & s. tempera cum uino.

A uino. Aliud ualet nimio dolori, pustulis, concauis putridis uulneribus corneæ, oculosque exeun-
tes comprimit, omnemque oculorum passionem ad sanandum difficillimam curat. Recipe rosa-
rum drachmas centumocto. gummi.xxxvi.cadmiæ ustæ & lotæ drach.xxi. croci undecim: opij, anti-
monij, drach.ij.&.s.iatri spicæ drachmas tres: myrrhæ.iij.tempera cum aqua pluuiali. Collyrium
Pauli. Recipe æris usti, tragacanthi usti, ana. drach. viij. croci.ij. nitri drach.i. coquãtur ad mellis
spissitudinem. Aliud eiusdem, ualet scabiei palpebrarum, ueterique ophthalmiæ, saniem, & uul
nera aurium, & os rodentia sanat. Recipe æris usti drach. quatuor; myrrhæ, drachmam unam, &
s.piperis, croci, uini ana. drach.ix. Collyrium Pauli. Recipe cadmiæ auri & argenti drachmas
tres. tempera cum aqua pluuiali. Collyrium Oribasij ualens in initio ophthalmiæ & uulneribus.
Recipe cadmiæ, cerussæ, tragacant.ana.drach.uigintiquatuor, antimonij, gummi usti ana.drach.xxi.
plumbi incensi, tutiæ, ana.drach.uigintiquatuor. Aliud. Amyli.xvi.gummi.ix.æris usti, tragacant.
ana drach.vi.myrrhæ, opij,ana.drach.v. Aliud ualens ustioni, uueam egredi prohibens, subueniẽs
uulneribus. Recipe antimonij usti, cerussæ ana.drach.uigintiquatuor, myrrhæ drachmas tres.amy-
li xix.tragacanth. xij.gummi.vi.tempera cum aqua pluuiali. Aliud ualens pustulis, uulneribus sanio
sis, & nimio dolori duræque ophtalmiæ. Recipe cadmiæ ustæ & lotæ drachmas uigintiquatuor,an
B timonij loti & usti.xviij.amyli.iij.plumbi incensi & loti.xij.tutiæ,myrrhæ ana. drachmas. xij. tempera
cum aqua. Aliud. Recipe tutiæ drachmas duodecim, cadmiæ lotæ. cerussæ ana. drachmas
cxxiiij.antimonij incensi & loti xviij.myrrhæ, opij, ana. drachmas quinquaginta. &. s. tragacanthi
drachmas duodecim. tempera cum aqua. Aliud utilissimum asperitati palpebrarum & scabiei.
Recipe chalcanti drachmas duas,cadmiæ drachmam unam. ad Solem cum uino sufficienter agita.
Aliud. Recipe cadmiæ drachmas.vj.chal canthi gra.triginta, pip. gra. xxxviij. spicæ, drachmam
unam &.s.alias drachmas tres &.s. cadmiam & chalcanthum tritura sufficienter & agita, deinde cum
pipere spicam commisce & tempera. Aliud ualens scabiei, & humoribus ad oculos fluentibus, ue
terique passioni, & pustulis. Recipe cadmiæ, gallæ, rosarum, gummi, croci, ana. drachmas tres,
opij, drachmam unam. omnia puluerizata cum uino ad solem sufficienter agita. Ad oculos cali-
ginosos & sanguinolentos, aloe trita cum albumine oui mirifice prodest: si aloen non habueris, ca-
nabis trita idem facit. Ad oculos dolentes, & lachrymas stringendas, & pruritum tollendum.
Collige mel despumatum, & ex eo unge folia hederæ, & superasperge puluerem fęcis uini, & ocu
lis superpone per noctem. expertum est. Idem chelidonia cocta in aqua, si ex ea oculi fomenten
tur, dolentibus prodest. Item coriandrum uiride tritum admisto lacte mulieris oculis superpone,
C dolorem & tumorem tollit. Idem facit radix cucurbitæ agrestis trita & imposita. Fel caprinum cum
melle antiquo mistum & inunctum oculorum caliginem destruit. Ad pannum ab oculis abstergen-
dum. Fæcem uini, album oui: rasuram ossis sepiæ facto puluere mitte donec corrodatur. Vitellus
oui tritus succoque apij mistus & inunctus sanguinem spargit. Absinthium uiride cum albumine oui
tritum,& nocte suppositum sanat. Ad tumorem calidum & sanguinem oculorum, anagallis cum
albumine oui trita & imposita prodest. Ad tumoris calidi dolorem. Herbam uiolariam cum o-
leo rosaceo tere, & superpone: mire iuuat. Valet etiam mali granati succus. in uase æneo uel stan-
neo ipsum coque & cola, & cum opus fuerit utere. Item Recipe plantaginis, centaureæ, ungulæ
caballinæ, pulegij, betonicæ, chamædryos, apij, foeniculi radicum, partes æquales, pone in olla
noua,& intra sparge foenumgræcum.Item lycium in rhodoscomate guttatim impositum ualet. Item
auripigmentum,pannum subtile laneum,& fimum hominis combure in olla bene argillata.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE RENVM AFFECTVVM DIGNOTIONE, ET MEDICATIONE.

Chriſtophoro Heyl Vuiſsbadenſi interprete.

Nunc primum ad græcorum codicum fidem accuratiſſime recognitus.

De ſubſtantia, figura, ſitu, partibus, & uſu renum. *Cap. 1.*

RENIBVS peculiare quoddam corpus eſt ex fibris & carne conſtitutum, quod
cum alia parte nulla commune habēt: & caro hæc denſa eſt, ne ſanguis qui ad F
ipſos defertur, facili momēto diffluat, effundatur, & abeat cum urina. Carnea
hæc ſubſtantia non paucas habet inuolutiones, in quibus quoniā ſingulatim
per ſubſtantiam lapides plerunque generantur, fiunt in renibus grauiſſimi do-
lores. Ac de ſubſtantia quidem hactenus. Figuram autem renes habent græ-
cæ literæ Ϲ: & in medio cauitatem quādam, qua ex uenis & arterijs ſeroſum
excrementum excipiunt: nam ad eos non maiores ſolum uenæ, quarum aliæ in
cauitatem hanc inferuntur, aliæ in membranam, quæ renes circuntegit: ſed meatus etiam capillis mo-
do exiles deferuntur. Dexter autem ſiniſtro ſublimior eſt: ne inter operandum, alter trahat, alter retra-
hat. Iacent ad ſpinam renes, paulo altius quàm ilia: & ex ſe, urinarios meatus duos emittunt, quibus
ad ueſicam urina deducitur. Sed habent iſti quoque meatus propriam corporis ſui ſubſtantiam, quam
in alia particula nuſquam reperias. Duos autem natura renes produxit, non unum. quoniam alias ex-
crementorum ſpecies ſeroſa hæc ſuperfluitas non parum ſuperat, quam attrahere, renum officium eſt:
ignorare enim non debemus alteram cauæ uenæ partem ad corporis noſtri inferiores partes deferri:
quæ bifariam diuiſa eſt, altera parte ſurſum, altera deorſum porrigitur. Pars quæ deſcendit, rurſus tri-
pliciter finditur, & pars una ad crura porrigitur, altera ad teſticulos, & tertia ad renes. Procedunt uero G
& de corde arteriæ, quæ ſeroſum excrementum & unà caliditatem immittant, ut ab eis renes calefiāt.
nam renes ita ex ſeroſo iſto excremento frigent, ut ex atræ bilis ſucco lien. Quamobrem a dictis iam
arterijs calor renibus ſupeditatur, quò natiuam ſuā frigiditatem poſſint euincere. Poſtquam uero ſero-
ſum id excrementum renes attraxerunt, utilem qui in eo eſt ſanguinem ipſi retinent, & ex eo nutriun-
tur: excrementum uero ipſum ſeroſum a facultate ſegregatrice ceu inutile expellitur. Sed quandiu in
uenis & arterijs hoc cum ſanguine currit, excrementum ſeroſum: cum ſegregatum eſt, lotium nomina
tur. Proinde quod in ſanguine utile eſt, id ſibi renes in nutrimentum ſeruant: quod autem inutile, id abi
gunt. Atque ut bilis ueſica, bile delectatur: & lien atræ bilis ſucco: ita renes ſeroſo iſto excremēto gau
dent. Renum autem operatio eſt ſecernere & percolare ſeroſum excrementum a ſanguine. Atque hic
renum uſus eſt. Non ſolum autem renum, ſed & ſingularum partium operatio medico eſt inueſtigāda:
quòd ex operatione labefactata cognoſcatur, quæ particula morbo ſit affecta: & ex modo ruinæ ope-
rationis, quantum ſit quæque affecta.

Quibus ex cauſis calculi oriantur, & qua ratione pueris in ueſica, adultis in renibus frequentius ortri ſoleant. *Cap. 2.*

OMnis affectus, quo ren laborat, quanquam Nephritis dicitur, ſiue is ſimilaris ſit, ſiue inſtrumēta- H
lis, ſiue communis: proprie tamen Lithiaſis id eſt calculi morbus, Nephritis appellatur. Sunt au-
tem lapidis huius quatuor cauſæ. Efficiēs, materialis, inſtrumentalis, & finalis. Nec operoſum fuerit di
ſcere a rebus externis, lapidis concretionem, aut a frigore, aut a calore fieri: uelut in riuulis & canali-
bus, cum caliditas, materiæ non expirante & uentilata, exoritur. cum aqua in aliquo canali ſubſtat, ca-
lor quidam præter naturam accenditur, quo diſpergente id quod in aqua ſic cœnoſa partium erat te-
nuium, quod craſſarum eſt partium in terram dureſcit, manenſq; in eo loco ſubſtantiæ lapideæ ex qua
factus canalis eſt, adhæreſcit: & in lapidē ſic colligitur. Subnectam aliud de eadem re notum exemplū.
In lebete generari lapides ſæpe compertum eſt aquæ parte, quæ tenuis fuerat, diſſoluta, manente alia,
quæ craſſa & terrena eſt: ea enim lebetis uel alius æris corpori affigitur, & lapideſcit. Verum in nobis
lapidem frigus non parit: neque enim fieri poteſt, ut uiuo corpori tantum frigus accidat, quo concre-
ſcere ualeat in homine lapis, quemadmodum fieri in externis uidemus: quo fit, ut a calore lapis in ho-
mine generetur, eoque uel uehementi, uel tepido. Nam ſi craſſa materia eſt, ſufficere poteſt tepida
& moderata caliditas, & quæ naturalis eſt, ad firmandam & indurandam terræ modo craſſam hanc
materiam: eſt enim craſſities ad generandum lapidem ſingulariter accommodata: Sin tenuior
eſt, uehemētiori tū plane indigebit caliditate, ſiue naturali, ſiue præter naturā, qua dureſcat in terram: ſi-
quidem

A quidem calor tenues materiæ partes euaporare facit atque ita, ubi ualuerit, lapidem cōformat. Ideo-
que simpliciter a calore fit in nobis calculus. Materialis causa est crassus aut glutinosus succus, uel
utroque modo uitiatus. Instrumentalis causa est ren, aut uesica, uel pars alia quæ generando lapidi sit
opportuna. Finalem causam haud aliam dicas, quàm lapidem ipsum. Sanguis qui in renes fertur,
aut crassior seipso est, aut pituitosior, aut magis ad bilem atram, aut rufam demutatus: ferturque ad
eos per uenas & arterias, uel in cauitatem, uel substantiam: eo delatus, si quātitate, uel qualitate, uel
consistentia excedat, astringitur, detentusque concipit caliditatem præter naturam: hæc caliditas prę
ter naturam amplius eum densat, agglutinat, & assat, assatumque ipsum in terram & lapidem com-
mutat. Qui itaque arbitrantur in renum concauitate lapides consistere solum, cum per ruinæ meatus
transeunt, dolere laborantes dicunt: Qui uero in ipso renum corpore gigni lapides arbitrantur, quo
modo & in arthriticis nodi gignuntur: non solum cum pertranseunt, sed & quando generantur, & quā
do renum concauitatem subeunt, dolere laborantes asserunt. Sed fieri utroque modo lapides posse
nobis satis persuasum est, cū succus tenax & crassus tempore aliquo assatur in ijs atque exiccatur. De
monstratum est enim in commentarijs de facultatibus naturalibus renem trahere ad se quicquid in ue
nis serosi & tenuis cum sanguine permistum reperiatur. Si quando igitur meatus, qui in renis uentri
B culum illud transmittunt, latius aperiantur, crassius una aliquid colatur: quo calefacto & exiccato in
renis cauitate, lapidosam consistentiam assequitur. Quamobrem si uirtus segregatrix ipsius renis id
omne in urinis expulerit, arenosum in ipsis sedimentum proueniet. Si infarctum id & solutu difficile
sit quod renis cauitas suscepit, ad eum aliud adhuc non absimile ex caua uena immissum deinceps col
ligitur, & augescit (circunlinitur enim semper quod affluit ei quod iam adest) itaque lapis non adeo
contemnendæ magnitudinis exurgit. Quod certe ut facilius fiat, renum temperatura iuuare potest
haud mediocriter, si calore naturali hæc ceu feruens & acris fuerit. Atqui si foramen & meatus, qui
ex uena caua in renem peruenit, fuerit rarefactus, & sanguis humens, neque crassus neque glutino-
sus: tum urina fiet cruenta. Cum itaque ex sola pituita tenaci & crassa porosorum & lapidosorum cor
porum, quæ in renibus coguntur, substantia coiuerit: color inesse solet, quem cineritium nomina-
mus: nō absimilem lapidi, quē fieri in aquis sponte natis, quæ αὐτοφυῶς græce dicuntur, uidemus. Hæ
nanque, si tepidiores sint quàm pro temperatione, tophos uidentur producere: neque alij causæ ac-
ceptum feremus, quod pueris in uesica lapides generentur, ætate uero florentibus in renibus. Quip
pe cum actiones naturales in pueris sint omnes fortes, fusa est in eis & dissoluta succorum crassities.
Contrario modo se habent qui ætate processerunt: nam actionibus in hisce debilioribus coacta est
C crassities succorum. Apparet uero in externis id quoque, cum uidelicet quæ crassam naturam habēt,
per tenuia foramina traijcere institutum sit. quæ nanque fusa calore sunt & colliquata, transire ocyus
uidemus: quæ uero liquata non sunt, traiectioni resistere. harum materiarum exempla nobis sunt pix,
resina, adeps, cera, & mel. Cum itaque in pueris calidum innatum abundet, & fortes sint actiones:
crassitudo materiæ diluta in renes delabitur, indeque facilius in uesicam transit, non parum etiam ad-
iuuante ad transitionis celeritatem ipso actionum robore. in uesica autem existente frigida (membra
nosa est enim paucique sanguinis, & ampla intus capacitate) rursus consistit, densaturque ad eam cras
situdinem, quam paulo ante monstrauimus: consistentiæque principium sumit, si diutius in uesica cō-
moretur. Ipsa siquidem glutinosa credibilius est ab innato puerorum calore facilius subigi, atq; ideo
magis uniri, consistere, & condensari. Adijciamus si libet, puerilium urinarum crassitudinis causam
quæ certe alia non est, quàm puerorum uoracitas, & mouendi excessus mox ab alimento assumpto,
dum scilicet pueri480 ferociunt & ludunt. In lactentibus autem ipsa etiam materia plurimum facit: in
adultis enim qui caseo & similium rerum esu delectabantur, lapides in uesica & renibus fieri cogno-
uimus. Idcirco lithiasis uesicæ, puerorum est morbus. Haud enim potest, uesicæ collum tam angustū
in maioribus corporibus esse, ut humorem crassum remoretur. Attamen ne putemus solum hoc suffi
D ciens esse ad lapidis generationem, nisi calida intemperies eodem accedat: quæ calorem ignitum ha
beat, non temperatum aut modicum. In puellis ceruix uesicæ dehiscit in membrum genitale, & bre-
uis simul est & lata, ut nullo labore crassa per eam ipsæ meient, quæ in urina feruntur: quæ dum pueri
retinent, quod sæpe fit, & propter longitudinem & angustiam ceruicis uesicæ, materiam uesicæ æstuā
ti præbent ad calculi generationem.

Indicia quibus calculi & reliqui renum affectus deprehenduntur. Cap. 3.

SIgnorum alia sunt, ut ita dicam, scientialia, alia artificialia, alia propria. Proprium signum est,
quod certe, nulloque medio morbum ostendit, in renibus nempe lapidem: ut cum arenæ in matu
la subsident, tunc plane ostenditur lapidem in renibus esse: signumque hoc constās est & proprium.
Quoniam uero affectus quidam complicantur, dicemus quoque de signis communibus. Cum lotiū
quod excernitur, sanguinolentum est, signum id esse commune poterit, uel quod uasorum apertio sit, uel
ruptio, uel erosio, uel imbecillitas, uel dilatatio, uel aliud quicquam eiusmodi. Quoniam ruptionem
exquisiti & confertim egesti sanguinis uacuatio sequitur. In apertione paulatim fertur, & sanguis
tenuissimus emanans cruentam urinam efficit. Si quocunque tempore & momento sanguis egeritur,
imbecillitas uasorum est: Sin unà cum sanguine, aliæ quoque crassitudines excernuntur, dilatatio. Sin
sanguis sit aquosus, manifestum est certumque, lapidem consistere. Sin sanguis qui excernitur sit craf-
sus,

sus,manifestum est ipsius crassitudinem uiolenta coactione in lapidem esse abituram:si(ut fit)in ea san- E
guinis uacuatione frigidam exhibeamus,ut uena atque arteria coarctetur & conniueat, nec amplius
sanguinem ullum in renes ingerat,qui cogi istic possit.Fit enim proculdubio in hisce sanandis error:nã
uenam coarctant frigida,ut alium sanguinem inferre non sinat: uerum ea ratione fit, ut sanguis in reni
bus commoretur.Proinde si frigidam exhibeas,uenam comprimes quidem, ne sanguis deferatur: sed
qui renibus illatus iã est,mox indurabis. Ex stupore cruris quod a rene secundum lumbum porrigi-
tur,cognoscere poteris quis ren laboret.nam si dextrum crus stupor occupabit,dexter ren ægrotat: sin
læuum,sinister.Est uero stupor,sentiendi & mouendi in particula difficultas:qui fit in crure, quia uena
quæ ad inferiora demissa est,triplici ramo diuiditur,quorum unus cum arterijs ad testiculos uadit, &
uasa seminalia: alius renes ingreditur: tertius ad crura porrigitur. Cum igitur in renibus lapis genera-
tur,una tum afficitur uena quæ ad crura descendit:sunt enim ambæ ab una sobole cauæ uenæ, quam
inferis partibus natura distribuit.igitur uena quæ ad crura porrigitur,repletur: qua repleta, stringun-
tur neruus quandoque aut musculus. cum stringitur neruus, animalem spiritum ad crura non trans-
mittit, unde sensu crus priuatur, & prouenit stupor. Porrò ex testiculo quoque † [secundum lum-
bos] retracto, scire possumus renem esse affectum. Si nanque dexter testiculus retrahatur, dex-
trum pati renem argumento est: si sinister, sinistrum. Nam a iecore & corde uena & arteria ad re- F
nes procedit,quæ in eorum cauitatem inseritur. uasa autem seminalia ad testiculos feruntur. Quando
igitur lapis in renibus generatur,uena illa & arteria distenduntur,& seminalia uasa quæ ad testes per-
tingunt.atque ita per compassionem testes retrahuntur. Tradunt aliqui, uehementis doloris ratione
uigilias uomitum excitare. debebant itaque podagrici,lippientes,& qui uehementi dolore, & uigilijs
exercentur, uomere. Sed ea de causa hi non uomunt,immo propter posituram renum:ij nanque positi
sunt secundum spinam post intestina & uentriculum:quapropter facta in renibus uiolenta quadam di-
stensione, per copulas affectio ad intestina & uentriculum digreditur, indeq; affectione ascendente,
sequitur subuersio. Quoniam uero cum lapis subest, quædam ueluti titillatio oritur, naturaq; ad eius
quod molestat expulsionem stimulatur, ideo spiritus occurrunt: quibus irrumpentibus in fistulosam
pudendorum partem,ipsam immaniter contendunt.nam in omni motione naturali sanguis & spiritus
concurrunt, qui sunt naturæ uehicula. Cum uero demonstratum sit cor,iecur,& renes in concauitate
non sentire,in superficie autem sentire(quoniam in superficie nerui sentientes feruntur, in concauita-
te uero nulli sunt)quomodo hæc dolorem persentiscunt? An quia grauatur cauitas, ideo dolor exur-
git: extenditur nanque membrana quæ foris est, undique, quod cauitas interna sit repleta, & sic exten
sa membrana dolorem facit. In renum itaque substantia dolor itidem generatur,quando concauitas G
ex lapide grauata est,& circuntenditur,profertq; consensione dolorem in superficiem:quippe quæ ner
uos sentientes habeat & membranam. In meatibus autem urinæ,ut qui neruosi sint & sensibiles, dolor
fit sæuissimus. Dolor præterea uehementissimus fit in renibus,propterea ꝙ eorum cauernulæ non sunt
latæ, sed angustæ, & renes ob firmitatem substantiæ non diducantur ut uesica. Eadem causa,renum la-
pides magna ex parte minores sunt,æquales,& molliores,utpote qui diuturni non sint. Qui calculo la
borant,his primo urinæ sunt aquosæ: cum enim sit obstructio,ceu per cribrum effluunt, post arenosæ.
demum calculi excernuntur,cum dolor cessauerit. Sicut in mulieribus parientibus ad fœtus egres-
sum partes dilatantur:ita hic uiolentia,renum substantia fatiscit,& egreditur lapis.cum ad renum caui
tatem subit,in membrana, quæ istic substat,quoniam facili sensu est,dolorem mouet uehementem: &
multo magis cum meatus urinæ ingreditur,propter angustiam & sensum eorum. quantisper enim in
renum corpore sistitur,non multum solicitat,quoniam,ut diximus,eorum substantia sensibilis non est.
Sæpe nanque præ magnitudine in collo uesicæ detenti lapides in extremum periculum doloris acumi
ne patientes agunt,nec urinas sinunt excerni. Vidi ego quendam,cui per alias uias elapsus in uirilium
extremitate lapis hæserat,minimumq; absuit quin urinæ difficultate,& dolore acutissimo homo inte-
riret,nisi angusto tandem forcipe eximere potuissemus,sectionem per longum superne moliti. nã uri- H
næ meatum,nisi urgeat magna necessitas,incidere nõ oportet,ne fiat fistulosa pars ea,& urina profluat.
Inuenias tamen qui dolorem non habent,nec sanguinem mingunt, quibus meatus in renibus conge-
sti non sunt. At tenues arenulæ haud magno negocio quidem excernuntur: quod qui faciũt,nec ægro
tare se putant,quando dolorem nullum sentiant. Verum nihil est hac in re contemnendum, cum tem-
pore omnia grauiora reddantur. Lapides & arenulæ colore differunt,tum ob caliditatem,tum ob ma
teriam:nam ut quidque illorum longiori tempore retinetur, ita rufum,flauum,rubeum,aut nigrum effi
citur. Haud aliter & a succis fiunt lapides & arenæ, colore uel sandarachæ simili, uel nigro, uel palli-
do,uel alio aliquo colore pro succorum uarietate. Fiunt autem lapides in concauitate renum, in eorũ
substantia, & ubicunque fieri commode possunt, aut parui,aut maiusculi: interdum pauciores, inter-
dum plures. Differuntq; magnitudine, figura, colore,asperitate,& multitudine. Nigros siquidem in-
uenias,& subalbos,& pallidos. Ac rotundi,lenes,& parui,facile excernuntur:maiores, uel aliter figu
rati,& maxime oblongi & asperi,difficulter. Arenulæ uero prodeunt & egeruntur dum fiunt lapides:
cum facti sunt,haud fieri potest ut efferantur,quia in lapidem sunt coacti,nisi natura ipsa ultro contre-
rat & excernat,uel ars per medicamentum tritorium naturæ auxiliata,conterat & euacuet ipsas. Ne-
mo uero ignorabit colicum & renum affectum unà plerunque incidere. Deprehenduntur tamen pro-

prijs

†In præmissis est κατ' ἴξιν i. secundũ processionem uel rectitudinem.

A prijs signis: nam aluus exonerata colicis medetur: nephriticos quoque a principio mitigat. Etiam aliqui dederunt medicamentum quo aluus subducta est, & dolor cessauit primo, secundo, & tertio die, quarto prodijt lapis. Cum autem simul inciderint renum & coli dispositiones, mutuo particulas communicāt intensione & remissione: tendūtur enim ob cōtinuitatem partes haud aliter quàm funiculus: & neque superne ructus ullus, neque infra flatus quispiam exit.

Calculi & reliquorum renum affectuum curatio. *Cap. 4.*

SI renum affectus subito inuadat, & qui laborat cibo nuper refectus sit, cibiq; adhuc sint incocti sicut ægrotus eos ingessit, aut semicocti, uel succorum multitudine corpus grauatum habeat: oportet ante aliam curationem, uel potius mitigationem, nisi quicquam impedimento est, uomitum prouocare. Mox si in intestinis excrementorum superfluitates fuerint, per idoneos clysteres extrahere, modo nihil obstet. Postea si totum corpus plenum fuerit, considerare quisnam humor sit, qui ipsum repleuerit. Atque si sanguis is est, euacuationem instituere oportet, cum nihil impedit: minorem tamē multo quàm plenitudo desiderabat. Quid ita? quoniam lapidem non plane statim eximere possumus, potissimum cum magnus est: ideoque oportet pleniorem sanguinis euacuationem cauere, propter consumptionem, quæ tempore adhuc aliquo in corpore futura est. Sin quatuor humores abundauerint, B potius uena incidenda est ante purgationem, quàm purgandum ante uenæ sectionem. Quoniam si per sanguinis missionem corpus prius uacuatum fuerit, purgans medicamentum exhibitum, uenas & arterias, & inanes corporis regiones inuenit non oppletas: quo fit, ut absque ullo impedimēto in totū corpus dimanet ad attrahendum succos, facillimeq; fiat eorum euacuatio per uasorum spatia & fusionem tenuitatemq; succorum. Nam si uasa sanguine repleta sint, & purgatiuum dederis: non poterit propter plenitudinem in corpus differri: unde fit, ut subsistet, & nihil efficiat: aut si quicquam facit, male faciat. Ex Medico quidem purgans medicamentum: Ex natura uero totum negocium pendet: hæc etenim a purgante medicamento excitata, facultatem segregatricem aduocat, qua segreget inutilia ab utilibus: ac utilia quidem retentrix facultas detinet: inutilia uero expultrix facultas expellit. Non oportet autē simul uenam secare & purgare: uerum prius sanguinem detrahere, deinde uirtutem pulchre refocillare. quoniam ipsa nos gubernat, & medicamentis auxiliatur, medicamenta enim per seipsa nihil efficiunt. ideoque corroboranda uirtus est, ut possit natura uti purgatiuis exhibitis ceu instrumentis, atq; quod decens est, perficere. Huc præterea accedit, q unà cum sanguine multum e uitali spiritu excernitur: quo excreto refrigescit totum corpus, & opera naturalia deterius obeūtur. Ea propter uirtutem prius refocillare oportet, deinde medicamētum purgans exhibere. Sed quia affectus renalis est, & maC teria ex qua lapis generatur, crassa, materiamq; crassam sursum reuellere promptum nō est, magis uero ad ipsius lationem spectantibus deorsum uacuare expeditum: ob id si ualida sit uirtus, uenam quæ in poplite est, aperiemus, uel quæ ad malleolos: sin imbecillis, uenam quæ est in cubito. nam si uirtute debili infra euacuabimus, retentrix facultas, quæ est imbecillis, non retinebit: sed uniuersa in præceps rapietur, & partem assiduo defluxu impetet, succis uidelicet in locum imbecillem perpetuo procumbentibus. Quapropter cum firma uirtus est, conuenit ex uena, quæ in poplite est, sanguinem mittere: cum debilis ea est, reuellere ad superiora. Quam uero ob rem? Ne materiæ plus in renes deriuetur. Hinc est quòd cum cibaria, pituitam, & succum uomitu euacuauimus, tranquillitas quædam fiat & leuatio. Eijcitur nanque cibus & pituita, quæ uentriculum grauant: a uētriculo autem renes stringuntur & urinæ meatus. quo fit ut grauior sit oblæsio. Sunt itaque primum ista diluenda, quæ stomachus excipiēs ceu debilior distendebatur & premebatur: quibus euacuatis leuatio sequitur, nondum tamen perfecta liberatio. Vacuamus etiam per clysterem excrementa: ne colo & reliquis intestinis constrictis atque grauatis, unà quoque ren laborans stringatur prematurq;, atque sic amplius doleat. Quod manifestū est, quia stercoris obstructione renes plerūque exasperari cōpertum sit, enematis iniectione renalem dolorem esse mitigatum: uel quòd ab ea uacuatione rē aliquis nō sit amplius compressus: uel quòd ex sterD core nulli postea flatus prodierint: qui in renes impingentes, ipsos ut imbecilles comprimunt & extendunt. Sed neque sanguinem, neque alium succum plus æquo relinqui in corpore par est, ne multa hinc renis uasa distenta plus doloris concitent. Quæcunque enim uel dolent, uel calent, uel extenduntur, per uehementes & acutos dolores, ad se materias accersunt. Proinde doloribus siue repente, siue pedetentim in renem incursantibus ex commemoratis iam causis, illico, nisi quid prohibeat, aluum decocto aliquo eluemus, caricarum, fœnogræci, aristolochiæ, & similium. ac, si uacuatum satis est, bene uertit: sin minus, bis, ter, aut amplius uacuādum enemate est, sed ex eorum decocto quæ cōducibilia sunt, & familiaria naturæ ægrotātis, ne angantur grauenturq; renes & uiæ urinales. Posteaquā autem aluus satis excreuit, inijcienda sunt, quæ urinæ uias dilatare, renes laxare, calculum deprimere, & morsus mitigare queant. utilis ad hæc materia est oleum anethinum, in quo eliquatus sit gallinaceus adeps quàm recens: maximopere uero phasiani adeps, uel butyrum recens, aut similium aliquid. Quæ si in promptu nō sint, fœnogræcum, & altheæ uel radicem uel semen, aut similium aliquid decoquentes oleo inijciemus. Nam hæc omnia uias dilatānt, & lapides deprimūt, necnon doloris uehementiam mitigāt. Sed horum usum frequentius assequitur is, qui exploratum habet naturalium facultatum firmitatem: immoderata nanque emollitio & laxatio uirium robur exoluit: quod solatur, & perfecte curat uniuersum dolorem. Post uomitum autem & enemata, conferet locum qui affectus est, fomentis humectā-

tibus

tibus & relaxantibus delinire,quantiſper lapis in rene hæret:ut interim tamen curemus, ne,ut dictum E
iam eſt,ijs abutamur. Huc faciunt etiam cucurbitulæ,quæ ſæpe lapidem celeritet adeo transferũt, ut
ſubitam eius mali leuationem poſſint comparare,lapide nimirum in locum ampliorem translato,qua-
propter ſupra a renibus initium faciẽdum eſt,procedendumq; ad inguina per obliquam ilium poſitio-
nem,quo loco frequẽter dolores incedunt:quod cum inſtitueris,nihil eſt utilius quàm partes eas in la
borantibus prius calfacere,poſtea cucurbitulas admouere:alioqui lapis ſicubi maiot fuerit inuentus,
arctius figitur.cumque uiolentius urgeatur,nonnunquàm periculum haud mediocre doloribus accet
ſit.quare fomentate iam nominatis inſeſſionibus proderit,ſi mali communicatio ad pudenda uſq; pro
ceſſit,atque id cum fœnogræco,althea, ſemine lini,anetho,gummi,& ſimilibus, aqua diligenter inco-
ctis & dulci oleo infuſis. Conducet etiam emplaſtrum ex triticea farina,aut hordeacea cum lini ſe-
mine,& fœnogræco,& melle,& oleo anethino,& glaucino:quæ cũ decoctione prædicta elixabimus,
inſpergẽtes in ipſa cataplaſmatis ebullitione,radicem altheæ pulcherrime tuſam,& cribro diſcretam,
terebinthinamq; reſinam cum deſinit feruere decoctum,aliquibus adiectis ſeminibus,quæ flatus diſcu
tiunt,ſiquam ſubeſſe inflationem intelleximus,ut ſunt anethi & apij ſemina,fœniculum, liguſticum,&
alia id genus,pto laborantis temperamento.Fiet autem cataplaſma optimum ex lupini farina deco-
cta cum muſto,ſi a decoctione peucedani radicem minutiſſime lęuigatam admiſceamus & chamæme F
lum. Bonum etiam fuerit panem muſto incoquere,& cataplaſma inde lumbis imponere & ilibus.Nec
minus proderit ueſicam & partem ſub umbilico cataplaſmate confirmare ita,ut crebra permutatione
alia atque alia ſubinde admoueamus , priuſquam refrigeratum ſit primum quodque . Sin illud
non liceat,tepefactorio poſſumus alio,ne refrigeſcat,quod impoſitum eſt,fouere:quod fiet ſi pro fo-
mento cataplaſmati aquam calidam in uaſe teſtaceo uel æneo imponamus. Poſt alui uero & ſupra &
infra,ſicut diximus,euacuationem,phlebotomiam,purgationes,fomenta, inſeſſiones , ſi dolores ad-
huc perſeuerent,uti lotionibus conuenit dulcium aquarum . Aliqui enim uel ante uenæ ſectionem &
reliquam curationem,balnea admiſerunt,propter doloris immanitatem:Aliqui,ſi nihil eſſet,quod ur-
geret,poſt ſanguinis miſſionem & curationem teliquam.Balnea ſane humectant & calefaciunt eueſti-
gio:calida ſiquidem aqua lenitionem affert cum calefactione:In quam tamen qui frequẽtius ſe dimit-
tit,ineſcatus lenimẽto doloris,quod lotio præſtat,corporis uires exſoluit:quarum eſt, quicquid cor-
pus infeſtat,propulſare.Eam ob tem cum ceſſauerit dolor,auferenda balnea ſunt,& fomenta adhibẽ-
da:ſed ex medicamentis,quæ patientis naturæ ſint accommodatiſſima. Ceterum ſi exceſſu doloris ho
mo periclitetur,commodius erit ſtupefacientibus ſuccurrere:nam aliter ea nunquam uſurpes,quippe
cum dolorem non ſedent,ſed ſua temperarura ſenſum auferãt,ipſumq; fallant : quæ diſpoſitio poſtea G
multam curã requirit. Quòd ſi ſpiritus aliquis craſſus,qui unà cum calculo morbum exaſperet,ſuſpe-
ctus nobis fuerit: prædictis fomentis & cataplaſmatis admiſcebimus,quæ digerendæ inflationis natu
ram habent,ſicut rutam,anethum,nigellam,& hoc genus alia,diligenter attrita,poſt perfectam ebulli
tionem.Sed eadem ad fomenta & enemata aquæ incoquimus abſque contuſione. Verum ſi omnibus
his peractis adhuc lapides fixi permaneant,a multis cibis atque potionibus laborãtem abſtinebimus,
& ijs,quę ipſius naturæ ſunt minus conueniẽtia:ne uentèr repletus, grauatus,inflatuſq; ciborum ſuc-
corumue aut flatuum copia,repletione hac renes premat,& uiolentia proſequatur. Sint uero quibus
utitur omnia modica,& laborantis naturæ tum qualitate, tum quantitate accommoda. Veruntamen
ſi laborantis natura calidior eſſet,& ſitis uehementior, uacuato prius toto corpore & ab excremen-
tis tepurgato,ſi qui frigidam bibere eſſent conſueti,& phlegmone nullum uiſcus laboratet , nec eſſet
imbecille:frigidam ſæpe copioſe exhibuimus.renibus ita corroboratis,eueſtigio lapidem impactum
expulerunt.In corporibus autem plethoricis,id eſt quæ ſuccorum quatuor multitudine æqualiter re-
dundant,& excrementoſis,& in quibus uiſcus aliquod debilitate affectum eſt,& ea forte alijs, frigidæ
potionem cauere conuenit.Ceterum ſi & poſt hæc omnia,quæ diximus,lapis adhuc firmiter teſiſtat ,
utendum eſt medicaminibus quibus conteratur,quæ tepidam facultatem habeant. Nam calida urinã H
prouocantia indurant lapidem:quæ uero tepidam uirtutem habent,paulatim comminuunt lapidem ,
nec eum duriorem reddunt:eiuſmodi ſunt damaſonium, petroſelinum,polytrichon,& his ſimilia.Sed
forſan dubitaret aliquis,quomodo lapidem poſſint cõminuere , quæ tepidam facultatem habent :
Cui nos reſpondemus.Lapis ille cum ab intemperie & ualido calore ſit factus,ob id merito exhibe-
mus,quæ uirtutem tepidam obtinent,ut quæ contraria ijs ſint,a quibus lapis eſt effectus. Sic enim mul
to tempore attenuamus,conterimus,& ſuperamus ipſum.Quippe tepida,ceu minus calida,ſunt ualde
calidis contraria.Diureticis ergo & ualde calidis uti non poteris,ne craſſam materiam eo pacto indu-
res,& in lapidem celerrime commutes.Cum uero lapis nondum conſtitit,neque magnus eſt, ſed tan-
tum obſtructio fit ab arenis,uel craſſis & tenacibus ſuccis: tunc calida ſecure porrigas, & quæ obſtru-
ctiones aperiant, haud ueritus ut lapideſcat materia.Cum nanque arenæ ſint,quæ obſtruunt , ſi porri-
gas,quæ aperiant,& calida,qualia ſunt,medicamentum ex aniſo,ex pipere,apium,phu,& ſimilium ali-
quid:euacuabis & diſſolues eas.

De ratione præcauendi ab affectibus renum. *Cap. 5.*

AD prædicta uero breuiter delibandum eſt,quomodo quis ſe a lapide præſeruet,ne qui iam cura-
ti ſunt,eos noua lapidis generatio rurſus perturbet. Quoniam autem eorum qui calculo infe-
ſtantur

A ſtantur, ſanabiles ſunt alij, alij minime: In præſeruando maximi ſunt momenti ciborum modetatio,
& bonæ coctiones. Satietates enim & cruditates hunc morbum non exacerbant modo, ſed etiam
pariunt, ubi nullus erat. Quapropter nihil eſt feruens ingerendum, quod renes poſſit & ueſicam cale
facere. Nec minus cauendum a cibis eſt, qui duram ſubſtantiam habent, & qui ægre diuiduntur: qui-
que ſubſtantiam habent pleniorem, & qui multum nutriunt, tum qui celeriter in corpus diſtribuun-
tur ante perfectam concoctionem: item qui innatant, difficulterque deſcendunt, & inflant, ac uias
oblimant, aut aliter corporibus adhæreſcunt pertinacius. Nam uētriculus talibus alimentis grauatus,
cruda hæc ad iecur & renes detrudit: incoctum autem alimentum a uentriculo confertim illuc expul
ſum praue excolatur, atque cum tumultu ſemel atque iterum per renes tranſiens, in lapides concre-
ſcit ob renis diuturnam percuſſionem. Sed ad uictus rationem tranſeamus. Vinum itaque ſit tenue
admodum & album, non ualde uetus: dulcia uero & nigra uina calculoſis ſunt inepta. Aqua uero in
uniuerſa uictus ratione ſit puriſſima & purgata: nam fluuiales, paluſtres, & omnes aquæ ſtagnantes,
quæque ſegniter fluunt, & non commouentur, omnes generare lapidem poſſunt. Atque, ut paucis
de omni uictus ratione præcipiam, in frigidis & carnoſis, diæta ſit plane extenuans: in calidis & gra-
cilibus media ſit inter extenuantia & craſſefacientia. Ab aliorum omnium ſaturitate cauere conue-
B nit, & præcipue dulcium, & caſeaceorum nutrimentorum, & craſſorum, & tenacium, & pinguium.
Cruditatemque ideo aduerſiſſimam eſſe putandum eſt: in quam ſi calculoſorum aliquis incidat, ſom-
no diutius aut quieti prorſus indulgeat: præcordiaque proprijs manibus calfaciat, donec concocta ri-
te omnia ſint, & infra ſubſidant. Locis temperatis & in aere puro fiant exercitia ab his quibus liberū
tempus eſt. Iraſcantur interdum. Deambulationes & exercitia laborantis naturæ conueniant, eſt
enim deſidia in primis noxia. Sit aluus ſoluta aſſidue, modo ne inſtet aliud quippiam. cum nanq; hæc
probe excernit, urinæ profluent libere. Vnctionibus ſi oportet uti, quando oportet uti, ſint quæ con-
tra locorum iniuriam queant corpus communire: ut ſunt rubrificationes, propaces, & quæ ex ſinapi
fiunt. Aquarum etiam ſponte natarum, uſus prodeſt, cum nihil prohibet. Conſiderare etiam accura
te debes de ſanguine mittendo cum tempus adeſt, ſi corpus ſanguine plenum uideatur. Exundans
enim niſi euacues, confluet in partem imbecilliorem. Sed purgatione uti præſtiterit in his qui malis
ſuccis ſunt repleti. nam eos qui inordinate degunt, & ſuccum crudum in ſuperiori uentriculo multum
colligunt, a cœna frequenter uomere facito, niſi ſit quamobrem prætermittant. Poſt prouidentiam,
quæ toti corpori adhibetur, offerre conuenit medicamenta, quæ renes purgent: ſicut quæ obſtructio
nes aperiunt, quæ urinas craſſiſſimas, uiſcoſas, fœtidas, & multas, a uenis, renibus, urinæ meatibus,
C atque ueſica educunt: quo numero ſunt radicis cardui decoctum, & alia prædicta. Sæpe etiam ma-
gno uſui ſunt, quæ urinam mouent. Hæc ut omnes homines communiter moneremus, non ut exqui
ſitam diſciplinam traderemus, ſunt a nobis expoſita. Quamobrem tibi gratia eſt habenda, quoniam
per te ſunt omnia tradita. Porrò conſtat ab unicæ diſpoſitionis indicatione, parari perfectam & ex
quiſitam curationem non poſſe: ſed indigere nos alijs adhuc, quæ ab eo genere non ſint aliena.
hinc eſt, quod cōmonefacere de illis etiā aliquid operæpretiū putemus. Variatur enim medicatio pro
diuerſis cauſis, ætatibus, locis, anni temporibus habitibuſque & diſpoſitionibus, moribus & conſuetu
dinibus, temperamentis, ſenſus facilitate & difficultate, partium differentijs, poſitionibus, alijsque
id genus compluribus. quamobrem opus eſt optimum Medicum diligenter id noſſe, quod ſecundum
naturam eſt. Qui nanque id, quod ſecundum naturam eſt, exquiſite perſpexit celerius cognoſcet id
quod eſt præter naturam. Neque enim prædictæ cauſæ ſolummodo medicationem uariant, ſed pro-
prij quoque naturarum modi, propter quos medicamenta, uel plurimum probata ſæpe nihil condu-
cunt atque fallunt. quapropter obſeruare conuenit. Et niſi curationi obtemperent, uel ob naturæ
proprietatem, uel affectus apparatum, uel aliud quippiam: his relictis, ad alia quæ utilia plane ſunt,
tranſire neceſſarium eſt. Id quod faciendum non tantum in medicamentis eſt, ſed & alijs omnibus tū
D auxilijs, tum uiuendi inſtitutis. Verum memoratas hic proprietates, aliaque complura, quæ dicta nō
ſunt, non omnes qui ad medicinæ ſacraria acceſſerunt (licet ſint alioqui argutiſſimi) ſed qui ſemper
ægris aſſiſtent, & explorabunt naturæ motus, aſſequentur. Proinde ſi ob latentem aliquam & pro-
priam cauſam, artificiali cuiuſquam coniecturæ, medicamenta non reſpondeant, oportebit propter
urgentem uehementiæ neceſſitatem, ad ea quæ ueteres obſeruatione tradiderunt, & quæ a tota ſub-
ſtantia operanť, deſcendere: Ea dico, quæ experimento, & exercitatione irrationali ſunt reperta: quod
genus ſunt paſſer troglodytes, leporina pellis combuſta, ſanguis hircinus, & alia infinita tam ſimplicia
quàm compoſita medicamenta. Quorum multa abominanda ſunt, quæ exercitatio irrationalis inue-
nit: uel natura, uel fortuna quadam, uel obiter non data opera, uel imitatione, uel inſomnio, uel oracu
lis, uel traditione, uel alijs quibuſdam, ex quibus empirice conſtat. Quæ omnia cum ratione indiſcuſ-
ſa noſtro tempore ſint, non ponemus magnam in eis fiduciam, quia modum utilitatis illorum ignora-
mus. Quod ſi aliqñ cogente aliqua neceſſitate adhibeamus nō debemus his abuti, ne quēadmodū abſ
que comperta & manifeſta cauſa iuuarunt, ita uiciſſim offendant. Qui nanq; uolet eſſe præclarus Me-
dicus, & ratione quæque, non temere agere: circa qualitates effectrices, & operationes debet uerſa-
ri, & in eis fiduciam ponere: quippe qui ſic methodo compertum habeat calidi & frigidi, humidi &
ſicci effectus, item acerborum, auſterorum, acidorum, dulcium, ſalſorum, amarorum, acrium, &
omni

omni qualitate carentium.nec ignotet,quem effectum præstent,quæ crassarum sunt partium, quæ te- E
nuium,quæ obstructiones aperiunt,quæ attrahunt,quæ emplastica sunt,& alia quoq; sigillatim.Enim-
uero ut plurimum ratio coustat lapides conterentis materiæ,has uti magis decens est, quàm quorum
ratio cognita non est, ueluti damasonio,petroselino,polytricho, & similibus his uirtute , quæ proba-
tiota etiam eo sunt,ꝙ tepida facultate constent.Verum si tandem casibus ita deploratis, & hæc frustra
admoueris,non absurdum erit nos Christianos(sic deo rem committas)ad maxima nostra & uere ar-
cana confugere,quibus,id quod & credo & confiteor,non corporis solum affectus,& a quibus omnes
Medici desperarint persanari:sed omnes etiam animi passiones funditus extirpari.Reliquum sermonē
ad te peculiariter,tanquam hypothesim conuertam.

De alimentis quæ calculorum morbis conueniunt. *Cap. 6.*

CVm multa sint,quæ restaurare sanitatem possunt,mihi ab alimento necessario incipiendum uide-
tur:nam alijs auxilijs non semper utimur,sed alimento carere nullum animal plane potest,siue ua
leat,siue ægrotet. Quoniam uero tutior est & compendiosissima uia ad affectus leuationem unica ui-
ctus ratio: quandoquidem aliorum medicamentorum abusus & permutatio,sicut comperi, multis sæ-
pe non leues morbos pepererunt:tu animæ meæ sol,qui calidius es & humidius temperamentū sorti-
tus,& ætatem puerilem,uiresq; non ita robustas, habitum gracilem & rarum,& facilē insuper ad per- F
cipienda incommoda sensionem: Ob temperaturam, ætatem,habitum,& raritatem , assumere debes
horum qualitati similia in nutrimentis ciborum & potuum,& quæ ualeas concoquere : Ob debilitatē
autem uirtutis pauca,& eo sæpius:pauca quidem,debilitatis uirium gratia, nā onus ferenti conueniat
oportet:sæpius uero,quia necessitas urget. Athletæ enim,uiatores,milites,& omnes qui ualida exerci-
tia obeunt,modo ualeant inculpate,abstinere a nullis debent,uel cibis,uel potibus,quæ ad manū sunt,
uel quæ occasio præstitit,quia uti ijs oportet,quæ est necessitas elargita . Quibus non solum uiuere ita
licet,sed & his qui negocijs urbanis plurimum distrahuntur,†[& patroni aut uindices propugnandis
clientibus negociosius degunt.]Tu uero,qui nunc tui iuris es,hyeme comedes plurima. plurima dico
non ad tuas uires,sed aliorum anni temporum respectu. Quemadmodum & Hippocrates artis nostrę
princeps inquit:Aestate & autumno cibos difficillime ferunt:hyeme facillime. uer secundo loco est.
Idem rursus alibi ait:Ventres hyeme & uere calidissimi sunt natura,& somni longissimi. In his itaque »
temporibus alimenta plura tribuenda sunt: siquidem calor innatus multus est,ideo pleniori alimento »
indigent. Indicio sunt ætates & athletæ. Bibes autem aliorum anni temporum comparatione mini- »
mum.Debetque potus esse album & tenue uinum, quod admodum uetus non sit. Sed & obsonia hoc »
tempore assa debent esse ut plurimum.Vtendumq; oleribus & leguminibus tum parcissime est.Et hæc G
omnia magna ex parte calida & sicca non propter temperiem ætatemq; tuam assumes:sed propter in-
temperiem, quæ ex anni tempore frigida & humida est. Post ubi uer aduenerit, potus uberior , dilu-
tiorq; parum conducet, & esculenta molliora paucioraq;. Quin & obsonia ex assis ad elixa commuta-
bis,oleraque nonnunquam assumes. Verum ad hæc ab illis non subito,sed paulatim tibi transeundum
est,ne uniuersa illa & subita mutatio comparet offensam:sicut traditum ab Hippocrate est. Plurimum
atque repente euacuare,uel replere,uel calfacere,uel refrigerare,siue quouis alio modo corpus moue- »
re,periculosum:quoniam omne nimium est naturæ inimicum:quod uero paulatim fit tutum est, cum »
alias,tum uero cum ab alio ad aliud transitur. Vberiorem uero & aquosiorem potum præcipio:nō plu- »
rimum,neque aquosissimum.Plurimum enim & aquosissimum æstate bibitur,quod tempus hyemi pla-
ne contrarium est. Ver autem sicut medio loco est inter hæc duo extrema,ita mediam quoque rationē
uiuendi requirit.Hæc autem uiuendi ratio tibi conducit non ob anni tempus solum, sed ob tuam etiā
temperaturam atque ætatem. Et hunc in modum,uerno tempore te geres. Alijs autem anni tempo-
ribus paulo diuersius,non propter ætatem tuam & temperaturam solum,sed & anni temporum intem
periem. Sicut uero anni temporum differentiæ non eandem uictus rationem demonstrant, ita & cor-
poris habitus. Carnosos siquidem & molles,frigidosq; & humidos,ut plurimum siccius alimentū con H
firmat:Qui contrario modo se habent,contrarium. Tibi itaque,quia medio es & temperato habitu,ma
iori tempore uictus ratio temperata conueniet.Quæ nanque secundum naturam sunt,ut plurimum si-
milibus indigent:quæ præter naturam,contrarijs. Puerorum temperamentum calidum est & humidū,
cum non possit auctio & conformatio in alia temperatura fieri,quàm puerili. Ob hoc igitur similia te
oportet & multa nutrimenta usurpare,ut multa & uaria concoquere assuescas. Quippe hac ratione na
tura uentrem & iecur ampla & capacia formabit,& alias unà omnes partes. Quòd siquando tibi plus
humiditatis quàm pro sanitate conueniat,aderit,siccari tamen non ut alij debes:propterea, ꝙ auctioni
nihil æque aduersetur ac siccitas. Hac de causa uitanda tibi sunt quæcunque exiccant , calefaciunt , &
extenuant. Atque hic modus est quo uitam instituas,ut tua natura ualeat inculpatius. Senes autem
propter membrorum quidem duritiem,frigidi sunt & sicci:propter excrementa uero frigidi & humi-
di. Itaque ipsi partium quidem solidarum frigiditate,contrariorum contraria postulabunt (nempe fri
giditatis calefactionem) in cibarijs poculentis & reliqua uiuendi ratione:euacuationem uero illis ip-
sis accommodam,propter eadem excrementa.In his paucum nutrimētum desideratur,ob uirtutis im-
becillitatem,id quod est ab Hippocrate traditum. Qui crescunt,plurimum habent innati calidi. pluri-
mo igitur egent alimento,alioqui corpus absumitur. Senibus uero parum innati caloris inest, paucis »
propterea

[illegible]
Secũda. 39. h.

A propterea fomentis indigent. Et rursus: Senes facillime ieiunium ferunt. Panes differunt materia, fer
mentatione, & ratione coquendi. Materiæ differentiæ sunt quatuor: ac primus quidem σιλιγνίτης græce,
id est siligineus, nominatur. secundus σεμιδαλίτης, latine similagiueus dicitur. tertius αὐτόπυρος, quem
συγκόμιστον quoque Græci nominauerunt, quod ex farina uniuersa comportata, non discussis furfuribus,
constet. quartus πιτυρίας, ac si furfuraceum diceres latine. Horum nos incommoda atque effectus edo-
cebimus. Plurimi est alimenti siligineus, qui & diutissime in corpore moratur, & efficacissimus est. secũ-
dum locum obtinet similagineus. inferior his est syncomistos, ita ut haberi medius possit. omnibus in-
firmior est furfuraceus. Tibi uero, unicum mihi caput, cum uales, commodissimus siligineus est: cum re
num morbus infestat, quod nolim, dum laboras ab hoc abstine: & si te moueat edendi desiderium, fur-
furaceis uti medijsque tuto poteris. Nam conducibilius tibi esse genus hoc potest, nisi prohibear ali-
quid, quia pauci nutrimenti est, & in uentre facit excrementa, qnibus ad excretionem descendit expe-
ditius: astringitque non nihil ex furfuris natura, quamobrem ocyus deijcitur, intestinis ad expulsionẽ
irritatis. Quando in hoc affectu nihil perinde conducir, atque uentrem semper lenem & solubilem ha
bere: cum. n. probe is subducitur, urinæ possunt puriores proferri. Panes reliqui, maximeque siligineus
& similagineus, cõtrario modo aluum retinenr, quia difficulter secernuntur. Et hinc est, quòd iecoris
B & renũm obstructiones pariant: tametsi alibiliores sint & magis corroborant. E uolucribus laudãtur,
quæ mediam quandam materiam præstant extenuantium & crassefacientium: ut sunt perdices, attagi-
nes, galli, gallinæ, columbæ, phasiani, passeres, & ante alias, quæ turritæ nominantur. hæ nanque habẽt
naturalem efficaciam. E terrestribus optimi succi est caro suilla, & hominibus maximopere familiaris,
maximeque tum nutribilis, tum corroborans: sed glutinosum quiddam habet & crassum: ob id qui diu-
tius ea uictitant, iecoris & renum obstructione corripiũtur: eoq; longiori ab ea interuallo abstinendũ.
Paruorum autem porcellorum carnibus si parum, & assidue utaris, nihil offendent. Ceruinam carnem
uitabis, quippe, quæ dura sit, concoctu difficilis, & melancholica. Ouilla carne utilius est ex interuallis
uti, ꝙ excremenrosa sit & mali succi. Agnorum uero hœdorumque carnibus quoties libitum fuerit,
uteris. Ex aquatilibus animalibus, pisces qui saxatiles nominãtur, erunt tibi comesti utiles: erunr etiam
gobij, muli, chartilagineorum genus, alijq; qui generare bonum succum possunt. Ad hæc marinorũ ali-
qui, & qui mollem testam habent: Astaci, paguri, cancri, carabi, & carabides, & quibus dura testa est.
De fructibus autem quid dicam? neque enim nobis ceu alimentum idonei sunt pleriq; ipsorum: sed
ceu medicamenta, quæ stomachum & uentriculum corroborent, assumuntur. De cibarijs hactenus. De
potu autem dicendum nunc est, & uino potissimum: nam alij liquores uel ad nutritionem nihil confe-
C runt, uel aduersantur etiam nutririoni plerunque. Vinum uero solum nutrit, quoniam plus habet ad no
stra corpora familiaritatis, quàm alij humore omnes. nam oleum & mel habent quidem & ipsa aliquid
conuenientiæ nobiscum, sed non tantum, quantum uinum. Sunt tamen uini differentiæ quibus discer-
natur: inter quas prima est, quam color exhibet: Secundam præbet degustata qualitas: Tertia consisten
tiæ debetur: Quarta in odore est: Quintam uiribus metimur. De quibus omnibus singulatim dissere-
re superuacuum erat, dicendumq; est, quodnam tibi uinum peculiariter conducat. Aliud etenim alij ui
num confert, idemq; rursus alij minus. Tibi uero conducit tenue & album uinum, quodq; parum aquę
sustineat. Nam eiusmodi uinum facile descendit, & succos qui sunt in nobis attenuat, & excernit per
urinas, uirtutemq; corroborat. Alia uina tibi non conferunt, sicut in alijs utilia sunt.

De aqua exercitatione, & lotione. *Cap. 7.*

NOn uidetur ab re, de aqua paucis hic sermonem facere. Aqua tam sanis, quàm ægrotantibus com
mune solatium est, & maximopere necessaria, ꝙ mundanorum & singularium elementorum hoc
unum sit, ex quibus uniuersis rota nostri corporis constitutio est conflata.. Quamobrem de ea fuero
haud ociose dicturus. Aqua purissima tribus sensibus iudicatur, gustu, uisu, olfactu: Gustu, si nullam pla
D ne qualitatem præ se ferat, sed uideatur ab omni qualitate immunis: Visu, si pura, syncera, & exquisite
clara: Olfactu si eorum nihil inest, quæ in aquis uitiosis esse olfactus testatur: ut sunt aciditas, putredo,
acredo, salsedo, aliquodve aliud uitium, quod nomine careat. Qua tu autem commode quouis & tem
pore & modo uti possis aqua, sit purissima defæcata, leuis, & fontana, cuius natura est frigida. ꝙ si etiã
cito a præcordijs descendit, potiorem non desiderabis. Haud uero sicut uino, cibis, exercitijs, uigilijs,
& somno, secundum ætatum & temperaturarum diuersitatem alijs atq; alijs uti cõmodum est: sic etiam
aqua non eadẽ semper uti est ex usu: Immo quam utilem esse modo diximus, ea uti audacter poteris, &
puer, & adolescens, & senex, quacunque naturæ differẽtia sis præditus. Quoniam uero aqua una plus
alia frigida reperitur, hac de causa non omnibus prodest aquæ frigidæ potu indifferenter uti: uerũ su-
pra modum calidis, pinguibus, & carnosis siue naturali habitu siue acquisito, & his qui se uehementer
exercent, quiq; consueuerunt frigidam potare, innocua est si frigidam bibant. Quòd si aliter aliqui se
habeant, minus bibãt ex ea. qui uero iuuenili sunt ætate, & in rebus ciuilibus uersantur negociosius,
quàm ut exerceri ordinate & uictitare queant, fontanam sument, relicta niuali aqua. Hæc nanque ta-
metsi iuuenilia corpora mox offendere non uidetur, noxa uidelicet, quæ paulatim increscit, non perce-
pta: tempore tamen procedenti, cum ætas declinat, difficulter sanabiles aut incurabiles plane morbos
inducere nata est, in neruis, articulis, & uisceribus. Quam offensionem pars aliqua corporis percipit,
quęcunque

quæcunque debilissima est natura. Quam ob rem uti debes fontana, & ea defæcata, de qua plus assu- E
mas, quàm de uino. Ac de aqua quidem breuibus hactenus. Tempus nunc est, ut de exercitationibus
uerba faciam. In quibus corpus contentiosius mouendum non est, donec uidelicet uires succumbant.
nec imperfecte exercitandum, ut membra perspiratione non satis distrahãtur: sed ut uiribus cuiusque
proportione respondeat. Quippe uehementia relatione ad aliquid est: quo fit, ut dimotio eadem alij
sit exercitatio, alij minime. Vtile est igitur queq; id exercitationis genus eligere, cui est potissimũ assue
factus: nec pugilum, cursorum, & luctatorum exercitationem subire. Ab exercitatione uero tria in pri
mis commoda proueniunt: nam instrumentorum duritiã, dum inuicem conflictantur, & innati caloris
incrementum, concitatioremq; spiritus motum efficit: Quæ tria uniuersæ commoditates aliæ singilla-
tim sequuntur: Instrumentorum nanque duritiam sequitur firmitas, atque immunitas ab iniurijs, quæ
undecunque in corpore expectantur: Augmentum caloris sequitur fortis alimenti distribuendi attra-
ctio, & promptior alteratio, & commodior nutritio, & excrementorum fusio, per quam dura quidem
membra molliuntur, humentia uero extenuãtur & digerũtur, meatusq; totius corporis dilatantur &
patescunt: Ex ualido aũt spiritus motu eosdẽ meatus purgari necesse est, & euacuari superflua excremẽ
ta. Cum uero nobis ab exercitatione commoditates tantæ accedant, commodum earum utendarum
tempus inuenire difficile non est. Nam cum alimentorum distributionẽ adiuuent, nullam oportet mul F
titudinem crudorũ, neq; ciborum, neque humorũ, uel circa uentrem, uel mesaraicas, uel iecur, uel reli-
qua uasa contineri, quia periculũ esset, ne effunderentur ad omnes corporis partes, priusquàm conco
cta fierent nutritioni utilia. Et quia meatus expurgant, euacuantq; superfluitates, melius est ante cibũ
eas instituere. Corpora enim non pura (inquit Hippocrates) quanto magis nutries, tanto magis lædes. »
Quare ex prædictis clarum est, hoc tẽpus exercitationibus admodum conuenire. Illud præcipue curã
dum in quocunque exercitationis genere, ut fiat in loco salubri & aere puro. Sed hæc de exercitatio-
nibus dicta sufficiant. Crebris aũt lotionibus utere, tẽperatis & breuibus, non propter ægritudinẽ, sed
quod ad auctionem tuam, nutritionem, conformationemque faciant. Cui rei optimum erit tempus,
cum nutrimentum hesternum perfecte concoctum est & subsedit, aliaque iam nutrimenti necessitas
impendet: item cum & in iecore, & uenis celebrata concoctio fuerit. Id quod sciet Medicus qui tibi
assidet, & tui perpetuo curam gerit. Nempe uentris exquisitam concoctionem ex deiectionibus: Ieco-
ris & uenosi generis ex naturalibus urinis. Vnde constat tibi a cibo lauandum non esse, ne obstructio
circa iecur & renes eueniat. Cauebis etiam uini assumptionem protinus a balneis, nam uino caput tẽ-
tatur: ut conducibilius sit primo temperatam aquam assumere. Igitur non frigidæ aquæ, non uini, non
zythi, uel siceræ potus mox cum laueris, damno carebit: quippe quæ & ipsa uentriculum, iecur, & ner- G
uos offendant: si non temperie, contactu saltem. Profuerit insuper tibi non statim ubi a somno surrexe-
ris lauare, sed aliqua dimotione interposita: nonnunquam ẽt mediocri exercitio. Nam exercitia mode
rata atque idonea, tuæ naturæ sunt utilia, quod concoctionem, sanguificationem, & nutritionem me-
liorem operentur: & ob id ad bonum habitum, idest eutrophian, & ad uirium robur, & ad perfectã ter
tiæ concoctionis actionem conferunt. Sed de his hæc quoque sufficiant.

Ordo uniuersæ curationis ante traditæ. *Cap. 8.*

PRoinde si te calculorum passio repente inuaserit, si cibum nuper assumpseris, & nauseam præsen-
tiscas: totum euomito, siue id naturaliter facias, siue arte adiutus, utrocunque modo nisum tuo Me
dico fuerit: postea somno te committes. Cumque aliqua in aluo indurata iam excrementa hęrere suspi
catus fueris, clystere hæc nisi quid prohibeat, uacuentur. Quòd si dolor intolerabiliter affligit, in aquã
calidam te dimitte. Veruntamen ne ipsa, sicut paulo ante ostendimus, abutare: nam calida perfusio do-
lorem mitigat quidem, sed uires etiam exsoluit, quæ morbi causam, & quicquid in corpore inutile est,
discutiunt. Post uomitus & enemata, fomentis & emplastris laborantem particulam delinias: atque id
ex medicamentis, quæ naturę ægrotantis conueniant. At si lapis defixus in rene subsisteret, acetũ, sac-
charum, acetum scilliticum, & quæ lapidem simpliciter conterunt, assumere oportet, sicut est decoctũ H
radicis graminis, damasonij, adianthi, polytrichi, & similium. Quæ si inefficaces uideantur, ijs quę lapi-
dem frangunt uti poteris, quales sunt regalium asparagorum radices, bdellium ex Arabia aduectũ, se-
men altheę, milium solis, betonica, saxifragia, pulegium, capparis ægyptiæ radix, domesticarum ficuũ
femina, & quę istorum uiribus sunt propinqua. Quòd si aliquo pacto ne hæc quidem proficiant, uten-
dum putarim medicamentis, quæ lapidem potenter frangendi uirtutem habeant. Potenter uero diui-
dunt lapidem, lapis Iudaicus (& si calculum in renibus fixum est masculo: sin in uesica hæreat, & ob ma
gnitudinem excerni haud possit, fœmineo lapide utaris. Nam masculus, lapidem qui in renibus est fran
gir: fœmineus, qui in uesica) uitrum combustum, lapis cappadox, & paliuri semen. Hæc sunt, quæ cal-
culum uiolentius frangunt. Si uero crassus succus in corpore subest, & urinarum crassarum euacuatio-
ne sit opus: crassam urinam agunt cardui radix, rubia, & similia. Quòd si frequentes urinas ducere opus
fuerit, frequentes urinas ducent acorus, pastinaca, assarum, ammi, & similia. Quòd si natura in deponẽ
da urina pigra fuerit, ipsam excitabunt scordium, chamædaphne, bryoniæ cauliculi, & quæ uiribus
sunt ad hanc rem paribus. Quæ uero mouẽdæ urinæ naturam habent, ea periculosius lapidem pellũt:
temperatura nanque sunt acri, & ob id calida & sicca, insuperq; naturæ colligentis & segregantis col-
lectam serositatem. Sed quæ ignitas constitutiones in se non habent, rumpẽdo lapidi sunt magis ido-
nea,

A nea,quia incidunt opportune,& minimam caliditatem obtinent.Caliditas aũt exiccando porrum colligit,non incidit aut diuidit.Quapropter quę minus calida cum hoc,quod incidendi facultatẽ habent, sunt meliora.Quæ uero urinã mouent,calida sunt & sicca,atque acria, quamobrẽ secernunt quidẽ serosum sanguinem:sed quicquid in se crassius ille habet,id cogunt & compingunt.Propterea ijs qui calculorum morbo sunt affecti,apponi non debent.Hæc tamen,si ueluti ductoribus & uectoribus ad locum affectum usi quandoque fuerimus,proderunt. Ceterum post lapidis excretionem,[medicamentis]utendum est opportunis † [ad reficiendum & colligendum,] quæ morsu, asperitate,& feruore descendens calculus exulcerauit:præsertim,si magnus atque angulosus is fuit. Postea ubi corpus ex *colligentium[medicamentorum]beneficio, satis * collectum agnoueris,tum & foris & intus præseruantia admouebis.Sed ne in hoc rei summam esse putemus.Immo quantisper ad prouidentiam hanc opera datur,tantisper conferentibus tam cibis quàm potibus,& quæ concoquere ualeas, utaris. Ex nutrimentis.n.& potibus,quæ naturæ tuæ conueniunt,balneisque,& exercitijs atq; similibus,uirtutes singulariter corroborantur:sicut inuicem ex illorum contrarijs debilitantur & deijciuntur. Hinc est quod propter uirium erectionem & uigorem usus similium maxime desiderentur. Viribus etenim roboratis & confirmatis,tantum momentum ad morbi generationem habere nihil potest, quin ab ijs il-
B lico profligetur. Quod adeo uerum est,ut nihil subesse in uniuerso corpore inutile teædem patiantur. Hæc sunt pauca,quæ non equidem iniustam hac de re institutionem, sed breuem submonitionem sedulo tuus minister tibi offero. Quod ad perfectam de his omnibus traditionem attinet, id nobis uetustissimi sapientiæ professores diligenter prosecuti exhibuerunt.Quod restat,Medicus qui tibi a latere est,& curam tui perpetuo gerit, meus conseruus & hæc,& ueterum scripta,& tuæ naturæ conuenientia me magis & alijs omnibus, quantum homini permissum est,prospexit ex ijs,quæ edoctus iam est,& ex naturæ tuæ exprompta cognitione perspiciet.Ei te ergo solum cõmittas,nam ita te ille(quod Deo teste affirmare ausim)sedulo curat, ut quisquam alius curare omnino possit. Quandoquidem is, cui natura hominis alicuius perspecta sic est,ut quid secundum naturam in ea sit exploratum habeat; expeditius alijs omnibus cognoscat,quid præter naturam eidem acciderit. At quanquam animus erat disceptationem logicam de paucis quibusdam in medium afferre, id tamen reseruandũ in aliud tẽpus uidetur,nam in præsentia locum habere non possunt. Cuiusmodi est,quinam ab hoc affectu liberari possint,qui liberari nõ possint:& an lapis hic causa sit,an morbus,an morbi symptoma. Et, si est causa, præincipiens ne sit,an antecedens,an coniuncta:Idq; similariũ,an instrumẽtorũ,an utrorunq;.Iã si morbus est,an similaris sit,an instrumẽtalis,an cõis.Si symptoma,actio ne sit læsa,an excernatur quod reti-
C nendum erat,uel retineatur quod excernendum.An affectus sit quidam,an utrunque illi sic acciderit, ut & causa sit & morbus,& symptoma.

† [illegible]

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE CVRA LAPIDIS.

CENSVRA.

Vtilia etiam & hæc esse possunt,quæ hic Arabs scripsit,si cum iudicio legantur.

CANON quẽ scripsit Alguazir Albuleizor filius Abumelech Filuzer imperatori Saracenorũ Anly filio Ioseph filij Resaphin de curatione lapidis.Accidẽtia a quibus cõueniẽtius est cauere,& a quorũ tractatione cautela est adhibenda,
D sunt dolores,propter timorẽ qui est in eis.debilior nanq; eorũ prosternit uirtutẽ,& soluit inter hominẽ & inter suas salutes.Et ipsi quidẽ nõ sunt sicut accidẽtia,in quorũ curatione interuenit latitudo.Et ego iam multoties eo præsente dixi ꝙ hoc accidẽs est sicut inimicus.Et oportet licet det inducias, ut abscindaꝛ in ipsis suis inducijs,ꝓp suã debilitatẽ in resistẽdo.& nõ sit cõtentus in debilitando ipsum,sed abscindat ipsum cũ eo quod acquirit ei uires,aut præparationẽ. Et canon cõferẽs in segregatione causæ huiusmodi accidẽtis,per cuius assiduationẽ confido ꝙ securabitur ab eo,est iste. Dum tẽpus æstatis perseuerat usq; quo pertranseat plurimũ tẽporis autumni,& descendat pluuia multa,tũc acceptio.℥.i.s.de syrupo acetoso,facto cum aceto expressionis uuæ puræ, & medietatis eius de syrupo uiolato cum.v.℥.aquæ,in qua bullierint cortices radicũ fœniculi.ʒ.j.s.& cubebæ cõtritæ.ʒ.i.donec cõsumpta sit aquæ pars quinta.& colata est conueniẽter,sumat hoc oĩbus modis in omnibus. xv. diebus.Et acceptio aquæ ciceris secundũ quod dixi,est bona & benedicta.Et si inueniatur aqua,& misceat cũ ea in decoctione eius acetũ,quod destruat ipsius caliditatem, & roboret eius incisionem, & ipsius abstersionem,& ad ultimũ quãdo inuenitur in acuitate cõplexionis,exquirat studium in infrigidãdo,sumat hunc syrupum, siue medicinas decoctas in aqua quam narraui.& utatur syrupo endiuiæ, & syrupo acetoso, & syrupo nenufaris.& ponatur in omnibus tẽporibus in aquã cibariorũ factorũ ei

aqua ciceris nigri,nisi apud uehementiã caliditatis aeris.decoquatur ergo cũ aceto quod decoquatur E
cũ aqua ciceris,& fit cum aceto cucurbita.uerum in cibarijs de cucurbita multiplicetur origanũ. Qñ
ergo aduenerit autumnus.& non intelligo per autumnum illud de quo absolute dicitur hoc nomẽ.qñ
tota autumni natura est ex natura temporis æstatis,sed uolo per ipsum quãdo cõplectitur cõplexio ae-
ris gradatim ad frigus,& associatur ad illud ut humectet̃ aer per descẽsionẽ pluuiæ.sumat de cõfectio-
ne quã feci ei nũc quatuor.ʒ.cũ decoctione ciceris nigri,cõdita cũ sale & pauco piperis,die una,& in-
terpolet diẽ,quatuor uicibus,aut quasi illis.Qñ ergo uehemens fit frigus aeris & figitur hyems, acci-
piat de theriaca magna omnibus.x.diebus aut quasi illis.ʒ.j.cũ tanta aqua calefacta, quantum capit os
semel,permisto ei de syrupo de corticibus citri.Et qñ possibile est ut utatur cibario facto ex olere urti-
cæ,fiat ei cibariũ olerũ,decoctũ factũ cũ carne hœdi,quod sumat in principio suæ comestionis. Hoc re
gimẽ sufficit ad auferẽdas causas hmôi accidẽtis.Et de illis quæ oportet ipsum in cibo sumere, est lo-
pus,postquã cõfirmatur hyems,& defectus pluuiæ.& in uere die aliquo in diebus. At uero adolescens
est mulro melior quàm aries * binus in istis duobus tẽporibus proptie.Et de illis quibus oportet cõser *al. hmôi.
uari sanitas ab oĩbus accidẽtibus,quæ de proprietate caloris est ut faciat accidere,aut ut accidãt causã
eius in tẽpore autumni,est ut sumat in mẽse maij circa finẽ eius,& in principio iunij, istud. Hordei ex-
corticati & cõtriti & florũ nenufaris,& oculorũ uaccæ mundatorũ ex suis interioribus,omnium ana.ʒ. F
viij.seminis scariolæ,& uolubilis exiccatæ,& medullæ seminis croci hortulani,& medullæ se. melonis,
oĩum ana.drach.iiij.florũ uiolarũ,& capilli ueneris,corticũ radicis apij recentis,omniũ ana.ʒ.ij.rhubar
bari electi recentis,quartam.ʒ.unius.terantur quæ sunt terenda,& infundãtur oĩa nocte una in mensu-
ra libræ aquæ feruentis,& in mane ponãtur super ignẽ leuem.quandoque inceperint bullire, confricẽ-
tur manibus calida,& colẽtur,& cõfricentur manibus in colatura de cõdito rosaro ex sacharo drach.
xij.& de medul.casiæ fistulæ mundatæ a suis interioribus & suis tunicis drach.iiij.& coletur,& misceat̃
cũ eo tertia.℥. de syrupo iuleb,ex sacharo.& sumatur mane alto.& quiescat die assumptionis eius,& se-
cũda.Illud uero quod aufert esse lapidis.& eius prohibet generationem,est esse contentũ in cibo pane
fermentato spongioso,cuius farina molita fuit in proximo , cũ auibus laudabilibus,sicut pullis, & per-
dicibus.& interpolatione lepore,& asparago,quando possibile est.& cibariũ olerum ex urticis, & sicla
est benedictum.& non repleatur comestione multum.immo dimittat de saturitate sua parum. & nõ la-
boret post comestionem penitus.& si est necessarium ut frangat illud quod generatum est ex eo, & ex-
trahat illud,sumat de hac confectione.R.corticum radicum asparagi exiccatarum.& corticum radicũ
fœnicu.exiccatarũ,& polij,& scolopẽdriæ,& cubebæ,omnium ana.ʒ.v.ebeni,& gũmi prunorum,& la
pidis iudaici contriti super cotem,& casiæ,& cyperi de harach,& bdellij uarij,& ammeos, omniũ ana. G
ʒ.ij.terantur singulariter,& cribellentur,& cõficiantur cum syrupo de sacharo.& sumatur ex ea ex tri-
bus.ʒ.usque ad illud quod est quasi illud,cum aqua calida in qua bullitũ fuerit parũ fœniculi. Et simi-
liter ad uentositatem,& dolorem lapidis,& dolorem capitis,& stricturam anhelitus, & dolorem bra-
chiorum confert ei.Ad uentositatem sufficit regimen quod ego præcepi ad prohibendam eorum gene
rationem penitus.Ea uero ex quibus generantur sunt permistio in cibo, & intromissio cibi super resi-
duum cibi.& labor post comestionem.Illud aũt quo est utendum apud uehementiam doloris. nam do
lor prædictus non accidit nisi a generatione lapidis stantis in aliquo meatuum urinæ. & quod ego de-
terminaui ei,prohibet eius generationem,si ei alligetur ita,ut de eo nunquã cõqueratur.& non accidit
aliquid ex eo,si alligato ceciderit iteratio mundificationis tenũ.ueruntamen non est possibile, nisi im-
periũ mãdati auditur administratũ in huiusmodi dispositionẽ,& est istud.R.fœnugræci.ʒ.iiij.se.apij, se.
dauci,amborum ana.duas tertias.ʒ.i.bulliat totum in vij.℥.aquæ,donec redeat ad medietatem. deinde
confricetur manibus donec aliquantulum uiscosum fiat.& in colato fricetur manibus de condito uio-
lato ex sacharo.℥.j.s.fricatione ultima,& coletur.& sorbeatur in hyeme super medietatem.ʒ.j.de the-
riaca magna.& in æstate & suo simili de temporibus aeris calidi,sine theriaca penitus.& uaporetur lo-
cus totus cum hoc. Olei anethini.℥.iij.sumantur in quo liquefiat adipis gallinæ.℥.j. demum submerga- H
tur in eo lana succida.& uaporetur cum ea tepefacta locus multis uicibus post potum medicinæ præ-
cedentis. demum administretur sternutatorium bis uel quater.Dolor uero capitis quando inuenitur,
tunc si fuerint in tempore caloris,sumat istud quod narro.Conditi rosati ex sacharo.ʒ.xij. medullæ ca-
siæ fistulæ mundatæ a suis interioribus & a suis tunicis drach.vj.fricentur ambo in.v.℥.aquæ calidæ, &
colentur.& addatur colato syrupi uiolati de sacharo.℥.j.s.sumatur in mane.& ungantur frons, & ante-
rior pars capitis cum oleo rosato.concusso cum tertia parte sui ex aceto forti,& infrigidetur.& sit effu-
sio eius super caput cum uase stricti oris ab altitudine mensuræ palmi.quoniam est melius & ueloci-
oris iuuamenti.Si autem accidat in tempore frigoris,sumant hanc medicinam. Agarici uehementis al-
bedinis drach.i.& tertia,raud seni,drach.j.terantur ambo,& conficiantur cum syrupo acetoso de sa-
charo.& sumat super illa duo istud quod ego narro. Casiæ contritæ,& anisi,uniuscuiusque drach.i.fer
ueant cũ.vj.℥.aquæ,donec consumatur ex ea mensura tertiæ,& coletur,& misceatur in ea syrupi aceto-
si.℥.j.s.& sorbeatur & bulliant chamæmeli & meliloti uniuscuiusque ma.iij.in aqua quæ cooperiat ea,
donec uehemens fiat eius calefactio.demum inclinentur frons & tẽpora super illum uaporem ascen-
dentem ex ea. Cum ergo tepuerit aqua in qua bullitum fuit illud quod dixi, submergatur in ea
pannus lenis, & uaporetur cum eo ubi inuenitur dolor in capite. Stricturæ uero anhelitus non
est causa

A est causa nisi additio carnis.& dimissio exercitij in ieiuno.& cõseruatione illius eleuať.Illud uero quod
accidit de dolore brachijs & membris,inungantur quando inuenitur illud cum oleo anethino, quo-
niam destruet illud.

Ad lapidem.

Et est ei iterũ descriptio suffuf ad lapidẽ.R.gummi prunorũ,& cubebæ, & lapidis iudaici,ana.ʒ.iiij.
corticis radicis asparagi,& ebeni,ana.drac.ij.se.dauci,drach.s.teranť,& cribellẽtur,& adiungať ei me-
dia.℥.sachari.& bibatur de eo omni die.ex drac.ij.usq; ad circuitũ eius,cũ aqua in qua misceať syrupus
acetosus.Et sit cibus tafea ex lepore,aut fœniculũ,& cibariũ olericũ ex urticis.Et est ei descriptio infu
sionis illa ad illud.Recipe corticũ radicũ apij,corticũ radicũ fœniculi,ana.drach.ij.corticũ radicũ aspa-
ragi,drach.iiij.rubiæ tinctorum.drach.i.terãtur oĩa.& bulliant in.vj.℥.aquæ,donec minuatur medietas
eius,& coletur,& misceatur cum ea de syrupo acetoso scillitico.℥.i.s.& bibatur.

Ad lapidem in uesica.

Valet lapidi in uesica.i.frãgit illũ in uesica hoc modo.Accipe cortices radicũ petroselini, fœniculi,
semina eorũ,miliũ solis,semẽ maluæ,& maluauisci,fœnigræci.oĩa uniuersaliter habere poteris. & bul-
liãt in aqua.& colabis.in parte istius colaturæ pones.℥.j.prædicti olei.& totũ tepidũ dabis ad bibendũ.
siue ĩ balneo.& hoc ieiuno stomacho post aliquã horã post cibũ.& hoc frequẽter,quousq; totũ lapidẽ
B emittat.Veruntñ si fuerit iuuenis,& siccus,aut macilẽtus,& in æstate,dabis ei cũ decoctione se. melo-
nis,citruli,cucumeris & cucurbitæ,lactucæ seminis,maluæ uel maluauisci,oĩum æqualiter.ualet ægritu
dinibus uesicæ qñ impediť urina ex humore frigido oppilãte collũ uesicæ.quod percipies, qñ nõ senrit
calorẽ circa partes illas,nec ardorẽ in urina.& ꝙ calidis iuuatur,& frigidis læditur.& qñ sentit frigidi-
tatẽ circa pectinem certior eris.Item quando sanies uulnerata,uel sanguis congelatus est in uesica,da-
bis cum aqua mellis.sed caue ne uulneta recentia sint in renibus.de antiquis ne timeas.

Ad incontinentiam urinæ.

Item si urina præter uoluntatẽ emittatur,da ad bibẽdum de uino ubi decocta sint ruta, castoriũ, cu-
pulæ glandiũ,semẽ myrti,& thus.ista eadẽ facias si mingat lente,partes illas frequenter ungens.Prouo
cat urinam ex humoribus frigidis,uel sanie,uel sanguine congelato,aut lapide in collo uesicæ,meatus
urinales,aut ipsum collum uesicæ oppilantibus,uniuersa curabit,sicut scriptũ est.Item ualet doloribus
frigidis, passionibus auriũ frigidis.ualet paralysi,tremori mẽbrorũ,& torturę oris bibitum.debes unge
re membrum læsum in his tribus prædictis passionibus,sed primo & præcipue principia membrorum
patientium.s.occipitium,& totã spinam dorsi frequenter.Sed in paralysi,non in principio,sed post.iiij.
uel.v.dies tunc præsumitur ꝙ humores non sint superflui.Verũ in paralysi sanguinea nequaquã fiat nisi
C in declinatione.& tunc cum cautela,ne sanguis aduratur,& febricitet infirmus,& periclitetur. In alijs
duabus in ipso principio usque ad finem.Aut bibitur in hunc modum.Mentam,saluiam, calaminthen,
nucem muscatam,galangã facies bullire cum pingui gallina.& in ipsa bullitione pone de oleo.si copiã
non habes olei,ad medietatem ponas olei communis:postea de illo iure bibe ieiunus.& differas pran-
dium per duas horas.deinde ipsam gallinam comedas cum suo iure:si tantam copiam non habes olei,
in parte illius iuris si quod habueris facias bullire,& haurias.prædicta disciplina poteris cum piscibus
uti,addens cum prædictis herbis & speciebus origanum & pulegium.Si etiam piscem eo unctum assa-
ueris,utile erit.Item hoc idem oleum cum aceto calido sumat in ore qui patitur torturam oris uel pa-
ralysin, & colluat os frequenter.maximum enim consequitur iuuamentum. Valet etiam ischiadicæ
passioni,quando frequenter locus læsus ungitur,& per clystere mittitur.ualet ẽt podagricis, & arthri-
ticis ex frigida causa,cũ quo fiat frequens inunctio pedũ uel articulorũ,addito modico aceti calefacti,
& postea in fine ægritudinis sine aceto.Valet dolori dorsi emplastrum ex eo.& ammoniacum in eo dis-
soluitur.& dorsum emplastretur cum eo.hoc etiam emplastrum apostema splenis & eius duritiem dis-
soluit modico spatio temporis.& omnes duritias,& omnia apostemata dura.Iniectum in naribus, ua-
let epilepsiæ.Et quando epilepticus cadit, destilla in aures eius cum penna aliquas guttas,& apprehẽ
D de nares cum manu tua,& agita caput,& si agitatur,sinatur post unam horam.in tempore interpolatio-
nis iniectum,multum confert.Valet oppilationi narium,quando nares oppilantur ex frigido humore,
quod intelligas per absentiam caloris.& ipse infirmus sentit nares frigere.& asserit istud sibi accessisse.
& calefacit cerebrum quando ex eo ungis pollicem.fricans palatum,uel coronam & tempora eo inũ-
gis.aut cum cibo sumis.aut cum iure parum ex eo usque ad.ij.ʒ.bibas. Valet contra obliuionem.i. de-
let eam,quando tu radis occipitium,& ungis frequenter illud.& etiam sumptum per os, siue in cibo,
siue in uino,in quo bulliat castorium & saluia & olibanum.Ista frequentare debes quousque iuuamen
tum sentias.& hoc intelligas in omnibus operationibus istius olei.& sedat dolorem dentium,quando
est ex frigido humore,uel ex frigiditate cuiuslibet rei.& inungendo dentes uel gingiuas eo,parum ca-
lefacit.Et iniectum in matricem,prouocat menstrua, quando in matricem cum pessario immittitur,
prius ad ignẽ calefactũ.Aperit orificia uenarum,sumptum.s.per os,sicut superius diximus. Et dissoluit
sanguinem congelatum in stomacho & in uesica,quando sumitur sicut diximus ubi locuti sumus qua-
liter iuuat renes.& soluit urinam & frangit lapidem in uesica.Valet anhelosis ex frigidis humoribus in
pulmone contentis,sumptum cum decoctione hyssopi & ficuum siccarum & liquiritiæ, aut alicuius
istorum ad pondus drach.ij.ieiuno stomacho.

GALENO ASCITVS LIBER

DE CVRA ICTERI.

CENSVRA.

Multa hic vera & ex auctoribus doctis exscripta.

AD icteri curam prima quidem duo sunt maxime necessaria auxilia.s.phleboto
mia & purgatio.Sed purgatio quidem est propinqua, eo q cholera & non san
guis abundat in ictericis.fiet autē & aliquando phleboromia propinqua,quā-
do simul cum cholera abundar sanguis, & quādo hepar uel splen ab inflamma
tione tenditur & dolet,sicut multoties accidit. Nihil.n.est aptius phleboto-
mia in dolore uiscerum. Alius autē & phlebotomans curabat, sicut & Praxa-
gotas.sed non distinguebat qni erat phlebotomādus, & qui nō. Purgationes F
uero magis appropriatæ sunt huic ęgritudini. & plus iuuantur patientes, qñ
purgantur iuxta principia. Ego autem euphorbio miscens epithymum,& aloen, & petroselini, & dau
ci semen,& piper album,purgo ictericos.& ut plurimum quidem solum hoc sufficit. Bene uero purgat
& scāmonia cū aloe,& sicyoma,& qcquid aliud acutius euacuat,maxime aūt quæcūq; cholerā ducūt.
Debiliora uera subductoria fortasis nō cōferunt,eo q non curanē faciliter icterici ꝑpter uētris siccita-
tem,nec oīno descendit cholera ad intestinum.Quibus autē in impedimento est aliquid ut purgentur,
his cōfert uomere per raphanidas frequenter,aliqñ autē & post cœnā.&.n.hepar ad ambas euacuatio A.l.1.f.4.c.13
nes,eam.s.quæ per subductoria,& eam quæ per uomitus,non improprie ducendum est.Et hypochon- D.
drium,ut utiq; mollius existens, cataplasmandum,miscendo farinæ hordei de rore marino, & scinco,
& artemisia, & absinthio, & abrotano, & gramine, & ruta, & cardamo, & chamæpitye,& allio, & cen
taurea. Hæc enim alterutra urinas mouent, quod ægritudini est maximum bonum, & contrahitur ui
scus. Ventosarum autem appositionem uidi præ manibus existere in Medicis,quando carent eis quæ
propria sunt ægritudini.Non tamen ualde laudo neq; uitupero eam,sed secundum tempus.In eis enim
scilicet icteris qui a uentre,post eos qui ab hepate puto conferre. secundario uero eis qui ab hepate,
quando tumorem aut dolorem habet.In eis autē qui a splene,nihil prodest uentosa .Hepar.n.& uēter G
applicata phrenibus, possunt euacuari per uētosam uersus hypochondriū,propter cōtinuitatē.Splen
autem nullum cōmunē habet cum phrenibus,sed multum ab eis distat. Nequaquā igitur oportet eos
qui a splene icteros curare uentosis.Mitigatis uero febribus,cerotum apponere,primum quidem cerā
& resinam coquendo cum cyprino.i.alcanna.& meliloto,& bdellium,& ammoniacum miscendo.Igni
ta uero hypochondria nequaquā lædes & farinam hordei cum floribus uitis albæ,& meliloto catapla-
smans.Coquere autem oportet melilotum in dulci.& terere cum farina,effundendo de ipso dulci . Fit
autem id & absq; farina per panem mollem.Bibere autem oportet pharmaca in hac ægritudine, succū
absinthij infundens in aqua cum nardo. Fortius autem oportet coquere absinthium in aqua.& colatū
dare ictericis.Optimum enim est pharmacum siquis animose offerat,non attendens ad amaritudinem.
Et nimirum apparebit tibi magis dulce , quàm amarum esse absinthium.Amariora enim noui hoc ari-
stolochiam,gentianam,centauream,& alia multa . Nempe & præmittere quid iuuatiuum propter gu-
stum,ingenerosum est.sicut & assumere quid nocuum propter delectationem,nefandum . Et nimirum
patiuntur icterici quid inconueniens.Amara enim eis apparent quæ sunt dulcia.Vnde amaritudo quæ
inest absinthio,a passione obtusa erit.Bonum autem est bibere ad icterum & hoc.calaminthen, periste
teonem,uocant autem sacram herbam,acetosulam,lapathium acutum,quod est rubrū in stipite & fron H
dibus.& stipes est quadrangularis,plenus semine,radix uero eius est lutea. Hoc autem per se comestū,
& decoctio radicis bibita,cito iuuat.Iuuat autem & domesticum lapathium similiter.Comedere autē
oportet & de ea in prandio.& de decoctione radicū bibere.Nullo autem minus est anchusa,& silphiū,
& chamæpytis,& erythrodani radix,& rosmarinus,& uocarū hemioniū,& subtilis aristolochia,& ad-
iantum,& serpyllum,& hypericon,& struthion. horum enim singnlum bibere licet coquendo in aqua
uel cum uino.uel incisum permiscere cum melicrato, uel uino antiquo.ut plurimum uero pondus uni-
uscuiusq; est. ʒ.i.Bonum autē est & terere ipsa in aqua,ut in magnitudine fabæ. Expurgant autem bene
in icteris & sulfur cum ouo sorptum, & allia, assa & cruda comesta,& cepæ,& raphanides. Et melicra-
tum ꝑ se est optimū,& cicerū decoctio,& cichoriū cū uino,& caulis succus,& staphylini radices,& cor
nu cerui abrasum,& in uino bibitū.& amygdalæ amaræ coctæ in ptisana,& petroselini,& smyrnij mol-
les radices,& anisum,& meu,& acorus,& radices de pōto odoriferę.maxime āt asarū,& nardus,& sola
tri succus & chamæmelus,& mercurialis,& *tamariscus.Hæc.n.oīa sunt pharmaca ictericis purgatiua. *al. amarac'.
Et offerre ipsa oportet sicut ego cū multa experiētia scripsi.Non autē in solis pharmacis faciebā curā,
sed diætans quàm maxime. aliquibus enim sola diæta præbuit quod quærebatur . Optimum au-
tem est post exurrectionem mane a somnis , tentare fricari moderate cum oleo puro . Coqua-

tur

A tur autem in oleo saluia, uel amaricinum, uel artemisia, uel bacca lauri, uel chamæmelus, uel iris, uel
nardus, uel casia lignea, uel costus. Expurgant enim prædicta colorationes, & sudores mouent. Deinde
absterso suauiter, ut remaneat pinguis, apponere hypochondrio cerotum uel malagma Amathonis,
uel Polyarchi, uel alicuius talium. quæ primo quidem remittere habent: deinde cyprinum cerotum,
& tecto hypochondrio, & superaccincto patiente, ad deambulationẽ oportet exire. modicum uero
moto bibere de prædictis pharmacis. Supra potum autem, modico motu quiescere. deinde ire ad bal-
neum. & ibi prius moto & uocitante, balneari cum aqua multa & calida. simul enim sudores sic conse-
runt. simul autem & pruritus cessant. & maxime si nitro & fæce uini usta abstergatur cutis. In balneo
autem & melicratum bibitum confert. Cibaria uero ictericis & pulmenta, sunt panes bene fermenta-
ti, & non multum puri. Ad secessiones enim ij conferunt. Pulmenta uero, præsuccum gaziricum, uel
byzanticum antiquum. & raphanides, & capparis cum oxymelite, & pisces mollium carnium, & pe-
trini assi, & cum cocco cnidio, & coriandro, & aniso cocti, & eritio, & cum melicrato. Hæc autem &
ut pharmacum prosunt, ducentia ad urinas. Quando autem & terrestris fuerit eritius, non oportet ab-
stinere. Quando autem pisces non adsunt, cicera coquendo, bibere oportet aquam. Comedere autem
salsuginosa. & bibere uinum album odoriferum. neque ab oleribus oportet abstinere. sed & horũ pro-
B prie quàm maxime oportet sumere, quæ suauissime mouent minctionem. Sunt autem talia, pastinaca,
& cartamum, & struthij germina, & scandix. i. endiuia, & cyminum, & * sesamum, & molles cardui, &
* al. sisarum. fœniculus, & eryngij radix. i. uitiale porrum, & asparagus, & smyrnij stipites, & mercurialis, & om-
nia talia. Bonum est autem & origanum uiride. Domesticorum uero olerum, aptissimum est caul. &
orinibum eius, & siclum, & raphanis, & rapa, & cepa hortensis, & germen sinapis, & tritio quæ est de
semine eius, & de allio. Carniũ autem, syluestres sunt meliores domesticis. & elixæ magis quàm assæ.
Appendant autem selini semen, & * anethi, & cymini. Domesticas uero assas oportet comedere, quæ
* al. anisi sint iuuenescentium. Excipere autem oportet omnia paludosa, & aquatilia, & gallos, nisi moderate
carnosi fuerint. Fructuum uero, uentosi quidem omnes, non sunt apti. sed qui sunt uisceribus familia-
res, & urinas prouocant, absque quòd sint bene cibabiles. Dactylorum uero balani, id est fructus ita
sunt diutetici, ut siquis uirides comederit, sanguinosas urinas copiose faciat. De tragematibus autem,
frixa cicera sunt optima. Vinorum autem, alba, & substyptica, & subtilia, & non ualde antiqua. Et iu-
uenum melius est oblationem facere post labores & balnea, cauendo a repletione, sicut & ab indigen
tia. ambæ enim ictericis sunt pessimæ, repletio quidem, propter indigestiones, & eo quòd obstruit he-
par: indigentia uero, propterea ꝙ cholericiores ostendit humores. & propter inanimositates quæ se-
C quuntur ægritudinem secundum multam necessitatem. Vbique igitur quod est moderatum est opti-
mum. hoc autem magis ubi & excessus & defectus nocumentum non paucum infert, semel aut bis
assumpti. Oportet autem & tardante ægritudine, peregrinationes tentare, & appensiones, & equitatio-
nes, & in sole nudari, & per se natis balneis uti. maximum enim est ab unoquoque eorum iuuamentũ.
Venerea uidi quosdam quidem medicorum laudantes in hac ægritudine. manifestum autem est, quòd
si quidem utendum est eis, in ultimis declinationibus competunt. Melius uero est magis sobrie diæta-
ri in alijs, & in uenereis. Non enim possunt tantum iuuare remissione & lætitia mentis, quantum no-
cent imbecillitate & infrigidatione corporis. Vltra autem ꝙ infrigidant, tristiores faciunt. Omnino
autem bonum animum & mansuetudinem sistunt, excitando quod contristat. Hæc quidem est diæta
ictericorum. Scire autem oportet timendum esse, si hoc te faciente, & pharmacis & adinuentionibus,
nihil ad melius addunt, sed magis fiunt peiores habitibus, hi quidem aquosati, alij autem exsiccati.
Duæ enim sunt euersiones malignæ & difficile tractabiles secundum ægritudinem. iccirco & a longe
prohibere oportet, & obuiare eis, & obsistere. humidiores quidem, per purgationes quæ per diureti-
ca, & labores, & solares stationes, & per sudorum eductiones siccando. sicciores uero, per bonam nu-
tricationem humectando. Si autem quid remanet in uultu de ictero, quod fieri solet, effusionibus quæ
D ad nares oportet uti. Fortissimum autem est ad hæc elaterium & cyclamini succus permisti cum lacte,
ut non molestent repleto ore aqua. debiliora autem est anagallis, & siclum, & nigella. non tamen sunt
inutilia. Eligat uero Medicus quæ conueniunt ægritudini. Purgentur autem primo quidem mucilago,
deinde cholera crassa, sicut uitellina. Licet autem his & post balneum uti. citius enim euacuant. & si-
mul balneum consolatur, & est minus mordax. Et hæc est cura ictericorum.

GALENO ASCRIPTVS LIBER DE GYNAECEIS, E

ID EST DE PASSIONIBVS MVLIERVM.

Nicolao Rhegio Calabro interprete.

DE PASSIONIBVS mulierum & matricum utile præuidi uobis scribere. Su-
peruenientium enim diuersarum & plurium passionum in matrice, aliquæ pe-
riculosæ & insanabiles fiunt. ob quam rem turpitudinem nõ præferendam cõ
feo, quoniam abscondere periculosum est. Fit igitur in ore matricis dolor &
symptoma forte. & si cito non occurratur. uulnera in ipsa fiunt. Et quando-
que ad hypochondria supposita suffocationem facit. & ad cor dolor superue-
nit fortissimus. & nominata consequitur amara saliua, uelut si aceto & aqua
os adimpleatur. & tibiæ frigidæ fiunt. & caput & lingua formicitant. & uox F
deficit. Cura. Sub matrice ponenda est lana inuoluta balsamo, aut oleo amaricino, aualio qualicun-
que bene redolenti. Naribus uero offer asphaltum molle. & uomica cum capillis nigrientibus, aut
pennis coruinis in acetum immissis peruomica. offer naribus sternutamenta. & soluto ore & lingua
ad loquendum, bibendum est castorium cum uino. & digitum tinctum in oleo naribus offer. Lana au-
tem supposita sit donec sanetur. quia si tolletur, reuertetur passio. Si autem matricis descensio in ue-
sica dolores magnificet, & fiat formicatio tibiarum, & urina concludatur, dum uis sanare, huic offer
bene olentem myrrham, & omne suauissimi odoris quod inueneris. Ad matrices uero appone inolen
tas suffumigationes usque dum restituatur. *Fumigatio.* Ad matricum suffocationes, si uox deficiat,
& ad periculum mortis deuenerit, ut per os potiones recipere non possit, suffumigatione succurritur.
Rutam uiridem frica, & confert. Item sulphur cum aceto naribus impone. Item asphaltum in carbo-
nes pone et nares suffumiga. *Potio ad id.* Succus urticæ colatus datus in uino aut melicrato, mox
iuuat. Item in periculo castorium in uino bibat. Aut castorium, & anisum in oxymelite. *Sternu-
tatio ad idem.* Elleborum album, asphaltum, castorium tere, & offer naribus. *Pessarium ad idem.* Ru-
ta cum melle bono linias os matricis. Ad idem. Lenticulas infunde in uino, & postea tere, & uelle-
re calefacto collige, & appone. mirificum est. *Item quæ in pectine habent dolores quasi uespam incidentem.* G
Apium tere cum castorio & adipe anseris, & pessarium impone. *Item ad eas quibus facta est aphonia de
suffocatione matricis.* Picem in lanam mollem inuolue, & pessarium impone. *Ad dolorem matricis pro-
pter abstinentiam uiri, ut contingit sæpe uiduis, & uirginibus, & quarum uiri diutius absunt.* Fit autem illis dolor,
nausea, saliua. tibiæ frigent. & quæ in matricum suffocatione contingunt patiuntur. Ad eius curam ad-
hibenda sunt quæ in genesia Cleopatræ leguntur capitulo decimo. Item febris acuta, eleuatio uen-
tris & duritia, dolor renum & stomachi, anaptæ, nausea phlegmatica, aut quasi acesoz, aut cholerica.
Vrinæ detentio, strictio uentris, fastidium, sitis aspera, lingua nigra quasi atramento tincta, dolor ceruì-
cis & in genis, tempora saliunt & oculi. dolent extremitates digitorum & ungulæ, & si in natura depo-
nent digitum, sentiunt magnum calorem, & siccitatem, & duritiam, & strictum os matricum. Axun-
giam porci uirginis cum melle aduna, & post balneum suppone. hoc etiam ad omnem passiouem ma-
tricis prodest. *Item ad illas quæ tumorem habent, nec faciunt aliquid sanguinis.* Adipem anseris misce in
lana & suppone. *Item ad eas quæ ante & retro patiuntur in coxa, & per totum uentrem, neque surgere neque dor-
mire possunt.* Butyrum, medullæ ceruinæ misce, & utere. *Ad dolorem matricis.* Ceræ citrinæ, cerui-
næ medullæ, terebinthinæ, adipis anatis, opij obolos. ij. cum oleo cyprino utere in pessario. facit ad
ignem sacrum, & febrem, in fistulis apostasim, atque caliginem, & punctionem, & ulcera, & alia H
multa. *Item ad pectinis dolorem, dorsi, & uentris, & frontis. & quandiu stare non potest.* Adipem anserinum
& myrrham cum mero uino teres, & in linteo pones. *Ad eas quæ dolorem matricis patiuntur si cum uiro
dormiunt. si hæc passio perseuerat colica fiunt.* Vniuersaliter autem hæ latas uenas habent penitus libi-
dinosæ. natura tumescit plus intus quàm foris. patent palpebræ oculorum quando concumbunt. cu-
rabis sic. Lac mulieris quæ masculum lactat, & cerusam misce, & calefac, & pone pessarium in ore ma-
tricis. Item galbano cum rosis simul utere. Item oui assi inure modicum & ros. impone pessario.
Ad inflationem & apostemata matricis. Butyrum cum opio & rosis aduna, & in melle pessario appone.
Suffumiga sic, ceram, terebynthinam, uel sagapenum carbonibus appone, superposito emmoto. *Si lum-
borum dolor, & circa matrices prurigo, in natura, & in uentre humidior. tunc nanque iam patet se rheumaticam fa-
ctam.* *Cura.* Ireos radicẽ succo mali granati misce: & ecligma facies postquã urinã fecerit. *Ad can-
crum matricis, cuius hæc sunt signa, dolor in uentre & sexu, ut putet se spinam uel lignum in corpore habere. aliquando
effusio sanguinis cum urina.* Betam syluaticam, & alumen scissum, & nitrum iu ligno tere, & cataplas-
ma impone. Item succum solatri cum adipe anserino in pessario. Item raphanum tempera cum eo, &
utere. *Ad ulcera matricis.* Ceram, myrrhã, & adipẽ porcinum, cum melle in lana suppone. Item oui
testam

A teſtam aſſam,ſiſelon cum roſis miſce & impone. *Ad matricem frigidam.* Si frigida fuerit dolet,& ſanguinem profert.frigidus ſudor ſuperuenit. *Cura.* Terebynthinæ, mellis, adipis anſerini.añ. miſce & utere.Item artemiſiam,adipem anſerinum oleo roſarum miſce & impone. *Signa uentoſitatis matricis.* * Renum amotis & inteſtinorum.conducit ei uentrem & clauſa dolorem concitant. *Cura.* Myrrham in nigro uino bibat.ſ.temperatę. Item medullam ceruinam tere,& miſce roſis ad craſſitudinem mellis, & fac peſſarium. *Matricis hydropicæ ſigna.* Nares mucoſæ,oculi nigri,torpet per loca calida. *Cura.* Cyminũ,uuam paſſam,ſal modicum pinſe,& miſce,& peſſarium appone.Item rubi radicem coque, & bibat ieiuna. *Ad matricem clauſam.* Bdellium tempera,& appone, ac ſuffumiga. *Si matrix exiuerit, & tardauerit,& foris uulnerata fuerit.* Terebynthinæ,medullæ uitulinæ, opij,croci,roſarum,cicutæ peſſarium impone. *Ad hæmorrhoidas in ore matricis.* Coronam ſpinæ tere,& ſuperaſperge. *Ad rheumatiſmum album,uel aquoſum,uel rubrum,uel ſanguineum,aut nigrum,ſine dolore,aut cum dolore.* *Cura.* Sanabis ſic. Papauer cum uino nigro bibant.& teſtam oui contere,& appone in capite funium ceræ cum olibano, & impone.Item acaciam tere cum aceto,& appone in lana. *Signa matricis plenæ humoribus.* Vlceribus nimis impletur.extrema oculorum fiunt ſanguinea,febres aſſiduæ, & acutæ. *Cura.* Ciperũ & rutam cum uino albo temperata ieiuna bibat ad cotylam unam, & non plus. *Ad effuſionem ſanguinis* B *matricis.* Grana uuæ ſiccæ tere,& cum uino da, aut folia uiridis maluæ. *Si ex partu contingit ſanguinis fluxus.* Corion baſilicon incende,& tere,& cum aceto inuolue,& impone in peſſarium.Item lapathij ſucco intinctum peſſarium appone. *Si ex partu natura plagata fuerit.* Teſticulos tauri etiam ſolue cũ aqua frigida,& cum roſis liquefactis lineo in panno cum modico croci impone. *Si uero conſuetudine ſuper menſtrua uenerit.* Cineres uitis teras,& in linteo imponas.uel calcem teras, & ſimiliter apponas. *Potio ad idem.* Radicem myricæ & corticem tere,& cum uino bibat. *Si matrix ex partu ulcerata fuerit.* Helenium butyro ueteri miſce,& fac peſſarium,& ſuppone. *Ad conſuetudinem prouocandum.* Piperis grana commiſce ſtaphiſagriæ,da poſt balneum cum uino,& cito ſubueniet.Item centauream tere cum folijs in aqua,& fac pilulas,& impone ori matricis.Item rubiam,nigellam,& myrrham.añ.cum uino bibat. *Ad rhagadias in ore matricis.* Coronam ſpinæ,gallas omphacinas tere,& unge adipe anſerino, ut adhæreat puluis.& ſuper ſparge. facit & ad condylomata. *Ad eas quæ non prægnantur.* Caſtorij. piperis grana.xij.uino communi ſimul temperata cum pulegio bibat. *Vt non conceperit.* Nitrum in ore matricis in modum ciceris poſt concubitum mittat. *Vt cognoſcat ſi ſua culpa,aut culpa uiri eſt quòd non concipiat.* Vaſa fictilia duo ſigna,intus poſito hordeo,& ibi fac eam & eum urinare, & pone in loco frigido per.xij.dies.cuius hordeum ingerminauerit,eius culpa eſt. *Vt cognoſcat an prægnans maſculum uel* C *fœminam in utero habeat & cognoſcat ſi ſua culpa aut culpa uiri non concipiat.* Apium cum radice ſua capiti eius appone ipſa ignorante.& ſi primo nominauerit dum loquetur maſculum,maſculum. ſi fœminã, fœminam pariet. *Vt fœmina concipiat.* Vuluam leporis ſiccam tere,& ambo bibant & edant. *Vt cognoſcat ſi conceperit.* Si collum calidum habet,dorſum frigidum, concepit.ſi uero æquale corpus, non. *Ad eam quæ prius fœcunda fuerit,poſtea ſterilis facta eſt.* Folia mali granati ſicca tere,& cum melle fac peſſarium digitorum quatuor,& poſt purgationem impone,diebus tribus,ut non tollatur. Et uuam paſſam cum granulis ſuis tere,& fac peſſarium ut dictum eſt.& quando coagulata ſtillauerit,cognoſcat uirũ. *Ad uiolatam ut non cognoſcatur.* Alumen ſciſſum,gallas omphacinas cum uino aminæo tere, & fac encathiſma.†Item cum ſucco paſtinacæ collige,& fac ad magnitudinem orobi, & apponatur per unam horam antequam coeat. *Ad tumorem uberum.* Betam oleo coque donec ſoluatur,& ſic tere,& ſimul ceram ſolue,& cataplaſma impone. *Item ad ubera ulcerata.* Portulacam tere cũ oleo roſæ, & linteo impone. *Ad duritiem uberum,& inflationem,& ulcera,& craſſitiem,& omnem paſſionem.* Caulem uiridem tere,& cataplaſma fac.Succum autem eius ſpiſſum line. *Item ad ulcera,& cancrum, & diataſin.* Folia hederæ coque fortiter,& cataplaſma, & ex apozemate fomenta. *Ad lac augendum.* Lumbricorum uiuorum.ʒ.i.tere,& cum melle bibat ut non cognoſcat.Item lac uaccinum aqua calida ſalſa uel mari-D na fomenta,& poſtea cum uino calido bibat.

†al. prochiriſma.

GALENO ASCRIPTVS LIBER

DE MEDICINIS FACILE PARABILIBVS

AD SOLONEM, ARCHIATRVM,

Ioan. Baptista Rasario, Medico, Nouariensi, interprete.

Hic liber, cuiuscunque fuerit, non est vtilitatis omnino expers.

GALENVS CLAVDIANO SOLONI ARCHIATRO S.P.D.

QVOD a me petijsti, suauissime Solon, ut de ijs, quæ facile parantur, ad te scriberem, operæpretium putaui, quæ longo usu cognouissem, ea conscribere, & ad te mittere. qua in re a capillis exorsus ad pedes usque progrediar, ut F ea facile consequi homines possint. itaque a capillis initium sumam.

De ratione capillorum tingendorum. *Cap. 1.*

VNctiones capillorum, ut ex canis nigri reddantur. scoriam ferri & plumbi coque in aceto ad tertias, & illine: capillos tamen interea oleo ne tangito. Aliud. Radices capparis terito, & in asinino lacte coquito usque ad tertiam, atque utitor. hoc autem seruandum est, siquidem capitis pilos nigros facit. Aliud. Fel marinæ testudinis ex oleo dissolue, & capillos inunge. Aliud. racemos, qui in nucibus pendent, ex oleo coquito, tum liquido bitumine addito, unge. Aliud. plumbum in uase plumbeo cum oleo teponito, capillosque ungito. Aliud. terrestrem melongiam ure, cum oleo lenias, capillos inungas, atque ita per totam noctem sinas. NE capilli cani fiant. Accipe colocynthida, eamque perfora, ac diligenter eius medullam abijce, tum laurino oleo imple, atque alterci semẽ non tritum adde, unumque diem ita sine, ac semel in anno unge. VT capilli albi fiant. stercus hirundinis cum felle taurino terito, atque ungito. Aliud. uerbasci albi florem comburito, tum aceto restinguito, & lenito, atque ungito. VT flaui fiant. Alumen in aqua coque, & cataplasmatis modo capillis per biduum imponito, deinde ex aqua, in qua fæx uini combusta dissoluta sit, superdato. Aliud. decoque lupinos amaros: G eo decocto capillos unge. vel lupinos ipsos amaros, crudos terito, & cum aqua permisceto, atque ungito. Aliud. vini fæcem cum oleo balanino misce ad cerati spissitudinem, & cum dormitum itur, capillos unge. Aliud. Ligustri folia in succo struthij infunde, hacque infusione utitor. Aliud. cape rubiam, stœchadem, citrinum, polytricum, absinthium, & lupinos, inque aqua in uase uitreo reponito: sicque per nouem dies dimittito, bis in die commouendo. cum usus postularit, cape eius aquæ, quod satis sit, in eaque spongiam infunde, ut aquam ipsam imbibat: cumque capilli, quos ea aqua perfuderis, resiccati sint, eos aqua calida & sapone lauabis.

De casu capillorum. *Cap. 2.*

SI capilli cadant, ulmi radicem, ac foliorum m. i. in aquæ cyathis. iiij. infunde, & illine. tum unge ex oleo. Aliud. Sambucum urito, cum cerato misceto, & ungito. Aliud. aloen uino nigro, austero misce, & unge. Aliud. myrrham, ladanum cum uino aut oleo myrtino misce, atq; unge. Aliud. cape multas apes, easq; cõbure, misce cũ oleo, & unge. Sed caueto ne uicinas partes attingas. Aliud. nigellam combure, & cum aqua leniens unge. hoc autem est ad supercilia accommodatissimum. DE capillis cadentibus ijs, qui conualescunt. Ladanum ex uino, & oleo rosaceo coquito usque dum fiat tam spissum, quam ceratum, & ungito. Aliud. corticem radici mori detrahe, combure, coque, ut di- H ctum est. Aliud. herbæ sanguinalis semen tere, in Lixiuium conijce, coq; caput laua. tum lentiscum excoque, ac caput collue. VT capilli in loco ambusto nascantur. Folia ficulna terantur, leniantur, ac loco superdentur. PSILOTHRVM. Cerebrum uespertilionis cum lacte muliebri lenias, & ungas. Aliud. Fel thymni cum gummi hederæ permisce, & illine. Aliud. marini leporis sanguinem recentẽ cape, & unge. Aliud. ceruinum sanguinem aceto permistum adhibe. Aliud. semen syluestris urticæ cape, coq; cum oleo dissoluto locum confricato. Aliud. uespertiliones complures uiuos in bitumine teponito, ac finito, ut putrefiant, & quẽuis locum eis inungito.

De alopecia. *Cap. 3.*

MVrem combustum terito, puluerem ursino adipi permisceto, &, locum cepa alba confricans, ungito. Aliud. cantharidas combure, & tritas melli admisce, atq; unge. Aliud. folijs ficulnis diligenter fricato, tum ursino adipe inungito. Aliud. spumam marinam combure, tere, cum oleo misce, atq; unge. Aliud. ranam, cuius longa crura sint, combure, tere, pice liquida excipe, locumq; perfricando, unge. Aliud. equi fluuialis pellem ure, locumque unge. Aliud. sanguine marinæ testudinis locum inunge. Aliud. stercus muris ac thus cape, et aceto permisce, ad mellis consistentiam, & locum fricans inungito. Aliud. hastulam regiam tere, aceto, aut uino excipe: locum ante radito, fi-

culnisque

A culnisque folijs, aut aspero panno confricato, atque ungito. Aliud. arundinis radicem combure, & adipi ursino misce, & unge. Aliud. tithymallum, conterito locumque ungito.

De furfuribus. *Cap.* 4.

CImoliam aqua persperge, bliti succum adde, atque unge: deinde laua, tum masculum thus cape, tere, uinoque & oleo mistis unge. die sequenti cum uua taminia & oleo unge. Aliud. cape nitri, fæcis uini, mirobalanorum, singulorum libram, uuæ taminiæ selibram: oleo uetere admisto unge. ceteros humidos furfures aqua salsa lauabis, aut ex lupinorum decocto. quod est usu comprobatum. Aliud. succo portulacæ caput laua. Aliud. succo bliti caput cocto, aut crudo, cui mel admistum sit, caput unge. Aliud. Cimoliam decocto fœnigræci misce, atque illine. Aliud. radicem syluestris cucumeris coque, eiusque decocto caput laua. Aliud. Scillam in foco obrue: ubi sit mollis reddita, succum exprime, eique parum olei adde, & perunge.

De psydraciis, & efflorescentiis. *Cap.* 5.

PSydracia sunt efflorescentiæ quædam, quæ uesicis eminentibus similes in extrema cute capitis exoriuntur, efflorescentiæ uero sunt ulcerationes quędā subrubicundæ, atque asperæ, quæ in superficie fiunt. eorum est huiusmodi curatio. Fabarum farinam uino subactam, cerati modo impo-
B ne. Vel ceratum ex ligustro & cerussa confice, tum appone. uel cape amyli, cerussæ, aluminis, rutæ foliorum uiridium, singulorum drach. iiij. misce aceto, atque oleo myrtino, & inunge. uel cape spumæ argenti ac cerussæ singulorum semiunciam, sulfuris ignem non experti drach. viij. excipe oleo myrtino, & illine.

De achoribus, & fauis. *Cap.* 6.

AChor affectio est in capite oriens, quæ tenuibus foraminibus, quibus humor paulùlum glutinosus prodit, cutim perforat: fauus aūt maiora foramina facit, quibus humor melli similis cōtinetur curatur autem hoc modo. Vbi caput abraseris, ipsum bis, terve, aut sæpius aqua calida, in qua myrtus, aut rubus, aut lenticula, aut radices asparagi, aut lupini amari decocti sint, perfunde: sique copia humoris ex capite effluet, cataplasma aut ex folijs salicis, aut quæ cum lente in aqua cocta sint, impones. utile autem est ante caput ipsum parietaria, sulfure, ac sapone illinere. uel cape lithargyri drach. xvi. foliorum rutæ drach. viij. herbæ pedicularis drach. iiij. atramenti sutorij drach. ij. his aceto & oleo myrtino exceptis utitor.

De tremore capitis. *Cap.* 7.

AD capitis tremorem, stœchadem ex aqua potui dabis, uel artemisiæ parua habentis folia, succum
C oleo rosaceo permisce, ac neruorum propagines unge. uel spinæ albæ semen bibendum præbe. uel castoreum in aqua dissolutum potui dato.

De capitis dolore. *Cap.* 8.

CEruinum cornu combustum, ac tritum oleo rosaceo misce, temporaque & frontem inunge. uel uulturis cerebrum lenias, caputque & tempora illinas. uel psylio ex oleo rosaceo infuso utere. hoc autem est etiam ad hemicraniam accommodatum. uel styracem liquidam oleo mistam admoue. uel asellos qui sub hydrijs degunt, ex oleo coque: coque oleo caput illine. Aliud. flores mali punici; uel ipsos citinos ex uino coque, aut etiam aqua marina usque dum tertia pars absumatur, deinde tere; & cerato mistis utere. Aliud. tempera pulegio, fœniculi radice, cū farina hordeacea illines. Aliud. mentam, aut sinapi aceto misce, ac bis in die tempora inunge. AD dolorem capitis, & temporum. Opium ad fabæ magnitudinem cape, itemq; pulegij & lentisci partes sex, excipe aceto, & oleo rosaceo, atque ungito. Aliud. Lapathium acidum & gallam tere, temporaque & frontem unge. Aliud. castoreum oleo rosaceo, acetoque dissolue, & frontem ac tempora illine. Aliud. iridem siccam, minusque cardamomum aceto resolutū cape, ac capillos unge, ut mulieres ungere capillos solēt. Aliud. peucedani liquorem oleo irino lenias, atque ungas. Aliud. stercus hirundinum prius, quàm terram
D attingat, cum luto nidi cape, in ligneo uase aceto madefacto, frontem illinito. Aliud. gummi hederæ cum aceto & oleo rosaceo lenias, temporaque inungas.] Aliud. Caprinū stercus ex aceto, oleoq; rosaceo tere, frontem illine, fascia deliga. id mane, & uesperi faciendum: atque ita capitis dolorem sanabis. Aliud. euphorbium, & atramentum scriptorium cum aceto tere, frontemque illine. Aliud. puer, qui rebus uenereis nondum usus sit, in limine ianuæ ægrotantis mingat: tum acetum affundatur, & utrunque ibidem commisceatur, ad sordium spissitudinem, eademq; hora fronti imponatur. Aliud. si enixa caput doleat, cinerem ex aceto fronti imponito. Aliud. hederæ lacrima cum aceto oleoque rosaceo mista frons oblinatur. EPIthema ad idem. nasturtium cum aceto ac rosaceo misce ad cerati spissitudinem, atque ita superdato, ut a tempore ad tempus pertingat. ita enim ilico dolor adimetur. AD EOS, quorum altera capitis pars dolore uexatur. Acaciam rosaceo cerato exceptam adhibe. Aliud. cichorium admotum tum capitis dolores, tum exustiones a sole contractas mirabiliter aufert.

AD MORBVM *comitialem.* *Cap.* 9.

MIluum in olla uiuentem concremato, cineremque potui dato, ac sanabis. Aliud. iecur eiusdē combustum, ac tritum cum aqua bibendum præbe. Aliud. asinini stercoris fricti quotidie duo cochlearia dato, atque æger morbo liberabitur. hoc remedium longo usu probatum est. Aliud. prodest urina uerris in fumo arefacta, & cum oxymelle potui data. urina autem fabæ ægyptiæ magnitudinem

nem æquet:apri autem præſtantiſſima eſt. Aliud. Ad comitialem morbum efficax eſt ſtercus hirci- E
num,ſi quindecim eius globulos ad ſummum capias. Aliud. Si æger maluæ agreſtis ſuccum per tri-
ginta dies ieiunus bibet,ſaneſcet. Aliud. [Muſtelæ iecur ſiccum ex aqua potui dato, quod facien-
dum eſt,cum æger mox caſurus eſt. Aliud. leporis coagulo modicum olei addito, pilulaſque confi-
cito.harum tũ unam,tum duas dato.] Aliud. muſtelæ ſanguine ægrum obline: muſtelamq; ipſam
capite,pedibuſque abiectis ægro da,ut ueſcatur. ac muſtela quidem data ſtrumas non ſecus pellit.
Aliud. murem diſſeca cum Luna decreſcit:iecur ipſius exemptum,atque aſſatum ægro comedendum
dabis. [utile etiam eſt oxymel, itemque acetum ſcillite, & Iuliani, & theriaca.] Aliud, quod odo-
ratu prodeſt.rithymallum cum aceto ac polenta teras, & in placentulas,redigas,tum olfaciendas lan
guenti dabis:ſiquidem non cadet.[prodeſt quoque & peucedanum & picem odorari] SVFFITUS co-
mitialem morbum arguens. Lapidem gagatem ſuffito,ægrum contegens,ne uapor diſſipetur. Si re ue-
ra morbo comitiali uexatur,cadet. POTIONES, quibus dignoſcitur, an non ſanari comitiales poſ-
ſint.acaciæ drachmam ex aqua dilutam propinabis.ſi uomat,curationem morbus non admittet:ſi in fe
brim cadet,potio proderit. A SIDERE percuſſorum curatio. conſperge ipſos aſini urina, & ſana-
buntur. VT eum, qui ex comitiali morbo humi iacet,confeſtim excites. Thymum, aut pulegium te-
re,eiuſque naribus admoue. QVAE per nares purgant.Anagallidis cæruleum florem habentis ſuccũ F
naribus infunde,ac iube,ut æger ſupinus ſpiritum ducat. hoc enim omnibus, capite laborãtibus con
fert. Aliud. [albæ hederæ ſuccum naribus inſtilla.] Aliud. ex nigella ſuccum exprime, eumq, cum
mulſa inſtilla. eodemque modo iridem uetere oleo miſto adhibe. Aliud. betæ radicis ſuccum nari-
bus infundito,ac caput purgabitur.

DE AVRIVM *uitiis,ac primum de ijs,quæ in finibus auditus oriuntur.* *Cap.10.*

AVris lauanda eſt uino diluto,aut mulſa,ac lycium, in oui putamine maceratum, infundendum.
AD INflãmationes ac dolores.Contere allij capitula,& in olla cum oleo calfacias,idque oleum
auri inſtilla,ſiquidem dolor ſedabitur. AD MAgnum dolorem.iecur anſeris ſalſum cum nardo,eliqua,
& repurgatum auri inde. AD AVRES purulentas.alumen liquidum aquæ dilutum in uas uitreũ con-
de,ac maceratum impone. AD AVRES purulentas,grauiterque dolentes,utere porri ſucco ex melle
diluto. Aliud. Opium uino dulci eliqua,ac tepefactum in aurem infunde. Aliud. Cedri lachryma
cum modico nardi imponito. Aliud. mel & oleum in uaſe prius ſimul tepefacta inſtillabis. AD tere
dines,ac ſaniem. alumen ſciſſile cum aceto & uino dulci coques ad mellis ſpiſſitudinem.id infuſum &
ad noua,& ad uetuſta uitia eſt ualde accommodatum. AD eos ſonitus,qui intra aures fiũt, & ad acres G
dolores.cedri lachryma melli admiſta,& indita confert. Aliud. aloe hepatica cũ uino mulſo ad ſor-
dium craſſitudinem redacta,& infuſa,prodeſt. Aliud. vulpinus adeps eliquatus inſtilletur. Aliud.
tepefactum nardum infunde. Aliud. Caſiam cum oleo roſaceo impone. Aliud. aſelli domeſtici
oleo roſaceo feruefacti auxiliantur. AD EOS dolores,qui ſenſim ingruunt.lanam ſuccidam in aceto
feruefacito,humoremque in aurem exprimito.tum ſummum foramen lana ſuccida contegito. Aliud.
mali punici immaturi ſuccum cum melle adhibe:aut lentiſci,aut perdicij,aut cypri,aut rubi,horum cu
iuſque ſuccum,aut per ſe,aut cum melle miſce,tum cocto utere.ita quoque uti debes plantaginis, aut
lactucæ,aut herbæ ſanguinalis ſucco. AD DOlores ſine ulcere.ſulfur ignem non expertum in nares ca
lamo inſuffletur. Aliud. papaueris lachrymam lacte muliebri dilutam inſtilla. AD grauem auditũ.
Abſinthium in aqua decoque,eoque decocto aurem laua. AD EOS qui ſurdi nati ſunt. Capræ recẽs
iugulatæ cornu caprino lotio imple,ad fumum per dies nouem teneto,tum utitor. AD ſonitus ex pro
fundo.acetum roſaceum,rutam,& cuminum melle temperata admoue. AD TINnitus, ac ſonitus re-
pente obortos.acetum acre tepeſac,& in aurem inſtilla. Aliud. bryoniæ,mellis, ueratri albi, & olei
roſacei partem in unum commiſce,atque in aurem demitte. AD AVREM dolentem ac ſaniem effun
dentem.acetum,mel,& roſaceum oleum permiſce,ac tepefacta inde. AD DOlores acerbos. Adipem H
*euthypaſton oleo ſubactam infunde,& ſpongia locum obducito.ceterum ad morbos neruorum cum
pari portione uulpini,ſuillique adipis adiecta confert. AD AVRIVM dolores,& inflammationes. ha
ſtulæ regiæ radix perpurganda eſt,& in oleum,quod in uaſe uitreo ſit, demittenda: & per quadraginta
continuos dies ſub canis æſtu in ſole continenda,poſtea utitor. AD aures ulceratas,ac purulentas. La
certas paruulas uenare,mundo oleo eliqua:& in aurẽ infunde:& uermes,ſi in aure fuerint, interimes.
AD AVRIVM uermiculos, & ad ea, quæ in aurem inciderunt, extrahenda. cepas & hyſſopum in ue-
tere urina contrita inſtillabis. Aliud. ſeminum medullæ colocynthidis,aluminis ægyptij pares por-
tiones in cedrino oleo maceratas infunde. AD ſordes aurium educendas. lanam unguentaria glan-
de madẽtem in aurem demittito,& ſordium refertam comperies. Aliud. nitrum læuigatum in aurem
da,acetum inſtilla,lanam mollem ſuper adde,ac per noctem relinque: ſequenti die calido hydrelæo
perlue. AD AVrem dolentem. flos ſalis cum oleo roſaceo,acetoque infundatur. AD aurium ſaniem,
magnumq; dolorem. Nitrum roſaceo temperatum in aurem infunde. Aliud. elleborum album ex
uino,aut aceto cum alumine immitte.præterea uero nepitæ radicis ſuccus aceto temperatus infunda-
tur. AD diuturna uitia.lycij & mellis pares portiones miſce,atque utere. AD aures inflammatas.cor
tices capitulorum papaueris tere,tertiamque partem cum hordeacea farina permiſce, atque in dulci
diluto

A diluto coquito,& cataplaſma facito. [AD aures ſanie manantes, & dolore uexatas. medullam uituli liquefactam inſtilla. Aliud. ſcoriam ferri lenias,& ex aceto acerrimo inſtilles.

Ad ſtrumas, & parotidas. *Cap. 11.*

STrumæ communi quidem curatione tolluntur ab iis,a quibus ſcirrhi:ſed propria,ad hunc modum. farinam lupinorum amarorum aceto mulſo coque,& illine. Aliud. ſtercus bouis, aut capræ in aceto coctum impone. Aliud. melli aut oleo,aut adipi ſuillo calcem miſce, & adhibe. Aliud. farinam iridis, & ſtercus columbinum in uino coque, & ſuperda. Aliud. axungiæ ueteris, ſeminis alterci, picis,olei antiqui,ſtercoris citrini gallinæ, ſingulorum pares portiones miſce, & impone.

De morbis oculorum, & primo de inflammationibus incipientibus. *Cap. 12.*

MEntæ ſuccum inſtilla.is enim reſoluit:ſed columbinus ſanguis eſt melior. Aliud. fœniculi ſuccum exprime,eoque utitor.ſed præſtat uetus.eo uero ex aqua miſto utendum eſt. Aliud.ex ruta recenti ſuccum exprime,eiusque ſuccū in pixide æris rubri reconde,atq; utere. Aliud. cataplaſma ex coctis coctanis,hordei farina,& uino albo conficito. Aliud. folia papaueris, ac cortices granatorum cum hordei polline cataplaſmatis more impone. Aliud. roſas coctas,& lenitas eodem modo adhibebis. Aliud. ex meliloti decoctione cataplaſma facias. Aliud. ex coctani folijs tritis cataplaſma
B cum uino albo, & polenta fac. AD vngulam. Vngula autem morbus dicitur,cum in oculi cornea, quandoque in extima parte,quandoque uero in ima pus continetur: quod paruæ ungulæ ſimilitudinē gerit: unde etiam morbus nomen traxit.ergo ad ungulas moderatas conducit mulſa, itemque ſuccus fœnigræci,&,quod fit ex thure,collirium.ad magnas autem,aloes,myrrhæ, croci, ſingulorum partem unam,uini partes tres, mellis partes ſex cape.crocum ex modico uini diſſolue, tum aloē, & myrrham: deinde mel infunde,& compone,ac in uitreo uaſe reconde,biſque in die utere.id enim purgat,carnem creat,& ſolidam partem reddit. AD ſugillata.ſinapin contere,& ex cerato adhibe. Aliud. oſſa ſepiæ ſubtiliſſime contere,& aceto permiſce,ac per noctem illine,ac liuorem adimes. Aliud. radicem, cucumeris agreſtis melli miſtam impone. AD Liuores oculorum.hyſſopum contritam in panno liga,& in aquam calidam infunde, & fotu liuores continge. Aliud. farinam iridis melli miſce,& admoue. Aliud. cyminum tritum lacte mulieris exceptum adhibe,aut origanum eodem modo. Aliud. erucæ ſemen cum bubulo felle tritum cataplaſmatis modo impone. AD Pterygia. Pterygium appellatur neruea eminentia membranæ,quæ oculo adnata eſt,quæ ab angulis incipiens in corneā pertinet. hæcque cum etiam augetur, pupillam tegit.ergo magna,diuturnaque pterygia manuum opera incidendo curantur: recentia uero & moderata corrigit æs combuſtum,uel atramentum ſutorium,cum adipe ſuil
C lo. Aliud præſtans. atramenti ſutorij partem unam, gummi arabici partem mediam, uino diſſolue, atque illine.ſunt,qui caprinum iecur melli miſceant, atq; ungant. Aliud. ex lilio,liguſtro,& aqua collirium compone, & illine. AD ulcera,& albugines oculorum. ulcera, quæ in oculis naſcuntur, in ſuperficie ſunt,eaque nephelia nominant: quæ in imo ſunt, albugines. erga nephelia ſuccus anagallidis & ſuccus minoris centaureæ cum melle purgat:diuturna uero, attenuat cedria,& æs combuſtum ſolū in aqua,collirij modo. Albugines uero iuuat ex oleo diligenter diſſolutum nitrum,& inunctū. Aliud. ſuccum dracontij exprime,melli crudo miſce,& illine.uel felle hircino oculum fricato. uel os ſepiæ cōbuſtum, melle diſſolutum,illine. uel ex ſtercore lacertæ collirium ex aqua fac, & unge. uel felle canis marini unge, uel raphani ſucco, uel felle galli. uel ſuccum malorum granatorum in uaſe terreo pone,& panno tege,& in ſole teneto uſque dum mellis conſiſtentiam acquirat, eique par pondus mellis adde, & repone.efficacius enim eſt inueteratum: & cum æger ad quietem it, oculos inungat.uel,leonino felle,quod mel acceperit, illine.ſi puerulus albugine uexetur,eius mater ammoniacum mandat. & in oculum inſufflet:itemque oculum menſtruo alicuius ex agnatione ſua ungat.præterea mater paruulum digitum ſibi conuulneret,& effluente ſanguine oculum inungat. AD Caliginem, & nebulas oculorum.ſucco foliorum dracontij oculos illine. uel ſuccum betonicæ admiſto uino calido inſtilla-
D bis. DE hordeolo. Oculos decoctione hordei foue: uel ex cera alba. uel muſcas uenare, caput, pedesque earum abijce,ac reliquo corpore oculum frica. DE madaroſi. eſt hæc cum oculi glabri fiunt, & πτίλωσις, cum pili palpebrarum cadunt.curantur autem ſic.nucleorum palmularum cōbuſtorū. ℥.iij. ſpicæ drach. duas,tere, & ijs utitor. uel ſtibij aſſi, piperis ſingulorum drach. unam. ſpicæ. ℥. treis. Aliud. quod ad caſus pilorum ſupercilij facit.Auellanas comburito,adipi urſino, aut caprillo permiſceto, & ungito. Aliud. quod etiam ad barbę alopeciam conducit. alterci drach. duas, ſtercoris muris drach. unam, polytrichi drach.duas,olei irini cyathos quatuor,tere, oleoq; permiſce:& loco prius per fotum curato,illine. Aliud. ſenectam ſerpentis combure, & illine. facit enim hæc ad narium pilos.uel nigellam tere,& pari modo adhibe. AD ſupercilia piloſa. Origanum combure, tere,& impone,pilis prius euulſis.Aliud.lacertā uiridē in oleo coq;,& pilis euulſis locū inunge. Aliud. chamęleōtis radicem ſanguini ranæ miſce,& illine. VNCTIO ad eos, qui oculos glaucos hn̄t. glaucos mulierū oculos reddit nigros alterci flos cæruleus in umbra repoſitus,& cum uti uis,uino auſtero permiſtus, & illitus. AD ſuffuſiones. Theriacā ex uiperis cum melle fumi experte permiſce,atq; illine.faciūt ad hęc ea,quæ caput purgāt,& purgatio ex hiera,& fotus ex fœniculi decoctione,& ſagapenū,& ueratrū albū ex melle impoſitū,aut mel cū fœniculi ſucco. AD Aegilopas.eſt ægilops abſceſſus paruus iuxta magnū oculi angulum, qui ſi negligatur, uſq; ad os ſcinditur. atq; ægilops dicitur prius,quàm diſcindatur,

huic

huic benefacit si glaucium, crocumque cum perdicij succo admoueas. sed frequenter hæc permutanda E
sunt. Aliud. conchulas cum suis testis contere, & impone. sunt qui aloem, aut myrrham misceant.
Aliud. fel suillum exicca, & admoue. aliud, cataplasma ex perdicio facias. Aliud. ægilopum herbã
inter frumenta nascentem cataplasmatis modo superdato. Aliud. portulacam ac thus masculum
appone: ea tamen ieiunus præmandes. Aliud. craneum humanum tere, & adhibe. AD NYctalo-
pas. hircinũ iecur assabis, & liquore eo, qui defluit, oculos unges. prodest enim duodecies illitus. AD
pediculos oculorum. Aqua marina tepida palpebras foueto.

De narium affectionib. ac primum de polypo, & ozæna. *Cap. 13.*

VItriolum aceto dilue, & inunge. uel corticum granatorum drach. xvj. fellis taurini, amomi, myr-
rhæ, calamenti, prassij, singulorum drach. viij. croci drach. ij. ellebori albi tantundem cape, ac sic-
cis utitor. AD narium fœtorem, amomi, myrrhæ, rosarum siccarum pares portiones cum oleo nardi-
no, cape, & unge. facit huc etiã inunctio ex magmate hedycroo. AD ulcera narium. Lithargyri. ʒ. iiij.
rutæ recentis, alu minis scissilis, singulorum drach. duas. excipe oleo myrtino, atque aceto. Aliud. ce
russæ drach. unam, lithargyri drach. tres, scoriæ plumbi, aut plumbi combusti drach. tres cape: laua om
nia, & oleo myrtino excipe. VT sanguinem e naribus educas. florem graminis impone. Aliud. ru
biam cum oleo cape, eaque nares illine. AD fluxionem sanguinis e naribus. oui corticem combure, F
eiusque cape partem unam, gallæ partem mediam. insufflato. Aliud. lycium impone. Aliud. asi-
ninum stercus combure, eiusque cinerem insuffla, aut succum expressum infunde. Aliud. lapidem
molarem igni candentem in aceto restingue, & odorandum præbe. Aliud. thus masculum & aloen
albo oui excipe. & cum linamento appone, & pilos leporis super adde. Aliud. cucurbitulam ma-
gnam affigito præcordijs quæ recta ad partem naris patientis respiciunt. utendum quoque est adstrin
gentibus, & quæ sanguinis prohibere impetum possint.] AD nares ulceratas, polypos, & ozænas. con
tinge spuma ℞ nitri: & ad spiritus odorem conciliandum collige albæ uiolæ florẽ ex suo coliculo non-
dum delapsum, & ex aqua tere ad mellis crassitudinem, ac partes ulceratas eo continge. Aliud.
ærugine ex melle decocta locum tange. AD inflammationes interiores. adipem anserinum cum por
ri & solani succo paribus portionibus dilutum interdiu illine. AD narium ulcera perdura. plumbum
tritum cum uino, cui marina aqua mista non sit, dilue: oleique myrtini, quod satis sit, adde ad mellis
cõsistentiam. Aliud. squamam æris ex melle decoctam adhibe. SANguinem per nares educentia.
mentam melle excipe: collirium facito, ac naribus indito. AD sanguinis profluuium e naribus. rutam
tritam oleo exceptam in nares mittito. uel gummi ac thus terito, & aceto liquata in nares conijce. uel
cypria cinerula cum porri succo temperata utere. uel spongiam ustam pice illitam & aresactam lina- G
mento perfusam in nares mittito. uel acuti iunci florem in nares dato. AD SANguinis eruptio-
nes, quæ supprimi non possunt, præsertim cum febricitantibus diutius sanguis effluit. pyrion im-
pone quandoque aridum, quandoque collirio illitum. facito autem, ut crassitudo caua narium obtu
ret. ijsdem nares, temporaque, & frõtem obline. uel diphryges ustum, & ex aceto tritum superdato. uel
lanam oui candido madidam impone. uel lanam herbæ sanguinalis, aut solanis succo imbutam nari-
bus infunde. uel rutam ex aceto tritam circumpone, & suffirum facito. ceterum utendum est ijs, quæ re
primere, & cohibere sanguinis impetum possint: ut cicutæ suffitu nares compleas, odorẽq; æger trahat:
aut etiam nares digito comprimat: aut cerato: aut alio quouis diligenter occludat. penis quoque ex-
tremũ papyro deligandum est: & in mulieribus papillas mammarum eodem modo deligabis. oblines
etiam frontem & caput refrigerantibus, eisdemque consperges. cucurbitula autem capiti affixa, præ-
sentissimum est remedium. uel etiam si uenam frontis soluas. sternutamenta quoque sanguinem plerun
que sistunt. uel buglossum herbam, aut asini fimum ex aceto naribus inde. AD stertentes. anethum ca-
piti clam subijcias: quod etiam remedio est ijs, qui ex lecto prosiliunt. AD puncta, & eam, quæ æra uo-
catur, sine cicatrice, & ulcere, cum locum nitro deterseris, resinam terebinthinam imponito, ac per
dies quinque ita sinito: tum locum solue, ac puncta scriptorio specillo perforabis, deinde thus, nitrum, H
ac mel pari modo mista, ad cerati crassitudinem superpone: denique uero solue, & laua. uel cataplasma
ex trito ueratro cum pane: uel ex solo acido lacte conficito. uel fici cortice trito obline. uel uuam tami
niam cataplasmatis modo impone.

AD uitiligines, maculas, lentigines, & alias faciei affectiones. *Cap. 14.*

SYluestris cucumeris succo trito, & per cribrum traiecto faciem absterge. uel, alcyonio ex uino tri-
to faciem illine. uel uitem syluestrem contunde, ac uino ægyptio maceratã impone. uel erucæ agre
stis radicem tritam, & ouillo felle exceptam adhibe, facie nitro prius peruncta. uel elaterium ex aceto
tritum, & ad mellis consistentiam redactam, ceratoque mistum inungito. Vel cinabari cum melle fa-
ciem obline. uel cachryos semine contrito lentigines unge. ubi aruerit, ablue. Vel, cucumeris agrestis
radicẽ, & summos ficulnos ramulos ex aceto feruefacito, ac tritos imponito. Vel, umbilici ueneris radi
cibus ex melle tritis faciẽ oblinito. rubia quoque ad maculas a sole contractas, & ad uitiligines expel-
lendas ualet, si ea trita ex oleo facies ungatur. Aliud. *zonchum amarum ex melle contere, facie-
que superda. Aliud. anethi semen cum uetere uino tritum ad mellis cõsistentiam faciei imponito,
atque ita per integram noctẽ dimittito: die sequẽti, mane illud aufer, atque aliud recens repone, quin-
etiam eodem semine commanducato maculas, & lenticulas utiliter illines. Ad eadem facit alba uio-
la ex

A la ex aqua.uel,aphrónitrum cum cerato ex cera tyrrhenica facto faciei impone. AD uitiligines, & al-
bum colorem.alcyonium ustum,mollique mistum illine,eodem etiam cum erui, triticique farina mi-
sto, & q̃ maxime calido faciem deterge. uel amaras amygdalas detracto cortice excipe aceto acri, &
cataplasma confice.uel,ocymi semen cum gallinaceo,anserinove adipe tritum impone.itemque fœnũ
græcum ex aceto tritum, & illitum squamulas aufert. AD maculas, & lenticulas. myrrham & cro-
cum aqua macera,atque illine.uel purpuras & bucinas in ollam conijce,& in furno assa, tum ex melle
tere,atque utere. AD faciem & albam,& extenta cute reddendam.radices syluestris cucumeris in fru
sta seca,refrigeraque.tum in aqua elixato,ac terito,& cataplasma facito. Aliud. splẽdidam faciẽ
reddens.eruum uino suaue olenti macera, & cataplasma confice. Aliud. semidalis succum expri-
me, humidiorem partem abiice. ei autem parti,quæ subsedit, oui album misce ad mellis crassitudinẽ.
ubi hoc faciem perunxeris,oleo deterges. si autem a sole maculæ contractæ sint, faciem multa frigida
lauabis,& per unum diem facies coloratior reddetur. * Violam elixa, parum aluminis adde:tum
lixiuium admisce,ac tere,utereque ex multo oleo inungens.ita enim & faciei gratum colorem, & ori
suauem odorem conciliabis.cupressi atque ilicis scobes simul feruefacies, ac totum corpus ea deco-
ctione madefacito. Aliud. thuris, ac pæderotis pares portiones misceto,& ex melle terito, faciẽ
B inungito,unumque diem sinito, tum abluito. Aliud. lini fæcem melli misce, & sub sole iter confe
cturus,corpus,nitro prius abstersum,inungito. NE A sole quis exuratur, & ad faciem exustione li-
berandam.bulbo candido,cõtrito ex melle inunge.Si uero sine inflammatione tumefacta facies sit,ter
ram nigram ex aqua contritam impones. Aliud. alcyonium, nardumque gallicum simul tere, &
utere. [AD PANOS & lentigines,ex dracontij radice & melle cataplasma compones, uel nigellam ex
aceto,uel pentadactyli fructum super dabis. AD RUBOREM faciei conciliandum.rubiam tere, & oleo
misce, atque unge. Aliud. bulbum amarum tritum melli admisce, & inunge. Aliud. ciceris,
rubiæ, myrrhæ sing.drach.ij.excipe adipe uitulino,& oleo mastichino, & unge: post spatiũ uero spon-
gia calida absterge.

AD ORIS *uitia,& primum ad labia fissa.* *Cap. 15.*

GAllam immaturam tere,ac resinam terebinthinam cum hyssopo & melle cape,atque utere. AD
altiores scissuras,caprinus adeps repurgatus benefacit. [Aliud. adeps anserinus & item mel
ac resina terebinthina ad pares portiones addito.rosarum flore,hyssopo sicca, & mastiche, capiantur:
& ex ijs inunctio conficiatur.] UT ORIS halitus sit suauis. Vino uetere odorato, in quo macerata
iris sit,os collue,& assidue in ore parumper contine.vel,uino os,in quo serpillum maduerit, parum sub
C lue. AD fœdos oris odores,sine ulcere.sunt qui uino meraciore,cui myrrha admista sit, os colluant,
rotundumque iuncum odoratum terãt,& interiores oris partes fricent. ita etiam marmore combusto
cum aniso utuntur,& item hordeo ex melle,& sale.quidam uero linteolum comburunt, uinoque inij-
ciunt,ac trito utuntur.& pumicem,nardumque,ac myrrhamque adhibent. quidam semidalin, irinque
melli commiscentes urunt,itaque utuntur.ex ostreis uero purpuras, bucinasque cum myrrha capiunt:
cumque dormitum uadunt,aceto acerrimo subluunt. quidã uero domum egressuri, pini folia mãdunt,
& os aqua lauant.non desunt etiam,qui anisum,aut dulcem radicem, aut irida, aut aliud huius generis
iter facturi, manducent. [AD oris ulcera, ac putredines. Melanteria contusa ad hoc facit. itemque
oleum immaturum aut per se,aut cum melle datum: atque etiam quæ glaucuris dicitur,contusa: cuius
succus ex melle & aqua pari portione ad gargarizandum datur. AD sanguinis ex ore profluuium. ro-
sæ in oxycrato decoquantur.eaque decoctione frigida os colluatur. ac deglutiatur. aut decoctione ro
sarum frigida,aut extremitatum uitis,aut lentisci,aut rubi,aut cytoniorum,aut acinorum uuæ,aut rhu,
gargarizatio fiat. Aliud. semen rosæ cum mastiche ex uino adstringẽti potui da, uel ex uino, in quo
rubus,& rosæ decoctæ sint. AD oris ulcera, gallam in uino coque, eoque os collue,tum gallam tri
tam ex melle,aut florem rosarum,adde:aut etiam decoctione foliorum oliuæ os collue.]

D UT *dentes candidi reddantur,& reliqua eorum uitia curentur.* *Cap. 16.*

IN usu sunt huiusmodi quædam,quibus dentes confricantur, quæ simul & gingiuis prosunt, & den-
tes splendidos,firmosque reddunt.itaque terram,quàm eretriada uocant,urunt, & tritam apponũt.
quæ sane dentes ualde splendidos facit.erui quoque farina lotio subacta illinitur. uel animalis dasypo
dis,i.cuius pedes pilosi sunt,caput ustum cum candidissimo fœniculo, & sepiæ ossibus tritis, & commi
stis ad usum adhibemus,uel,cornu ceruino usto,& trito utimur.quod etiam dentium dolores tollit, &
ex rosaceo impositum capitis dolores sanat.uel pulegio & sale fricto mistis ac tritis:itemq; ouillo talo
combusto:& hordeo tosto, saleque mistis,& tritis ad eadem utitor. LAVATIO ad ulcera, ac dentes mo
biles,& infirmos.halicacabi radicem cũ malicorio crassiore elixam superdato.uel albæ populi,aut uer-
benacæ radicem,aut eryngij radicem,aut herbam ipsam,aut polij radicem tere, & impone. AD con-
cussos dentes,ac dolentes.Asini ungulam combustam,tritamque & aceto exceptam in orbiculos con
forma,ac repone.cum uti uelis orbiculum unum aceto eliqua,& in ore continẽdum da. id enim statim
dolorem sedat,atque adimit. Aliud, chamæleontis nigri decoctione foue,& dentium dolorem cu-
rabis.id quod etiã mures necat. Aliud, betæ succo dentes collue,ac dolorem subito adimes. Aliud.
alterci radicem decoque, eaque decoctione dentes foue.dolor enim sedabitur. Aliud, rutam,hys-
sopum,myrrhamque ex uino tritas in ore æger contineat. Aliud. ex uerbasci radice aceto, posca,
aut

aut uino decocta os lauetur, & proderit. Aliud. collutio ex nitro, oleoque facta dolorē pellit, Aliud. E
cupressi baccas ex uino & rosis decoque, & os foueto. Si uero dentes omnes doleant, os cedri liquore
colluas: atque ita dolori protinus subuenies. si uero molaris dens doleat, si radice maluæ unum caulicu
lum modo habentis tangas, dolor auferetur. ceterum dentes dolentibus, cum balneum ingrediuntur,
perdicij radicem commanducandam præbe, eamque sub molari dente teneri iube, usque dum e bal-
neo egrediuntur. atque ita dolor cessabit. Aliud. pyrethri radix manducata eodem die dolorem pel
lit. Aliud. herbæ pontitidis radix dolorem manducata finit. SVFFITVS ad dentes dolentes.
Alcyonij continuo suffitu dolor aufertur. Aliud. alterci semen in suffitu dolorem sanat. VT den
tes bene oleant. Cimoliam ex sale tere, dentesq; confrica. Aliud. caninum dentem in ignem
conijce, suffitumq; facito. ut enim is concrematur, sic dentes etiam firmat. AD dentes exesos. si exesi
dentes sint, piper album atramento sutorio trito permistum cape, aut gallam, aut alumen scissile in ca-
uum dentem infunde, & dolorem leuabis. Aliud. limacis lapidem in frusta ad sesami magnitudinē
redige. in dentis foramen inijce, ac statim dolorem adimes. facito autem operculum ex cera. Aliud.
tauri iecur lento igni frictum, dentique impositum, ut primum tetigit, dolorem pellit. Aliud. un-
guis testudinis in molaris dentis exesi foramen impositus multum prodest. Aliud. ursinum fel in
ditum confestim dolorem leuat. id quod etiam quoquo modo illinatur, curare solet. AD dentes mo- F
biles. sanguis testudinis in ore diu contentus dentes firmat. Aliud. os collue alcyonio indico ex
uino contrito, & morum sistes. AD dentes ex ictu concussos. corallium inde, ac perdiu in ore tene.
[AD dentium stuporem. portulaca commansa prodest. aut oleo omphacino inungito. aut olei amur-
cam in uase æneo coquito ad mellis consistentiam: siq; hac uetusta inungas, ualde proderit.] AD den
tes euellendos sine ferramento, ac dolore. dentem fermento circunda, & parumper relinque, mox den
tem lacertæ sanguine obline, & excidet. VT dens sua sponte cadat: Pyrethrum aceto emollitum, ac
sale per triginta dies conditum denti prius repurgato circumpone. Aliud. herbam artemisiam ex
aceto tritam impone. Aliud. dentem circum suffodias, & ijs uermiculis, qui in cimis brassicarum,
aliarumque herbarum folijs reperiuntur, illine, ceteros dentes caue tangas. si uero inferiores euellere
dentes uis, ijs utitor uermiculis, qui inferiores illarum herbarum partes obsident. Aliud. sanda-
racham ex aceto tritam sine, ut siccescat: sicca autem utiliter uteris, sanguinem tamen prius circa dentē
elicias, nam si ita paulisper dimiseris, ipsum digitis extrahes. aut colocynthidos agrestis radicē in den-
tis foramen impone. Aliud. mœdi immaturi radicem arefactam tritam, & cretam dentis radici- *
bus circundato, ac paulo post digitis dens apprehensus sequetur. aut æthiopicæ oleæ lachryma dentē
male affectum tange. Aliud. lacertam agrestem arefactam, & dissectam, in pulueremque redactam G
repone, cum dentem circū purgaueris, impone, ac non ita multo post attrahito, quia sequetur. Aliud.
Vrticæ semina cum galbano misce, affectumque dentem obline, ac protinus cadet. AD dentes sine do
lore eximendos. Lapæ herbæ radix excalfacta, dentique admota facit, ut digitos confestim sequatur.
VT dentes digitis eximantur. colocynthidas syluestres in frusta seca, aceto macera ad mellis consisten
tiam, tum ferramentum ad dentes scalpendos medicamento intinge, eoque dentem circum scarifica-
bis, uidebisque, ut æger parum dehiscat, tum dentem digitis corripe, traheque: ita enim sine dolore
extrahetur. [Aliud, Farinam ex lacte tithymalli impone, & hederæ folia superadde, ac per horam
dimitte: & sine dolore confringetur. VT dentes candore perfundantur: Nitrum, os sepiæ, & os da
ctylorum tere, & utere. Aliud probatum. corallium rubrum, pumicem, ossa dactylorum, ossa se-
piæ, & sal tostum tere, & utere. AD dentium dolorem. dentes oleo lentiscino non uetusto colluantur.
uel os colluatur cum folijs rutæ ex aceto mulso coctis, uel subluatur aceto scillite. uel pyrethrum &
hyssopus in aceto coquatur. humiditas uero, humorque ipse euacuari debet.

DE morbis gingiuarum. *Cap. 17.*

SI exesę gingiuæ sint, florum rosarum, drach. viij. gallarum drach. iiij. myrrhæ drach. ij. misce, & impo
ne. uel lacte asinæ gingiuas colluito, uel foliorum oliuæ decoctione os sublue. uel scillite aceto gin H
giuas laua. uel rubiginem ferri, ac balaustia arida admoue. AD gingiuas tumentes, & carnem excre-
scentem. succum portulacæ in ore tene, uel salsam aquam oliuarum colymbadum: uel oleum ex oli-
uis immaturis, aut lentiscinum, aut denique melinum. quæ uero sicca benefaciunt, sunt hæc, rubi-
go ferri, aut æris, radix aristolochiæ, plantaginis semen: atramentum sutorium assatum, & balau
stia. AD gingiuarum inflammationem. folia oliuæ decoque, & collue, aut gallam adhibe. Vel oliuę
folia & gallam in uino cocto decoquito. AD denigratas, putresque gingiuas. prodest, si fæce uini usta
eas confrices: siquidem ipsa abstergit, mundat, candore perfundit. AD gingiuas subcruentas. his
prodest sanguinis ex cephalica detractio: aut scarificatio gingiuarum. utilis etiam est alterci succus,
aut eius decoctum ex sapa, in ore contentum. Aliud. lentisci germina, & balaustia in posca decoque,
& gingiuas sublue. Aliud. rubi radicem ex uino coque atque os collue: uel rhu, gallamque uino
coque, & eodem modo utitor.

DE Gurgulionis morbis. *Cap. 18.*

OLeo digitum intinge, ac gallam tritam per se admoue: aut etiam cochleari iniectam impone.
Aliud spinæ ægyptiæ tritum, aridumque semen adhibe. uel caricas cum oliuæ folijs ieiuno ad
manducandum dato. uel liquorem cyrenaicum cum sale arefactum applica, facta prius ex aqua
calida

A calida gargarizatione. aut alumen scissile, diligenter ustum, admoue. aut stellionem lignis uitis crematum appone. probe enim faciet. uel, rubi cauliculos ex melle & pice liquida læuigatos circumpone. uel lapidis agerati florem admistum gargarizandum præbe. prodest etiam fissum alumen brassicæ succo admistum, ac gargarizatum. ADVRENS medicamentum uuæ applicandum. mysi & calcem uiuam paribus portionibus resina terebinthina excipe, tum subde, ac sine, ut retineat: siquidem intra horas tres adimet. facit quoque ad uuæ affectionem picis tecrementum, quod ex cilicia comportatur, si cochleari exceptum subdatur. itemq; uuæ acerbæ succus ex melle, ac uino ualde dulci. Aiunt autem columellam incolumem seruari, si quis uuæ acinos singulis annis ieiunus deuorarit: ac nunquam eam partem malo uexatum iri. ceterum in columellæ uitijs utendum ijsdem gargarizationibus est, quas ad tonsillas affectas describemus. In primis autem, atque in principio iube, ut aqua calida os foueant, deinde frigida gargarizent, aut etiam posca, aut mali punici succo ad mellis decocto consistentiam, & oxymelle eliquato. aut etiam ex dracunculi succo fiat gargarizatio: atque hæc optime proderunt. [AD uuam inflammatam. utilis est dulcis radicis succus cum melle admotus, itemque terra sigillata, & ægyptiæ spinæ fructus. sed hæc mitiora sunt, ut gummi arabicum, tragacantham. sarcocollaque admota.]

B *AD Tonsillarum inflammationes, & anginam.* *Cap. 19.*

TOnsillarum inflammationibus benefaciet, si myrteas baccas melle, absinthio & dracunculo præpares, & inungas. siquidem hoc medicamentum illitum, aut cum aliqua re gargarizatum mirabiliter prodest. si uero aliquæ inflammationis reliquiæ supersint, ac tonsillæ sint exasperatæ, tum lacte calido aut per se, aut cum aliquo eotũ, quæ supra diximus, uti oportebit, aut furfuribus aqua elixis, aut furfurum diluto. aut † dulcis radicis farinam aqua calida bis, aut ter, madefacito, ac succo utere: aut etiam gallinaceo, hœdinove iure. aut ptissanam cum passulis coque. aut maluæ decoctum adhibe, aut maluam cum melle coque. aut cum lupinis, & passo, & utitor. AD tonsillarum humores & anginas. dulcis radicis succũ eliqua, & utere. si uero crustæ exortæ sint, eas remouebis mulsæ gargarizatione, aut decocto lentis per se, aut cũ hyssopo, atque iride. uel fiat ex oliuarum sale conditarum aqua gargarizatio. aut modicum croci, & myrrhæ cum modico passo ferueant: aut ficus elixa, hordeique farinam eis adde, ac succo expresso, & percolato utere. aut ficuum decoctioni modicum sinapis adde, & ad gargarizandum præbe: id enim & pituitam euocat, & inflammationem pellit. AD abscessus tonsillarum. ad hos ualet aliquid eorum, quæ supra scripta sunt. itemque locum aphronitro trito attinge: quandoque etiam nitri florem adiunge: nam separat crustas, & abscessus ipsos attenuat,

C si colluendo infundatur. marrubij quoque succus lixiuio stillatitio dilutus prodest: aut ipsum marrubium in aqua mulsa decoctum: aut rutæ decoctio cum marrubio, aut per se, aut in mulsa elixato. rutæ quoque succus gargarizatus, & erui itidem decoctio. aut misy cum galla immatura. aut myrrum liquidumque alumen & mel paribus portionibus tere, & illine. atque hoc quidem non solum crustas remouet, sed etiam glandulas mirum in modum discutit. aut porcelli cruore manus imbue, ac ter languentis ceruicem attinge. uel cochleas sine testa in ollam conijce, torreto, in cinerem redigito, puro leniq; melle excipito, ac perungito. uis enim huius est pene incredibilis.

† Græci libri habent tragoritã.

AD Vocem interruptam, ac submissam. *Cap. 20.*

DAto bulbos duos crudos, ut uescantur. prodest etiam ficuum decoctum cum thure, myrrhaque in gargarizatione. &, sulfur ignem non expertum in ouis deuoratum, quãtum duorum, aut triũ cochlearium magnitudinem impleat. [cape amygdalas amaras. xx. seminis lini assi drach. iiij. tragacanthæ aqua maceratæ drach. ij. nucleos pini. xxx. melle excipito, & utitor. uel pulegij drach. iiij. seminis lini, piperis singulorum drach. ij. petroselini drach. unam, mellis libram, misce.] AD EOS, qui prope suffocantur. humanum stercus in panniculo ligatum & crematum da bibendum. opem enim feret caprinum stercus melle, & pice liquida illitum angina laborantibus mirifice prodest: aut eorum fau-

D ces collue rutæ succo & late per clysterem immisso. nam & magnam uim lachrymarum ducit, & malũ lenit. Aliud. urina assidue gargarizata integram ualetudinem restituit. simul uero brassicæ succus gargarizandus est. AD crustas faucium, quibus pueri confli ctantur. unge prius, tum uinum in quo aristolochia decocta sit, ad gargarizandum detur: atq; ita quàmprimum sanescent.

AD OSSA deuorata, & cetera omnia ex gutture educenda. *Cap. 21.*

AQuæ & olei pares portiones in os infusas contineto usque, dum quod deuoratum sit, eijciatur. si quis uero comedens aliquid deuorarit, suffoceturque, tu ex eadem re, qua uescebatur, particulam utrique auri ac capiti superponito, quia res deuorata, ac suffocans, descendet. AD hirudines ex gutture euocandas. marina aqua in gargarizatione prodest. uel, olei, aut liquoris cyrenaici magnitudo erui ex uino puro calida potetur: aut succus anagallidis, aut acetum acre cum thymo detur, tum ex aqua calida fiat gargarizatio.

AD Destillationes. *Cap. 22.*

CAseus uetustus pro cibo sumptus, a quo destillationes reficcantur, prodest. itemque oleo uetere nares assidue iungito, aut idem ex sulfure & myrrha contrita ex uino, melle, & oleo efficito.

AD

AD Tuſſeis. *Cap. 23.* E

AD tuſſim faciunt ficus uino puro madefacti,& in cibum ſumpti &, reſina terebinthina in melle cocta ad lingendum data: poſt quam uinum paſſo temperatum ſorbendum propinetur. Aliud pueris magis aptum. coagulum purum elixum melle excipe, ac da. Aliud. * canem quem lycurgũ uocant, pelle detracta epulandum propone. Aliud. allium ex melle decoctum. Aliud. ſcillæ ſummum excauato, in cauo ouum conijce, cretaque locum obtura, & aſſum eſui da. AD EOS, qui aſſidue tuſſiunt. hyſſopi faſciculum in aqua ad tertias decoque: eamque aquam ieiuno per triginta dies calidam potui dato. pueris uero etiam cum caricis dabis. uel, pernam contunde, & locum affectum tanquàm farina conſperge. id quod ſanguinis etiam ex ore eiectioni auxiliatur. uel, ſinapi tuſum, ac tritum ad cochlearis menſurã cum uini cyathis duobus per triginta dies potui deinceps dato. AD TUſſes nocturnas. mentam tritam aceto permiſce, da ut abſorbeatur. [ſuffitus ad tuſſim. ſtyracis, maſtiches, piperis, petroſelini ſingulorum. ℥.i. ſandarachæ. ℥.vi. baccam lauri unam, carbonibus ignitis impone, & æger fumum per calamum excipiat.]

AD Suſpirioſos. *Cap. 24.*

SCillam in uino, aut aqua mulſa decoque, & propina. ad idem ualet pulmo uulpinus ſiccatus, & in F puluerem redactus, ex uino nigro potui datus. aut naſturtium album contuſum, & melli admiſtum in linctu. AD ſpiritus difficultatem: ouillos pilos, qui prope anum ſunt, ure, ac tritos in paſſo exhibe. uel ſulfur uiuum ex uini cyathis quatuor propina. AD recta ceruice ſpirantes. † radiculam ex aqua calida præbe. uel, ſedum cum melle tritum, & ad lingendum datum: aut bulbum, aut abrotanum, aut alicam ex mulſa, aut hyſſopum in mulſa coctam, aut ſtœchadem herbam, aut caſtoreum ex uino dulci, aut ſcillæ internam partem ex aceto mulſo dabis.

† Struthiõ græci libri habẽt.

AD ſanguinis profuſionem ex ore. *Cap. 25.*

QVi ſic affectus eſt, ſymphyti radicem, quantam poteſt, comedat, eoque die acetum ne guſtet: uel, terram ſamiam tum per ſe, tum cum ſucco herbæ ſanguinalis dato. Hippio uero centaurius ad ſanguinis eruptionem mirum in modum proficere dicebat, urticæ ſuccum ex uini cyathis tribus potui datum. acetum quoque, ſi abſorbeatur, præſertim uero ſcillite, iuuat: & item mentæ & tragacanthæ ſuccus, ſi ſub lingua contineatur.

QVIBVS ex aliqua ui ſanguis ad interiora effuſus eſt. *Cap. 26.* G

CInerem uitis aceto extinctum cape, acetumque copioſe effundens eliqua, ac panniculo excola, tum modica aqua temperatum da ſex cochlearium menſura. hoc enim locum ipſum, unde ſanguis fluit, conſtringit, & concretum ſanguinem, cum deuoratum ſit, colliquat, & deijcit, & cruoris effluxionem ſiſtit: ſiquidem comprimit eum ſanguinis effluxum, qui locis internis fit. AD omne ſanguinis profluuium. ſymphytum herbam cum aceto † faciei imponito, ſi ex naribus ſanguis fluat: ſi uero ex pectore feratur, thoraci: ſi ex ueſica, aut utero, aut renibus, tum coxendicibus ſuperdato.

† v. li. habet μέτωπον. i. fronti

AD ſputum ſanguineum, & tabem. *Cap. 27.*

* COmidis partem nigram ex paſſo decoctam ſub lingua continendam ac deuorandam dato. ea enim & ad ſputum ſanguinis, & ad tabẽ ualde efficax eſt. AD TAbem nódum abſolutam, tollendam. pulmonem ceruinum calamo extrahe, & exiccatum tere, eius da cochlearia tria ex mellis cyathis tribus: tum paucis interiectis diebus, idem repete. AD tabidos & purulenta, ſanguineaque ſputa reijcientes. utantur ſalito caſeo quo, cum pane ueſcantur, hoc modo parato, in aquam ter, aut quater demergatur, donec aqua ſalſa non reddatur. poſtea charta deligatus, comburatur, ac datur ſeparatim modico mulſi affuſo. H Herophilus uero caſeum ſalitum ſine alia re cum pane dabat: ac poſtea aquam propinabat. dicebatque cum ſal in caſeo uentrem perturbet, a uino dato diſſolui ſcilla quoque toſta, cum in ſalſamentum eſt, utimur. ita enim magna fit purgatio: itemque porrum cum pane huc pertinet. cum uero diligenter purgati eſſe illi uidebuntur, ſi imbecilliores ſint, ipſos carnibus, & alijs conſimilibus reficiendos curamus. eadem ratio habenda eſt eorum, quæ ad purgationem pertinent: cum abſceſſus rupti ſint. herba etiam uocata piſcis cum axungia ſalis experte eſui data ſanguinem reijcientes, ac tuſſi uexatos mirabiliter iuuat. [AD ſputum ſanguinis. lemnium ſigillum ac paſtilli ex charabe, & qui ex corallio fiunt, & theriaca data in lecto, proſunt.]

AD pleuriticos. *Cap. 28.*

COrticem radicis potui dato, cuminum, cuius in obſonijs uſus eſt, in aquam infunde, & potui da. uel rutæ ramuſculos quinque tritos ſingulis diebus præbeto: aut ſtœchadis herbæ, quantum tribus capi digitis poteſt. ſemen quoque trifolij, aut panacis radicem, aut chamæpityn ſimiliter propina. [AD LAteris dolorem. ſi ad iugulum uſque dolor peruenerit, mittendus ſanguis eſt: ſi ad præcordia deſcendat, purgari corpus debet: ualidiſque utendum eſt clyſteribus: at ſi moderatus *

ratus

A ratus dolor sit, aqua mulsa danda est, ac ptissanæ, aut alicæ cremor. in morbi progressu misceri sorbitio-
ni calamentum, aut marrubium debet. prodest etiam urticæ semen cum melle. Ad dolores uero ue
hementiores adhibe sacculos ex milio, ac furfuribus, aut fomenta ex aqua calida, aut oleo, uesica exce
pto: aut lanam succidam oleo, & uino, in quo sal sit, imbutam. transacto septimo die emplastro, quod ru
taceum uocatur, utemur. sæpe etiam bulbi cum axungia satis fuerunt, id quoque eclegma, quod ex pi-
neis, amaris amygdalis, & semine lini, & amylo fit, dandum est. VNGVENTVM bonum. capit hoc
bdellium, costum, caulium cauliculos combustos, in cineremque redactos: quæ omnia ex adipe permi
scenda sunt. hoc enim medicamentum egregie discutit.

VT mammæ pendulæ erigantur. *Cap. 29.*

CApe terram scriptoriam, eamque in melle coquito, positam in linteolo a mane usque ad uesperã:
tum spongiam ex olla superaddito, donec cataplasma eduxeris. hoc enim & erigit, & turgidas
mammas facit. si uero efficacius esse cataplasma, ipsum crassius superdato & gallæ immaturæ unciam
adde. VT mammæ multos annos molles sint. facito ex carystia cicuta cataplasma. VT ne maio-
res fiant. porcellum disseca, cruore mammas illine, nec amplius crescent. [VT lac euanescat. *Cre-
tarium aceto macera, illine, & impone. lac arescet. DE mammillis, ac primum de earum abscessu. cimo
B liam, libanotidemque, & oleum rosaceum misce, & impone. Aliud, in principio appone spongiã
posca tepida perfusam, & expressam, & alliga. Aliud, palmulas ac panis micam tere, ex posca com
misce, & tepidas adhibe. Aliud, coriandrum & psylium cum cerato admoue. Aliud, panem
& perdicium uiride cum cerato, ut cataplasma, per diem impone. Aliud, panem cum mulsa, aut
melle, aut uino ad modum cataplasmatis impones: si uero grauitatem ferre mãmillæ non poterunt,
eas oleo calente ac lana succida molli, & decoctione fœnigræci, uel altheæ, uel lini seminis perfunde.
AD lac prouocandum. sisamum ex uino dulci potui da. Aliud, anethum aut eius semen coque cum
carne, uel cum ijs, quæ lactis copiam gignunt. Aliud, porrum in aqua coque, eamque decoctioné
potui da: uel porrum contere, & percola, & aquam bibendam præbe. Aliud, succum fœniculi po-
tui dato. Aliud, radicem fœniculi, & hordeum assum ex aqua decoque, butyrum misce, ac bibendũ
dato. Aliud, decoctionem hippomarathri propina, atque etiam ipsum fœniculum esui dabis.
Aliud, cardamomum ex uino propina. Aliud, uiticis semen ex uino potui dato, aut bliti suc-
cum. ceterum ab acutis, salsis, & acribus, & crudis oleribus abstinendum est. VT diu tensæ mãmillæ
maneant. cuminum ex aqua tritum modo cataplasmatis impone: deinde spongiam posca imbutam su
per addas, & liges. post triduũ, cuminum auferes, & mammis cataplasma ex lilij radice, & melle im-
C pones, ac per triduum ita dimittes. id quod ter in mense faciendum est.

AD fœtidos sudores, & tetros odores alarum. *Cap. 30.*

ALas asaro a balneo, mane, quotidie illine: aut singulis diebus alumine liquido inunge: aut ocy-
mi semine ex uino, & melle inunge. hoc tetros alarum odores pellit. uel etiam cretarium ad-
hibe.

AD eos, qui ex stomacho laborant. *Cap. 31.*

CEdri liquoris cochlearia duo, olei immaturi cyathum misce, ac sorbenda dato. id enim omnem do
lorem penitus leuat. est autem * Serapionis, omnemque superat expectationem. Aliud,
anisum humidum in panno deligabis, & in calidam aquam conijcies, tum iubebis, ut sorbeat. AD imbe
cillos, & nausea affectos, mentæ colliculos binos, ternosve in mali punici dulcis succo feruefactos da
ad sorbendum. Aliud, sambuci tenera folia ex aqua munda potui dato. fidem hoc superat. AD uen
triculi morsus citra bilis uomitum, tragoriganum in aqua pari portione maceratum, & ad lactis tem-
peraturam redactum sorbendum præbe. AD stomachi imbecillitates. sinapi frictum, & tritum ex aqua
D ac potui datum prodest. EPITHEMA ad stomachi, & præcordiorum affectionem. * fæce arida ce
rato myrteo, aut rosaceo excepta utitor. AD singultum. si semel singultum senseris, digitum, quem
salutatorem uocant, tuæ sinistræ, ter in ore contineto: aut acetum absorbeto, aut etiam cuminum, aut
alicam, aut uomitus cieatur, ita enim singultus sedabitur. aut etiam spiritus contineatur, aut sternutatio
excitetur: aut ruta ex uino propinetur: aut mica panis aceto imbuta deuoretur, aut porcelli ossiculum
manu atteratur. iam uero subita formido singultum finit. [AD stomachi dolorem. castoreum ex posca
potui da. si uero eius causa flatus est, cuminum in oleo coque, itemque semen dauci, & petroselinum, &
unge: si frigus, lauri baccas in oleo coque, & item rutam, ac nigellam, ac fœniculi semen. si dolor im-
moderatus sit, foue ex milio. cucurbitula quoque magna umbilico admota ualde prodest. AD stoma
chi imbecillitatem. oleum ex succo cydoniorum utile est. Aliud, mastiches, styracis sing. partes. ij.
absinthij, œnanthes, sing. partes. iij. olei melini partes iiij. uini quod satis est: itemq; rosarum partes duas.
hæc lenias, ex purpuraque, aut lana assumpta stomacho impone.]

AD choleram, & uomitum, & uoluulum, & uomitum stercoris. *Cap. 32.*

VInum albinum choleræ remedio est: nam stomacho conducit, & aluo succurrit. AD uomitum co
hibendum, succo sanguinalis herbæ cibos imbue. Aliud, absinthium in aqua ad tertias decoctũ

in potu propina. ratione habitus ægrotantis habita. dato eodem modo centaurium, aut thymum, E aut nigras myrti baccas. Vt uomitus facilis fit, sampsuci folia comedendas dato. Aliud. lixiuio, stillatitio poculi oras continge. AD uoluulum mirabile remedium, & item ad eos, qui ore stercus reiectant. oleum, in quo anethum decoctum sit, potui dato: sed interim, dum coquitur, ægrotum in aquã calidam perfunde,& post olei potum, micas panis calidas esui præbeto: is enim, etiam si iam suffocetur, incolumis euadet. hoc remedio nos principem uirum in Asia nostra seruauimus. AD eos, qui frequentet uomunt. Rhun & cyminum simul contundas,& ex aceti mulsi cyathis sex da potui unciam. AD eos, quos cholera uexat, ualde efficax. menta ex uino sumpta, si æger febrim nõ habeat: herba quinquefolia arida, tritaque ex uini cyathis septem, aut ex aquæ calidæ cyathis binis epota dolore confestim liberat. Aliud. cochleam cum sua testa contritam potui da. AD uomitum comprimendum. succum ex folijs,& capreolis uitis expressum cum polenta potui detur ieiuno ex aqua ad cochlearis pondus. Aliud, panacis obolum ex uino & calente oleo propina.

AD iecoris uitia. Cap. 33.

SEminis petroselini cochlearium, menta inspersa,& pota confert. Aliud. herba fumaria in succũ dissoluta,& in pastillos redacta,& exiccata dolorem sedat. ac si ter ex aqua potetur, liberat. Aliud, lupinum iecur drachmæ pondere ex passi sextario datum prodest. Aliud, albi piperis grana nouem, F myrrhæ quantum auellanæ magnitudinẽ impleat, simul tere, sereno cælo, alternis diebus ter, aut quater dato. Aliud, iecur equi penu cedrino reconde, tum uino chio,& aqua dilutum dato: nã quibus iecur ulceratum est, facit, ne præterea exedatur. Aliud. maluæ succus ex melle in potu sumptus, præsidio est ijs, quos iecur affligat. Aliud, hastulæ regiæ radix potu sumpta iecoris dolorem adimit. Aliud, alba uiola epota subito iecoris dolorem sedat, epithema ad hepaticos: laserpitium con tusum ueteri axungia excipe, ac linteolo inspersum impone, Aliud. ficum in mulsa decoque, tere, absinthium contusum quamplurimum admisce, atque utere. Aliud. brassica cruda imposita celere hepaticis remedium affert.

AD morbum regium. Cap. 34.

ACanthi, Romani tricardumæam uocant, radices uirides tres, aut quatuor aridas in aqua decoque dum relictum dimidium sit: tum expressis radicibus aquam potandam præbe. AD morbum regium ualde efficax,& longo usu comprobatum. raphanos uirides cum folijs tere,& unius, aut duorũ succum ex uini cyatho uno dato: ac si ieiunus sit, ante balneum exhibe: tum iube, ut in calidum solium descendat. ita enim auriginem aquæ supernatantem intuebere: si uero morbus contumacior fuerit, iube, succum ut bibat: aut anchusæ radicis aridæ cochlearia duo ex tribus aquæ cyathis potui dato: aut G sulfuris uiui cochlearia quatuor ex uino: aut unciam herbæ sabinæ ex mulso. ego autem hoc utor, quod egregie facit: aphroniti uncias duas in uini aminæi cyathis duobus macero, ac sub dio nocte expono, tum ieiuno potui do: idque per triduum, aut quatriduum continenter facio, ac bonam ualetudinẽ ægrotanti restituo. Aliud. hypericon & adiantum aqua incoque,& potui da. Aliud, myricam ex aceto tritam propina. atque atos enim sanat. hoc morbo affectum in balneum duc, in soliumque iube descendere, ac iunci odorati uncias duas ex uini mulsi cyathis tribus bibendas præbe. id enim diuturnũ morbum regium solet curare,& ægrum liberare. Aliud. Adhibe ad quotidianum uictum herbam rubiam sine carne suilla, ipsius autem cõtusæ & cribratæ cochlearium unum ex uini cochlearijs quatuor usque in sextum diem dato: deinde semper subtrahendo da uini cochlearia nouem, deinde septem, tum quinque, postea quatuor, postremo tria. si uero die trigesimo aliquid adhuc reliquiarum morbi sit, eadẽ dato, eodem ordine seruato. Aliud, chamæmelum ex aqua potum & arquatis, & hepaticis ualde prodest. Aliud, struthion ex melle & lacte potui datur. Aliud, Aselli sub hydrijs teperti, triti. ex mulso poti arquatos liberant. Aliud, serpillum aquæ incoctum, & epotum, idem facit. Aliud, sulfur uiuum unius cochlearis pondere, aut duorum ex uino potetur. aliud, ferri ærugo statim liberat. Aliud, capreæ stercus tritum, cribro traiectum ad cochlearis mensuram cum uini odorati cya H this quatuor ieiuno,& loto præbentur. si febris adsit, ex aqua idem pondus dato. Aliud, ursini fellis ad fabæ græcæ magnitudinem da,& æger aquam superbibat. aliud, sabinæ cyathus ex mulso hũc morbum pellit. aliud, thus aquæ incoctum da. aliud, terrestrem lumbricum tere, ac propina. aliud, aristolochiam ex hydromelle exhibe. aliud, cichorij succi cyathos quatuor da. aliud, si æger in medium balnei conclaue se recipiat & sudet, sanus egredietur. aliud, stercoris canini albi cochlearium cum tribus optimi uini cyathis per decem dies propina: id quod ad colicos etiam do lores & inflationes æque facit. Medicamentum quod naribus infundatur, elaterij ad fabæ græcæ magnitudinem muliebri lacte liquatum in nares fundito. aliud, nigella in aqua decocta & in nares coniecta in balneo, morbum regium pellit.

AD lienosos. Cap. 35.

AGrestis rumicis radix in pila contundatur, succi eius expressi cyathi singuli per triduũ propinẽt. aliud. panacis radix cõtusa ad cochlearis mensurã ex aquæ calidę cyathis tribus ieiuno det. AD lienosos. etiã si scirrhũ cõtraxerint: corticis radicũ capparis unciã, aceti sextariũ,& semissum, aquę sexta riũ ad tertias decoque. a cibi concoctione cyathũ unũ, aut duos, idq; p interualla, propinato. aliud, hederæ fo lia aceto incoque, ex ijs contusis succum exprime, ac robustis purum potui da: delicatioribus, aqua

A aqua dilutum: sed prius, quàm bibant, concitatiorem eis inambulationem impera. Aliud. cen-
taurij tenuioris, quod iam consenuerit, in mortario contusi da non febricitantibus cochlearium.
Aliud. lien leporis recens deuoratus, ut ne dentibus tangatur, magnifice prodest: oculi autem fa-
scia uelentur, ne æger sciat, quid deuorarit. Idem facit catulorum, qui nondum aspectum sint con-
secuti, lien in uentriculum non secus demissus. Aliud. uenatorij canis catulum, exiccatum, tri-
tum, ex modico nardo, præbe ieiuno. Marcellus autem ad lienosos quoque ualde facere assere-
bat, si cardamomi cochlearium unum, aut duo, ex uno, aut duobus scillini aceti cyathis ieiuno da-
res, idque per tres continuos dies fieri iubebat. Aliud. radices hederæ molles ex uino elixas bi-
be, aut crudas contusas, eodem modo. Aliud. asini stercus aridum aceto dissolutum, & per
linteum traiectum potui dato. Aliud. raphani succus ex aceto mulso maceratus per triduum
propinetur: dabis autem singulis diebus cyathos duos. itaque lienem extenuabis. Aliud. ferri
recrementum cochlearij mensura ex posca bibendum da. Aliud. irrida longam aceto coque.
ipsumque acetum potui dato. Aliud. * elcorodani cor edendum, bibendumque præbe. Aliud.
muxin ex aqua elixum: si arefactus sit, succum propina. muxin autem cappadocica lingua dicit.
Aliud. stœchados tritæ cochlearium ex uini lentiscini cyatho propina. Aliud. ammoniaci thy-
B miamatis ex aceto triti cyathum ieiuno dato. Aliud. muris lienem, ac piperis grana septem in
ficu torreto, & clam edenda porrigito. EPIThema ad lienosos. lapidem * asium in bubulam uesi-
cam impone, & aceto acri madefactam lieni superdato: ipsum enim extenuabis. Aliud. glan-
dem unguentariam ex aceto macera, & ad cerati crassitudinem redactam impone. Aliud. uul-
pis lien alligetur: lienosos enim morbo liberabit. hœdinus quoque lienis appositus lienem dimi-
nuit. Aliud. brassica syluestris cataplasmatis modo imposita medetur. Aliud. persicæ arbo-
ris folia eodem modo admota prosunt. Aliud. myricæ semen aceto decoctum, ac tritum impo-
situm auxiliatur. Aliud. ammoniacum thymiama aceto maceratum ac linteo illitum admoue.
Aliud. crocomagma aceto maceratum, & ad cerati formam redactum, loco appone. id non re-
mouetur, donec plane sanauerit. Aliud. capparis radix diligenter trita, & in linteo super locum
data eodem die medetur. [AD Lienosos corticem radicis capparis in aquæ libra, & semilibra aceti
usque ad tertias decoque, & sexquiunciam potui dato. Aliud. capparis radicem contunde, &
aceto mulso incoctam ieiuno potui dato. Aliud. cupressi baccas ualide conteras, erui pollinem
in acetum mitte, & ad emplastri crassitudinem decoque, ac lieni per dies tres superdato. post tertiũ
diem solue, & emplastrum aquæ plenum comperies. Aliud. ammoniacam guttam scillite aceto
C triduum maceratam, ac in læuorem redactam linteolo illitam imponito, neque amoueto, quoad
decidat. Aliud. folia mori refrigerata, & in umbra arefacta tere, ac medicamentum aridum
facito scrupulorum quatuor, & cum modico pipere, & caryophyllis, & uino mero, calido, cum
in balneum descendit, propina.

POTio ad aquam intercutem per urinam eiiciendam. *Cap. 36.*

AEris usti quantum fabæ compleat magnitudinem, stercoris columbini, uini cyathos tres da.
esto autem hæc unica potio. Aliud. a nobis in plerisque comprobatum, tithymalli uallaris
radicem pro ægrotantis uiribus edendam præbe: aquam enim statim educit. Aliud, granũ cnidium
contusum, cribro traiectum misce, ad strigmenti crassitudinem, ac cochlearium unum plenum ex
uini mulsi cyathis tribus, addita modica aqua calida, ut lactis calorem imitetur, aut ex ouo sorbili
dato: id enim plurimum aquæ expellit. Aliud. ebuli radicum succi cyathos binos, uini tan-
tundem misce, & da. liberat, nec stomachum subuertit. Aliud. graminis decoctum epotum u-
rinam ciet. Aliud. solani succi cyathi quatuor, mellis cyathi XVI. propinati prosunt. Aliud.
hyssopum & hircinum lotium ex passo epotum urinam prouocat: idem facit etiam caprinum, si tibi
suppeditetur. Epithema ad hydropicos. * heteram crema, diligenterque cataplasma facito. Aliud,
D raphanos ex aqua decoctos, donec flaccidi sint, & hordeacea farina impactos decoque, & catapla
sma ex eis conficito.

AD UMbilicum procidentem. *Cap. 37.*

[Gallam comburito, aut terito, & cortici thuris admisce, & oui candido excipe, tum impone.]

AD TOrmina & uentris dolorem. *Cap. 38.*

ARistolochiæ radix in uino potui detur. AD Tormina, singultum, capitis dolorem, & difficul-
tatem pariendi, sternutatio ad tormina, & omnia uitia interna accommodata est. Aliud.
lychnitidis herbæ radix lota, & uino dulci incocta, ac percolata, & epota, egregie iuuat. secus uero,
cibis, quibus uescare, modicum casiæ, & olyræ non contusæ admisce. AD Tormina intestinorum
& alui. cymini fricti, tritique cochlearium unum, aut duo ex aquæ cyathis tribus potui da, ad-
uersus uero inflationes feruefacito acetum, ac refrigerato, tum apij contusum semen indito, at-
que iterum feruefacito, idque potui dato. Aliud. eresimum herbam ex aqua tere, ac pro-
pina. Aliud. ex * lampro. quantum satis sit, tritum ex aceto, ieiuno dabis. Aliud. ieiu-
nus laurum manducet, succum transglutiat, partem commansam umbilico imponat. illico, tor-
mina sedabuntur. ALVUM purgans, ano indendũ. lanæ hapsum felle taurino intinctum ano immitte.
Aliud. gallicum saponem lana inuolue, & ano impone: uel potius alumen liquidũ. AD Dysenteriã,

lenticulam teneram contuſam cum rubi radice decoctam impone, & eſui da. Aliud. flores mali E
punici acido lacte incoctos tere, oleum ad eandem menſuram adde, & epulandos propone. Aliud.
ntilium contuſum elixum adipe uitulino perfunde, & quampinguiſſimum, quamque calidiſſimum ſor
bendum dato. poſtea uero aquam frigidiſſimam ille ſorbeat, & ſtatim liberabitur. Aliud. gallæ
internam partem tritam, in læuoremque redactam cape, & farina admiſta atque oui candido paſtillos
fac, & aſſos frange, uinoque ſine ſale, madefac, ac edendos præbe. AD dyſentericos, cœliacos, & le
uore inteſtinorum uexatos, quod lingendo ſumitur: Laſerpitij ramenta melli admiſta da ad lingendũ.
Aliud, ouũ, mel, uinũ, ac mali punici putamẽ paribus portionib. miſce ac frige, tũ pipere exiguo cõſper
ſa, potui dato: efficax id eſt. Aliud. oua tria in acetũ conijce, per triduũ macerari ſine: tũ modicũ ſimilã
ginis cum tribus illis ouis ſubige, aſſa, ex meraco uino perſperſa exhibe. Potiones ad dyſentericos, cœ
liacos, & lientericos. Vinum adſtringens, in quo rhus obſoniorum uſque ad tertias decoquatur, po
tui da ijs, quibus male affectus uentriculus eſt. Aliud. uinum auſterum, cui incocta galla ſit, ijs
quorum uentriculus fluxione laborat, potandum pro uiribus dato. AD diſtortiones, & uentris do
lorem. cyminum mandant, & deglutiant. uel carthamum & fœnum græcum trita coque, & decoctio
nem potui dato. uel baccas lauri aridas, & detracto cortice terito, ac nouem cochlearia propinato. uel
ſerpyllum tere, & ex uino præbe. uel ſampſuci decoctionem ex uino da. uel radicem eringij cum ui- F
no potui da, uel ſpicæ decoctione, uel caſtoreum. AD colicam. ſenectã ſerpentis in uaſe æneo ex oleo
frigito donec comburatur, tum terito, & in oleum intincto digito, anum inungito.

AD uentris profluuium. *Cap. 39.*

CAllitrichi decoctionem ex aqua, bibendam exhibe. Aliud. ſtœbem, qua ad uaſa teſta-
cea utuntur, ſpinis hirſutam, in mortario contunde, ex aqua decoque: & in uentris dolore eã
aquam ſine uino febricitanti propina: cum uero febris non adeſt, uinum miſce. Aliud, nucum pu-
tamina, quibus nuclei conteguntur, trita ex aqua trium cochlearium menſura propinabis. Aliud.
cornu ceruinum mollius combuſtum, cum pari gallæ menſura potui da. Aliud, rumicis ſemen tritũ,
ac potioni, aut cibo inſperſum mirifice prodeſt. Aliud, quod in nucibus ineſt ad modum colu-
mellæ, & capitis papauerum, quod ueluti tegmen eſt, pari menſura ex uino propina. Aliud, quer-
nas glandes & cribratas plurimum, in uinum auſterum, ut polentam, ſparge, ac potui da. Aliud, lo-
cuſtæ carabi teſtas frictas, & tritas ex aqua dato. Aliud, ſtruthocameli, & item aliarum auicularum
uentriculus cochleariorum duum menſura, ex uino, ſi febris abſit, ſi adſit, ex aqua, benefacit. Aliud,
thuris grummus ad fabæ magnitudinem in uini nigri ciatho, ac ſolani cyathis duobus, diſſolutus pro- G
pinetur. Aliud, gummi albi contuſi unciam ex uini nigri cyathis ſex bibat. idem ano inditum facit.
Aliud, in cochleam africanam picem infunde, & calfactæ carnem educito, & in anũ bis, aut ter impo-
ne. Aliud, ſerpentis ſpolium in uaſe æneo ex oleo frige, cum uſtum ſit, tere, & digito in oleo intin
cto, anum ungito. Aliud, herba ſacra inferius foueas, aquam ne attingas. Aliud, betam ex ace-
to tritam more cataplaſmatis a ſuperioribus partibus uſque ad inferiores impone, hoc dyſentericis e-
gregie confert. Aliud, ceratiorum oſſa contuſa uentri ſuperdato. AD dolorem dyſentericorum, ma
lum cydonium aſſum cum pari cerati roſacei portione impoſitum confeſtim dolorem ſedat.

AD colicos dolores. *Cap. 40.*

TEſtas oſtreorum crematas, & in puluerem redactas, ad duorum cochlearium pondus cum aquæ
cyathis tribus potui dabis. Aliud, thymum creticum aqua ad tertias decoctum ex attico
melle dabis. Aliud, ſacram radicem tenuem in aqua ad dimidias decoque: idque decoctum per
quinque dies potui præbeatur. & morbum adimet: id quod in multis eſt probatum. Aliud, menta
uiridis elixa detur per triduum, ac nunquã hic dolor affliget. Aliud, lauri ſummitates teneræ, ligneæ,
ſi quis eis triduo ueſcatur, liberabunt. ceterum caue, ne olla, in qua decocta menta ſit, per illud triduũ H
terram attingat. AD ſeptum tranſuerſum. fraxinei ligni ramentorum cyathus per triduum epotus per
ſanat. Aliud, ad multos uſus accommodatum. Colocynthida alexandrinam excauatam, non ta-
men ferro, & expurgatam, in Coi uini ſextarium infunde. ac feruefac: tum uinum ad calorem tempe
ratum reuerſum propinato, iubetoque, ut deambulet: ſiquidem incolumis reddetur. multa enim ex-
crementa hæc potio ſolet deijcere. ac ne nauſea tentetur, ſalis grummum ore contineat. ualet idem
ad coxendicis dolores. AD COLI dolores, quod ano indatur. opium hiſpanum lactuca exce-
ptum in anum immitte. Aliud, allij nucleum lixiuio calfactum ano inde, & arido detracto ſtercorẽ
liberabitur. Aliud, ſi coli dolore uexatus canem dormientem expergefaciat, & in locum, in quo
canis cubabat, mingat, ipſe ſtatim dolore liberabitur, & canis morietur. AD colicos & inflatos. cera-
to liguſtrino laſerpitium copioſe excipe, & appone. ego uero parum quoque caſtorei adijcio, & effica-
cius medicamentum redditur. AD tormina. græcum cuminum commanſum, ac deuoratum prodeſt.
Aliud, cnici contuſi, ac fœnigræci elixi ſuccum propina. Aliud, pectinem in aqua calida madefactũ
& lotum bibendum dato. Aliud, baccarum lauri aridarum corticis cochlearia nouem potui dabis.
Aliud, ſerpyllum læuigato atque ex mero propinato. AD omnes internos dolores. ſi ei, cui inteſtina
dolent, pedes laueris, & ex ea aqua potui eis dederis, dolor illico leuabitur.

Ad

A *AD inteſtina interſciſſa.* *Cap.* 42.

Egyptiæ ſpinæ radicem, & hœdinas, caprinasve carnes cum pilis, corioque tere, & ex ſimilagine cõfectas cepas, ac uino tẽperatas potui dato. eadẽ radix pota peripneumonicis remedio eſt. ſuſpenſa quoque tertianam, quotidianamque febrim pellit: & ex oleo pota ad uulnera ualet.

[*AD renum, coxendicisque dolores.* *Cap.* 42.

IRidis farinam, peracre acetum, pinique reſinam, ac lupinos, & pyrethrum, & terebinthinam, & ſulfur, & nitrum, & lauri baccas cum melle permiſce, & impone. [PVRGANS ad coxendicis dolorem: liquorum tithymalli guttas quinque in ficum inſtilla, & comedendum præbe. id purgabit.

Quæ exterius impoſita aluum ducunt. *Cap.* 43.

GRanum cnidium detracto cortice excipe cerato, atque umbilico puerorum imponito. Aliud. felle taurino umbilicum ungito. Aliud, ſuillus talus uſtus, & contritus ex aqua propinetur. Aliud, chamæmelum ex oleo tere, inungeque, ac ſtatim dolor ceſſabit. Aliud, reticulum, quodcunque uolueris, de capite mulieris detractum in caput ægri pone, & ad bonam ualetudinem eum perduces. præſtabit autem reticulum calſacere, tum capiti imponere. Aliud, coriandrum
B uſtum, oleo dilutum umbilico ſuperdato, ac lana tegito.

AD urinæ difficultatem, & calculum. *Cap.* 44.

VAlent hanc ad rem ſcorpij uſti, & eſui dati. ſi quis forte abhorreat, adipe miſti, ac toſti, elam, & ſine ulla ſuſpitione dentur. mirabiliter enim proderunt. is quoque calculus, qui per urinã ſit redditus, oliuæ nucleo ſimilis, ſi igne candens teratur, ac potui detur, calculos, qui in ueſica ſunt, eliquat. felis quoque iecur uſtum, ac tritum, ut in potu ſumi poſſit, lapide laborantibus auxiliatur. iaſpis etiã lapis in potu aſſumptus ueſicæ calculos frangit. Aliud, umbilici ueneris radix elixa, & trita, atque ad unciæ pondus quotidie, ex uino diluto data, ad renum calculos ualde efficax eſt. Aliud. ſucci uuæ acerbæ, & ruſæ hederæ corymborum æqua portio ex albo uino teratur, eoque ſucco illine eos, quibus urina ægre it. EPYthema ad calculoſos. ubi urina emiſſa ſit, uetuſto butyro emollito penem obline, & cubitum eunti lanam per triduum impone. Epythema urinam iritans, quod etiã ad renis uitia facit. calaminthам cum aceto & pipere cerato excipe, & umbilicum illine. Aliud, in decoctione ſampſuci æger deſideto. Aliud, parietariam oleo incoctam loco ueſicæ applica: ac ſtatim urina prodibit. AD calculoſos. montana chamedrys mulſa incoquatur, ac potui detur. hoc au
Hęc in græcis libris impreſſis ſub fine ſit
C tem remedio Priſcus Samius uti ſolebat. Aliud, albæ hederæ corymbi ex uino poti lapides frangunt. Aliud, ſalicis folia contuſa ex uino auſtero ſumantur uſque, dum conualeſcant. [AD eos, qui præter uoluntatem urinam emittunt: galli guttur uſtum cochlearis menſura ieiuno ex aqua potui dato. Aliud, leucanthemi flores ſeptem tritos ex aqua propina. Aliud, leporis aridum teſticulum in minutas conciſum partes ex uino odorato propina. Aliud, cimices tres tuſos ex uino auſtero per nouem dies dato. Aliud, calamintham & myrrham ex aqua ante cœnam propina. Aliud, anſeris linguas per triduum, ſingulis diebus unam epulandam dato. Aliud, rutæ ſylueſtris ſemen triduum edendum præbe. Aliud, penis cimolia ex parietariæ ſucco illinatur. AD mingendi difficultatem rhun & ruſæ hederæ corymbos ex uino albo tere, & partes ſub umbilico poſitas illine. AD urinæ redundantiam prodeuntem cohibendam, pelliculas quæ in uentre gallinarum ſunt, in ſole areſacito: ex eiſque drachmam ex thure maſculo, & glande arida, floribus ſylueſtris pumici, ac galla, ſingulorum drach. iij. tere, datoque ex ijs ieiuno ex melle roſaceo, & aqua frigida.

AD uitia fœminarum, & primo ad conceptum. *Cap.* 45.

D IEiuna caricas cum oleæ folijs edat. Aliud, pecudis ruminantis ſpumam digito ſumas, & ex uino potui des. Aliud, naſturtium tritum ex aceto per quatriduum, poſt quam ſcilicet mundatum corpus ſit, edat. Aliud, uulpinum ſtercus in peſſo imponatur, ac muliebres loci illinantur, tum rebus ueneréis utatur. Aliud, artemiſiam tritam impone, & muliebre pudendum gummi unge, cum tertius a purgatione dies fuerit, & mulier concipiet. Vt mulier marem gignat, alba faſcia puerili pedem dextrum liget, & cum uiro concumbat. Vt fœminam nigra faſcia ſiniſtrum pedem ligato. [AD conceptum. uterum leporis areſacito, terito, & poſt menſtruas purgationes potui dato. AD PARTVS difficultatem, chamepithyn & bitumen carbonibus ardentibus impone, uaporem locis muliebribus affunde, aut hæc ipſa adhibe. AD fœtum mortuum expellendum. fellis taurini quantum amygdalæ magnitudinem æquet, in uino dilue. dato cochlearia duo, quæ bibat, ac fœtum ſtatim eijciet. Aliud, lycium crudum trito caule miſce cum cedri liquore, & calfactũ potui dabis. Aliud, artemiſiam ex aqua mulſa coctam propina. Aliud, ſuper lapidẽ, quẽ canis, cum in eũ ictus eſt, mordet, in ſole poſitũ, mulier, quæ difficultatẽ in pariendo experitur, tranſeat. AD menſtruas purgationes euocandas, marrubium, nepitã, rutam, corticem celſi ſingulorum. ℥. iij. ex uino, aut aqua decoque, & potui da. Aliud. ex aqua, qua fermentum in pane conficiendo diſſoluitur, propina. AD uteri dolores. pæoniæ, uel iridis radicem potui da. uel ſeminis pæoniæ grana xv. uel pulicariæ, aut

urticæ succum apponito, uel etiam melissæ folia ex uino decocta. Aliud, rutam uiridem tere, & cum butyro, & suillo adipe unguentum confice. VT MVlier uitiata, uirgo uideatur. gallarum immaturarum, ligustri, xylocasiæ, rosarum siccarum, piperis albi, grani cnidij, singulorum hexagium unum, tere, & matrice prius lota, impone. ad idem autem ualet rumicis acidi semen tritum & impositum.] E

NOTa, quibus mas & fœmina in utero dignoscantur. *Cap. 46.*

APium super caput mulieris clam impone, & quod primum uoce proferet, hoc est, uel marem, uel fœminam, eiusmodi pariet. hoc autem synceræ ueritatis est signum. Aliud, grauidæ mulieris urinam cape, ac duas foueas fac, in alteram hordeum, in alteram triticum conijcito, tum urinã utranque persperge: tum terra claudito, ac si prius triticum germinarit, mas in lucem edetur: si hordeum, fœmina. VT MAS concipiatur. anserino adipe, ac resina terebinthina loci per biduum inungantur: tertio die cum uiro concumbat, & marem concipiet. VT MAS gignatur, uir sinistro testiculo ligato rebus uenereis utatur. VT fœmina, liget dextrum.

AD fœtum retinendum. *Cap. 47.*

FAcit ad hoc aëtites lapis appensus. retinet quoque fœtum lapis is, qui pirastro adnatus inhæret: qui appensus etiam gestandus est. itemque maluæ agrestis radix, quam epiboscon uocant, si appendatur, sardonicus lapis usque in finem fœtus retinet. is autem uentri alligandus est. herbæ quoque sideritidis appensu fœtus conseruantur. F

VT Partus acceleretur. *Cap. 48.*

BVlbos amaros tritos ex uino dulci potui da. confestim pariet. Aliud, dictamnum ex uino, aut aqua potum. Aliud, suillum lac ex melle epotum. Aliud, galbanum ex aqua contritum, & potui datum, subito fœtum educit. SVFFitus ad difficultatem pariendi. aiuga carbonibus imposita, aut duplum eius bituminis, quo fabri ferrarij utuntur, carbonibus inspersum, mirabiliter iuuat. Aliud, pulegij fasciculum in aquam calidam inijce, ac iube, ut in ea mulier desideat, eique in aurem dicito hæc, chu, ca, mi, dus. Aliud, manibus oleum contine, mulierisque ilia perfrica, atque hæc dic, secundæ sistite corpus, quia præcipit uobis magna dei genitrix. *

AD Lac proritandum. *Cap. 49.*

RAdiculas cum tritico uino incoctas transcola, & potui da. Aliud, aquam, in qua furfur cum fœniculi radicibus sint incoctæ, potui dato. Aliud, mulsæ, in qua nigella sit, uncia propinetur. Aliud, mulsa, in qua hederæ folia contusa sint, potui offeratur. G

VT Lac euanescat. *Cap. 50.*

MArina foueto, & quæ adstringendi, ac siccandi facultatem habent, superdato. Aliud, muriam calidam spongijs exprime, ac thuris puluisculo insperso liga, itemque chartas eodem modo. Si uero mammæ duræ, inflammatæque sint, eas lini semine, quod ex aceto mulso decoctum sit, illine: aut etiam fœnograeco simili modo, aut sesamo non loto, ac refrigerato, & melli commisto: aut cataplasma ex ficubus conficito. Aliud, cuminum tritum ex mulso dilutum ad cerati consistentiam, linteoque inspersum impone. POTIO fœtum mortuum, aut non secundum naturam prodeuntem expellens. Fellis tauri ad amygdalæ magnitudinem, uini ueteris diluti cochlearibus duobus temperatum potui dato statim fœtum eijciet. Aliud, ouum crudum cedri lachryma illine, ac calfac, & ieiunæ sorbendum præbe. Aliud, mulsam, quæ artemisiam incoctam habeat, potui da. Aliud, lapis phænicites illitus fœtum extrahit. lapis etiam a cane demorsus fœtum adhuc imperfectum educit, si prægnans mulier super ipso transierit. quod enim uentre continetur, cito admodum eijcit. H

VT COGNoscatur, an mulier abortum fecerit, & ad abortum faciendum, & ad fœtum mortuum, ac menstruas purgationes euocandas. *Cap. 51.*

CVm mammæ graciles sunt, abortum indicant. CATAplasma ad abortum impellens capit, uitiæ mundæ cyathos duos, qui in olla ex aceto decoquantur; cum autem, dimidium consumptum sit, aloes uncia addenda est, ut instar malagmatis efficiatur. illine autem, & ab umbilico ad pectinem usque alliga. CATAplasma ad fœtum necandum sine noxa, & ulla nota suspitionis, cupressi foliorum partem aqua decoque, ac tere ad malagmatis formam, tum umbilico, & abdomini superdato, ac fascia ligato. iube autem, ut mulier supina iaceat, aut in sella ea sedeat, qua mulieres in pariendo uti solent: sopita enim sine dolore fœtum edet. Medicamentum periculo uacans, ut trimestris, aut quadrimestris fœtus expellatur. opopanacis obolum sume, colliriũ fac, & muliebribus locis immitte. Id enim tutũ est, & in multis probatũ. Aliud, struthion tritã, melleq; exceptã paruis pessis illine, ac muliebribus locis immitte, siquidẽ hoc secũdas quoq;, & mẽstruas purgationes prouocat. Aliud, artemisię folia ex rosaceo terẽs, & ad sordiũ crassitudinẽ redacta imponẽs menses irritabis. Aliud, caricas duas, ac dimidiam, nitri obolum, pessos confice, & immitte. Aliud, artemisiam tritam adhibe.

Aliud,

A Aliud. rutæ ſylueſtris ſemen impone. Aliud. galatites lapis in ſuffitu eas expurgat, quæ non purgantur. AD mulierem, quæ a partu non purgetur. ari ſemen ex uino albo tritum ieiuna propinet. AD mulieris pallorem a partu. panacis radices contuſæ & ex uino dulci ieiunæ potui datæ pallorem diſcutiunt. Aliud, flores punicæ domeſticæ oleo odorato incocti propinentur. [fæcem uini ueteris, lilij radicem, & allia ſimul teras, ac ueſpere faciem inunge, mane autem ablue, idque facito, donec rubicunda facies reddatur.

AD mammarum, fœmorum, coxendicumque fiſſa. *Cap.* 52.

MArinam cochleam oblongam, combuſtam, tere, tum albo oui, aut aſinino lacte addito illine. Aliud. lapidem, qui diaphanes uocatur, tere, ac tritum cum balneum, quis ingreditur, antequam perungatur, illine: ac die uigeſimo fiſſa ſaneſcent. AD uentris, præcordiorum, femorumq; ſudores a partu. cimoliæ & pulueris thuris, (mannam nominant) par menſura albo oui excepta ex liguſtrino cerato illinitur. AD inflationes in coxendicibus. medullam panis & melanteriam una ſubige. & ſuperda, ſiquidem compeſcit. AD umbilicos prominentes. gallas combuſtas, ac contritas cum aqua impone. VT umbilicus a partu, magnus, & formoſus fiat. operculum urcei chartaceum panno inuolue, thuris pollinem oui albo excipe, & illine, atque in umbilicum infunde, alligaque
B firmiter.

Ad uteri ſtrangulatus. *Cap.* 53.

TEſtudinis terreſtris iecur tere, atque in peſſo in naturalia immitte. hoc nunquam fallit, nec cuiquam communicandum eſt. POTIO ad uteri dolorem. leporinum cor aridum, & in ramēta diſſectum propina. AD tormina uteri, corruptelas, & ſtrangulatus. * leptoſphæros accipito ad oboli ſemiſſem, ereſinema uocant, tribus digitis, atque ex dulci in potu ſumito. AD uteri dolores. punici dulcis radicem ex uino propina. AD uteri duritias. cuminum & rutæ folia tere, ac pice liquida, & butyro excepta in peſſo ex lana inde. POTIO ad mulieres hyſtericas. caſtoreum cum aniſo dato. Alia, cuminum tritum, & nigellæ ſemiſſem ex mulſo aceto potui dato.

POTIO ad muliebrem fluorem. *Cap.* 54.

PEucedani radices, & baccarum cupreſſi pares portiones ex uino albo propina. Alia, uuæ nigræ acinorum arida ſemina bibantur ex nigro, auſteroque uino. Alia, hœdi coagulum acerrimo maceratum aceto dandum ieiuno eſt. Alia, corallium ex uino nigro porrigatur: ac fluor confeſtim cohibebitur. Alia, ferulæ cinerem, ac papaueris lixiuium ex aqua parum dato, ſed ſi largius fluat,
C ſpongiæ uſtæ drach. iij. exhibe. Alia, cornu cerui uſtum bibendum offer. Medicamenta quæ naturalibus imponenda ſint. malum punicū lana exceptum more cataplaſmatis adhibe. aut eiuſdem mali corīū decoque, & tritum in lana in peſſo admoue. Aliud, gallæ internam partem, & thuris tantundem in peſſo apprehende, & ex aqua adhibe. Aliud, pulegium tritum lana pura excipe, ac naturalibus applica. ſpongia quoque feruenti aceto madida, ac modice expreſſa, auxiliatur: itemque femorum coitio, & deligatio partium extremarum, & decubitus, qui in caput fiat

Vt ne muliebria naturalia in concubitu humeſcant. *Cap.* 55.

GAllæ immaturæ grana quatuor, eius cineris, qua ad oculorum uti uitia ſolemus, myſtra duo teras, miſce, atque in puro uaſe repone. ex hoc myſtrum unum uino uetere diluatur, coque primis diebus nupta ſibi naturalia illinat, atque in omni uitę tempore illorum locorum humiditatem non ſentiet. Aliud, gallas in aqua per octo dies contine: tum lanam mollem ſulfure ſuffitam in aquam illam immerge, & non exprime, ſed ſine, ut areſcat. itaque ex lana peſſum facito, ac naturalibus indito. ita enim in uenereo congreſſu uirgo exiſtimabitur. poſtea uero lanam auferto, & exiccato, atque iterum ſi placebit, uti poteris. Aliud, acuti rumicis ſemen tere, imponeque, & nihil a uirgine differre com-
D peries. Aliud, gallas contuſas in aquam funde. ea aqua mulierum pudenda ſubluantur, & anguſtiora reddentur. Aliud. panniculos tenues in aquam, quæ alumen habeat, immerge, & exicca, tum iunci quadrati, caſiæ, gallarum ſingulorum æquam portionem ex uino uetere conterito ad mellis conſiſtentiam: in eo autem panniculos madefacias, ac reſiccabis, tum dato, ut per duas horas in pudendo muliebri contineant: uel quantum neceſſitas poſtulet: & cum rebus ueneris uti uolent, eximant. Aliud, naturalia melle & nitro uſque ad pubem obline, atque ita mulier cum uiro concumbat.

Vt ne cui penis arrigatur. *Cap.* 56.

BVccinam combuſtam urina bouis caſtrati extinguito, atque hanc in cibis, aut potionibus adhibito. quod reliquum eſt, in uaſe reponito. Aliud, paruulum lignum appende. ita enim quieſcit. Aliud, acutus iuncus impoſitus, & in figuram illius† cyrici, qui ſemen cito eiaculatur, ſubſtraris in lecto poſitus impetum in uenerem prohibet. Aliud, coriandrum aut pulegium, ſi quis frequentius eis utatur, priapum languidum faciunt. Aliud, ſi torpedinis fel quis bibat, ei penis non erigetur. Aliud, lucernæ, quæ ſponte reſtinguatur, ſcintillam adhuc uiuam in poculum conijce, ac potui da: atque ita per totam noctem penis non arrigetur. [VT PENIS tendatur. in-

†κήρυκες etiã buccinæ ſunt in piſcium genere.

tendunt autem pudendum, & ad uenerem ſtimulant hæc, nucum pinearum. piperis, petroſeli- **E** ni, ramenti pudendi cernini areſacti, terebinthinæ, ſingulorum pares portiones, quas melle exceptas ex uino bibendas exhibe. Aliud. cicerum crudorum, nucum pinearum, partes duas, ſeminum erucæ, piperis albi, ſingulorum partem unam: mellis quod ſatis ſit. ex uino dantur. Aliud, antequam coeas, pudendum melle obline. Aliud, erucæ ſemen cum melle bibendum da. Aliud, erucæ ſucci cyathos duos cum pipere albo, quantum ſatis eſt, dato tribus diebus, idque tertio quoque die. uel da ieiuno ſucci erucæ, ac piperis albi cochlearium. facit ad hoc quoque marini erinacei teſta in potu ſumpta: itemque bubulum lac epotum. Aliud. ſemen polygonij & carnem piſcium fluiatilium ſiccam tere, ac potui da: tentiginem enim excitat. ſemen quoque portulacæ ex lacte bubulo coctum mirifice prodeſt. oua quoque perdicis, ſi quis eis ueſcatur. Aliud. ſemen porri cum uino meraciore potandum offer. Aliud. polygonij ſuccus epotus promptiores in uenerem reddit. Aliud, aquam in qua ferrum extinguitur, cum uino bibito. Aliud, teſticuli uulpini aridi cochlear unum bibe. Aliud, haſtulæ regiæ radicem exprime, & quod expreſſeris potui da. Aliud. lotio, quod taurus poſt coitum emittit, terram ſubige, & eo luto quod ex lotio illo conficitur, pudendum illine. Aliud, ſtercore bubulo tecenti pudendum unge. Aliud. granum cnidium tere, & oleo roſaceo permiſce, atque inunge. Aliud. ſucco uerbenacę penem unge.] **F**

VT ſomnus concilietur. Cap. 57.

Lauri folia inſcripta capito clam ſubijce, concophon, brachereon nominans.

AD eos, qui rebus uti venereis non poſſunt. Cap. 58.

Scammoniam ex aqua illine

[*AD morſum animalium uenenum iaculantium* Cap. 59.

Si uenenoſa animalia momorderint, fraxinea folia terito, eiuſque ſucci da non febricitantibus tria ex tribus uini cyathis cochlearia. Aliud, corticem arboris glandis, uel erucam, uel chamæpityn, uel allium cape, atque ex his unum tere, & cum uino non diluto potui ieiuno da. Aliud, ſanguis anatis omnibus uenenoſis, lethiferiſque aduerſatur. idem præſtanr gallinæ recens iugulatæ, ſi morſibus apponantur. cunctis enim uenenoſis reſiſtunt, & curant, præter aſpidis morſum. Aliud, rutam ex uino propina. Aliud, gallinæ cerebrum in potu prodeſt. INVNCTIO ad uiperæ morſum. ex chalbano & cyprino unge. Aliud, ex ſerpyllo & aceto unge eodem modo. SVFFITVS uenenoſa animalia fugantes. pyrethrum, ſulfurque accende, & fugient. Aliud, corni cerui, & eius itidem pinguedo idem efficit. pellis quoque & dextri pedes ianuæ affixi ingreſſum cuiuslibet uenenoſi **G** prohibent. Aliud, pulmo aſini in ſuffitu omnia uenenoſa pellit. VT vipera non mordeat. trita ſerpentaria manum unge, & non mordebere. eius autem herbæ ſemen ex aqua tritum & in aquis peregrinantium poſitum, eas expellit. Aliud, ex ſucco ſolani manus inunge. EPITHEMA ad morſos a uipera. Viperæ caput præcide, partem ſanguinolentam loco demorſo alliga, ac ſic dimitte. FOMENTUM ad uiperę, araneique muris morſum, trifolium bituminoſum decoquito, ac decocto calido locum morſum foueto. nemo autem, qui morſus non ſit, fomento huiuſmodi utatur: ſiquidem ita afficitur, ut ſe uel a uipera, uel a mure araneo demorſum putet.

GAL.

GALENO ASCRIPTVS LIBER III. DE MEDICAMENTIS FACILE PARABILIBVS.

Io. Baptista Rasario interprete.

Liber hic & ordine, & iudicio ita uacat, ut Galeni esse, nullo modo uideatur.

De uitiis gurgulionis. Cap. I.

GVRGVLIO sic curandus est: in principio inflammationis uictus tenuis, ac boni succi instituendus est. sorbitiones, ac gargarizationes ex mulso fiant, aut aqua
B mulsa, aut sapa tepida, aut oxymelle, quod solum gargarizandum est, tum eijciendum, & non deuorandum. mandendum etiam pyrethrum est, aut piper, aut uua taminia, siquidem hæc trita cum nitro, ac sale, ac palato, columellæq; illita, inflammationem discutiunt. hæc eadem etiam exterius posita, & alia simili modo calfacientia, & inflammationem mitigantia, ac dolorem leuantia epithemata, ac cataplasmata sunt accommodata. AD columellam pendulam. hyssopi radicem, & caricarum succum commisce, & fiat gargarizatio. simili quoque modo ad tonsillas, & uuam palmulas & lentem unà feruefacito, ac gargarizato.

Vt quispiam diu sine sitis maneat. 2.

Succus dulcis radicis potui detur, aut portulacæ cyathum bibito: aut anisorum unciam, dulcis radicis succi uncias duas, tragacãthæ madefactæ tantundẽ misce, pastillos confice, in umbra siccato, atque unum sub lingua tenendum dato, ut succus deglutiatur. ita enim sitis non affligtabit.

AD auditum grauem, & surditatem. 3.

Fel capræ recens cum pari mellis ad carbones decocti modo misce in aurem instilla. uel leporis fel recens cum pari mellis portione uinctum in cepæ corio tepidum redde, atque in aurem funde: id quod
C uel ei, qui nihil audiat, auditũ restituit. uel suis mansueti fel pari portione mellis ad carbones cocti commistum, tepidum in aurem mitte. aut scillæ succum, & rosaceum misce, & infunde. aut erui succum instilla, ac stupam rosaceo imbutam superdato.

AD cœliacos efficax. 4.

Myrti baccas uirides, rosas siccas, mali cotia, flores mali punici syluestris, gallas quinque ex uino mulso subige, & in uentrem demitte. aut fabæ cortices uino feruefacias, ac per clysterem inde: aut lenticulæ decoctæ, aut orizæ non purgatæ, aut herbæ sideritidis succum tepidum per clysterem similiter immitte, acaciæ quoque succum per infernas partes in uentrem inijce: aut etiam cerussam, & lythargirum ex uino, melleque contritam.

AD Tormina uentris. 5.

Cuminum ex melle edendum da: nam mirabere, quantum proderit: aut calami radicem ex uini calice potui dato.

AD alui fluorem sistendum.

Dato aquam, in qua origanum incoctum sit. uel sepiæ testam combustam & tritam ex uino uetere propina. aut rubifructus cum folijs decoctionem ad tertias factam dato. aut cuminum græcum, & gal-
D lam non tritam comburito, & cum ad tertias redactum sit, ex uetere uino potandum præbe, atque id triduum facito.

AD eminentias, ani fissa, & ficos. 6.

Auripigmenti fissi unc. iij. querne cariei unc. iiij. omnia simul terito, & aridum medicamentum componito. utere autem, ut cum locum urina pueri incorrupti prius sublueris, tum inspergas. AD internas externasque eminentias. laserpitij radicem contusam, ac tritam impone.

ARidum medicamentum ad gingiuas exesas, & dentes concussos. 7.

Mastiches unciam, thuris unc. ij. myrrhæ, rosarum siccarum, utriusque unc. iij. sarcocollæ, gallarum, utriusque unc. iiij. omnia simul tere, ac gingiuas prius collue tepido decocto semperuiui, aut myrti, aut lentisci, aut uiticis, aut foliorum oleæ, tum medicamentum consperge.

AD dentium dolorem. 8.

Dentes foue aceto, in quo hyssopum, aut origanum decoxeris: aut pyrethrum, piper, &*zemma & mastichen ad pares portiones præbe, ut commanducentur. Aliud. uuæ taminiæ acini. iiij. mastiches grana octo. commanducentur. AD dentes ex ictu decidentes. locum foue oleo, in quo uuę passę incoctæ sint: deinde aceto, pręcipue si dolor irritet. post triduum uero idem iterum facito, ac dentes renascentur.

Ad

AD gingiuas exeſas. 9. E

Gingiuas ariſtolochia ex melle trita conſperge.aut cornu ceruinum uſtum, donec candidum reddatur,& ceruſſam,ac ſpumam argẽti, & nardum,& pumicem cerato excipe,& inunge. aut teſtitudinis teſtam concrematam,& ex oleo tritam in gingiuas inſtilla.Aut erucæ ſemen cum ſucco, & caprinũ fel ex melle,aut nigellam ex melle pari modo illine.

AD diuerſa oculorum uitia. 10.

Oculos caprina medulla illine,& ſaneſcent.aut caprinum,ouillumue adipem calida aqua maceratum ſuperdato: aut lini ſeminis ſucco, aut muliebri lacte perfundito. Ad albugines oculorum, ueteresque cicatrices pauciſſimis diebus adimendas: id quod uiſum etiam mirum in modum exacuit: capit autem æruginis raſæ vnc.iiij.ammoniaci tantundem,ceruſſæ vnc.ij.gummi unciam. Liquidum autem eſto medicamentum,agreſtis cucumeris radicis ſuccus. * Aliud, lauri baccarum mundatarum, & tritarum,gũmi quod ſatis eſt,permiſce,fiant colliria,& cum uti uoles,tere, & cum pueri, qui uenerem expertus non ſit,urina illine. id enim probatum eſt. Ad fiſtulas oculorum.ſtercoris columbini aridi drach.iiij.cum maſculo ture tere, tritas inſpergito,donec ſedetur. eſt etiam hoc uſu comprobatum. Ad albugines comprobatum remedium,quod multos iuuit. perdicis maſculi fel ex melle illine.uel,ladani uncias duas tritas ex uino optimo,& oleo,quod ſatis ſit illine. Ad ſuffuſionem,mirabile,quod aſpectum confeſtim reſtituit. F muris ſanguinem,galli fel,& lac muliebre pari portione miſceto,ac tritis utiror.id enim & probatum eſt,& mirabiliter profuit. Aliud,ad ſuffuſiones inueteratas,& nouas hebetem aſpectum,& ad omnia,quæ tenebras oculis obducunt. capit autem lauri baccas, detracto cortice,x.gummi drac. ij.ex aqua pluuia fiunt colliria,& illinuntur : ac ſuffuſi quidem ex urina pueri uenerem non experti,qui uero cæcutiunt, ex aqua pluuia. Ad dolores oculorum, ac uigilias. aquam mulſam infunde, & ouum coctum duas in partes eiecto putamine diuide, & oculo alliga. ita enim ſoinno corripietur. Ad oculorum, totiuſque corporis carbunculos. adhibe muralem herbam cum micis panis prius poſca madefactis tritam. Ad Aſpectum exacuendum. fœniculi caulem tere ex melle,quod in nouo alueari factum ſit,& ad carbones coquito, & illinito. De hordeolis in palpebris naſcentibus. Vtere acacia ex uino. Ad fluxiones oculorum. Oculis,quos fluxio uexat, in principio cibus modicus prodeſt,itemque aquæ potus,nulla uenus,alui ſolutio, ac primum multa frigida, quæ modicum aceti aſſumpſerit,faciem aſſidue lauet,& in lectulo odoretur: uitet autem puluerem, fumum,ſolis,lucernæq; ſplendorem.tum uero roſas uirides,aut aridas paſſo madentes tere, & oui uitello exceptas impone: aut ex hordeacea farina paſſo incocta cataplaſma confice; ſi uero dolor uehemẽtiſſimus ſit,altercum quoque adijce. G

AD uaria capitis uitia. 11.

Cataplaſma ad caput,fluxione laborans,cuius confectio neque caput fluxione tentari, neque oculos male affici ſinit:capit cimoliæ,nitri,uitis albæ radicis ſiccæ,cucumeris agreſtis radicis,farinæ fabarum ſingulorum uncias duas:tere,& compone ad ſordium craſſitudinem,& utere in balneo.eſt enim remedium efficaciſſimum. Ad pituitam e capite euocandam.uuam taminiam & maſtichen mande: aut maſtichen & zinziber.ſi durior maſtiche ſit,ceræ parum admiſceto. Ad capitis dolorem. rutam diligenter tritam ex aceto & roſaceo fronti impone. Ad hemicraniam, porri caput, & comam oleo incoque,coq; caput perfunde,ac ſtatim dolor auferetur. uel hederæ extremitates oleo incoque,& caput perfunde,& euentum mirabere.uel amaris amygdalis tritis frontem obtege. Ad clauos, etiam ſi in capite ſint,probatiſſimum:ſandarachæ,aluminis ſciſſilis,atramenti ſutorij, miſyos, calcis uiuæ, ſaponis ſing.pares portiones,ſed calcis tantummodo duplum,tere,& ex primo ſaponis iuſculo utere.eſt enim admirabile. Ad hemicraniam.ſeminis erucæ vnc.iij.rutæ uiridis vnc.vij.piperis grana.xxxj.alba ouorum tria,aceti,quod ſatis ſit,permiſce,ac locum illine. Paſtillus celeberrimus Socratis ad capitis dolorem,hemicraniam,& omnia uitia ex fluxione oborta mirabilis.capit autem euphorbij drach. iiij. ſucci thapſiæ drach.vij.zinziberis drach.unam,opij drach.iij.opopanacis drach.ij. liquantur omnia ſimul ex aceto,ac paſtilli fiunt cum uti uelis,aceto dilues, frontiq; impones.poteſt in ſuffitu adhiberi, ac membro alicui fluxione uexato egregie prodeſt. H

AD Clauos,& uerrucas. 12.

Claui numerandi ſunt,totidemq; formicæ capiendæ,& in panniculo lineo raro deligandę,ijſq; addẽda cochlea,tum cremanda omnia,tritaq; ex aceto illinẽda:aut fimus bubulus aceto dilutus per triduũ ſuperdandus.ita enim claui omnes decident.oſſa quoque palmularum combuſta tere, & cum ſale & ammoniaco in ſole ſubige,& impone:ſiquidem ita adhibebitur curatio.

AD hemicraniam. 13.

Lumbricos terreſtres numero.xv. piperis grana.xv.aceti quantum ſufficit, ſimul tere, & illine.

AD ictus ferarum uenenum infligentium. 14.

Qui morſi a uenenatis beſtijs,caneq; rabioſo ſunt,ſanat cancri interiorum cinis ex aqua ſemel, atq; iterum epotus,quantum ſcilicet capere manu queas.

AD capitis ex uini potu dolorem. 15.

Herbæ ſanguinalis duos ramulos connecte,& ſertam capiti imponito.

A *AD dolorem hemicraniam* 16.

Nasturtij semen tusum albo oui admisceto, frontique imponito, ac stupam superdato: aut os capitis aquilæ simile simili applicato. itemque uulturis. uel lapillis in capite lupi piscis repertis utere, qui etiam appensi, ut dexter, dextræ parti, ac sinister sinistræ, ad hemicraniam faciunt.

AD capillorum, barbaq; defluuium. 17.

Beta ex myrteo oleo utere, aut polytrichi capillamenta illine: aut adianti, ladanique partes æquales tritas ex oleo immaturo, aut myrteo, aut lentiscino inungito, aut ladanum uino aminæo, myrteoque oleo dilutum ad mellis spissitudinem cape, eoque caput in balneo perunge. melius est autem adiantum, quod aliqui polytrichon uocant, si eius septima portio ladano addita illinatur. VT capilli plures nascantur, cum defluunt. muris stercoris drach. iij. calamorum, quos * conatelos uocant. ʒ. iiij. amygdalas amaras. lxxij. liquoris balsami, ladani, utriusque. ʒ. iiij. polytrichi. ʒ. vij. nardi gallici drachmam cape, in pice liquida ladanum madefacito, in uinoque & oleo macerato, atque arida in puluerem redacta liquidis admisce, atque utere, quotidie inungendo. ac mihi quidem uel caluis posse capillos restituere uidetur.

B *VARIAE ad tussim curationes.* 18.

Ad tussim ualet iuniperi fructus, si eum edas, aut in potu sumas. aut bdellium epotum, aut daucus creticus cum uino potui datus. aut dracunculi radix elixa, & ex melle trita. aut helenij quoque, aut perditij succus tepidus, & ex aqua ante cibum in potu sumptus. aut herbæ sanguinalis succus epotus eodē modo. aut psonatę radix. aut nucleus pineus ex aqua potus. aut suffita propolis: aut resina potui data, & terebinthina in suffitu. aut arsenicum scissile cum chalbano suffitum, & fumus deuoratus. itemque bituminis, thuris, styracis, ac cumini suffitus. aut cinnamomum ex tepido melle potu assumptum. aut tusæ cupressi baccæ ex uino, cum myrrha ieiuno propinatæ. aut fœniculi radix, & semen ex uino cocta, & data. aut uiridis fetula ex uino. aut origanum melli incoctum, & in potu sumptum. aut myricæ flos, semen, foliaque ex uino elixa: potuique oblata. aut piceæ cortex cum aqua potui datus, aut albæ populi folia, & ramuli ex aqua, aut uino epota. aut uerbasci radix cum uino in balneo pota. aut allium crudum, aut elixum, quod edatur. iam herbæ lanariæ radix ex melle sumpta eos, qui pessime affecti sunt, liberat. stercus leporis tritum ex uino calente sumptum uitijs arteriæ, & columellæ, & difficultati spirandi maxime auxiliatur. idem præstat aquilæ lingua collo appensa. aut pineus nucleus integer ustus, & cum modico piperis tritus, ac melle exceptus, & laboráti ad cochlea-

C ris mensuram datus. Ad ueterem uero tussim, sulfur ignem non expertum in ouum infunde, & in balneo sorbendum da. Aut sinapi trito mellis dacolos tres misce, ac dato. Aut nasturtij semen tritum & cubitum eunti ex aqua potui præbe. aut thus cum melle tritum summo mane, aut cubitum eunti lingendum præbe. aut raphani succum cum melle da diluculo absorbendum. Aliud, baccæ iuniperi quinq; aut septē ex melle propinētur. Aliud, cape piperis. ʒ. iiij. nucū. ʒ. ij. nucleorū pineorum, hyssopi utriusq; drachmā. pulegij, iridis, seminis urticæ singulorū. ʒ. iiij. mellis quod satis sit: detur cochleariū. Aliud, sinapi, cuminum, nigella, nasturtium, partibus æqualibus simul terantur, ac uino excepta potui dentur. aut pulegium assidue mande: aut uino maceratum bibe: aut cumini fricti, nigellæ frictæ, utriusque drach. i. piperis grana. xl. simul tere, & melle fermentā ieiuno, & dormitum eunti dato. SVFFVmigatio, auripigmentum scissile, piper, marrubium, hordeaceam farinam, trisaginis, uitisque radicis corticem, chamæleucen, mastichen, crocum, costum, omnia in unum misce, & colliria confice, & ieiuno fiat suffumigatio, & cum quieti se tradit. uel piper, nuces, auripigmentum scissile simul tere, & melli misce, atq; utere. uel butyrū, adipē anseris, & resinam cum melle cōtundito, ac ieiuno, eūtiq; dormitū præbe. Vel uirgulā fœniculi, semē piperis unà tere, & melle cōpone, ac præbe. aut solanū uesicarium, cū radicibus elixum in potu propina. AD tussim, & sanguinis reiectationē: costi, rheubarbari,

D cinnamomi sing. drach. i. simul tere, & compone, & ex uino tepido potui dato. Aliud. ad tabescentes. thuris, piperis, auripigmenti scissilis, cariophylli singularum partes æquales, tere omnia ex melle, & confecta dato summo mane, & ad quietem eunti. aut auripigmentum scissile pro sale in ouum sorbile inde, & ieiunus sorbeat. aut auripigmentum tritum ex uino tepido in balneo potandum præbe. aut auripigmentum scissile & oui uitellum misce, & bombici illine, & per instrumentum, quod † cichonen uocant, suffumigationem facito. at si suffumigatio languenti molestiam afferat, butyri quantum auellanæ magnitudinem compleat, deuorandum dato, atque iterum suffumigato. id autem septies faciendum est. uel styracem bonum, ac brassicæ succum simul tere, ac compone, & ieiuno, aut dormitum eunti præbe. aut olei laurini, uinique boni sing. drach. iij. misce: & tepidum in balneo potui dato: & œnceleo, quod ex uino, oleoque mistis fit, in olla calefacto stomachum foueto, non est autem œneleum potui dandum tabido, sed diligenter confectum calefacito, ac spongia stomachum foue. uel lupinorum decocto calido myrrham quam stacten uocant, madefacies, ac pedes tussientis fouebis, ac spongia deterges, & butyro unges: tum iterum fouebis, idque ubi ter feceris, curabitur. uel hederæ granis, aut lignis, aut folijs tussientem suffumigabis. aut resinam ex uino ueteri tritam ieiuno dabis. aut agrestis canabis semē ex aqua tritū, aut cedri liquorē ieiuno propinabis. aut hyssopum, & pulegiū in posca incoctum dabis, aut

† forte legendum, syphonē hoc est fistulā.

beronicem

beronicem melle illitam edendam præbebis.raphanis quoque aſſis ſi mane & ueſperi quis ueſcatur, E
proſunt.item q; chamæleuce in ſuffitu adhibita.uel baccas lauri,& pineos nucleos ex melle & mane &
cubitum eunti dato. AD tuſſientem,aſperam arteriam, uocem amiſſam,& ſanguinolentum ſputum.
tragacanthæ,gummi,utriuſque drachmam,myrrhæ bonæ tantundem,ſucci dulcis radicis, ac uini dul-
cis quod ſatis ſit,contunde,& in unum redige:cum trita ſint,arida ceteris commiſce. Aliud ad tuſſim,
& ulceratam arteriam.terebinthinæ,gummi,mellis boni.ſing.unciam cape: & terebinthinæ prius eli-
xæ gummi adde,& da ad oleæ magnitudinem,ore continendam.uel gummi,lycij,utriuſque vnc.iiij.in
aqua liqueſcere ſinito,tum heminam paſſi cretici infunde,& ferueſac donec fiat tam ſpiſſum,quàm ſor
des,& præbe ad deligendum. Aliud ad tuſſiculas,fremitus,& ſanguinis ſcreatum.accipe tragacanthæ
drach.ij.lini ſeminis fricti drach.iiij.amygdalas mundatas.x.nucleum pineum adipi incoctum, ac tra-
gacantham aqua calida madefacias,& reliqua admiſceas,paſſumq; affundens tere.ad uocem aũt amiſ-
ſam & ſputum ſanguinis,pro paſſo utere melle.uel raphanum in fruſta rotunda ſecato, atque ad pru-
nas aſſato,& ieiuno edenda dato. AD tuſſim diuturnam.piperis drachmam,farinæ lupinorum drach.
iij.& mellis cochlear ſorbendum præbe. aliud,auriculæ ſuillæ os perforatum collo appenſum a futura
tuſſi tuetur. AD tuſſim,uitia gurgulionis,& inflammationem tonſillarum.lapilli in nidis pullorum hi-
rundinum inuenti, & appenſi,a tuſſi tuentur. AD tuſſim,& uitia radicis gurgulionis, ac deſtillationẽ. F
zinziberis drachmam unam,chalbani,opij,ſtyracis ſing.tantundem,paſſo excipe, ac globulos ad erui
magnitudinem confice,& duos cubitum eunti deuorandos da. ac poſt dilutum paſſum æger ſorbeat.
uel zinziberis,ſtyracis ſing. drach.quatuor paſſo excipe,& erui magnitudine pilulas confice, & cubitũ
eunti tres deglutiendas da,ac paſſum dilutum poſtea propina. AD deſtillationem, ac tuſſim, probatũ.
papaueris liquoris drach.iij.caſtorei drachma.ex his paſtillos inſtar erui magnitudinis compone, &
eunti dormitum,habita ratione uirium,dato.aliud,quo ſapientiſſimus Alexander utebatur:accipit au-
tem pyrethri drach.ij.coſti drachmam,hæc tunduntur,cribroq; traijciuntur:ac cum uti uelis, iube, ut
nares tangant,ſtatimq; conſtringant. AD arteriam ex deſtillatione pituita uexatam, & ad tuſſim. ſty-
racis drach.viij.caſtorei drach.iiij. zinziberis,chalbani,utriuſque tantũdẽ: miſce,& ad erui magnitu-
dinem paſtillos confice,& noctu duos,treſue dato.poſtea uero non tamen ſtatim,bibat, & leuabitur.

Medicamentum,quod capiti inſperſum eius fluxionem finit. 19.

Hyperici,iunci odorati,iridis,ligni balſami ſing. unciam tere,ac per cribrum traiecta caluariæ inſper
ge. Aliud ſiccans, quod caluariæ inſpergatur. coſti,foliorum malabathri,gallarum,ſpicæ nardi,iridis,
nardi gallicæ,roſarum aridarum ſing. unciam tere, & cribro traiecta inſperge. aliud, erucæ ſemi-
nis,gallarum, iunci odorati,ſampſuci, coſti, iridis, ligni balſami, ſing. unciam tere, tuſaque & cri- G
brata perſperge.

APOPHlegmatiſmus hybernus. 20.

Hyſſopi,origani,utriuſque drach.iiij.pulegij drach.ij.calaminthæ drach.j.pyrethri drach.ij.uuæ ta-
miniæ,marrubij,ſinapis ſing.drach.j.ſapæ,aceti,ſing.ſextarium in unum miſce,& uſque ad tertias deco
ctis in gargarizatione utitor. Alius,quo uere utaris.hyſſopi vnc.iiij.origani vnc.iij.pulegij vnc. ij. cala-
minthæ uncia,ſapæ ſextarius,aceti ſextarij tres. Alius,quo æſtate,& autumno:hyſſopi vnc. iiij. origani
vnc.iij.pulegij vnc.ij.calaminthæ,ſpicæ nardi,caryophyllorum,ſing.vnc.j. cinnamomi vnc. iij. marru-
bij vnc.iiij.iridis vnc.iij. cyperi vnc.ij.pyrethri vnc.j.ſapæ,acetique, utriuſque ſextarium decoque ad
tertias,& utitor.

AD deſtillationem. 21.

Origani faſciculos duos,pulegij faſciculum cum aceto in ollam mundã inijce,caricas ſex,uuæ paſſæ
grana.xij.adde,decoque omnia ad tertias,tranſcola, in poculum reijce,gargarizandum præbe.

AD humores pectore contentos. 22.

Vrticæ folia ex hordei cremore decocta dabis. id enim & inflationes diſcutit, & materiam e pe-
ctore educit. H

AD tuſſim,ſpirandi difficultatem in ſtomacho,& ſputa ſanguinis. 23.

Spongiam nouam, candidamque accipito,uritoque ac terito, ac cinerem cum melle & pipere,
quantum ſatis ſit,miſce, & ſic redige, ut lingi poſſit. ueſperi autem poſt cœnam dato.quantum tribus
capi digitis poterit.

AD Anginam. 24.

Maſculi bouis felle collum obline.

AD tuſſim aridam. 25.

Fœnum græcum uſque ad tertias decoquito,ac iuſculum ex melle diluculo propina.

Paſtillus ad tuſſim, ac fluxionem pectoris. 26.

Capit hic paſtillus pulegij,hyſſopi, piperis, naſturtij ſing. unciam. melle excipe, ac paſtillos unius
unciæ facito,atque utitor.

AD Tonſillas. 27.

Salicis folia,& ſemen in aqua longo tempore ferueſacito,ac gargarizandum dato. hoc enim craſ-
ſam pituitam mirum in modum euocat,& eſt ad anginam accommodatum.Vel myrti & lenticulę de-
coctum gargarizato.

AD

A *AD anginam.* 28.

Stercus caprillum ex melle gargarizandum iube:aut ut rutæ ſucco,ore aperto,fauces illinantur.

AD deſtillationem. 29.

Hyſſopum,ficus,mel,rutamque ex aqua decoque,& ex ea fiat gargarizatio.

Ad uocem claram efficiendam. 30.

Tragacantha uino madefacta,& epota uocem claram facit.

AD amiſſam uocem. 31.

Styracem aqua dilue,in globulos ciceris magnitudinem æquantes redige:tres dato. ac ſtatim recuperata uoce loquetur.

AD inflammationem eryſipelatis. 32.

Folia ſedi cum polenta modo cataplaſmatis ſuperdabis:aut portulacæ folia cum polenta.aut etiam braſſicæ,aut calami uirentia folia tere,& ſuperda.aut rubi,aut rhamni,& roſarum folia impone.

AD lumbricos in aluo. 33.

Polypodij radicem cum ſapa ede.aut raphani ſemen ex aqua bibe:aut allium corrode:aut ulmi radicem ex aqua mulſa potui da:aut corticem radicis ſycamini aqua decoctum propina.aut nigella ebiba
B tur,aut ſuperdetur.aut braſſicæ ſemen ex aqua fiat potio,aut ex mentæ ſucco,aut ex naſturtio & méta. PROPRIUM experimentum.canabis ſemen aridum tũde,& cribra, & aquę miſceto,ut cremoris fiat temperamentum,tum per linteolum mundum traijcito,ac potui dato.aut bubulum fimum aridum combuſtum & in puluerem redactum da ex uino drachmæ pondere. AD lumbricos latos, & rotundos. nitri, naſturtij,piperis ſing.unciam in puluerem redige,& ex uino cochlear da.

AD ſudorem prouocandum,febrimque finiendam. 34.

Semen canchryos ex oleo illine,aut pyrethrum ex oleo calfactum,& per horam ante acceſſionem illitum.Hoc autem,quod ſequitur,expertum eſt.oleum cum cinnamomo factum, aut oleum chamæmelinum,acetum,nitrum,cum lauri folijs bene omnia decoquantur,tũ æger ijs perungatur, & ex omni parte contegatur.confeſtim enim ſudabit. Aliud ad illinendos febricitantes. butyri partes duas, mellis partem unam compone,& calfactis utitor. Aliud,lactucæ foliorum ſucci partem unam,olei cõmunis partes duas,miſceto,diligenterq; agitato,ac totum corpus perungito.eſt enim longo uſu probatum.Aliud,artemiſiæ ſucci partem unam,olei roſacei partes duas miſce,& inunge.

AD hemicranium capitis dolorem. 35.

Solani ſuccus ex oleo inunctus,efficax eſt,aut ſinapis ſemen ex melle impoſitum, aut ruta domeſti-
C ca aceto & roſaceo incocta, & illita.

AD Canis morſum. 36.

Facit ad hoc urticæ ſemen impoſitum:aut nigri marrubij folia:aut apiaſtrum ex uino potum, & ſuper morſu datum.aut allium illitum,& toſtum in cibo,potuq; datum. AD eos,qui canum impetũ metuunt.rhododaphnes radicem collo circunda,& hominem liberabis.ſi autem facere periculum uolueris,cani circumpone,cum furore correptus eſt, ac ſtatim furor ſedabitur. AD canis rabioſi morſum. uulneribus,quæ rabioſus canis fecit,braſſicæ folia cum laſere trita ex aceto ſuperdabis. braſſica etiam per ſe aduerſus canis rabioſi morſum facit,& item eius decoctum potui datum. ceterum braſſica elixa ante alios cibos ſumpta tabidis ſanitatem reſtituit,arteriæq; uitijs ſubuenit,& contuſa, ac modo cataplaſmatis lieni ſuperdata,ipſum extenuat.

AD Anginam,& colli dolorem. 37.

Albapopulus arida,trita,& collo illita prodeſt:aut naſturtij ſemen:aut fimus columbinus ex melle: aut mel tepidum gargarizatum.aut canino ſtercore candido,& trito ex aceto,collum obline.

AD narium odorem fœdum. 38.

Succum foliorum hederæ tepidum naribus inſtilla,aut calaminthæ tepidum quoq; ſuccũ, aut myr-
D rham ex muliebri lacte tritam naribus infunde.ita enim ſuauem narium odorem reddes.

AD ſanguinis e naribus profluuium. 39.

Acaciam ex aceto tere,ac naribus infunde.uel acetum cum ſale in ollã,aut mortarium infunde, & lanam eis imbue,quæ quantum languens ferre poterit,calfacta capiti imponatur. ac plurimis ſtragulis illico tegi hominem impera. NARES purgans.thymum & origanum melle excipe,in paſtillos redige,daq; mandendos.

AD lateris inflammationem. 40

Bdellium ex uino, & pariter ex aqua potum prodeſt. aut balſami ſemen ex aqua potui datum, aut ex melle delinctum.aut ariſtolochiæ radix ex aqua epota.aut ruta ex mulſa in potu ſumpta.

AD febrem acutam. 41.

Domeſtici peponis ſuccus,aut ramentorum cucurbitæ ſuccus illitus,aut roſæ ex oleo, aut plantago ſuperdata prodeſſe conſueuit.

Vt in febre præſagias. 42.

Vnge prius roſaceo,tum apij ſemen tritum impone.tum ſtupam rotundam inſtar rotæ ſuper corpone,ac oui uitellum infunde,ac reticula tege.ſi ouum diſperdatur,mortem portendit, ſi quidem id facere anima dicitur.

AD uulnera conglutinanda. 43. E

Graminis radix contuſa,ut medicamentum aridum imponatur, aut herbæ ſideritidis folia ſuperdentur.

AD aurium dolorem. 44.

Oleum amygdalinum:aut oleum ex nucibus,aut laurinum,aut balſaminum in aurem inſtilla:aut dracunculi ſeminis ſuccum ex oleo infunde.aut herbæ perdiciadis ſuccum ex oleo roſaceo tepidum, aut rutam uirentem oleo incoctam in aurem tepidam mitte.aut myrrham tepidam ex melle. aut rutam ex mulieris quæ marem peperit,lacte tepefactam inſtilla.aut ſuccum ex allio expreſſum in aurem da. aut porri ſuccum tepidum,aut ſapam tepefactam:aut porri ſuccum melli miſtum aut oleum ore contentū in aurem inſpuito.aut ſuccum cucurbitæ ex roſaceo inſtillari iubeto.

AD ſcabiem & pruritum. 45.

Vlmi folia arida tere,atque in balneo ſparge:aut ſulfure uiuo, & uua ſylueſtri, & auripigmento, & ſandaracha ex oleo,& aceto ī balneo obline.aut myrrha cum lacte muliebri cutim illine,aut dulcis radicis ſuccum ex paſſo propina.aut oua gallinæ integra in acerrimum acetum per diē,noctemq; infunde,ac ſi tria ſint,ea cum ſuis putaminibus in eodem aceto tere,& ſulfuris uiui,auripigmēti ſciſſilis, uuæ taminiæ,ceruſſę,ſpumæ argenti,nerij ſucci ſing.unciam adde,olei ueteris quod ſatis ſit,omnibus autē F contritis in balneo utere.

AD uitia ſtomachi. 46.

Folia calaminthæ uirētia,& hordeaceā farinā ſuperdato. AD cruditatem, inflationeſq; uentriculi, quo quicunq; utetur, ſtatim eſuriet.aniſorū drach.xij. piperis albi,lybiſtici,ameos,petroſelini,fœniculi ſing.drach.vj.tunde,ac cribro traiecta melle cocto excipe,& drachmam da. AD uentriculum æſtuantem,nec cibum retinentem.lactucæ ſuccum ex uino dulci propina,& non amplius uomet. AD uentriculi dolorem,lac,in quo querni carbones extincti ſint,dato. AD acorem uentriculi.triſago ex uino potui data liberat. AD inflationem uentriculi,piperis,baccarum lauri,cumini,aniſi,pares portiones contuſas,& per cribrum traiectas ex uino temperato da ieiunis per triduum unius cochlearis menſuram. aut aniſum ieiunis mandendum dato.

AD oculos fluxione laborantes. 47.

Illine fœniculi ſuccum per dies tres:aut thus ex melle,lacteq;,aut centaurij ſuccum ex melle aut folia quinquefolij ex melle impone. AD oculos caligantes.cucurbitæ ramentorum ſuccus imponatur. AD albuginem oculorum. Alterci folia cum polenta impoſita proſunt. aut lignum balſami ex lacte mulieris illine. aut rutam uirentem ſuperdato. aut pſyllium ex lacte muliebri. aut calami uirentium foliorum ſuccus, ſi illinatur. AD tollendam oculorum uertiginem. oliuæ folia contunde, ſuccoque expreſſo illine,& miraberis. Cataplaſma ad oculorum fluxionem. portulacam cum croco, ſuilloque adipe contere,aut apij folia cum polenta.in magnis autem fluxionibus roſas, ac melilotum cum amylo coctas oculis ſuperdato. G*

AD dentium dolorem. 48.

Prodeſt aceto,in quo nigella ſit,os colluere. aut oleo,in quo gallæ incoctæ ſint,aut aceto,in quo platani globuli ſint incocti,aut quinquefolij radix,aut peucedani radix trita,& combuſta,atque illita. aut os malicorij,roſarumq; decoctione colluito. AD dentium uulnus,nitri,ſepiæ teſtæ,myrrhæ ſing.unciā tere,ac tritis utitor.

Aridum,quod os humidum, cruentumque deterget,gingiuas carne conueſtit, ac dentes candore perfundit. 49.

Nitri combuſti, myrrhę troglodytidis,teſtæ ſepiarum,ſing.vnc.j.roſarum aridarum vnc.iiij.utere trītum,per cribrumq; traiectis.adde etiam iridis unciam,& euentum ualde miraberis.

AD lateris dolorem. 50.

Virides braſſicæ caules cum radicibus combuſtos ſuillo adipe excipito,atque utitor.eſt enim remedium ualentiſſimum. aut apij ſemen ad tertias decoquito, ac potui dato. quod etiam uehementer prodeſt. H

AD ani tumores internos. 51.

Amaranthum aqua macerabis,ac mane,ueſperiq; propinabis.

AD lienem cataplaſma ualde probatum. 52.

Apium,ſinapi,lauri baccas accurate tritas,detracto cortice,nuces uirides,parum contunde, tū omnia in pila uehementius cōtundito,mox extrahito,& aceto acerrimo per triduum macerato, & omnia ſimul miſta ex ſucco tyberiadis decoque,donec cataplaſma fiat.tum lieni ſuperdato, idq; contineatur a matutina ad octauam uſque horam. ſubducenda tamen prius aluus eſt. huiuſce autem remedij uim admirabere. Aliud ad lienem,longo uſu comprobatum. arboris nouellæ ficus uiridem corticem cape, cum cinere miſceto,ac calefacito.

AD febrem tertianam. 53.

Tertianam febrem curat mel cum ſcammonea ſemel in potu aſſumptum. AD quartanam.piper cōtritum,lauri baccas,cuminum,maſtichen,myrrham,thus mundum,tere ſingillatim,tum miſce, & mellis boni,quod ſatis ſit,adde:& per quatuor dies impone.

A *AD sanguinis profusionem e naribus.* 54.
Oui putamen integrum combure,& quod ex eo liquitur, cum auripigmento commisce,& in nares inijce. si uero auripigmentum præsto non sit, solus oui liquor sufficiet. Aliud, capræ fœminæ setas ure,tereque,ac myrrham simili modo tritam cum caprinis setis commistam in nares insufflari iubeas: si uiri sint, cum charta: si fœminæ, cum alia re quadam. qua uero sanguis profluit, est arctissime deligandum.

AD uiolentas sanguinis profusiones. 55.
* Gallas mole tere,ac malicorum, punicique grana contusa, & cum oleo, scissili, ac melle bene subacta mane, uesperique propina,ut gallarum mel.

AD uentris tormina,& inflationes. 56.
Piperis, rutæ, zinziberis,parem modum tere, & trita ex aqua dato. aut artemisiam tritam, cribroque traiectam da.aut nitrum ustum,& tritum cum aliquo humore exhibe.

NE boues agrotent. 57.
Cornu ceruinum in æde Panis pone, candelam desuper accēde, & caue, ne interdiu accensum obliuiscare, & eo tempore sanctum Demusarim & Arsum, qui armenta tua, uitamque custodient,
B inuoca.

VT ne porci agrotent. 58.
* Rhasdi radicem tritam proijce in eam aquam,in qua se se sues proluunt.

AD carnem agglutinandam. 59.
Lumbricos terrestres frictos,ac tritos insperge.

Curatio plagarum. 60.
Myrrham,aloemque tere,& insperge. aut piceæ resinam, aut mastichen & hederæ lachrymam cape, & confectum ex eis emplastrum impone. aut hirci axungia plagam illine, & capræ nigræ cornu consperge. aut pares portiones costi, spicæ, cinnamomi, zinziberis, & cumini tere, ac cum pice subactas impone. aut panis crustam aridam contunde, & uino oleoque subactam impone, quotidie que uicissim commutabis.

AD scabiem equorum. 61.
Anguem disseca, eius adipem ligno excipe,& equi ungularum oras inunge.

AD somnum conciliandum. 62.
In laurinis folijs inscribito hæc elementa, ϐ·χ·ϲ·ϱ·ϑ·ϐ. & sub stragulis pone, illo,qui iacet,nesciente.

C *VT Ne uisa appareant in somnis.* 63.
Rutæ semen ad ceruical hominis nescientis appende,& nullas imagines per somnum uidebit.

AD pestus. 64.
Auripigmentum scissile,piper,hordei farinam,lauri baccas, & pineos nucleos ouo misce,& da. aut allij spicas septem cape,auripigmenti fissilis,piperis,utriusque grana xiij. * bambacem,pini nucleum, ceræ modicum misce cum oui uitello, atque hoc densius accipe.

AD dentes corrosos. 65.
Auripigmentum, piper, caseum, calcem uiuam, aceto dilue, & superda.

Clyster ad uitia renum. 66.
Pulegium, origanum, sampsucum, serpyllum, chamæmelum, absinthium, centaurium, lauri folia, cucumerem agrestem, peponem prius contunde, tum aquæ incoquito,tum cum melle, oleo, & sale tantum decocti quantum sat's est, inijce.

Clyster ad dolorem coxendicis. 67.
Cucumeris syluestris radices, lauri folia, rutæ folia, absinthium, plantaginem, trisaginem, marrubium, nepitam, pulegium, origanum, thymum, lactucam, euphorbium, anethum, pyre-
D thrum, uuam taminiam,aquæ incoque, tum melle, oleo, saleque adiectis infunde.

Vt putres, nigrique dentes splendidi reddantur. 68.
Salis contriti, * ropi, sepiarum testæ parem modum cape, & omnibus simul tritis dentes confrica bis, prius tamen aceto puro eos collues.

CAtaplasma ad caput fluxione uexatum. 69.
Hoc, quod subijciam, facit, ne caput fluxione tentetur, neque unquam male affici oculum sinit. capit autem mastiches, myrrhæ, sarcocollæ, thuris, ladani, nitri, cerussæ, cimoliæ, styracis, rosarum sing. unciam, saponis * sanci libram, mellis tantundem, lupinorum amarorum quod satis est. misce omnia, & in balneo saponis loco utere.

Pastillus ex seminibus ad tussientes. 70.
Anisorum amarorum unciam, seminum fœniculi, alterci, ammij sing. drachmam, apij seminis drach. iij. opij drachmam, singillatim tere diligenter, & aquam tepidam paulatim infundito, donec sordium spissitudo fiat, tum pastillos fabæ instar facito, atque unum præbeto: ualde enim tussientibus conuenit.

Remedia

Remedia longo uſu comprobata ad iecoris uitia. 71. E

Iuſculum gallarum, cum papaueris capitulo decoctarū in balneo propina, & ut æger, in latus affectū tectus iaceat, iubeto. aut hederæ radicis decoctū cum uino potui dato. aut lauri baccas .vij. grana piperis xx. tere, & ex uino propina. aut aloes drach. iiij. aſſari, coſti, eupatorij, hediſati, ſertulæ campanæ, maſtiches, croci, ſeminis ocymi, ſing. drach. ij. contritas, cribrataſq; ex aqua tēperata dato. Aliud iecori, uētriculoque accommodatum: lauri baccarum, cinnamomi boni, caryophyllorum, aloes, hediſari, coſti ſing. drachmam cape. tere, ac melle excipe, & ex uino uetere propina. aliud, acòri, ſeminis lini, zinziberis, rutæ foliorum mollium, ſing. drachmam, aniſorum drach. iiij. ex mulſa exhibe. aut mel cum pane miſtum calidum emplaſtri modo ſuperdabis. aut abſinthij cochlear unum ex temperato melle potui da: ac iube, ut in iecur æger decumbat.

AD linguam fluxione uexatam. 72.

Folijs cinaræ contuſis ex melle linguam unge: aut uenam eius partis, ex qua materia fluit, ſeca, & proderit.

AD oris ariditatem. 73.

Palmulas, ficuſque decoque, & eo decocto cum penna illine, & contine.

AD labia fiſſa. 74. F

Lini ſemen ex melle tritum appone.

Quibus pili menti decidunt, quos rara barba homines uocant. 75.

Piperis, euphorbij, pyrethri ſing. unciam: arundinis foliorum tenerorum ſuccum, ſtercoris muris, oleum per combuſtionem expreſſum, tere, & perfrica, & aſſidue rade.

Medicamentum uomitum ciens, cuius myſtrum datur. 76.

Aphronitrum album in aquam tepidam demitte, quoad ſit diſſolutum, tum parum olei adijce, & potui da.

Vomitum cohibentia. 77.

Mentam contuſam, per cribrum traiectam, ac roſaceo admiſtam naribus, pectorique affundito. uel palmulas thebaicas, & mentæ ramulos in duobus aquæ ſcyphis incoque, ut ſordium ſpiſſitudo fiat, ac dimidium propina. Vel palmæ glandium contuſarum quantum ſatis eſt, accipe, ac uini myrtini modicum affunde, tum mulſo exceptas, aut aquæ hemina præbe.

AD eos, qui ſanguinem uomunt, 78.

Iuncum odoratum ex aqua decoque, & decoctionem potui præbe.

AD pituitam uomitu educendam. 79. G

Mentam uiridem, aut aridam ex aqua temperata bibe. V r facilis ſit uomitus. ſampſuci folia potui, raphaniq; ſemen eſui præbe: atque ita multum pituitæ uomitu reijcietur.

Confectio catapotiorum, pituitam purgantium. 80.

Aloes vnc. vj. maſtiches, ſucci abſinthij ſing. vnc. ij. colocynthidos vnc. iiij. dentur. xxix. catapotia.

AD Cardiacos. 81.

Lenticulam cum * ſpantæo, palmulis, ac mendeſio uino potui dato. Ad cordis autem dolorem, herbam ſanguinalem accurate contritam, aut mala, aut cydonia, elixa, tritaque ac roſaceo cerato excepta ſuperdato. aut portulacam roſaceo cerato, myrteoue exceptam imponito. Aliud mirabile, quod uſu cōprobatum eſt, ſeminis lini heminas quatuor, aquæ heminas .vij. elixa, atque utere. hoc enim medicamētum bonam ualetudinem gignit: ſiquidem æger non ad peiorem, ſed ad meliorem ſtatum redigetur.

Paſtillus ad ſpiritus difficultatem, & diuturnam tuſſim, in ſuffitu idoneus. 82.

Naſturtij, ſinapis, abrotani, rutæ ſylueſtris, ſandarachæ ſing. unciam tere, & paſtillis ex aqua factis ſumma cum cura utere.

AD ſpiritus difficultatem, & ſanguinolentum ſputum. 83.

Thymum cum pipere contuſum, & melle exceptum delingendum præbe: atque accurate utere: propterea quòd eſt ualde efficax. aut porrorum capita melli incocta ieiuno da, quibus ueſcatur. aut rutę aridæ, mentæ, utriuſq; vnc. iiij. cum melle terito, & duo ceratia cubitum eunti ex aqua temperata potui dato. piſtacia quoque eſui data, difficulter ſpirantes iuuant. H

AD ſputum cruentum. 84.

Symphyti, maſtiches fuluæ, utriuſq; drach. iiij. lemnij ſigilli, balauſtiorum, utriuſq; drach. ij. tere, ac cribra, & ex aceto mulſo cochlearium dato. Aliud probatum. Lemnij ſigilli unciam, terræ aſteris vnc. ij. corallij tantundem, præbe ex aceto mulſo puro heminam: hocq; utere mane, & ueſperi. Aliud, acaciæ fuluæ, amyli medicinalis, parem modum tere, & ex aqua temperata cochlearia quinque dato.

AD febrem ardentem. 85.

Sedi atque aniſi folia quinque, ſeptemue accipito, oleoque roſaceo incoquito, & ex eo a capite uſque ad pedis plantam ungito, ac mitaberis, quantum proderit. aut oleo, in quo pyrethri radix maduerit, inunge. hoc enim ſudores ciet, diuturnos rigores diſcutit, & partes corporis refrigeratas, aut reſolutas curat. Aliud, lauri baccas & thymum ex uino trita illine: tum ueſtibus tege, atque ita ſudor elicietur.

A *AD uim genitalibus addendam, & ad ueteres affectiones.* 86.

Calaminthã cõtusam, ac per cribrum traiectam in pilam conijce, & melle exceptã decoque, donec cataplasmatis spissitudo acquiratur. tenui postea linteolo illitam impone, & fascia desuper deliga. est autem id a multis probatum. Aliud ad genitalia confirmanda, & item renes, sed neminẽ curato prius, quàm mercedem acceperis. multi enim sunt experti. capit autem zinziberis drach. iiij. herbæ sabinæ, piperis albi, utriusq; drachmam. ex mulsa propinato. Aliud. picis aridæ telephij, colophoniæ, mastiches, uitri albi, æquas portiones. contere omnia, aridumq; medicamentum confice: & locum prius lotum, & adhuc calidum liquida pice obline, tum aridum medicamentum inspergito, ac super imponito, diligenterq; deligato.

AD genuum fluxiones discutiendas. 87.

Caprificum contere, atque eius succo perfricato: aut succum radicis in balneo fricato. aut salem, & stercus columbinum trita ex oleo inunge.

Cataplasma ad pedum dolorem ex offensione, aut casu, aut alio acri dolore. 88.

Salis usti, origani, cineris sarmentorum pares partes, uitellos ouorum duos, aut tres, ex uino misce, & impone.

B *Præstantissimum ad scabros ungues auxilium.* 89.

Vnguibus aliquo casu reuulsis aut rediuijs affectis, sachar tritum, & in puluerẽm redactum atq; inspersum auxiliatur. scabros autem ungues curabis, si uiuum sulfur & oui uitellum, pari portione commista ex aceto impones.

AD ambusta. 90.

Argenti spumæ, croci, utriusque unc. ij. ouorum assatorum uitellos ad vnc. iiij. rosacei quantum satis sit. Aliud, linteoli combusti cinerem cum rosaceo misceto, & ceram, anchusamq; addito, atq; utitor.

AD sanguinis ex quauis parte effusionem. 91.

Soreos, atramenti sutorij, aluminis, chalcitidis, mysios, gypsi, gummi sing. drach. viij. tere, & utere. est. n. admodum bonum, & sui periculum dedit. Aliud, chalcitidis drach. vj. resinæ frictæ drach. iiij. pulueris thuris drach. ij. aridum adhibe.

AD impetiginem, probatum. 92.

Thuris masculi, zinziberis, aloes, sulfuris ignem non experti, sing. drach. duas, aceto excipe, & cum penna unge, loco prius panno ex lana perfricato. Aliud, ammoniacum, alcyonium, sulfur ignem non expertum paribus portionibus tere, & utere.

C *AD faciem candore perfundendam.* 93.

Alcyonium combustum & tritum cum melle & farina misce, faciemq; deterge. Aliud, * lysomumudon tere, & ex aceto in Sole illine. aut ollarum florem tere, cum aceto, tum locum panno perfrica donec rubescat, & in Sole unge. Vt facies munda sit, butyrum, saponemq; misce, ac faciem illine.

AD uteri dolorem, remedium sanctorum argentum non habentium. 94.

Asarum cum pulegio propina.

PVRgantia pàxamadum. (paxamades uocabantur olim qui panem bis coquebant.) 95.

Scammoniæ drach. ij. aut iij. mastiches drach. iij. apij seminis drach. ij. polypodij drach. iiij. cinnamomi drach. j. fermenti mundi lib. j. arida commisce, ac diligenter subactis utitor.

AD culices tollendos. 96.

Facito ex nigella, atramentoq; sutorio suffitum.

AD serpentes expellendos. 97.

Chalbanum, cornu cerui, ungulas caprinas, & lilij radicem suffito. Ad serpentis uero morsum impone porrum cum sale, & proderit.

AD pulices fugandos. 98.

D Syluestris cucumeris folia decoque, eoque decocto domum perfunde.

AD difficultatem urinæ in iumentis. 99.

Quod in salsis oliuis ligneum est, contere, & contectum per dies quinque suffumigabis.

AD ictum arundinis. 100.

Radices arundinis combure, ac cinerem superda.

AD comitialem morbum, ualde efficax. 101.

Cerebrũ coturnicum ex unguento myrtino tere, ac stanneo uase repone: cumq; morbo comitiali aliquẽ prolapsum intuebere, faciem eius hoc illine. miraberis sane huius naturalis auxilij uim. subito enim æger exurget.

AD eos qui sunt appetitu destituti. 102.

Myrrha, thure, ammoniaco, mastiche, ex albo oui longo tẽporis spatio tritis pectus & uiscera obline, & stupam superimpone.

AD hirudines deuoratas. 103.

Qui hirudines deuorarũt, eos aduersus Solẽ statue, & ubi illæ inhærẽt, perspice, ac garũ instillato: siquidẽ loco cõfestim decedẽt, & expuẽtur. aut acetũ cũ butyro mistũ, in quo ferrũ igni cãdens extinctum sit, propina, quoniã id quoque hirudines eijcit. aut eũ, qui hirudines deuorauit, in aquam calidam usque ad mentum demitte, phialamq; aquæ frigidæ plenã ori eius admoue, sed caue, bibat. ita. n.

hirudines protinus prodibunt. Aliud,ſi calidum acetum abſorbeas,aut liquorum ſyriacum bibas, aut cimices ſuffitu aduras,hirudines eijcientur. E

AD ictus apum. 104.

Maluæ ſuccus eos,qui ab apibus icti ſunt,indolentes præſtat.

AD morſus ſerpentum. 105.

Cornu ceruinum combuſtum, & ex aceto contritum illine:aut etiam furni fuliginem, aut calami radicem, & cicer & cupreſſi baccas,& ceruinum cornu combure, tere, in unum miſce, & ex aceto ac porro præbe.

AD inflammationes ex uena ſectione ortas,humerorumque duritias, & deſtiones,ac ſanguinis grumos. 106.

Fermẽtum triticeum cum axungia diligenter ſubige,& utere:eſt enim probatum.

AD hydropas. 107.

Cape ſtercus bubulũ,ſi mas ægrotet,maris bouis,ſi fœmina,fœminæ:& in nouã ollam infunde: tegeq;,& ne diffletur,operculũ luto obtege:tum ollã ſuper calcis uiuæ cinerem per dies ſeptẽ tene:octauo autem die olla detecta ſtercus extrahe,& aridum medicamentum uitreo uaſe repone. cum uti uoles,tria cochlearia ex uino per ſeptem dies præbe: ſed in uino feruefacienda ruta eſt. proderit.n. hæc F potio,ét ſi tumores & œdemata adſint:ſi quidem reſiccat,ac per urinã euacuat.ceterum æger non bibat per totum diem,niſi ter:dedit enim hoc remedium ſuæ efficaciæ documenta maxima.

Vt uinum odio ſit,& quomodo ebrietas uitanda. 108.

Vinum,in quo anguilla ſuffocata ſit,bibe,& uinũ odio proſequeris.idem facit uua inferuefacta.ſi uero ab ebrietate,atque morbo tutus eſſe uis,folia rutæ edito.eadẽ quoq; capitis dolorẽ, quẽ uinũ excitauit,auferũt.idẽ fiet,ſi acorũ edas:itẽq; thebaicã palmulã. ebrietatẽ aũt nõ ſentit, qui prius aut ſeptẽ, aut nouem,aut undecim amaras amygdalas comederit.ſimili quoque modo, qui ouillum pulmonem elixum ieiunus ederit,licet quantumcunque uelit,bibat,tamen ebrietatem non ſentiet.

Vt quis ex uno tantum uini ſcypho ebrius reddatur. 109.

Sarmẽtorum aut aridę,aut uiridis uitis modicum combure,& in phiala,in qua uinum eſt, reſtingue: ac ſtatim qui bibet,ebrius fiet.

AD lentigines faciei. 110.

Baccarum lauri interiora ex melle tere, & illine. aut nucleum pineum ex melle coque, † & oculis impone.

AD infantium ſedem procidentem. 111. G

Aqua fabrorum,in qua ignitum ferrum extinguunt, calefacta ſublue. deinde cochleam combuſtã, & in puluerem redactam inſperge.

† Fortaſſe q... in græco libr... legitur τοῖ... ὀφθαλμοῖς, l... gi debet... φακοῖς.i. len... gines illine.

AD pueri gingiuas,& dentes exorientes. 112.

Roſarum flores tere,& ex melle illine:aut ouillo cerebro ex melle:aut butyro ex melle.

AD lactis copiam gignendam. 113.

Seſami ſemen tritum ex paſſo bibe.idem facit * titane elixa cum fœniculo ſorbendo deuorata, aut naſturtium ex braſſica epotum.

AD exuſtiones per hyemem. 114.

Muria perfunde,atque ex lente elixa, & micis panis cum roſaceo tritis cataplaſma confice.

AD aquoſum ramicem. 115.

Plumbaginem cum ſulfure ex modico aceti,& olei decoque,locumq; illine . Aliud, ueteres nuces putridas in mortario tritas inunge. Aliud, acetum potui dato, & cornu cerui uſtum ſuperdato. aut ex argenti ſpuma cum aceto & oleo miſta ad Solem ungito.

AD uulnus incurabile,in quauis parte corporis ſit. 116.

Bugloſſum herbam euelle,radices pręciſas accurate lotas in pila contere, ſuillamq; axũgiam adde, H ac bene emollitas uulneri impone.

AD uomitum. 117.

Apij radices quinque,fœniculi teneras radices quatuor,aniſi drachmam,acetum,mel, & crocũ uerum cape,omnia ſine croco decoquantur,& coctis crocum adijce,ac phialæ dimidium dato.

AD oris ulcera. 118.

Oliuas molles manduca,aut uuas paſſas agreſtes aceto incoque, & eo os collue.

AD capitis tumores ,quos talpas uocant. 119.

Locum affectum mulſo prius laua,deinde fel bubulum,& leporis ſtercus,aut quod ex ſapone confectum eſt,impone:aut rutæ ſuccum in foramina inſtillato,aut tritam ariſtolochiam cum aceto in foramina inijce.

DE uiribus rutæ. 120.

Ruta in primis,ſi quis in cibo,potuq; ſumat,aſpectum acuit:uenerearum rerum cupiditatem extinguit,& capitis dolorem leuat,ſi quis oſſa capitis eius folijs tegat. ſuccus eius cum fœniculi ſucco, & melle commiſtus, atque illitus,hebetem uidendi ſenſum reddit acriorem. idem facit ſeminis rhamni ſuccus ex mulſo illitus.mẽta quoq; cũ polenta cataplaſmatis modo impoſita abſceſſus curat.

AD

A *AD cohibendum sanguinis fluxum.* 121.

Beronicem mellis ad carbones cocti plenam da comedendam: itemque brassicæ,& ocymi seminis, utriusque grana sex trita in uino dato mulieri, quæ multi sanguinis profluuio laboret.

Præsagium de ægrotis. 122.

Salicis tenera folia contunde,& illine. si roseus ægrotans fiat,euadet: si uiridis, moriturum scito.

VT venus impediatur. 123.

Sacerdotes erucam edunt, itemque rutam, & uiticem. itaque erucæ semen ex melle, aut cum fœnogræco ieiuno illitum, intendi priapum non sinit.

AD dolorem oculorum. 124.

Crocum tritum,& cum liquore rosarum dilutum impone.

AD capitis dolorem. 125.

Si hæc signa adsint, ut tenebræ oculorum, capitis dolor, aurium sonitus, narium obstructio, diluculo oculi lachrymantes,& caligantes, tum caput ita purgandum erit: hyssopo, origano, & sale nares perfricabis: neque in posterum caput dolore tentabitur. si uero neglexeris, morbi hi hebetudo aspectus aurium sonus, casus capillorum, & dolor dentium, subsequentur.

B *DE pectore humano.* 126.

Cum pectus aliquod malum passurum est, in primis humiditatem in se uidetur homo præsentiscere: si costæ, crudis humoribus refertus est, æstuatque, & siti affligatur, lingua item aspera, spumansq; est, & singulis horis saliua decurrit. par autem est, ut a cœna uomat: aut summo mane præsumptis raphani radiculis, aut uiridi sinapi, aut eruca, aut nasturtio ex aqua tepida statim uomere, atque ita stomachum purgare. sic enim sanescet, alioqui, si negligat, in spirandi difficultatem, dolorem lateris, febresq; acutas incidet: ac somno penitus destituetur.

DE ventre. 127.

Quando uenter aliquod est uitium contracturus, primum tormina, doloresque in eo sentiuntur, fitque alui suppressio, & excretio, in eoque potus, cibique perturbantur, & amari uidentur, grauitas quoque in genibus,& in lumbis, renibusque dolores suboriuntur. quique ita affectus est, febricitabit. qui sic affecti sunt, simplicioribus medicinis sunt purgandi. itaque cnicum contusum, & in aqua dissolutum propina, aut brassicæ, aut betæ succum ex melle dulce redditum, addito modico salis, potui dato, ac mirabere. si rem negligas, hæc difficultas intestinorum, crebra desidendi cupiditas, & dorsi dolores subsequentur.

*C *AD grauem auditum, & aurium sonitum.* 128.

Nitrum in acetum infunde, oleumq; rosaceum, ac uinum adde,& occiput inunge. Aut, nigri ueratri radicem in aurem demitte,& sanitas recuperabitur: est enim id probatum.

AD vitem custodiendam. 129.

Vitis palmites centaurij decocto perfunde: si quidem hoc canes, uulpes,& cœli uolatilia arcebit.

AD strangulatus vteri. 130.

Os cordis ceruini tere, ac mulieri potui da ac Dei gloriam intuebere.

Mirabile ad lumbricos remedium. 131.

Nigellam tritam cum garo propina.

AD dignoscendum, vtrum mas, an fœmina sterilis sit. 132.

Lenticulam in urinam utriusque separatim conijcito,& cuius lens germen emittet, is filios gignet: cuius uero lens non germinat, sterilis ille est.

AD rigorem. 133.

* Scribe in tribus pomis pepopula. aut ita dicito, sanus, drauus, danonus, danubius,& da, ut comedat.

Confectio gari ioachi martyropolitæ. 134.

D Frustulorum panis non fermentati,& non conditi, ac putris libram: nigellæ tziaricam, mentam semicontusam, nepitam, * buuisan, aridam, utranque ad semilibræ pondus rutæ syluestris, saturciæ, fœ
* niculi sing. tramia xl. anisi tramia xxx. nanachuã tramia xl. uuarũ passularum pinguium maturarũ semilibram, palmularũ mundatarũ tziaricam, mellis ueri, hilari, melisij semilibram, sacchari cantij tziaricam, rosarum aridarum, aut humoris ab eis per ignẽ educti tramia c. in doliũ cum aqua conijce, ac Soli per xl. dies expone. eis autẽ addere oportet in puro linteo deligata ligni aloes tramia. v. spicæ tramia. vij. caryophillorũ tramia. ij. croci tramia. iij. mastiches, thuris sing. tramia. x. struthij corticis tramia. xv. musci tramiũ ambar, tramia. ij. oĩa hęc linteo deligata in mediũ dolij succũ ponẽda sunt: & per. xl. dies quotidie terẽda,& exprimẽda, atq; in dolio in medio succo suspẽdenda. post uero. xl. dies aquã succo supernatantẽ collige,& in alio uase repone: & in succum aliam aquam inijce,& utranque in sole contine. cũ uero totum ius in altero uase erit coactum, tum in nitido cacabo, aut in olla ad tertias usque decoque,& maturis coroneis imple. at linteolum nũquã de medio garo extrahe. ita enim garum optimum, cunctisque hominibus utile conficietur.

AD capitis dolorem, Barnabæ monachi. 135.

Farinæ fabarum quantum capere manu potes, mastiches, cuminique parum in unum ex succo cotoncorum misce, emplastrumq; confice,& membranæ illitum fronti superdato.

AD urinæ difficultatem. 136. E

Vnguentum optimum in urinæ meatum infundendum eſt, atque ita urina ſtatim prodibit. aut mel & ſylueſtrem canabim commiſce, & perinæo ſuperda: aut muſcum in meatum urinæ inijce.

AD ſanguinis e naribus profuſionem. 137.

Canabis folia arida, & trita in nares inſufflabis. aut pannum lineum combuſtum ex acri aceto in nares inijcies.

AD uteros mulierum. 138.

Obſonium e iuſculo, & uerum amenetarium & cardid combuſta ex ueteri uino propina.

Ne ex arbore fructus decidat. 139. *

Lilij radicem arbori appendito: fructus enim hærebit, ac non decidet.

AD uulnus. 140.

Cor cum pelle, cornuque ceruino combuſtum ex oleo inungito.

AD ſtomachum. 141.

Rutam, ſatureiamq; cum ouo, & cuminum, ac mentæ radices in potu præbe.

AD impetigines. 142.

Piper tritum ex lacte muliebri inunge, & curabis. F

AD dentium dolores. 143.

Ouorum putamina, ſepiam, oleumque admiſceto, ac coquito ad tertias, ac iube tepidum ore contineri.

AD uentris lumbricos. 144.

Cornu ceruini ramenta ex uino uetere bibenda in balneo præbe.

AD urinæ difficultatem. 145.

Coriandrum, mentam, & aquam ex melle decoque uſque dum tertia pars relicta ſit, & potui dato.

AD uulnus, dulce. 146.

Stercus ſuillum cum oleo, acriq; aceto miſce, ac locũ prius ſetaceo panno excoriatum unge.

AD lateris dolorem. 147.

Paliuri radicem ex uino coque, donec tertia pars relinquatur, & poſt balneum propina.

AD iecur, & ſtomachum. 148.

Aloes & ſpicæ, utriuſque miliariſium ex uino poſt balneum potui dato, ac ſanabis.

AD ſomnum conciliandum. 149. G

Caprinum fimum & triſaginem ad luti craſſitudinem miſce, faciemq; obline.

AD Tuſſim. 150.

Raphani, ac fœniculi ſemen ex melle propina.

AD dolorem cordis. 151.

Rutam & lini, ac fœniculi ſemen cordi ſuperdato.

AD lumbricos alui. 152.

Lupinos, lauri baccas, fel taurinum miſce, & umbilicum illine.

AD hæmorrhoidas. 153.

Teſtudinis teſta in ſuffitu adhibita prodeſt.

AD exuſtionem. 154.

Ouorum aſſorum uitellos in ſartagine exure, & emplaſtri modo impone.

AD pruritum. 155.

Garum, ſulfur ignem non expertum, atq; oleum miſceto, & inungito. & euentum mirabere.

AD morbum regium. 156.

Chryſolachani ſemen, mel, & crocum miſce, & cubantem in lectulo illine. ac iuuabis. H

AD uermes. 157.

Chamæleonis radices contunde, & urticæ ſummitates contritas adde.

AD tuſſim. 158.

Fœniculi radices tritas ieiuno propina per dies. ix. eſt hoc mirabile remedium.

AD comam alendam. 159.

Maluã ac ſaluię radicẽ accurate conterito, & uaſi cũ bono uino infundito, & a balneo comã illinito.

AD aurium dolores. 160.

Rubi ſuccum exprimito, tepefacito, in aurem infundito, dolorem leuabis.

AD regium morbum. 161.

Chryſolachani cõtuſi, mellis, utriuſq; cochleariũ, ex uino calido ieiuno dabis. Aliud, quod admodũ præſtat, in dextram aurem iacenti tenuem uenam ſecato, & fluente ſanguine commodum inde prouenies admiraberis. ſi lien doleat, idem in ſiniſtrum latus iacenti, faciendum eſt.

AD hepaticos ſpleneticos, & ſtomachicos, quod nunquam fallit. 162.

Viticis ſemen in cibo & potu ex uino mane, & ueſperi præbe. Aliud, apij, & petroſelini macedonici ſemen, & cicer, & uiticis ſemen conterito, & ex uino calido propinato.

AD

A *AD uitia renum.* 163.
Semina erucæ,nasturtij,ac raphani tere, melle attico excipe, & ex uetere uino drachmam unã dato.

Basilij ic̃ti Melitmoti de ratione uictus ad regium notarium grammaticum.

Confectio uini,quod conspicuum,coccinumque reddit. 164.
Dolium uino imple,quod mensuras.xx.æquet.ex eo mensuras duas cape,& in ollam lapideam in-
funde.adde autem seminis fœniculi,lini,sing.miliaria C.anisi miliaria L.uinum est cum his bene ferue
* faciendum,& ex sacculo percolandum,ac sextarius in dolium mittendus. postea uero cape trispidij
miliaria C.caryophyllorum miliaria v.croci miliarium,masticheś mil.iij.cyperi,ligni aloes, utriusque
mil.v.omnia simul trita,cribrataque,& lineo linteolo inuoluta in medio dolio pone,atque utere.

Eiusdem,stomachum pituita plenum,& caput dolore uexantem,corroborantia. 165.
Capere debes quotidie rosacei mellis mil.xx. apij seminis mil.j. anisi dimidium miliarij, & usque
ad meridiem ieiunare,ac tunc cibum sumere. hæc autem ideo tibi iniunximus, quia rosa stomachum
roborat, mel calfacit,fœniculum uero,& apium,si in iecore & liene copiam humoris atri inuenerint,
detrahent,& per urinas educent sine dolore.anisum uero flatus a uentre pellit,stomachumque confir-
mat.ad meridiem uero usque te abstinere uolumus,ne alter morbus appareret,& ut uis herbarũ in uẽ-
B triculo diutius moretur.post transactos decem dies,eundem semper ordinem obserua, cum saccharo
rosaceo,ut stomachus corroboretur,& sine molestia uiuas.de alimento uero sic decernimus.

Victus ratio in cibis,ac ieiunio. 166.
Primo igitur die amygdalas amaras decem,cum pane,ac uino,quod satis sit,edes:secundo die, mel
cum pane,& uino quantum sufficit: tertio, agni anniculi carne uescere, eiusque scapulam elixam ad
ignem torreto, & cum pane biscocto,& uino,quod satis sit, edito. quarto die orizam solam ex aqua
coctam,addito melle,cum pane,& uino,quod sufficiat, accipies. quinto uero die grana punici mali,
amygdalas,allium cum dauco,caricis,& uuis passulis decoques,& cum pane,uinoque, quod satis sit,
uesceris.sexto die similem carnem anniculam in sartagine cum dauco decoques, & edes, & panem,
uinumque quantum satis esse conieceris,assumes,ut punici mali uis obtundatur: est enim frigida. ac
malum quidem punicum additum est,ut quæ per quinque superiores dies sumpta erant, quæ re uera
calida fuerunt, refrigerarentur. septimo die carnem minutatim concisam cum cicere, ac condimen-
tis coque,& quod satis est, comede.octauo die carnem cum aceto, caricis, amygdalis,nucibus syria-
cis,croco, dauco, uuis passis, cum alijs carnibus in frustula dissectis,& cum melle, quod satis sit, co-
que,& ede cum uino, quantum sufficiat. decimo denique die ciborum,& ieiunij ratio ita instituenda
C est. mali punici granum non secus,quàm prædicta decoque,& cum uino,quod sat is sit, sume. hæc au-
tem sumendi cibi ratio est,ut semper in cœna menta ex melle utaris,ut cibi concoquantur,& ne pitui-
ta in uẽtriculo coaceruetur. Ceterum ut bona frui ualetudine possis,uenam ne incidito,nisi noxia cau-
sa subsit. Si uero morbus caput aggrediatur, uenam caluariæ secabis, & sanguinis detrahes miliaria
decem. hoc autem bis faciendum erit, Aprili mense,& item septembri,sed per triduum ante, & post,
abstinentia utitor.& remedium, quod præscripsimus,in hisce mensibus,bis deuorato: & capitulis pa-
pauerum ad conciliandum somnum utere: & concubitum uita: sed si uelis, rebus uti uenereis, semel
in septimana post mediam noctem id facere poteris. Iulio autem mense,& Augusto debes per biduũ
uomere.quod utrunque fit,quoniam per unicum diem stomachus purgari non potest. & quando uo-
mis,caue,ne aquam aut ante,aut post uomitum bibas. ac dum uomis, oculos uelabis, & deligabis: &
staus uomes loco edito,aut supra flumen. si a uomitu sitis te excruciet,eam perfer,& esto sobrius. laua
ri autem debes mense Aprili usque ad totum Nouembrem: ceteris mensibus abstine. si tamen uolue-
ris,semel tantum in septimana id facies:atque id semper ieiunus. si sitias, aquam temperatam bibe: &
cum egressus balneum sis,oleo,& mulieris,quæ fœminam peperit, lacte caput irrigabis: per noctem
uero pedes aqua calida cum furfuribus fouebis.

D *AD capitis dolorem.* 167.
Amygdalarum lib.iij. seminum cucurbitæ lib.j.cape,& oleo ab utrisque expresso capitis uerticem,
nares, manus,pedesq; inungito.

Contra uini noxam. 168.
Cotonea mala, matura,dulcia expurga,succum exprime,& in uinum inijce.

Inunctio probata ad artuum dolorem,& manuum,ac pedum intertrigines, corruptelas, adustiones hyemis,& uentorum manus,pedesque lædentium,quam saraceni tlen uocant.

Confectio autem est huiusmodi. 169.
Axungiæ anseris partes duas,itemque medullam ceruorum iuuenum,& *martasancem raparam, &
* mel ad carbones decoctum,ac percolatum in lebetem lapideum conijcias,& feruefacias, donec præ-
dicta pinguia contabescant:quibus adhuc calentibus martasancem adijcies,& cũ penitus refrixerint,
mel impones,& accurate instar malagmatis subiges.& ad ignẽ,aut in furno inunges:& diligenter per-
fricabis .inunges autem usque,dum dolor discesserit.

AD ægylopas. 170.
Fel taurinum,picem liquidam,& acetum simul misce,emplastrum fac,& superda.aut rutæ folia cũ
*chorygio in foramina inde.

AD incurabilia uulnera. 171. E

*Ariorepanij radicem in dulce uinum infunde,ægrotantique propina.

AD inflammationem pulmonis. 172.

Piperis grana.xv.ſalis micas rotidem tere,& * teaphen illorum adde,& commiſceto,& cum gallinę ruſæ ſtercore & oleo inunge.aut dauci ſemen,nigellamq; & porrum contere,& potui da.

AD talpas. 173.

Triſaginem & hordei farinã cum melle ſubigito,inungito,ac modo cataplaſmatis ſuperdato.

AD uentris,ſtomachique dolorem. 174.

Thus cum uetere uino in cacabum conijce,& ad rertias decoque,& in balneo propina. aut oleũ & uinum ſimili modo coque,& tepidum in balneo bibendum dato.

AD uitia ſtomachi. 175.

Cuminum,cinnamomũq; tere,& myrrham,maſtichen,& * biſcunæ modicũ adde,deinde coque, & miſce,& potui da.aut mentæ ramulos tres,& mali punici grana,ac palmulas propina.

AD genuum debilitatem. 176.

Lini ſemen,& mel in aqua feruefacta,modo cataplaſmatis cordi ſuperdato.

AD lateris dolorem. 177. F

Cataplaſma ex cumino,farinaq; triticea confice,& cordi impone.

AD ſpleneticos. 178.

Folia braſſicæ,ammoniacum,acetum acre, commiſce, contere, per triduum obline.aut folia platani ex aqua decoq; ad tertias, aç potui da. aur braſſicæ folia ad ignem torreto, & trita ex uino ꝓpinato.

AD muliebre ſanguinis profluuium. 179.

Taurini cornu ramenta in potu ex aqua ſumpta ſanguinis profluuium cohibent.aut * lulacem,& ſemina braſſicæ,& ſcammoniam miſce,ac potanda exhibe.

AD ſtomachi compreſſionem. 180.

Gallas tere,rhoiq; flores,aut mali coria decoque,donec tertia pars relinquatur . aut fœnũgræcum melli incoque,& decocti ius propina.

AD cœliacos. 181.

Naſturtij ſemen in ollam nouam conie ctum decoque,deinde ouum ſeparatim elixatum putamine exue,ipſumque diligenter contere,& ſemini naſturtij elixo adde,& cura ut unà feruefiant : ſi æger uelit,edat:ſi id non queat,aquam bibat:aut taurinos renes frictos potandos dabis : aut ueterem caſeum G aceto incoque,& edendum ieiuno offer.

AD urinæ difficultatem. 182.

Fluuiatilem pagurum contritum,& per pannum expreſſum potui dato:aut fœniculi radices ad tertias decoques,& ægrotanti potui dabis.

AD ani tumores exterius prominentes. 183.

Vinam calcem,& auripigmentum recens commiſce,& impone.

AD artuum dolores. 184.

Quinqueneruiũ,ſcorpidium,& acetum modicum miſce,ac locum obline.aut etiam ſinapi , & caricas ſimul tere,& in balueo impone.

AD dolorem genuum. 185.

Maluam,hordei farinam,ac lini ſemen contere,& in ſartagine fricta ex oleo applica.

AD oſſa fracta. 186.

Picem; thuris puluerem,palmulas,maluæ florem,& oui album miſce,atque impone.tum ſtupam ſuperimpone,& * calamis,faſciæq; circumliga,& ſanabis.

AD Quartanam. 187. H

In uino ueteri triſaginem coque,& ter potui da.

AD morſum ſcorpij. 188.

Teſtem igni candentem admoue.aut * alam ex melle propina.aut humum intuens , quem lapidem premebas, eum loco affecto ſuperdato.

AD ueneficia. 189. *

Caridion,& latum cuminum,& zochij radicem ad tertias decoquito,& ex uetuſto uino bibendum præbe.geſtanda quoque ſunt glaneum oſſa:ſiquidem eadem ſuffita,dæmonas expellunt.

VT mulier concipiat. 190.

Leporis uterum frictum,tritumq; aſſidue propinato.habeat etiam leporis ſanguinem : aut uulpinũ ſtercus cum ſeuo bubulo miſce,ac uiri,mulieriſq; pudendum eo inungito.

AD infantem in utero mortuum. 191.

Muliebre lac cum melle,& amaranthi radicibus propina,& prodibit.

VT lactis copia gignatur. 192.

Fœniculum & anethum cum melle & uino decoque,ac mammas quotidie illine.magna enim lactis copia gignetur.

A *AD ueteros.* 193.

Auem iugula, ac festucam lineo panniculo inuolutam intra auim reconde, atque ita elixa: & ius propina. auis uero oculos suito, & maneterum uerum, ac caridion urito, & potui dato.

AD eos, qui præter uoluntatem mingunt. 194.

Gallinæ gulam gutturi coniunctam tere, & ure, iterumq; diligenter tere, & ex antiquo uino ꝓpina.

AD penem roborandum. 195.

Rapi semen tritum cum melle iungito, & panniculo attrito illitum peni superdato.

AD ungues scabros. 196.

Sinapi & mentam ex aceto, coque, & illine.

AD intertrigines. 197.

Marinum muscum aquæ marinæ incoctum, expresso humore, impone.

AD pedum dolores. 198.

Myrrham, quæ mur dicitur, herbamque pulicarem cape, aut phyzurcatum, ad mystri pondus, ex aceto, & pedes illine.

AD stomachum corroborandum. 199.

B Lignum aloes, acorum, cyperum, mastichen, thus, nigellam, fœniculum, & * spanthos accurate, conterito, & in unum redigito, & ex succo mali punici, & melle ad carbones decocto ieiunis propina.

AD sputum. 200.

* Rosacei zupha, siue hyssopi, quod ad tussim, & pectoris angustiam, eiusque dolorem accommodatum est, confectio capit hæc, manusiacorum. ℥.ij. unapia siue zizipha numero. xx. zepistania siue mixia totidem. ficus aspr. dulces. xv. aut radicem dulcem semitritam drachmæ mensura: chaschasis contusi, uel papaueris capitum drach. v. paresausa, uel polytrichi drach. ij. ane suen, uel anisi dulcis drach. ij. tolmæ carauus, uel apij seminis. ℥. ij. uuas passas, grana bona logaricæ semissem. zupha uel hyssopi. ℥. iij. rhazani, uel seminis fœniculi drach. ij. uuas passulas, granaque mista lauabis, & emoschasum ex aqua per diem unum, & summo mane refrigerabis, & elixabis cum prædictis, hoc est logaricyon unc. iiij. & usque adeo decoques, donec aquæ una logarica semis relinquatur: ac tum percoletur, ut certo scias, in ea nullam remanere materiem. tum sacchari unam logaricam addito, ut zulapium efficiatur. quotidie autem unum per dies octo bibes, & oleum amygdalinum instillabis.

AD uomitum biliosum. 201.

C Qui bilem uomunt, cataplasmate illinendi sunt, quod accipit palmulas, ficus, gallas uino, aut posca incoctas, & pane exceptas. præterea uero acacia, hypocistis, balaustię, & rhus, cataplasmari addantur. magna quoque cucurbitula cum multa flamma stomacho affixa ualde prodest. ceterum cibus exiguus, & crebro dandus est. Ad eos uero, qui atram bilem uomunt. & stomachum inflatum habenr, spongias acerrimo imbutas aceto calido, admouebis. aut ex hederæ folijs uino decoctis cataplasma conficies.

DE singultu. 202.

Singultus uero ex inanitione, aut expletione, aut ex acribus humoribus stomachum mordentibus exoritur: quibus quidem per uomitum reiectis singultus cessat. ac plerique sunt, qui si confectionem, quæ ex tribus piperis generibus constat, deuorarint, ac mox uinum biberint, singultu corripi soleāt. preterea uero, cum cibus in mordacem qualitatem corrumpitur, quidam etiam in singultū cadunt: itaque inuenimus uomitum remedio ei singultui esse, quem uel plenitudo, uel morsus excitauit: calorem uero mederi ijs, qui ex frigore singultum contraxerunt: at si ex copia humorum singultus consistat, uiolenta euacuatione opus erir, qualem sternutatio præstabit: hæc tamen eum singultum, quem inanitio peperit, non curar, singultientibus autem rutam ex uino dari conuenit, aut
D nitrum ex mulsa, aut seseli, aut daucum, aut cuminum, aut zinziber, aut nepitam, aut gallicam nardum: hæc autem singultus adimunt eos, qui ex cibi corruptela, aut ex frigore, aut multitudine ciborum constiterunt. ijs uero qui ex frigidorum, aut crassorum humorum copia in singultum inciderunt, prodest castorium ex posca datum. idem quoque ex oleo sycionio uetere cuti illitum benefacit. scillite quoque, aur mulsum acetum potui datum eosdem adiuuat. iam spiritus quoque retentio uidetur singultum egregie cohibere.

AD pedum intertrigines, fissa, & perniones. 203.

Rubricam, aut sinopida & cimoliam pari portione ex caprifici succo illine. Aliud. hederam, nepitam, & salem in aqua simul decoque diligenter, & pedes semel, atque iterum laua, & sanescent. Aliud. muriam crassam aquæ calidæ permisce, & ex ea pedes, pernionesque foue. Tertium, salem, cuminum, oleumque misceto, & pedes prius inunctos, accurate illinito. materia enim per meatus occultos discutitur.

AD podagram. 204.

Vtere succo semperuiui, quem diligenter coxeris. Aliud. uini succum asinæ lacti, aut dulci uino mistum illine. Aliud. phocæ, leonis, lupi, aut uulpis corium elabora, calceos ex eo confectos

geſta,pedes nõ dolebunt. Aliud,ueſpertiliones tres aquæ pluuiæ incoque,tum in aquam conijce lini ſe E
minis triti uncias.iiij.oua cruda.iij.olei cyathum,bubuli fimi,ceræ,utriuſque vnc.iiij.miſce omnia, ac
ſubige:& cubitum eunti ſemel,iterumq; impone.

Aceti ſcillini confectio, Galeni. 205.

Acetum ex ſcilla confectum maxime præſtare ad tuendam ualetudinẽ Pythagoras conſcripſit: quo
poſtea omnes Imperatores ſunt uſi.ipſe aũt auctor hæc tradidit,quicunq; eo utũtur,eos longæuos fo
re,& extremam eorũ ætatem integram uſque ad finem futuram:ac talis quidẽ ipſe ſamius ſenex fuit.
ſcis enim quot annos uixerit.ceterum eſt literarum monimentis conſignatum,hæc eſſe ab illo ſuis con
ſanguineis communicata,ut hoc medicamento uterẽtur.cumque ipſe uti cœpit,natus erat annos quin
quaginta,& centum decem ſeptem compleuit annos integer,& nulla unquam incommoda ualetudi-
ne conflictatus.atq; hæc quidem ipſe medicamẽti auctor ſcripta reliquit,qui,quòd philoſophus eſſet,
mentiri neſciebat.ac nos eius uiri dictorũ periculũ fecimus: & uerã conſtantẽq; huius medicamenti
uim eſſe atteſtamur. Scillam igitur montanam cape,libræ unius pondere: duram partem circunciditor:
mollem in fruſtula ſecato,& aceti acerrimi ſextarios octo in uas uitreum funde, atque obtura: ac per
triginta dies, cum canicula ardet,ſinito macerari.his peractis,ſcillã exime,atque exprime: & huiuſce F
aceti parum mane ſorbeto.inde autem hæc euenient commoda. faucium,oriſque partes nũquam mol
lientur,os uentriculi recte ualebit:ſpiritum facile duces,uox ſuum tenorem recte ſeruabit:oculorũ erit
ſenſus acerrimus,aures ſuum munus probe obibunt:nullus unquam in uentre uentus excitabitur:nul-
la erit ullius uiſceris ſuſpẽſio:bene ſpirabis,bene coloratus uiues:ad negotia ciuilia recte eris affectus:
non acidum,non ſalſum ructabis,ſi modicum huius aceti aſſumpſeris. debes autem id ieiunus aſſume
re,tum ſeptem ſtadia deambulare,ſiquidem ita diſſoluetur,hoc autem aceto qui utitur, quamuis ſum-
mam in uictu licentiam uſurpet, omnia tamen alimenta conficiet: & a nullo unquam læderur, neque
ualde admodum implebitur: ſed maiores,melioreſque facere progreſſiones uidebitur: nihil enim ſu-
peruacanei in corpore permanebit, non flatus, non bilis, non ſtercus, non urina: ſed omnia facile ex-
cernet, facileque educet: aluus lubrica erit omnino, denique medicamentum hoc totum corpus pur-
gabit, etiam ſi in oſſibus ſordes inhæſerint. tabidos uero ab omnibus iam deploratos hoc medicamẽ-
to priſtinæ reſtitutos ualetudini uidimus.idem morbo comitiali mirabiliter profuit, ut, niſi poſt lon-
ga temporis interualla, non redierit. eundem morbum in principio plane expellit, neque reuerti
amplius ſinit.eſt præterea ad podagras, & morbos articulorum, itemque iecoris, lienisq; duritias ual
de accommodatum. atque hæc quidem ſunt priuata aceti ſcillitici opera: communia autem ſunt quã H
plurima: quibus nos admoniti, hoc ſalutare medicamẽtum ad te integræ ualetudinis, incolumitatiſq;
tuæ cauſa ſcribendum duximus.

Vinum ſcillite ut fiat, ex Galeno.

Vinum ſcilliticum omnem potanti ſanitatem affert:ſiquidem humores extenuat, præcipue autem
pituitam: quam neque in ſtomacho,neque in capite,neque in uentre,neque in iecinore,neque in liene,
neque in neruis,neque in oſſibus denique ſinit conſiſtere.nec permittit eaſdem partes ab ullo alio tena
ci humore obſtruente obſideri: ſed omnia diſſoluit, uentrem lenit, ac ſubducit, urinamque ciet, & per
ipſam cauſas extenuat,& excernit,caput uero ita purgat, ut nates humore uacent. commodum præ-
terea eſt pedum,articulorumque doloribus,& morbo comitiali: omne denique bonæ ualetudinis ge-
nus parit. ut autem id conficias,ſcillam albam montanam ſub canis exortum capito ad libræ pondus:
eam per dies decem in umbra refrigera,tum ſcillæ ipſius refrigerata folia in uitreum uas inijce, & ui-
ni albi ueteris ſextarios duodecim ſuper infunde: & ſuſpenſum uas per quadraginta dies teneto, tum
ſcillam extrahe,& abijce:eoq; uino ad prædicta uitia utere,& eius uim cognoſces, ſi ante cibum duas
uini uncias præbebis:ſin a cibo,unciæ dimidium.ſi uero efficere potui commodum uolueris,eiq; iucũ G
ditatem conciliare,mellis ſextarios duos,aut tres admiſcebis.

Medicamentum, quod commanſum e ſtomacho, gargarizatum uero a capite pituitam euocat. 206.

Origanum,gummi,hyſſopum,pulegium,thymum,tribus paſſi uncijs incoque,donec una remaneat,
ac dato ut gargarizetur.ſi uero commanducetur, pulmonis materias extrudet.quotidie autem facien-
dum eſt,ſiquidem eſt probatum.

AD eos, qui uix, aut ne uix quidem urinam reddunt. 207.

Cimices lectuli tere,& urinæ foramen illine,ac ſtatim urina prodibit. hoc etiam adiuuat pueros,
qui mingere non poſſunt.

AD calculoſos, & ad urinam ciendam. 208.

Baccarum lauri, piperiſque pares portiones tere, & per cribtum traiectas ex una mulſæ menſura
exhibe.mulſa uero calida ſit,oportet.aliud,quod calculos confringit,& fœminis ac uiris urinam pro-
uocat:lauri corticem aqua decoque,& permiſce,ac potui da; efficax enim eſt.

A *AD eos, qui sanguinem mingunt.* 209.

Zinziberis drach.ij.seminis brassicæ drach.iiij.papaueris drachmam succo excipe, globulosque confice, & laboranti porrige.

AD urinæ stillicidium. 210.

Thymi, fœniculique pares portiones teres, & ex aqua temperata propinabis

AD dolorem uiæ, per quam urina comportatur, ad malum, cum urina ægre it, ad anhelitus difficultatem, ad sanguineum lotium, & ad calculum. 211

Asari, mysios, nardi gallici pares portiones melle attico, a quo detracta spuma sit, excipe, dato autē nucis ponticæ magnitudinem: id enim etiam senibus ualetudinem restituit, quibus sit effluxus siccior, eumque robustiorem efficit.

AD eos, qui præter uoluntatem mingunt. 212

Lilij radicem elixam bibendam præbe. succum etiam, aut semen alterci in uino & lacte maceratū corio ceruino incude, & dextro femori appende, & miraberis. Aliud, apri ungulas ure, & ex uino bibendas da. aut galli testiculum ustum edendum offer. Aliud, cochleam cum testa ustam tere, & ex B uino potui da, cum quieti se tradit.

AD urinæ difficultatem, & calculum. 213.

Lini semen, piper, petroselinum tunde, cribraque, & ex condito cochlear unum cape.

AD lapides frangendos, probatum. 214.

Tres marinos scorpiones paruos integros combures, & cinerum ex condito dabis.

AD aluum sistendam. 215.

Rhun & oryzan uino decoque ad tertias, & per anum inde: aut uinum austerum, in quo iecur hircinum sit incoctum, bibendum dabis: aut gallas ustas accurate tritas & adipem suillum misce, & frictas ex aceto comede. Piperis drachmam, farinæ lupinorum drachmas tres, mellis cochlearium sume.

AD sudorem prouocandum, febrimque finiendam. 216.

Cachryos semen ex oleo illine, aut pyrethrum ex oleo calefactum & illitum per horam post inuasionem.

AD canis morsum. 217

Hæc dicta etiā sunt supra. Vrticæ semen emplastri modo superdatum, aut nigri marrubij eodem modo prodest: aut apiastrum ex uino potui datum: aut morsibus impositum: aut allium illitum, aut assum, quod in potu, ciboq; capiatur. AD rabiosi canis morsum. Brassicæ folia cum lasere ex aceto contrita superdato. brassica enim per se rabiosi canis morsibus aduersatur, & eius etiā decoctum idem efficit, si bibatur. ceterum brassica elixa præ ceteris sumpta cibis, tabidos sanat, & uitia arteriæ corrigit. contrita uero, & lieni imposita, ipsum consumit.

AD anginam, collique dolorem. 218.

Alba populus arida, contrita, & ex melle illita, aut nasturtij semen, & columbinum stercus & melle modo cataplasmatis, imponantur.

AD internas ani eminentias. 219.

Amaranthum aqua dilutum mane ac uesperi propinabis.

Cataplasma ad lienem ualde efficax. 220.

Helenium, sinapi, lauri baccas ad proportionem tere, deinde nouellæ nucis corticē parumper contunde, mox in pilam conijce, & ualentius tere, tum exime, & acri aceto per triduum macera: & omnia in unum redacta cum succo tiberiados ad cataplasmatis consistentiam decoque, & lieni per octo dies summo mane superda: prius tamen euacuandus uenter est: & miraberis. Aliud ad lienem diminuen D dum. radicum capparis.℥.iij.calcis uiuæ.℥.iiij.contunde, per cribrumque traiectas, & aceto dilutas superdato non plus, quàm horæ spatio: ac totus lien absumetur. Aliud, brassicæ decoctum solum ex aceto mulso propinandum ieiuno dabis. aut rubi radicem ad tertias usque decoquito, & decoctum per triduum dabis. Aliud, corticem nucis ex aceto, & melli etiam incoctum ieiuno præbebis, aut ferrū candens in mulso restingue, & bibendum offer. est enim admirabile.

AD dentes nigros. 221.

Ossibus palmularum, mastiche, & melle dentes per septem dies perfricabis, & albi reddentur.

AD alui lumbricos. 222

Lupinos, lauri folia, ac bubulum fel misce, atque umbilico superdabis, ac proderit.

AD internas, externasque ani eminentias. 223

Amylum, picem, aquam simul feruefacias, donec tertia pars reliqua sit, ac per septem dies potui dabis.

AD aurium dolorem. 224

Vitis racemum in sartagine ex oleo frictum in aurem funde, & sanescet.

AD hirudines 225.

Trita aristolochia, saleque eas consperges.

Ad

AD calculum, urinam cientia. 226. E

Lauri baccas & piper paribus portionibus miſceto, & ex mulſa myſtrum unum dato. Aliud, ad calculos confringendos. lauri corticem aquæ incoctum ad tertias ſorbendum præbe. Aliud, ad idem. Turturis ſtercus uſtum ex mulſa præbe. id enim lapides per urinam extrudit. Aliud. proba tum ad eos, quos calculus uexat. ſtruthij, rhu pontici, capparis, ſingulorum drachmam cape, & quotidie drachmam ex uino albo dabis: atque ita mingendo ſubſidentia calculoſa deijcientur. Aliud, origanum in aqua ad tertias decoques, & decoctionis cyathum unum potui dabis.

AD ſtillicidium urinæ. 227.

Seminis fœniculi, palmarum thebaicarum, æquas portiones tere, & ex aqua temperata calidas potui dato. AD urinæ difficultatem, & ſtillicidium: coſti, mellis, aquæ, cyathos nouem miſce, cratera potui dabis, ſed mercedem prius poſces. Aliud, cyperi aſiatici contriti cochlearium unum ex uino meraciore, aut ex melle dandum eſt. probatum enim id eſt. AD urinæ difficultatem, petroſelinũ macedonicum tritum ad cochlearis pondus dato. AD ſtillicidium, cucurbitam aridam tere ad farinæ formam, eiusque paruum cochlearium ex aqua propinato. AD mingentes in ſtratis. leporis cerebrũ F ex uino potui dato. Aliud, ueſicam aſſam da, qua per triduum ueſcatur: aut cyperum tritum ✻ in potu offer. aut leporis teſticulum ex uino odorato, tepido, propinato. AD ſtillicidium, thus in uino diu feruefacito, ac per triduum potui dato. ✻ cape raphida marinum piſciculum, eumque combure, & eius cinerem bibendum præbe.

AD impetigines. 228.

Ceruini cornu ramenta in aceto acerrimo ad tertias decocta illine.

AD impetigines feras. 229.

Hordeaceam farinam aceto acri ſubactam impone. aut haſtulæ regiæ radicem tritam frequenter illine. aut pannum lineum candenti ferro combuſtum impone: aut nucis uirentia folia ſuperdato: id autem etiam ad ſcabiem ualet.

AD penis dolorem, & inflammationem. 230.

Cuminum, ouorumq; putamina accurate decoque, ac foue, & euentum miraberis.

AD impetigines. 231.

Allium, ac theaphen, itemque aquam & oleum ſimul miſce, atque illine.

Cataplaſma ad recentia uulnera, a ligno, gladióve facta. 232. G

Salicis folia trita impoſita fluentem ſanguinem ſiſtunt, uulnera agglutinant, eiſque medentur. idem facit fimus ouillus ex oleo tritus, & cataplaſmatis modo impoſitus.

AD medicamenta letalia. 233.

Rutam ficum, nucemque tere, & ex uino propina. fulicæ quoque ſanguis liquidus, qui ex oleo potui detur, & a uenenoſi medicamenti potu, & a uiperæ morſu liberabit.

AD fluxionem in guttur. 234.

Nidum hirundinis ex aceto tritum collo circumpone.

AD mammarum muliebrium tumores. 235.

Stercus caprinum aridum uino mero dilues, & ſuperdabis, & inflammatio diſcutietur.

AD capitis dolorem, lupinum. 236.

Suilli ſtercoris cinerem melli admiſcebis, caput rades, eoque inunges, & folia braſſicæ ſuper impones.

AD tuſſim, & febrim becticam. 237.

Styrax & braſſicæ ſuccus ſimul terantur, ac ſubacti ieiunis, aut cubitum euntibus dentur. uel olei laurini, uinique generoſi drachmæ. iij. utriuſque miſceantur, calfiantque ✻ in balneo interius: H ac uinum oleumque temperentur, & ſtomachus foueatur. uel lixiuium ſtillatitium calfacias, eoque tuſſientium pedes foueas, tum ſpongia absterges, illineſque, & fouebis. eſt enim hoc tuſſis remedium.

AD tuſſes. 238.

Reſinam teres, & ex uetere uino bibendam ieiuno dabis. itemque pulegium in poſca decoctum, & betonicem cum melle ſubactam eſui præbebis: aut raphanum toſtum mane & ueſperi edi iube. aut butyrum ſalis expers, quantum auellanæ nucis magnitudinem impleat, deuorandum appones.

AD humores in pectore contentos. 239.

Vrticæ fo lia ex ptiſſana decocta, & in potu ſumpta inflationibus aduerſantur, & e pectore materiam educunt.

AD tuſſes. 240.

Fœnumgræcum ad tertias decoquatur, eiuſque iuſculum ex melle diluculo propinetur.

VT canora uox fiat. 241.

Tragacantham in uino madefacies, potuiq; dabis. & uox clara, ſplendidaq; reddetur.

AD uocis

A *AD uocis amissionem.* 242

Styracem teres,& cum aqua globulos ad ciceris magnitudinem efficies.quorum cauis est,ut tertio cum dederis,statim uox emittatur.

VT capilli,barbaque decidentes,crescant. 243

Oleum myrtinum,polytrichum,betamque miscebis,capillosq; oblines. aut pares adianti, ladaniq; portiones cum oleo immaturo, aut etiam myrtino,aut lentiscino teres,& illines. Aliud, ladanum in aminæum uinum,oleumque myrtinum infundes,simulque teres,donec fiat tam crassum, quàm mel, & in balneo caput inunges.præstat autem in hoc casu adiantum sumere,quod polytrichon quidam nominant:si septimam eius partem ladano adijcias,atque illinas.

AD renum dolores. 244

Furfur ex farina cum pulegio decoquatur,ac per colum ius traijciatur:tum spongia eo iusculo imbuta renes fouebis.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
SECRETORVM, AD MONTEM.
CENSVRA.

Secreta hæc ut Galeni non sunt,ita non omnino inutiliter legi possunt.

ROGASTI me,amice Montee,ut describerem tibi librum in medicatione ægri-
tudinum secundum experimentum medicinale, & considerationes rationa-
les ex eis,quæ expertus sum in multis sapientum & bonorum in cultu legis.fe
ci igitur illum:& posui ipsum ex secretis, quæ non est necesse propalare uni-
cuique hominũ,timendo ne fiant pigri,confidendo in ipso, & dimittant quod
necessarium est in scientia radicum & ordine capitulorum, super quam est fa-
bricatio artis.Et ego quidem scripsi tibi in illo secundum mensuram uirtutis,
& fideliter.Dico igitur,quòd substantia subiecta generationi, & corruptioni
C mutatur in qualitatibus suis.Quæ sunt caliditas,frigiditas,humiditas,& siccitas:quæ adinuicem agunt
& patiuntur:& eorum æqualitate,complexionis existit bonitas. Quod est, quia complexio est facto-
rum substantiæ cuiuscunque membrorum animalis propria.Complexio igitur est substantia corporis,
& natura eius.Et postea sunt res sequentes complexionem necessario,& sunt odores, & sapores,& co-
lores,& durities,& mollities,& lenitas.Natura uero de tribus dicitur rebus: quarũ una est complexio,
secunda est uirtus rectrix,tertia est compositio.Et quãuis ars,quæ solicita est de corpore, sit una, sicut
uerificatum est iam in libris alijs:tamen partes eius sublimes sunt duę:quarum una est regimen sanorũ
& altera est curatio ægrorum.& sunt ambæ in operationibus suis diuersæ, quia ambarum prima inten-
dit ad conseruandum corpus secundum dispositionem in qua est: & secunda intendit ad permutandũ
ipsum ab eo secundum quod est.Et quoniam sanitas antiquior est ægritudine,& sublimitate, & tempo
re:tunc necesse est nobis ut acquiramus in primis qualiter conseruemus sanitatem:& post illud, quali-
ter sanemus ægritudines sanatione bona. Via autem communis ad inueniendum eas ex rebus dua-
bus est,ut sciamus dispositionem,quam nominauimus sanitatem,quæ dispositio sit,quia non possumus
seruare ipsam,quando existit,nec reducere ipsam,quando corrumpitur,nisi sciuerimus quid sit. Nos
uero iam processimus,& ostendimus,quòd sanitas similium partiũ est æqualitas. & quòd sanitas mem
D brorum compositorum completur positione membrorum similium partium, & eorum numero: illud
uero,quod surgit per conseruationem horum membrorum, est post conseruationem sanitatis: sicut si
corpora nostra nunquam finirentur,nisi per dolorem communicantem eis,non esset nobis ars necessa
ria,qua sciremus læsiones eorum omnes. Genera autem ægritudinum corporum nostrorum,& corru
ptiones eorum, sunt duo,quæ eis sunt necessariæ,quæ sunt ex operatione caloris innati:& sunt eis cor
poribus a principio esse corporum radices. Et ex eis sunt, quæ non sunt necessariæ, & nos non sumus
eas mouentes,quæ quidem corrumpunt corpora nostra non minus illis necessarijs. Et ego quidẽ sum
distinguens unumquodque duorum generum secundum se. Dico igitur, quòd principium nostri esse
est ex sanguine & spermate.ueruntamen sanguis est materia properans in receptione eius, quod de-
scendit.Et nos quidem intelligimus per meteriam hylen,sequentem formam in omni parte. sperma
autem stat loco factoris.& unumquodque istorum duorum est compositum ex elementis, ex quibus
compositum est alterum.(Et nos quidem demonstrauimus ita in libro,quem edidimus de elementis se
cundum sententiam Hippocratis.)Veruntamen in mensura mistionis specierum diuersificantur: quia
plus est in spermate. Et iam nos quidem demonstrauimus secundum quod diximus, & testificati su-
mus illud in libro de morbis & accidentibus. Et mihi quidem uidetur,ut uadam ad fundamentum
sermonis in arte medicationis per experimentum, & considerationem, & copulationem, & abbre-

uiationem ſermonis,& appropinquationem locutionis. Frater Montee,iſte magis iuuatiuus liber eſt, E
quẽ compoſui in medicina : oẽm nãque deſcriptionẽ eius expertus ſum multoties in complexionibus
comparibus. Deſcriptiones autem quas diximus in almemiri,ideſt pharmacorum,& eſt liber qui no-
minatur de medicinis compoſitis,non ſunt niſi compoſitiones quorundam quos dixi, ſicut Archige-
nis, & Archelai,& Seueri,& aliorum: quibus ſi uteretur aliquis ſecundum quod dixerunt,non fieret iu
uamentum per eas:immo generarent ægritudines. Verum ego rectificaui eas,& exercitaui ſuper erro
rem, qui eſt in eis.prima ergo deſcriptionum eius, quas ego compoſui, eſt deſcriptio medicinæ hu-
iuſmodi.

Ad ſtuporem,& frigus,& paralyſin.

Vir quidam ſexagenarius fuit,ſuper quem uincebant humiditates ſuperfluæ, & uentoſitates phleg-
maticæ,& erat mollis corporis.& ipſe quidem conquerebatur de ſtupore in corpore ſuo, & frigore ad
dito,& inceptione paralyſeos.compoſui ergo hanc confectionem, quæ eſt medicina multorum iuua-
mentorum.& ego quidem iuuamenta ipſius dicam,poſt artem eius.Cuius quidem permiſtio. R.eu-
phorbij,croci,caſiæ lig.cinnamomi,apij,acaciæ,coſti amari,ſpicæ,gummi arabici,ſeminis urticæ,grano
rum alkerua,bdellij,olibani,ſumach,ellebori,ſulfuris citrini, ſtyracis calamitæ, piperis albi, omnium
ana. ℨ.vj.roſarum ſiccarum,pyrethri,arthanitæ,ſethefuſiæ, ſeminis apij.omnium ana. ℨ.iiij. ſeminis al- F
bedarogiez.i.ameos,ſeminis taraxacon,amborum ana. ℨ.medullæ cartami, zingiberis, amborum ana.
ℨ.iiij.tere & cribella.deinde infunde in uino antiquo tribus diebus,donec fiant ſicut mel.deinde funda
tur ſuper ea mel craſſum deſpumatum.Deinde miſceatur & fundatur ſuper ea ex oleo balſami mẽſura
unciæ unius.deinde ponatur ſuper ignem leuem,& bulliat ebullitionibus duabus leuibus. & fundatur
in uaſe uitreo.& dimittatur ſex menſibus.& quanto plus antiquatur,tanto eſt melius ei.Vſus eſt ea uir,
& conualuit uſque ad quartam hebdomadem.Et doſis quidem eius eſt ex aureo uſque ad. ℨ. iiij. Quod
ſi ille qui utitur ea fuerit adoleſcens,ſumat ex ea. ℨ.i.&.s.Hæc autem medicina confert morſui facto à
cane rabioſo iuuamẽtum manifeſtum ſtatim,& dolori qui fit in acumine uerticis antiquo, & cui radun
tur pili capitis.deinde accipitur de hac medicina pondus aur.unius,& ſoluitur cum aceto uini, & lini-
tur cum eo caput. Et ad dolorem dentium fricatur cum ea. Et ad dolorem auris ſoluitur cum oleo
balſami & colatur:deinde deſtillatur in aurem.Et ad anginam datur in potu cũ aqua,in qua cocta ſunt
ſebeſten & anethum.& deglutitur poſt ipſam butyrum tepidum.Et ſimiliter ad aſthma,& ſplenem. ℨ.i.
&.s.cum aceto in quo decoctæ ſunt radices capparis & tamariſci. Et ad renes, & ad dolores eorum cũ
aqua,in qua decocta eſt calamintha fluuialis.Et ad ſerpentes in uentre. ℨ.i.&.s.cum aqua decocti ſunt
cortices granati dulcis.Et ad hæmorrhoidas aur.i.cum uino antiquo.Et ad dolorem hepatis, & ſtoma G
chi,& ad hydropem.itaque quando eſt complexio decliuis ad frigus.Ad ultimum uero ſerua a me ſe-
cretum magnum in omni medicatione tua.Caue igitur multiplicationem calefactionis, & inclina ad
frigidationem,per comparationem & non abſolute. & incipe in propinquitate complexionis homi-
nis.& hic quidem eſt locus conſiderationis.Serua igitur hunc modum curationis,& intellige ipſum.&
fac medicinam.immittens ſpecies boni odoris aromaticas.eſt enim electuarium magnum. & non er-
rabis,ſi Deus uoluerit.Et fuge a ſtupefaciente oculum,niſi raro,& apud neceſſitatem. nam faciet feſti-
nare ad eum qui utitur ipſo debilitatem tunicæ corneæ.& hoc iterum conſiderandum eſt, intellige er-
go ipſum.

Ad phrenitim & tuſſim ſiccam,& febrem concluſam.

Medicina autem Auſtri qui eſt ex illis de Luca.quoniam conqueſtus eſt mihi de phrenitide & apo
ſtemate in cerebro ſuo ita quòd permiſcebatur.& fuerunt cum eo calor,& tuſſis ſicca,& dolor capitis
intolerabilis,& febris concluſa.Et iam medicati fuerunt ei quidam medicorum, & errauerunt ſuper
eum.Incepi ei uti huiuſmodi medicina,& ſanatus eſt uſque ad hebdomadam unam, cuius permiſtio.
R.pſyllij infuſi in aqua cucumeris indi,deinde extrahatur,& coletur cum cribro, & coaguletur cũ rob
uuæ leui igne,& ſumatur tragacanthæ albi,gummi arabici,medullæ ſe.citrulli, & medullæ cucumeris, H
& medullæ ſe.cydonij,medullæ ſe.cucurbitæ,medullæ amyli,ſandali,ſeminis portulacæ,ſe.maluauiſci,
omnium ana pars.i.terãtur contritione bona.deinde miſceantur coagulato.i.rob.& adminiſtrentur de
eo oĩ mane. ℨ.iiij.& apud ſomnũ ſimiliter.Et cibus eius ſit aqua hordei in qua decocti ſint cancri fluuia-
les & ſebeſten.hoc enim medicamen eſt cui,non eſt par.

Ad dolorem capitis,& lachrymas oculorum, & ad inſomnietatem.

Et conqueſtus eſt mihi adoleſcens uicenarius.(cuius complexio erat calida, & cuius color erat fu-
ſcus,& erat multæ quietis & tranquillitatis,& erat uincens ſemper complexionem regionis eius cali-
ditas)de dolore capitis ſuperfluo inquietante,lachrymis in oculis ſuis,& dolore in eis,& non dormie-
bat.Compoſui ergo ei hoc caputpurgium. conualuit ergo ex uice una. *Modus confectionis.* R. croci,
danik.ij.ladani. ℨ.s.condiſi. ℨ.i.lache Kirat.i.camphoræ Kiratam mediam,lubue, ambræ ana. ℨ.iij. opij.
ℨ.ij.terantur & aggregentur cum melle medicinæ ſiccæ.& ſoluantur humidæ cum ſambucino, terañt,
& aggregentur cum melle deſpumato.Quando igitur neceſſitas eius eſt,ſumatur ſicut milium,& ſolua
tur in lacte mulieris,& fiat cum eo caputpurgium.Vir autem cuius corpus eſt forte, ſumat pondus ſex
granorum,huiuſmodi enim medicina eſt ultima.Primum autem quod oportet præmittere in curatio-
ne ægritudinum:quando uides repletionem,& tempus non longinquum, phlebotomia eſt,ut præmit-
tas

A tas phlebotomiam in cephalica, ſi ægritudo eſt in ſuperioribus corporis. & in baſilica, ſi ægritudo eſt in inferioribus corporis. Noſter autem ſermo in hoc iam præmiſſus eſt in multis noſtrorum librorũ. Qui autem uult eſſe prudens in arte iſta, legat libros meos, & tunc utatur iſtis medicinis, quas ego compoſui, & expertus ſum, poſtquam cognouerit complexiones utentium eis.

Ad dolores oculorum & ophthalmiam.

Quia dolores, qui accidunt oculo, ſunt multi & diuerſi, & ex eis eſt dolor qui uocatur ophthalmia, qui multoties accidir oculis in multis diſpoſitionibus, uidetur mihi ur præmittam cauſam eius ſuper reliquos dolores oculi. quia cuidam uiro qui nominatur Fiſulus, aduenit dolor inquietãs, & ophthalmia calida per cauſam. & erat quadragenarius. & erar quietus craſſi corporis. Leniui ergo ei naruram cum infuſione myrobalanorum. & firmabo uel oſtendam eam in hoc libro. deinde præcepi ei ur aperiret cephalicam. & compoſui ei hoc ſief. & nominaui ipſum iuuatiuum. quia iuuatus eſt per ipſum ipſa uice prima. *Modus ſief.* R. ceruſæ de plumbo, amyli, amborum ana partes .ij. &. s. ſarcocollæ, croci, opij, omnium ana quartam partem illius. teratur ceruſa, & cribelletur cum orali. & addatur ſuper ipſam de aqua dulci quantum neceſſe eſt. & teratur in mortario diebus .x. in hora quieta a uento, & in loco in quo non ſit puluis. deinde infundatur gummi poſt illud in aqua dulci in uaſe mundo. Quando ergo ſol-

B uitur, & fit ſicut aqua, coletur cum panno lini ſuper medicinam in marmore. deinde reratur cum ea. Quando ergo facta eſt medicina ſicut paſta, proijciantur ſuper ipſam reliqui pulueres, & rerantur cũ ea donec inſpiſſent. deinde fac ex ea ſief. & exſiccentur in umbra in loco tecto. deinde proijciatur ſuper ipſam pannus ſabini, aut pannus ſubtilis, defendens ipſum a puluere. poſtea reponatur, & medicetur cum eis. & ſumatur ex eis unus, & ſoluatur in aqua roſa & lacte mulieris. & ſumatur in uenera, & diſtilletur in oculum. Hoc autem ſief eſt conueniens uel conferens apoſtematibus, & inflationi, & uuæ, & ulceri nigro, & ueſicis accidentibus in oculo, & pluribus ægritudinibus eius.

Ad albuginem oculi.

Alchohol autem quo uſus eſt Ebinus monachus ad albuginem quæ erat in oculis ſuis: & omnes medici conuenerunt quòd non ſanaretur. & poſui ipſum ei, & conualuit uſque ad triginta dies. *Modus alchohol.* R. ſpumæ maris quæ natat ſuper aquam, ſtercoris lacertæ, ſachari, maſſa cumię, baurach, omnium partes æquales, terantur, & cribellenrur, & ſumatur ex memirẽ media uncia, teratur, & decoquatur cum lib. aquę, donec cõſumetur medietas, & colerur, & imbibatur cum hac aqua in marmore. deinde continuetur cum contritione in ſole diebus aliquor, donec cõſumatur aqua. deinde fiat puluis. hoc enim eſt ultimum, & ſecretum magnum.

C

Ad conſeruandum ſanitatem oculi alchohol.

Alchohol autem quod conſeruat ſanitatem oculi, Montee amice, ego uſus ſum ad ſanitatem amicorum meorum. & nulli qui eo uſus eſt, accidit nocumentum in oculis ſuis dum remanſir. & ipſum quidẽ conueniens eſt omnibus hominibus propter ſubtilitatem ſuam. *Modus alchohol.* R. alchoroniæ & eſt thucia Inda, antimonij, hæmatitis, rubiẽ, & eſt ſepia abluta, & ſir marina, nec aduratur, thuciæ, æris combuſti, corticum æris, aloes, folij, croci, omnium ana partem unam. i. piperis, macropiperis, ſalis ammoniaci, omnium ana partem mediam, margaritarum minutarum, myrobal. Kebulorum, ſpumæ maris, cadmiæ aureæ, ſachari, muſci, campho. omnium ana. quartam partem, terantur, & cribellẽtur, & fricentur in marmore diebus aliquot, donec fiant ſicut atomi. hoc enim eſt ultimum.

Ad impetiginem & pruritum.

Medicina cuius deſcriptionem incepi pro Sertato, pro qua ipſe proiecit medicinas multas auarus de ea uſquequo accepir illam, & rectificaui ipſam, & curaui cum ea mulros homines ab impetigine quæ in capite, & cruribus, & baras, & pruritu, & caſu capillorum, tebal, & alopecia. & lendibus, & pediculis, & ſcabie ulceroſa, & eſt certa. *Modus unguenti.* R. gallarum, drach. iij. granorum armenij, baurach aureum. i. ſulfuris citrini aur. ij. arſenici rubri, ariſtolo. amborum ana. aur. s. ſalis ammoniaci, fruſti

D teſtudinis, fimi ueteris, amygd. amararũ excorticatarum, colocynthidis, æris uſti, uenarum citrinarum, merdaſengi, radicis capparis, foliorum fici ſiccæ, radicum cannæ ſiccarum, & ziniar, aluminis iameni, ſief memithe, mirrhæ, aloes, olibani, omnium ana. ℥. s. Kitrã. foliorum oliuæ, fellis uaccinæ. omnium ana aur. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aceto uini, donec permiſceantur. deinde leniatur cũ eo, eſt enim bonum ad tineam, & aſſafati, & ad ægritudines antiquas.

Ad uermem auris.

Ingenium in extractione uermis de aure, quod ego feci multoties. Diſtilletur in aurem quod diſtillat caro uaccina, ſcilicet quando aſſatur cum aqua almarmacur. deinde præparetur cannula cũ menſura quæ ingrediatur in aurem. & ſugatur cannula a ſuperiori parte eius uehementi ſuctione. egredientur enim uermes, ſi Deus uoluerit.

Ad extractionem aquæ cadentis in aurem.

Pro extractione aquæ cadentis in aurem ſumatur uirga iunci triangulata, & eſt planta quæ oritur ſuper flumina. & inuoluatur eius extremitas cum coto, & liniatur cum oleo. deinde intromittarur extremitas eius ſecunda in aurem cum menſura quæ poſſibilis eſt. & incẽdatur extremitas in qua eſt cotum cum igne. quanto igitur plus comburitur aqua, cadet de aure. & itera illud donec egrediatur aqua tota.

Ad extractionem spinæ de gutture. E

Ingenium in extractione spinæ, quando adhæret in gutture aut transuersatur. Elixetur frustum carnis uaccinæ, & ligetur cum chorda, & deglutiatur. deinde extrahatur extractione subtili. egredietur enim spina.

Ad dolorem auris.

Ad dolorem autem in aure factum res magis iuuatiua est ut sumantur uermes inuenti sub urceis aquæ. & decoquantur cum oleo ro. & mandragora, & distilletur in aurem postquam tepet. Quod aũt dicitur amice de ægritudinibus aurium, iã ostẽdi illud in libro de ingenio sanitatis, & in alijs libris.

Ablutio capitis cerebrum confortans.

Dico igitur, quòd quandoque accidunt naribus ægritudines, quæ prohibent ab olfactu & inspiratione. Dico ergo, quòd prohibens ab illo, non est ex ægritudine neruorum. quoniam duæ extremitates anterioris cerebri sunt similes duobus capitibus mamillarum. & sunt illæ quas diximus in eo quod præterijt de sermone nostro, quòd sunt lenes, & quòd ipsæ non numerantur in numero neruorum. complent inspirationem & exspirationem sine medicatione neruorum. & ad ipsas ascendit odor ex foramine quod est in chartilagine intra coronam. Medicinæ cuius descriptionem scripsi Costæ monacho, & fecit ipsam. & similiter scripsi descriptionem eius Kilikedeo & Festito, & excusauit eos ab omni cura. & abscindit nocumenta attracta ad caput, & confortat cerebrum, & cauterizat ipsam, & expellit nocumentum ab ipso, & separat inter ipsum & uapores & humiditates, ex quibus proueniunt coryzæ, & delet fodam. *Modus ablutionis confortans cerebrum.* Recipe salis gemmæ, salnitri combusti, spumæ maris, baurach albi, omnium ana partem unam. ellebori albi partem mediam, condisi. staphidisagriæ, sinapis, fæcis uini. i. tartari combusti, omnium ana partem unam. sulfuris. rosꝰ gallarum, sumach, alchannæ, squinanthi, ptasij, gummi arabici, olibani, gariophyllorum, xyloaloes, lycij, arsenici, aluminis, folij, spicæ, nucis muscatæ, omnium ana partem. s. terantur, & cribellentur, & soluantur in aqua saponis cõmunis partes. iiij. cum aceto uini antiqui, & conficiantur cum eo medicinæ, & percutiatur in mortario, & fit acetum bulliens quando soluis ipsum cum sapone. & fiant trochisci, sitque unus trochiscus † drach. v. & exsiccentur in umbra. Quando igitur necessarij sunt, teratur unus trochiscus, & soluatur cum aqua calida, & abluatur caput cum eo, & caueatur ne cadat aliquid ex eo in oculum, & sit natura lenis. F † al. drach. ij.

Ad fluxum sanguinis narium.

Et conquestus est mihi uir ex illis bonis de Roma, in primis quando hospitatus fui in ea. & erat quadragenarius, & erat delitiosus, teneri corporis, complexioque eius decliuis ad caliditatem & humiditatem. & hæc est complexio Romæ: quòd ipse fluxum sanguinis narium patiebatur superfluum. Et medicati fuerunt ei multi medicorum, & non contulerat eorum medicina. Composui ergo ei hanc medicinam, cuius descriptionem acceperam a patre meo, & iuuaui eum statim. & ego quidem permutaueram me a domo eius, sed ipse permutauit me ad eam. & hæc fuit prima domus in qua quieui. *Modus medicinæ ad fluxum sanguinis narium.* Recipe chartæ Indæ. i. de papyro, cucurbitæ siccæ combustæ, atramenti uiridis combusti, olibani, opij, aluminis usti, omnium ana drach. i. terantur, & puluerizentur, & cribellentur super ellychnium quod submersum sit in aceto, & supponatur in nares ex eo de foris. & ponatur super tempora & frontem lutum armenum tritum, confectum cum aceto. & ligentur stricte manus, & pedes, & duo adiutoria cum ligamentis, & testiculi etiam. & sugatur cum uentosis supra hepar sine incisione & super splenem. & cephalica phlebotometur ex parte sanguinis. & embrochentur pedes cum aqua calida, ut attrahatur sanguis ad inferiora. & dormiat supra dorsum suum. & fundatur super faciem eius aqua frigida cum aceto. hoc enim est secretum magnum. serua igitur ipsum. Hæc quidem medicina abscindit sanguinem a quocunque membro. & si submergantur in ea pili leporis carminati, erit mirabilis. G

Ad mollificationem linguæ. H

Et conquestus est mihi uir senex mollis corporis de mollificatione in lingua sua, & fuit de quadam uilla ex uillis Romanis. Composui igitur ei hanc medicinam, & sanatus est usque ad paucos dies, qui fuerunt minus tribus septimanis. *Modus pilularum ad accidentia phlegmatica.* Recipe albotiz, opopanacis. altit dulcis, nucis muscatæ, omnium ana partem unam. terantur donec fiant sicut pasta. & fiant sicut cicer pilulæ. & ponatur sub lingua una post unam, & sugatur, & assiduetur gargarismus cum sinapi. & balneatio cum aqua non dulci. & sanatus est.

Ad nauseam, & malitiam digestionis, & combustionem in stomacho, & retentionem vrinæ.

Et conquestus est mihi uir quadragenarius, cuius complexio erat decliuis ad caliditatem & siccitatem (fuit in Alexandria regione) de nausea, & malitia digestionis, & combustionis in stomacho, & retentione urinæ. Composui igitur ei hanc medicinam, & iuuatus est ea statim. *Modus sirupi de fructibus.* Recipe succi basilici, succi granati dulcis, & succi granati acetosi, aquæ tamarindorum, aquæ casiarum, aquæ citrulorum, aquæ melonum, aquæ cydoniorum, omnium ana lib. i. rob uuæ uere dulcis, & est carenum, lib. iiij. decoquantur donec fiat ei spissitudo eius malitiam securans. i. ne putrefiat. & sumatur de ea omni die cochlearium unum cum aqua frigida.

Ad

A

AD debilitatem stomachi, & uomitum, & solutionem uentris.

Rob de fructibus conferens debilitati stomachi, & uomitui, & solutioni uentris superfluæ, & angustiæ, & adustioni quæ fit in stomacho. Composui quidem hanc medicinam Ruso propinqui temporis, qui fuit Persa. Cuius permistio. Recipe granati acetosi, cydoniorum, amborum ana. xx. numero, pirorum, iuiubarum amborum, ana. c. numero, sumac aur. xl. granorum myrti, centaureæ, terantur omnia, & ponantur in uase bireno. s. lebete, & fundatur super illud aquę. xx. Kist. & decoquatur decoctione bona, & exprimatur fæx & proijciatur. & sumatur lib. tres mellis, & ponatur ipsum cum illa aqua, & accendatur sub ea ignis donec fiat sicut mel spissum, & coletur, & reponatur. cuius dosis sit cochlearium unũ cum aqua frigida.

Ad febrem adustam, & sitim, & adustionem in stomacho.

Et conquestus est mihi uicenarius adolescens de febre adusta, & siti, & de adustione in stomacho. Composui ergo ei hos trochiscos. *Modus trochiscorum fe. adusta.* Recipe seminis citrulorum excorticati. se. portulacæ, liquiritiæ decorticatæ, omnium ana. ʒ. viij. tragacanthæ. ʒ. iiij. terantur, & molliantur, & conficiantur cum mucilagine psyllij, & fiant inde trochisci, sitque omnis trochiscus. ʒ. i.

Ad febrem tertianam trochisci.

B Trochisci boni quos ego sum expertus, & quos composui uiro ex bonis, qui habebat fę. tertianam & medietatem quotidianæ, & iuuatus est ex eis cito iuuamento ueloci ad fe. tertianam, & feb. incensiuã, & febribus permistis calidæ causæ, & sunt nobilis quantitatis. serua ergo eos. *Modus trochiscorum febris tertianæ.* Recipe rosarum. drach. xx. spodij. ʒ. v. amyli. ʒ. iij. tragachãtæ. ʒ. ij. croci danich. ij. terantur & cribellentur, & conficiantur cum aqua, & fiant inde trochisci. sitque omnis trochiscus. ʒ. i. & sumatur in potu cum aqua & syrupo acetoso.

Ad stricturam anhelitus, & dolorem stomachi, & dolorem duorum laterum, & malitiam digestionis, & eructuationem acetosam, & dolorem hepatis & splenis.

Et conquestus est mihi Herodes religiosus de illis de Roma de strictura anhelitus, & dolore stomachi sui, & dolore duorum laterum, & malitia digestionis, & corruptione hystimbræ, & eructuatione acetosa, & dolore hepatis sui & splenis, & dilatatione anhelitus magna, & fuit infrigidatus ætatis quadragenarius. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est ea multum usque ad hebdomadem. *Modus syrupi iuuatiui.* Recipe scyllæ, lib. ij. z z. se. fœniculi, petrosę. anisi, pyrethri. hyssopi, se. ocimi gariophyllati, costi, asari, omnium ana. ℥. i. se. apij, piperis, cymini carmeni, omnium ana. ℥. ij. dauci, ammeos, libystici, cardamo. oĩum ana. ℥. iiij. ocimi hortulani, satureli. i. aceti acetosi Kist. i. mell. kist. ij. rob. chist. i.

C tere medicinas, & infunde eas in aceto tribus diebus, deinde coque ipsum, donec consumatur medietas aceti. deinde proijce super ipsum uinum, & coque ipsum donec consumatur quantitas medietatis uini. deinde remoue ipsum & cola ex ipso medicinas, & dimitte ipsum, donec infrigidetur bene. deinde infunde super ipsum mel despumatum, & accende ignem sub ipso donec fiat sicut mel subtile, & repone ipsum. sitque potio eius cochlear unum cum aqua frigida: & si uolueris ipsum solutiuum, tunc cibatur ex eo cochlear unum cum aqua tepida, & duobus danich scammoni. est enim mirabile.

Ad frigus stomachi, & corruptionem eius.

Et conquestus est mihi uir qui erat in ætate & complexione sicut ille qui præcessit ante hunc. composui ergo ei hanc medicinam ad frigus stomachi eius, & ad corruptionem eius, & ad malitiam hystimbrę eius, & feb. quartanam quæ erat a putrefactione phlegmatis, propter debilitatem quæ euenerat in corpore eius, & in manibus eius, & ipsius renibus. *Decoctio ad feb. quartanam.* Recipe uini antiqui boni odoris albi lib. iij. mellis lib. j. zingiberis. ℥. v. heyl. cardamomi, omniũ ana. danich. ij. & s. croci. ʒ. ij. musci, piperis, macropiperis, omnium ana. danich. i. & s. terantur, & cribellentur, & pulverizentur super syrupum, & dimitte eum in Sole diebus multis. deinde utere ex ipso cochleari. i. cum aqua frigida.

Ad corpus infrigidatum, & humectatum, & alia multa.

D Et conquestus est mihi uir infrigidati & humectati corporis, mutati coloris ex fluxu sanguinis superfluo, qui accidit ei propter syncopẽ & frigus in hepate suo, & suo corde, & debilitate in suo stomacho, & corruptione in uenis suis, & solutione uentris superflua, & uomitu multo. Composui igitur ei hanc medicinam sublimem. *Modus confectionis.* Recipe costi, folij, calami aromatici, gariophyllorum electorum, omnium ana. ℥. ij. casiæ ligneæ, salis romani, amborum ana. vnc. i. galliæ, acaciæ, foliorum ro. spodij, fausel, †thuris masculi, omnium ana. vnc. s. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum rob cydoniorum, & reponatur, & sumatur ex ea ad magnitudinem nucis quando necesse fuerit. est enim ultima primaria ualde.

†al. piperis uitalis.

Ad tristitiam, & cogitationem, & debilitatem, & angustiam.

Et conquestus est mihi uir adolescens ex filijs regum (& erat teneri corporis, & delitiosus) de debilitate nimia, & subtilitate eius, & angustia, & tristitia, & cogitatione. & erat cõtinens nos aer autumnalis corruptus, alteratus. & locus in quo conuenerat, erat horizon ciuitatis Lucæ, super cuius aerem uincebat caliditas & humiditas. Composui ergo hanc medicinam, & exiuit ab ægritudine sua uelociter. *Modus confectionis magnæ.* Recipe se. ocimi, buglossæ siccæ, foliorum propriæ mentæ siccæ, lapidis lazuli adusti abluti, margaritarum paruarum tritarum, Karabi marini abluti, coralli albi, lapidis armeni, se-

tæ

tæ combuſtæ,omnium ana drach.x.galliæ,ſpicæ indæ,myroba.epithymi Cretenſis,cinnamomi,thuris E
maſtiches, zedoarię, doronoci,been albri & rubi,folij,cardamomi,gariophyll.electorum,uſneæ,caſto
rij,liquir.excorticatæ,croci,ſe.lactucæ,ſe.hyoſcyami,ozanorſi.i.ſquināthi,mandragoræ, xyloaloes bo
næ,pæoniæ,rauedſceni,ſe.armel,nucis muſcatæ,darſeſſaham,carnub , feliniafelias.i.agni caſti, ſe.co-
riandri,ana. ʒ.v.limaturæ argenti. ʒ.iiij.limaturæ auri. ʒ.s.camphoræ. ʒ.i.roſarum,ſpodij,amborum ana
drach.vij.muſci aur.i.terantur omnia,& cribellentur,& leniantur cũ unc.i.olei. ro. & quarta.unc. olei
balſami,& adiungatur ei tantum ſacchari triti & cribellati,quantum ſunt omnes medicinæ .& confi-
ciatur totum cum miua,& reponatur ſex menſibus in primis.& ſumatur ex eo omni die ſicut abunda-
chari aſſidue.

Ad tuſsim,& ad aſthma.

Et conqueſtus eſt mihi uir quinquagenarius,cuius complexio erat æqualis,decliuis ad caliditatem
& humiditatem,craſſi corporis:& erat regio eius multorum uentorum meridianorum,de tuſſi,& anhe
litu latitudinis,& aſthmate antiquo.Compoſui ergo ei hanc medicinam,& iuuatus eſt ea in hebdoma
de una. *Modus medicinæ.* Recipe hyſſopi ſicci,ocimi, capilli ueneris,praſij , liquir. decorticatæ om-
nium ana.drach.vi.funde deſuper menſuram ſacraiati unius de aqua,& coque ipſam donec perueniat
ad medietatem:deinde cola,& funde ſuper ipſam cochlear.i.mellis:deinde da ei in potu. F

Ad ſputum ſanguinis,& ſolutionem uentris.

Et conqueſtus eſt mihi Ieſas,qui erat ex Armenis de ſputo ſanguinis , & uentris ſolutione : & erat
adoleſcens trigenarius,extenuati corporis,& calidi,& eius regio calida ualde. Compoſui ergo ei hāc
medicinam. *Trochiſci nobiles.* Recipe carabi marini aduſti,acaciæ ablutæ,gummi arabici,ſpodij,ro-
ſarum,therathir,omnium ana drach.x.opij,drach.i.maſtiches,drach.iij.coralli, drach.iiij. terantur , &
cribellentur,& conficiantur cum mucilaginibus granorum cydoniorum, & fiant trochiſci. ſitque om
nis trochiſcus eius drach.i.Cuius doſis ſit trochiſcus unus cum aqua frigida apud ſomnum: & ſi dimi-
ſeris hos trochiſcos donec aggregentur partes eorum diebus aliquot, erunt completiores ad opera-
tionem ſuam.

Ad retentionem menſtruorum,& multa alia.

Et conqueſta eſt mihi mulier cuiuſdam amicorum eorum,quæ erat ex ſapientibus mulieribus:& pe
pererat,& retenta erant ei menſtrua,& minoratum fuerat lac eius:& acciderat ei ſputum ſanguinis,&
ſaniei,& tuſſis,& anhelitus dilatatio.Compoſui ergo ei hanc medicinam,& iuuit eam. *Modus electua-
rij.* Recipe ſucci praſij unc.vj.boni uini unciam unam,mellis unciam unam:piperis albi,thuris,myr-
rhæ,omnium ana drachmam unam:coniungatur aqua praſij,& uinum in olla,& coquantur donec con G
ſumantur duæ partes tertiæ.& tunc proijciatur ſuper ipſum mel:& accendatur ſub ea ignis donec coa
guletur,& fiat ſicut mel.terantur ergo medicinæ & puluerizentur ſuper ipſum: deinde miſceatur ſuper
ipſum,quando igitur permiſcentur,tunc repone ipſum in uitreato: & lambat ex eo infirmus cochlea-
rium.i.ieiunus.iuuata eſt ergo hac medicina in ſpacio breui .

Ad ſputum ſanguinis,& ſolutionem uentris,& ſanguinis.

Emplaſtrum quod ego compoſui:& ponitur ſuper pectus,& abſcindit fluxum ſanguinis: & ſuper ip
ſum ſtomachum ex ſolutione uētris:& ſuper caput ex fluxu ſanguinis narium.Cuius permiſtio. Reci-
pe myrrhæ,thuris,aloes,omnium ana. ʒ.iiij.balauſtiorum,ſanguinis draconis,acaciæ,ſief memithe,*ſe
luzaharagi,& loco eius chohol caubē,omnium ana. ʒ.viij.opij,radicis ſpicæ,hyoſcyami, omnium ana.
ʒ.iij.aluminis abluti,*lacunæ ſigillatæ , atramenti omnium ana. ʒ.ij.ſumach,gallarum,granatorum ſum *al.fellis zaharagi.
mitatum, ſcilicet balauſtiorū, omniū añ. ʒ.vj.tere illud,& cribella ipſum cum cribello ſubtili , & confi- *al.laccæ.
ce ipſum cum uino paſſularum bono,aut cum aceto uini permiſto,donec fiat ſicut mel ſpiſſum : deinde
line ſuper pectus ex ſputo ſanguinis:& ſuper caput ex fluxu ſanguinis narium:& ſuper omnem locum,
ex quo egreditur ſanguis:& line ipſum ſuper ſtomachum ex ſolutione uentris:& hoc ultimum eſt in eo
quod diximus:ſerua ergo ipſum . H

Ad uentoſitatem uentris,& apoſtema in hepate,& hydropem.

Et conqueſta eſt mihi mulier de uentoſitate in uentre ſuo , & apoſtemate in hepate ſuo in ſuperio-
ribus eius,& inceptione hydropis:& erat mulier tricenaria,aut quaſi tantum: & erat cauſa eius retētio
menſtruorum,& erat uincens continens nos aer calidus,& humidus. Compoſui ergo ei hanc medici-
nam,& iuuata eſt ea uſque ad.xxx.dies. *Confectio,quæ prouocat menſtrua,& expellit uentoſitatem.* Recipe
eupatorij,ſpicæ,corticum caſiæ ligneæ,croci,ſeminis apij montani,& domeſtici, liquir.ſquinanthi, car
pobalſami,rubiæ omnium ana. ʒ.iiij.reuetſeni. ʒ.iij.maſtiches,laccæ quæ non eſt operata,ſpodij,roſarū
rubrarum,ariſtolo.omnium ana.aur.i.terantur omnia,& cribellentur, & conficiantur cum melle deſpu
mato,de quo ſumatur omni die pondus. ʒ.ij.

Ad icteritiam nigram.

Et conqueſta eſt mihi mulier religioſa,quam extenuauerat religioſitas & abſtinentia, de icteritia ni
gra multum apparēte:& erat corporis macri , quæ iam tranſierat.l.annos: & erat tempus autumni : &
erat eius regio romana,in diebus in quibus ego fui ibi. Compoſui ergo ei hanc medicinam : & acce-
pit ex ea aur.i.& exiuit ex ægritudine ſua exitu bono. *Medicina ad extrahendum melancholiam.* Recipe
aloes pondus drach.vij.maſti.drach.viij.agarici,polypodij,cartami. epithymi , omnium , ana, pondus
drach.

A drach.ij.folij, caſiæ ligneæ, ſpicæ, omnium ana drach.ij.terantur,& cribellentur, & conficiantur cum melle deſpumato:ſitque doſis eius aur.i.cum uino,ſi non fuerit febris.

Ad icteritiam citrinam.

Et conqueſtus eſt mihi uir tricenarius,qui erat monachus bonus.multæ lectionis in libris,& erat ea leſactus de icteritia citrina multum apparente.Compoſui ergo ei hanc medicinam,& iuuatus eſt ea uelociter. *Medicina ad extrahendum choleram.* Recipe amygdalarum amararum, amygdalarum dulcium, ſpodij,folij,roſarum,abſinthij,maſtiches,ſpicæ,aniſi, omnium ana. ʒ.iiij. ſeminis ſcariolæ drach.x.coriandri ſyluestris,drach.ix.aloes,drach.vj.terantur, & cribellentur,conficiantur cum uino.Et ſit doſis omni die drach.ij.pondus.

Ad duritiem ſplenis,& apoſtema in hepate,& aquam citrinam,& dolorem ſtomachi,& renum,& tuſsim cum icteritia.

Et conqueſtus eſt mihi uir ex amicis meis ex bonis religioſis de duritie in ſplene ſuo, & apoſtemate in hepate ſuo,& aqua citrina,& dolore in ſtomacho ſuo,& dolore renũ,& ex tuſſi cum icteritia. Compoſui ergo ei hanc medicinam *Confectio ad ægritudinem uentris,uel uacuitatis.* Recipe ſpicæ Indæ,coſti,
B corticum caſiæ ligneæ, omnium ana pondus drach.ij.fœniculi drach.iij.piperis,ſeminis apij, acori,andachocæ,ireos,xylobalſami,omnium ana drach.iiij.uenarum cappar.drach.v.paſſularum mundatarum a granis ſuis, drach.x.terantur donec fiant ſicut medulla: & terantur medicinæ, & cribellentur, & conficiantur omnia cum melle deſpumato: & ſumantur ex eo omni die.drach.iij. cum aqua capparum, & calaminthes, & ſecaniabin pauci aceti. iuuatus eſt ergo ea iuuamento manifeſto in ſpacio paruo.

Ad duritiem ſplenis,& hepatis emplaſtrum.

Emplaſtrum conferens duritiei ſplenis & hepatis.Recipe ammoniaci,bdellij,ireos,ſepi uaccini,omnium ana drach.†x. ficus, thuris, opopanacis,galbani, omnium ana drach.viij.piperis.c.&.l. grana, ceræ, picis ſiccæ, amborum ana drach.xx.aluminis iameni,ſulfuris, myrrhæ, omnium ana drach. x.pyrethri,radicum capparis,amborum ana drach.v. uiſci, ariſtolochiæ, croci, cordumeni, amomi, olei nardini, omnium ana drach.iij.terantur bene cum aceto, & conficiant̃ cum eo donec permiſceantur: & liquefiat cera, & permiſceantur omnia terendo in mortario, donec fiat corpus unum, & ponatur ſuper ſplenem.

†al.xvj.

Ad febrem quotidianam,& fluxum uentris,& teneſmon,& tuſſim.

C Pilulæ quas ego compoſui uiro oratori,qui habebat quotidianam, & fluxum uentris ſuperfluum, & punctionem, & teneſmon uehementem, & tuſſim:& iam erat deſiccatus:& deſperauerat ſe, & ſperauerat mortem. iuuatus eſt ergo his uice una: quarum permiſtio hæc eſt. Recipe caſtorij,myrrhæ, amborum ana aur.i.&.s.ſeminis hyoſcyami albi.drach.iij.ſeminis apij.drach.viij.tere illa.& confice cũ uino, & fac inde pilulas ſicut piper, & ſicca eas. ſitque doſis eius grana.v. cum rob myrti, & aqua. Inquit Gal.non eſt nobis neceſſarium rememorari in hoc libro radicum ægritudinum, quoniam iam eas diximus in alijs libris. hunc autem librum non fecimus, niſi ad deſcriptionem propriẽ: & quamuis nos confortemus per ipſum rationes empiricorum, tamen quando ego cogito, ratione certa agnoſco,quia eſt unum de ſecretis medicinæ,& theſaurus ex theſaurus eius. & omnem*medicinam eius iam expertus ſum uicibus multis in eo, qui aptus,& cui conuenit: & eſt conueniens * complexio eius.

*al.modum.
*al. cõplexioni.

Ad dolorem ani,& teneſmon,& uentris ſolutionem,& punctarum.

Ellychnium quod ſupponitur in ano,& efficit opus pilularum,immo melius. Recipe myrrhæ,thuris,maſtiches,croci,omnium ana partem unam: terantur, & cribellentur,& conficiantur cum uitellis ouorum,aut cum ſucco aleſinis.i.pſyllij: & fac inde,quod ſit ſimile glandi, & pone in uno quoq; eorũ
D filum.Quando ergo facis illud.inunge ipſum ante oleo roſato, & pone ipſum in ano, & præcipe ut teneat ipſum nocte tota.Quando igitur uoluerit extrahere, trahat filum, & extrahat ipſum. hæc autem medicina eſt ſublimis ad dolorem ani,& teneſmo ſanguineo, & ſolutioni uentris, & puncturæ. Scias ergo bonitatem eius.

Ad colicam,& uomitum,& dolorem ſtomachi.

Medicamen ad colicã,quod compoſui adoleſcẽti tricenario,cui acciderat colica, quæ dicitur ileos, & uomitus,& exiccatio fortis,& dolor ſtomachi.Cuius permiſtio. Recipe myrobalanorum citrinorũ, & nigrorum,maſti.aniſi,ammeos,ſeminis apij,corticum*thapſiæ, medullæ ſeminis, cartami, omnium ana partem unam,ſalis Indi,partem.s.aloes ſcotrenſis ad pondus omnium medicinarum: terantur, & cribellentur,& conficiantur cum aqua foliorum citri humidorum,& fiant inde pilulæ. ſitque doſis eius aur.ij.cum aqua calida ante cibum.eſt enim bonum ad digeſtionem cibi.& lenit uentrem. & ad colicã, & uentoſitatem,& dolorem dorſi,& crudum humorem.

*al.caſiæ ligneæ.

Ad lapidem renum.

Et conqueſtus eſt mihi uir de lapide,quem habebat in renibus ſuis,& quandoque exierat in urina.& narrauit quia egeſſit eum. hoc autem longinquum eſt:uerũtamen ego audiui,quòd Archigenes in quibuſdam libris dixit hoc:ſed * neſcio cauſam eius.Compoſui ei hanc medicinam, & iuuatus eſt ea uſq;

*al.dixi.

ad.xxx.dies. *Confectio ad lapidem.* Recipe ariſtol. dauci,floris ſquinanthi,carpobalſami,ſpicæ,croci, E
meu,phu,apij,caſiæ,chamedryos, ſcorodi,ameos,praſij,dragagãthi,enulæ,ireos,origani mõtani,catui,
ſeſeleos,corticum radicum cappar. gariophyllorũ,cymini,ſeminis fœniculi,ſcillæ aſſatæ, ſinapis, myrrhæ,ſeminis erucæ,condiſi,omnium ana partem.i.pinearum decorticatarum ex cortice ſuo , quantum eſt pondus omnium: terantur , & cribellentur, & conficiantur cum melle deſpumato. ſitque doſis eius omni die drach. iij.

Ad debilitatem coitus , & dolorem ueſicæ , & lapidem ,
& dolorem in utriſque lateribus.

Et conqueſtus eſt mihi adoleſcens teneri corporis ex filijs regum philoſophorum ex amicis meis, de coitu,de ueſica,de dolore in ea, & lapide , & de dolore in utriſque lateribus . Compoſui ergo ei hanc medicinam , & iuuatus eſt ea uelociter. *Confectio ad coitum.* Recipe pinearum excorticatarum de cortice ſuo libræ unius quartam , medullæ ſeminis melonum , medullæ ſeminis cucurbitæ. been ru.& citrini, ſeſami decorricati, galangæ, zingiber , ſeccacul , ſeminis alphagdis, ſepi ſcinci, omnium ana drach. x. ſeminis urticæ,ſeminis ſinapis, ſeminis cepæ albæ,aniſi, ſeminis papaueris albi, liquir.decorticatæ,ſeminis bauciæ,omnium ana drach. vij.penidiorum quantum eſt pondus omnium.
terantur,& cribellentur,& conficiantur cum melle deſpumato, & accipiatur ex ea mane, & apud ſom- F
num quantum eſt nux.& præcipe ei ut fiat hoc ſibi cibarium diebus quibus accipit confectionem. Recipe bauciarum mundatarum ex uenis ſuis & cortice ſuo medietatem libræ.elixetur ergo donec diſſoluatur.& proijciatur in ea oleum omphacinum & mel.formentur cum uitellis.v.ouorum.& quandoque decoquuntur cum eo paſſeres.& coloretur cum croco & zingibere.& aromatizetur cum muſco.

Ad ſatyriaſim.

Medicamen cui non eſt ſimile ſuper terram in ſatyriaſi,& eſt uelocis ſanationis.Cuius permiſtio. R. olei ſambucini uel de zambach.i. de ieſemino libram unam . formicarum habentium alas mille . nemereſin unam & eſt fœmina parua uulp̃. que in Sabano moratur . cum formicis miſceantur . & inungatur cum hoc unguento mirach , & duo teſticuli , & uirga , poſtquam ſuſpenditur in Sole duabus hebdomadibus.

Ad dolorem teſticulorum, & apoſtema, & uentoſitatem in eis.

Et conqueſtus eſt mihi uir ex bonis religioſis ex amicis meis de apoſtemate in teſticulis, & ramice,& uentoſitate in eis , & dolore eorum. Compoſui ergo ei hoc emplaſtrum , & iuuatus eſt eo iuuamento magno . Cuius permiſtio. Recipe maſtiches, ſetæ, thuris, ſarcocollæ, omnium ana.drach.
vi.terantur , & cribellentur , & incorporentur cum uino, & liniatur ſuper apoſtema. & annectatur ſu- G
per ipſum corum , & dimitte ipſum donec exſiccetur . deinde accipe pannum , & liga duo oua ad duas ancharum pyxides.

Ad pruritum teſticulorum.

Ad pruritum in duobus teſticulis,ſumantur ceruſæ drach.vi.ſulfuris citrini.drach.ij. opij.ʒ.i. terantur omnia cum aceto uini permiſto cum aqua, & pone ipſum tribus uicibus.

Ad apoſtema teſticulorum .

Et ad apoſtema in duobus teſticulis,ſumantur ciceris partes.ij.altheæ pars.i.terantur cum aceto, & liniantur ſuper apoſtema.eſt enim bonum.

Ad dolorem iuncturarum.

Et ſcripſi ad Glauconem philoſophum,qui erat ex bonis & puris amicis meis . & erat eius ætas adoleſcentia.& erat teneri corporis delicatus. & ipſius regio Beneuentum . inuaſeratque eum dolor iuncturarum, & carnium quæ ſuper dorſo in directo ancharum ſunt,& podagra,& dolor ancharum.Compoſui ergo ei hanc medicinam,& eſt una ex illis quam accepi ab Archigene.& addidi in ea, & rectificaui eam.iuuatus eſt ergo ea uſque ad.lxx.dies,& non redijt ad ipſum.& eſt ſecretum magnum ex ſecretis medicinæ. *Pilulæ ad dolorem iuncturarum.* Recipe myrobalanorum Kebul.& indorum. & corticũ H
cucumeris aſinini . *buzaram,loco cuius ponitur zingiber,colocynthidis interioris , ſalis indi,hermo- * al.zedoariç.
dactylorum,aloes ſcotrenſis, omnium ana.drach.i.ſagapeni,drach.ij.terantur,& puluerizentur,& conficiantur cum aqua foliorum Kekengi,& aqua albuzaran.& fiant pilulæ ſicut piper , & deſiccentur in umbra,& bibatur ex eis omni nocte tertia drach.iij.cum aqua calida . Et ſumatur poſt illud hæc medicina,cuius modus eſt. Recipe buzidem.i.ſatyrionis partem.i.hieræ picræ partes.ij.terantur , & cribellentur,& conficiantur cum melle.& bibantur ex ea drach.iij.

Ad iſchiadem .

Et conqueſtus eſt mihi uir ex una uillarum romanarum , ſupra cuius aerem erat uincens humiditas, & uincens ſuper complexionem uiri ſimile illi de iſchiade. purgaui ergo corpus eius ſemel cum hac medicina . & excuſaui ipſum a cauterio & unguento . *Medicina ad iſchiadem .* Recipe hermodactylorum , turbith carnoſi , buziden.i. ſatirij , ſanæ medullæ ſeminis cartami , pulpæ colocynthidis , medullæ ſeminis citruli, omnium ana.drach.i.terantur,& cribellentur,& conficiantur cum butyro & melle . & eſt hæc potio una.

Ad humorem crudum lapidoſum, & mollificationem crurium, & debilitatem corporis.

Et cõqueſtus eſt mihi Abyn,qui erat *exſiccatus,cuius erat ætas adoleſcẽtia,mediç habitudinis,delicatus, * al.ex ſiccatis

A licatus, de humore crudo lapidoso. qui faciebat eũ sedere, & mollificatione crurium suorum, & debilitate corporis sui, & stupore in utrisq;. Composui ei hanc medicinam. & usus est ea per mensem, & rediit ad sanitatem suam naturalem. *Medicina ad humorem crudum.* Recipe myrobal. kebu. & emblicorum, & indorum. & satureiæ, ammeos, opij, origani persici, hermodactylorum, turbith gummosi in duabus extremitatibus, omnium ana drach. i. buzaran, loco cuius ponitur zingiber, drach. ij. senæ arabicæ lib. i. tertiam. spicæ, hehel, amomi, omnium ana. drach. viij. cinnamomi, neremisch, piperis, macropiperis, spodij, ro. salis naptici, omnium ana. drach. iiij. nasturtij. unc. s. salis ammoniaci aur. i. acori. drach. iiij. berengi, doronici, zedoariæ tertiam aur. i. terantur, & cribellentur, & leniantur cum butyro uaccino, præparato cum clissusia tritici. i. simila, donec eijciat. ipsum. & adiungatur media libra penidiorũ, & conficiatur cum melle despumato. & sumatur ex eo omni die. ʒ. s. cum aqua in qua decocta est acorus. & utatur hoc oleo. est enim ultimũ in ægritudinibus iuncturarum, & mollificatione earum, & corruptione complexionis earum, & ipsarum dolore. *Oleum probatum cuius permistio.* R. costi, carpobalsami. corticis casiæ, omnium ana. ʒ. xxx. calami aro. buzaran, loco cuius ponitur zingiber, abrengi, loco cuius sagapenum, omnium ana. ʒ. xx. macropiperis. ʒ. vij. cordumeni, zingiberis, staphidis agriæ, omnium ana. ʒ. vi. cyperi. ʒ. xi. ucnarum squinanthi, ireos, amborũ
B ana. ʒ. xij. cyperi, blactæ byzantiæ, foliorum myrti, sampsuci, omnium. ʒ. x. tere medicinas contritione crassa, & infunde eas in uino boni odoris, secundum mensuram qua cooperiat eas, die ac nocte, & pone ipsum in olla, & infunde super eam ex aqua quantum est mensura uini. deinde infunde super illud oleum sesami, & oleum lentiscinum, de unoquoq;. x. asacraiati, deinde accende sub ipsa ignem lentum quantitate. viij. horarum. deinde tolle eam ab igne, & permitte illud infrigidari. & funde oleũ ab aqua. deinde accipe in decoctione eius secunda, asari spicæ, amomi. ana. ʒ. x. folij. ʒ. vi. myrrhæ unc. i. tere omnia, & infunde ea die ac nocte. deinde cola eam in ollam, & funde super eam oleum. sitque olla in qua decoques uice prima & secunda & tertia, olla limpida, in qua ponantur medicinæ & oleum, & accipe ollam magnam a loco *masiam, et funde in eam aquam, deinde pone ollam in qua sunt medicinæ & oleum in concauitate eius. & accende sub ea ignem lentum, donec decoquatur oleum, & medicina per calorem aquæ. Quando ergo decoxeris ipsum secundum terminum quem narraui, & peruenerit ad finem, remoue ipsum ab igne, & permitte ipsum infrigidari. deinde cola ipsum oleum, & coque ipsum tertio. & accipe gariophyl. blactæ byzantiæ. nucis muscatæ, omnium ana. ʒ. iiij. bdellij. ʒ. iij. mellis, styracis calamitæ. ʒ. xxx. olei balsami. ʒ. s. † tere medicinas siccas, & infunde eas in uino die ac nocte. deinde cola eas in ollam. & funde super eas oleum. & accende ignem sub eis secundum quòd narraui tibi.
C deinde cola oleum, & repone. ipsum enim est ultimum in ægritudinibus iuncturarum. & in læsione fiat inunctio ex eo, & bibatur. soluit enim naturam, & extrahit humorem crudum. & confert colicæ, & ægritudinibus uiscerum.

[* al. maraziã.]
[† al. vn semis.]

Ad caninum appetitum, & singultum, & eructuationem acetosam.

Electuarium dia trion pepereon quod ego composui Hedino, qui fuit ex bonis, & erat intra Romam, & erat septuagenarius. conquestus est de frigore in complexione. & humiditatibus superfluis, & canino appetitu, & singultu, & ructu acido. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuatus est in hebdomade. cuius permistio. R. piperis albi, piperis nigri, macropiperis, omnium ana quartam libræ, xylobalsami. ʒ. i. spicæ, amomi, amborum. ana. ʒ. iiij. se. apij, zingiberis, seseleos, keisim, casiæ mundatæ, enulæ, asari, omnium ana. ʒ. iij. tere omnia, & cribella. & confice cum melle despumato, & repone ipsum. & sumatur ex ipso quantum bundacha.

Ad tremorem cordis, & inquietudinem, & cogitationem.

Syrupus quem composui Demicrathi, quæ est mulier bona, multi ieiunij: cui accidit tremor cordis, & inquietudo, & cogitatio, & stoliditas, & mentis ablatio. & quandoque egrediebatur a ratione sua. & erat quadragenaria, constrictæ carnis albæ. cuius permistio. Recipe buglossæ exsicca-
D tæ, foliorum rosarum, foliorum citri, foliorum ocimi citrati, capilli ueneris, ocimi gariophyl. omnium ana. hosmatum. i. quod est quarta libræ, & tria grana malorum mandragoræ incisorum. ʒ. viij. frustum panis, karabe contriti, setæ crudæ incisæ, lazuli lori, abluti, contriti, nucis muscatæ contritæ, zedoariæ, doronici, been albi & rubri, sandalorum al. & rubrorum, margaritarum minutarum, coralli, spodij, berberis, xyloaloes boni, crudi, masti. thuris masculi, omnium ana. aur. i. terantur, & decoquantur omnia in. xiiij. libris aquæ fontis, donec consumantur duæ tertiæ, & comprimatur manibus pannus in quo sunt species, & colentur, & aggregentur duæ libræ aquæ cum. x. libris boni uini, & x. libræ mellis despumati. & coquatur, donec fiat spissitudo. & infrigidetur, & aromatizetur cum. ʒ. i. musc contriti. & bibatur septimanis. iiii.

Ad tremorem cordis linimentum.

Linimentum ad tremorem cordis. R. thuris ro. xyloaloes. gariophyl. spodij, sandalorum rubrorũ, karabe marini, sandarachæ, omnium ana. ʒ. i. aluminis iameni. ʒ. s. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua ro. aut cum aqua malorum, & ponatur super cor & stomachum. est enim ultimum.

Ad dolorem hepatis, & splenis, & multa alia.

Et conquesta est mihi mulier deuota magnæ quantitatis nobilis (cuius complexio decliuis erat ad caliditatem. & eius anni. xl. erant,) de dolore stomachi, & hepatis, & splenis, & duritie in uentre, &

apostemate,& inceptione hydropis,& dolore amborum renum,& pulmonis,& amborum laterum, & E
uesicæ,& matricis,& dolore in omnibus membris suis,& sputo sanguinis,& pleuritide. Composui ergo ei hoc emplastrum.Cuius permistio. Recipe ceræ.helkalimbat.i.terebynthinæ,bdellij,thuris,ammoniaci,cordumeni,fructus myrti,fructus uitis,tortellarum de seni,amomi,spicæ,croci,myrrhæ, mastiches,omniū ana.ʒ.viij.olei uiolati,olei sesamini,amborum ana.ʒ.xl.uini boni odoris quantitate qua infundatur,donec fiat emplastrum.& accipe ammoniacum,bdellium,& thus,& myrrham,& tere & in uino ea infunde,& cōtere ea,& liquefac ceram cum duobus oleis,& bulliat. quando ergo liquefiunt, depone ea desuper ignē,& tere reliquas medicinas,& pulueriza super ea,& moue ea tādiu donec permisceantur adinuicem.deinde line ea super loca in quibus durities est,& apostema,& dolor.

Ad uomitum immoderatum,& fluxum uentris.

Emplastrum quod composui mulieri religiosæ deuotæ,cui acciderat uomitus immoderatus ,& solutio uentris superflua,& fe.conclusa,& sitis,& adustio uehemens. & erat trigenaria. & erat tēpus æstiuum. Cuius permistio. Recipe cydoniorum mundatorum decoctorum cum aceto lib.i.gallię, seminis myrtæ,sumach,acaciæ,fructus uitis,myrrhæ,mastiches,oīum an.iiij.tortellarū de seni.ʒ.viij. aromatici.ʒ.i.tere illud bene donec permisceatur,& funde super illud oleū rosā.& acetum uini, & aquā ro.tali mensura quòd humectetur,& line stomachum,& iuuata est ea statim. F

Ad febrem quotidianam trochisci.

Modus trochiscorum ad febrem quotidianam quando maturatur. Quorum permistio. Recipe rosarum,spodij,eupatorij,seminis cuscutæ,berberis, seminis endiuiæ, omnium ana drach.iiij.xyloaloes traganthi,absinthij,anisi,doronici,omnium ana drach.i.terantur,& cribellentur,& conficiantur cū aqua calida , & fiant inde trochisci, quorum unus sit drach.ij.& bibatur cum syrupo acetoso.vlj.diebus , & eradicabitur.

Ad febrem tertianam decoctio experta.

Decoctio ad febrem tertianam post tres accessiones experta. Cuius permistio. Recipe terenia bin.i.semen album habens saporem mannæ,medullæ cassiæ. tamarindorum, omniū ana vnc.s.myrob. vnc.i.decoquantur cum lib.i.s.aquæ,donec consumantur duæ tertiæ,& coletur, & bibatur cum media vnc.olei sesami.ipsa enim eradicatur statim.

Ad febrem quartanam trochisci.

Modus trochiscorum ad febrem quartanam.Inquit G.iam narraui in multis librorum meorū quòd quartana quando inuadit in autumno,pertransit in uere . & quando inuadit in æstate , dimittit in vj.periodis,quando medicus est prudens.nam quando maturatur , & utitur hac medicina, tunc facit eam re G
dire tertianā.deinde medicatur tertianæ cum eo quod dixi. quare eradicatur fe.tertiana hoc regimine ante horam quam determinauerunt medici qui fuerunt ante me.Et ego quidem determinaui illud.uerum ego iam ingeniaui cum hoc,& est secretum magnum. Verumtamen nos non utimur nisi in corporibus fortibus . Quorum permistio. Recipe eupatorij , absinthij , costi , zurumbet, doronici , ammeos,aristol.scorodi,myrrhæ,euphorbij,omnium ana aur.i.aloes , bdellij, pyrethri, sagapeni , opopanacis,harmel,acori,amomi,omnium ana drach.i.infundantur sagapenum & opopanax in uino,& moueantur,& terantur medicinæ,& cribellentur,& conficiantur omnia,& fiant inde trochisci , sitque trochiscus drach.i.& bibatur cum aqua raphani.

Ad hydropem pilulæ.

Et conquesta est mihi filia Nicolai regis,& ipsa quidem monacha erat deuota. & senserat de hydrope horrida,& aqua citrina,in qua fatigati erant medicantes, & strictione naturæ,præparaui ergo ei hāc medicinā,& cōualuit usq; ad septimanas quatuor,& exiuit ab ægritudine sua egressione bona & sana.

Pilulæ ad hydropem.

Recipe spicæ indæ & romanæ,amborum ana.ʒ.iiij.agarici,aristol.amomi,croci,æris combusti , epithymi,mastiches,hyperici,costi,chamædryos,omnium ana.ʒ.ij.myrrhæ,kerse medicinalis,squināthi, H
tithymalli,omnium ana.ʒ.i.aloes.ʒ.viij.tere illud,& pulueriza ipsum:& cerne eum,et confice cū aqua, et fac de ipso pilulas,et inunge manus tuas in cilini,sitque dosis earum,ʒ.ij.cum uino misto.

Ad icteritiam sparsam.

Medicamen ad icteritiam sparsam scilicet super totum corpus,quod ego composui. Recipe euphorbij,epithymi,aloes,sulfuris,omnium ana partem.i.tere illud , et da in potu ex eo . ʒ.ij. cum aqua casei.est enim ultimum quando non est calida.

Ad icteritiam causæ calidæ.

Medicamen quod ego composui ad icteritiam calidæ causæ. R.aquam lactis caprini coagulati cum tamarindis lib.i.succi endiuiæ lib.i.succi solatri libræ quartam.aquæ absinthij humidi.ʒ.s.berberis,sandalorum al.et machoziri.i.citrini,aloes,omnium ana.ʒ.i.spodij,spicæ,rauedseni,omnium ana.ʒ.i.terantur,et cribellentur.et permisceantur omnia,et permaneant in nocte,et bibatur ex eo omni mane lib.s. colato cum.ʒ.ij.iulep.postea ponas ipsum in loco frigido,aut sumatur cum geleniabin.

Ad descensum aquæ in oculum,& uertiginem,& ischiadem.

Modus medicinæ ad descensum aquæ in oculum, quam ego composui uiro qui erat ex uiris religiosis , qui multiplicauerat comestionem hordei, et assiduationem uigiliarum. quare euenit super eum malum

A malum ex descensu aquæ in oculum suum.& acciderat ei uertigo & ischias: iuuatus est ergo & conua-
luit.& ipsa quidem confert omnibus ægritudinibus melancholiæ,& phlegmatis, & anginæ, accidenti-
bus ex crassitudine humorum.& ad morsum canis rabidi,& habentium uenenum,& præfocationi ma-
tricis.Cuius permistio. Recipe epithymi aur.x.scammoniæ,prasij,stœchados,myrrhæ,ellebori nigri
ana aur.iiij.scillæ assatæ,euphorbij,aloes,croci,gentianæ,petroselini,ammoniaci, opopanacis, omniũ
ana aur.i.polij,cinnamomi,sagapeni,myrrhæ,spicæ,floris squinanthi, calaminthes fluuialis, aristolo-
chiæ longæ, omnium ana aur.ij. teratur illud & cribelletur,& infundantur gummi in uino boni odo-
ris,& conficiantur cum melle despumato quod sufficit,& dimittatur donec antiquetur. sitque dosis e-
ius aur. iiij.

Ad inquietudinem.

Ad inquietudinem.i.guessegues.Modus medicinæ quam ego composui religiosæ mulieri, cui acci-
derat inquietudo,ut & sola loqueretur secum,& syluestritas. & medicati fuerunt ei multi medicorum
& non ualuerat eorum medicatio in ea ita,quòd iam desperauerat de se. Composui ergo hanc medici
nam,& iuuata est per eam,cuius permistio. Recipe scammoniæ,anisi,karabæ,coralli combusti,xylo-
aloes puræ,seminis coriandri sicci,margaritarum minutarum,foliorum ro.spodij, mastiches, omnium
B ana drach.iij.myrob.indorum,citrinorum,kebulorum,omnium,post mundificationem ex nucleis suis,
ana ʒ.x.turbith al.aur.xij.agarici aur.viij.zedoariæ,doronici,omniũ ana aur.ij. sachari tabarzet ad pon
dus omnium medicinarum.teratur illud totum,& cernatur cum orali,& permisceantur. de quo suman
tur.ʒ.v.in puluere,& sumantur diebus multis,& bibantur cum aqua frigida. Cibus autẽ sit illud quod
lene est,sicut pulli.& alteretur aqua cum syrupo myrtino,aut cum syrupo de rosis recentibus.

Ad obliuionem,& frigus in renibus, & dolores in iuncturis,& alia multa.

Et conquestus est mihi uir aburosus religiosus qui erat amicus mihi.& iam cõsecutus fuerat de ora
tione sua quæ alius in suo tempore consecutus non fuerat. & de ætate consecutus fuerat annos.lxx.&
erat propinquus mihi. & partes quidem frigoris iam uicerant super eum. quare acciderat ei obliuio,
& frigus intensum,& dolores in iuncturis.Composui ergo ei hanc medicinã, & iuuatus est iuuamento
sufficienti,& exiuit ab ægritudine sua usque ad duas hebdomadas. & ego quidem probaui eam in mul
tis,& inueni eam conferre ægritudinibus uesicæ & humori crudo. & sanatio eius est ex omnibus ægri-
tudinibus iuncturarum & soda,generatis ex humoribus frigidis,& quod eleuabatur ad cerebrum ex
uaporibus ab illo humore,& a tussi phlegmatica.& præparat stomachum ut coria præparantur galla.&
rectificat ipsum,& fugat uentositatem crassam ex eo,& digerit cibum,& excitat appetitum,& resoluit
C quod ex phlegmate incrassatur in stomacho.& aliquando abstergit uisum, & acuit mentem, & delet
obliuionem.& clarificat uocem,& tardat canitiem,& dissoluit podagram frigidæ causæ. & quicunque
senex utitur ea.non indiget alio in conseruatione sanitatis.

Confectio dia trion pepereon secunda.

Recipe piperis al.& nigri,macropiperis,galangæ,casiæ ligneæ,calami aro.croci, spicæ Indæ, gario-
phyll.cardamomi,carpob.asari.zingiberis,seminis myrti siccæ omnium ana partem unam. mastiches
partes.v.terantur medicinæ,& cribellentur,& conficiantur cum melle despumato, & ponatur in uase
uitreo læuigato.de quo sumatur aur.i.apud somnum.& est ex secretis magnis.

Ad dolorem iuncturarum,& complexionem corruptam.

Et conquestus est mihi Arsatus & religiosus(qui erat amicus,& erat orator. & iã consecutus fuerat
annos.lxx.& dicebatur de eo quòd nunquam irascebatur, neque contrarius fuerat alicui, & erat mul-
tæ taciturnitatis,& dilatatæ scientiæ)de dolore in omnibus iuncturis suis. & uidi complexionem eius
corruptam.& alterata erat ei mens.Præcepi ergo ei ut uteretur hac medicina. Hiera magna. Reci-
pe chamepityos,scorodi,amborum ana vnc.s.seminis apij,ammeos,hasce,agarici, omnium ana vnc.i.
D gentianæ aur.iiij.centaureæ minoris,vnc.s.myrrhæ,spicæ,calaminthes mõtanæ,spodij,petroselini, pra
sij,omnium ana vnc.ij.seminis rutæ,hyperici,hyssopi sicci,phu,omnium ana aur.iiij.chamædryos, vnc.
iij.folij,vnc.i.terantur omnia,& cribellentur cum orali,& leniantur cum.ij. vnc.olei balsami, & confi-
ciantur cum sufficientia mellis origani despumati,& repone in uase leni interius.& dimittatur sex men
sibus.ipsa nanque iuuat.hæc enim medicina est melior.Montee si sciueris mensuram eius, excusabit te
ab alijs.Ego enim uidi ipsam conferre ei.& est complexio eius sicut theriaca. Huic quidem uiro redijt
sanitas eius.deinde posui ut experirer ipsam.inueni ergo in quibusdam iuuamentum eius, quia excitat
uirtutes naturales & præcipue digestiuam.& extrahit melancholiam cum uapore.& subtiliat phlegma
& attenuat ipsum.& alleuiat exitum eius ex corpore.& refrenat choleram citrinam. & confert omni-
bus ægritudinibus hepatis & splenis.quoniam aperit oppilationem,& si profundatur in uenis, mirabi-
liter ualet.ita quòd forsitan est ex mundificatione sanguinis,& conseruat ipsum ad substantiam suam,
si fuerit seruans sanitatem.quoniam uadit in uenas & arterias.& consumit quod inuenit in eis de super
fluitatibus crassis.& mundificat meatus.propter illud frangit lapidem,& mundificat fæcem humorum
ex corpore,propter subtilitatem suæ operationis. Deinde non soluit superflue.propter suam frigidita-
tem.& eius potio integra est aur.i.cum aqua calida.

Ad maciem, & dispositionem senectutis. E

Et fuit mihi ò Montee amicus ex bonis, qui erat æqualis complexionis subtilium humorum, extenuati corporis. & ipse quidem multiplicauerat lectiones librorum, & ieiunium, & orationem, & laborabat multum. & erat parum obuians cibo. & uigilabat plurimum noctis. & erat trigenarius die qua cognoui eum. quare minorata est humiditas corporis eius, & addita est ei macies & siccitas complexionis. & non consecutus fuerat. xl. an. & iam *superauerant ei modi ægritudinum, & albificatum erat eius caput. & debilitati erant motus eius innati. & factus erat in dispositionibus senectutis ultimæ. Præcepi igitur ei comedere. quare humectatus est hora post horam, & paulatim secundum gradationem. Composui ergo ei hanc confectionem. & præcepi ut uteretur ea. excitauit ergo eius caliditatem innatam. & rectificauit ex dispositionibus eius multum. & ambulabat super pedes suos. & consortata est quidem uirtus: & est bona senibus multum. quoniam aperit oppilationes, & confortat caliditatem innatam in eorum corporibus: & resoluit humiditates corruptas, & confortat digestionem, & confert uentositati, & resoluit phlegma a stomacho, & a iuncturis & consortat, & expellit nocumentum frigoris: & prouocat urinam. *Modus confectionis.* R. piperis, macropiperis, cinnamomi calidi. i. acuti, floris squinanthi, spicæ Indæ, galangæ, ammeos, cymini carmeni, omnium ana aur. v. masticHes, seminis fœniculi, anisi, zingiberis sicci, calaminthes fluuialis siccæ, omnium ana aut. x. folij Indi, cyperi, croci, asari, casiæ ligneæ, costi dul. seminis apij hortulani, omnium ana aur. iij. gariophyl. cardamomi minoris, cubebæ, nucis muscatæ, maceris, xylobalsami, carpobalsami, pyrethri, foliorum agni casti, zarneb. i. rorismarini, acori, omnium ana aur. ij. terantur medicinæ, & cribellentu r, & ponatur cum eis sacchari tabarzet libræ tertia: & conficiantur omnia cum duplo sui cum melle despumato: & reponatur in brumati leni, & sumatur ex eo ab aureo. i. usque ad aureos. ij. ante cibum, & post cibum.

* Alias superauerant.

F

Ad anginam emplastrum optimum.

Iste autem est modus emplastri, quod accepi ex libro antiquo, & rectificaui secundum sententiam meam, & probaui ipsum in apostematibus gutturis, & inueni ipsum mirabile, & nō uidi quod uelocius conferret ipso: & est ex magnis secretis. Recipe. ℥. merdasengi, idest plumbi usti, super quod proijciatur ex oleo sesamino, & oleo uiol. quo coaguletur: postea accipiatur mucilaginis psyllij, mucilaginis seminis lini, & seminis altheæ, seminis almaru, omnium ana. ℥. s. ouorum trium, gummi amygdalarū. ℥. i. insundantur in aqua coriandri die ac nocte: deinde coletur: & proijciatur in ea chamæmeli. meliloti amborum ana. ℥. iij. aggregentur, & percutiantur percussione bona: deinde fiat corpus unum, & fiat ex eo emplastrum.

Ad omnes ægritudines emplastrum. G

Emplastrū mirabile cōferens omni ægritudini. fit hoc modo. R. olei, aceti uini, amborū ana lib. iiij. merdasengi, lib. i. &. s. chalcecaumenu. ʒ. xx. ziniar. ʒ. xvi. colchotar. quod est atramentum album, chalcanthi, corticum æris. i. batitura, omnium ana. ʒ. xvi. decoquatur acetum & oleum, & remoueatur ab igne, & proijciaᵗ in eis lithargyrus & reliquæ medicinæ: deinde reducatur ad ignem, & decoquatur donec inspissentur, & rubeant: deinde utatur in omnibus uulneribus, & ulceribus, & apostematibus.

Ad morsum canis rabidi.

Illud autem, quod sanat a morsu canis rabidi, est id, quod dico tibi: & est ex medicinis nobilibus & secretis magnis: & est medicina, quam faciebat Asinius senex antiquus, qui uituperabat medicinas *per eam: & ipse quidem nō uidit aliquem, quem momorderit canis rabiosus, & biberit eam, mori. & si non consequebatur ipsum in principio, quando momorderat eum canis. dabat ergo in potu ex ipso cochlearia duo, & potabat ipsum ex ea. xl. diebus integris: & emplastrum faciebat loco morso, quod dicam post medicinam. *Modus medicinæ morsus canis rabidi.* R. cineris cancrorum partes decem, gentianæ partes. vij. thuris partem unam. dosis eius est cochlear unum magnum: & puluerizetur super aquā & bibatur, & non bibatur ex ea minus. ʒ. iij. *Modus emplastri.* Recipe aceti uini, kist. i. opopanacis, vnc. ij. picis lib. iij. aggregetur illud, & fiat emplastrum ex eo: & emplastretur ex eo locus morsus. est enim mirabile. H

* al. super.

Ad strangulationem prouenientem ex fungis.

Quid autem sanat ex comestione fungorum illum, cui accidit præfocatio? dixit Gal. ego uidi medicum de terra Alexādriæ, qui utebaᵗ stercore gallinæ in medicatione strāgulationis eius, qui comederat fungos, usus fui isto, & probaui ipsum: quod fuit, quia exiccaui ipsum, & contriui ipsum. & dedi in potu ipsum in aceto, & aqua, & melle, & uino: & uomuit statim humorem crassum, & phlegmaticum. & sedatus est, & quieuit, & inuenit tranquillitatem integram, & euasit ab accidente, quod ei acciderat.

Ad petram medicamen.

Medicamen ad petram, quod ego composui uiro ex regibus Alexandriæ, cui euenerat lapis, & lassi erant medicantes, donec desperauerat de seipso. Composui igitur ei hanc medicinam, & iuuatus est per eam, & exiuit ab ægritudine sua egressione integra. Et eius modus est. R. opij, drach. iij. acori, danich. i. &. s. pyrethri, euphorbij, castorij, corticis radicum capparis, seminis hyoscyami, galangæ, omnium ana drach. i. cinnamomi, seminis bauciæ syluestris, seminis apij, costi, petroselini, casiæ ligneæ, mentæ, myrrhæ, chamæpityos, calaminthes fluuialis, & montanæ, gentianæ romanæ, radicis liquiritiæ, enulæ, chamedryos, prasij, scolopendriæ, aristolochiæ rotundæ, seminis ammeos, mastiches,

A masticheſ,radicem lilij cælestis, cymini carmeni,gariophyllorum,seminis fœniculi,scillæ assæ,sinapis, granorum pini, anisi, carpob. seminis erucæ sylucstris, cordumeni, seminis rutæ sylucstris, seminis agni casti, aniuden nigri, ana danich.i.&.s.terantur omnia, & cribellentur, & liniantur cum oleo balsami, quantitate quartæ unius unciæ, & conficiantur cum melle despumato. dosis eius est kist. i.&.s. usque ad. ʒ. s. deinde probaui illud post illud, & inueni ipsum frangere maiores lapides, & extrahere omnes eos. Quod autem dicunt omnes homines de lapide iudaico, iam expertus sum, & non inueni in lapide uesicæ operationem. uerum ipse in lapide renum est fortis, & ualde mirabilis operationis: & ipse quidem est lapis ualde albi coloris, in quo sunt fila nigra, qui lapis inuenitur in Palæstina: & modus dandi ipsum in potu, est ut fricetur super cotem uiridem, donec ex eo resoluatur aliquid: deinde aggregetur limatura illa, & abluatur, & detur in potu cum aqua calida:

Ad ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, & morpheam.

Decoctio mirabilis, quam composui ad ægritudines phlegmaticas, & melancholicas, & ad morpheam sparsam, & icteritiam, & uentositatem, & humorem crudum, uiro quinquagenario. cuius hæc est permistio. R. specierum trium myrobal. absinth. epith. cum semine stœchados, suchaa, bedeguard, floris uiolarum, seminis anisi, seminis fœniculi, polypodij, turbith carnosi, cartami, agarici, centaureæ,
B chamæpityos, chamædryos, omnium ana. ʒ. s. capilli ueneris, fumi terræ, omnium ana cabdati unum, tamarindorum quartam libræ unius, sebesten quinquaginta, iuiubas totidem, contundantur medicinæ, & infundantur in. x. lib. aquæ bullientis die & nocte. & decoquantur lento igne, donec consumantur duæ tertiæ, & confricentur digitis, & colentur cum æquali pondere de rob. & reponatur. Dosis eius est quarta lib. unius cum quarta libræ aquæ calidæ, & guttis olei sesami, & pondere duorum denariorum scammoniæ antiochenæ. cibus eius sit caro ouis annualis. & potus sit syrupus de melle.

Ad multam infrigidationem & humectationem corporis, & uentositatem.

Electuarium dia trion pepereon, quod ego composui Fortuno, qui iam processerat in ætate. & erat magni corporis humectati, multæ uentositatis infrigidati corporis. Cuius permistio. R. piperis nigri & albi quod est leuius ex eo, macropiperis, cinnamomi, zingiberis, seminis fœniculi, anisi, asari, masticheſ, omnium ana. ℥. i. xylobal. carpob. spicæ, cortic. casiæ ligneæ, amomi, omnium ana. ℥. i. cardamomi minoris. seminis apij, ammeos, croci, gariophyllorum, costi, masticheſ, omnium ana quarta. ℥. i. terantur & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato. & sumatur ex eo omni mane pondus. ʒ. ij. cum aqua mentæ & masticheſ, & anisi. & sit cibus tenuis.

C *Ad dolorem frontis, & acetositatem in stomacho, & punctionem.*

Tryphera, quam ego composui Monteo, qui habebat dolores frontis, & acetositatem in stomacho, & punctionem. Vsus est ergo ea diebus aliquot, & sanatus est ea ab ægritudine sua. Cuius permistio. R. specierum trium myrobalanorum, & emblicorum, & fitarabegi, & est butyrum conditum cū melle & lacte, omnium ana aureos. x. terantur, & cribellentur, & leniantur cum oleo de amygdalis dulcibus, deinde sumatur zingiberis, masticheſ, cinnamomi, piperis, assari, croci, omnium ana aur. x. costi dul. macropiperis, setaragi Indi. cortic. casiæ ligneæ, omnium ana aur. iij. nucis muscatæ, maceris, cardamomi, xyloal. inde, cubebarum, calami aro. omnium ana aur. ij. penidiorum. ℥. ij. terantur, & cribellentur, & leniantur cum oleo balsami. & conficiantur cum melle despumato. Et sumatur ex ea omni die aureus. i.

Ad anxietatem & humectationem.

Tryphera quam composui filio regis, qui erat religiosus, *anxiosus, humectatus. R. myroba. kebul. bell. emblicorum, omnium ana quartam libræ unius. coquantur in. x. lib. aquę, donec consumantur tres quartæ. & coletur, & proijciatur illa aqua super myrobal. & bell. & emblicos. & ponatur in sufflatione uenti septentrionalis, donec bibatur aquositas. deinde exsiccentur, & puluerizentur, & cribellentur, &
D leniantur cum oleo bal. deinde addatur turbith gummosi pondus. ʒ. xxx. postquā teritur, & lenitur cū oleo de amygdal. dul. mast. bdellij. hoch. i. mororum celsi, ammeos. granorum neræ, cinnamomi, asari, xyloaloes Indę, seteragi Indi, ligni pæoniæ, omnium ana. ʒ. iiij. terantur omnia, & conficiantur cum melle origanali despumato. & sumantur ex eo omni die. ʒ. iij. cum aqua mentæ. est enim ultima ad epilepsiam, & melancholiam, & colicam quæ est ileos.

* al. annosus.

Ad diabetem.

Conquestus est mihi uir de ægritudine quę nominatur diabetes. Cōposui igitur ei hanc medicinā. Iuuatus est usq; ad hebdomadem. *Medicina ad hanc læsionem.* R. spodij, xyloal. ustæ. sandali, seminis portul. tragacanthæ, gummi arab. turbith. berberis, seminis endiuiæ, boli arme. omnium ana. ʒ. iij. mastiches, cinnamomi, origani, omnium ana. ʒ. ij. sachari. ℥. i. terantur, & cribellētur, & conficiantur cum geleniabin, & reponatur. & sumantur ex ea omni mane. ʒ. viij. Cibus autem eius, sit aqua hordei, & robub fructuum, & emplastretur dorsum eius taratit trito & confecto cum aqua rosarum.

Ad retentionem menstruorum, & dolores.

Conquesta est mihi mulier, cuius ætas erat. xxx. annorum de retentione menstruorum cum doloribus. & erat æqualis cōplexionis per cōparationem. Composui ergo ei hanc medicinam, & iuuata est ea cito. *Medicina ad prouocationem menstruorum.* Recipe spicæ Indæ & Romanæ, & corticem casiæ

ligneæ,& rubiæ tinctorum,aſari,aniſi, omnium ana quartam. vnc.i.medullæ ſeminis melonum,medul- E
læ ſeminis cucurbitarum,medullæ granorum faſcolorum,ſeminis apij,rutæ,ciceris nigri,ſeminis endi-
uiæ,berberis & euberberis.i.coſti, omnium ana aur.i.terantur,& cribellentur, & leniantur cum melle
deſpumato,& ſumantur ex eo ante euentum menſtruorum octo diebus.ʒ.iiij.omni die cū aqua, in qua
decoquuntur cicera aut faſcoli.

Ad dolorem iuncturarum,& podagras,& uentoſitatem.

Et conqueſtus eſt mihi Affiius(qui erat ex Manchara.& habebat corpus ſtrictum, ad æqualitatem
propinquus)de doloribus iuncturarum,& ægritudine podagræ,& uentoſitate.Compoſui ergo ei hanc
medicinam,quæ eſt mirabilis medicina ad podagram. Recipe acori, dactyli albi recentis.ʒ.i. oſſium
uetuſtorum,lentis excorticatæ,turbith,ſenæ,omnium ana.vnc.i.ſachari.vnc.i.terantur,& cribellentur
& bibantur ex ea omni die.ʒ.iij.cum aqua calida.

Ad uarices.

Et conqueſtus eſt mihi uir prædictus nuper de quo iam dixi,qui erat de illis de Manchara,de ægritu
dine uaricum in cruribus ſuis.Compoſui ergo ei hanc decoctionem.

Modus decoctionis ad uarices. Recipe epithymi cretenſis,myrobalanorum Kebulorum, amborum.ana
vnc.i.polypodij excorticati,ſucchaha,bedeguad,floris uiolarum,tamarindorū,abſinthij romani, ſqui- F
nanthi,centaureæ,herbæ eupatorij.omnium ana.℥.s. paſſularum enuclearatum quartam libræ unius,
contundantur,& decoquantur cum tribus libris aquæ,donec conſumantur duæ tertiæ, & cōfricentur
manibus,& colentur,& bibatur ex ea tertia libræ cum.℥.olei amygdalini amari in omni die tertio, &
fiat emplaſtrum ſuper crura cū emplaſtro de adipibus. *Emplaſtrum de adipibus,cuius iſte eſt modus.* Recipe
adipis agni,adipis porci,adipis urſi,uituli,cerui,hirci,aſini ſylueſtris,anatis,gallinæ,uulturis, ana oīum
℥.i.olei ſeſami,olei de Kerua,olei lentiſcini,medullæ cruris uaccini,olei amygd. amararum, ceræ albæ
omnium ana.℥.s.ce.ru.butyri uaccini amborum ana lib.i.liquefiat,& coletur, & adminiſtretur.

Ad hæmorrhoidas.

Et conqueſtus eſt mihi uir qui mecum conuerſabatur,& erat multi ieiunij,ſicci corporis: ſuper quē
uiciſſim eueniebant hæmorrhoides,quæ erant in interioribus eius & ipſius exterioribus, & illud erat
propter multitudinem ciborum ſuorum frigidorum,ſicut eſt farina hordei, & comeſtio lentis, & acci-
derat ei cum illo tremor uehemens.Compoſui ergo ei hanc medicinā,& euaſit ab ægritudine ſua uſq;
ad decem dies. *Confectio ad hæmorrhoidas.* Recipe myrobalanorum,Kebulorum,citri.bell.ſeremble
gi,omnium ana. ʒ.i.terantur,& cribellentur cum.ij.℥.olei amygdalarum dulcium, donec proijciant ip-
ſum.deinde adiungatur ei bdellij Indi quarta lib.i.foliorum roſarum, ſpodij,granorum myrti torrefa- G
ctorum,ſcoriæ ferri infuſæ ſcilicet in aceto,Karabe.maſtiches,xyloal.neruik,abrengi,plumbi uſti cum
ſulfure,omnium ana.ʒ.iiij.terantur cum rob coagulato.& ſumatur ex eo omni die.ʒ.vj. cum aqua cali
da.& utatur hoc emplaſtro. *Modus emplaſtri ad hæmorrhoidas.* Recipe plumbi uſti cum ſulfure & ceru
ſa,lithargyri,cineris uitis,cineris corticum nerigil,balauſtiorum,omnium ana.ʒ.i.ceræ albæ, olei ſeſa-
mi,butyri,omnium ana quartum libræ unius,adipis porci.℥.ij. medullæ cruris uaccini.℥.ij. liquentur,
& colentur dum calent in mortario de plumbo nigro,& ſit manica eius ex ipſo.& ſiccentur in Sole die
bus aliquot,donec accipiat ex plumbo uirtutem.Emplaſtrum autem de adipibus nuper prædictum eſt
magnorum iuuamentorum ad uentoſitatem gibboſitatis,& doloribus iuncturarum, & ægritudinibus
earum,& ad uentoſitates,& ad ſpaſmum qui nominatur tortura, & ad omnem ſpaſmum in neruis, &
paralyticos ſiccorum corporum,& ſimiliter hoc emplaſtrum in quo diximus plumbum, confert omni
bus ægritudinibus ani,& ægritudinibus neruorū,& ulceribus melancholicis, & adminiſtratur in ægri-
tudinibus multis,quando medicus eſt prudens.

Ad cogitationem & timorem.

Deſcriptio electuarij diapepereon,quod compoſui uiro ex regibus qui erat*Caron, & erat ſeptua-
genarius,& erat magnus,& acciderat ei cogitatio & timor. Compoſui ergo ei hanc medicinam, & iu- H *al.neremiſa.
uatus eſt ea plus alijs medicinis. Cuius permiſtio.Recipe piperis albi & nigri,macropiperis, neremisk;
†galangæ,zingiberis,ſpicæ Indæ & Romanæ.keiſim,amomi,carpobalſami.xylobalſami,corticum caſ-
ſiæ ligneæ,maſtiches,xyloaloes,gariophyll.aſari,cinnamomi,keſſati,abrengi,corticum citri ſiccorum,
omnium ana vnc.i.been albi & rubri,zedoariæ,doronoci,ammeos, radicum liquiritiæ, margaritarum
minutarum,karabi, coralli,lazuli abluti,ſandarachæ,croci,nucis muſcatæ,ariſtolochiæ longæ,ſeminis
portulacæ,ſeminis apij,coriandri i.ſetæ crudæ inciſæ,omnium,ana vnc.i.&.s.maceris,fauſel,galliæ, om-
niū an.quartā partē.℥.unius.muſci. ʒ.ij.teranť.& cribelleť,& leniatť cū duabus.℥. olei amygd.& cōfi-
ciantť cū melle de fauis,poſtquā auferť ſpuma eius.& ſumanť ex eo oī die.℥.ij.hoc.n.ſtat loco cōfectio
num magnarum cū medicinæ ſpeciales ſint uelocioris iuuamenti alijs medicinis,propter ſuſceptionē a
natura.

Ad torturam,& inclinationem,& ſpaſmum in facie.

Et compoſui hanc medicinam puero paruo,cui acciderat tortura, & inclinatio, & ſpaſmus in facie
ſua,a caſu uirtutis mouentis lacertos,exeuntis a uentriculis cerebri.

Medicina ad ſpaſmum & inclinationem faciei.

Recipe calaminthes,ro.cinnamomi,zedoariæ,gariophyll.omnium ana.aur.i. ſandal.xyloaloes,am-
borum ana.ʒ.i.muſci.ʒ.s.terantur,& cribellentur,& leniantur oleo balſami. & conficiantur cum melle
deſpumato

A deſpumato.& bibatur ex eo omni mane quarta. ʒ.i.uſque ad. ʒ.unam cum ſyrupo de calaminthe, cum quo ſigillatur liber iſte.iuuatus eſt ergo ea uſque ad hebdomadem.

Odoramentum conferens ſpaſmo & tortura.

Odoramentum quod eſt caputpurgium, ſpaſmo conferens, & inclinationi quæ dicitur uentoſitas torturæ. & ipſum confert ſtatim.

Caputpurgium ad torturam.

Recipe caſtorij, doronici, been al.& ru.condiſi, opopanac.abrengi, ſpicæ, baurach, omnium ana partem unam.terantur, & cribellentur, & aromatizentur cum muſco, & fit ſternutatio cum ipſo.

Syrupus acetoſus, quo conſeruatur ſanitas corporis.

Syrupus acetoſus purus, quo conſeruatur ſanitas. Recipe aceti albi libras decem, mellis deſpumati lib.x, rob.libras.x.decoquãtur omnia donec fiat eis ſpiſſitudo mellis.hoc eſt enim ultimum.

Syrupus de calaminthe, cuius deſcriptionem conditionauimus in fine libri: qui eſt iuuatiuus ſpaſmo, & alijs pluribus.

Syrupus de calaminthe, cuius deſcriptionem cõditionauimus in fine libri: qui eſt iuuatiuus ſpaſmo accidẽti pueris, & decrepitis, & medijs, & hydropicis, & aſthmaticis, & anhelitui dilatationis, & ægri-
B tudinibus phlegmaticis, & melãcholicis, & eſt glorioſioris quãtitatis medicinis omnibus in hoc modo. Cuius permiſtio. Recipe calaminthes fluuialis, calaminthes montanæ, uenarum radicem liquiritiæ, radicis ſquinanthi, radic.endiuiæ, radicis ſcariolæ, radic. lilij cæleſtis, polij, centaureæ, omnium ana.iiij.libræ unius.contundantur, & decoquantur cum.xx.lib.aquæ, donec conſumantur duæ tertiæ, & remaneat tertia, & fricetur manibus, & coletur, & ſumatur pannus lenis, & ponatur in eo ſpicæ Indæ & Romanæ: & rauedſeni, croci, maſtiches, ſquinanthi, gariophyll. electorum, nucis muſcatæ, cyperi, arakieri, cubebæ, omnium ana.aur.i.terantur & ponantur in panno præparato ad modum burſæ, & ligentur ligamento mollificato. & decoquantur cum eo quod clarificatur ex aqua. & fit ſicut aqua mellis deſpumati. & ſit medietas eius de rob.& decoquantur donec fiat ſpiſſitudo, & coletur, & reponatur, & adminiſtretur quando neceſſe fuerit ad omne quod narrauimus. Inquit Hunayn filius Iſaac. Iſtud eſt quod inuenimus ex libro religioſorum Galeni. & eſt glorioſioris benedictionis quàm libri eius alij, & iuuamenti. quòd ſi acciderit alius liber ab ipſo, transferam ipſum.

GALENO ATTRIBVTVS LIBER

C DE MEDICINIS EXPERTIS: CVI TITVLVS EST,

MEDICINALIS EXPERIMENTATIO.

CENSVRA.

In eiuſmodi etiam Arabum experimentis iudicium & ratio adhibenda eſt.

IGNIS qui de cælo deſcendit ſuper altare, combuſſit libros regis: & cum his combuſſit plurimos libros medicorum. Mihi autẽ combuſſit plurimos libros. quorum quidam erant completi, & quidam quos inceperam componere. & non doleo de illis libris, quantum de quibuſdam experimentis medicinæ quæ erant ibi. quæ acquiſiueram a quibuſdam bonis uiris experimentatoribus. & forte pro uno experimento acquiſito dabam multa bona experimenta. & forte dabam pecuniam. Et ſcio unum qui curabat lapidem in ueſica perfecta cu-
D ratione, & hoc in multis hominibus. & lucrabatur infinitam pecuniã per hoc. & ſolummodo per hanc medicinam acquiſiuerat ſibi nomen optimi philoſophi. Et ſcio alium qui curabat ficum in ano perfecte. & lucrabatur infinitam pecuniam. & aliquem docere nolebat. Et ſcio alium qui curabat morſum rabidi canis perfecte. & alij Medici uocabant Bezar, id eſt a morte liberantem. Et forte Medicus ex iſtis medicinis poterit congregare multa. Et bonus Medicus ex Græcis, quando ſciuit aliquem hominem ſcire aliquod experimentum, tribuit illi magnã pecuniam ut ab eo doceretur. Et Thamor de regione Aethiopia, qui fuit ex bonis experimentatoribus, habebat bona experimenta experta. quæ ſic cuſtodiebat, quod nullus in tempore uitæ ſuæ potuit ea habere: & poſtquam mortuus fuit, peruenerunt illæ medicinæ in manu Satyriorum. qui per ea, mirabilia faciebant. & exultauit eis nomen inter Medicos. Et nos non laudamus hominem ignorantem artem ut habeat has: quoniam uellet prodeſſe forte, & nocebit. Et propter hoc oportet hominem ſcire complexiones, cauſas, & accidentia, ut cognoſcat ægritudines, & earum accidentia. quoniam qui ignorat hæc non eſt ſecurus quin noceat plurimum, & pro maiore parte. Et ſi aliquando proderit etiam, hoc erit ex fortuna. Et fortaſſis eſt aliqua medicina, compoſita ex magna ſcientia experti uiri, aut ad fluxum uentris, aut colicam paſſionem, aut ad ſedandum dolores, aut ad alias ægritudines. & quoniam utetur illa medicina non in ſuo tempore, nec in ſuo loco, ideo nocebit. Verbi gratia, ponatur

natur ꝙ aliquis patiatur fluxum uentris iā diu,donec corpus extenuetur,aut ex humore qui alterat ci- E
bum,aut ex frigore interiorum membrorum ita,ꝙ non attrahant cibum,aut ex debilitate cyſteos fel-
lis in attrahendo choleram ita, ꝙ cholera impellitur ad inteſtina, & faciat fluxum, aut ex apoſtemate
duro,ex genere apoſtemarum melancholicorum,in concauitate hepatis ita,ꝙ cibus non poſſit perue-
nire ad ipſum,ſed ad inteſtinum faciat fluxum uentris,uideretur tibi ꝙ cura ſit eadem, tamen non eſt.
Ego autem dico,quòd medicina experta laudata,quando uſurpata fuerit ubi non cõuenit, cum eo ꝙ
non prodeſt,etiam nocet. Quare nos laudamus medicos altarium,qui curant cum cibis ſacrificiorũ.
quoniam error uelociter corrigitur.error autem medicinæ, forte ducit ad mortem. quare oportet ut
Medicus conſideret complexiones & curationes conſideratione perfecta.Et ego cõpoſui hunc librũ
ex medicinis expertis,quas ego probaui,& acquiſiui ex bonis Medicis,& magnæ ſolicitudinis.Et non *
ponam in hoc libro id quod notum eſt iam Medicis ſicut hieræ,opiatæ,& theriacæ, & aliæ medicinæ,
quæ ſunt notæ omnibus hominibus. & non ponam in eo niſi medicinas, quas fere omnes ignorant.
hunc etiam librum fecimus unius tractatus. Et ſi accidat poſtea quòd experiar aliquas medicinas,ſcri
bam eas. Prima compoſitio ex eis eſt medicina quam accepi ab Aſtorone experimentatore,qui erat
de ciuitate Tereſte.& curabat cum ipſa febres antiquas.& ualet ad complexionem corruptã. & aperit
uenas,& prouocat urinam,& adiuuat digeſtionem.cuius hæc eſt confectio.Recipe cinnamomi.ʒ.j.ſpi- F
cæ nardi.ʒ.ij.xyloaloes.ʒ.j.s.maſtiches.ʒ.j.aniſi.ʒ.ij.ſpatanæ,gariophyllorum,ana.ʒ.s.Conficiãtur cũ
melle optimo,& accipe ex eo quantũ auellana una,cum aqua calida.& qui eſt frigidæ complexionis,
& habet oppilationes,cum aqua fœniculi & aniſi. Et iſte Aſtoron,quando aliquis patiebatur dolorem
acutum,coquebat chamæmelum,& dabat aquam ad bibendũ,& curabatur,& nos experti ſumus mul
toties,& inuenimus eſſe uerum,& experti fuimus medicinam primam ſæpe,& non fefellit ex eis quæ
nominata ſunt in laude.& teſtificatur hoc ratio ex compoſitione eius .quoniam cinnamomum contra
operatur putrefactioni.illi autem eſt bonus odor.quare confert membris interioribus,& ſubtiliat. Et
ſpica nardi habet bonum odorem,& ſtypticitatem. & operario eius eſt quaſi propinqua operationi
cinnamomi.ſed cinnamomum eſt ſubtilius.Lignum aloes cum eo quòd ualet ad hoc quod ualet cin-
namomum,eſt utiliſſimum ad frigiditatem ſtomachi,purgans id quod eſt in humiditatibus per mirabi
lem eius proprietatem.Et maſtiche dol.ſedat in ſtomacho,& digerit humiditatem. Aniſum prouocat
urinam,& aperit oppil.eſt enim ualde ſubtile.& liquefacit ſuperfluitates.& facit dol.quieſcere. Spa-
tana aperit oppilationes, & ualet ſpleni utilitate magna. Gariophylli deſiccant humiditates extra-
neas, & confortant membra interiora. Et dabat ad potandum aquam in qua decocta fuerit radix iri-
dis, patientibus oppilationem craſſam, & prima hora curabantur. Et ego dico quòd decoctio abſin- G
thij,& centaureæ minoris faciunt hæc. ſed radix iridis fortius operatur. Alia medicina, quam acce-
pi ab aduena Aegyptiaco,qua curabat oppilationes antiquas,& febres,& aſthma antiquum. & non
eſt ei ſimilis.& iſte aduena acceperat ab uno medicorum altarium. Cuius hæc eſt confectio. R. radic.
iridis,ariſtolochiæ longæ,& ro. ſucci marrubij,ana.ʒ.iiij.ſucci gaſit,myrrhæ,chamædryos,& campho-
ræ,ana.ʒ.j.ſpicæ nardi,ſpatanæ,ana.ʒ.ij.granorum balſami,ligni aloes,ana.ʒ.ij. & s. puluerizentur, &
conficiantur cum ſyrupo mel.qui fit ſecundum hunc modum. R.garo.cinnamo.carda,myrrhæ,ana.ʒ.j.
& s. liga has medicinas in panno raro,& pone in j.lib.aquæ die & nocte.deinde cola, & colaturæ ad-
miſce lib.j.mellis boni,& coque ſuper prunas ſine fumo & flamma,& coque,donec fiat ſyrupus.poſtea
confice cum oleo alias medicinas,& ſerua.& da ex eo in ægritudinibus quas diximus, in modum auel-
lanæ uel caſtaneæ.hoc electuarium eſt de melioribus medicinis quas uidimus. Et uidi hunc medicũ
curare mulras ægritudines per medicinas ſimplices,& ex eis quas dabat eſt. ʒ. j. ariſtolo. ro. aſthmati-
co.& dabat decoctionem epithy.epileptico ex melãcholia.& accipiebat.ʒ.j.ex eo & ponebat in aqua
calida per noctem.mane colabat,& apponebat a ſexta parte.ʒ.ſcamoniæ,uſque ad octauam partem ʒ.
nos aliquando addidimus agarici.ʒ.j.& dabat ad bibendum decoctionem agar, contra dolorem capi-
tis.& dabat ammoniacum contra dolorem iuncturarum ex humore craſſo.& ſæpe curabat taliter.Ego H
autem ſemper ſoleo dare de ſucco marrubij & ſtœchados,miſtis cum aqua,in qua decoctũ fuerit mar-
rubium uiride & chamædrys,& dabam aſthmatico.& ex eo ſanaui multos. Aliud medicamen, quod
accepi ab aduena,cui non eſt ſimile. ualet epilepticis,& anheloſis,& tuſſientibus. & eſt expertiſſimum
ad epilepſiam. R.hyſſopi ſicci, ireos,myrrhæ,piperis nigri & lon.carda.ſed in loco eius ponitur naſtur.
& carui,ana.ʒ.ij.ſpicæ nardi, coſti, ammeos,ana.ʒ.j.cõfice cum aqua in qua decoctum ſit ſquinanthũ.
& ſi uolueris quòd purget,cum melle confice.& da ex eo tantum a.ʒ.ij.uſque ad.iij. & ultimum eſt ad
hoc. Et dicamus decoctiones quas probauimus,& lucrati ſumus ab iſto Medico. Decoctio ſquinan-
thi.& granorum balſami,quando biberit ex ea epilepticus,& qui habet hu. craſſos, quotidie, confert
ei.Aqua in qua decocta eſt aſſa,quando biberit triſtans curabitur. Decoctio agarici, quam ſiquis bibe
rit qui habet dolorem antiquum capitis,ſanabitur. Decoctio carui,& ſeminis apij, prouocat urinã &
menſtrua fortiter,& ſubtiliat humores craſſos.Decoctio centaureæ curat iſchiadem. Decoctio corti-
cis fiſtici confortat ſtomachum,& mundificat cannales pulmonis & hepatis.Decoctio aſari prouocat
urinam,& menſtrua fortiter. Decoctio maſtiches confortat ſtomachum debilem ualde.Iſtas ergo de-
coctiones accepimus ab aduena Aegyptio expertas. & probauimus eas,& inuenimus eſſe ueras. Me-
dicamen,quod accepi a quodam ſene,curat ſplenem durum. Et ſi poſitum fuerit ſuper ſcrofulas, diſ-
ſoluit.

A soluit.& est sublime ualde. R. ammoniaci. ʒ. quatuor, dissoluatur in succo chamæmeli, aut in succo
anethi, aut in decoctione floris chamæmeli.& misce cum eodem radi.capparis, conficiantur, & da ad
bibendum. ʒ.ij.cum decoctione carui. Medicamen expertum, quod habui & accepi a quodam uiro
experimentatore, ualens ad splenem. Recipe scolopendriæ, granorum balsami, granorum tamarisci,
rubiæ ana. ʒ.ij.confice cum melle.& dentur ex eo. ʒ.iij.& postea bibat acetum in quo cocta fuit spata-
na.i.acorus, ita ꝙ de spatana. ʒ.ij.mittantur in octo. ʒ.aceti.& coque usque ad.iiij. ʒ. Medicamen quod
accepi ab eo ēt.& ualet stomacho frigido.prouocat urinam, aperit oppilationes,& est minus forte. Re
cipe cinnamomi. ʒ.j.folij corticis fistici, cardamomi, absinthij, agarici, squinanthi, granorum balsami.
ana. ʒ.ij.succi stœchados, seminis fœniculi, anisi, asari, ana. ʒ.iiij.myrrhæ, aristolochiæ rotundæ, radic.
iridis, mastiches, ana. ʒ.j.confice cum melle bono.& sume. ʒ.ij.cum aqua, in qua decoctum sit asarum
& semen fœniculi. Aliud medicamen quod recepi ab Agargeo, cōfortat mēbra frigida. & ualet spas-
mo,& mortificationi membrorum,& generaliter omnibus passionibus cerebri frigidis, & neruorum.
R.agarici, ammoniaci, succi stœchados.piperis trium generum, squinanthi, carui, ana. ʒ.ij.castorij, asa-
ri, scillæ assatæ ana. ʒ.j.rad.iridis,& mastiches,& seminis apij, ana. ʒ.s.spatanæ, scorodi, zingiberis ana
ʒ.j.s.confice cum melle bono.& sumat ex eo ʒ.ij.cum aqua calida.& iste Agargeus fuit de sapientibus
B qui fuerit tempore suo.& erat qui habebat unam medicinam, quam neminem docere uolebat: dabat
enim eam habentibus fortem dolorem,& statim prouocabat urinam,& uentositatem expellebat ita,
ꝙ mox auferebatur dolor. Cuius confectio hæc est. Recipe iridis, chamædrios, seminis fœniculi, anisi,
al. florum. apij, asari, ana ʒ.ij.cinnamomi, zingiberis, carui,* foliorum chamæmeli, ana ʒ.j. succi stœchados, gen-
tianæ.marrubij, ana ʒ.ij.puluerizentur,& conficiantur cum decoctione asari, squināthi, seminis fœni-
culi. fac pilulas ʒ.j. & da cum aqua in qua decoquitur flos chamæmeli.hæc etiam medicina est for-
tis ualde,& non est ei similis in prouocando urinam,& subtiliando humores, & aperit oppilationes,
& stomachum frigidum temperat & confortat. Aliud medicamē quod accepi ab eo,& ualet ad febres
compositas,& digerit humores crudos. R.seminis apij, seminis fœniculi, radicis iridis, aristolochiæ lon
gæ & rotundæ, fol.chamæpityos, meu, phu, ana.cōfice cum oxymelite scillæ,& sumat ex eo cum aqua
calida, in qua decoquitur semen apij. Aliud ad febres compositas & chronicas expertū, et iam pro-
baui multoties. R. assæ fœtidæ, bonæ, piperis nigri & longi,& seminis apij, anisi, fœniculi puluerizētur,
& conficiantur cum uino antiquo.& da de eo cū aqua decoctionis fœniculi. Aliud expertum prouo
cans urinam. Recipe asari, seminis fœniculi, rubiæ, costi, ana. ʒ.j.satureiæ, hyssopi sicci, ana ʒ.ij.pulueri
zentur,& formentur pilulæ,& detur ex eis. ʒ.j.cum aqua decoctionis fœniculi & anisi. Aliud ad pū
C cturas scorpionis. Recipe assæ fœtidæ, scorodi, centaureæ minoris, ana. ʒ.ij.seminis rutæ, castorij, ana.
ʒ.iiij.puluerizentur,& conficiantur cum uino antiquo. Experimētum probatum quod laxat humores
uiscosos.& est optimum contra ischiadem.& est de experimentis Irini Romani. Recipe satureiæ, ma
stiches, radic.ireos, succi stœchados, zurungen ana ʒ.i.agarici, turbith, ana ʒ.iiij.conficiantur cum suc-
co fœniculi.fac pilulas,& da secundum uirtutem patientis. Aliud constipans naturam arostrocamet,
ualens ad fluxum uentris, quando fit ex debilitate uirtutis retentiuæ: confortat intestina & membra
interiora. R.ro.pul.granorum myrtæ, sumac, luti armenici, ana conficiantur cum succo plantaginis, &
fac pilulas. ʒ.ij.& da cum aqua decoctionis granorum myrtæ. Aliud ualens ad fluxum ex debilitate
hepatis.& est expertum. R.ligni al.ros.spicæ nardi, cinnamomi, berberis, ana. ʒ.ij.laccæ, rhubarbari, ga
riophyl.ana ʒ.s.cōficiantur cum aqua decoctionis rosarum.& da. ʒ.ij. Aliud,& est ad fluxum proue-
nientem ex causa frigiditatis mēbrorum.& iste modus fluxus quādo accidit, uix separatur. & ista me-
dicina est nimis utilis ad hoc. R. cinnamomi, ligni al.gariophyllorum, anisi, carui, chamædryos, ari-
stolochiæ rotundæ, spatanæ, ana ʒ.j.puluerizentur,& conficiantur cum aqua decoctionis ligni al. Me-
dicamen aliud quod accepi ab Acostror, qui fuit socius Astrocani:& uocabat ipsum electuarium ligni
al.& non est ei simile.& iam probaui id sæpe.& ualet ad debilitatem membrorum interiorum, & ad flu
D xum hepatis,& aperit cannales,& subtiliat humores,& confortat hepar ualde. R. rhubarbari, laccæ,
spicæ nardi, asari, chamæpityos, galangæ, gariophyl. anisi, ana. ʒ.iiij.ros.maioranæ, mastiches, granorū
balsami, phu, meu, ana ʒ.j.squinanthi.drac.j.& s.ligni aloes, chamædryos, succi stœchados, ana ʒ.j.con
ficiantur cum aqua decoctionis ligni aloes & spicæ nardi.postea misce mel quod sufficit,& malaxa.&
sume ex eo. ʒ.ii.uel.iii.cum aqua decoctionis ligni aloes & spicæ nardi. & hæc medicina est de nobi-
lioribus medicinis ad ea quæ diximus.quoniam prouocat urinam, & confortat membrum, & aperit
cannales,& ualet ad lapidem. Et iste Acastror dabat ad potandum decoctionem chamæmeli ei qui pa
tiebatur dolorem fortem ex frigida causa.& ponebat patiētem in balneo eiusdem herbæ. & dabat de-
coctionem utriusque aristol.asthmaticis,& ad prouocationem mēstruorū. Et dabat saccharum ros. ha-
bentibus flammam in stomacho. Medicinæ breues quibus utebatur Casion, qui erat ex Armenia
anteriori, & fuerunt expertæ,& bonæ inuentæ sunt. Medicamen ualēs ad morsum scorpionis. Re-
cipe assæ fœtidæ, galbani.conficiantur cū decoctione scorodi,& aristolo.& accipe ex eo auellanā cum
aqua calida. Medicamen ualens asthmaticis. Recipe marrubij, aristolo.ana ʒ.ii.laccæ. ʒ. iii. confi-
ciantur cū melle.& da. ʒ.iii. Aliud subtilians humores.& ualet contra putrefactionē. R.spicæ nar
di, cinnamomi, gariophyl.aristolochiæ longæ, conficiantur cū uino odorifero, aut cum aqua decoctio-
nis aristolochiæ rotundæ, & fasit. Aliud ualens ad hepar, & cannales eius. & extenuat pingues

homines

homines. R. ariſtolochiæ ro.laccæ,rhu barbari,ſpicæ nardi,ana.℥.iij.conficiantur cũ melle.& da.ℨ.iij. E
Medicamen prouocans urinam fortiter.& eſt ualde bonum contra fe.phlegmaricas & melancholicas.
R. caſiæ.laccæ,aniſi,apij.ana.conficiantur cum melle,& da.ℨ.iiij.cum aqua calida in qua coctum fuerit
aniſum.Medicamen diſſoluens naturam cito,& diſſoluens uentoſitates.Recipe maſtiches,aniſi,zingi-
beris.ana.ℨ.i.turbith.ℨ.iij.puluerizẽtur,& conficiantur cum melle bono.& da.ℨ.ij. Aliud huiuſmo-
di expertum. R. turbith,agarici.ana.ℨ.i.maſtiches,aniſi,ana.ℨ.i.&.s. conficiantur cũ melle.& da.ℨ.iij.
Aliud purgans choleram.& datur in qualibet hora.& diſſoluit cito. Accipe ſcammoniæ.ℨ.ij. mitte in
coctano,& aſſa ſub cinere calido.poſtea extrahe,& mitte cum ſcammonia in cydonio drach.i. maſti-
ches.poſtea pinſe,& fac trochiſcos à.ℨ.i.uſque ad.iij.& da.i.Iſtæ ergo ſunt medicinæ confectæ. & ſunt
ualde bonæ,& expertæ.

De Medicinis Catilinæ.

Medicinæ Catilinæ,qui fuit Medicus Lithois regis.Medicamẽ expertum ualens hydropi diſſoluẽs
uentoſitates craſſas,& confortans ſtomachum debilem.& eſt ſicut bezahar ad has ægritudines quas
diximus. R. aniſi,iridis,laccæ,ſpicæ nardi,ligni al.gariophyl.agarici, ana.ℨ.iij.carui. hermel, fœniculi,
ana.ℨ.ij.ariſtolochię longę & rotũdę,centaureę minoris,ſatureiæ,ammeos,myrrhę,origani,ana drach.
iiij.maſtiches roſarũ.ana.drach.viij.rhubarbari,gentianæ ana.ℨ.v.ſquinãthi,myrrhæ† ſiccæ ana drach. F † al. mentæ.
vi.conficiantur cum melle bono.& ſume drach.ii.uſque ad iij.cum aqua decoctionis carui & ariſtolo.
& hæc medicina eſt nobilis ad ea quæ diximus, & eius compoſitio hoc oſtendit. Electuarium exper-
tum ualens fe.antiquis.& uentoſitatibus craſſis.& purgat urinam. R. floris chamæmeli,aniſi,laccæ,ari
ſtolo. rotun.ana drach.quatuor.maſtiches drach.roſ.drach.ij.rubiæ drach.i. conficiantur cum melle.&
utere. Aliud. R. floris chamæmeli, aniſi,rubiæ,fœniculi,aſari.ana.cõficiantur cum melle. & ſume ex
ea drach.ij.cum aqua decoctionis aniſi. Aliud prouocans urinã. R. aſari,rubiæ,ſeminis cucumeris &
cymini,ſeminis apij,ana.cõficiãtur cum ſyrupo facto ex marrubio & melle. Medicamẽ expertũ ualde
hydropi.diſſoluit.n.inflationẽ. R. iridis , ariſtolo.agarici,ana cõficiantur cum ſirupo facto ex aſaro car
pobal. & melle & ſumat drach.ij.cum decoctione fœniculi. Aliud prouocans urinã. R. amygdal. dul-
cium ſeminis,cucumeris,aſari , ariſtolochiæ longæ,ana.ℨ.i. cõficiantur cũ aqua decoctionis rubiæ. &
detur cum aqua decoctionis fœniculi & apij. Aliud ad hydropẽ & aſthma. R. iridis,ſucci marrubij,ari
ſtolochiæ longæ & rotundæ,laccæ,ana.cõficiantur cũ decoctione iridis. &detur cum aqua calida de- * al. lactucæ.
coctionis gentianæ. Aliud prouocãs urinã. Accipe ſaliuncæ,ſeminis cucumeris,*laccæ rubræ,ana.cõ
fice cũ melle . & detur ex eo.ℨ.iij. Aliud cõfortans hepar cõfortatione magna.& ualet cõplexioni fri-
gidæ & humidæ. & eſt mirabile. R. rhubarbari,laccæ,gariophyl.ligni aloes,roſ.rubiæ ana conficiantur G * al. rotundæ.
cum aqua decoctionis corticis fiſtici & gaſit.& dẽtur.ℨ.ij.ex eo cum aqua decoctionis ariſtolo. * roſa.
& gaſit. Aliud expertũ ad ſplenẽ. R.ſcolopẽ.ammoniaci,radicis capparis, ana.confice cum melle & a-
ceto.& dentur ex eo.ℨ.iij.cum decoctione ariſtolochiæ rotundæ.Aliud ualens contra lapides.R.ſangui
nis hirci ſicci,lapidis iudaici,ſaliuncæ,lapidis qui inuenitur in cyſti fellis uaccæ,aſari,amygdalarũ ama
rarum , ſeminis cucum.bdellij,coſti,ana.cõficiantur cum aqua & melle , in quibus ſunt decocta rubia
& coſtus. & dentur.ℨ.ij. cum aqua decoctionis aſari, & floris chamæmeli. Aliud expertum contra lapi
dem renum. R. ſanguinis hirci ſicci,lapidis citrini qui inuenitur in cyſti fellis uaccæ,fœniculi,ſaliuncæ,
amygdalarum amararum,ana.confice cum uino antiquo, uel aqua decoctionis radicum apij & fœnicu
li. forma trochiſcos unius drachmæ. Et da.i.cum ſyrupo de ſaliunca.

De medicinis Socionis.

Medicinæ Socionis . Iſte fuit maximus medicorum Græcorum , qui habebat experimenta plu-
rima in fine nobilitatis . quæ nos acquiſiuimus a diſcipulis eius , ſcilicet Teranoz & Hargemez
& Harcoz . medicamen magnæ nobilitatis & utilitatis , laxans & diſſoluens craſſas uentoſitates,
& non eſt ei ſimile , quod etiam iam probauimus . Accipe agarici drach . iij. ellebori nigri
drach. ij . & . s . maſtiches drach.x. folij , ligni aloes , aſari , radicis iridis , turbith , ſquinanthi ana H
drach. ij. aniſi , carui, fœniculi , ammoniaci, ana drach. i. ſcillæ aſſatæ drach . quatuor , roſarum.
ℨ. vi. ſcammoniæ. ℨ.i. confice cum melle bono . & da de eo quaſi auellanæ pondus. Decoctio pur-
gans matrices mulierum , & diſſoluens uentoſitates , & prouocans menſtrua . Recipe florum
ammeos , harmel , aſari , flor. chamæmeli, fœniculi , gentianæ, ſpicæ nardi , ſquinanthi , chamæ-
pithyos, chamædryos , aniſi , rubiæ, ana drach . decem . coquantur in.iij. lib. aque donec remaneat
lib.i. deinde amoueatur ab igne , & diſſoluatur in eadem aqua calida drach.i. ammoniaci . & detur
de eo , quoniam eſt mirabile . Decoctio ualens nimis in declinatione febris quotidianæ . Recipe
gentianæ, radicis apij , radicis fœniculi, rubiæ , agarici, turbith, aſari , roſarum, ſpicæ nardi , ana,
ℨ.i.ponantur in caldario cum tribus libris aquæ , & coquantur ſuper ignem leuem ſine fumo & flam-
ma, donec remanet lib.i. & ſoluatur in ea calida drach.i. laccæ , & utatur. Aliud prouocans uri-
nam cito . Recipe phu. rubiæ. terantur . & dentur ex eis drach.ij. &.s. cum aqua decoctionis hyſ-
ſopi , & ſatureiæ calida . Aliud diſſoluens omnes durities . curat & duritiem ſplenis , & ſcrofulas.
Recipe tragacanthæ . floris chamæmeli, & pic. liquidæ, ammoniaci , medullæ cruris uituli, galbani,
ana. conterantur,& diſſoluatur ammoniacum in aceto antiquo.liqueſiat medulla & pix.& conficiãtur
pulueres,& miſceãtur.& ſuper locum ponantur. Aliud huiuſmodi. Accipe foliorum capparis,
ammoniaci

A ammoniaci, galbani, capillorum ueneris, floris chamæmeli, medullæ cruris ceruini, ana conficiantur, & ponantur super locum durum. Aliud quod cito laxat & dissoluit inflationem, & prouocat urinā, & ualet hydropicis. Recipe turbit, agarici, fœniculi, anisi, ana ʒ.j. scammoniæ octauam partem ʒ.j. radicis iridis, laccæ, spinæ romanæ, rubiæ, phu, ana. drach.j.& semis. conficiantur cum syrupo facto cū melle, hyssopo, & origano, satureia, & utatur. Aliud ualde bonum, subtilians humores. bonum contra asthma & laxat humorem uiscosum. Recipe aristolochiæ rotundæ, rhu barbari, succi marrubij. laccæ, turbith, ana drach.j. masticheș drach. ij. agarici drach. unam. conficiantur cum syrupo facto ex melle & marrubio, & utatur. Aliud ualde bonum. & dicitur electuarium iridis. & est multarum utilitatum. & est ualde mirabile contra hydrop. & contra debilitatem hepatis. & prouocat urinam & menstrua. & laxat humores diuersos. Recipe aristolo. rotun. laccæ, squinan. marrubij ana ʒ. iij. ligni aloes, rosarum, ana drach.iiij. agarici. ʒ.uiij. radicis iridis. ℥.j. conficiantur cum bono melle. & detur secundum uirtutem cum aqua decoctionis spatanæ & satureiæ. Aliud electuarium. & dicitur electuarium rhubarbari. & confortat hepar. & est nimis expertum. & nos iam probauimus ipsum sæpe. Recipe aristolochiæ rotundæ, ligni aloes, laccæ, spicæ nardi, folij. rosarum, ana ʒ.x. rhu barbari. ʒ. xx. conficiantur cum syrupo facto ex melle. & detur ex eo quasi auellana cum aqua calida decoctionis fo-

B lij & gariophyllorum. est enim optimum in confortatione hepatis, & omnium membrorum interiorū. Aliud electuarium aristolochiæ ad remouendum typum in febribus chronicis. R. assæ fœtidæ, zingiberis, folij, chamæmeli, piperis nigri & longi, centaureæ, harmel, ana. drach.j. aristolochiæ rotundæ, ad pondus omnium. Conficiantur cum syrupo facto ex melle, & aristolo. & utatur secundum uirtutem patientis a. ʒ.j. usque ad. ʒ.ij. Aliud dissoluens uentositates. Recipe assæ fœtidæ, rutæ, satureiæ, castorij, ana. ʒ.ij. anisi, fœniculi, ana. ʒ.j. conficiantur cum melle. & utatur cum uino puro. Aliud dissoluens uentositates, & prouocans urinam fortiter & menstrua. Accipe anisi, laccæ, aristolochiæ rotundæ, rubiæ, gentianæ, meu, phu, spicæ nardi, costi. conficiantur cum melle. & dentur ex eo. ʒ.iij. cū aqua calida decoctionis fœniculi.

De medicinis Azariconis philosophi.

Medicinæ Azariconis. Iste uir quamuis non habuerit nomen inter Medicos, recepi tamen ab eo quatuor medicinas nimium expertas. Primum medicamen ualet ad fe. chronicas, quæ fiunt ex humore crasso, & aufert typum. & soluit uentositates. & laxat humorem uiscosum. & ualet paralysi. Recipe iridis drach.x. piperis nigri & longi & albi, assæ fœtidæ, scorodi, castorij, folij, seminis rutæ, asari, ammoniaci, galbani, satureiæ, sanguinis anseris sicci, sagapeni, xylobal. carpobal. ana drach. s. spicæ

C nardi, croci, ana ʒ.iij. chamæpityos, chamædryos, ammeos, mentæ, maioranæ, foliorum rubi agrestis, carui, gariophyll. ligni aloes, cinnamomi, anisi, ana ʒ.iij. turbith, ad pondus omnium, agarici. ʒ. decem. terantur, & confice cum syrupo facto ex melle. & detur ex eo. ʒ. j. & s. cum aqua calida decoctionis gentianæ & asari. Istud enim medicamen est ualde expertum contra infirmitates frigidas iuncturarū, & asthma, & dolores frigidos, & dissoluit uentositates, & sæpe probauimus ipsum. Medicamen confortans membra interiora, & est ualde bonum ad fluxum chronicum. & confortat stomachum. & aufert uomitum. Recipe nuc. cypressi, ligni aloes, tamarisci, ana drach.iiij. rosarum, mastiches, laccæ, cinnamomi, ana drach.ij. confice cum aqua decoctionis rubiæ & myrtæ. & da cum aqua decoctionis cypressi. Tertium medicamen ualet ad lapidem renum & uesicæ. & aperit oppilationes. & expellit fæces per urinam. & est expertum. Recipe capil. ueneris, cineris scorpionis. gentianæ, uitri adusti, lapidis iudaici, seminis cucum. & cucurbi. anisi, radicis lilij cælestis. pulueriz entur, & conficiantur cum aqua decoctionis chamæmeli uel melilo. & melle. & sumatur cum decoctione agarici. Quartum medicamen ualet hydropic. & frigiditate hepatis, & citrino colori. Recipe agarici, lilij cælestis, laccæ, aristolo. lon. & rotun. succi stœchados, succi marrubij, olibani, phu, chamædryos, chamæpityos, cinnamomi, ana ʒ.ij. folij, gariophyll. ana drach. v. rhubarbari.

D anisi, ana drach.iij. ligni aloes, ad pondus omnium. pulurizentur, & conficiantur cum melle. & dentur ex eo drach.iij.

De medicinis Gereonis.

Medicinæ Gereonis Græci. ab isto uiro habuimus. xj. medicinas expertas ad diuersas ęgritudines, quas nos probauimus, & inuenimus ipsas esse mirabiles. Primum medicamen ualet ad infirmitatē stomachi frigidi & confortat ipsum, & est nimis mirabilis. Recipe trium piperum, spicę nardi, zingiberis, ro. ana drach. decem. ligni aloes ad pondus omnium. confice cum melle. & da cum decoctione ammeos, & mentę, & gariophyll. Secundum ualet ad dolorem fortem. & iam probauimus ipsum. Recipe floris chamęmeli, squinanthi. centaureæ, aristolochiæ rotundæ. confice cum melle. & da drachmas quatuor cum aqua calida. Tertium huiusmodi est. sed præcedens securius est. Recipe croci, spicæ nardi, opij thebaici, ana drach.ii. chamæmeli drach.ii. confice cum melle. & da drach. s. cum aqua calida. Quartum huiusmodi. & est mirabile. Recipe succi coronę regię, chamæmeli quando fuerit uiridis ana drach.iiii. Et si istæ herbæ non fuerint inuentæ uirides, accipe earum decoctiones, & pone octauam partem drach. croci, & squinanthi. ʒ.iij. & bulliant usque ad medietatem. & da bibendam colaturam. Quintum ualet ad dolorem ex oppilatione. R. radicis lilij cælestis, agarici. ana ʒ.iiii. aristolo. lon. & ro. chamępi. ana drach.v. coquantur, & ponantur in lib.iij. aquæ & bulliant super ignem

ignem leuem,donec remaneat lib.j.& appone laccæ.ʒ.j.& s. & da ad bibendum tepidum.Sextum diſ- E
ſoluit uentoſitates.& ualet colicæ ex uentoſitate.R.cymi.fœnicu.carui,aniſi,ana.terantur,& confician
tur cum ſyru.facto ex melle & ammi & ſaturcia & origano.& ſumatur ex eo cum aqua decoctionis ra-
di.apij.& cum.ʒ.j.agarici.Septimum huiuſmodi, R.aniſi,cumini, agarici,abſinth. centaureæ. terantur.
& dentur de illis.ʒ.iij.quando uentoſitates fuerint multæ,& paſſio fortis. Octauum laxat humorem
uiſcoſum.& eſt nimis bonum contra epilepſiam & paralyſin. quo ego ſemper utor. R.agar. abſinth.
colocynthid.ana.ʒ.j.aniſi, ligni al.maſti. ana.ʒ.ij. ſpatanæ, ammonia. ſagapeni, aſſæ fœ. radic. lilij cæ.
ana ʒ.j.& s.aggregentur,& conficiantur cum aqua decoctio. aniſi,ariſto.lon.& ro. & melle, & ſuma-
tur ex eo quaſi auellana. Nonum ualet triſtibus & timidis. R.radicis ariſtolochiæ rotũdæ, gariophyl-
lorum,ligni aloes,ana.drach.iij.conficiantur cum melle & aqua maioranæ.& da de eo.ʒ.iij.Decimum
ualet lapidi renum & ueſicæ,diſſoluit uentoſitates,& laxat diuerſos humores.& eſt bezahar. R. tur-
bith,agarici,uitri uſti, zingiberis, lapidis iudaici, ſanguinis hirci ſicci, aniſi, fœniculi, trium pipe-
rum, chamædryos, chamæpityos, bdellij, ana ʒ.iiij. confice cum bono uino decoctionis agarici, &
carui. Vndecimum ualet ad aſthma. R. turbith,agarici,ariſtolo. ro. ana drach. j.confice cum deco-
ctione marrubij.& da cum decoctione aſari. Iſtæ ſunt medicinæ, quas probauimus ſæpe, & inueni-
mus eas optimas. F

De medicinis Betarnem.

Modo dicam medicinas Betarnem Siciliæ,& ſunt tres,quas probauimus ſæpe, & inuenimus eas eſ-
ſe ueras. Primum ualet contra medicinas mortiferas,& eſt nimis experta. Recipe laureolæ, luti ſi-
gillati,phu,meu,apij,cinnamomi,ana ʒ.j.rutæ,xylobalſami,carpobalſami,ana ʒ.ij.confice cum melle.
& da.ʒ.j.& s.debilibus uel ʒ.ij.fortibus. Secundum ualet ad morſum ſcorpionis.& calefacit corpus.
& aufert tremorem in febribus. R.caſtorij drach.i.ſcorodi drach.ij.coſti amari drach.i.& s.zingiberis
ana drach.i.conficiantur cum melle.& detur drach.i.& s.cum uino. Tertium prouocat urinam & mẽ-
ſtrua. R.pulegij,cymini radicis lilij cæleſtis, ariſto.rotun. Conficiantur cum melle. & dentur drach.
iij. Medicamen quod compoſuit Amaloz de Macedonia.ualet ad fe.phleg.& diſſoluit humores.lique
facit eos.& eſt bonum duritiei ſplenis. R.ſcolopendriæ,ſquinanthi, chamæpityos, caſtorij trium pi-
perum,ſpicæ nardi, folij,aſari,ana drach.j.turbith,radicis lilij cæle. carpob. xylobal. pulucrizentur, &
conficiantur cum melle decoctionis aſari,ſquinanthi,opopana.& detur de eo quaſi auellana.Medica-
men ſquilitam,quod ualet morſibus ſcorpionis. R.ariſto.lon.& ro.ana aur.i.cymini.drach.j. aſſæ fœ-
tidæ,carui,ſeminis rutæ,ana drach.ij.caſtorij.drach.iiij. Confice cum melle. & da drach.ij. cum aqua G
calida decoctionis gentianæ,uel ariſtolo.uel cum bono uino. Medicamen melius,quod ualet ad do-
lores fortes.& iam probauimus ipſum,& inuenimus melius quàm theriaca. R.cymini,carui, aſſæ fœ-
ti.ariſtolo.chamæmeli,coronæ regiæ,abſinthij, agarici,ana drach.x.trium piperũ, opij, ana drach. i.
croci,carpobalſami,ſquinanthi,cinnamomi,ana drach.ij.aſari gentianæ ana aur.i.pulueriza,& confice
cum ſyrupo facto ex melle & ſquinantho & chamæmelo & corona regia & aniſo. Et da cum aqua de-
coctionis aniſi.

De medicinis Achaaſos.

Medicinæ ſumptæ ab Achaaſos experimentatore Athenarum.Ab iſto nobiliſſimo Medico accepi-
mus tres medicinas compoſitas,quibus ſemper uſi ſumus poſtquam nouimus eas. ſunt enim mirabi-
les. Et ab eo acquiſiuimus.xxx.medicinas ſimplices expertas in diuerſis ægritudinibus. Primum me-
dicamen compoſitum ualet ad aſthma antiquum,& aperit oppilationes. Recipe aſari aureum unũ, ſuc
ci marrubij,hyſſopi,ſtyra.ſicci, caſtorij ana drach.s.trium piperum aniſi, ana aureos duos. confician-
tur cum oxymelite ſcillitico.& detur ex eo a ʒ.iij.uſque ad.iiij.Medicamen ſecundum ualet ad fluxum
antiquum,qui contingit ex frigiditate membrorum. Recipe nu.cypreſſi,folij,ligni aloes, ſpicę nardi,
roſarum ana drach.ij.Confice cum aqua decoctionis ligni al.Et da de eo drach.iij.cum decoctione ro H
ſarum. Medicamen tertium confortans uirtutem retentiuam. R. gallarum, ſumach,berberis, ana au-
reum.i.gummi arabici uſti, ligni al.ana drach.j.rhu barb.drach.iij.confice cum decoctione ſe. lapathij
acuti,& granorum myrti.& detur cum decoctione cypreſſi.Iſte uir curabat ægritudines multas cum
medicinis ex quibus elegimus.xxx.medicinas ueraces. Primo dabat maſtichen ad dolorem ſtoma-
chi. Secundo dabat drach.ij.aſſæ fœtidæ contra morſum ſcorpionis. Tertio dabat drach.iij.aceti for
tis calidi contra morſum uiperæ.& eſt fortis operationis. Quarto mittebat ſuccum * iari,et intromit- *al. ariſtolochiæ.
tebat contra maculam oculorum.et ſæpe hoc faciebat. Quinto dabat ad purgandum pectus drach.
iij.radicis lilij cæleſtis. Sexto dabat drach.i.aſari,et curabat ſtranguriam. Septimo dabat chamæme-
lum pulucrizatum,& malaxatum cum melle,ad dolorem * uentris & renum,propter frigidos humo- *al.ueſicæ.
res exiſtentes in illis inſtrumentis.& prouocabat urinam. & curabantur. Octauo dabat drach. duas
laccæ contra oppilationes hepatis. Nono dabat drach.iij.ammoniaci ſplenitico.et curabat eum om-
nino in paucis diebus. Decimo dabat lac leproſis.et curabat multos. Sed in hoc requiritur ſcientia
in cognoſcendo cauſam lepræ in qua lac conueniat. Vndecimo dabat rhun barbarum ad debilitatem
hepatis de frigida cauſa.et curabat omnes omnino. Duodecimo dabat drachmas duas cubebarum
ad aperiendum oppilationes quæ accidunt in membris interioribus. Tertiodecimo dabat drachmas

†drach.i. rhubarbari.

A tres maioranæ cum†[drachmis duabus rubiæ] ad prouocandum menstrua. Quartodecimo dabat ʒ. duas asari ad prouocandum menstrua. Quintodecimo dabat carui romanum contra ischiadem cũ calida,& curabantur. Sextodecimo dabat castorium contra lapidem renum. Decimoseptimo dabat ʒ. iiij.laureolæ cum aceto.& curabat morsus scorpionum. Decimooctauo dabat ʒ.iij.zingi. ad infirmitates frigidas,& calefaciebat,& est nimis forte. Decimonono dabat drach.ij.aloes contra tristitiam, & ad confortandum os stomachi, & curabantur usitando. Vigesimo dabat centauream minorem ad ischiadem,& curabantur. Vigesimoprimo dabat puluerem gariophyl.contra debilitatem uirtutis digestiuæ. Vigesimosecundo dabat decoctionem casith contra debilitatem hepatis, & oppilationes, & curabat omnes. Vigesimotertio dabat oleum uiride contra spasmum ex siccitate. Vigesimoquarto dabat decoctionem agarici contra ægritudines cerebri & hepatis. Vigesimoquinto dabat alfenid, id est penidias contra infirmitates pectoris,& curabat asthma. Vigesimosexto dabat decoctionem centaureæ & rutæ contra morsum rutelæ. Vigesimoseptimo dabat decoctionem iuniperi ad prouocandũ

* al. matricis. mẽstrua. Vigesimooctauo dabat decoctionẽ squinãthi ad dolorẽ * mulieris post partũ. Vigesimonono dabat decoctionem gentianæ ad frigiditatẽ membrorũ, & ad fluxũ prouenientem ex ea. Trigesimo dabat galbanum ad prouocandum urinã,& ad extrahendum embrium. Nos autem non scripsimus

B has medicinas,quamuis plures earum cognoscãtur ab omnibus,nisi ut non negligantur ab eis. quoniã si utatur de illis ut oportet,erunt mirabiles. Et quoties,usus fui decoctione facta ex hyssopo, & asaro, & duabus aristol.curaui de epilepsia: Et cum decoctione solius hyssopi, ex asthmate. Sed oportet Medicum scire quando oportet dare has medicinas,& in quo tempore,& in quibus complexionibus ualet.aliter non ualent.

De medicinis Andrezeos.

Medicinæ Andrezeos sunt hæ. Iste fuit philosophus in tempore suo,& habebat multas medicinas compositas:ex quibus elegi quinque expertas,& dimisimus alias quæ cognoscuntur a pluribus. Primum medicamen ualet hydropicis,& frigiditati hepatis.& prouocat urinam generaliter & fortiter,& dico ꝙ nulla medicina est ei similis in apertione hepatis. Recipe radicis lilij cælestis, agarici, calami aromatici,laccæ,asari,rof.spicæ nar. cinnamomi,ligni aloes,ana ʒ.i.gasit,fistici,ana ʒ.i. masticheś, anisi,ana ʒ.ij.pulucrizentur,& misceãtur cum uino & melle, & dentur ʒ. iiii. cum decoctione radicis lilij cæle.& gasit. Secundum medicamen ualet ad asthma, cuius causa est humor crassus. Recipe gentianæ,hyssopi,agarici,ana ʒ.s.mastiches ʒ.ii. Confice cum melle.& da.ʒ.v. Et non est similis isti medi-

C cinæ.laxat enim humorem crassum.& scindit humores crassos. Tertium ualet ad dolorem membrorum interiorum,& liberat a colica passione quæ fit ex crassis humoribus in intestinis. R.agarici.ʒ. viij. radicis lilij cælestis,aristolochiæ rotundæ,hyssopi, mastiches,squinanthi,carpob.anisi, ana ʒ.i. turbith ad pondus omnium. Confice cum decoctione agarici.& da.ʒ.iii.cum calida. Quartum ualet ad extrahendum embryum.& est ualde forte. Recipe aristolochiæ longæ & rotundæ,assæ fœtidæ. ana ʒ. v. spicæ nardi, agarici,ana ʒ.iii.myrrhæ drach.i. Confice cum decoctione aristo.ro.& da.ʒ. ii. Quintum est laxatiuum diuersorum humorum. Recipe turbith,agarici,mastiches,lilij cælestis, ana ʒ.i.ellebori nigri,mastiches,scillæ assatæ ana ʒ.i.colocynthidis ʒ.ii.scammoniæ.ʒ.s.Confice & da.ʒ.i.& non plus. Electuariũ quod ualet ad morsum scorpionis. R.rutæ,sulfuris uiui non positi ad ignẽ ana aur.vi.castorij aur.i.assæ fœtidæ aur.semis,pyrethri,styrac.liquidæ.ana aur.i. Confice cum melle,& da ʒ.i.& s.cum uino puro. Electuarium bonum ad dolorem membrorum interiorum.quod habui a quadam muliere, quæ acquisiuerat illud a medic.altarium. Recipe croci aur.v.opij aur.ii.spicæ nardi, aur.iiii. spatanæ aur.ii.radicis lilij cælestis,aur.vi.floris chamæmeli,aur.ii.Conficiantur cum bono melle, & utatur de eo. Aliud optimum ex compositione Games,& est nimis forte. Recipe cinnamomi aur.vi.croci aur. iiii.& s.piperis al.aur.iiii.& s.galbani aur.iiii.costi aur.ii.&.s.Confice cum melle.& da ʒ.ii.uel iii.in ma-

D iori fortitudine.Electuarium Zacharonis de Babylonia contra uentositates, & passionem colicam, & frangit lapidem,& laxat uentrem.& iam probauimus ipsum,& est ualde bonum, quãdo dubitamus in ægritudinibus utrum sit lapis uel colica,quia cómune est ambobus. Recipe turbith, spatanæ.ana aur. vi.cymini,carui aur.i.agarici,radicis lilij cælestis,aristol.ana aur.vi.origani,hyssopi,ana aur.i. squinan-

†al. viii. thi,mastiches,ana ʒ.i.† Confice cum melle,& da quasi auellanam. Theriaca ualens ad dolorem capitis chronicum,& uentositates,& est mirabilis. Recipe succi stœchados,succi marrubij, absinthij, mastiches,rhu barb.chamæd.chamæpityos,ana ʒ.vii.hyssopi aur.i.agarici,ad pondus omnium, pulueriza & confice cum melle. Et da de eo ad infirmitatem cerebri cum aqua calida decoctionis stœchados. & ad asthma cum uino bono.& ad prouocandum menstrua,cum succo iuniperi & fœniculi: Et ad dolorem fortem, cum aqua decoctionis chamæmeli:& ad oppilationem,cum decoctione absinthij: Et ad epilepsiam,cum decoctione pyrethri: Et ad ischiadem cum decoctione centaureæ minoris: Et ad lapidem cum decoctione radi.lilij cæle. Electuarium laccæ, ualens contra oppilationes chronicas, & prouocans menstrua.& est bonum ualde:est etiam utile ad asthma chronicum.& ad tussim chronicam. Recipe laccæ aur.xx.pip.lon.& nigri, centau.mino. aristol.ro. costi, galbani, ammoniaci, ana aur. x. marru.asari,ana aur.iiii.folii, radic.lilii cęle. liquiri.ana aur.vii.pulueriza,et cũ bono melle.et da quasi auellanam cum aqua calida. Electuarium laccæ magnum,quod habuimus ab Aridione filio Meliz.

& est

et eſt expertum.et eſt multæ utilitatis.ualet aſthmati,et tuſſi,et prouocat urinam:et ſedat dolorem for E
tem,liquefaciendo phlegma.& aufert triſtitiã,& diſſoluit uentoſitatẽ,& eſt mirabile ad tremorem cor
dis,& melancholiam,& aquam oculorum,& contra morſum canis rabidi,& contra puncturam uipe-
ræ. Et generaliter dico,ꝙ ualet omnibus puncturis mortiferis. Recipe ariſtolo. roſ.radicis lilij cæle-
ſtis,ana aur.x.ſquinanthi,aur.ix.aſari,aur.xv.piperis nigri & albi,ana aur.vij.chamæpityos, ſucci mar-
rubij,ſucci ſtœchados,ana aur.viij.ſpicæ nardi,ſpicæ romanæ,maſtiches,ammoniaci,galbani,ſcillæ aſ-
ſatæ,ana aur.x.roſ.iuniperi,ana aur.ij.turbith,agarici,cyperi,ana aur.x. folij , ligni aloes , rhu barbari,
croci,olibani.centaureæ minoris,ana aur.xx.laccæ,aur.i.Conficiantur cum melle ro.& detur ex eo ſe-
cundum ꝙ conuenit ægro.Et eſt hæc medicina nimis mirabilis ad dolorem fortem. & laxat humores
ſine labore.& confortat cor hepar,& ſtomachum. Electuarium Aſſiſtri , calefaciens corpus. ualens
oppilationibus hepatis,& ſplenis. Recipe ariſtolochiæ rotundæ,aur.xx.marrubij, chamædryos, ga-
ſit,ana aur.v.aſſæ fœtidæ,coſti,trium piperum,ana aur.x.maſtiches,aur.viij.pyrethri,aur. iiij . Confice
& da cum uino.Decoctio ſquinanthi,ualens ad febres chronicas,& aperit oppilationes , & prouocat
urinam,& ſoluit uentrem. Recipe ſquinanthi drach.viij.marrubij.ʒ.ij.abſinthij, radicis lilij cæleſtis,
ana ʒ.iij. ariſtolochiæ rotundæ,aur.vi.agarici,aur.iij.radicis fœniculi,carui,ana aur.x.coſti,aur.ij.maſti-
ches,aur.iiij.ponatur in caldario.& cum lib.iij.aquæ decoquantur donec remaneat tertia pars. & den F
tur de eo.ʒ.iij.hæc decoctio eſt ualde mirabilis habentibus ægritudines phlegmaticas & debilitatem
interiorum membrorum ex cauſa frigida. Decoctio aſari confortans membra debilia ex frigore. &
auferens dolores,& ſcindens humores craſſos,& aperiens oppilationes.Et eſt expertiſſima. R.aſari
aur.iiij.aniſi aur.viij.abſinthij,gentianæ,ana aur.iij.ſe.fœniculi,centau.minoris,ana aur.ij.ponantur cũ
iij.lib.aquæ,& bulliant donec remaneat tertia pars.& da de eo.ʒ.iiij. Decoctio ariſtolo.ualens ad la
pidem. R.ariſtolo.aur.x.aſari aur.ij.marrubij aureum unũ.radicis lilij cæleſtis,aur.quatuor.ſaliuncę,
ſeminis cucumeris,aniſi,ana aur.vj.coquantur cum duabus libris aquæ donec remaneat tertia pars.Et
da de eo.ʒ.quatuor.Decoctio agarici,ualens ad epilepſiam.& purgans matrices.& prouocãs urinam.
R.agarici.ʒ.x.turbith.ʒ.i.aniſi.ʒ.iij.armel.ʒ.ij.radicis apij drach.v. radicis lilij cæleſtis ʒ.iij. maſtiches
ʒ.ij.radicis pæoniæ drach.vij.coquantur cum tribus libris aquæ donec remaneat medietas. Et dentur
qualibet die quatuor drach.utilis enim eſt ualde,& in epilepſia expertum eſt. Decoctio aſſæ fœtidæ,
ualens ad oppilationes aperiẽdas.& eſt utilis ualde. R.aſſæ fœtidæ, radicis lilij cæleſtis, radicis apij,
radicis fœniculi,ariſtolochiæ rotundæ, ana ʒ.x.coquantur cum lib.iiii.aquæ ſufficienter. & dentur de
eo ʒ.iiij. Decoctio pæoniæ,quæ aperit craſſas oppilationes,& eſt ualde experta. R.pæoniæ ʒ.x.radi-
cis pentaphylli ʒ.v.ariſtolo.rotundæ drach.vi.coquantur cum lib.iii.aquæ ſufficienter.& dentur ʒ.iiii. G
Decoctio perfecta ariſtolo.& eſt mirabilis hydropic.& cito curans eos. R.duarum ariſtol.centaureæ
minoris,chamædryos,ſquinanthi,laccæ,ligni aloes,ro.ana aur.x.ſpicæ nardi,phu,meu,apij,aniſi,radi-
cis lilij cæleſtis,radicis apij,fiſtici,cubebarum,hyſſopi,gariophyll. marrubij, ſtœchados , cinnamomi,
ana aur.viij.ammeos,myrrhæ,ana aureos.v.coſti,aur.ij.coquantur in libris tribus aquę ſufficienter.Et
dentur drach.quatuor cum ʒ.iiij.iſtius electuarij. Recipe ariſtolo.rotundæ,granorum iuniperi, cen-
taureæ,ana ʒ.ij.ligni aloes,aur.i.ſpicæ nardi ʒ.i.marrubij.ʒ.iiij.Conficiantur cum prædicta decoctio-
ne. Decoctio chamæmeli,prouocans menſtrua.& auferens dolorem fortem. Recipe chamæmeli,
aur.ix.ariſtolo.aur.quatuor.laccæ,drach.ij.ſpicæ nardi,cinnamomi,radicis lilij cæleſtis,ligni aloes, ana
ʒ.j.coronæ regiæ,drach.x.Decoquantur cum libris.x.aquæ in igne lento & ſufficienter , donec rema-
neat tertia pars.& dentur.ʒ.v. Decoctio hyſſopi,contra paſſiones pectoris , & tuſſes chronicas, &
ægritudinem aſthma,& anhelitum malum. Recipe hyſſopi, agarici,radicis lilii cæleſtis,liquiritiæ,ſqui
nanthi,pæoniæ,aſari, ariſtolochiæ rotundæ,ammoniaci,ſeminis fœniculi ſucci ſtœchados, ſucci mar-
rubij,laccæ,ana aur.ii.decoquantur in libris tribus aquæ ſufficienter. Et dentur drach.quatuor in ma-
ne. Electuarium optimum cõtra ægritudines diuerſas.& ualet ſcotomiæ & uertigini.& ſcindit phleg-
ma uiſcoſum,& purgat ipſum,& aufert dolorem frigidum.Et eſt bonum contra uenena.& aperit oppi H
lationes.& prouocat menſtrua & urinam,& calefacit corpus,& ualet ad febrem chronicam, & purgat
matrices. Recipe agarici,ariſtolochiæ rotundæ,ſucci marrubij,laccæ,ana drach.v.aſſæ fœtidæ,galba
ni,rhu barbari,ſpicę nardi,phu,ſeminis fœniculi,radicis apij,trium piperum ana ʒ.vi.ligni aloes ʒ. iiii.
turbith aur.decem.Confice cum ſyrupo facto ex melle,& aſaro,& agarico,& ſpica nar.& lacca. Et dẽ
tur drach.quatuor cum aqua calida. Electuarium expertum contra oppilationes matricis. Recipe
ariſtolochiæ,laccæ,radicis lilij cæleſtis,ana.Confice cum decoctione gaſit.& dentur drach.quatuor cũ
aqua calida. Electuarium curans lapidem in ueſica. Et eſt expertum. Recipe ſquinanthi , ſtœcha-
dos,ana ʒ.i.ſanguinis hirci ſicci drach.vi.lapidis iudaici,drach.ii.aniſi,drach.iiii.puluerizentur,& con-
fice cum decoctione radicis apij. Aliud ad lapidem. Recipe ſanguinis hirci ſicci,aniſi, ariſtolochiæ
rotundæ,de lapide inuento in felle tauri,uitri combuſti,ſaliuncæ,agarici,lapidis iudaici,amygda.ama
rarum,ana,puluerizentur & conficiantur cum melle. Et dentur ʒ. iiii. cum aqua decoctionis ſe.apij.
Aliud mirabile contra uentoſitatem fortem. R.aniſi,cymini, ſatureiæ,carui,ana cõficiantur cum mel-
le.& dentur cum decoctione agarici,quæ ſic fit. R.agarici,cyperi,folij,rad.ſquinanthi, ariſtolo. lon.
& ro.radicis apij ʒ.vi.ponantur in caldario in lib.i.aquæ ſuper ignem leuem.Et dentur ʒ.iiii.cum dua-
bus.ʒ.medicinæ prędictæ. Medicamen bonum contra aſthma chronicum. R. laccæ aur. x. ariſto.
lon.

lon.aur.vj.ſucci marrubij aur.vij.conficiantur,& dentur quaſi nux cum aqua calida. Medicamen quod
accepimus ab Acritone contra frigiditatem ſtomachi,& contra humiditatem eius. Recipe ligni aloes
cinnamomi,rhubarbari,ſpicæ nardi maſtiches,cardamomi. Confice cum decoctione roſarum & nucũ
cypreſſi. Et detur quaſi nux. Aliud ualens ad colicam ex uentoſitate & humore craſſo. R. aniſi, cinna-
momi,abſinthij,cymini,flores chamæmeli ana ʒ.x.agarici.ʒ.xx.ſcammoniæ.ʒ.j.maſtiches.ʒ.v. Confi-
ciantur cum decoctione carui. Et dentur.ʒ.iij.cum aqua decoctionis gaſit. Aliud ad dolorem capitis
& contra cephalæam,quod eſt expertum. Recipe ſucci ſtœchados.ʒ.viij.gaſit,ſpatanæ, ligni aloes,
ana.ʒ.iiij.maſtiches.ʒ.vj.agarici, ad pondus omnium. Conficiantur cum decoctione roſarum & ma-
ſtic.& detur a.ʒ.ij.uſque ad iij.drach. Aliud quod ualet in principio deſcẽſionis aquæ ad oculum, quo
ſæpe curaui multos.& eſt expertum,& uelocis curationis. Recipe ſpicæ nardi aur.x. cinnamomi aur.
viij. agarici aur.ix. maſtiches, ad pondus omnium. Conficiantur cũ bono melle.& ſumatur de eo quo-
tidie.ʒ.ij.eſt enim mirabilis operationis.

De medicinis habitis a Zenone.

Medicinæ Zenonis de Athenis. Iſte fuit unus de magnis Medicis. ego autem non uidi ipſum, quia
non fui temporaneus eius. Sed magiſter meus uidit ipſum.& ille habebat experimenta bona. ex qui-
B bus diſcipulus eius dedit nobis uiginti experimenta experta. Et nos probauimus ea ſæpe, & inueni-
mus ipſa optima. Primum medicamen quod dicitur electuarium ſpicæ nardi,confortat hepar debile
& cor,& ualet contra uomitum chronicum. Recipe ſpicæ nardi,aur.c.ſpicæ romanæ, aur.x. abſinthij,
aur.viij.cinnamomi,aur.quindecim.laccæ mundatæ,aur.ix. gariophyll.aur.quinque,gaſit,aur.xvj.mar
rubij.aur.duodecim.ariſtolochiæ rotundæ,rhubarbari ana.aur.xvj. Confice cum melle.& da aur. duos
cum aqua calida. Medicamen ſecundum,quod dicitur electuarium centaureæ,ualet ad podagram,&
ad omnes paſſiones iuncturarum,cui non eſt ſimile in hoc. Nam prouocat urinam.laxat craſſos humo
res & diuerſos.& ſedat dolores.& aperit oppilationes.& eſt optimum ad lapidem,& liquefacit phleg-
ma.& mundificat ſuperflua a pulmone & pectore.hoc medicamen dedit Zotion de ſcriptis Zenonis,
al. gentianæ. qui compoſuerat id per uerſus. Recipe centaureæ minoris,aur.c. zirungem aure.decem, aniſi, fœni-
culi,apij,ana aur.vj.olibani, gariophyll.ana ʒ.j.agarici, radicis lilij cæleſtis, ana aur.unum,cubebæ,gal
bani,ammoniaci,caſtorij, trium piperum,ſpicæ romanæ,ana aur.xx. ſpicæ nardi,turbith, ana aure. tri-
ginta. aloes ſucotrinæ,aur.xvij.carpobalſami,xylobal. ſcillæ aſſatæ, ana aure. xvj.maſtiches, croci,ana
aur.x.ſcammoniæ,aur.viij.pulueriʐentur,& conficiantur cum melle,& ſubmittantur in hordeo per ſex
menſes.& dentur ex eo drach.iiij. Et hoc medicamen eſt de maximis medicinis quas habebat ille Me
C dicus. Medicamen tertium,quod dicitur electuarium colocynthidis,quod laxat humores aquoſos,
& phlegma,& melancholiam.& cum hoc prouocat urinam. Et uere dico ꝙ non eſt ei ſimile ad acuen-
dum uiſum,quia eſt in hoc mirabile. R. colocynthidis,ſcillæ aſſatæ,aſari, trium piperum, ana aur. vj.
ſpicæ romanæ,aniſi,apij,fœniculi,carpobalſami, gaſit,croci,ana aur.duos,ſpicæ nardi, chamædryos,
chamæpityos,ariſtolochiæ rotundæ,gentianæ,ana aur.vij.pulueriʐentur,& conficiantur cum melle.&
ſubmittantur in hordeo per ſex menſes.& detur a.ʒ.ij.uſque ad.iij. Medicamen quartum, quod dici-
tur electuarium ſquinanthi.ualet ad dol. fortes.& prouocat urinam, & aperit oppilationes,confortat
hepar confortatione maxima,& frangit lapidem.& ualet ad fe. chronicas. Recipe ſquinãthi,aur.ccc.
ariſtolochiæ rotundæ,aur.ſex.ligni aloes,aur.xiij.gaſit, aur.xiij. croci, ſpicæ nardi, carpobalſami,opij,
ana aureum unum. maſtiches, aure.iij. trium piperum, folij, chamæpityos, ana aur.vij. Confician-
tur cum bono uino.& detur de eo quaſi auellana cum eo quod conuenit tali ægritudini. Medica-
men quintum,quod dicitur electuarium capillorum ueneris,ad purgandum quod eſt in pectore ex hu-
more craſſo.& eſt nimis expertum. Recipe capillorum ueneris,aur.xxv.radicis lilij cæleſtis,liquiritię,
*al. roſarum. pæoniæ,carpobalſami,marrubij, floris chamæme.ariſtolochiæ * rotundæ ana aur.xv.pulueriʐa.& con-
fice cum ſyrupo facto cum melle & capil.uener. Et dentur drachmæ.iiij.cum decoctione chamæmeli.
D Medicamen ſextum,quod dicitur electuarium folij.ualet ad ægritudines fortes, quæ accidunt mulie-
ribus in matricibus earum.& prouocat menſtrua.& ualet ad dolorem matricis.& calefacit renes. Re-
cipe folij indi,aure.xx.cinnamomi,ſpicæ nardi,ſpicæ romanæ,rubiæ,caſtorij,trium piperũ, gariophyl-
lorum,ligni aloes,ana drach.xx.rhubarbari,maſtiches,thymi,ana aur.xvj.confice cum melle. & detur
quaſi auellana. Medicamen ſeptimum,quod dicitur electuarium ariſtolochiæ. ualet contra dolorem
matricis.ualde prouocat menſtrua.& confortat ſtomachum debilem.& intercipit fluxum chronicum.
*al. Zeno. & eſt mirabilis operationis.& non eſt ei ſimile.& ſæpe probauimus ipſum.& iſte * Zotion utebatur ip-
ſo. Recipe ariſtolochiæ longæ & rotundæ,ana aur.xx. radicis lilij cæleſtis,laccæ,ſquinanthi,marrubij,
ana ʒ.ix.rhubarbari.ʒ.xxv.ſpicæ nardi, ligni aloes,ana aur.xx.pulueriʐentur,& conficiantur cũ melle.
& dentur.ʒ.iiij.cum aqua calida. Et ad fluxum intercipiendum,cum decoctione xyloaloes. Et ad men
ſtrua prouocanda,cum decoctione ariſtolochiæ * rotundę. Et ad dolorem matricis,cũ decoctione cha
*al. longæ. mæmeli & aſari. Medicamen.viij.quod dicitur electuarium olibani,quod eſt ualde utile contra humi-
ditatem ſtomachi.& liquefacit phlegma.& cõuenit ſenibus,quia cõfortat calorẽ naturalem in corpo-
ribus corũ. Recipe olibani,aur.x.maſtiches,aur.iiij.ſquinanthi,ariſtolochiæ,ana aur.ij.ligni aloes, lac-
cæ,ana aur.j.radicis lilij cæleſtis.ʒ.j.roſarum,rhubarbari,ana aur.v.aniſi aur.vj.pulueriʐentur,& cũ mel-
le conficiantur.& detur ex eo quaſi auellana. Medicamen.ix.quod dicitur electuarium gaſit. ua-

let ad hepar,quia confortat ipſum,& aperit oppilationes eius.& ualet hydropicis.& contra corruptio E
nem complexionis. R.gaſit,aur.xx.laccæ,aur.x.ligni aloes,aur.vi.gariophyllorum aur.ij.cinnamomi,
aur.xxi.ſquinanthi,cubebæ,rhubarbari,ana.aur.xvi.roſarum,aur.xviij.aloes non abluti, aur.ij. agarici,
aur.iij.maſtiches,aur.x.pulucrizentur,& confice cum ſyrupo facto ex melle & agarico. Et eſt medica-
men ualde nobile. Medicamen.x.quod dicitur electuarium rhubarbari.maxime ualet fluxibilitati ſto-
machi.& confortat hepar.& ualet hydropicis.& non eſt neq; fuit aliquod ſimile in hoc. & Zenon ne-
mini uolebat dare. Cuius compoſitio non lateat medicos.quoniam eius compoſitionẽ acquiſiuit eius
compoſitor cũ magna ſolicitudine.R.rhubarbari,aur.c.laccæ,aur.xx.ligni aloes,aur.xxxvi.cinnamomi,
aur.xi.ariſtolochiæ lon.& ro.aur.xxx.fiſtici,aur.l.ſquinanthi,aur.lxxx.maioranæ,aniſi,luti ſigillati,ana.
aur.xx.agarici,folij,ana.aur.vi.gaſit,aur.xxx. ſpicæ nardi, aur.xvj.triũ piperũ,zingiberis,ana.aur.x.ſtœ
chados,origani ana aur.ix.radicis lilij cœleſtis,radicis endiuiæ,ana aur.vi.hyſſopi ſicci,maſtiches, cro-
ci,ana.aur.vij.carpobalſami,xylobalſami,ana.aur.xvij.puluerizentur,& conficiantur cum melle.& de-
tur † [à.ʒ.iij.uſq; ad.iiij.] Medicamen.xi.quod dicitur electuarium capparis.ualet ad duritiem ſplenis. † al. drach. ii. uſq; ad. iii.
& aperit oppilationem eius.& eſt optimæ operationis. R. capparis,aur.xx.opopanac. ſcolopendriæ,
marrubij,ana aur.v.gaſit,aur.xvii.ammoniaci,aur.x.ſagapeni,aur.viij.puluerizentur,& conficiantur cũ
bono aceto & da.ʒ.ij.cum decoctione carui,& capparis,& gaſit.Medicamen xij. quod dicitur electua- F
rium ſcolopen.ualet ad duritiem ſplenis.& eſt expertum. R. capparis ʒ.xx.marrubij.ʒ.v.ſcolopendrię
aur.xvi.confice cum aceto,& fac trochi.& da.ʒ.ij. cum decoctione tamariſci & gaſit.Medicamen. xiij.
quod dicitur electuarium turbit.ualet ad febres chronicas. & laxat humores uiſcoſos. & calefacit re-
nes.& eſt optimum ad paſſionem colicam ex uentoſitate.& prouocat urinam. & eſt mirabile. Recipe
turbith,aur.l.agarici,aur.xvi.croci,maſtiches,ana aur.vi.ſquinanthi, ariſtolochiæ rotundæ, ſtœchados,
ana aur.viij.Confice cum melle.& detur à.ʒ.ij.uſque ad.iij. Medicamen.xiiij.quod dicitur electuariũ
ellebori.ualet contra uertiginem. R.ellebori nigri,aur.xx.ligni aloes,aur.i.&.s.croci,aur.i.aniſi, aur.ij.
maſtiches,aur.iiij.maioranæ,aur.i.agarici,aur.vi.radicis lilij cæleſtis,ſtœchados,ana aur.viij.turbith al-
bi & gummoſi,aur.iiij.Confice cum melle,& da.ʒ.iiij. Medicamen.xv.quod dicitur electuarium agari
ci.ualet contra cephaleam ueterẽ.& ſtomachum confortat & hepar. Recipe agarici,aur.xvi. pæoniæ,
centa.minoris,ana aur.vj.laccæ,ligni aloes,ana aur.viij.gaſit,aniſi,chamædryos,chamæpityos,ſquinan
thi,floris chamęmeli, maſtiches,ana aur.vij.rhubarbari,ſpicæ nardi,ana aur.ij.turbith,aur.iij. Confice
cum melle.& da.ʒ.i.&.s.uſq; ad.ʒ.ij.cum aqua calida.Medicamen.xvi.quod dicitur electuarium ſcillæ.
ualet ad aſthma,& ad oppilationes, & uentoſitates. Sed non debet dari habentibus uulnus in mem-
bris interioribus. Recipe ſcillæ aſſatæ,aur.vi.† ſtœchados,aur.iij.agarici drach.xvi.† maſtiches.ʒ.ij.ga G † al. aloes aurum unum.
ſit,coſti.trium piperum,ana aur.x.radicis lilij cæleſtis,aur.v.capill.ueneris,aur.iij.floris chamęmeli aur. † al.aur.vi.
iiij. Confice cum decoctione agarici & melle.& da.ʒ.ij.cum aqua calida. Medicamen.xvij.quod dici-
tur electuarium gummi.& ualet contra paſſiones frigidas,& uentoſitates craſſas,& ad dolorem iunctu
rarum,& iſchiadem. R. ammoniaci,ſagapeni,opopana.ana aur.x.ſarcocollæ,aur.ij.maſtiches, aur.iiij.
aniſi,cymini,aſſæ fætidę,ana aur.iij.euphorbij †[.ʒ.ij.]ariſtolo.lon.& ro.radicis lilij cęleſtis,ana aur.iij. † al.aur.i.
pone gummi in ſucco fœniculi,uel in decoctione eius.& reliqua terantur,& cõficiantur cum melle.&
da a. ʒ. ij. uſque ad iij. cum aliquo quod conueniat paſſioni. Medicamen. xviij. quod dicitur electua
rium luti. & eſt utile contra uenenum. Recipe luti ſigil. aniſi, ſalis indi, agarici, ana ʒ. ij. rhubar-
bari, auellanarum, radic. pæoniæ, ana aur. iij. puluer iza, & confice cum melle. & detur quaſi auel
lana. Medicamen. xix. quod dicitur electuarium aſſæ fœ. ualet contra morſum ſcorpionis, & con-
tra febres chronicas. & liquefacit phlegma uiſcoſum. & diſſoluit uentoſitates. Recipe aſſæ fœ.
coſti amari & dulcis, ana aur. v. ariſtol. rot. zingi. aſari, ana. aur. ij. caſtorij, cinnamomi, aloes,
ana. ʒ. iij. rad. lilij. cæle. ſarcocol. ana ʒ. i. &. s. ariſtol. gentianæ, ana. ʒ. vi. pulueriza, & confice
cum bono uino & melle ru. & dentur. ʒ. iij. Medicamen. xx. quod dicitur electuarium roſarum. ua
let in fine quotidianæ. & hydropicis.& diſſoluit uentoſitates. Recipe roſarum. ʒ.lx. radicis lilij cæle. H
ʒ.i.&.s.agarici, aur.ij. marrubij. ʒ. iiij. laccæ, rhubar. ligni aloes; cinnamo. aniſi, ſe. fœnic. cymini,
abſinthij,maſtiches, ana. ʒ. vj. ſpicæ nardi, ariſto. ro. ana. aur. i. confice cum melle. & da. ʒ. iij. Iſtæ
ergo ſunt medicinæ Zenonis. & iam probauimus ipſas. Nunc uolumus ſcribere medicinas quas mul
toties experti ſumus.& deinde abſcindetur tractatus. Medicamen ſubtilians humores, & præparans
ad exitum, in principijs ægritudinum frigidarum ante acceptionem laxatiui. R. abſinthij, aniſi, ſemi-
nis fœ.ariſtolo.ro.ſquinanthi,carpobalſami,folij,cyperi,agarici,radicis lilij cæleſtis, ana. pulueriza. &
cõfice cum melle.& detur quantũ auellana. Electuariũ quod dicitur euadẽs.ualet ad dol.chronicos.& * al.xii.
cõfeſtim. R. ſpicæ nardi,aur.xvj.myrrhæ,opij,laccę,opopana.caſtorij,olibani,ana.aur*ſeptẽ,galbani,
aur.vj.maſtiches,aur.v.folij,aur.vj.piperis longi.ij.croci.aur.x.ſquinãthi, aur.ix.ammeos,cinnamomi,
ana.aur.iiij.ſcorodi.aur.ij.bdelli,aur.i.radicis lilij cæle.agarici,añ.aur.xvj.pulueriza, & cõfice cũ melle.
Iſtud electuariũ expertũ eſt multoties,& cõfeſtim aufert dolorẽ.Sed nõ debes dare pluſquã.ʒ.ij. Medi
camẽ Amoróis regis.ualet cõtra podagrã:& dolores iuncturarũ ex phlegmate uiſcoſo, quo deſtruitur
motus.& ualet ad repletionẽ,& ad debilitatẽ neruorũ.Et eſt optimũ mulieribus in quibus abũdant ſu-
perfluitates phlegmaticæ.Et etiã ualet cõtra lapidẽ. Et generaliter dico, ꝙ cõpoſitio huius electuarij
eſt per adiuuamẽ diuinũ,quod infinitis uicibus probaui,& a me non ſeparaui nec in ciuitatibus,nec in
villis.

A uillis. * Recipe radicis lilij cælestis, aur.xx.galbani,aur.vj.& danich.iiij.ammoniaci,aur.x.& ʒ.ij. ellebori nigri,aur.vi.aristolo.lon.aur.v.rosarum,aur.xx.turbith,aur.vi.liquiritiæ,aur.x.stoechados,aur.viij. satureiæ, centaureæ minoris,ana aur.viij.& s.squinanthi,aur.viij.croci,aur.i.meu. aur. vi. phu, aur. iiij. gasit,aur.j.eupatorij,aur.xvj. zirungem,aur.xx.& ʒ.viij.xylobalsami,carpobalsami,ana aur.viij. olibani,aur.ij.chamæpityos,aur.xvj.chamædryos,aur.ij.mastiches,aur.vj.anisi,asari,granorum iuniperi,ana aur.v. spatanæ,hyssopi,ana aur.v. harmel, cymini agrestis, maioranæ,scillæ assatæ,ana aur.viij. sagapeni,ammoniaci,aloes succotrinæ,ana aur.v. costi gentianæ,ana aur.ij. origani, aur. vij. nasturtij, calami aromatici,ana aur.iiij. Confice cum melle.& submittatur in hordeo per sex mẽses. Et detur quasi auellana cum aqua calida decoctionis satureiæ & duarum aristolo. Medicamẽ Asiritæ romani ualet ad lapidem uesicæ,& prouocat urinã. Recipe amygd.dulciũ,se.cucurbitæ & cucumeris,lapidis iudaici,agarici,floris chamæmeli,gentianæ,ana ʒ.iiij.aristolo.capil.uene.saliuncæ,sanguinis hirci sicci,uitri combusti,lapidis qui inuenitur in felle uaccæ,anisi,radicis apij,bdellij,myrrhæ,ana aur.v.pulueriza,& confice cum melle. Et dentur. ʒ.iiij.cum aqua decoctionis radicum apij & fœniculi.

Dixit Galenus,iã dicimus in hoc libro nostro, quem uocamus librum experimentationis medicinarum,quas probauimus,& accepimus a sapientioribus hominibus, & habentibus solicitudinem er-
B ga artes.& uos iccirco composuimus hunc sermonem,ut semper Medicus habeat considerationem ad ipsum. Scias autem q̀ Medici altarium curabant per cibos sacrificiorum. vnde nobiliores probantur alijs Medicis. Optime enim debemus laudare uirum, qui illa facit per cibum,& plus quàm illum qui curat per medicinam.quia corpora quæ curantur per exhibitionem diætæ, reducuntur melius ad temperantiam,quàm quæ curantur per medicinam. Et Medicus pro uirili sua debet considerare, ut cibus & materiæ quæ debent propinari, sint propriæ naturæ patientis uel accipientis. Et sint boni saporis, ut æger delectetur in ipsis & diligat. Et non debet uti eadem medicina diu,ne fiat ei quasi naturalis. Et caue ne præbeas medicinas mali saporis.quoniam medicina,quam infirmus habet in odio, plus nocet q̃ profit. Vnde & Medici dignum duxerunt cum medicinis miscere res dulces,& res saporitas, sicut nos fecimus in rob nucum,quod accepimus ad anginam. Et similiter ingeniati fuerunt in medicinis laxatiuis ponere aliqua quæ stomachum confortant. Et debes cauere in curatione malitiæ complexionis sine materia,ab euacuatione,& econuerso. Et debes laxare naturam a leuioribus consuetis generaliter, sicut diximus in libro interiorum. Sed semper quando uolueris euacuare, primo subtilia, post euacuaparum,deinde mediocriter,deinde fortius. Et caueas a medicinis nõ expertis. Sed utaris expertis & usitatis a bonis physicis & expertis. Et scias q̀ omnes istæ medicinæ sunt bonæ in locis suis,scilicet ubi cõ-
C ueniunt. Et sunt uenena in suis contrarijs. Nos autem iam diximus in hoc tractatu de istis medicinis plures expertas. Et si postea acquisiuerimus alias, scribemus eas in fine huius tractatus.

GALENO FALSO ATTRIBVTVS LIBER

DE PONDERIBVS ET MENSVRIS.

Andrea Alciato interprete.

D PONDVS grauitate mensor dijudicat,mensuram uasculi concauitate,uasculum mensura est aridæ,siue humentis quantitatis. Esse autem earum quas dimetimur rerum triplicem differentiam constat:unam enim ponderis,alteram siccæ substantiæ,& quæ in cumulum queat aggregari:tertiam humidæ. Plurima uero,& fere infinita,sunt huiusmodi ponderum mensurarumq; genera,uarijs regionibus,uarijs utentium moribus. Quapropter a nobis de his tantum sermo habebitur,quæ maxime in communi omnium usu sunt.

De notis mensurarum & ponderum. *Cap. 2.*

CEterum quoniam aliqui non integris literis,sed per signa, huiusmodi demonstrant, melius utiq; est & nos hac in re ueteres imitari,& in primis hosce characteres declarare. Primumquidem litera χ quoties superadditum habet α,chalcum,id est,æreolum significat:hac nimirũ figura χ. Quòd si ο habeat,choa, id est congium, χ. Si ι, choenicem, χ. Si η, cheman. χ. Si uero litera κ describatur, cuius inferius cornu acuto accentui similis recta linea secet,ceratium.i.siliquam,addito ο ostendit, κ. Quòd si supra υ habeat,cyathum, κ. Si ο, cotilam,id est heminam, κ. Si uero circumpuncta linea omnino in obliquum flexa ponatur,obolum notat, ∽. Si duæ circumpunctæ huiusmodi notæ sint, duos obolos, ∽∽. At qui gramma,id est scrupulum faciunt,prima eius elementa describunt addita recta linea, γρ. Duæ autem coniunctæ, atque altera parte in angulum flexæ lineæ, uti duo cornua rectam drachmam constituunt, L. Cui cognominis est quam olcam uocant. Apud ueteres tamen olca per λ scribebatur, cui in medio litera ο addebatur, λ. Nos idẽ drachmã olcamq; dicimus. At cũ λ adiũctũ ι habet, libram signi-

ficat.

ficat. κι. Aliqui tamen eadem litera acuto accentu secta idem demonstrant, ϰ. Ceterum quoties γ li E
tera in ipso sui angulo ο habet, unciam denotat, γο. μ autem, cui in summo meditullio sit ν apposita, minam, μν. Si uero υ habeat, mystrum, μυ. Si ε medimnum, με. Si ο modium, μο. Si quando τ scribas & ρ, itemque υ adijcias, tryblion feceris, τρυ. At cum ξ scripseris iuxtaque ε locaueris, xestem, qui sextarius est, designabis, ξε. Si ο apposueris, oxybaphum. i. acetabulum, οξ. Aliqui tamen xestem recta linea -ξ- secantes conficiunt, sic ξ, ε uero adiacentem μ habens heminam indicat, ημ. Quòd si effigiaueris addito ρ, ceramium .i. amphoram denotabis, κρ.

De ponderibus. Cap. 3.

MNa Attica & Aegiptia habet uncias 16. Mina Romana uncias 20. Libra uncias 12. Vncia drach. 8. hæ & olcæ quibusdam dicuntur. Olca, quæ & drachma, habet ceratia, id est siliquas 18. Aiuntque in ea esse tres scrupulos. In scrupulo obolos duos. Habet autem obolus ceratia tria: Ceratium uero granula quatuor, hoc est chalcos, seu æreolos duos, itemque duas tertij partes: In obolo quippe octo sunt chalci.

De humentium dimensionibus Cap. 4.

ITalicum ceramium habet choas 8. Chus - ξ - 6. Xestes cochlearia duo, quæ aliqui & tryblia dicũt. Alij autem aiunt xestem pondus habere libræ unius, & semis. Tryblium γο 9. tale enim est co- F
chlearij pondus. Idem aiunt & pendere cotylam, id est heminam. Habet autem & tryblium mystra magna tria, oxybapha tria. Oxybaphum aũt cyathum quatuor, & semis continet: Cyathus uero chemas paruas seu mystra parua duo. Si autem uelis mensurarum humidorum pondera dijudicare, uarias omnino in examine ipso differẽtias reperies, ut in olei, & uini, & mellis exemplo dicemus: etenim mel uino ponderosius quarta parte, itemque decima est. quo fit, ut fere tertia ponderis pars melli accedat. Oleum autem melli & uino hoc distat, quòd mel oleo sesquiplum est: tantum enim, itemque eius dimidium pondus habet. at uinum nona tantum parte ipso grauius est. plus quippe claritatis in oleo est, quod infrascripta particulari ponderum formula ostendimus, ex qua per ordinem quid communiter hæc differant, constituemus.

	Olei.	Vini.		Mellis.			
Ceramium Italicum, quod & amphora, habet libras	72.	libras	80.	libras	108.		
Chus, qui & congius, libras	9.	libras	10.	libras	13.	semis.	
Xestes, qui sestarius, uncias	18.	uncias	20.	uncias	27.		
Cotyla, id est hemina	9.		10.		13.	semis.	
Magnum Mystrum	3.	3. scrup.	8.		4.	semis.	G
Oxybaphum. i. acetabulum drach.	18.	uncias	2.	scrup.	12.	drach.	27.
Cyathus drach. 2.	12.	drach.	12.	scrup.	4.	uncias	2.
Mystrum paruum	6.	6.		scrup.	2.	drach.	9.

Oribasius autem secundum Adamãtinum auctor est, sextarium quidem Italicum uini mensura unciarum. 24. esse. pondere uero unciarum. 20. cũ sextarius mensuræ mellis duas libras semis ponderet

De aridorum mensuris Cap. 5.

AEgyptia artaba habet modios 5. † Modius Aegyptius, & Italicus choenices octo. Choenix sextarios 2. Sextarius semisextarios duos, quos & heminas uocant. Hemina habet cyathos 8. Atticus medimnus habet semisextaria, quæ hemiecta uocant. 12. Hemiectum choenicas 4. Sic medimnus habebit minas 49. xestas 96. Huiusmodi autẽ mẽsurarum pondus exprimere haud facile est, quia hæ materiæ iuxta inclinationem non modicum inter se differunt, quemadmodum Medici in arte præstantissimi ante nos doctores mirum in modum declararunt.

† Al. 3.

De signis & notis ponderum & mensurarum. Cap. 1.

SIgnorum notarũq; doctrinã utpote necessariã haudquaquã obiter perscribẽdã duxi, ut in pharma- H
corũ cõpositionibus, si qua ex signis notata inueniamus, statim possimus põdus ab ipsis significatũ dignoscere. Igitur μ cui litera ν adijciatur μν minã significat. λ adiecto ι libram λι. At γ cũ ο, γο. unciã: tametsi apud aliquos per ν & ο id significetur, hoc signo. [illegible] μ uero cui ε superiectum sit, μέρος, id est partem significat, μ. Obliquum uero λ in dextrã lineolæ partem deflexum drachmã denotat <, in sinistram uero, eius dimidium >. At Romanum S apud quosdam triobulum, apud nos uero ponderis semissem indicat S. Quòd si in obliquũ describatur, obolus est, ∽. Si duplex ea sit nota [illegible], duos obolos ostendit. Intus autem conuersum græcum sigma semiobolũ.). ξ uero ε adiacentẽ habens xestẽ, id est sextariũ ostendit ξε. At κ cui υ insit, cyathum κυ. ο cui λ adiaceat olcam, id est drachmam λο.

De ponderibus & mensuris Cap. 2.

MIna Italica drach. habet 144. Iuxta Atticos uero 122. Quo fit ut illa libram unã semis cõtineat. Attica uero libram tãtum, unciasq; tres, & pterea drach. † quatuor. Vncia Atheniensibus drach. habet 7. Italis 8. Drach. scrup. habet 3. quorũ in uncia 24. sunt. Libra uncias 12. Didrach. olcas, seu quod idem est, drachmas 2. Scrupulus habet obolum unum, chalcos 4. Obolus habet chalcos 6. Chalcus autem & siliqua omnium ponderum minima sunt, & æquando trutinæ examini imponuntur.

† duas.

Medi-

A Medimnus habet ſemiſexta 12. Semiſextum choas quidem duas, chœnicas uero 4. chus habet chœnicas 2. xeſtas 8. Quo fit, ut medimnus chœnicas habeat 48. xeſtas 192. Chœnix cotylas, id eſt heminas habet 8. xeſtas 4. Xeſtes heminas 2. cyathos 12. Et ita plurimi Græcorum metiuntur. In Italis uero cōgio utuntur, quo menſura ſextarij quidem inſunt ſex, hoc eſt heminæ 12. pōdere uero drachmæ 720. aqua pluuiali accepta, quòd ea iuſtiſſima ſit, nec unquam mentiatur. Chœnix ſextarios habet 3. heminas 6. Quod pondus Atticis Tryblion dicitur. Acetabulum quarta pars eſt heminæ. Habet uero ſextarius pondere drachmas 120. Proprie autem Græcorum cotyla olei habet libram unam, ſextarius duas: Italica autem olei fere octo uncias, uini nouem. Id autem ſciendum, menſuris pondera non æqualiter reſpondere propter materiæ differentiam.

Ex Cleopatræ libro de mundicijs. De ponderibus, & menſuris.

Mina nomen ponderis habet uncias 16. drachmas 128. ſcrupulos 384. obolos 768. thermos, ſeu quod idem eſt, lupinos 1152. ſiliquas 2304. chalcos 6144. Attica mina habet uncias 12. ſemis, drachmas 100. ſcrup. 300. obolos 600. lupinos 900. ſiliquas 1800. Ptolemaica mina haber uncias 18. drachmas 144. ſcrupulos 432. obolos 864. thermos 1296. ſiliquas 2592. chalcos 6912. Libra habet uncias 12. drachmas 96. ſcrupulos 288. obolos 576. thermos 864. ſiliquas 1728. chalcos 4608.

B Vncia habet drachmas 8. ſcrupulos 24. obolos 48. thermos 72. ſiliquas 144. chalcos 384. Vocatur autem uncia alio nomine etiam quatruſſis Italicus. Drachma habet ſcrupulos 3. obolos 6. thermos 9. ſiliquas 18. chalcos 48. Italicus denarius habet drachmam unā. Eſt & drachmæ cognominis, quæ Aegyptiaca uocatur, ſextam tantum Atticæ drachmæ partem pendēs, ut quæ ſolum obolum habeat. Scrupulus habet obolos 2. thermos 3. ſiliquas 6. chalcos 16. Obolus habet thermum unum ſemis, ſiliquas 3. chalcos 8. Semiobolus habet ſiliquam unam cum dimidia, chalcos 4. Thermus habet ſiliquas 2. chalcos 3. Atticus uero ſemiobolus ſupradicti ſemioboli quatuor quintas partes ſolum habet. Vnde & ſiliqua Atticos chalcos 2. itemque chalci duas quintas partes habet: cum alias chalcus ſemioboli quarta pars ſit: quippe 4. chalci ſemiobolum faciunt. Stater pendet drachmas 4. unde & tetradrachmon dicitur. Cuius ponderis eſt, & quod dupondium uocant. Similiter & regium Charium, ſeu baſilica nux. Cheme magna habet drachmas 3. parua autem drachmas. 2. As, ſeu Aſſarion, drachmas duas. Cochlearium drachmam unam. Cyathus habet drachmas 10. ſiue unciam 1. & quartam eius partem. ſcrupulos 30. obolos 60. thermos 90. ſiliquas 180. chalcos 480. Eſt & cyathus. Sexta pars heminæ. Hemina menſura quidem continet cyathos 6. pondere uero drachmas 60. uncias 7. ſemis. ſcrupulos 180. obolos 360. thermos 540. ſiliquas 1080. chalcos 2880. Tryblion eiuſ-

C dem eſt menſuræ cum hemina, nimirum cyathorum 6. Pendit autem drachmas 60. Xeſtes menſura habet heminas 2. pondere drachmas 120. Vocatur ab Aegyptijs Inium. acetabulum, habet heminæ quartam partem, ut ſeſquicyathum: pondere autem drachmas 15. Concha magna idem menſuræ & ponderis habet, quod & acetabulum. Concha minor ſemicyathi menſuram habet, pondus drachmas 5. Myſtrum magnum ſextadecima parte heminæ conficitur, drachmis ſcilicet tribus & ſemiſſe, itemque quadrante. Quod autem paruum dicitur, heminæ partem habet. uigeſimam ſecundā, ſuntq; drach. 2. ſcrupuli 2. ſiliqua 1. & undecima fere eius pars. Chus, id eſt congius, menſura quidem heminas atticas 12. habet, ſextariorum dimidio minus, nempe ſex, chœnicas 4. pondere uero drachmas 720. Chœnix menſura heminas tres, pondere drachmas 180. habet. In re ruſtica reperitur cotylam † tertiam uel quartam eſſe ſextarij. Choa autem ſextariorum 9. heminarum 12. & Amphoram ſextariorum 36. cotylarum 48. Metretam ſextariorum 72. cotylarum 96. Medimnum uero ſextariorum 108. heminarum † 136. Apud Syros autem metreta ſextarios † 6. habet: at Italorum 120. Tryblion & Oxybaphū quartā ſimiliter heminæ partē habent. Cyathus heminæ pars eſt ſexta.

† Al. trium eē quartarū ſextarij.
† Al. 144.
† 90.

Aliter de eiſdem.

† 15.

D Mina Attica habet uncias 12. alia mina uncias † 16. Ptolemaica 18. Libra habet uncias 12. Vncia drachmas 8. Drachma ſcrupulos 3. Scrupulus obolos 2. Obolus lupinum unum cum dimidio. Lupinus ſiliquas 2. chalcos autem 5. Atticus ſemiobolus alterius ſemioboli quinta parte minor eſt. Siliqua autem atticos chalcos 2. & unius decumam partem habet. At Chalcus ipſius ſemioboli eſt quarta pars. Stater habet drachmas 4. quem & ideo tetradrachmon uocant, & dipondium, & Baſilicum carium, & Chemem magnam: nam parua ſolas drachmas duas continet, ſicut & as, ſeu aſſarium: cochlear unam.

De menſuris & ponderibus ueterinariorum.

† Al. 7. ſemis.

Vncia habet drachmas † 8. Drachma ſcrupulos 3. obolos 6. Hemina habet uncias 12. acetabula duo. Acetabulum facit uncias ſex. Acetabulum cyathos 3. Cyathus myſtra 4. Cochlear myſtri dimidiū. Oxybaphū facit uncias 6. Cyathus uncias 2. Myſtrū uncias 2. cū dimidia. Cochlear ſcrupulos 6. Drachma ſcrupulos 3. Obolum facit ſcrupulus. Sicilicum † unciam ſemiſſemq;. Myſtrum cochlearia duo. Sic eſſe traditur cochlearium quarta unciæ pars. Mina habet uncias 15. drachmas 112. ſemis. Libra habet drachmas † 6. Denarium ſcrupulos 4.

† Vnciæ dimidium.
† al. 90.

De menſuris humidorum. E

Italicum uas, quod Amphora dicitur, habet congios 8. Congius ſextarios 6. Sextarius heminas 2. quæ & Tryblia dicuntur, pendunt enim idem, hoc eſt, myſtra magna 3. id eſt, acetabula 4. magno enim myſtro ineſt acetabulum, itemque eius triens: Habet autem acetabulum cyathum cum dimidio. Cyathus uero habet chemas paruas, ſeu myſtra parua duo.

Dioſcoridis, de menſuris, & ponderib. Cap. 1.

EGo cariſſime de menſuris & ponderibus cum ſic cenſerem, a minimis incipiendum, & aduſque minam multiplicando aſcendendum duxi. Siliqua idem pondus habet chalco. Obolus chalcos habet 3. Vnde & ſemiobolus ſiliquam eiuſque dimidium pondus habens. Scrupulus habet obolos 2. id eſt, chalcos 6. Drachma ſiue Olca habet ſcrupulos 3. hoc eſt obolos 9. Vncia uero drachmas habet 8. ſcrupulos 14. Libra habet uncias 12. drachmas 96. Mina ſecundum medicorum uſum habet uncias 16. quod eſt drachmas 128. Italica autem uncias 18. hoc eſt libram unam ſemis. drachmas 144. Alexandrina mina habet uncias 20. hoc eſt drachmas 160.

De humentibus Vini. Cap. 2.

CEraminum, id eſt amphora, habet libras 80. Vrna libras 40. Congius libras 10. Semicongius libras 5. Sextarius libram unam, uncias 8. Hemina, ſeu Cotyla, uncias 10. Quartarius unc. 5. Acetabulum quarta pars heminæ, habet uncias 2. ſemis. Cyathus, ſexta pars heminæ, unciam unam ſemis & ſcrupulos 4. Cheme, quæ eſt cyathi pars quarta, habet drachmas 3. ſcrupulum unum: id autem eſt cum aquæ, tum & aceti pondus: Aiuntque pluuialis aquæ adimpleri uaſculum, certiſſimamque hanc eſſe ponderis rationem. Chus, ſiue Congius, habet drachmas 720. Amphora habet libras 72. Vrna libras 36. Congius libras 9. Semicongius libras 4. ſemis. Sextarius libram unam ſemis. Hemina, quæ & Cotyla eſt uncias 9. Quartarius uncias 4. ſemis. Acetabulum, heminæ quadrans eſt, habet uncias 2. & ſemiſſem fere. Cyathus, qui ſexta eſt heminæ pars, habet unciam ſemis. Cheme, cyathi eſt quarta pars, habet drachmas 3. F

De melle.

Mellis amphora habet libras 120. Vrna libras 60. Congius libras 15. Semicongius libras 7. ſemis. Sextarius libras 2. ſemis. Hemina libram unam, uncias ſemis. Quartarius habet uncias 6. drach. Acetabulum uncias 3. itemque drachmas 2. Cyathus habet uncias 2. ſemis. Cheme quia quarta eſt pars cyathi, drachmas 5.

De menſuris & ponderibus. Cap. 3.

MEdimnus habet hemiecta, id eſt ſemiſexta 12. Hemiectum choas duas. Chus chœnicas 4. Chœnix heminas Atticas tres: pondere uero habet drachmas 180. Chus uero eſt menſura heminarum 12. Atticarum: at pondere drachmarum 720. Sextarius autem duabus heminis cenſetur, cum drachmas 120. pendeat. Hemina cyathos habet 6. pondus drachmarum 60. Hanc autem Attici non ſolum Cotylam, ſed & Tryblion uocant. Acetabulum menſura eſt heminæ quarta pars, nempe cyathus unus ſemis: pondus uero habet drachmas 15. Cyathus eſt drachmarum decem. Cheme eſt cyathi pars 4. drachmarum 2. ſemis. Magnum myſtrum octaua & decima pars eſt heminæ, drachmarum ſcilicet trium, ſcrupuli unius. Paruum autem myſtrum eſt ipſius heminæ pars uigeſimaquarta: habet drachmas 2. ſemis. Iuſtiſſimum autem myſtrum ſcrupulos habet 8. Cochlearium uero ſcrupulos 3. In regio Cario, ſeu nuce magna drachmæ ſunt 7. in pontica una: in balano, id eſt glãde, dimidiũ eſt drachmæ: in Aegyptia faba, obolus ſemis: in eruo, chalci 2. G

Quæ in alijs ſunt de notis ponderum & menſurarum, non adiecimus, ne eadem fruſtra inculcaremus.

GALENO ASCRIPTVS LIBER
DE INCANTATIONE, ADIVRATIONE, ET SVSPENSIONE.

QVAESISTI fili charissime de incantatione, adiuratione, & suspensione, si qua
possunt prodesse, & si inuenerim in libris Græcorum hoc, & qualiter in libris
Indorum est inuenire: Cui quæstioni compendiose in hac epistola contrespon
dere. Omnes inquam antiqui in hoc uidentur esse concordati, corporis com
plexionem animæ sequi uirtutem: quæ uirtus si sit æqualiter temperata, actio
quoque corporis erit perfecta. unde quia uirtutes actionis animæ, in pueris, se
nibus, & mulieribus imperfectæ plurimum esse uidentur: complexio quoque
corporis eorum imperfecta esse probatur. & hæc imperfectio similiter contin
B git habitatoribus intemperatæ regionis, utpote caliditatis Aethiopiæ, & frigiditatis Scythiæ. Inde
Plato inquit. Quando mens humana rem amat aliquam, licet naturaliter non iuuatiuam, sibi eam pro
desse certificat: ex sola autem mentis intentione, corpus res illa iuuat, uerbi gratia siquis incanta-
tionem sibi prodesse confidat, qualiscunque sit, eum tamen iuuat. Si enim ut diximus, complexio cor
poris uirtutẽ sequiť animæ, necesse est rẽ taliter se habere quòd certificatur: quia ex timore, tristitia, læ-
titia, stupore, non solum corpus in colore mutatur, sed etiam in multis alijs rebus, ut uentris solutione,
siue constipatione, uel nimia defectione. Ego autem uidi ista, sanitatis diuturnarũ passionum fuisse cau
sas, maxime illarum quæ corruptiones sunt mentium. In sanis autem fuere infirmitatis causæ hæc eadẽ.
Vnde Socrates, Incantationes, inquit, uerba sunt decipientia rationales animas secundũ spei inceptio-
nem, aut secundum timoris incisionem. Indi autem Medi tantum confidunt incantationem siue adiura-
tionem iuuare. Græci uero antiqui medici intendunt his in animam erroneam perfectionem suam re-
uocare, qua reuocata necesse est ut corpus reuocetur ab ipsa, cum complexionem corporis uirtutem
animæ constet sequi. Vnde Galenus super libro Hippocratis. De humoribus, Siquis, inquit, dixerit
humores corporis mutatos immutare actionem animæ, ut animæ actio mutata mutat eosdem, nõ men
titur. quod certificatur, quia quando complexio cholerica dominatur, fit inde iracundus: & econtra in
C sæpe irascentibus, cholera rubea augmentatur. necesse est enim complexionem animæ corporis com-
plexionem imitari, & corporis animæ. Iterum inquit Galenus, Intellectus & scientia in anima ex com
plexione augmentatur cholerica: continentia & studiositas, ex melancholica: deambulatio uero & de
lectatio, ex complexione sanguinea: phlegma nihil adiuuat uirtutem animæ nisi in prima gustatorum
mutatione. Constat ergo, quòd si medicos animæ complexionem quoque adiuuerit, incantatione, siue
suspensione, corporis complexionem ad uitam perducit. Si autem his conueniens adiungitur medi
cina, corpus incantatione animæ adiuuatur. quibus coniunctis necesse est sanitatem utriusq; citius
consequi. Item inquit Galenus, Sunt homines læti naturaliter, & delitiosi, qui quando infirmantur, sa-
nos eos subito futuros confirmet medicus, & eorum diætam cum exercitijs reuocet: quorum spes, sa-
nitatis est causa. Sunt & alij e contrario, natura tristes, & unde tristentur & angustientur, eorum animis
semper cogitantes: quorum cogitationes oportet fallere medicum, & lętificante intentione mutare
animas eorum. Sed neque excedere debet lætificandi modum, ne promissionum magnitudine negli-
gat se medicandus. Memini enim quendam nostræ terrę nobilissimum murmurasse se esse ligatum ne
cum mulieribus coiret, quem adiui falsificando intentionem suã, & hoc magnis ingenijs: sed tamen
nunquam reuocare potui, propter quod certificare & confirmare incepi quod ipse prius intendebat:
D deinde adducẽs sibi librum Cleopatræ, quem fecerat de fœminarum formanda speciositate, legi lo-
cum, ubi dixit taliter, Ligatus fel coruinum accipiat mistum cum sesami oleo, quo ungens totum cor-
pus, adiuuabitur: iste autem audiens, confisus est libri uerbis, sic fecit, citoque conualuit, & augmen
tata est concupiscentia coeundi. Ego quoque in antiquorum lib. multis legi suspensa collo suffragari
cum proprietate, non ex natura sui, quod non nego posse fieri propter confortationem mentis, ut di-
xi: de quibus cum sint multa, pauca tibi tangere disposui. Arist. in lib. de lapidibus ait, suspẽdens sma
ragdum collo, aut portans ipsum in digito, defendit a casu epilepsiæ suspecto: unde semper manda-
mus nobilibus, ut e collo filiorum suorum suspendatur, ne in hanc infirmitatem incidant. Item quod
libet genus hyacinthorum suspendens collo, siue habens in digito, si intret in regionem pestiferam,
non læditur, sed potius in mentibus hominum honoratur, & a maioribus petitiones eius complen-
tur. Item sardam uiginti granorum hordei pondus portans e collo, seu in digito, non uidebit terri-
bilia in somno. Item corneolam e collo portans, siue in digito, mitigat iram in contentione: cuius
autem color est sicut lotura carnis, sanguinis fluxum cuiuslibet membri stringit, maxime in fœminis.
Onyx suspensus uel digito portatus augmentat in somno terribilia, & tristitiam, & inter homines con
tentiosa, in pueris autem suspensus saliuam oris auget. Gal. stercora luporum ossa comedentium si in
uentribus ilia dolentium, uel e collo patientium suspensa fuerint, statim dolorem mitigant: aliquando

& in

& in coxis ſuſpenduntur,& cum fune läneo ligantur, illius ſcilicet ouis quæ a lupis comeſta eſt, ſicque E
melius iuuabuntur & fortius,quòd ſi filum non inueniatur,cum corrigia ceruina ligantur. Idem Gal.
in uas argentum poſuit,cuius quantitas fabæ fuit: & in coxis ſuſpendit, multum profuit: hoc autem
dixit in libro de ſimplici medicina. in libro autem eodem ait, ſi uiperæ ſuffocatæ collum cum filo lineo
ſuffocandi e collo ſuſpenderis,abſoluitur a ſuffocatione ſua, & multum ualet apoſtematibus faucium.
Dioſcorides ait dentes canini canis rabioſi quãdo hominem momorderit,in fruſto corij ligati,& armo
ſuſpenſi,defendunt a morſibus canis rabioſi. Idem, pullis hirundinis paruis in augmento lunæ acce-
ptis,& primogenitis,ſi fuerint in uentre ſciſſi,duos lapides inuenies, unum unius coloris, & alterum
diuerſi & oppoſiti: quos ſi ligaueris in corio uituli antequam terram tetigerint,& e collo ſiue armo ſu
ſpenderis,epilepticis ualet, & aliquando perſanant. Quidam Medici ſuſpendunt e collo radices her-
bæ acetoſæ propter ſcroffulas,& ualent:alij ſuſpendunt radices arnogloſſæ propter eaſdem, & diſſol-
uuntur. Auricularis digitus abortiui ſi e mulieris collo ſuſpendatur, non concipit dum collo habe-
bit.Hyoſcyamus cum lacte caballino temperatus & corio ceruino impoſitus & ſuſpenſus e collo mu
lieris, concipere non permittit, dum in collo erit. Quidam dicunt mulierem ranam accipientem, &
os eius aperientem terque ibi inſpuentem,nõ concipere illo anno.alij oculum hirci radici ligant ſam-
pſuchi in horto,& irrigant cum urina rufi tauri ueſpere:mane autem extracta radix ligatur cum eodem F
oculo in armo,libidinem augmentat. Galenus inquit, lapis coralli multum ualet ad paſſionem ſto-
machi,ſi ſuſpenſus fuerit ſuper ſtomachum uel e collo patientis. Dioſcorides, ſemen croci hortenſis
ad ſcorpionis morſum ualet in manu tentum uel e collo ſuſpenſum:ſimile facit radix lauri: idem etiam
iris agit.Alij dicunt radices aſparagi ſiccæ ſuper dentes ligatæ,trahunt ſine dolore. Item pedes lepo-
tis & renes dextro armo ligati,canes latrare non permittunt:ſimiliter iecur facit canis,niſi coloris eius
generis fuerit cuius iecur fuit.Indi dicunt ſtercus elephãtinum cum melle miſtum,& in uulua mulieris
impoſitum,nunquam permittit concipere:teſtatur hoc quia arbori ſuſpenſum non permittit fructifica
re. Aaron dixit ſtercus elephantis cum lacte caballino miſtum & corio ceruino ligatum & umbilico
mulieris ſuſpenſum,non permittit concipere.Quidam medici dicunt pedem teſtitudinis dextrum pe-
di podagrici dextro ſuſpenſum iuuare,ſiniſtro ſiniſtrum:idem & in manibus. Item radix pæoniæ e col-
lo ſuſpẽſa pueris ualet epilepticis: ſimiliter pyrethrum:idem facit pilus ex toto nigri canis.Nos autem
hæc ex libris antiquorum excerpſimus, ut mens tua in incantatione, adiuratione, & ſuſpenſione non
refragetur amplius. Sed omnia ſi ex libris antiquorum philoſophorum extrahamus, librũ proten-
demus.Atqui uoluntatem noſtram hactenus exhibuimus.Hæc autem ego non tentaui, ſed nec etiam
neganda ſunt mihi,quia ſi non uiderimus magnetem ſibi ferrum trahentem,non certificamur, nec cre G
deremus: ſimiliter quòd plumbum rumpit adamantem,quod ferrum non facit:& lapis, qui uocatur ni
trum,foco incenditur:piſcis autem quidam marinus ſe capientis ſenſum aufert,quæ omnia ſi a nobis
non uideãtur,non creduntur,ſed tentata certificant.Et forſitan itidem ſe habẽt dicta ab antiquis.Quo
rum enim actio ex proprietate eſt,rationibus unde ſit comprehendi non poteſt: rationibus autem tan-
tum comprehenduntur quæ ſenſibus ſubminiſtrantur.Aliquando ergo quædam ſubſtãtiæ habent pro
prietatem ratione incomprehenſibilem propter ſui ſubtilitatem,ſenſibus non ſubminiſtratam propter
magnam ſui altitudinem.

GALENO ASCRIPTA QVÆSITA IN HIPPOCRATEM.

CENSVRA

Ex prognosticorum & aphorismorum commentarijs, sed ieiune pleraque desumpta sunt.

QVID significat tenuis & pallida urina?nempe incoctam substantiã, colore con
coctam,imbecillitatemque naturæ. Colore nanque,quod facilem concoctu
concoxit.nõ utique substãtia,quòd sit collatu difficilis. Quod si ita diu feretur
a periculo immunis perdurare homo non potuerit, quoad morbus concoqua
tur. Admodum nanque tenuis urina perniciosam significat cruditatem, quate
nus calor quod tenuium partium est,depascitur. Quid significat tenue & ful-
uum?nempe tenue substantia,& fuluum colore,melius est pallido. sed tamen
B substantia incõcocta. Quid significat rufa urina?nẽpe incõcoctionẽ, non inte-
ritum.sed non tam cito concoquitur.est nanque ex sanguine putrido, qui necdum perfectam accepit
concoctionem,nec etiam suum colorem. ob hoc morbum significat diuturniorem. In continuis autem
febribus ui multa sanguinis excitatis excernitur urina rufa & crassa cum hypostasi rufa. manifestumq;
ex colore & profusionis substantia quod assistit incoctũ esse.ægritudinis certæ incocta urina flaua qui-
dem colore,substantia uero tenuis. Quid significat tenue mictũ,& foris turbulẽtum? utique incõcoctũ
ex circunfluentia crassi flatus.significat uero naturam incepisse cõcoquere. Quid significat crassa mictu
ra & permanens crassa?talis mictura ita permanens est ut iumentorum. pubescere ac uigere significat
crassos humores & spiritus ut feruorẽ. In his capitis dolor aut iã præsto est,aut mox affuturus, propter
perturbationem,ac fumidas exhalationes,quæ sunt in humoribus. Quid significat crassum emictum,&
deinde perdurans?quiescere quidem in humoribus ebullitionem & attenuari.moderatam enim signifi
cat quantitatem.hinc discernendi esse principium. Quid significat mictum tenue, & idem perdurans?
extremam incoctionem id significat.nam si natura ad concoctionem inclinare tentasset, neutiquam ta
le excreuisset. Hoc autem fit aut uirium imbecillitate,aut obstructione oppilationeque, aut ob ægritu-
dinis longitudinem. Nam quoniam longa quartana est,in principio ob multitudinem & materiæ dif
C ficultatem,vrina directu difficilis tenuis mingitur. Verum tenuis minuitur ob oppilationem iecoris,aut
renum. ceterũ ex loci dolore dignoscitur. Mingiť sane tenuis & alba etiã in æstuosis febribus,quæ causi
nominantur.significatque amentiam imminere. Causus nanq; febris,copiam significat bilis.at diutur-
na urina non est.manifestumque facit in uasis bilem non manere,sed sua ad cerebrum euolui ac uolita
re leuitate.ac si amens non sit:hinc noris fore:quod si iam est,mingitq; tenuem & albam cum interclu-
sa febri,mortem proximam fore prædicito.neque enim cerebri uires sustinebunt per febrim æstuosam
immissæ bilis acorem & discerptionem putrescentis. Vndenam oleosæ gignuntur urinæ? Consueuit fe
bris primo quidem pingue liquefacere, deinde carnem. postremo solida exurit corpora.pingui ergo
exusto,oleosæ excernuntur urinæ.sensim autem eliquescit pinguedo.inde principium habet, & ascen-
sum,& uigorem. In principio itaque colliquefactionis oleosi coloris urinas facit, ut ambiguũ sit aquo-
sæ ne sint an oleosæ. At in ascẽsu oleum esse apparet,ut olei mistionem iam habere uideatur. Verum
in uigore iam tam colore quam substantia oleum esse dixeris.idque renum est duntaxat, aut totius cor
poris.ac si renum sit dumtaxat,aceruatim huiusmodi excernitur multitudo,cũ multo caloris sensu cir-
ca renes.sin totius corporis,pedetentim sumit incrementum. Quid significant eruosæ hypostases?cum
iam depasta pinguitudo est, & reliqua eliquescit caro,etiam eruosas in urinis excernit hypostases. Ce
D terum aut renum est, aut totius corporis. ac si ex renibus fuerit, urina etiam concocta est, & eruosas
excernit hypostases:si cruda,totius corporis est malum. Quid significãt furfuraceæ hypostases? cum fe
bris depasta fuerit pinguedinem ad uasorum profundum in putrefactione,tum tales euadunt,angustio
res foliosis,eis tamen crassiores excernuntur quandoque ex uesica: at si febris affuerit,totius corporis
est malum:sin minus,uesicæ solius.ac si urina fuerit inconcocta,morbus totius est corporis, sin conco-
cta,solius uesicæ.uerum locum suum obtinet dolor. Quid pronunciant foliosæ? cum solida oblangue-
scunt,primo nãque multum abraduntur.ac si cum febri,uniuersum affligitur corpus:sin secus, sola uesi
ca. Ex uesica quidem sunt concoctæ:ex toto autem corpore,crudæ. Quid portendunt in urinis hyposta
ses crimnodes.i.farinæ crassiori similes?cum febris profundum uasorum comprehenderit,& maiorem
latitudinem assumpserit,& longitudinem ampliorem, fiunt furfurum hypostases, uocanturque crim-
nodes. Ceterum crimna duo significant.aut enim sanguinis torridam uim pronunciant, aut solidorum
corporũ ualidam colliquefactionẽ.ac si alba sit hypostasis,solidorum est corporum languor: sin rufa,id
a sanguine est. Quid significat grauiter olens?tabem,& naturæ futuram extinctionem. Quid atræ signi
ficant urinæ?Cunctæ profecto hæ & crassæ omnino sunt & perniciosæ. Rarissime, aut prorsus nunquam
atra inuenitur tenuis urina. Nigrum certe corpus aut propter rostum efficitur sanguinem, aut ob totius
corporis refrigerationem,aut melancholico humore purgato. Trinæ itaque hæ sunt differentiæ, quæ
crassissimas

craſſiſſimas obtinent ſubſtãtias, ac craſſæ inueniantẽ atræ urinæ neceſſe eſt. In acutis profecto ægritu- E
dinibus pernicioſa ut plurimum atra urina eſt. Cum male olens, & hypoſtaſis atra fuerit, in ægritudinẽ acutam lapſum talem urinam emingentem, nón mori impoſſibile eſt. Si ſublatio ſit atra, minus malum, ſimiliter ſi nebulam, uel ſubnebulam habeat ſimilem, mitius eſt malum. Siquidem atrum quandoque frigiditatem oſtendit, quãdoque caliditatem. ſeu quoquo modo uim torridam. Si igitur liuidum prius mingat, deinde ita fiat atrum, frigiditatem obtinet. Si fuluum anteceſſerit, inde in atrum conuertatur, toſtum ex nimio calore oſtendit ſanguinem atrum euaſiſſe. Nos utique ne prætereat quartana & melancholica diſſoluta amẽtia atras excerni urinas & craſſas. Lienoſi nãque tales frequẽter emingunt, cũ languens ita lien apparet. Nullam nanque digeſtionem, & apparitionem intendit in redundantiam mẽlancholicam. At nos iſta pernicioſa eſſe pronunciamus in acutis ægritudinibus, cum tam uiris quàm fœminis atræ urinæ exiſtunt, eſſe peſſimas: at infantibus, ſi aquoſas. Minus uero erunt pernicioſæ atræ urinæ lienem habentium inualidum: ac non ex æſtuatione, at ex frigiditate atratus liueſcit quodam modo ſanguis, ſicut aliorum quorundam: at id ex humoris melancholici refuſione.

LIBRORVM SPVRIORVM FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y

Omnes ſunt quaterniones, præter Y Ternionem.

VENETIIS,

Apud Vincentium Valgriſium.

M D LXII.


VIN
CENT